BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVI
F
23
NAPOLI

XVI.
F.
23.

PETRI
RIDOLPHINI
PRAXIS
RECENTIOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

PETRI
RIDOLPHINI
J. C. NOBILIS CORTONENSIS
PATRITIIQUE ROMANI
AC PROTHONOTARII APOSTOLICI
De Ordine Procedendi in Judiciis in Romana Curia,
PRAXIS RECENTIOR.

In qua Monitoria, Citationes, Decreta, Intimationes, Sententiæ, Appellationes, Commiſſiones, cæterique actus, qui pro utraque parte in Judiciis, tàm Executivis, quàm Summariis, & Ordinariis in Tribunalibus Almæ Urbis fieri, & ſervari in dies, recentioribus hiſce temporibus conſueverunt.

Necnon eorum formulæ opportunæ, ac tela Judiciaria, in caſibus, in quibus illa requiritur, mirum in modum traduntur, & enucleantur.

Una cum Practicis Obſervationibus, & Concluſionibus Legalibus, ac Rotalibus in Judiciis frequentioribus.

Opus tripartitò diviſum, omnibus in Foro verſantibus apprimè utile, & neceſſarium.

Cui acceſſerunt, Conſtitutiones, Innocentiana, Gregoriana, & Urbana, Decretum Camerale; Reformationes Tribunalium Urbis, Facultates Inclyti Populi Romani, Almæ Urbis Gubernatoris, Camerarii, Clericorum Cameræ, Theſaurarii, Vicarii S. D. N. & Auditoris Cameræ.

In hac verò Sexta Veneta editione præter nonnullas animadverſiones, & novas allegationes, quibus aucta & illuſtrata, accuratiſſimè quoque eſt à mendis recognita.

VENETIIS, M. DCCXXVI.

Apud Bonifacium Viezzeri.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

T I B I

BEATÆ MARGARITÆ A' CORTONA

Moniali Tertii Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia

CHARITATE PIETATEQUE CONSPICUÆ

Rigidioris vitæ, abſtinentiæ, cæterarumque virtutum ſpeculo

INFRANGIBILI

Pectore virili fœminæ

Franciſcanæ Religionis nitori, & gloriæ
Inclytæ, fortique Heroinæ,
Sanctitatis fonti Perenni,
Debellatrici Hoſtium Invictæ,
Margaritæ Cœli pretioſæ ubique fulgenti
Quæ contemptis Mundi illecebris, ac ſæculi voluptatibus
Sponſo tuo Chriſto amoris vinculis, arctius adhæſiſti,
Ejuſque te ſervitio ex vero, puroque corde mancipaſti.
Quæ urbis antiquiſſimæ Priſci Coriti ſedis ab origine
Splendorem, ac decus mirum in modum auxiſti,
Ejus quoque nomen latè in ultimas orbis oras
Ut divino didiciſti oraculo.

Extendendo.

Cujus corpus prodigioſum in tibi dicata requieſcens Eccleſia
Hinc trecentos ſeptuaginta annos, & ultra
Mira conſpicuum integritate
Odorem efflans ſuaviſſimum
Miraculorum omnium cœtu
Coruſcat.

Tibi

Digitized by Google

Tibi inquam.

Hanc Romanæ Curiæ Praxim Judiciariam
Nuper denuo Typis editam
Jamdiù à multis inſtantiſſimè expetitam
Ac ſub Tuis fœlicibus auſpiciis, validaque ope
Amoto quolibet obice,

Expeditam.

Meritis tuis longè impar munus,
Votivam ceù Tabellam
Beneficiorum non Immemor,
Seque ipſum diù, &
Humillimè animique cultu
Exhibet, offert, dicat, dono dat.

INDEX

Digitized by Google

INDEX PARTIUM ET CAPITUM.

PARS PRIMA. De Cauſis Executivis.
PARS SECUNDA. De Cauſis Summariis.
PARS TERTIA. De Cauſis Ordinariis.

PARTIS PRIMÆ.

Præfatio. fol. 1

CAPUT PRIMUM.

De Cauſis Executivis. 4

SECUNDUM.

De Productione Jurium. 11

TERTIUM.

De Officio Contradictarum. 22

QUARTUM.

De Apprehenſo in Curia, Affixionibus, & Diligentiis. 28

QUINTUM.

De Perſonis legitimandis. 30

SEXTUM.

De Petitionibus. 39

SEPTIMUM.

De Declinatoria. 43

OCTAVUM.

De Exceptionibus. 52

NONUM.

De Impedimentis. 69

DECIMUM.

De Poſitionibus. 83

UNDECIMUM.

De Teſtibus. 93

DUODECIMUM.

De Remiſſoria, & Compulſoria. 102

DECIMUM TERTIUM.

De Appellationibus. 118

DECIMUM QUARTUM.

DE *Executione.* 162

DECIMUM QUINTUM.

De Subhaſtatione, & Deliberatione pignorum. 186

PARTIS SECUNDÆ.

CAPVT PRIMVM.

De Cauſis Summariis. 197

SECVNDVM.

De Præparatoriis. 207

TERTIVM.

De Exhibendum. 211

QVARTVM.

De Cauſis à 200. Ducatis infra. 216

QVINTVM.

De Conſtituto Poſſeſſorio. 228

SEXTVM.

De Salviano Interdicto. 233

SEPTIMVM.

De remedio l. fin. C. de edict. Div. Adr. tollend. 245

OCTAVVM.

De Exequutione Literarum Apoſtolicarum. 253

NONVM.

De Penſionibus. 269

DECIMVM.

Quorum Bonorum. 283

VNDECIMVM.

Quorum Legatorum. 289

DVODECIMVM.

De Mandato de Manutenendo. 300

DECI-

DECIMVM TERTIVM.
De Mandato de Evacuando. 324
DECIMVM QVARTVM.
De Spolio, & Reintegratione. 333
DECIMVM QVINTVM.
De Attentatis. 347

PARTIS TERTIÆ
CAPVT PRIMVM.
De Cauſis Ordinariis. 357

SECVNDVM.
De Cauſis à 200. ducatis ſupra. 366
TERTIVM.
De Jactationibus, & Moleſtationibus. 381
QVARTVM.
De Privilegiis. 393
QVINTVM.
De ſecundis, & ulterioribus inſtantiis. 407

INDEX LITTERARUM APOSTOLICARUM.

Declaratio Reformationis Tribunalium Urbis. Pauli V. fol. 537
Decretum Camerale in favorem Inquilinorum. 456
Eugeniana, ſeù Privilegium Curialium, Eugenii IV. 441
Facultates Almæ Urbis Gubernatoris Leonis X. 457
Facultates Auditoris Cameræ Apoſtolicæ. Pauli V. 531
Facultates Auditorum Rotæ Romanæ. Innocentii VIII. 470
Facultates Camerarii, & Clericorum, de Reformatione Cameræ. Pii IV. 441
Facultates Camerarii, & Magiſtrorum Viarum Urbis ſuper Iure Congrui. Gregorii XIV. 450
Facultates Iudicum Baſilicarum, & locorum declaratæ. Urbani VIII. 477
Facultates Senatoris, ſeù inclyti Populi Romani. Pii IV. 474
Facultates Theſaurarii Generalis Rev. Cam. Apoſtolicæ. Sixti V. 462
Facultates Vicarii Summi Pontificis Pauli III. 475
Feſta Palatii, & Curiarum Urbis, ac Functiones publicæ. 540
Reformatio Curiæ Gubernatoris in Civilibus. Sixti V. 475
Reformatio, extenſio facultatum Camerarii. Clementis VIII. 453
Reformatio Rotæ Romanæ: Pii IV. 471
Reformatio Signaturæ, & Ordinationes à Judicibus Curiæ obſervandæ. Pii V. 473
Reformatio Tribunalis Auditoris Cameræ Pii IV. 478
Reformationes Tribunalis Auditoris Cameræ. Pauli V. 536
Reformatio Tribunalis Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ. Pii V. 480
Reformatio Tribunalis, & Officialium Cameræ. Pii IV. 443
Reformatio Tribunalium Almæ Urbis. Pauli V. 484
Statuta, & Ordinationes in Rota obſervandæ. Martini V. 467
Taxa Notariorum, & Officialium Urbis. Pauli V. 508

PETRI

PETRI RIDOLPHINI J. C.
NOBILIS CORTONENSIS PATRITIIQUE ROMANI
De Ordine Procedendi in Judiciis in Romana Curia.
Praxis recentior.

PARS PRIMA.
SUMMARIUM PRÆFATIONIS.

1 *Judicii, ac illius Praxis origo antiquiſſima fuit à Deo.*
2 *Deus formavit Adam de limo terræ in agro Damaſceno.*
3 *Deus collocavit Adam in Paradiſo Terreſtri, & ad quid.*
4 *Deus præcipit Adæ, ne de ligno ſcientiæ boni, & mali comederet.*
5 *Deus ædificavit coſtam in mulierem in adjutorium Adæ.*
6 *Eva à Diabolo ſeducta, de ligno vetito comedit, & dedit Viro ſuo, qui etiam comedit.*
7 *Citatio eſt de jure divino uti à Deo inventa.*
8 *Proceſſus contra Adam, & Evam, ac Serpentem, ac Sententia contra eos à Deo lata.*
9 *Deus ab initio mundi Jeſum Chriſtum ejus filium ex Maria Virgine naſciturum, declaravit verum Deum, & hominem.*
10 *Pœnæ Adæ, ac Uxori pro tranſgreſſione à Deo inflictæ.*
11 *Deus expulit Adam, una cum uxore Eva de Paradiſo, ut operaretur terram.*
12 *Temporis plenitudine adveniente miſit Deus Jeſum Chriſtum filium ejus factum ex Virgine, ut mundum redimeret.*
13 *Chriſtus eſt Summus Pontifex ſecundum ordinem Melchiſedech, & verus Paſtor bonus.*
14 *Chriſto Jeſu data eſt omnis poteſtas in Cælo, & in terra.*
15 *Chriſtus Simonem Joannis in primum Apoſtolum vocando Petrum appellavit, ejuſque in terris Vicarium elegit.*
16 *Petrus Cephas, hoc eſt caput. primus, & Summus Apoſtolorum, ſeù Papa, interpretatur.*
17 *Petrus fundamentum Eccleſiæ definitur.*
18 *Petrus dum ſic à Domino vocatur, primus Papa conſtituitur.*
19 *Chriſtus contrivit caput Diaboli.*
20 *Chriſtus reſurrexit à mortuis.*
21 *Chriſtus Jeſus iturus in Cælum, Petrum jam electum ejus Vicarium Summum Pontificem creavit, illique, & per eum etiam ejus ſucceſſoribus poteſtatem, ac juriſdictionem ampliſſimam conceſſit, & reliquit.*
22 *Eccleſia Beatum Petrum in die Cathedræ ipſius Paſtorem, ac Regem ſimul vocando canit.*
23 *Petrus per duodecim annos Antiochiæ, per vigintiquinque annos Romæ Eccleſiam gubernavit, ac demum Clementem ſibi in Pontificatu ſucceſſorem elegit.*
24 *Clemens liberè cedendo Papatui, Linum, & deinde Cletum ſibi præferri permiſit, & ſic Quartus Summus Pontifex fuit.*
25 *Sedes Petri ſola ſtabilis eſt.*
26 *Papa recipit ſanctitatem à Sede Apoſtolica.*
27 *Summi Pontifices unus poſt alium ſuper Beati Petri Sedem ad Pontificatum evecti ſederunt & n. 24. in fin.*
28 *Papa dicitur, quia eſt Paſtor Paſtorum, ſeu Pater Patrum.*
29 *Papa univerſalis Princeps Paſtorum à Coſtantino Imperatore appellatus eſt.*
30 *Papa eſt Ordinarius Ordinariorum.*
31 *Papa eſt Succeſſor Petri.*
32 *Papa dicitur à papè, dictione admirativa, quaſi admirabilis.*
33 *Papa eſt Dei Vicarius & Viceſgerens in terris.*
34 *Papa eſt Deus in terris.*
35 *Papa omnes judicat, & à nemine judicatur.*
36 *Papæ judicium Deus ſuo ſine quæſtione reſervavit arbitrio.*
37 *Papæ ampliſſimam poteſtatem nemo reſtringere poteſt mortalium.*
38 *Defectus poteſtatis in Papa non admittitur.*
39 *Dubitare de Papæ poteſtate nefas eſt.*
40 *Papa poteſtatem ſibi à Deo traditam ſæpe per ſe ipſum exercet.*
41 *Legati, Patriarchæ, & omnes Prælati totius Orbis recipiunt poteſtatem, ac juriſdictionem à Papa.*
42 *Legati, & Gubernatores Status Eccleſiaſtici, & Judices Urbis accipiunt juriſdictionem à Papa.*
43 *A C habet à Papa facultatem ligandi, & coercendi per cenſuras, & ab illis ſolvendi, & jus reddendi in variis cauſis, tàm in Urbe, quam in Orbe.*
44 *Cauſæ civiles, aut ſunt executivæ, aut ſummariæ, aut ordinariæ.*
45 *Hominum creſcente malitia diverſas leges promulgare, & judiciorum genera invenire fuit neceſſe.*
46 *Judicium aut eſt executivum aut ſummarium, aut ordinarium.*
47 *Ordo procedendi in cauſis civilibus in Curia hiſce temporibus in pluribus innovatus eſt.*
48 *Hinc praxis hæc recentior in lucem prodiit.*

Digitized by Google

IN PRAXIM JUDICIARIAM
Præfatio.

1 PRaxis Judiciariæ † originem antiquiſ-
ſimam fuiſſe, & à judicio exordium
duaiſſe, nemo eſt qui neſciat. Deus
opt. max. etenim ab ipſo mundi pri-
mordio Judicium, illiuſque praxim
inſtituit. *Spec. in proem. 1. part. n 24.*
Maran. *de ord jud p 3. n. 132. & ſeqq.*
2 cum enim † Adam primum hominem
de limo terræ in agro Damaſceno for-
maſſet, *ut per* Gloſſ. *in l aſſumptio. §. filius in verb non do-*
micilium, ff. ad municip. & de incol Oldrad. *conſ. 25 num. 2.*
3 Card. Tuſc. *lit. A, concl. 173* collocavit † eum in Paradiſo
voluptatis, ut operaretur, & cuſtodiret illum, deditque ei
4 Deus hanc legem, de omni ligno † Paradiſi comedes,
de ligno verò ſcientiæ boni, & mali, ne comedas, in
quo enim die comederis ex eo, morte morieris, cum autem
5 non eſſet bonum, Hominem eſſe ſolum, & obdormiſſet, †
tulit Deus unam de coſtis ejus, & ædificans in mulierem,
illam Adæ in matrimonium collocavit, Geneſ. *c 1. & c. 2.*
6 hæc † ab antiquo Serpente Humani generis hoſte ſeducta
tulit de ligno vetito, & comedit, *c. Serpens de pœnit diſt. 1.*
7 deditque Viro ſuo, qui etiam comedit; Quare Deus † jus
contra Adam redditurus poſt meridiem acceſſit, eumque
8 citavit, dicens, Ubi es? & interrogatis † Ada, & Eva uxo-
re, habitaque illorum confeſſione, quod de ligno vetito
comediſſent, auditiſque illorum defenſionibus & exceptio
nibus, Adæ ſcilicet, quod Mulier ei de ligno dediſſet, Mu-
lieris verò, quod eam Serpens decepiſſet; ſic actitato pro
ceſſu, contra omnes definitivam protulit ſententiam, &
ſingulis ſuas criminales pœnas afflictivas conſtituit; Serpen-
ti omnium malorum auctori eam inter cæteras pœnas im-
9 poſuit, ſcilicet in inimicitias † ponam inter te, & mulierem,
& ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum
& tu inſidiaberis calcaneo eius. Geneſ. *cap. 3* in quibus ver-
bis Deus Chriſtum Jeſum filium ejus ex immaculata Vir-
gine naſciturum, verum Deum, & hominem, qui caput
Diaboli contereret, non obſcurè declaravit Index Biblie *in*
verb. Chriſtus, Cajet in Geneſ. *cap 3. ubi noviſſ.* Paulut.
poſt alios S. Leo Papa *ſerm. 2 de Nativit. Domini* Adæ au-
10 tem † inter alias eam pœnam conſtituit, ut in ſudore vul-
tus ſui veſceretur pane ſuo, donec reverteretur in terram,
de qua ſumptus fuerat, Evæ verò, ut in dolore pareret,
& ſub viri poteſtate eſſet, quam quidem ſententiam in-
11 appellabilem Deus debitè executioni demandavit, ac †
Adam unà cum Uxore Eva de Paradiſo ejecit, ut opera-
retur terram, Geneſ. *d. c. 3*
12 Cum autem veniſſet † plenitudo temporis, ut etiam
contra Serpentem ſententia plenariæ executioni in reli-
quis mandaretur, miſit Deus filium ſuum factum ex mu-
liere, factum ſub lege, ut eos, qui ſub lege erant, redi-
meret, ut adoptionem filiorum reciperemus, Apoſt. ad
Galat. *c 4. nu 4 & ſeqq.*
13 Ecce hic, † qui eſt omnium Summus Pontifex ſecundum
ordinem Melchiſedech, & verus Paſtor, qui animam ſuam
poſuit pro ovibus ſuis, Iſa *c. 40. n 11.* Matth. *c. 26. n. 30. &*
ſeqq Marc. *c. 14. n 27 & ſeq.* Joann *c 10. n. 11.* Apoſt ad
14 Hebr *c 13. n. 20.* 1. Petri *c 2 n 25.* data † eſt ab Æterno
Patre omnis poteſtas in Cœlo, & in Terra, Matth *c 28.*
15 Igitur Chriſtus Jeſus Dei Filius (nè poſt ejus ad Æter-
num Patrem aſcenſum deeſſet in terris, qui ejus loco Ec-
cleſiam regeret, & omnes per ſe ſe, vel alios judicaret)
Simonem Joannis à Bethſaida Galilæum primum de Na-
vi in Apoſtolum vocavit, eique à ſe petra impoſuit nomen
Petrus, Joan. *c 1. n 43.* Marc. *c. 1 nu 16* Luc. *c 6. n 14.*
Matth *c. 4. n 18. & c 10 n 2 can. 1. 21. diſt.* quem per con-
ſequens ejus in terris Vicarium deſignavit, & in Summum
16 Sacerdotem elegit, *d c. 1 21. diſt.* Petrus namque Cephas,
hoc eſt Caput, & Primus, ac Summus omnium Apoſto-
lorum (ſeu Papa) interpretatur, *c. Vigilius de primat.*
Eccl. Roman. Concil. *vol. 1. c. ita Dominus 19. diſt. c. Sacro-*
ſancta 22. diſt. Vigil. Papa *Epiſt. decret 2. c 7* Concil *vol.*
17 *2.* Qui inviolabilis petræ † firmitate donatus fundamen-
tum Eccleſiæ definitur, Matth *c. 16. n. 17. & ſeqq* Beat.
Clem. *in Epiſt. 1. ad Jacob. fratr. Domin* S. Leo Papa *epiſt.*
decret 52. col 2. & Epiſt 87. in princ. Concil. *vol. 2.* Dum
ſic à Domino vocatus primus Papa, † ſeù Pontifex con- 18
ſtituitur, S. Anacl. Papa *epiſt. decret. 2. col. 2* Concil.
vol. 1. c. in novo teſtamento 21. diſt
Poſtquam autem Chriſtus † Dominus contrivit Diabo- 19
li caput, dum Diabolus ejus humanitati inſidiando mor-
tem procuravit, Cajet. in Geneſ. *c. 3.* cum tertia † die, ſe- 20
cundum ſcripturas, ſurrexiſſet à mortuis, iturus in Cœ-
lum † ob id eundem Simonem Petrum jam antea electum 21
ejus in terris Vicarium, Summum Pontificem, ac Paſto-
rem omnium creavit, & reliquit, illique, qui eum præ
cæteris diligebat, non uti Simoni, quo is nomine antea
in ſeculo vocabatur, ſed uti Petro, hoc eſt Principi Apo-
ſtolorum, ac Paſtorem, Summo Pontifici, & Papæ, &
ſic in illo, ac per illum etiam Succeſſoribus illius ampliſſi-
mam ligandi, atque ſolvendi, agnos, oveſque paſcendi,
ac regendi poteſtatem conceſſit, tradidit, & cœleſtis ſi-
mul, ac terreni Imperii jura commiſit, Matth. *c. 16. n.*
17 & ſeq. Joan. *c 20. n. 21. & ſeqq. & c. 21. nu. 15. & ſeqq*
cap. ſolitæ de major. & obed. c. quanto de translat. Epiſc c. ad
Apoſtolicæ, §. nos itaque de re judic in 6. Boniſac. VIII. *in*
extrav. unam ſanctam de major. & obed c. ita Dominus 10.
diſt. c omnes 22 diſt. Maran. *de ord jud par 3. num 70. &*
ſeqq. & num 73 Caball. *ad Ægidian in proem in ver Ec-*
cleſiæ lib 2. & c. 37. in verb. poteſtatis nu 2. & ſeq lib 4 latè
Anchar. *conſ. 40 nu. 2. & ſeqq quod latius comprobat* Cam-
peg. *de pot Pap c 2 & ſeq & c 13* Proinde † Eccleſia ſa- 22
croſancta in die Cathedræ ipſius Beati Petri eum Paſto-
rem, ac Regem ſimul vocando canit. Tu es Paſtor
ovium Princeps Apoſtolorum, tibi tradidit Deus claves
Regni Cœlorum.
Petrus verò cum per annos duodecim Antiochiæ, & per 23
annos vigintiquinque Romæ Eccleſiam rexiſſet, de proxi-
mo ejus martyrio à Deo edoctus, Clementem de Monte
Cælio ſibi in Summo Pontificatu ſucceſſorem delegit, Beat.
Clem. *d Epiſt 1. ad Jacob fratr Domin princ. c. ſi Petrus,*
& c. unde ipſe 8. q. 1. Card Tuſc. *lit. E, concl. 57. num 1.*
Sed † Clemens, ne in exemplum traheretur, quod im- 24
poſterum quis poſſet ſibi in Pontificatu eligere ſucceſſorem,
liberè cedendo Papatui, primò Linum, & deinde Cletum,
qui etiam Petri coadiutores fuerant, ſibi præferri permiſit,
adeo quòd quarto loco, & ſic poſt Cletum Pontificatum
geſſit, *c. ſi Petrus, & ibi gloſſ. 8. q. 2. cap. 2. ubi gloſſ in ver.*
videbantur de renun tiat. in 6. Platin. *& alii Hiſt. in tract de*
Vit. Pontific. Card. Tuſc. *c concl. 57. nu 1.* Unde diſputat
mundus an Clemens fuerit quartus, an ſecundus, Gloſſ.
in d. cap. ſi Petrus in verb. aut eligendi. Et ſucceſſivè alii
Summi Pontifices unus poſt alium ſuper ipſius Beatiſſimi
Principis Apoſtolorum Cathedram, ſeu Sedem (quæ † 25
ſola ſtabilis eſt, S. Leo 1 *d Epiſt decret 52 col 2.* Concil.
vol 2. à quà † Papa claritatem, & ſanctitatem recepit, *c.* 26
non nos 40. diſt gloſ. in c. ſic omnes in ver Petri 19 diſt) ad
Summum Pontificatum † evecti ſederunt, Platin. Ciac. 27
con. *& alii in tract de Vit. Pont.*, Bullar. Roman. *tom. 1.*
& ſeqq. Card. Tuſc. *d. concl. 57. & alii.*
Summus igitur Pontifex † Romanus, qui etiam Papa, 28
hoc eſt, Paſtor Paſtorum, ſeu Pater Patrum vocatur, *gloſ.*
in proem. Clem. §. hæc ſanè in verb Papa in fin. Abbat. *Gre-*
ci in Synod Later. conſult. 2. col. 52. Concil. *vol. 3* & univer-
ſalis † Princeps Paſtorum appellatur à ſan me. Conſtan- 29
tino Imperatore ex ejus divina Juſſione ad Synod. *Epiſt.*
Sedis antiq. Romæ col. 2. Concil. *vol. 3.* eſt Ordinarius † 30
Ordinariorum, *c. ſi à Sede de præben. in 6. Clem. 1. ut lit.*
pend. Rom. *conſ. 335. nu. 7. & ſeq* Verall. *dec. 382. nu. 3.*
par. 1. Rot *in Cortonen. Plebaniæ 1. Julii 1633. coram* R.
P.D. Ghislerio *dec 228. nu. 2 par 6. recent. in Januen Ab-*
batiæ 14. Martii 1635. coram eodem decif. 28. nu. 28. par 7.
recent. & † ſucceſſor Petri, *c factus eſt Cornelius 7 q 1 late* 31
Camp *de poteſt. Pap. c. 14. ubi plura cumul.* Gravat. ad Veſt.
in prax. lib 1. c. 1. n 3 & dicitur † papè dictione admirativa, 32
quaſi admirabilis. *gloſ in d proem.* Clem *§. hæc ſanè in verb.*
Papa: Quia eſt † Dei Vicarius, & Viceſgerens in terris, 33
c. 2. & c 3 de translat Epiſc. cap ad Apoſtolicæ, §. nos itaque
de re judic in 6. Clem. *1. §. ideoque de* Magiſt. Clem. *1. §. nos*
igitur, & ibi Card. *de ſent. excom. gloſ in d. proem.* Clement.
§. hæc ſane in ver Papa, Bart *in Extravag. ad reprimendum*
in verb per edictum nu. 5. Scacc. *de appellat c 2 q. 8. nu 62.*
Quin-

Digitized by Google

34 Quintò Deus in terris, ut ait Bald. *in l. fin. C. de ſen-*
tent. reſcind. non poſſ. Dec. *in c. 1. n. 15. de conſtit.* Felin.
in c. ego N. col. 2. verſ. & ideo de jure jur. Card. Pariſ.
35 *conſ. 5. n. 75. & conſ. 68. n. 161.* qui omnes † judicat, &
à nemine judicatur, *c. ſi Papa 40. diſt. gloſ. in c. non li-*
ceat in verb. Papæ 12. q. 2. Clar. *in §. fin. q. 35. n. 3.* cujus
36 judicium † Deus ſuo ſine queſtione reſervavit arbitrio,
37 *c. aliorum 9. quæſt. 3.* cujus ampliſſimam poteſtatem †
reſtringere nemo poteſt mortalium, Rot. *dec. 72. n. 9.*
38 *par. 7. recent.* in quo defectus † poteſtatis non admitti-
tur, Rot. *dec. 219. n. 2. & n. 6. par. 7. recent.* cum omnia
poſſit, Matth. *c. 16. cap. propoſuit de conceſſ. præben. c.*
39 *cuncta per mundum 9. quæſt. 3.* & de cujus † poteſtate
dubitare nefas eſt, ac ſacrilegium, *c. ſi quis ſuadente*
Diabolo §. qui autem 17. q. 4. l. 2. C. de crimin. ſacrileg.
cum aliis, quos refert, & ſequitur Rot. *dec. 220. nu. 3.*
40 *part. 7. recent.* hanc † poteſtatem, ac juriſdictionem
ſibi à Deo traditam ſæpè per ſeipſum exercet, *c. per*
venerabilem, §. rationibus, qui fil. ſint legit. c. venera-
bilem de elect. gloſ. in c. omnes in verb. Cæleſtis 22. diſt.
latè Caſtill. de Bovadill. *in Polit. par. 1. lib. 2. c. 17. n. 4.*
& 5. ubi alios cumulat ſub lit. Q. & ſub lit. A.

41 Nequè ſolùm Summus † Pontifex per ſe ipſum, ſed
etiam per alios juriſdictionem exercet, & diverſis Ju-
dicibus concedit eandem tàm in Urbe, quàm in Orbe
Legatis ſivè Natis, ſivè Miſſis, ſivè de Latere, *c. 1. &*
cap. 2. de offic. deleg. in 6. necnon Patriarchis, Archie-
piſcopis, Epiſcopis & omnibus Prælatis totius Orbis,
c. quamvis 21. diſt. Veſt. *in prax. lib. 1. c. 1. late* Gon-
42 zal. *ſuper regul. Cancell. in §. 1. proem.* & Legatis, †
ac Gubernatoribus Status Eccleſiaſtici, Sixt. IV. *conſt.*
1. ſicut Clem. VIII. *conſt. 25. Onus, ſecundum antiq. im-*
preſ. ac demum Judicibus Romanæ Curiæ de quibus
latè Veſtr. *in prax. lib. 1. & lib. 2.*

Verùm inter cæteros Romanæ Curiæ † Judices, 43
quibus Summus Pontifex juriſdictionem contulit,
unus eſt Auditor R.C. Apoſtolicæ, cui ligandi, ac per
cenſuras Eccleſiaſticas coercendi, & ab illis ſolvendi,
necnon in pluribus, ac diverſis cauſarum generibus jus
reddendi nedum in Urbe, ſed etiam in Orbe, tàm in ci-
vilibus, quàm in criminalibus (non tamen in beneficia-
libus) poteſtatem, ac juriſdictionem conceſſit, Pius IV.
conſt. 74. inter multiplices, in princ. ſecundum antiq.
impreſſ. prout caſus, in quibus ipſe jus reddere poteſt,
conſpicere licet in ampliſſimis facultatibus ei tributis
poſt alios à Paul. V. *conſt. 28. Eximiæ.*

Civiles cauſæ omnes, quæ in hoc A.C. † & aliis Ur- 44
bis Tribunalibus vertuntur, (nam de criminalibus in
præſenti agere non intendimus) aut ſunt executivæ,
aut ſummariæ, aut ordinariæ; licet enim poſt judicii
originem, & poſtquam homo factus eſt, ut ſupra incola
terræ, cum Hominibus excreverit etiam hominum ma-
litia † & ob id, humanis neceſſitatibus ſic exigentibus 45
ut unuſquiſquè honeſtè viveret, alterum non læderet,
& jus ſuum unicuiquè tribueret, quæ ſunt tria juris
præcepta, *§. juris præcepta, Inſt. de juſt. & jur.* di-
verſas leges promulgare, diverſaquè Judiciorum ge-
nera adinvenire opere pretium fuerit, nihilominus
† omnia ad hæc tria dotiſſimum referuntur, nam Ju- 46
dicium aut eſt executivum, aut ſummarium, aut or-
dinarium.

Verùm quoniam † ordo procedendi in his civilibus 47
cauſis in pluribus eſt innovatus, quomodo in eis † re- 48
centioribus hiſce temporibus, & ſignanter coram A.C.
procedatur, ut infra indicare Junioribus non ingra-
tum fore, exiſtimavi.

PARS PRIMA.

CAPUT PRIMUM.

SUMMARIUM.

De Cauſis executivis. Cap. I.

1 AUditor Cameræ, habet facultatem procedendi executivè in pluribus cauſis, & quomodo.
2 Papa ſolebat olim quædam negotia in Cam. ſua cum voto nonnullorũ Prælatorum expedire.
3 Clericorum Cameræ origo antiquiſſima unde proceſſerit.
4 Subditi Papæ ex Statu temporali cœperunt antiquitus ad Cameralem ejus audientiam recurrere.
5 Papa multiplicatis negotiis, rariſſimè ſolet hodie in Camerali audientia convenire.
6 Cardinalis Camerarius S.R.E. eſt Caput audientiæ Cameralis à Papa conſtitutus.
7 Camerarius S.R.E. uſque ad tempora Innocentii I. præerat ærario Papæ.
8 Camerarius S. R. E. olim redditus Eccleſiæ, ſeu eleemoſynas Pauperibus erogabat.
9 S. Laurentius tempore S. Sixti I. fuit S.R.E. Camerarius, qui redditus Eccleſiæ erogabat Egenis.
10 Papamet, hodiè eleemoſynas ex ærario Pauperibus erogat per manus ejus Eleemoſynarii.
11 Cauſæ appellationum nedum à Judicibus Status Eccleſiaſtici, ſed etiam à Judicibus Urbis, tribus exceptis, ad Cameralem Audientiam antiquitus confluere cœperunt.
12 Papa Camerario S.R.E. Auditorem deputavit.
13 Auditor Cameræ olim fuit ſolummodo Judex curialiũ.
14 Auditor Cameræ nomen Patris Curialium ſortitus eſt.
15 Facultates quam plurimæ à Papa Auditori Cameræ in dies conceſſæ, & quæ.
16 Auditor Cameræ undè dictus.
17 Auditor Cameræ eſt Auditor Camerarii.
18 Auditor Cameræ olim erat Judex delegatus.
19 Auditor Cameræ hodie eſt Judex ordinarius, & habet facultates ampliſſimas.
20 Auditor Cameræ in toto Orbe christiano in pluribus juriſdictionem ex Indulto Papali exercet.
21 Camerarius, & clerici Cameræ habent facultatem judicandi in cauſis, in quibus camera habet intereſſe.
22 Auditor Cameræ habet juriſdictionem in cauſis Privatorum.
23 Auditor Cameræ non eſt Auditor Papæ, ſed Camerarii.
24 A ſententiis Auditoris Cameræ appellatur ad Papam, & quare.
25 Auditor Cameræ hodie habet duos Locumtenentes in civilibus, & unum in criminalibus, & decem Notarios.
26 Auditor Cameræ habet locum in Cappella Papæ.
27 Auditor Cameræ poteſt delegare cauſas.
28 Auditoris Cameræ Tribunalis Reformatores qui.
29 Auditoris Cameræ officium eſt cæteris antiquius, & nobilius.
30 Auditoris Cameræ officium licèt vacet per mortem, vel aſſumptionem, expeditiones decretæ valent, & poſſunt ſine dubio exequi coram ſucceſſore.
31 Auditoris Cameræ juriſdictio non præjudicat juriſdictioni Vicarii Papæ, & in quibus.
32 Auditor Cameræ eſt Judex competens Hebræorum, & in quibus cauſis.
33 Qui tractent de juriſdictione, & facultatibus A.C.
34 Qui ſcripſerint de officio A.C. ac modo procedendi in ejus Tribunali.
35 Auditor Cameræ quas hodie facultates habeat.
36 A.C. eſt Judex privativè quoad alios, quando agitur de obligatione Camerali.
37 Inter Cives, & Incolas in forma Cameræ obligatos, eſt locus præventioni inter A.C. & Judices Capitolinos.
38 In dependentibus à litibus aliorum Tribunalium, A.C. non eſt Judex, ſeu Exequutor obligationis Cameralis privativè.
39 Quoad clericos Romanos, & loca Pia in forma Cameræ obligato, eſt locus præventioni inter A.C. & Urbis Vicarium.
40 A.C. cauſas obligationum Cameralium extra curiam non reaſſumit.
41 A.C. nullam habet juriſdictionem in Beneficialibus.
42 A.C. non poteſt in Beneficialibus concedere mandatum de manutenendo.
43 A.C. juriſdictio non poteſt in Beneficialibus prorogari etiam de partium conſenſu.
44 A.C. eſt Judex in cauſis beneficialibus curialium vigore Eugenianæ.
45 Curiales hodie ratione Beneficiorum ſunt ſubjecti Ordinariis locorum ex diſpoſitione Sacri Concilii Tridentini.
46 A.C. eſt Judex competẽs ſuper validitate Unionis, dum non agitur de titulo, & poſſeſſione Beneficii, & quare.
47 A.C. eſt Judex in Beneficialibus in ſi actis adeſt commiſſio.
48 A.C. eſt Exequutor literarum Apoſtolicarum.
49 Etiam ſi alius ſit datus Exequutor in literis.
50 A.C. virtute novarum facultatum eſt Executor literarum Apoſtolicarum, etiam ſi in eis non ſit nominatus.
51 A.C. non poteſt vigore ejus facultatum, uti Exequutor generalis, vocare Poſſeſſorem Beneficii ultra duas dietas.
52 Niſi in literis ſit aliter ordinatum cum derogatione contrariorum.
53 Vel niſi ſint exequendæ literæ Penſionis, cujus ſolutio ſit deſtinata in curia.
54 Vel niſi A.C. ſit nominatus Executor in literis.
55 Vel niſi de expreſſo conſenſu partium.
56 Vel niſi cauſa eſſet commiſſa in curia.
57 A.C. non poteſt inſtituere præſentatum ad Beneficium Juriſpatronatus.
58 Judicium aut eſt executivum, aut ſummarium aut ordinarium.
59 Obligatio in forma Cameræ Apoſtolicæ, ſive Regiæ, ſive Ducalis, habet executionem paratam.
60 Debitor, qui aliquo modo non conſenſit in mandatum executivum, non poteſt via executiva conveniri.
61 Obligatio in forma juris Guarantigiæ, habet executionem paratam.
62 Obligationes Camerales in forma Ripæ, Ripettæ, & aliæ ſimiles, in quibus Debitores conſentiunt in mandatum unica &c. habent coram A.C. executionem paratam.
63 Vigore conventionis factæ inter Partes, quod in aliqua obligatione procedatur executivè, competit via executiva.
64 Pro ſumma ſcutorum viginti monetæ, & ab inde infra coram A.C. proceditur executivè ex praxi.
65 Pro, inter, & contra Notarios Tribunalis, occaſione officii, A.C. procedit executivè, & nu. 67. & ſeqq.
66 Pro, inter ſed non contra, Mercatores curiæ occaſione mercium A.C. poteſt procedere executivè, & num. 68. & ſeqq.
69 Verba ſummariè, & ſine figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, abſque obſervatione terminorum, important viam executivam, & quid in hoc obſervet Signatura.
70 Literæ cambii, & cedulæ depoſitorum in forma Mercatorum, & coram A.C. inter, & contra eos habent executionem paratam.
71 Inſtrumentum depoſiti veri, & realis habet executionem paratam.
72 Contra Depoſitarium, ſicut contra Sequeſtratarium proceditur executivè.
73 Indebiti vigore Cameralis obligationis ſoluti repetitio habet viam executivam.
74 Pro mercede proceditur executivè.

75 Sed

Digitized by Google

75 *Sed coram A.C. in multis caſibus pro mercede proceditur ſummariè via monitorii ex praxi.*

76 *Pro alimentis futuris competit via executiva.*

77 *Vigore Inſtrumenti dotalis, ſi conſtat, quod Mulier non poteſt ſe aliunde alere competit via executiva.*

78 *In Urbe, ac ejus diſtrictu pro dote proceditur executivè vigore Statuti indiſtinctè, etiam contrà Tertios, etiam non excuſſo Principali.*

79 *Pro legato coram A.C. proceditur executivè juxta opinionem Angeli.*

80 *Secus in Rota.*

81 *Si debitor non eſt ſolvendo poteſt executivè procedi cõtra Debitorem Debitoris obligati ad favorem illius.*

82 *Confeſſionis judicialis vigore competit via executiva.*

83 *Sed hoc non procedit quando Iudicium eſt jam effectum ordinarium.*

84 *Confeſſio judicialis, & Inſtrumentum Confeſſionatum, & Guarantigiatum, an, & in quo differant.*

85 *Confeſſio facta in Inſtrumento Guarantigiato habet vim confeſſionis judicialis.*

86 *Guarantigia quid ſit.*

87 *Guarantigia ſine confeſſione non datur.*

88 *Guarantigiatum Inſtrumentum poteſt dici etiam confeſſionatum, & illi æquiparari.*

89 *Guarantigiatum Inſtrumentum, & confeſſionatum inter ſe differunt, licet ſint ejuſdem efficacia.*

90 *Notarius, qui non eſt Iudex Cartularius, ſeu ordinarius, non poteſt recipere per Guarantigiam, & n. 4.*

91 *Notarius Iudex Cartularius habet juriſdictionem voluntariam.*

92 *Notarii Judicis Cartularii præceptum habet executionem paratam ad inſtar veri præcepti Judicis.*

93 *Notarii Judicis Cartulari juriſdictio poteſt prorogari à Partibus.*

94 *Notarius, qui non eſt Judex, non videtur poſſe præcipere per Guarantigiam.*

95 *Vigore Inſtrumenti Guarantigiati, & multo magis Confeſſionati, proceditur executivè.*

96 *Virtute Inſtrumenti, in quo obligatio cameralis, vel ſimilis habetur pro oppoſita, competit via executiva.*

97 *Obligatio cameralis in tribunali A.C. vel C. A. habetur pro oppoſita mortuo Notario, qui formam obligationis non appoſuerat in Inſtrumento, & quando ſecus.*

98 *Guarantigia de ſtylo in Inſtrumentis apponi ſolita omiſſa, habetur pro appoſita.*

99 *Et ſtatur declarationi Notarii, ſi vivit, aliàs ſtatur ejus ultimo ſtylo, vel magis communi in ea materia.*

100 *Inſtrumentum publicum non habet paratam executionem.*

101 *Inſtrumenti jurati vigore non competit via executiva regulariter.*

102 *Limita ſi juramentum tendat ad litis deciſionem.*

103 *A decreto facto vigore juramenti litis deciſivi non datur appellatio.*

104 *Obligatio Cameralis à quo inventa.*

105 *Qua ratione introducta, & unde dicta.*

106 *Obligatus in forma Cameræ ad ſimplex verbum tenetur ſolvere.*

107 *Obligans ſe in forma Cameræ renunciat omni legum auxilio, & omni exceptioni.*

108 *Guarantigiæ, & obligationis Cameralis differentia.*

109 *Guarantigia unde dicta.*

110 *Facultates A.C. procedendi executivè in omnibus caſibus, in quibus in aliis Tribunalibus proceditur executivè, debent intelligi de Tribunalibus Urbis tantum.*

111 *A.C. non procedit executivè vigore Statuti de partibus, ſed tantum quando adeſt obligatio cameralis, Guarantigiata, vel ſimilis.*

112 *A.C. facultates non ſunt reſtrictæ ad obligationem cameralem, Guarantigiæ, Ripæ, Ripettæ, ſed ulterius progrediuntur.*

113 *A.C. reaſſumit cauſas obligationis cameralis Guarantigiæ, & aliarum in ejus facultatibus expreſſarum à Judicibus Urbis, non autem ab illis de partibus.*

114 *A.C. licet poſſit inhibere quibuſcumque Judicibus in dictis caſibus, hoc tamen reſtringitur ad Judices Curiæ ex praxi rerum magiſtra.*

115 *Actor, qui egit executivè contra obligatum in forma Cameræ, poteſt variare, etiam à Judice de partibus ad A.C.*

116 *Vigore obligationis cameralis poteſt quis variare de re ad perſonam, & de una via executiva ad aliam, & ab uno ad alium Judicem competentem.*

117 *In judicio executivo non habet locum regula l. ubi cœptum, nec exceptio litis pendentiæ, ſecus in judicio ordinario intentato.*

118 *Agens via ordinaria videtur renunciaſſe viæ executivæ.*

119 *Limita primo, ſi Reus fuit contumax, nam tunc poterit variare Agens etiam via ordinaria.*

120 *Limita ſecundo, refectis expenſis, & renunciato viæ ordinariæ intentatæ, nam tunc poteſt agi executivè.*

121 *Limita ſi Actor ſibi reſervavit viam executivam prævia proteſtatione, vel pacto.*

122 *Limita quarto, ſi Judex cœpit agere via ordinaria ſine conſenſu Partis.*

123 *Limita quinto, ſi actum fuerit hypothecaria contra Tertium, nàm poteſt agi executivè contra Principalem.*

124 *Limita ſexto quando via ordinaria eſt præambula ad executivam.*

125 *Variatio de judicio ſummario ad executivum non admittitur, & quando hoc procedit.*

126 *Limita quando non mutatur primum judicium cœptum, ſed aliud compatibile vigore obligationis cameralis contra Principalem; vel ejus Hæredem.*

127 *Vigore obligationis cameralis poteſt quis variare de Perſona ad Perſonam, de Principali ad Fidejuſſorem, & de Perſona ad rem, & de re ad Perſonam.*

128 *Actor, qui egit in partibus, ſi vult variare vigore obligationis cameralis, & agere coram A.C. debet reficere expenſas, & deponere julium, juxta opin. Ang.*

129 *Sed hoc non videtur habere locum, quando fuit in partibus actum executivè.*

130 *In Curia in executivis admittitur variatio, etiam non refectis expenſis.*

131 *Citatio debet fieri ante domum, non in domo.*

132 *A.C. habet facultatem citandi obligatos ſub formis executivis, & à ſcutis viginti infra ad valvas domus ſolitæ habitationis Citandi.*

133 *Citatio debet relinqui domi, vel affigi ad valvas domus ſolitæ habitationis Citandi quando citatio perſonalis non requiritur, vel quis non permittit ſe perſonaliter citari.*

134 *In Curia factis diligentiis contra Perſonam proceditur per affixionem ad valvas Curiæ, in Acie Campi Floræ, & domi dimiſſa copia.*

135 *Si domi citandi nemo adſit, vel qui adeſt non vult aperire, poteſt Curſor affigere citationis copiam ad valvas domus, adhibito uno Teſte.*

136 *Citationes executæ per Curſorem domi dimiſſa copia in Tribunali A.C. habent vim executarum per Mandatarios in manibus domeſticorum in A.C.*

137 *Curſores Papæ indiſtinctè citationes intus domum per rimulas oſtii domus dimittunt.*

138 *Si domus citandi non reperiatur, factis diligentiis, proceditur per affixionem ad valvas Curiæ, & in Aciæ Campi Floræ.*

139 *Sed ſi adeſt domus olim ſolitæ habitationis illius affigitur citatio etiam ad valvas dictæ domus, adhibito uno Teſte.*

140 *A.C. habet facultatem citandi obligatos ſub formis executivis, & à ſcutis viginti infra per affixionẽ ad valvas domus, ergo multo magis domi dimiſſa copia.*

141 *Curſores vix copiam citationis per rimulas oſtii domus de ſero immittunt, & abeunt, & illam in oſtio vicini non ſemel relinquunt.*

142 *Curſores copiam citationis nunquam legibilem domi relinquunt, cum tamen citatio debeat eſſe legibilis de Jure, & ex conſtitutionibus.*

143 *Curſores, & Mandatarii non poſſunt citare perſonaliter, vel domi dimiſſa copia poſt tertiam horam noctis, per affixionem verò niſi de die.*

Digitized by Google

De Cauſis Executivis
Pars Prima Cap. I.

Coram Illuſtriſſimo, & Reverendiſſi-
a 1 mo D. Auditore R.C. a Apoſtolicæ †
b executivè proceditur b in cauſis obli-
c gationum in forma Cameræ, c nec-
d non Guarentigiæ, d Ripæ, Ripettæ,
ac etiam in aliis, in quibus etiam ab-
ſque obligatione Camerali Debito-
res conſentiunt in mandatum unica,
e vel ſine citatione, e & quarum obli-
gationum, & conſenſuum vigore in aliis Tribunalibus
f executivè per relaxationem mandatorum procedi poteſt, f
g etiam per affixionem citationis ad valvas g habitationis
Citandorum quoad obligatos in forma Cameræ, ſeù Gua-
rentigiæ, Ripæ, Ripettæ, ac aliis formis executivis,
& quoad alios aliter obligatos, ubi non agitur de majore
quàm viginti ducatorum ſumma.

Obſervationes.

a SUmmus Pontifex † Romanus ſolebat antiquitus nego-
cia, quæ ad ipſius diſpoſitionem ſeorſum à ſacro Senatu
ſpectabant, prout circa regimen Urbis, & Status tempora-
lis, ac rationes Ærarii in Camera ſua per ſeipſum tracta-
re, & cum voto nonnullorum domeſticorum Prælatorum
3 (qui poſtmodum Clerici Cameræ, † quaſi ad Cameram
Summi Pontificis Conſiliarii electi, fuerunt appellati) au-
dire, ac ſine debito terminare, Veſtr. *in prax. lib. 2. c. 1. n. 2.*
4 Verùm, quia ad hanc Audientiam † quaſi domeſticam
ipſius Summi Pontificis Cameralem, nuncupatam, Subditi
omnes etiam in partibus gravati ex univerſo Statu Eccleſiæ
temporali, veluti ad ſupremam ipſius Summi Pontificis au-
dientiam convolare cœperunt multiplicatis negotiis Sum-
5 mus Pontifex † ſe paulatim ab hoc munere revocavit, adeò
quod rariſſimè hodie in hac Camerali audientia, niſi ubi de
rebus gravioribus Ærarii, vel mala Diplomatum expe-
ditione agatur, ſoleat convenire, Veſtr. *d. l. 2. c. 1. nu. 5.*
6 Hujus Cameralis Audientiæ † caput, ut Gravat. ad Ve-
ſtr. *d. lib. 2. c. 5. n. 3. & ſeq.* teſtatur, Summus Pontifex con-
ſtituit S. R. E. Camerarium; Hic antiquitus uſque ad tem-
7 pora † Innocentii Primi, de anno 417. ad Pontificatum
evecti, Ærario Summi Pontificis præeſſe conſuevit, *c.*
audientiam de præſumpt. Cherub. *in comp.* Bull. *tom. 1. ad*
8 *Conſt. 5.* Urban. VI. *ſcol. 1.* Necnon Eccleſiæ redditus, †
ſeu eleemoſynas Pauperibus erogare iam ſolitus fuit,
9 quod munus † olim Beatus Laurentius uſque ad tempora
S. Sixti Primi Papæ, & Martyris, qui ab anno 117.
uſque ad annum 127. Pontificatum geſſit, obivit, Gravat.
10 ad Veſtr. *d. lib. 2. c. 1. num. 3.* Licèt hodie ipſemet † Sum-
mus Pontifex per manus Eleemoſinarii, qui vigore man-
dati à Camerario, & Theſaurario ſubſcripti pecunias ab
ærario recipit, eleemoſinas pauperibus erogare ſoleat,
Cherub. *ad conſt. 1.* Urbani VI. *ſcol. 1.*
11 Sed quoniam, nè dum † à Judicibus univerſi Status
Eccleſiaſtici, verum etiam à Judicibus Urbis (Vicario,
Gubernatore, & Senatore, exceptis) cauſæ appellatio-
num ad eamdem Cameralem audientiam numeroſæ con-
12 fluebant, eidem S.R.E. Camerario † Summus Pontifex
13 Auditorem deputavit, quem † ab initio Judicem ſolum-
modo Curialium conſtituit, Gravat. ad Veſtr. *d. lib. 2. c.*
4. nu. 19. Ægid. *dec. 310. in fin.* Rot. *dec. 5. de offic. ordin. in*
14 *antiq.* (unde A. C. Pater † Curialium fuit appellatus,
Cherub. *in d. compen. ſuper conſt. 7.* Innocent. VIII. *vol. 2.*
15 (& ſucceſſivè † literarum Apoſtolicarum, & obligatio-
nis Cameralis & cenſurarum executorem, & deinde etiam
Judicem cum facultate dd. cauſas appellationum, ſine alia
commiſſione audiendi, ac ſine debito terminandi (unde Cu-
16 riæ † Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditoris nomen
ſortitus eſt) inſtituit, & creavit, Veſtr. *d. l. 2. c. 4. n. 1. & ſeqq.*
17 A.C. quem Auditorem † Camerali appellat, Innocent.
VIII. *conſtit. 7. Apprime, ſecundum nov. impreſſ.* uſque ad
18 tempora Innocentii fuit Judex † delegatus, ut per Cherub.
19 *in d. conſt. 7. ſchol. 1.* Bellamer. *dec. 196.* hodie verò † ne-
dum eſt Judex ordinarius Romanæ Curiæ, ſed etiam ſen-
tentiarum, & cenſurarum tàm in Curia, quàm extra eam
latarum, ac literarum Apoſtolicarum Univerſalis, & me-
rus Executor à Summo Pontifice ſpecialiter conſtitutus,
& ob id non ſolum in toto temporali dominio Summi Pon-
tificis, ſed etiam in univerſi † Orbis Chriſtiani Provin- 20
ciis, & Regnis, ex diverſorum Romanorum Pontificum
Indultis in Civilibus, & Criminalibus iuriſdictionem exer-
cet, ut teſtatur Pius Quartus *conſtit. 74. Inter, in princ.*
ſecundum antiq. impreſſ.
Camerarius, † & Clerici Cameræ habent iuriſdictio- 21
nem in Cauſis intereſſe Cameræ quomodolibet tangenti-
bus, non autem in aliis cauſis privatorum, Pius IV.
conſt. 55. Rom. Pontifex ſecundum nov. impreſſ. Paul. V.
conſt. 71. Univerſi agri.
Auditor † verò R. C. Apoſtolicæ habet Juriſdictionem 22
in cauſis privatorum, & licèt fuerit † olim non modica con- 23
troverſia, an Auditor Cameræ eſſet Auditor Papæ, vel
Camerarii, nihilominus Camerarii Auditorem eſſe deci-
ſum fuit, ſed quia † eius ſententiæ iura privatorum concer- 24
nunt, ab illis ad ipſum Summum Pontificem, non autem
ad Cameram, in qua tantùm cauſæ intereſſe Cameræ con-
cernentes cognoſcuntur, datur appellatio, Marcheſ. *de com-*
miſſ. in partic. par. 1. n. 69. & ſeq. fol. 158. ſecundum nov. impr.
Hodie † Auditor Generalis R. C. Apoſtolicæ, habet 25
tres Locumtenentes, duos ſcilicet in Civilibus, qui ſunt
R. P. D. Petrus Paulus Caballetus Romanus, & R. P. D.
Cæſar Argelus Bononien. & unum in Criminalibus, ultra
proprium Auditorem, per quos Juriſdictionem exercet,
& decem Notarios Actuarios Cauſarum, quæ in non mo-
dico numero, in eius Tribunali vertuntur.
Habet † locum in Capella Summi Pontificis poſt Gu- 26
bernatorem, & Oratores Principum Pius IV. *conſtit. 38.*
Ad eximiæ, Greg. XIII. *conſt. 55. Ad Generis, ſecundum*
antiq. impreſſ.
Et poteſt † alteri cauſas delegare, Seraphin. *dec. 509.* 27
nu. 3. & dec. 957. nu. 17.
Eius † Tribunal reformavit Pius IV *d. conſt. 74.* Pius V. 28
conſt. 117. Inter illas ſecundum antiq. impreſſ. Paulus V.
conſt. 71. Univerſi agri.
Eius officium eſt † cæteris antiquius, & nobilius Leo 29
X. *conſtit. 3. Iniunctum*, & licèt vacet † per mortem, vel 30
aſſumptionem nihilominus Monitoria, & Citationes de-
cretæ, licèt non executæ, necnon mandata, ſententiæ,
& omnes aliæ expeditiones, & acta remanent in ſuo ro-
bore, & coram Succeſſore exequi poſſunt, adeò quod
in hoc nullum ſit difficultatis, aut dubitationis principium,
Saluſt. Tiber. *in prax. lib. 1. c. 46.*
Juriſdictio † A. C. non præiudicat Juriſdictioni Vi- 31
carii Papæ quoad perſonas Eccleſiaſticas, & loca Pia,
& eorum bona, etiam ſi agatur de obligatione in for-
ma Cameræ, Ripæ, & Ripettæ, Pius V. *conſtit. 20.*
Conſiderantes ſecundum antiq. impreſſ. Paul. V. *conſtit. 81.*
Univerſi agri.
Quo verò ad Hebræos † ubi agitur de obligatione 32
Camerali non dependentes à cauſis, & litibus aliorum
Tribunalium A. C. eſt illorum Judex competens priva-
tivè quoad alios iuxta ſuas facultates, & poteſt etiam
contra eos procedere in Criminalibus, Paul. V. *conſt. 71.*
Univerſi agri.
De iuriſdictione, † & facultatibus A. C. tradunt Jul. 33
II. *conſtitut. 13. Decret. & conſtit. 17. Ad eximiæ*, Leo
X. *conſtit. 3. Iniunctum, & conſtit. 33. Miniſterio*, Paul.
III. *conſtit. 15. Grata*, Jul. III. *conſtit. 19. Ad eximiæ*,
Greg. XIII. *conſtitut. 55. Ad generis, ſecundum antiq.*
impreſſ. Greg. XIV. *in eius conſtit. Ad generis, impreſſ.*
poſt prax. Saluſt. Tiber. Paul. V. *conſtit. 28. Eximiæ, &*
conſtit. 71. Univerſi agri.
De eius † officio, & modo procedendi in eius Tribu- 34
nali tradit Veſtr. *lib. 2. cap. 4. & ibi* Gravat. *& noviſſime*
Saluſt. Tiber. *in eius praxi Judiciaria*, aliquid tradit,
Burattus *dec. 502. nu. 2.*
Hodie † A. C. habet facultatem ſe immiſcendi in cau- 35
ſis criminalibus abſque irregularitate dummodò per ſe
ipſum ſententiam, ſeu votum ſanguinis non ferat, cau-
ſas per Locumtenentes, ſeù Auditores cognoſcendi, in
cauſis obligationum Cameralium, Guarentigiæ, Ri-
pæ, Ripettæ, & aliarum formarum executivarum pri-
vativè quoad alios, præterquam inter Cives, & Incolas,

iuxta

juxta formam motus proprii Pii V. & in dependen. à litibus alibi pendentibus, procedendi, eaſque ab aliis Judicibus reaſſumendi, ſolus vigore obligationum Cameralium cenſuras promulgandi, cauſas ſpirituales, & Curialium, Communitatum, Mercatorum, & Penſionum, cauſas appellationum extra Urbem, necnon in Urbe à Judicibus (Vicario, Gubernatore, & Senatore exceptis) cognoſcendi, cauſas non excedentes valorem 200. ducatorum, necnon Mercatorum, & Notariorum Tribunalis ſummariè manu regia, alias verò prout in Beneficialibus audiendi, & decidendi, quoad obligatos in forma Cameræ Guarantigiæ, Ripæ, Ripettæ, & aliis formis executivis, & quoad alios aliter obligatos, ubi non agitur de majori ſumma, quam 20. ducatorum (ſeu potius ſcutorum, vel praxis obſervat) executivè procedendi, cauſas criminales contra Curiales, & exemptos cognoſcendi, Monitoria contra Epiſcopos de aſſenſu Papæ decernendi, Literas Apoſtolicas ſolus, & dato alio executore cumulativè, & ſententias in Curia, & extra eam latas exequendi, ſolus terminum triginta dierum concedendi, pro contractibus in Curia initis, & curiales, alioſque in Curia degentes citandi, compulſoriales, & remiſſoriales decernendi, in vim Eugenianæ Curiales tuendi, Monitoria ad partes decernendi, inobedientes excommunicandi, ne ab eo excommunicati ab alio poſſint abſolvi, Excommunicatos ab aliis abſolvendi, obligationes Camerales etiam contra bona Debitorum decedentium exequendi omnibus facultatibus aliis Auditoribus conceſſis, & indultis utendi, quod dilationes ab aliis conceſſæ obligationis in forma Cameræ non ſuffragentur; & cauſæ diſcuſſionum alibi pendentes, & appellationes non facientes mentionem de obligatione Camerali executionem non retardent; Præcedentiam in Cappella Papæ, & aliis actibus publicis, Carceratos etiam extra Curiam vigore ſuorum mandatorum relaxandi, miſerabiles in cauſis diſcuſſionum præferendi, in Curia, & extra citandi, cauſas Cambiorum ſiccorum Mercatorum Urbis cognoſcendi, ne aliis obligationibus Cameralibus ſe ingerant, prout latius in dictis facultatibus, & Conſtitutionibus ſupra relatis.

36 Signanter † A. C. ubi agitur de obligationibus in forma Cameræ ubivis locorum, & inter qualcumque perſonas contractis, & contrahendis, eſt Judex competens privativè quoad omnes alios, Greg. XIV. *in d. conſt. ad generis*, §. *ita ut tu*.

37 Sed primò hoc † non procedit quoad Cives, & Incolas Urbis, nam quoad eos eſt locus præventioni inter A. C. & Judices Curiæ Capitolinæ, Pius IV. *conſt. 37 Dilectot*, *ſecundum antiq impreſſ.* Gregorius XIV *in d. conſt. Ad generis*, Paulus V. *d. conſt. 28. Eximiæ*.

38 Secundò non procedit † quoad obligationes dependentes à litibus in aliis Tribunalibus pro tempore introductis, Greg. XIV. *in d. conſtit. Ad generis*, Paulus V. *in d. conſt. 28. Eximiæ*, *& conſt 51 Univerſi agri*.

39 Tertiò non procedit † quoad Clericos ratione originis, vel beneficii Romanos, & loca Pia in forma Cameræ obligata, nam quoad eos eſt locus præventioni inter A. C. & Urbis Vicarium, Paulus Quintus *in reform. Tribunal. Urbis, quæ eſt ejus conſtitut 71. Univerſi Agri*, §. *in primis*, *verſ ut tollantur controverſiæ inter Tribunalia Curiæ*.

40 Quartò procedit † quoad Judices Romanæ Curiæ, nam quoad eos, ubi agitur de obligatione Camerali eſt Judex privativè quoad omnes alios, Buratt. *deciſ* 534 *nu.* 5. non autem quoad Judices extra Romanam Curiam, nam quoad eos non eſt Judex privativè in obligatione Camerali, ſed cumulativè, nec cauſas ab eis reaſſumit prout à Romanæ Curiæ Judicibus. Buratt. *deciſ.* 462. *n.* 1.

41 Non habet † A. C. juriſdictionem in Beneficialibus, Lancell. *de attent c 4 in præfat num.* 323. *& ſeqq.* Bellam. *deciſ.* 216. Achill *deciſ* 24. *de appell.* Rota *apud Marcheſ. de commiſſ. appell. ab oblig.* Camer. *par* 1. *deciſ.* 1 *fol* 721. *& de commiſſ appell in poſſ.* Salu *d par* 1. *deciſ.* 11. *num* 1. *fol.* 953. *ſecundum nov impreſſ* nec in petitorio nec in poſ-
42 ſeſſorio, adeout † non poſſit in dd. cauſis Beneficialibus concedere mandatum, de manutenendo, Cavaler *deciſ.*
43 32. *num* 1 *& deciſ.* 224. *per tot* nec ejus † Juriſdictio poteſt in hoc prorogari de conſenſu partium, *l privatorum. C. de Juriſdict. omn jud* Rot *in Caſertana benef* 3 *Maii* 1595 *coram bon. mem* Card. Blanchetto, Gregor. *deciſ.*

518. *numer.* 4. *& ibi latè* Beltramin. *numer.* 7.

Primò tamen hoc † non procedit in cauſis beneficialibus Curialium, quibus A. C. eſt Judex vigore Eugenianæ, quæ Curiales tuetur, Bon. *deciſ.* 149. *n.* 1. *& ſeqq. lib.* 2. *par.* 3. *diverſ.* 44

Sed hæc † eſt deciſio bon. mem. Fabii, quæ emanavit ante annum 1560. Hodiè verò ex diſpoſitione Sacri Tridentini Concilii, *ſeſſ.* 24. *cap.* 11. *de reform. emanata ſub* Pio IV. *de anno* 1563. *menſe Novembris*, Eugeniana, quo ad Beneficia Eccleſiaſtica Curialium, his minimè ſuffragatur, ſed Curiales ratione dd. Beneficiorum Ordinariis locorum ſubjecti remanent, non obſtantibus quibuſcumque inhibitionibus. 45

Secundò non procedit † quando non agitur de titulo aut poſſeſſione Beneficii ſed ſuper validitate unionis quia tunc cauſa non eſt beneficialis Capucaq. *deciſ.* 99. *part.* 1. Rot. *apud* Marcheſ. *d. deciſ.* 12. *nu.* 1. *quæ eſt deciſ.* Coccin. 169 *num* 1. 46

Tertiò non procedit † ſi in actis adſit commiſſio, Achil. *d. deciſ.* 24. *de appel* Rot. *apud* Marcheſ *d. deciſ.* 11. *n.* 1. 47

Quartò non procedit † in executione literarum Apoſtolicarum, nam A C vigore ejus ordinariarum Facultatum poteſt ad illarum executionem procedere, Greg. XIV *in dicta conſt. Ad generis*, Paul. V. *conſt.* 28. *Eximiæ* etiam ſi datus † eſſet alius certus Executor in literis, nam tunc A. C. vigore novarum Facultatum, & Conſtitutionum cumulativè cum illo procedit Paul. V. *d. conſtit* 128. *Eximiæ*, Cherub. *in comp. Bull. tom* 1 *ſuper conſt.* 1. Urban. V. *ſcol.* 1. Coccin. *deciſ.* 169. *nu.* 5. 48 49

Signantur autem † hodie poteſt, ut ſupra, cumulativè procedere, etiam ſi alius in literis certus Executor datus ſit, & ipſe A. C. non ſit in illis nominatus ex novis facultatibus, & Conſtitutionibus Sanctiſſimi D. N. Ferentil. ad Buratt. *dec.* 909 *n* 6. *ubi quod ita etiam reſcripſit Signatura in una Barchinonem Benefic.* Nec obſtat quod dictæ novæ Conſtitutiones, & Facultates dicant, quod non intelligunt derogare reformationibus Pii IV. Pii V. & Pauli V. Quia hoc intelligitur præterquam quoad expreſſa, Jaſ. *in l. doli clauſula* 119. *nu n.* 2. *de verb. oblig.* Coccin. *d. deciſ.* 169. *num.* 6. 50

Ubi autem A. C. procedit, uti Executor generalis, non poteſt virtute ejus ordinariarum Facultatum vocare poſſeſſorem beneficii ultra duas dietas, Marcheſ *de commiſſ. de exec. Brev. part.* 1. *cap.* 1. *nu* 91. *fol.* 353. *& d. deciſ.* 1. *n* 2. *fol.* 721. *ſecundum nov. impreſſ.* Buratt. *dec.* 350. *n.* 2. 51

Niſi † in literis exequendis fuiſſet aliter ordinatum cum derogatione conſtitutionis Bonifacii Octavi de una, & Concilii generalis de duabus dictis, quo caſu forma literarum exequendarum erit omninò ſervanda, ut quis non evocetur extra propriam diœceſim ultra numerum dietarum in eis expreſſarum, vel niſi ageretur † de exequendis literis penſionum quarum ſolutio in Romana Curia eſſet deſtinata, vel niſi † A. C. nominatim in literis fuiſſet præſcriptus executor, nam in his caſibus poteſt ad ſe undecumque, & quocumque evocare Pius V. *d. conſtit.* 117. *Inter illa* §. *literas* Paul. V. *d conſt.* 62. *Univerſi agri* §. *literas*. Burat. *d dec.* 250. *num.* 5. vel niſi † Partes expreſſæ conſentirent, Buratt. *d. deciſ.* 250 *n* 5 vel denique niſi † cauſa eſſet commiſſa in Curia; nam tunc non eſſet neceſſaria derogatio, *cap ſtatutum* §. *in illa*, *de reſcript. in* 6. Buratt. *d. deciſ.* 250. *n.* 7. 52 53 54 55 56

Tandem A. C † non poteſt inſtituere Præſentatum ad beneficium juriſpatronatus, quia ejus Facultates ad hoc non ſe extendunt, ut fuit dictum *in Alatrina Cappellaniæ Veneris* 27. *Iun.* 1588 *coram bon. mem.* Bubalo. 57

Judicium † aut eſt Executivum, aut ſummarium, aut Ordinarium Marant *de ord. jud. par.* 4. *diſt.* 9. *num* 1. *& num* 39 *& diſt* 10 *num* 7. Luc. Pet. in Prax. *lib.* 2. *cap.* 1. *& ſeqq & lib.* 3. *cap* 1. *& ſeqq. & lib.* 4. *cap.* 1. *& ſeqq.* Caſtrenſ. *conſ.* 318. *Conſiderandum*, *num* 5. *verſ. ſi verò per Statuta lib* 5. 58

Executivè † primò proceditur virtute Obligationis Cameralis, Luc. Pet. in Prax *lib.* 3. *c.* 4 *num* 1. Cavaler. *deciſ* 412 *num.* 1. ſive quis ſe obligaverit in forma Cameræ Apoſtolicæ, ſivè Regiæ, ſivè Ducalis, Zacch. ad Galleſ. *de oblig* Camer *q.* 2 *num* 27. Rot. *poſt eumdem* Zacch. *de oblig.* Camer. *deciſ* 67. *nu.* 2. 59

Nec adverſatur, *deciſio Rotæ in cauſa Lucana dotis*

19. *Ianuarii 1629. coram bon. mem.* Card. Virili, *de qua*
60 *infrà ſub lit. F.* quia ibi Debitor † non ſe obligaverat
cum aliqua clauſula, cujus vigore poſſet executivè proce-
di, & ſic non conſenſerat aliquo modo in mandatum, ſeu
viam executivam, prout ſe obligaverat, & conſenſerat
debitor in caſu *d. dec. 67. nu. 2. poſt* Zacch. *de oblig. Camer.*
61 Secundò executivè † proceditur virtute obligationis
in forma juris Guarantigiæ, Zacch. ad Galleſ. *d. p. 2. nu.*
7. & ſeq Luc. Pet. *in prax. lib. 3. c. 1. n. 2.* Sal. Tiber. *in*
prax lib. 1. cap. 39. num. 1. & ſeqq. Theſaur. *deciſ. 26. nu.*
12. Rot. *in Lucana dotis 19. Ianuarii 1629. coram bon. mem.*
Cardinali Virili.
62 Tertiò etiam coram A.C. † vigore illius ordinariarum
Facultatum executivè proceditur virtute obligationum in
forma Ripæ, Ripertæ, (quæ in effectu ſunt obligationes
Camerales additis quibuſdam ſtrictioribus conventioni-
bus circa mercaturam, de qua in eis agitur) & virtute
aliarum, in quibus Debitores conſentiunt in mandatum
executivum unica, vel ſine citatione, & quarum obli-
gationum, ſeu conſenſuum vigore in aliis Tribunalibus
executivè per relationem mandatorum proceditur,
Gregor. XIV. *in d. conſt. Ad generis §. ita ut in impreſſ. poſt*
prax Saluſt. Tiber. Paul. V. *conſt. 213. Eximiæ.*
63 Quartò proceditur executivè † vigore conventionis,
quæ fieri poteſt inter Partes, quod in aliqua obligatione
procedatur executivè, etiamſi in forma Cameræ, aut in
aliis formis executivis ut ſupra, ſe non obligent, nam
facta hujuſmodi conventione competit via executiva, Bu-
ratt. *dec. 302. n. 1. & deciſ. 537. n. 2 & n. 6. in fin.* Duran.
deciſ. 37. nu. 6.
64 Quintò proceditur executivè † coram A.C. quo ad
alios quomodolibet obligatos, ubi non agitur de majori
ſumma viginti ſcutorum monetæ, Gregor. XIV. *in d.*
conſt. Ad generis §. eiſd. Paul. V. *in d. conſt. 28. Eximiæ,*
ut praxis obſervat.
65 Sextò executivè † proceditur pro, inter, & contra No-
tarios A.C. occaſione negotiorum ad officium ſpectan-
66 tium, necnon etiam pro † & inter mercatores Romanæ
Curiæ occaſione mercium, Rot. *dec. 446. n. 1. par. 2. recent.*
67 Nam † quod pro inter, & contra Notarios occaſione
mercedis ſcripturarum procedatur arbitrio Judicis, &
quando tenentur aliquid acceptum reſtituere, procedatur
executivè, & manu regia, eſt diſpoſitum *in Reforma*
fel. mem. Paul. V. ſub tit. de Not. Tribun. Vrbis §. orta inter,
& §. quandocumque quæ eſt eius conſt. 75 Vniverſi Agri.
68 Quod verò † A.C. in cauſis pro, inter, & contra No-
tarios ejus Tribunalis, & in mercatores ut ſupra, poſſit
procedere ſummariè, &c. ſine figura Judicii, ſola facti
veritate inſpecta, & manu regia, abſque obſervatione ter-
minorum, eſt diſpoſitum in ejus Facultatibus Greg. XIV.
in d. conſt. Ad generis §. eas videlicet impreſſ. poſt prax. Sa-
luſt. Tib. Paul. V. *d. conſt. 28 Eximiæ §. eas videlicet*, quæ
69 verba † importare viam executivam dixit, Rot. *d. deciſ.*
446. n. 1 par. 2 recent & ita obſervat praxis optima legum
interpres, adeo quod Signatura in his caſibus ſoleat reſcri-
bere cum clauſula *ſine præiudicio*, prout quando actum
fuit vigore obligationis Cameralis.
70 Septimò etiam proceditur executivè † vigore litterarum
Cambii, & Cedularum depoſiti, quæ ubique locorum
in foro mercatorum, & in A.C. Tribunali paratam ha-
bent executionem inter & contra Mercatores, Sal. Tiber.
in prax. lib. 2. cap. 21. num 2. & ſeqq. Seraphin. *deciſ.*
562. num 2.
71 Octavò proceditur executivè † vigore Inſtrumenti de-
poſiti veri, & realis, quia depoſitum habet de Jure execu-
tionem paratam, *l. pen. ubi* Bart & DD *C. depoſ.* Matte.
ſil. *ſing 5.* Anton. Canar. *de exec inſtr q 7 nu 17* Rolan.
conſ 17 n. 1. & ſeq lib. 1. ubi de communi, & quod contra
72 † Depoſitarium poſſit executivè procedi, prout contra Se-
queſtratarium, tradit Cavaler *deciſ. 29. num. 1. cum aliis*
cumulatis per Ferentill ad Burat *dec 516. n 2 & ſeq.*
73 Nonò poteſt procedi executivè † pro repetitione inde-
biti vigore obligationis Cameralis ſoluti, Burat. *deciſ.*
272. n. 2. & ſeq.
74 Decimò pro mercede † competit indiſtinctè via execu-
tiva, Duran. *deciſ 216 num. 9* ſed in A.C. Tribunali in
75 multis † caſibus pro mercede agitur ſummariè, via tamen
monitorii, & ita obſervatur hodie.

Undecimò pro alimentis † futuris competit via exe- 76
cutiva, ut poſt Guid. de Suza *de alim* tradit, Sal. Tib. *lib.*
4 fol 48 verſ. & licet, & ita obſervat praxis.
Duodecimò proceditur † executivè de jure communi, 77
vigore inſtrumenti dotalis, quando conſtat de paupertate
Mulieris, ita ut non poſſit aliunde ſe alere, alias ſecus,
Rot. *in d. Lucana dotis 20. Ianuar. 1629 coram bon. mem.*
Card. Virili.
Decimotertiò in Urbe, & illius diſtricto † pro dote con- 78
tra quoſcunque quomodolibet obligatos, & eorum hære-
des competit via executiva, prout etiam contra Tertios
poſſeſſores bonorum, etiam non excuſſo principali, licèt
dicti Tertii non habeant cauſam ab obligatis, dummodo
bona prædicta per obligantem tempore obligationis, aut
poſt poſſeſſa fuiſſe, probentur. Statut. Urb. *lib. 1. c. 85. &*
ibi Fanzon *n. 11.* Luc Pet *in prax. lib. 3. c. 5 n 12.*
Decimoquartò pro legato in † Tribunali A C obſerva- 79
tur de ſtylo opinio *Angeli*, ut competat via executiva, &
eſt opinio communis, ut teſtantur relati à Sal Tiber *lib.*
2. cap. 6. num 4 Ferentill. ad Buratt. *deciſ. 208. num. 12.*
quam opinionem ſervat etiam Signatura, reſcribendo in
hoc caſu in cauſis hujus tribunalis cum clauſula *ſine præ-*
judicio, &c.
Sed Rota ſequitur opinionem † negativam, Buratt. 80
deciſ 208. num. 3 & idem obſervat de ſtylo etiam in cauſis
commiſſis cum facultatibus A. C. Rot. *dec. 168. nu. 8. &*
dec. 141. n. 34 & ſeq. par 7. recent. cum aliis relatis per Fe-
rentill. ad Buratt *d dec. 208. n 12.*
Decimoquintò quando † Debitor non eſt ſolvendo, po- 81
teſt agi executivè contra Debitorem Debitoris & obligari
in forma Cameræ ad favorem illius, nam in caſu inopiæ, &
neceſſitatis hujuſmodi tranſeunt in Creditorem ea, quæ
ſunt à Debitore inſeparabilia, & quæ aliàs non tranſirent
Burat *dec. 937. n. 4. & ſeq.* quem ſequitur Rot. *deciſ. 129*
n. 15 par 5. recent.
Decimoſextò proceditur executivè † de jure communi 82
virtute confeſſionis judicialis præſente Judice emanatæ,
quæ confeſſio habet vim ſententiæ, & rei judicatæ, Galleſ.
de oblig. Camer d qu. 2. n. 2. & ibi Zacc. *n. 29.* Roderic. Suar.
in l. poſt rem iudicatam in 3. not. nu 1. & ſeq ff. de re iud.
Sed hoc procedit † ſi confeſſio emanavit ſimpliciter ad 83
petitionem Partis, ſecus ſi præcedente libello, & litis
conteſtatione, quia Judicium tunc eſt effectum Ordina-
rium, Suar. *ubi ſupra n 2.* Amat. Rodriq. *de exec ſen. art.*
2. tit. de confeſſ. n 25. verſ. ſed hoc tamen.
Hanc judicialem confeſſionem † eſſe Confeſſionatum 84
Inſtrumentum illud, de quo DD. loquuntur; & non dif-
ferre ab obligatione, quæ fit apud acta tradit Teſaur. *d.*
deciſ. 26. nu. 31. ubi etiam conſtituit differentiam inter in-
ſtrumentum Guarantigiatum, & Confeſſionatum, quod
ſcilicet in Confeſſionato requiratur confeſſio & ſucceſſivè
præceptum Judicis de ſolvendo, in Guarantigiato verò
ſolum præceptum Judicis vel Notarii, etiam ſi non
ſit Judex.
Cæterùm † Inſtrumentum Guarantigiatum etiam con- 85
feſſionem in ſe continere, & hanc eſſe ejuſdem efficaciæ,
ac ſi eſſet facta in judicio, tradunt, Bart. *in l. eror. n. 11.*
C. de iur. & fac ignor. & alii quos ſequitur Jaſ. *in d. l. error.*
n. 16. Suar. *in d l poſt rem iudicatam in 3. not. n. 12.*
Et quod Guarantigia ſit † præceptum in ipſum confeſ- 86
ſum de obſervando promiſſa factum per Notarium effe-
ctum Judicem Cartularium, ſeu ordinarium, qui habet
Juriſdictionem voluntariam tradit Barz. *de Guarantig q.*
1. Cin. & alii quos refert, & ſequitur Sal. Tiber. *in prax.*
lib. 1. c. 39. n. 2. Alex. *in l. ait Prætor, §. 1 nu. 8. ff. de re*
iud. Socc. Sen. *conſ 79. nu. 49. lib. 4.* quia † Guarantigia 87
fundatur ſuper confeſſionem, ſine qua Guarantigia non
datur, Soccin. Sen *d conſ. 79 n 49. & nu. 50 & ſeq.* Undè
Inſtrumentum Guarantigiatum † poteſt etiam dici Con- 88
feſſionatum, & ideo unum alteri comparat, Bart. *in l. 2.*
n. 5 C. de ſent. quæ ſine cert. quant Barz. *de Guarantig. d.*
q. 1. Galleſ. *de oblig. cam q. 2. n. 31. & ſeq* Suar. *in d l poſt*
rem iudicatam, in 3 not. n. 12. ff. de re iud dum loquitur
de Inſtrumento Guarantigiato, ſeu Confeſſionato.
Et licet Inſtrumentum, in quo mediante confeſſione fa- 89
cta in Judicio adeſt præceptum Judicis Ordinarii, conten-
tioſam juriſdictionem habentis, dicatur propriè Inſtrumen-
tum Confeſſionatum, ad differentiam Guarantigiati, &
habeat

Digitized by Google

habeat executionem paratam, tamen ſunt eiuſdem effica-
ciæ; cum pro utroque competat via executiva, Bal. *in l.*
etiam in princ. C. de execut. rei iud. cum aliis præalleg.
Nec, Alex. *in d. l. ait prætor §. 1. n. 8 ff. de re iud.* & Socc.
90 Sen. *d. conſ. 609 nu. 49.* dicunt quod Notarius † qui non ſit
Judex Cartularius, ſeu Ordinarius, poſſit præcipere per
Guarantigiam, ſed potius innuunt contrarium, & quod
Notarius, qui non eſt Judex, ut ſupra, non poſſit facere hu-
iuſmodi præceptum in confeſſum, ſed ſolum ſcribere fa-
ctum, de quo rogatur, clarè dixit Bart. *de Guarantig. d. q. 1.*
91 Et quod Notarii, qui communi iure ſunt Judices ut ſu-
pra, habeant iuriſdictionem voluntariam tradit Innoc.
in c. cum à nobis de teſt. Caſt. *conſ.* 260. *nu* 4 *lib. 1.* & quod
92 ob id poſſint † præcipere Confitenti, ut eorum præceptum
habeat executionem paratam, ſicut verum præceptum Ju-
dicis, de quo *in l. ſi debitor ff. de iud.* tradit Jaſ. *in d. l. error.*
num 29. C. de iur. & fact. ignor. ubi etiam quod Partes poſ-
93 ſunt eorum iuriſdictionem prorogare, quod facere non
poſſent, niſi illi eſſent Judices Cartularii per *l. privato-*
rum C. de iur. omn. iud.
94 Unde † non videtur ſubſiſtere, quod Notarius, qui non
ſit Judex, poſſit præcipere per Guarantigiam, ex quo,
dum dicunt DD. Notarium poſſe facere huiuſmodi præ-
ceptum, vel dicunt eum ad hoc debere iam eſſe effectum
Judicem, vel hoc ſupponunt, ut ex præallegatis patet.
Decimoſeptimò igitur ex præmiſſis colligitur quod In-
95 ſtrumentum † Guarantigiatum, ut ſupra, & multo ma-
gis confeſſionatum, habet paratam executionem, & illius
virtute poteſt executivè procedi *ex præallegatis*.
96 Decimooctavò etiam procedi poteſt † executivè vigore
Inſtrumenti, in quo obligatio Cameralis, vel alia ſimilis
habetur pro appoſita, ac ſi illa obligatio realiter fuiſſet
in eo appoſita Sal. Tiber. *in prax. lib. 1. c. 40. n. 1. & ſeq.*
97 Nam ſi in Inſtrumento † in Tribunali A. C. vel Came-
ræ Apoſtolicæ rogato fuerit omiſſa forma ſub qua Debitor
ſe obligavit, tunc ſi Notarius eſt mortuus, vel abſens,
obligatio Cameralis habetur pro appoſita, aliàs ſtatur
eius declarationi Sal. Tiber. *d. l. 1. c. 40. per tot.*
98 Et ſtante ſtylo † Notariorum apponendi in Inſtrumen-
tis Guarantigiam, eam omiſſam haberi pro appoſita, tra-
dit Gonzal. de Pax. *in prax. tom. 1 par. 4. c. 1. n. 10. pag. 96.*
99 Et ſi Notarii vivunt ſtatur eorum declarationi, aliàs eo-
rum ultimus ſtylus, vel ſtylus magis communis in illa
materia, ſi de ultimo ſtylo non conſtat attenditur, Sal.
Tiber. *d. l. 1. c. 40. n. 1. & ſeq.*
100 Inſtrumentum † publicum autem regulariter non habet
paratam executionem, Anton. Canar. *de exec. Inſtr. q. 7.*
n. 17. Roderic. Suar. *in d. l. poſt rem iudicatam, poſt nos. 1. 9.*
in declar. legi. Regia n. 6. ff. de re iud. Luc. Pet. *in prax. lib.*
3 *c. 1. n. 1.* Theſaur. *d. deciſ. 26 n. 1. & ſeq.* Duran. *deciſ.*
37. *nu* 6. Rot. *in d. Lucana dotis 19. Januarii 1629. coram*
bon. mem. Card. Verali.
101 Prout † nec etiam regulariter vigore Inſtrumenti iurati
poteſt executivè procedi, Zacch. ad Galleſ. *de oblig. Ca-*
mer. q. 2. nu. 28. & ſeqq. Rot. *poſt* Zacch. *ubi ſupra dec. 57.*
num 8. cum aliis præallegatis.
102 Sed hoc non procedit in Juramento † tendente ad litis
deciſionem Roderic. Suar. *in d. l. poſt rem iudicatam in 2.*
not. n. 1 Zacch. ad Galleſ. *d. q. 2. n. 29.* quo caſu nec etiam
103 à decreto † illius vigore facto daretur appellatio Sal. Tiber.
in prax. lib. 2. c. 39. n. 2.
104 C Obligatio † in forma Cameræ fuit incerto authore,
& diuturno uſu Romanæ Curiæ inventa, Galleſ. *de oblig.*
105 *Cam. in proem. num. 1.* ratio autem illius † inventionis fuit
ut pro debitis Cameralibus parata eſſet executio omnis
generis, ſine diſpendio citandi Debitores in partibus, & ſi-
ne mora faciendi proceſſum ordinarium, Galleſ. *de oblig.*
Camer q. 2. n. 1. & ibi Zacch. *n. 1.* unde obligatio huiuſmodi
nomen Cameralis, ſeu in forma Cameræ ſortita eſt,
Galleſ. *d. q. num. 2.* quia habuit ortum ab ipſa Camera,
Veſtr. *in prax. l. 2. c. 4. n. 2.* Zacch. ad Galleſ. *d. p. 2. n. 2.*
106 Proinde † obligatus in forma Cameræ ad ſimplex ver-
bum tenetur ſolvere, Gratian. *diſcept. 87. n. 25. verſ. ad*
ultimum, Maur. *de Fideiuſſ. part. 1. princ. ſect. 6 de privil.*
Fideiuſſ. c. 3. nu. 46.
107 Nam per obligationem † Cameralem renunciatur be-
neficio diviſionis, & omni legum auxilio, Sal. Tiber. *in*
form. inſtrum. lib. 1. c. 17. n. 4. & ſeq. verſ. ſed prædicta, Zacch.
ad Galleſ. de oblig. Camer. q. 17. n. 25. Put. *dec. 456. n. 3. p. 2.*
in correc. Rot. *poſt* Zacch. *de oblig. Camer. dec. 24. nu. 8. &*
dec. 243. n. 3. & ſeq. Necnon rei non ſic geſtæ, ſimulationis
& omnibus exceptionibus Zacch. ad Galleſ. *q. 17. nu. 94.*
Differt Guarantigia † ab obligatione Camerali, quia D
Guarantigia ab initio retinet confeſſionis, & Judicialis 108
præcepti efficaciam, obligatio verò Cameralis, niſi ha-
beat in ſe mandati executivi, vel cenſurarum ſuſceptio-
nem, non habet in ſe iudicialem confeſſionem, nec Ju-
dicis præceptum; niſi inſtrumento producto fiat in iudicio
confeſſio ſolita, & illa præcedente Judicis præceptum;
Galleſ. *de oblig. Camer. d. q. 2. nu. 31.* quem ibi ſequitur,
Zacch. *n. 30.* Theſaur. *d. dec. 26. n. 12. in fin.*
Dicitur † autem Guarantigia à verbo Guarentare, ſeu 109
Guarentizare, quod relatum ad Inſtrumentum ſignificat
illud perpetuæ firmitatis robore confirmare, & munire,
ut latè per Jaſ. *in d. l. error. n. 25. C. de iur. & fact. ignor.* &
Theſaur. *d. dec. 26. n. 14.*
Illa verba quod A. C. poſſit executivè procedere † in F
omnibus obligationibus, & conſenſibus, quorum vigore in 110
aliis Tribunalibus executivè per relaxationem mandato-
rum proceditur, debent intelligi de aliis Tribunalibus Ur-
bis, de quibus facultates loquuntur, ut verba indicant, non
autem de aliis extra Urbem, Rot. *in d. Lucana dotis 19 Ia-*
nuarii 1629. coram bon. mem. Card. Verali, in qua fuit ideo
dictum A. C. † non potuiſſe executivè procedere vigore In- 111
ſtrumenti, in quo non aderat obligatio Cameralis, nec Gua-
rantigia; nec alia ſimilis obligatio, aut clauſula, cuius vigore
poſſet executivè agi, licèt vigore ſtatuti Lucani in cauſa
dotis executivè procedi potuiſſet in Civitate Lucana.
In illis verò caſibus, in quibus aliis Romanæ Curiæ Ju-
dices executivè † procedere poſſunt per relaxationem man- 112
datorum, ubique A. C. executivè procedit, quia eius fa-
cultates non ſunt reſtrictæ ob obligationem Cameralem,
aut in forma Juris Guarantigiæ, Ripæ, Ripettæ, ſed in
§. *illa ut tu*, ulterius progrediuntur ibi, *ut etiam in aliis*
obligationibus in quibus in aliis Tribunalibus executivè pro-
ceditur, Buratt. *dec. 537. nu. 6.*
Et ob id † cauſas obligationum in forma Cameræ Gua- 113
rantigiæ, & aliarum executivarum in dd. facultatibus ex-
preſſarum, A. C. reaſſumit ab aliis Tribunalibus Urbis,
non autem ab aliis Tribunalibus extra Urbem, quia quo-
ad Judices de partibus ipſe non eſt in dd. cauſis executivis
Judex ſolus, & privativè, Buratt. *dec. 462. nu. 1. & dec.*
537. num. 1. & ſeqq.
Et licèt † in dd. facultatibus dicatur, quòd poſſit inhibere 114
quibuſcumque Judicibus etiam Romanæ Curiæ, nè in illis
ſe ingerant, tamen notoria, & immemorabilis obſervantia,
quæ eſt rerum magiſtra, & optima interpres, *l. ſi de inter-*
pretatione ff. de leg. docuit clarè dd. verba non comprehende-
re Judices de partibus, à quibus dd. cauſæ numquam reaſſu-
muntur, Buratt. *dec. 462. n. 1. verſ. & omnem difficultatem.*
Sed nihilominus poteſt actor † qui via executiva egit 115
contra debitorem in forma Cameræ obligatum, variare, &
aliam viam executivam, intentare, Caputaq. *dec. 50. n. 5.*
par. 1. Rot. *dec. 122 nu. 29. p. 6. recent.* etiam ſi primò egerit
in partibus nam poteſt, omiſſo illo iudicio, agere coram
A. C. in Curia, ut paſſim ſervat Praxis quinimò poteſt quis,
omiſſa via ſubhaſtationis † bonorum, procedere ad captu- 116
ram perſonæ, etiam ſi habeat bona Debitoris ſequeſtrata,
quia per hoc non eſt ſibi ſatisfactum, Rot. *d. dec. 122 n. 17.*
& ſeqq. Ubi quod id præſertim procedit, ſtante obligatione
Camerali, ex tritiſſimo, & uſitato ſtylo, non ſolum poteſt
aliam viam executivam intentare coram eodem, ſed etiam
coram alio diverſo Judice competente, Galleſ. *de oblig.*
Camer. q. 11. nu. 2. & ſeq. & alii, quos refert, & ſequitur,
Cevall. *com. contra commun. p. 3. q. 815. n. 24. & ſeqq.* Ubi
quod hoc eſt peculiare † in via executiva, in qua non ha- 117
bet locum regula, *l. ubi cœptum ff. de iud.* nec exceptio li-
tis pendentiæ coram alio Judice, ſecus ſi fuiſſet actum via
ordinaria, nam tunc Actor variare non poſſet, Cantard.
in l. unica in decimaquarta limit. nu. 5. C. ſi de moment. poſſ.
fuer., *cum aliis cumulatis per* Zacch. ad Galleſ. *d. q. 11. n. 9.*
Rot. *dec. 161. nu. 9. p. 6. recent.* Buratt. *dec. 561. nu. 5.* tunc
enim † videtur viæ executivæ renunciaſſe, Buratt. *deciſ.* 118
208. *n. 2* ubi alias deciſiones cumulat.
Sed hoc primò non procedit † ſi Reus fuiſſet contumax, 119
nam tunc etiam, qui egit via ordinaria, poteſt variare,
Gal.

Digitized by Google

Galleſ *d.q.11.n.7. & ib* Zacch.*n.*10. Guttier.*pract.qu lib 3.*
*c.39.n.6. & nu.*8. Scacc.*de appell lib.3.c.2.q 17.lim.9.n.*
47. & Galli. *ubi ſupra q 11.n.7* refert, & ſequitur Rot.*poſt*
eumdem Zacc. *de oblig* Camer. *dec.*56.*n.7. & ſeqq.*
120 Secundò non procedit, quando Actor renunciaſſet viæ
ordinariæ intentatæ, nam tunc refectis expenſis poteſt
convolare ad viam executivam, Guttier. *d. lib.3.c.39.n.*
7 Cevall. *com. contra commun. par.3. q* 815. *nu.*22. *& ſeqq.*
ubi dicit quòd hæc opinio, quod refectis expenſis poſſit
ille, qui egit via ordinaria, redire ad executivam, eſt
veriſſima, ſemper obſervatur in practica, *& nu* 30. ubi
quod refectis expenſis Parti nihil deperit, & Cevallum
refert, & ſequitur, Zacc. ad Galleſ. 2.*q.*11.*num.* 11. &
quod quando quis renunciat viæ ordinariæ intentatæ,
poſſit redire ad viam executivam, tenuit etiam Rot. *poſt*
Zacch. *ubi ſupra dec.*68.*nu.*2. *& poſt* Cenc. de Cenſ. *deciſ.*
269. *n.*2. Ferentill. ad Buratr *dec* 208. *nu.*10.
121 Tertiò non procedit, quando ille † qui egit via ordina-
ria, proteſtatus fuit ſibi nihilominus reſervatam cenſeri
viam executivam, & ſic facultatem agendi executivè ſibi
reſervavit expreſsè, Guttier. *lib.3 q.39.n 6. verſ.ſecundò li-*
mitatur, Scacc. *de appell. d.lib.3.c 2.q.17. lim 9. nu.*46. *&*
ſeqq. ubi quod idem habet locum, ſi Inſtrumento adeſt pa-
ctum, quod creditor poſſit variare de una via ad aliam.
122 Quartò † non procedit, quando Judex ſine conſenſu
Partis, ſeu Actoris cœpiſſet procedere ordinariè (ſi ca-
ſus dari poteſt) Zacch. ad Galleſ. *d.q.*11. *nu.*12. Guttier.
*d.q.*39. *num* 20.
123 Quintò non procedit quando ageretur hypothecaria con-
tra tertium poſſeſſorem, nam poſſet agi contra principalem
Debitorem executivè, Guttier. *d. lib.3.q.39.nu.*11. *& ſeq.*
124 Sextò † non procedit, quando via ordinaria eſt præam-
bula ad executivam, prout ſi antequam petatur executio,
ſit neceſſe probare implementum conditionis, vel liquida-
tionem Inſtrumenti condictionalis, vel illiquidi eſſe fa-
ctam, Guttier. *pract. qu. lib.3.d.qu* 39. *nu.* 11. *& ſeqq.*
Sicut autem regulariter non licet variare de judicio or-
125 dinario ad executivum, ita nec de judicio † ſummario ad
executivum, quia Judicia poſſeſſoria ſummaria ſunt ordi-
naria, Rot. *dec.*161. *n.*10. *& ſeq. par.6. recent.*
Sed hoc locum habet, quando quis vellet procedere ad
ſubhaſtationem rei cœptæ cauſa pignoris, nam hoc ſine
licentia Principis fieri non poteſt, Rot.*d.dec.*161. *nu.*10.
126 *& ſeqq* ſecus ſi quis vellet † non recedendo à primo Judi-
cio ſummario jam cœpto, intentare aliud judicium exe-
cutivum vigore obligationis Cameralis compatibile non
contrarium, non contra Tertium, ſed contra Principa-
lem, vel ejus hæredem, Rot. *d. dec.*161. *n* 18. *& ſeqq.*
par.6. recent. & in Romana dotis 4 Julii 1635. cor bon.mem.
Pirovano Decano, *in qua d. dec.* 161. comprobatur.
127 Cæterum habens † plures in forma Cameræ obligatos,
omiſſo Judicio cœpto, & executione facta contra Unum
ex coobligatis, ſine aliqua difficultate variandi poterit
alios coobligatos convenire, Seraph. *dec.*1107. *n.*3. quem
ſequitur Zacch. ad Galleſ. *d. q.*11. *n.*12. & licita eſt etiam
variatio de Principali ad Fidejuſſorem, de una re ad aliam,
de perſona ad rem, etiam lite pendente, vel etiam ſi uno
modo ſit cœpta executio, Rot *d. dec.*161. *nu* 4. *& ſeqq* ubi
hujus rei ratio redditur, *p 6 recent. & in d. Rom. dotis 4.*
Julii 1635. coram bon. mem. Pirovano Decano, & ob id
omiſſa via ſubhaſtationis, procedi poteſt ad capturam
perſonæ, Rot *d. dec.*122. *n* 16. *& ſeq. p. 6 recent.*
128 An autem † quando actum fuit in partibus vigore obli-
gationis Cameralis, & deinde, omiſſo illo judicio, vi-
gore ejuſdem obligationis, agitur in Curia coram A. C.
ſine reficiendæ expenſæ in primo judicio in partibus factæ,
Alii aſſerunt ſe vidiſſe practicari non admitti hujuſmodi
variationem, niſi refectis expenſis, Parte videlicet op-
ponente, & ob id opus eſſe depoſito Julii unius pro ex-
penſis liquidis cum oblatione reficiendi reſiduum, ſi adeſ-
ſet, facta liquidatione, juxta opinionem Ang. *in l. 4 §.*
ait Prætor. ff. de re jud.
129 Nec deſunt † qui in cauſis executivè in partibus cœptis
vigore obligationis Cameralis, rurſus variando, ejuſdem
obligationis virtute, egerint coram A. C. & obtinue-
rint, ac viderint practicari in contrarium, videlicet
procedi ad ulteriora abſque alia expenſarum refectio-
ne, quod videtur magis convenire ſuperius allegatis,

& privilegio variandi virtute obligationis Cameralis
competenti.
Nam ſi in Curia admittitur † in executivis variatio, 130
ut ſuperius dictum fuit, abſque alia expenſarum refectio-
ne, videtur eodem modo admittenda, quando omiſſo
judicio executivo in partibus cœpto, aliud ſimile de no-
vo coram A. C. inchoatur, ex rationis identitate, &
aliis præallegatis, quicquid ſit quando prius actum fuit
via ordinaria.
Citatio † non debet fieri in domo, ſed ante domum, G
Gloſſ. in Clem. *cauſam, in verſ. in domo, & ibi* Anchar. 131
*num.*11. *verſ. undecimo nota, de elect.* Scacc. *de appellat.q.*
12. *c.2. lib.3. n.*13. *verſ. adverte hic obiter.*
Proinde citationes affigi ſolent ad valvas domus ſolitæ
habitationis citandi, & A. C. † habet facultatem hanc 132
citandi obligatos in forma Cameræ, Guarantigiæ, & ſub
aliis formis, & clauſulis executivis, necnon alios aliter
obligatos, ubi non agitur de majori ſumma viginti duca-
torum, Greg. XIII. *conſt.* 55. *un generis §. eiſdemque* ſec.
an, impreſſ. Greg XIV. *in ejus conſt. Ad generis §. eiſdem-*
que Paul. V. *conſt.*28. *§. cas videlicet, verſ. etiam per affi-*
xionem.
Et de Jure quando non eſt neceſſaria citatio perſonalis,
† prout cum prima citatio fuit perſonaliter executa, vel 133
cum Citandus non permittit ſe perſonaliter citari, debet
citatio vel relinqui domi ſolitæ habitationis Citandi, *l ſci-*
re oportet, §. qui autem ff. de excuſ. Tut. Rot. *deciſ.* 130.
nu 27. *par.6. recen. cum aliis infra allegatis ſub cap.*2. *lit. C,*
& c 4. lit. E, verſ ſed ſi cauſa, vel ad valvas, ſeu Januam
domus ſolitæ habitationis ejuſdem affigi, *l.4. §. Prætor*
ait, & §. toties ff. de damn. infer. l. ſed, & ſi Pupillus §. de
quo palam ff. de inſtit. act. l item veniunt §. præter hæc, ibi
denunciatum ff de pet. hæred. Tiraq. *de retract. lignag gloſ.*
2. §.9. n 8, Rot *dec.*130. *n.*27. *p.6. recent.*
Cæterum † in Curia, ſi perſona Citandi comodè habe- 134
ri non poſſit, factis diligentiis, proceditur per affixionem
ad valvas Curiæ, & in Acie Campi Floræ, necnon etiam
domi dimiſſa copia, juxta inferius tradita *ſub cap.4. lit. E,*
verſ. ſed ſi cauſa.
Et ſi in domo Citandi † nemo adſit, vel qui adſunt, 135
nolint aperire, poteſt etiam affigi copia citationis ad Ja-
nuam, ſeu Valvas domus adhibito uno Teſte, Paul. V.
conſtit 71. Univerſi agri §. Curſores verſ. inſuper.
Verum quia citationes † executæ per Curſorem domi 136
dimiſſa copia, in Tribunali A. C. habent eadem vim,
quam habent citationes per Mandatarios executæ in ma-
nibus Domeſticorum in Curia Capitolina, ſolent Cur-
ſores, † quando domus ſolitæ habitationis Citandi re- 137
peritur, ſive in ea aliquis adſit, ſive non, ſive qui ad-
ſunt, velint aperire, ſive non, ſemper per rimulas Oſtii
domus citationes intus domum dimittere, cum hæc ci-
tatio ſit majoris efficaciæ, quam per affixionem ad val-
vas domus.
Quod ſi domicilium † ſolitæ habitationis Citandi non 138
reperitur, tunc proceditur per affixionem, factiſque dili-
gentiis affigitur citatio ad Valvas Curiæ, & in Acie Cam-
pi Floræ juxta inferius tradita, *ſub cap.4. lit. E,* & ſi ſal-
tem † adſit domicilium olim ſolitæ habitationis Citan- 139
di, affigitur etiam citatio ad Valvas d. domus, adhibito
ad hoc uno Teſte juxta *d. conſt.* Paul. V. 71. *Univerſi agri*
§. Curſores, verſ. inſuper.
Cum igitur A. C. † habeat facultatem citandi obligatos 140
in forma Cameræ, & in aliis formis executivis uſque ad
quamcumque ſummam, & alios aliter obligatos uſque ad
ſummam viginti ducatorum per affixionem ad Valvas
domus ſolitæ habitationis eorum, multo magis poterit
contra eos procedere citando domi dimiſſa copia, cum
hoc genus citationis ſit majoris virtutis *ex præmiſſis.*
Verum Curſores, † & Mandatarii Curiæ ſupradictam 141
advertentiam de exequendo citationem ante domum,
etiam invitis citatis, nimis exactè obſervant, quia nè dum
abſtinent ab ingreſſu domos Citandi; ſed vix copiam ci-
tationis numquam legibilem per rimulas Oſtii domus de
ſero immittunt, & abeunt, & citationem quandoque in
oſtio domus Vicini relinquunt, ut etiam adnotavit Scacc.
*de appell d. q.*12. *n.*12. *verſ. adverte hic obiter.*
Non ita exactè obſervant, † quod debent in ſcribendo 142
copiam citationis caracteribus intelligibilibus, ut legi poſſit
ut te-

ut tenentur *ex l. ſed & ſi Pupillus §. de quo palam ff. de inſt. act.* & ex Paul. V. *conſt. 71. Univerſi agri §. Curſores vero verſ. præterea*, ſed illam numquam legibilem domi ut ſupra immittunt, ac relinquunt, ut pariter adnotavit Scacc. *d. q. 12. nu 13. verſ. adverte in fin.*

143 Nec ommitto, quod Curſores, † & mandatarii non poſſunt exequi citationes perſonaliter, vel domi dimiſſa copia poſt tertiam horam noctis, per affixionem verò in caſibus permiſſis non niſi de die, quod in relatione; ſe ſcilicet citationem feciſſe de die per affixionem in tali loco, exprimere tenentur, Paul. V. *d. conſt. 71. Univerſi agri §. Curſores, verſ. Citationes.*

SUMMARIUM.

CAPUT II.

1 *Citatio ad dicendum contra Jura non eſt neceſſaria, ſi executio Inſtrumenti ſit petenda per acta Notarii de illo rogati, & perſonæ non ſunt mutatæ.*
2 *Secus ſi perſonæ ſunt mutatæ, vel agendum ſit virtute jurium producendorum.*
3 *Citationes ſuperſcriptio quomodo concipiatur, ſi coram A. C. mei, vel altero ex Locumtenentibus ſit agendum.*
4 *Inſtrumento rogato extra Tribunal A. C. ſolet ad parcendum ſumptibus, citari Pars ad declarandum, an velit ſtare ſimplici copiæ.*
5 *Citatio ad declarandum, an velit ſtare ſimplici copiæ, ac illius formula, & proceſſus.*
6 *Si pars citata velit parcere ſumptibus debet proteſtari velle ſtare ſimplici copiæ.*
7 *Proteſtatio de ſtando ſimplici copiæ, & illius formula.*
8 *Facta per Reum declaratione de ſtando ſimplici copiæ, Actor producens Inſtrumentum in publicam formam, expenſas in illo extrahendo factas non recuperat.*
9 *Si Jura ſunt producenda, eſt citanda Pars ad dicendum contra Jura.*
10 *Citatio ad dicendum contra Jura, & illius formula.*
11 *Productio repetitio Jurium in termino ad dicendũ contra.*
12 *Decretum admiſſionis Jurium productorũ ſeu repetitorum.*
13 *Obligatio Cameralis debet extendi, ſi Apoca, vel Inſtrumentum continens obligationem Cameralem ſit rogatum extra Tribunal A. C. & non fuit conſenſum in mandatum antea, &c.*
14 *Citatio ad dicendum contra Jura, una cum citatione ad videndum extendi formam Cameræ & illius formula.*
15 *Productio Jurium in cauſis gravioribus ad cautelam ſit per compulſum formiter coram Domino.*
16 *Clauſula* ita quod potius pareat actus, *&c. eſt ad libitum.*
17 *Productio per compulſum formiter facta coram Domino, & illius formula.*
18 *Proteſtatio Rei in termino citationis ad dicendum contra Jura, & illius formula.*
19 *Decretum admiſſionis jurium, & extenſionis formæ Cameræ.*
Parte opponente generalia contra, neceſſe eſt iterum citare ad videndum extendi formam Cameræ, & obtinere decretum extendi.
20 *Si Jura producta indigent recognitione, fit Parti intimatio.*
21 *Intimatio, qualiter fiat recognitio Jurium, & ejus formula.*
22 *Teſtes ducuntur ad officium ad recognoſcenda Jura, hora intimata.*
23 *Si Pars non comparet cum interrogatoriis, & Interprete, expectata hora intimata, & ſequenti pulſata; fit recognitio Jurium ſine illis, aliàs ſecus.*
24 *Si pars non ducit Teſtes hora intimata, tunc hora ſequente pulſata, accuſatur ejus contumacia.*
25 *Proteſtatio ſuper accuſatione contumaciæ, & ejus formula.*
26 *Contumacia bis accuſata non poteſt procedi ad Jurium recognitionem, niſi denuo intimato pro die & hora certis.*
27 *Interpretem adhibere, & interrogatoria dare, vel non, quis poteſt ad libitum.*
28 *Inductio interpretis, & ejus formula; & Juramentum, quod dum non eſt in uſu, ut in A. C. Tribunali, omiſſum non vitiat.*
29 *Interpres poteſt accuſare contumaciam Partis non ducentis teſtes ad Officium, ſicut Procurator cauſæ.*
30 *Interrogatoria, & eorum formula.*
31 *Jurium recognitio cum interrogatoriis in A. C. Tribunali rarò fit.*
32 *Parte opponente*, nihil fieri, niſi recognitis Juribus cum Interrogatoriis, *non ſufficit recognitio ſine illis.*
33 *Recognitio Jurium, & ejus formula.*
34 *Producta ſcriptura manu Adverſarii ſcripta fit contra eum citatio ad recognoſcendum manum ſuam.*
35 *Citatio ad recognoſcendum manum ſuam, & ejus formula.*
36 *Si Principalis non eſt in Curia poteſt citari Procurator ad recognoſcendum manum ſui Principalis.*
37 *Citatio ad recognoſcendum manum ſui Principalis, & ejus formula, & proceſſus, & nu. 38.*
38 *Intimatio*, qualiter Dominus pronunciavit manum pro recognita, *& ejus formula.*
39 *Si Pars neget manum cum Juramento eſt neceſſaria illius recognitio per Teſtes, aliàs ſecus.*
40 *Citatio ad declarandum, an velit ſtare ſimplici copiæ, fit ex urbanitate.*
41 *Debitor, qui non eſt in mora conſtitutus, non tenetur ad expenſas factas in reaſſumendo Inſtrumento in publicam formam, aliàs ſecus.*
42 *Debitore in mora conſtituto citatio ad declarandum fit ex urbanitate.*
43 *Citatio debet continere diem certam aliàs non valet.*
44 *Citatio ſine die ſuſtinetur pro congruo tempore n. 52. ubi de magis communi.*
45 *Citatio ſine die ſuſtinetur pro prima die juridica & n. 52.*
46 *Citatio debet continere diem, & horam certam, & quando hoc procedat.*
47 *Citatio generalis, & vaga pro ſingulis diebus, & horis ſuſtinetur pro prima, aut ſecunda die, & non ultra, & n. 50*
48 *Citatio pro prima, & ſequentibus diebus, ſi terminus eſt ſervatus prima die, ſuſtinetur pro prima die, & aliquando etiam pro ſecunda.*
49 *Citatio ad primam, & ſeqq. dies aliquando ſuſtinetur ultra tres dies; ſi adſit Stylus in Tribunali.*
50 *Citatio inducens perpetuam ſervitutem non ſuſtinetur.*
51 *Citatio ad videndum iurare Teſtes pro ſingulis diebus ſuſtinetur pro integro termino probatorio præfixo ex praxi.*
52 *Si terminus probatorius non eſt præfixus, citatio pro ſingulis diebus, & horis ad videndum iurare Teſtes, ſuſtinetur per duos dies.*
53 *A magis communi DD. opinione non eſt conſulendo, & iudicando recedendum.*
54 *Deciſio Rotæ Romanæ habet vim communis opinionis.*
55 *Expreſſum ſatis dicitur, quod ex expreſſis ſequitur.*
56 *Expreſſio eorum, quæ tacitè in ſunt, nihil operatur.*
57 *Citatio dicitur habere certum terminum, licet Judex non exprimat.*
58 *Citatio perſonalis magis arctat ob certam eius notitiam.*
59 *Citatio valet ſine hora, quia tacitè ineſt hora Juris.*
60 *Citatio domi dimiſſa copia valet, prima citatione perſonaliter executa, vel ſi factis diligentiis quis non potuit reperiri.*
61 *Citationes de Stylo Tribunalis A C. in cauſis obligationis Cameralis, necnon etiam in non excedentibus ſcuta viginti monetæ domi dimiſſa copia valent.*
62 *Citatio debet exequi, domi, in qua de tempore executionis illius citatus degebat.*
63 *Citatio contra Vagabundum poteſt exequi domi illius ultimæ habitationis, & quando.*
64 *Citatio executa domi, in qua quis tunc habitabat, eſt nulla.*
65 *Citatio domi abſque dimiſſione copiæ non arctat.*
66 *Citationes in cauſis Commiſſariis ſunt perſonaliter exequendæ etiam coram A. C. & quomodo & quando hoc procedat.*
67 *Citare poteſt A C domi dimiſſa copia, ſi in commiſſione adſit facultas procedendi iuxta eius ordinarias facultates.*
68 *Citatio domi debet fieri una die pro alia, ſed perſonalis poteſt fieri ad hodie per totam, aliàs cum termino breviori eſt nulla, vel ab ea poteſt appellari.*
69 *Citari quis poteſt ad ſtatim, ſi periculum ſit in mora.*
70 *Citatione non reproducta actus eſt nullus.*
71 *Nuncio referenti, ſe citaſſe domi dimiſſa copia, vel perſonaliter creditur.*
72 *Nuncio creditur in ſpectantibus ad eius Officium.*
73 *Nuncio atteſtanti de relatione executionis creditur, etiam ſine Teſtibus.*

74 *Acta*

Digitized by Google

74 *Acta facta in figura Judicii ab Actuario ſcripta probant ſine Teſtibus.*

75 *Notario de geſtis extra figuram Judicii non creditur ſine Teſtibus, ſecus eſt in Nuncio.*

76 *Curſoris Papæ ſubſcriptioni factæ in pede citationis, creditur circa executionem illius ex praxi.*

77 *Sententia ſub conditione de futuro non valet, ſecus ſi conditio ſit de præſenti, vel præterito.*

78 *Decreta etiam definitiva in Curia fiunt omnia fere cum conditione, niſi, & valent ex ſtylo præſcripto.*

79 *Stylus præſcriptus, quod ſententia fiet in pendenti, valet.*

80 *Stylus præſcribitur decem annis, ſicut conſuetudo.*

81 *Sed ſecus in temporalibus de Jure canonico.*

82 *Stylus præſcriptus eſt ſervandus, tam in ordinatoriis, quam in deciſoriis.*

83 *Stylus, qui devenit in notitiam populi, aut majoris illius partis; habet vim conſuetudinis.*

84 *Stylus poteſt induci ex ſolo conſenſu Populi abſque tempore, & frequentia actuum.*

85 *Stylus ordinatorius probatur per atteſtationes extrajudiciales.*

86 *Iudex poteſt de Stylo ordinatorio extrajudicialiter informare.*

87 *Stylus deciſorius eſt concludenter probandus.*

88 *Stylus ordinatorius reſpicit proceſſum.*

89 *Stylus deciſorius reſpicit deciſionem cauſæ.*

90 *Stylus, qui fuit modo albus modo niger, non habet vim conſuetudinis, ſecus ſi fuit firmus, & certus.*

91 *Stylus contra Jus non eſt ſervandus niſi ſit præſcriptus, vel approbatus, vel inductus à Principe, vel ſit ordinatorius.*

92 *Judices, qui non habent facultatem legis condendæ non poſſunt inducere ſtylum contra jus.*

93 *Stylus contra jus, ceſſante præſcriptione, aut conſenſu Populi, debet eſſe obtentus in contradictorio judicio, aliàs ſecus.*

94 *Stylus non contra jus, vel ordinatorius, poteſt induci à Judicibus inferioribus.*

95 *Stylus non contra Jus, vel inductus à Principe non requirit tempus.*

96 *Conſuetudo quid ſit, & quid ſit ſtylus, ac in quo differant.*

97 *Stylus poteſt reſpicere extrajudicialia.*

98 *Clauſula,* & alias prout in actis, *in intimatione poſita, ſanat omnes illius defectus.*

99 *Terminus non currit, ſi intimatio non fuerit reproducta.*

100 *Iudex, non reproducta intimatione, non poteſt procedere ad ulteriora.*

101 *Intimatione non reproducta nullitas eſt inſanabilis.*

102 *Intimatio eſt reproducenda ante expeditione actus, alias nihil relevat.*

103 *Intimatio in actis cauſæ reproducta ſuſtinetur, licèt in nomine Notarii ſit erratum.*

104 *Intimatio de eo, quod quis ſcire tenetur, non eſt neceſſaria.*

105 *Intimatio, ſicut citatio, ex comparitione partis præſumitur executa.*

106 *Citatio præſumitur executa ex conſtitutione Procuratoris ad cauſam.*

107 *Citationis defectus ſanatur ex comparitione re integra, ſecus ſi præjudicium ſit irreparabile, ut in citatione ad ſententiam.*

108 *Intimationis defectus ex comparatione ſanatur re integra, aliàs ſecus.*

109 *Ubi militat eadem ratio, poteſt procedi à ſimili.*

110 *Citatio eſt neceſſaria de unoquoque actu.*

111 *Citatio eſt de Jure divino, & naturali.*

112 *Citationis defectus eſt inſanabilis.*

113 *Præſens in judicio non eſt de neceſſitate citandus, & n. 122.*

114 *Præſentia ſupplet defectum citationis, niſi hæc requiratur pro forma.*

115 *Præſentia caſualiter ad alium finem non ſanat defectum citationis.*

116 *Præſentia Procuratoris, ad illum finem, de quo agitur, ſufficit, aliàs ſecus.*

117 *Præſentia probatur ex atteſtatione Notarii, vel ex appellatione ſtatim interpoſita.*

118 *Jura producta non citata parte, ad dicendum contra, non ſunt de actis.*

119 *In actis quod non eſt, dicitur extra Mundum.*

120 *Inſtrumento in actis rogato, ſufficit citatio ad ſolvendum, & abſque alia citatione ad dicendum contra ex Praxi, contrarium, & concordantia num. 121.*

121 *Repetitio inſtrumenti in actis rogati, eſt neceſſaria citata parte ad dicendum contra, in Judicio ordinario, ſecus in executivo.*

122 *Citatio ad dicendum contra non eſt neceſſaria, quando pars uſa fuit actis exhibitis.*

123 *Comparitio tollit defectum tam citationis non executæ, quam nulliter executæ.*

124 *Paria ſunt non eſſe, vel male eſſe.*

125 *Præſentia, vel comparitio ad eundem finem, de quo agitur, tollit defectum citationis.*

126 *Utens actis, ſed repetens, & allegans in ſui favorem, videtur illa approbare.*

127 *Recognitio Jurium in Notoriis non eſt neceſſaria.*

128 *Recognitio Jurium in antiquiſſimis, vel antiquis non eſt neceſſaria.*

129 *Recognitio levis in omnem eventum ſufficit in antiquis.*

130 *Recognitio in antiquiſſimis ultra centum annos nullo modo requiritur, etiam in ſcriptura privata.*

131 *Recognitio Jurium parte non opponente, non eſt neceſſaria.*

132 *Recognitio ſcripturæ de longinquo, habentis faciem publici inſtrumenti non eſt neceſſaria.*

133 *Recognitio inſtrumentorum ſit per Teſtes deponentes ſe habere notam manum.*

134 *Recognitio Jurium per ſimilitudinem, quæ aliquando fit, eſt levis, & deſervit pro adminiculo.*

135 *Recognitio Apocæ negatæ, vel ſcripturæ privatæ fit de Jure per Teſtes deponentes, ſe vidiſſe illam ſcribere.*

136 *Recognitio ſcripturæ privatæ ſufficit facta per teſtes deponentes habere notam manum, ſi concurrunt adminicula.*

137 *Teſtes deponentes habere notam manum de jure probant ſemiplenè.*

138 *Recognitio ſcripturæ, quæ fit ſine Teſtibus, de ſtylo curiæ fit per Teſtes deponentes ſe habere notam manum.*

139 *Recognitio Apocæ, & Scripturæ privatæ in Tribunali A.C. fit per Teſtes deponentes ſe habere notam manum ex praxi.*

140 *Recognitio, deficientibus Teſtibus habentibus notam manum, fit per comparationem.*

141 *Recognitio per comparationem literarum eſt periculoſa, & fallibilis.*

142 *Recognitio per comparationem de ſtylo Tribunalis A. C. ſufficit.*

143 *Recognitio libri fit per Teſtes deponentes habere notam manum.*

144 *Duo Teſtes ſufficiunt in omni negotio.*

145 *Recognitio manus Patris fit per aſſertionem Filii parte citata ad dicendum contra.*

146 *Clauſula, quatenus opus ſit, & operatur cautelam, & eſt conditionalis.*

147 *Producens inſtrumentum cenſetur illud approbare.*

148 *Producens fatetur contenta in ſcriptura productæ in diſpoſitivo, non in enunciativa.*

149 *Producens fatetur contenta in enunciativa à partibus lata, & in neceſſariis ad actum qui geritur.*

150 *Producens non fatetur, ſi iura producta ſunt nulla, vel per ſe non probent.*

151 *Productio Jurium per compulſum, & in parte, & partibus, non nocet.*

152 *Producens Jura propria, etiam per compulſum, & in parte, & partibus, fatetur, niſi habeant capitula ſeparata.*

153 *Productio copiæ in termino operatur ut poſſit produci originale extra terminum.*

154 *Productio cenſetur verbalis, quæ nil operatur.*

155 *Productio verbalis non facit iura de actis.*

156 *Productio cenſetur realis, ſi in ea adſit verbum, facto produxit, vel verbum tenoris, vel animo &c. vel incipit ſic.*

157 *Productio cenſetur realis, ſi in Sententia adſint Verba, Viſis omnibus actis, vel eſt lapſum biennium.*

158 *Producens, in quantum, &c. non fatetur, dummodo non teneatur edere, & ſcriptura ſit aliena & capitula ſint ſeparata.*

159 *Clauſula, non alias aliter, nec alio modo eſt reſolutiva, quid operatur.*

160 *Clauſula, non alias, aliter, &c. inducit conditionem, & formam, & neceſſitatem.*

161 Clau-

161 *Clauſula, non aliàs, aliter eſt limitativa, & præſervativa.*
162 *Clauſula, omni meliori modo, quid operetur.*
163 *Clauſula omni, &c. cum copula, &, implicat modos diverſos ab expreſſis.*
164 *Clauſula, omni, &c. cum dictione, aliàs, trahitur ultra expreſſa, & quid operetur.*
165 *Dictio aliàs comprahendit ultra, & diverſa ab expreſſis, etiam omiſſa.*
166 *Clauſula, ſi & in quantum operatùr, & ſonat prout de Jure.*
167 *Clauſulæ, admiſit ſi, & in quantum, & non admiſit, niſi ſi, & inquantum, ſunt contrario.*
168 *Admiſſio incipiens per verba affirmativa cenſetur facta, ſecus per verba negativa.*
169 *Obligatio Cameralis debet extendi ſi eſt in apoca vel Inſtrumentum ſit rogatum extra Tribunal A.C.*
170 *Obligatione Camer. non extẽſa A.C. nulliter procedit.*
171 *Obligatione Camerali non extenſa, non poteſt procedi ad illius executionem.*
172 *Limita niſi debitor conſenſerit in mandatum unica, vel ſine citatione.*
173 *Decretum extendi, non ſufficit, niſi re vera fiat extenſio, ſecus de ſtylo Tribunalis.*
174 *Citatio unica ſufficit ad dicendum contra, & videndum extendi, niſi ex adverſo fiat proteſtatio, & quid agendum hoc caſu.*
175 *Citatio ad videndum extendi, ſeù extenſio non eſt neceſſaria, ſi Inſtrumentũ ſit rogatum in Tribunali A.C.*
176 *Obligatio Cameralis in Inſtrumentis per Notarios A.C. rogatis, etiam omiſſa, cenſetur appoſita, & extenſa.*
177 *Obligationis Cameralis formula à quo poſita.*
178 *Obligationes Camerales omnes ſunt juratæ, licèt Juramentum non ſit de ſubſtantia illarum.*
179 *Juramentum de jure non habet executionem paratam, ſecundum opinionem, quem ſervat Rota.*
180 *Proteſtatio conſervat Jus proteſtantis, niſi illa ſit contraria facto, vel contradicat de directo.*
181 *Proteſtatio, quod nemo &c. niſi docto, &c. ita quod &c. operatur ut mandata non producto fiat nulla.*
182 *Parte non opponente defectum mandati procurator cenſetur approbatus.*
183 *Proteſtatio, quod nemo, &c. ita quod, &c. niſi in unoquoque actu repetatur, evaneſcit.*
184 *Præſumptio mandati, ſi intrat, Proceſſus valet proteſtations, quod nemo, &c. non obſtante.*
185 *Proteſtatio, quod nemo, &c. operatur quod acta poſtea geſta ante Mandati productionem non ſuſtineantur.*
186 *Mandatum, parte non opponente, poteſt produci quandocumque.*
187 *Mandatum ſufficit producere, quando de eo opponitur, ſi erat antea factum.*
188 *Citans aliquẽ uti Procuratorẽ cenſetur illum approbare, & non poteſt amplius opponere defectum mandati.*
189 *Præſertim ſi agatur de ſuſtinenda Sententia contra Approbantem, & concurrant conjecturæ.*
190 *Citatus uti aſſertus Procurator, vel à Procuratore, vel ſi conſtat in actis de non legitimo mandato, non dicitur approbatus ut Procurator.*
191 *Judex poteſt, nè fruſtra laboret, cogere Procuratorem ad docendum de mandato, ſi de eo dubitatur.*
192 *Clauſula ita quod, &c. regulat præcedentẽ diſpoſitionẽ*
193 *Generalia debent opponi in termino ad dicendum contra, aliàs probant ſcripturæ etiam informes.*
194 *Generalia contra jura jam producta, ſi in prima non opponantur, non poſſunt opponi in ſecunda inſtantia.*
195 *Generalia contra ſi opponuntur, exceptiones poſſunt quandocumque ſpecificari etiam poſt Sententiam, ſed non poſt rem judicatam.*
196 *Clauſula ſalvo Jure, &c. eſt juris perſervativa.*
197 *Generalia contra commiſſionem, aut reſcriptum opponens citra, &c. non dicitur conſentire in Juriſdictionem, ſecus ſi contra jura.*
198 *Generalia contra productionem, vel admiſſionem Jurium opponens, non videtur conſentire in Juriſdictionẽ.*
199 *Proteſtatio, quod in termino ad dicendũ contra nil innovetur, operatur, ut eo pendente nil poſſit innovari.*
200 *Teſtes debent Jurare tactis ſcripturis.*
201 *Verba Notarii, Teſtis juratus, non probant Juramentum, & quare.*
202 *Verba Notarii, juravit ad S. Dei Evang. vel ſimilia de præſenti aſſertiva, probant teſtem juraſſe, etiam ſi clauſula tactis, &c. ſit omiſſa.*
203 *Teſtis Sacerdos poteſt jurare tacto pectore.*
204 *Eques poteſt jurare tacta Cruce ſui Habitus.*
205 *Epiſcopus non jurat tactis, &c. ſed inſpectis Evangeliis, & ei mittitur Sacramentum.*
206 *Teſtis non jurati non probant, ſed hæc regula habet fallentias.*
207 *Teſtis poſt mortem probat, etiam ſi depoſitio non fuerit jurata.*
208 *Teſtes nulliter examinati probant poſt mortem de æquitate.*
209 *Quiſque tenetur recognoſcere, vel negare cum juramento ſcripturam ejus nomine conſcriptam aliàs pronunciatur pro recognita.*
210 *Appellatio non datur à pronuncia, quod ſcriptura habeatur pro recognita.*
211 *Filius Patris, Hęres defuncti, Uxor Viri, & Dominus Inſtitoris manum recognoſcere, vel negare tenetur.*
212 *Procurator citato principali in partibus, eo non exiſtente in Curia, tenetur illius manum recognoſcere, vel negare.*
213 *Procurator tenetur ad inſtantiam Adverſarii recognoſcere manum Principalis, ſi recognitio petitur ab eo, ut, principali.*
214 *Procurator tenetur teſtificari contra principalẽ in his, quæ fecit, aut ſciebat, uti tertius, ante litem motam.*
215 *Procurator, ſi non agitur de ſecretis cauſæ, nec ipſe poteſt argui de fide rupta, tenetur contra Principalem ſubiicere ſe examini.*
216 *Advocatus, & Sollicitator tenentur ſubiicere ſe examini contra principalem in iis caſibus, in quibus tenetur Procurator.*
217 *Procurator ad negotia indiſtincta tenetur recognoſcere ſcripturas, & teſtificari contra ſuum principalem.*

De productione, & recognitione Jurium.
Pars Prima. Cap. II.

UBicumque † in Tribunali A.C. petenda eſt executio inſtrumenti rogati à Notario, per cujus acta proceditur, non eſt neceſſaria citatio ad dicendum contra jura, quando perſonæ non ſunt mutatæ, ſed tantum modo citatur pars ad ſolvendum, ſeu implendum promiſſa, juxta formam ſuæ obligationis, ut inferius, *ſub c. 6. de petit. mand.* ſuo loco dicetur. 1

Sed ſi Perſonę † ſunt mutatę, vel inſtrumentum non eſt rogatum in actis Notarii actuarij, vel agendum ſit vigore Apocæ, vel aliorum Jurium producendorum, citatio prędicta ad dicendũ contra Jura omninò requiritur. 2

Quando autem Pars citatur coram ipſomet Auditore R.C. Apoſtolicæ dicitur in capite citationis A.C. met, quando verò citatur coram altero ex Locumtenentibus loco illius verbi, met, ponitur cognomen ipſius Locumtenentis, verbi gratia A.C Caballetto, vel A.C. Argelo. 3

Verum ſi inſtrumentum, cujus executio petenda eſt, extra Tribunal A.C. rogatum ſit, ſolet non raro ad effugiendas expenſas, & conſtituendum Adverſarium in mora citari idem Adverſarius ad declarandum, an velit ſtare ſimplici copiæ, ut infra, videlicet. 4

A. C. N.

Citetur NN. ex adverſo principali (ſi Principalis eſt, ſin minus citetur NN. ex adverſo Procurator NN. ex adverſo principalis, quod in omnibus citationibus ſemper obſervatur) ad declarandũ, an velit ſtare ſimplici copiæ 5
A inſtrumenti NN. ſub die, menſe, anno NN. rogati per acta NN. aliàs videndum, mandari redigi in publicam A
formam ſuis ſumptibus, & expenſis ad primum diem *B* B
inſtante NN. principali, ſivè NN. ejus procuratore, &c.

NN. Notarius.

Hęc citatio datur uni ex Sanctiſſ. D. N. Papæ Curſoribus, qui illam exequitur domi dimiſſa copia *C* & de hoc C
facit fidem in pede illius, & ſic exequuta reproducitur in actis Notarj cauſę cor. Judice prima die juridica ſequẽte
poſt illius exequutionem *D*, & obtinetur à Judice decre- D
tum, quod ſcribitur in pede ejuſdẽ à Notario cauſę (quod pariter ſervatur in omnibus citationibus) hoc modo videlicet.

Idem

Digitized by Google

Idem citra, &c. (ſi principalis eſt ſin minus NN.
procurator) petiit, & obtinuit, ut ſupra ſumptibus,
E eujus de jure, niſi ad p.d. *E* cum intimatione omni, &c.
Deinde fit intimatio hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principalis, qualiter Domi-
nus mandavit redigi Inſtrumentū in publicam formam,
F & alias pro ut in actis *F* Inſtante NN. principali, ſivè
&c. NN Notarius.

6 Qua intimatione executa per Curſorem, & in actis
Notarj cauſæ per principalem, ſeu per procuratorem, ut
G ſupra reproducta *G* ſi pars adverſa vult, poteſt ad parcē-
dum ſumptibus declarare, & proteſtari, antequam laba-
tur prima dies, quæ debet eſſe Juridica poſt intimatio-
nem execut am. & ſic io termino ſaltem intimationis, &
proteſtationem, ut moris eſt, ſcribi facere in libro acto-
rum Officii, Broliardo nuncupato, hoc modo, videlicet.

7 Pro NN. contra NN.
In Officio Idem citra, &c. (ſi comparet principalis,
ſin minus. In Officio, NN. Procurator quod in omni-
bus proteſtationibus eſt obſervandum) in termino, &c.
declaravit velle ſtare ſimplici copiæ inſtrumenti NN.
de quo agitur, dummodo ſit integra, & concordet cum
ſuo originali, ideò &c. aliàs, &c.

8 Facta hac declaratione † debet accipi, & produci
ſimplex copia inſtrumenti, alias ſi quis redigi faceret
inſtrumentum in publicam formam illudque produce-
ret, non recuperaret in fine litis expenſas in eo extra-
hendo factas ab eo, qui ut ſupra declaravit.

9 Denique quando copia ſimplex, vel inſtrumentum, vel
alia jura quæcumque ſunt quomodocumq; producenda,
citatur pars adverſa ad dicendum contra jura hoc mo-
do, videlicet.

A. C. N.

H Citetur *H* NN. exadverſo principalis ad dicendum cō-
10 tra jura producta, & repetita, videndum jurare Teſtes
I ſuper illorum recognitione *I*, quatenus opus ſit admitti
L *L*, committi. & mandari reſtitui, dimiſſa copia collatio-
nata ad primam d. inſtante NN. principali ſive, &c.
NN. Notarius.

1 Advenięte prima die juridica reproducitur citatio exe-
cuta contra partē adverſam in actis cauſæ, & fit produ-
ctio. & repetitio jurū in Broliardo hoc modo, videlicet.

11 Pro NN. contra NN.
In officio NN. Procurator, prout de ejus procurę man-
dato docuit per inſtrumentum publicum, quod facto de-
dit, tenoris, &c. & ad docendum de bono jure dicti ſui
M principalis facto per compulſum *M* & non aliàs &c. ita
quod potius pereat actus, quam proteſtatio, produxit (ex-
empli gratia) copiam inſtrumenti publici rogati per acta
N NN. prout in folio tenoris *N* &c. vel produxit inſtrumē-
tum publicum NN. vel apocam, vel quid ſimile, prout
in folio tenoris. &c. ſecundum facti cōtingentiam, & re-
petiit declarationem de ſtando ſimplici copiæ die NN.
factam & omnia alia jura in actis producta, ſeù rogata
ſub die NN. & omnia acta, & actitata, geſta, & facta per
acta mei &c. in parte tamē & partibus favorabilibus &c.
O & in quantum pro parte ſua faciant, &c. & non *O* aliàs
P aliter, nec alio modo, &c. *P* petens &c. recipi, admitti nō
Q ſolum ut ſupra, ſed & omni alio meliori modo, &c *Q*.
Et adveniente hora audientię, principalis, ſeu procura-
tor petit, & obtinet à Judice decretum. quod ſcribitur à
Notario de more in pede citationis hoc modo, videlicet.

12 NN. Procurator repetit jura hodie in Broliardo pro-
ducta, & petiit, & obtinuit ut ſupra admitti ſi, & in-
R quantum, &c. *R* & committi, ac mandari reſtitui di-
miſſa copia collationata, omni &c. Sed ſi in inſtrumen-
13 to, † vel apoca producenda adſit obligatio Cameralis,
& inſtrumentum eſt extra Tribunal A. C. rogatum,
nec fuit conſenſum in mandatum executivum unica,
vel ſine citatione, obligatio Cameralis debet omninò
extendi, & ob id quando citatur ad dicendum contra ju-
ra, neceſſe eſt etiam citare ad videndum extendi for-
mam Cameræ juxta ſtylum Curiæ, ut infra, videlicet.

A. C. N.

14 Citetur NN exadverſo principalis ad dicendum con-
tra Jura producta, & repetita, videndum jurare Teſtes
ſuper illorum recognitione quatenus opus ſit, &c. ad-
mitti, committi, & mandari reſtitui dimiſſa copia
collationata, necnon extendi formam Cameræ io di-
ctis juribus appoſitam juxta ſtylum Curiæ *S*, ad p.d. S
inſtante NN. principali ſive, &c.
NN. Notarius.

Executa, ac reproducta citatione, † ſi cauſa non eſt 15
magni momenti, poſſunt produci jura, in Broliardo ut
ſupra, ſi verò cauſa eſt gravis, poteſt fieri productio
ad majorem cautelam per compulſum formiter coram
Domino in Broliardo ut infra, quod etiam in omnibus
cauſis gravioribus ad libitum ſervari poterit.

Clauſula verò, ita quod potius pereat actus, quam 16
proteſtatio, non ſemper erit apponenda. ſed ad libitum
in caſibus, in quibus id magis videbitur expedire.

Pro NN. contra NN. 17
Coram Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino A. C.
meque præſentis cauſæ Notario actuario. Comparuit
NN. Procurator, prout de ſuo procurę mandato conſtat
ex inſtrumento in actis mei rogato ſub die NN. & expo-
ſuit ad ejus notitiā deveniſſe penes NN. Cōnotarium eſ-
ſe nōnulla jura, & inſtrumenta ad hujuſmodi cauſā plu-
rimum facientia, idcircò petiit. & obtinuit, eumdem ſub
pęnis &c. cogi, & compelli ad dd Inſtrumenta, & jura
in actis hujus cauſę exhibendum, omni &c. qui quidem
NN. Connotarius ibidem pręſeos ſic compulſus metu
excōmunicationis, &c. facto produxit, verbi gratia, in-
ſtrumētum obligationis facta, per NN. rogatum per acta
NN. ſub die menſe, anno NN. N (vel apocam, vel alia
jura ſimilia, ſecundum facti contingentiam) prout in fo-
lio tenoris, &c. Ex tunc d. NN. Procurator ibidē adhuc
coram Domino meque &c. pręſens d. inſtrumentum, &
jura repetiit in parte, & partibus favorabilibus, &c. & in
quantum pro d. ſuo principali, & ejus parte faciant, &c.
& non alias, aliter, nec alio modo, &c. de quo ſolemni-
ter proteſtatur, &c. ita quod potius pereat actus quam
proteſtatio, &c. petes recipi, & admitti omni, &c.
Exadverſo principalis, vel Procurator in termino
d. citationis ad dicendum contra jura, ſcribendam cu-
rat in Broliardo per Notarium, cauſæ hanc, vel ſi-
milem proteſtationem, videlicet.

Pro NN. contra NN. 18
In officio mei, &c. idem principalis citra, &c. in ter-
mino, &c. (vel NN. Procurator) & præmiſſa proteſta-
tione nullitatis actorum, & agendorum, &c. ex quo-
cunq; capite reſultantis & quod nemo exadverſo com-
parens audiatur, niſi docto de legitimo mandato procu-
ræ, ita quod per ſubſequentem ratificationem non cen-
ſeantur acta revalidata *T* de quo ſolemniter proteſtatus T
fuit, & proteſtatur, &c. contra prętenſa Jura dixit pro
nunc generalia verba ſalvo jure. &c. *V* & pendente ter- V
mino ad dicendum contra nihil innovari *X* alias, &c. & X
non admitti, niſi illis recognitis, & non recognoſci, niſi
intimato die & hora certis ad effectū dandi interrogato-
ria quę omninò dare intendit. & conducendi interpretē,
aliàs proteſtatus fuit de nullitate, & aliis licitè proteſtā-
dis non ſolū, ut ſupra, ſed & omni alio meliori modo, &c.

Adveniente hora audientiæ Procurator Actoris, ſeu 19
qui jura produxit, & repetiit, obtinet à Judice decre-
tum, quod extenditur per Notarium ut ſupra in pede
citationis, videlicet.

NN. Procurator repetiit jura hodie in Broliardo
producta, & repetita, & petiit, & obtinuit illa ad-
mitti ſi, & in quantum, &c. & committi ut ſupra, &
mandari reſtitui dimiſſa copia collationata, nec non
(ſi extenſio formæ Cameræ eſt neceſſaria) extendi for-
mam Cameræ juxta petita, &c. omni &c.

Sed ſi pars adverſa dicit generalia contra jura, quod
pendente, &c. nihil innovetur, non poteſt in dicto ter-
mino extendi forma Cameræ ſed eſt neceſſe partem de-
nuò citare ad videndum extendi formam Cameræ jux-
ta ſtylum Curiæ, & illa ſic citata extenſionem hujuſ-
modi obtinere, ut infra *ſub cap. 6. dicetur*.

Proinde ſi jura producta indigent recognitione, fit 20
parti adverſæ, quæ proteſtata fuit velle dare interro-
gatoria ut ſupra, ſequens intimatio, videlicet.

A. C. met.

Intimatur NN. exadverſo Procuratori NN. exadver-
ſo principalis qualiter recognitio jurium, fiet die NN.
cum

Digitized by Google

cum duobus diebus ſequentibus, de manè hora NN. &
de ſero hora NN. ideo citetur idem ad dandum interro-
gatoria, quatenus illa dare intendat, & conducendum
interpretem quatenus, &c alias videndum recognoſci ſi-
ne illis, Inſtante NN principali ſivè, &c.

NN. Notarius.

22 Hora intimata ducuntur Teſtes; à quibus jura ſunt re-
23 cognoſcenda, in Officio Notarii cauſa, & expectatur †
pars adverſa uſque ad horam ſequentem pulſatam, & ſi
non comparet cum interrogatoriis, & interprete (qui rarò in
his caſibus adhiberi ſolet) fit recognitio ſine illis, ſi verò
comparet, & dat interrogatoria fit recognitio cum illis,
& interpres interrogat, ſi adeſt, ſin minus Notarius in-
terrogat Teſtes juxta interrogatoria, delato eis in pri-
mis juramento tactis, &c de veritate dicenda, & dein-
de Teſtes recognoſcunt jura, reddentes cauſam ſcientiæ.

24 Si verò pars non ducit Teſtes hora intimata in officio,
tunc pars adverſa expectat cum interrogatoriis, & inter-
prete (ſi eum adhibere vult) uſque ad horam ſequentem
pulſatam, & deinde accuſat contumaciam illius, hoc mo-
do, videlicet.

25 Pro NN. contra NN.

In Officio, &c. NN. Procurator, & expectata hora
NN. intimata, & hora NN. ſequenti pulſata cum inter-
rogatoriis, & interprete, accuſavit contumaciam partis
adverſæ non comparentis cum Teſtibus ad recognoſcen-
dum, recognoſcique faciendum afferta jura, ideo prote-
ſtatus fuit, nihil fieri, niſi de novo intimato aliàs, &c.

26 Si hujuſmodi contumacia fuit ſemel accuſata, non eſt
neceſſaria nova intimatio, ſi verò fuit accuſata duabus
vicibus immediatè ſequentibus, tunc non poteſt procedi
ad jurium recognitionem, niſi facta nova intimatione
pro die, & hora certis.

27 Si pars nolit adhibere Interpretem, poteſt ad libitum
dare interrogatoria Notario cauſæ, ſi vult etiam abſque
accuſatione contumaciæ, ſi verò, vult adhibere inter-
pretem, poteſt facere in Broliardo illius inductionem ad
libitum, hoc modo, videlicet.

28 Pro NN. contra NN.

In Officio, &c. NN. Procurator, induxit in inter-
pretem NN. qui præſens juravit tactis, &c. & de benè,
& fideliter interpretando omni &c.

Hoc tamen juramentum interpretis non eſt multum in
uſu in Tribunali A. C & ob id ubi non eſt in uſu, illius
omiſſio non vitiat, ut paſſim obſervat Praxis.

29 Poteſt equidem interpres † accuſare contumaciam par-
tis adverſæ, quando non comparet hora intimata, nec ho-
ra ſequenti pulſata, ut ſupra, non ſecus, atque hoc po-
reſt facere cauſæ Procurator, vel Principalis, & quæ di-
cta ſunt de interprete, interrogatoriis, & accuſatione con-
tumaciæ obſervantur etiam ubicumque ſunt Teſtes ſuper
articulis examinandi, ut ſuo etiam loco dicetur.

30 Interrogatoria verò hoc, vel ſimili modo ad libitum da-
ri poſſunt in hoc caſu, videlicet.

Interrogatoria infraſcripta dat, facit, exhibet, & pro-
ducit, Procurator, & eo nomine NN. in cauſa, quam
habet cum NN petens aſſertos Teſtes juxta illa medio
Y juramento tactis, &c. T antequam ad aſſertam recogni-
tionem deveniatur, ſervatis ſervandis interrogari, aliàs
proteſtatur de nullitate, &c.

In primis moneatur quilibet Teſtis de qualitate, & im-
portantia juramenti, & pœnis perjurii, & fiant aliæ ſo-
litæ monitiones.

31 Deinde interrogetur quilibet Teſtis, quomodo huc ac-
ceſſerit ad ſe ſubjiciendum examini, an ſponte, vel re-
quiſitus, & ſi dixerit requiſitus dicat à quo ad quid, &
quibus verbis, & an ſemel, vel pluries, & an fuerit con-
feſſus & communicatus hoc Anno Paſchate Reſurrectio-
nis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, à quo, & in quo loco.

32 Interrogetur, an ipſe teſtis fuerit unquàm proceſſatus,
inquiſitus, condemnatus, vel publicè denunciatus ex-
communicatus, à quo Judice, in quo Tribunali, &
qua de cauſa, & an adhuc, ſit excommunicatus.

33 An fuerit unquam inſtructus, quomodo deponere, vel
recognoſcere debeat aliquas ſcripturas, & à quo, & quot
vicibus, & an dictæ ſcripturæ fuerint ſibi oſtenſæ, vel
articuli, & à quo & quibus verbis.

34 An ipſe teſtis ſit dives, vel pauper, quid habeat in bo-
nis & cujus expenſis vivat, & an ſibi fuerit aliquid da-
tum, promiſſum, vel remiſſum pro hujuſmodi examine,
& recognitione, & quid, & quo, & an ex his ſperet lu-
crum, aut commodum, & quale, & à quo.

An ſit conſanguineus, vel affinis inducentis, & in quo 35
gradu, & an ſit ejus compater, amicus, intrinſecus, familia-
ris, debitor, vel creditor, cuius ſummæ, & qua de cauſa, vel
aliquod negocium, aut quid agere habeat cum inducente.

An cognoſcat NN. qua occaſione, in quo loco, & à quo 36
tempore citra, cuius ætatis, ſtaturæ, ac profeſſionis ſit, &
an viderit illum ſcribere, & quot vicibus, in quibus locis, &
temporibus, & quibus præſentibus, & an eius caracter ſit
magnus, vel parvus, & eius manus poſſit ſimulari.

An viderit aliquas ſcripturas manu dicti NN ſcriptas, 37
& quas, quot vicibus, in quibus locis & temporibus, &
qua occaſione, & quomodo cognoverit illas eſſe ſcriptas
manu dicti NN.

An viderit unquam Sigillum NN quæ inſignia in eo 38
exiſtant, an in eo ſint literæ, & quæ, & an viderit dictum
ſigillum imprimi, vel impreſſum, in qua materia, quot vici-
bus in quo loco, & qua occaſione, & quomodo hoc ſciat.

Hæc ſunt interrogatoria generalia, ſicque formanda 39
ſunt alia ſpecialia interrogatoria iuxta ſubiectam mate-
riam, de qua agetur, quibus finitis additur.

Super aliis ſuppleat diligentia examinatoris, cui datur 40
facultas addendi, & minuendi, & nova interrogatoria
faciendi, quatenus opus, &c.

Hæc recognitio iurium cum interrogatoriis rarò fit in 31
Tribunali A. C. quia rarò opponitur & à parte deſidera-
tur, ſi tamen opponeretur nihil fieri niſi iuribus † reco- 32
gnitis cum interrogatoriis, ut ſupra, illa eſſent omninò ne-
ceſſaria, aliàs recognitio eſſet nullius momenti, ſi verò op-
poneretur ſimpliciter, nihil fieri niſi recognitis iuribus &
nihil diceretur de interrogatoriis, poſſet fieri recognitio
ſine illis, & ſcribi à tergo iurium à Notario hoc modo,
videlicet.

Die N. Menſe N. Anno N Dominus NN. conſtitutus 33
coram, &c medio iuramento tactis, &c. recognovit ma-
num, literas, & perſonas, ac ſigillum NN. retroſcri-
ptorum in forma omni &c.

Die, menſe, anno NNN Dominus NN. conſtitutus,
&c. medio iuramento tactis &c. recognovit manus, lite-
ras, & perſonas, ac ſigillum retroſcriptorum NN. in for-
ma, omni &c.

Hic obiter obſervandum eſt, quod in citatione ad di-
cendum contra, iura apponitur illud verbum commiſſis,
quod importat commiſſionem Notario cauſæ iuramento
receptionis, & examinis Teſtium examinandorum in
recognitione iurium.

Frequenter autem accidit, ut producatur in actis Apo- 34
ca, aut alia ſcriptura manu debitoris vel adverſarii ſcripta,
& tunc citatur debitor, adverſarius, vel eius procurator
ad recognoſcendum manum hoc modo, videlicet.

A. C. Met.

Citetur NN. exadverſario principalis ad recognoſcen- 35
dum manum ſuam in iuribus in actis productis appoſi-
tam, alias videndam pronunciari haberi pro recognita ad
p. d. Inſtante NN principali ſive &c.

NN. Notarius.

Si verò citandus ſit procurator, ex quo principalis eſt 36
extra Curiam, ſed citatus in partibus mediante cita-
tione impreſſa, aut alia ſimili fit citatio hoc modo, vi-
delicet.

A. C. Met.

Citetur NN. exadverſo procurator NN. exadverſo 37
principalis ad recognoſcendum Z manum d ſui princi- Z
palis in iuribus in actis productis appoſitam, aliàs viden-
dum pronunciari haberi pro recognita ad p. d. inſtante
NN. principali, ſive &c.

Executa, & reproducta citatione, obtinetur Decretum
à Judice videlicet.

NN Procurator petiit, & obtinuit ut ſupra niſi ad p. d.
cum intimatione omni &c.

Deinde fit intimatio hoc modo, videlicet.

N C Met.

Intimatur NN. exadverſo principali, vel NN. exad- 38
verſo Procuratori NN. exadverſo principalis, qualiter
Dominus pronunciavit manum ſuam vel (d. ſui princi-
palis)

palis) haberi pro recognita, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c.

NN. Notarius.

39 Si pars fatetur manum ſuam, proceditur ad ulteriora,
ſi verò tacet, pariter vigore dicti decreti proceditur ad ulteriora, elapſa prima die iuridica poſt executam intimationem, niſi pars aliquid relevans deducat, ſi verò pars negat manum cum iuramento, prout, ſi negat, iurare tenetur, neceſſe eſt, illam per Teſtes recognoſcendam curare, ut ſupra dictum eſt de aliorum iurium recognitione.

Scripturis denique recognitis proceditur ad ulteriora, ut ſuo loco dicetur.

Obſervationes.

A OBſervandum circa præmiſſa, quòd citatio ad decla-
40 randum, an velit ſtare ſimplici copiæ aut non eſt neceſſaria, aut ſit potiùs ea urbanitate, quam ex neceſſitate, nam aut debitor non eſt conſtitutus in mora, & non
41 tenetur ad expenſas factas in reaſſumendo instrumentum in publicam formam, Bald. *in l non ignorat, nu 3. C. de fruct. & lit exp* Luc Pet. in Prax *lib* 9 *c. 1. n* 43 & per conſequens iſto caſu citatio eſt fruſtratoria, aut debito eſt con-
42 ſtitutus in mora, & tunc tenetur ad huiuſmodi expenſas, abſque dicta interpellatione, Bald. *in l eo § ſuper verſ. unde colligunt C. de uſur* Lenſtac. in Prax. *tit. de expenſis n. 28.* Galleſ. *de oblig* Camer. *q* 57. *a* 53. ac proinde citatio ad declarandum ſit hoc caſu ea mera urbanitate ad parcendum ſumptibus, Saluſt Tib. *in prax lib* 2 *cap.* 44 *a.* 6.
B Citatio debet continere diem certum, aliàs non valet, Ma-
43 rant. *in prax. tit de Cit. n* 20 Sed ſi citatio † ſit facta ſine die ſuſtinetur, & citatus tenetur congruo tempore com-
44 parere, Spec. *de citat. § ſequitur n* 20. Abb. *in c. cum parati n. 6. & ibi* addent *lit.* A Anchar *n* 4 Card. *n* 2. *in fin de appel.* Innoc *in cap fin in princ. qui Matr accuſ. poſſ.* Milit *in repert in ver. Citatio valet ſine die.* Auſ. ad Capell. Toloſ. *deciſ.* 302. *in fin.* Beer. *deciſ.* 345. *verſ. in contrarium ſub. n.* 2. & hæc eſt communis, & magis communis DD. opinio de qua teſtatur, Felin *in c conſuluit, n 5. verſ. ſed tenendo communem, de off. Deleg* Alex *in l liber homo §. decem, n 5 ff. de verb oblig* Gravat ad Veſt. *lib* 4 *c* 5. *n.* 12.
45 Ex quo infertur quod citatio † ſine die ſuſtinetur pro prima die iuridica, Boccac *de remiſ. c.* 10 *n.* 68 Card Put. *dec.* 29 *de Iud ſecund nov impreſſ* idem Put. *dec.* 212 *lib.* 2. ubi loquitur de Citatione ad Sententiam, Card Seraph. *dec.* 857 *n* 23 Card. Mant. *dec* 8 *n* 3 & *dec* 155. *n.* 2 Rot. *dec.* 487 *n.* 7 *in fin* ubi loquitur de citatione ad ſententiam, *p* 2 *recent. & deciſ.* 663 *a* 8. *in fin. part* 4 *recent.*
46 Et licèt citatio † debeat continere diem, & horam certam, aliàs ſit nulla, *arg l aut qui aliter § 1. ff quod vi aut clam* Hoc tamen non negatur; procedit enim in citatione inducente perpetuam ſervitutem pro ſingulis diebus, & horis, ubi ageretur de illa ſuſtinenda per octo, aut decem dies, aut ultra, ſed dicitur, quod citatio facta ſine die intelligitur facta pro prima die, quæ licèt ſit omiſſa, tamen tacitè ineſt, & ſic continet diem certam, aut ergo agitur
47 de citatione generali, & vaga pro ſingulis diebus, & horis, & de illa iuſtinenda pro prima, aut etiam ſecunda die iuridica, & ſuſtinetur, Martin And. *deciſ.* 65. *nu* 7. Rot. *deciſ.* 52 *num* 8. *part* 3. *recent.* ubi quod ita fuit ſæpè reſolutum, latè Beltram. ad Greg *dec* 71. *num.* 6. Aut agitur de illis ſuſtinenda pro quinque diebus & non ſuſtinetur,
48 Mat. Andr. *d dec.* 65 *num* 7. Aut citatio † eſt facta pro primá, & octo diebus, ſequentibus, vel aliàs cum continuatione dierum, & ſi terminus fuit ſervatus prima die iuridica, ſuſtinetur pro illa die non pro aliis, Put. *dec.* 152. *lib.* 2. Rot. *dec.* 571. *num* 2. *part* 4 *rec* & loquuntur de citatione ad ſententiam, aliquando verò ſuſtinetur per duos dies immediatè ſequentes poſt illius executionem Baratt. *dec.* 757. *num.* 1. & 2. ubi pariter loquitur de citatione ad ſententiam, & etiam. ſuſtineretur per tres aut quatuor dies, præſertim ſi daretur magnus ſumus ſtyli Tribuna-
49 lis, in quo lata eſſet ſententia, ut fuit reſolutum *in Liceu. Domus* 20. *Martii* 1621. *coram bon memor.* D. Coccino De-
50 cano, ad ſex † autem dies non ſuſtinetur, & in his terminis procedit, Caval. *dec.* 376 *num.* 6. *in fin.* Nec etiam ſuſtineretur regulariter ultra dictos dies, quia eſſet nimis generalis, & vaga, & induceret perpetuam ſervitutem, & in his terminis procedit, Boccac. de Remiſſ. *cap.* 10. *n.* 68. *verſ. citatio verò, & num* 71. *verſ. & ſi non habet,* Put. *dec.* 258. *num* 5 *lib.* 1. Moed. *deciſ.* 4 *num.* 3. *de teſt.* & alii relati per Andr. *d deciſ* 65. *num* 7 Baratt. *deciſ.* 164 *num.* 11. *cum ſimilibus*, aut agitur de citatione ad videndum iurare
† teſtes pro ſingulis diebus, & horis tunc, aut eſt præfi- 51
xus certus terminus probatorius, & citatio ſuſtinetur ex Praxi pro integro termino probatorio, quia cum certus terminus probatorius ſit præfixus, ille non inducit perpetuam ſervitutem, & ſic ceſſat abſurdum, Rot. *dec.* 557. *num* 4 *part.* 4 *recent* latè Beltram. ad Greg *d. dec.* 71. *nu.* 6.
verſ. item ſuſtinetur, aut huiuſmodi † terminus non eſt 52
præfixus, & citatio ſuſtinetur pro duobus diebus immediatè ſequentibus poſt illius executionem, Rot. *deciſ.* 307. *num* 9. *p.* 1 *recent. cum aliis ſupra allegatis.* Aut citatio eſt facta ſine die, & tunc Citatus tenetur comparere quam primum commodè poteſt, & citatio ſuſtinetur pro
prima die iuridica, à qua opinione † cum ex præallegatis 53
ſit magis communis, non eſt in conſulendo, & iudicando recedendum, Ant. Mar. Corat. *de commun. utriuſque DD. in præfat num.* 38 & *tit* 9. *num* 3. præſertim cum ita ſæpius fuerit à Rota Romana deciſum, nam ſola deciſio Rotæ Romanæ habet vim communis opinionis, Cavall *in tract.*
de comm opin. Gravat. ad Veſtr. *in Prax lib* 6 *c.* 1. *a.* 14. Gra- 54
tian. *diſcept.* 140. *n.* 56 quos refert, & ſequitur, Marchel. de Rot. Roman. *ante tract. de Commiſſ part.* 1. *ſecund. nov. impreſ. verſ quare non mirum*, & hic non una, ſed plures adſunt Rotæ Romanæ deciſiones antiquæ, & modernæ, videlicet Putei, Seraphini, Manticæ, & aliorum.

Et ſatis † quidem in citatione ſine die, dies expreſſa 55
dici poteſt, dum ſatis expreſſum dicitur, quod ab expreſſis reſultat, & ſequitur, *l. ſi ita §. qui filio ff. de bon poſſ. ſecund. tabul.* Dec. *conſ.* 68. *nu.* 3. Ruin. *conſ.* 132. *nu.* 4. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 44 *num* 4 *lib.* 1. Rot. *dec.* 62. *num.* 4 *p.* 2.
recent. quinimò expreſſio eorum qui tacitè inſunt, nihil 56
operatur, *l 3 ff. de leg 1. l. quæ dubitationis, ff. de reg iur. l. aliquando ff de cond & demonſt.* Duen. *reg.* 285. *part.* 1. Ripa *in l hæc verba num* 36 *de leg.* 1. Rot *dec.* 377 *nu.* 5 *part.* 2 *recent.* in his terminis clarè dixit, Bald *in l. circa num* 1 *verſ. iſta ſecunda ratio ff. de hæred. inſtit.* quod † 57
citatio dicitur habere certum terminum, licèt Judex non exprimat, quia ineſt tacitum arbitrio boni viri.

Quæ multò magis procedunt † in citatione perſonali, 58
Boer. *d dec.* 253. *num.* 3. quia etiam ſi in forma citationis à iure tradita, aut in modo citandi fuerit erratum, ſi tamen pervenit citatio ad notitiam citati ab ea ligatur, ac ſi citatio fuiſſet legitimè executa, Roman. *conſ.* 410. *num.* 2. Van. *de null. tit. qual. Sent vel Proceſſ. rep. n* 152.

Quod † verò ad horam valet pariter citatio ſine hora, 59
quia tacitè ineſt, & intelligitur pro hora iuris, Canon. *in c conſuluit de off. Deleg.* Innoc. *in c. cum nobis num* 4. & *ibi* Adden. *lit.* A, Joan. And. *num.* 32 Abb. *num.* 21. & *ibi* Adden. *lit* A, *de elect.* Alex. *in l liber. homo §. decem n.* 6. *de verb. oblig* Vant. *de null. ex defect. citat. num.* 71. & *ſeqq.* Marant. *in prax tit. de Citat. num.* 66. Boer. *d. deciſ.* 235. *num* 2. *verſ. idem eſt in hora.*

Citationes executæ domi dimiſſa copia ſunt de iure va- C
lidæ, *l. ſcire oportet §. qui autem ff de execut. Tut.* Adden.
ad Matteſil *ſingul.* 132. *num.* 1. ſed hoc procedit, quando 60
fuit facta prima citatio perſonalis, Adden ad Matteſil. *ubi ſupr. nu* 2. Gravat. ad Veſt. *lib.* 5. *cap* 13 *num.* 12. & *ſeq.* ubi declarat Rot. *dec.* 1. *de dol & contum. in nov.* vel quando fuit facta diligentia de exequendo primam citationem perſonaliter, & citandus non potuit reperiri, Adden. ad Veſt. *lib.* 5. *cap.* 13. *num.* 11. & *ſeqq.* Borell. *in Summ. tit. de citat. num* 22.

Cæterum † ubi agitur de obligatione Camerali uſque 61
ad quamcumque ſummam, aut alia cauſa ſcuta 20. non excedente coram A. C. omnes citationes de ſtylo Tribunalis exequuntur domi dimiſſa copia, Sal. Tib. *in prax.*
lib 1 *c.* 51. *num.* 1. Debet autem exequi citatio domi ſolitæ 62
habitationis, *l 4. Prætor ff. de damn. infect.* Cuman. *conſ.* 14. *col.* 1. *verſ. quod autem non fuerit*, Borell. *in d. tit de Citat. nu.* 23. & quidem domi ſolitæ habitationis de tempore executæ citationis, Corn. *conſ.* 52. *num.* 7. *lib.* 3. cum aliis allegatis per Rot. *in Tuden. præſtimonii Lunæ* 8. *Novembris* 1593. *coram bon. mem.* Penia Verall. *deciſ.* 217. *num.* 2. *part.* 1.

Digitized by Google

p.1.Borell in d. tit.de Citat.n.23.niſi quis eſſet Vagabundus,
63 † & neſciretur ubi habitaret, nam tunc ſufficeret illum ci-
tare domi ejus ultimæ habitationis, *ut fuit dictum in d Tu-*
64 *den præſtimonii cor. Penia*, aliàs autem † Citatio execu-
ta domi, in qua quis eo tempore non habitabat, eſt omni-
nò nulla, *l.1.§.domum, ff.de lib agnoſc* Gabr.*conſ 52.num.*
*16 lib.*1. Vant *de null def citat num.*25. Fenz.*ad Stat. Urb.*
*lib 1 c 55.num 11.*Coccin *dec.74 n.2.* Andr.*dec.1 n 8* quini-
65 mò etiam executa domi † ſolitæ habitationis abſque copiæ
dimiſſione non arctat.Buratt *dec.*186 *num* 11.
66 In cauſis autem † Commiſſariis,etiam coram A. C.cita-
tiones debent exequi perſonaliter, aliàs ſunt nullæ, Vant.
de null citat. num 83 *& ſeqq.* quem ſequitur Rot. *deciſ.495.*
num 3 p 3.rec Et licet in Cauſis executivis, & aliis coram
A. C introductis per ſupervenientiam Commiſſionis non
alteretur Proceſſus, nihilominus, niſi in commiſſione fue-
rit data facultas procedendi ſingulis diebus, & horis in ho-
norem Dei non feriatis, citationes ſunt perſonaliter exe-
quendæ, & quidem pro diebus Lunæ, Mercurii, & Ve-
neris, prout in cauſis commiſſariis, at ſi in Commiſſionem
67 fuerit data facultas procedendi juxta † ordinarias A. C. fa-
cultates, non ſolum ſingulis diebus in honorem Dei non fe-
riatis, ſed etiam domi, dimiſſa copia, citandi facultas
cenſeretur concaſſa: prima tamen Citatio ad dicendum
contra Commiſſionem debet nihilominus eſſe perſonalis, ut
poſt alios tradit Sal.Tib *d.lib.1.cap.51 num.3.& ſeq.*
68 Debet fieri Citatio una die pro alia, domi dimiſſa copia,
ſed perſonaliter poteſt quis citari ad hodie per totam audi-
entiam, Put. *dec.178 l.1* Sal.Tib d *1.c.27.nu 1* & *c 51 nu-*
s 2 aliàs Citatio habens terminum breviorem, domo di-
miſſa copia, indiſcreta eſt, & nulla, *l.aut.quia aliter.§.1.*
*ff.quod vi, aut clam.*Veſtr *in Prax.li.4 c.2 & ibi* Adden *n 10.*
Vant.*de Null.def Citat num 67.*Caſſad *dec.6 nu 3.de Dol &*
Contum Creſcent.*dec.6 eod tit.*Put *dec 150.nu 2 lib 3* vel ſi
eſt perſonalis præbet materiam appellandi. Put.*dec.*150.
69 *num 2. verſ non obſtat.* ſi autem † mora eſſet periculum alla-
tura, prout in Inhibitionibus poſſet etiam quis citari ad ſta-
tim, prout paſſim ſervatur in A C & aliis Urbis Tribuna-
libus.

D Non ſufficit fuiſſe executam Citationem, niſi fuerit in
70 tempore reproducta, aliàs actus eſſet nullus. Bart. *in l ſi ſi-*
nita, §. Julianus n.18 ff de damn infect Bald *in l.multum in*
ſi ff.de cond. demoſt. cum aliis allegatis per Rot.*in Faventi-*
na, ſeu Imolen bonorum 19.*Iunii* 1595.*coram bo mem Litta*,
& in Tiburtina affrancationis 25. Januarii 1593.coram bo.
mem Orano.

71 Creditur nuncio aſſerenti ſe citaſſe aliquem domi dimiſ-
ſa copia Iaſ. *in l.nec tu, coll.fin num* 10 *ff de acquir hæred.*
Feder. de Sen *conſ 142.n 3 verſ.non obſtat.relatio*, prout
etiam creditur eidem atteſtanti ſe citaſſe, vel intimaſſe
perſonaliter cum dimiſſione copiæ in manibus Citati. Rot.
in Corton Plebaniæ 27 Junii 1635.coram bo.me Mormanno,
72 qui a regulariter † in ſpectantibus ad ejus Officium ſtatur
ejus relationi DD. *in l. 1 ff de in jus voc* Bart *in l.5. §. cum*
carnis, ff de Off Præf Urb. Rot *dec 15 n 5 lib 1 part 3.*
diverſ & in dependentibus, & connexis Put.*dec.187 lib.3.*
Verall *dec 266 p 2.*

73 Creditur etiam Notario atteſtanti de relatione executio-
nis Citationis Jac de Aren quem ſequitur Cyn. *in l ſi quis*
Decurion 4.verſ.ad d juxta hoc moneo, & ibi Alber. *poſt med.*
verſ item quæritur ſi Tabellio Salic *n 5.verſ & ſecundum præ*
dicta,C ad l Cornel de Falſ etiam ſine Teſtibus, quia Acta,
74 † quæ fiunt in figura Judicii, Judice pro Tribunali ſedente
ſcripta à Notario publico, etiam ſine Teſtibus probant l.
ſancimus, & l num um, C.de Teſtam l in donationib C de
Donation & ibi Alber num 2 ubi de communi, Mandoſ. ad
Lup *alleg 81.num 3.ubi de communi.* Rot *dec 12 num 1.*
lib 1 par 3 diverſ Cavaler *dec 28 num.3.*Greg *dec.453.n 6.*

75 Executio tamen Citationis facta à Notario, etiamſi
fuerit ei commiſſa, non probat ſine Teſtibus, quia Nota-
rius non eſt Nuncius, Nuncio enim creditur ſine Teſtibus
propter juramentum de fideliter exercendo officium ſuum,
unde cum Notarius non ſit juratus, & agatur de probando
geſta extra figuram Judicii, in hoc illi non creditur. Put.
dec 5 num 2 lib 3 Rot 624.*num 10 par.1 recent* Ferentill.
ad Burat.*dec 324 lit.A* Beltramin.ad Greg. *dec.71.num 6.*
lit.B in fin.

Sed ſtylo Curiæ ſufficit, quod Curſor faciat relationem 76
executionis, ejus ſubſcriptione mediante in pede Citatio-
nis, abſque eo quòd compareat coram Judice, aut Nota-
rio ad referendum, licet etiam de ſtylo in manualibus, &
regiſtris extendatur NN. Curſor retulit coram A. C ſive
NN. ejus Locumtenente mihi Notario, &c Sal. Tib *in*
Prax.l.1.c 27 num.1. & ita paſſim obſervatur.

Sententia † conditionalis regulariter non valeat, quia li- E
tem de preſenti non determinat, *l.nec quemadmodum ff.* 77
de Iud. Gabr *concl.1.de Sent lib 2* In hac tamen concluſione
DD multipliciter diſtinguunt, & ſignanter inter conditio-
nem de præterito, aut de præſenti quibus caſib valet, &
conditionem de futuro, quo caſu regulariter non valet, ut
latè per Vant *de Null def.Proceſſ num 107 & ſeq.*

In Curia nihilominus omnia ferè decreta, etiam defini- 78
tiva, paſſim fiunt per Judices cum conditione, niſi ad pri-
mam diem, vel niſi infra tres, aut alia ſimili conditione
arbitrio Judicis, & ſecundum facti contingentias, & niſi
infra illud tempus Pars ſolverit, aut quid relevans dedu-
xerit, aut oppoſuerit, Decretum remanet firmum, qui qui-
dem ſtylus, cum quotidie obſervetur, & paſſim in omnibus
Curiæ Tribunalibus fuerit ab omnibus receptus ſpatio tan-
ti temporis, cujus in contrarium memoria non extat, eſt
per conſequens legitimè præſcriptus, etiamſi eſſet contra
Jus Gravet *conſ 120 nu 19.& ſeq Rebuff de Conſuet. & uſu,*
& ſtyl art.2 gloſſ 13 num 16.Mareſc.*var reſ lib 2 c.100 num.*
20 Fenzon *ad Stat.Urb l.1 c 75 nu 34* Gramat *dec 64 num*
38 & ſeq & quod ſtylus † præſcriptus, quòd Sententia ſtet 79
in pendenti, valeat, & ſit ſervandus tradit Grav.*d conſ.*
201 *num.21* Ang.*conſ.114.quidam, in fin* Marc. Anton.
Cucc *Inſt Can.lib.1.tit. de ſtyl n.35.* eoque magis, quia ad
ſtyli præſcriptionem † ſufficiunt decem anni. Alex *conſ .36.* 80
in ſi lib.2 Rebuff *d.art.2.gloſſ.13 num 11* Gratian *dec Mar-*
ch 237 n 25 Borel *in Summ dec tit. de conſuet & ſtyl num-*
115. prout in præſcriptione conſuetudinis. Buratt. *in repet.*
l de quibus num.14 ff de leg Mareſc *d c* 100.*n 24* licet de Ju-
re Canonico † circa temporalia requirantur quadraginta an- 81
ni, Bart *in cep d l.de quibus nu 14* Mareſc *d c* 100 *num* 30.
Buratt.*dec.19 nu.7.*cum aliis allegatis per Ferentil.ad Buratt.
deciſ 3. nu. 59. verſ.ſed contra

Stylus autem ſic præſcriptus eſt ſervandus, ſive reſpiciat 82
ordinatoria, ſive deciſoria Judicii, *Afflict dec 79 num 4.*
Borell *in d.tit de conſuetud.nu.*108. Gratian *d dec 237 n 18.*
& num 20. Prout etiam ſervandus † eſt, quando devenit 83
in notitiam totius populi, aut majoris partis illius, nam
tunc habet vim conſuetudinis, Gravet. *de antiq temp p 4.*
n 20.verſ.ſecundo intellige, Sal.Tib *lib 1 c 1 num 12.& ſeq.*
Grat *in d.dec.237.n 24* Ubi autem poſſet † conſtare de ta- 84
cito conſenſu populi abſque tempore, & actuum frequen-
tia, ſolus conſenſus populi ſufficeret, quia tempus, &
actuum frequentia requiruntur tantum ad probationem Ma-
reſc.*d l 2 c 100 num 18.& ſeq*

Stylus reſpiciens ordinem Judicii probatur ex atteſta- 85
tionibus extrajudicialibus Notariorum, & Curialium,
Rot *dec 704 num 6 part 1. recent.* Cavaler *dec 497 num 6.*
Greg *dec 484 num 5.* & ibi Beltramin *n 8* Buratt *dec.124.*
n 15 & dec 217 num 3 & dec.690 n.16 & poteſt Judex † de 86
illo ſe extrajudicialiter informare, Beltramin ad Greg *d*
dec 484.num 8. Buratt *d.dec.124. num 15. &* ibi Ferentil.
num 32.

Reſpiciens verò deciſoria eſt † concludenter, & formi- 87
ter probandus, Beltram ad Greg *d dec 484 num* 8. Buratt.
dec 735 num 9 latè Ferentill.ad Buratt *dec 124 n 33*

Dicitur autem reſpicere † ordinatoria, quando reſpicit 88
proceſſum, & ordinem actitandi, & procedendi, Grav *de*
antiq.temp.par 4 num 18 ver.3 intellige Deciſoria vero di-
citur, † quando reſpicit cauſæ, & litis deciſionem, & 89
ejus vigore Judicium eſt finitum, & pendet ab eo victoria
cauſæ, Buratt *dec 735 num 7 & 8.*

Licet autem ſtylus præſcriptus, vel à populo approbatus 90
habeat vim conſuetudinis, & legis, hoc tamen procedit
in eo ſtylo, qui fuit ſemper firmus, & certus; non au-
tem in eo, qui fuit modo albus, modo niger, Sal. Tib.
d lib 1.num 13. Marcheſ *de com. app in Cur p 1 c 5 num.*
341.f 228.ſec. nov. impreſſ. Fenz *ad Stat Urb.d. l.1 c.75.*
num 37.

Cæterum ſtylus † contra Jus non eſt ſervandus, niſi ut 91

ſupra ſit præſcriptus, vel à populo apprabatus, Crav. *de antiq.temp par 4 nu 58 cum aliis præalleg.* vel niſi fuerit inductus à Principe, aut Judice habente facultatem legis condendæ Cravet *ubi ſup num* 18. Rebuff *d.art a gl* 13 *num* 16. Card. Tuſc. *in verb. ſtylus concl* 792. *num*. 1. *& num* 3 *&* 11. Grat. *d dec* 237 *num* 21. vel niſi reſpiceret ſolum ordinem, & proceſſum cauſarum, quaſi tunc agatur de modico præjudicio, Card. Tuſc. *d concl* 791. *num*. 3. Gratian *d deciſ.* 237. *num*. 20.

92 Judices verò, & Magiſtratus inferiores de per ſe non
poſſunt inducere ſtylum contra Jus, quia non habent facultatem legis condendæ, Dec in Rub *de conſuet. num*. 15. *& ſeq.* Gratian *d. dec ſ.* 237 *num* 21. *& ſeq* & ob id ceſſante
93 præſcriptione, † aut conſenſu populi, neceſſe eſt, quod hoc
caſu fuerit ita obtentum in contradictorio judicio, Parte opponente, & judicatum, &c. Fenzon ad Sat. Urb *d c*. 75. *nu* 3 Coccin *dec* 182 *n*. 3. *&* 5. aliàs ad ſui eſſentiam ſtylus non requirit, quod ita fuerit in contradictorio Judicio obtentum, Crav *d conſ*. 201. *num*. 22. Cocc. Inſt. Can *d lib*. 1 *tit de ſt. l. n*. 17 Borell *d tit de conſuet & ſtyl num* 106 Grat *d*.
94 *dec*. 237 *n* 19 Sed benè Judices inferiores † poſſunt inducere
ſtylum in iis, quæ non ſunt contra Jus, quinimò & in ordinatoriis, licèt ſint contra Jus, quia tunc agitur de modico præjudicio, Cravet *de antiq tem d parc* 4. *num*. 18 *verſ*
95 3 *intellige*, Card. Tuſc *dictu concl* 791 *n* 9 & ſtylus qui non
eſt contra Jus non requirit tempus, prout nec quando inducitur ab habente facultatem legis condendæ, prout eſt Princeps, & Judex ſuperior, Rebuff *d gl* 13. *num*. 16.

96 Differt ſtylus à conſuetudine, quia conſuetudo eſt id quod reſpicit æquitatem, vel iniquitatem, Juſtum, vel injuſtum in rebus gerendis, ut poſt alios, quos allegat tradit Mareſcott *d lib* 2 *c*. 100 *nu* 21. Stylus verò eſt conſuetudo judicaria continens ordinem, & ſeriem rerum gerendarum, *cap quantum gravi, de crim falſ* Card. Tuſc *d. concl* 792. *num*. 7. Mareſcott. qui de communi teſtatur *dict*.
97 *cap* 100. *num* 2. poteſt † tamen ſtylus reſpicere etiam ex-
tra judicialia, Card Tuſc. *ubi ſupra num* 12.

F Conſueverunt Practici apponere in Intimatione illa ver-
98 ba, *& aliàs prout in actis*, quæ ſanant omnes defectus In-
timationis, ſi fortè in ea omnia in Decreto contenta non ſint expreſſa, vel aliqua ſint malè expreſſa, tunc enim tenetur ille, cui facta fuit Intimatio, videre Decretum in Actis, aliàs non poteſt ſe excuſare, quod ſibi non fuerint intimata omnia in Decreto contenta, vel malè fuerint intimata, & ob id valdè utile eſt, intimationibus hujuſmodi verba apponere ad illarum defectus tollendos; ſtant enim augmentativè, & intelliguntur omnia in Intimationibus contenta ſecundum Acta, ad quæ habent relationem, juxta tradita per Dec *conſ* 63. *n*. 6. Rot *dec*. 35 *n*. 6. *part* 1 *recent*.

G Ad hoc, ut terminus in Decreto, ſeu Sententia aſſigna-
99 tus curat, neceſſe eſt, quod Intimatio fuerit legitimè exe-
cuta, & in Actis reproducta, ut Judex de illa certus ſit,
100 Burat. *deciſ*. 124 *num* 23 aliàs Judex ad ulteriora † proce-
dere non poteſt, ſi procederet, omnia Acta ſubſequentia eſſent nulla, Tanis, *dec*. 108 Buratt. *deciſ*. 24. *num* 22 *& ſeq* Gregor *deciſ*. 31. *num* Rot. *in Faventina, ſeu Imolen bonorum* 25 *Junii* 1593 *coram bon me. Litta, & in Cortonen.*
101 *Plebaniæ* 1 *Junii* 1633. *coram R. P. D. Ghislerio* † quidem
defectus eſt inſanabilis etiam ſtante clauſula, arbitrio Rotæ, Cavaler *deciſ* 486 *num* 1. Burat *dec* 291. *&* ibi Ferentill. *lit. A*

102 Nec quicquam relevat † ſi poſtea doceatur illam fuiſſe
executam, quia debuit de ea conſtare in actis, ex lectura proceſſus facti ante expeditionem actus, Rot. *in d Faventina, ſeu Imolen. bonorum* 19 *Junii* 1595. *coram bon mem*
103 *Litta*. Si tamen fuerit † in Officio, in quo cauſa agitur in
in tempore reproducta, ſuſtinetur, licet in ea fuerit erroneè appoſitum nomen alterius Notarii, Buratt. *deciſ* 675.
104 *num*. 4 non tamen eſt facienda † ei de neceſſitate intimatio,
qui aliquid ſcire tenetur, Cavaler *dec*. 3 *num* 5. præſume-
105 tur nihilominus † ex comparatione partis intimatæ execu-
ta. Buratt. *dec* 887 *nu*. 7 non ſecus ac præſumatur executa citatio ex comparatione citati, Rot. *deciſ*. 99 *nu* 2 *p*. 2. *rec*. Et ex conſtitutione procuratoris ad cauſam, Greg *deciſ*. 27.
106 *num* 4 & ibi Beltramin *num*. 12. *& ſeqq.* etiam ſi pars com-
paruiſſet poſt terminum, ex quo remanent ſalvæ exce-
107 ptiones. † Quod tamen non procederet, ubi ageretur de
ſuſtinenda citatione ad ſententiam, quia cum, eò caſu agatur de præjudicio irreparabili, comparitio poſt terminum nihil relevaret, ut per Ferentill. ad Buratt. *deciſ* 727 *num*.
13 *& ſeq* per conſequens † etiam intimationis defectus ſana- 108
retur ex comparitione facta re integra, antequàm damnum emergeret; ex comparitione enim oritur notitia citationis, vel intimationis, Rot *deciſ* 448 *part* 2 *rec* & Decreti facti, Cavaler *dec* 486 *n* 2 Buratt. *d dec*. 729 & ibi
Ferentill *num* 9 qui licet loquantur de citatione, † tamen 109
cum militet eadem ratio, poteſt in his procedi à ſimili, ut fecit Rot *in d. Faventina, ſeu Imolen bonorum* 19 *Iun* 1595. *cor bo me Litta*

Citatio eſt neceſſaria in unoquoque actu præjudiciali, H
l de unoquoque. ff de re jud leg nam ita divus, ff de adopt Gab. 110
de citat concl 1. Cavaler *deciſ* 564 *num* 3 & eſt de jure divino, Geneſ *c* 3. *num* 10 *gl. in Clem ſæpe in verbo defenſionis, de verb ſign* Rot apud Poſt *de manuten dec* 285 *n* 1. & de
jure † naturali, *Veſtr in prax. lib* 5 *c* 13. *num* 7 Cavaler. 111
dec. 53. *num* 1 *&* 2 & illius † defectus eſt inſanabilis. Gra- 112
vat ad Veſtr *lib* 3 *c* 2. *num* 22 *&* 23 etiam ſtante clauſula arbitrio, Greg *deciſ* 416 *n* 1 *&* 2 Rot *deciſ*. 312 *n* 2 *part* 4 *recent* Cavaler. *deciſ* 369 *num* 6

Præſens tamen in judicio non eſt de neceſſitate citandus, 113
Lanfr *in prax tit de citat. n* 17 Gravat *ad Veſtr li* 5 *c* 14 *nu*.
9 Caval *dec* 117. *nu* 1. quia præſentia partis † ſupplet defe- 114
ctum citationis ad actum, Cæſar de Graſs. *dec*. 2. *nu* 7. *in fide reb. Eccleſ non alien* Rot *dec* 406 *n* 1 *p* 5 *rec*. dummodo citatio non requiratur pro forma, Gab *de citat. concl* 1. *n*. 414. & Pars ſit præſens ad illum finem, non autem caſuali-
ter, † vel ad alium effectum, quia non haberetur pro præ- 115
ſente, maximè ſi diceret, ſe non eſſe Inſtructum pro defenſione cauſæ, But. *in c*. 1. *nu* 10. *&* 27. *de Iud* Mil. *in repert. in verbo citari non debet*, Gab *de cit concl*. 1. *nu* 4 / 2 *&*
ſeq. & ſufficit etiam præſentia † procuratoris, dummodo ſit 116
præſens ad illum finem, aliàs ſecus, Beltram. *ad* Greg *deciſ*. 575 *num* 15. ubi quod hoc admittit Rot *in Ferrarien. deciſimarum* 12. *Decembris* 1614 *coram bo mem Pirovano poſtea*
Decano præſentia † autem probatur vel ex atteſtatione 117
Notarii, qui ſtatim ſententiam intimavit, vel ex appellatione ſtatim interpoſita, Beltram ad Greg. *d deciſ*. 576. *num* 16 Caval *d deciſ* 486. *num* 2.

Jura † in actis exhibita, non citata parte ad dicendum 118
contra, regulariter non probant, nec Judex poteſt illorum vigore procedere, quia non ſunt de actis, Sal. Tib *in prax. lib* 3 *c* 15 *n* 4 *in fin.* Caval *dec* 433 *n* 1 Coccin *dec* 100 *n* 4. Greg *dec* 300 *n*. 3. & ibi Beltram *n* 4 Burat. *dec*. 234 *n* 9. &
ibi Ferentill *n* 14 *&* quod non eſt de actis, † dicitur extra 119
Mundum, Beltram. ad Greg. *dec* 224. *num* 6.

Si tamen † inſtrumentum eſt rogatum in officio Notarii 120
cauſæ, non eſt neceſſe citare partem ad dicendum contra, ſed ſufficit citare ad ſolvendum juxtà formam inſtrumenti in actis rogati, ut formula citationis, quæ infra ſuo loco ponetur, ut ita obſervat praxis.

Contrarium videtur tenere Greg *dec*. 108 *n* 6 ubi quod 121
eſt neceſſaria repetitio inſtrumenti in actis rogati citata parte ad dicendum contra, ut ſit de actis, & ibi tradit Beltram. *n* 14 quod idem tenuit Rota *in Romana Salviani* 25 *Maii* 1616 *coram Cardin Cavalerio*, ſed ſubdit, quod in caſu deciſionis Cavalerii agebatur in Salviano contra tertium poſſeſſorem, unde tacitè videtur ſentire Cavalerius contrarium, ſi inſtrumentum fuiſſet celebratum cum eadem perſona, contra quam ageretur, præſertim in via executiva.

Hæc deciſio Cavalerii non reperitur impreſſa inter cæteras illius deciſiones, ſed benè reperitur impreſſa ſecunda deciſio in eadem cauſa facta *quæ eſt dec* 433 Deciſio verò Gregorii præfata loquitur in judicio ordinario, non autem in executivo, in quo citatur ad ſolvendum juxta formam inſtrumenti in actis rogati juxta notoriam praxim: quo caſu ſatis dicitur inſtrumentum repetitum, ut ſupra, citata parte, ut ſi de actis, & ſic tam *dec* Caval. quam *dec* Greg. loquuntur extra terminos caſus noſtri, & quando nullo modo fuit facta citata parte inſtrumenti repetitio.

Nec etiam eſt neceſſaria citatio † ad dicendum contra, 122
quando pars adverſa uſa fuit actis exhibitis; ſi enim præſens non eſt citandus, ut per Adden ad Rot. *dec* 1 *de fid inſtrum in non.* Coccin *dec* 404 *num* 5 Ferentill *ad* Buratt. *d deciſ*. 334 *nu*. 14. & comparitio tollit defectum

citatio-

citationis etiam nulliter executæ, Rot. *deciſ.42.nu 2 part.*
2 recent Beltram. ad Greg *deciſ 27 num 9. & ſeqq* Coccin.
deciſ 216 nu 26 cum aliis ſuperius allegatis: ergo & citatio-
124 nis nullo modo executæ, quia paria † ſunt non eſſe, &
malè, & nulliter eſſe, *l.1. §.pen ff quod cujuſ univ.nom C.*
2 de tranſ Præl Clem 1.de Immun Eccleſ. Vant. *de null quo-*
ties, & titulo quod tempus n 16. & ſeqq quod maximè vide-
125 tur procedere, ſive pars ſit præſens, & non † contradicat,
Coccin.*d.deciſ 404 num.5* ſive ſit præſens, vel compareat
opponendo *generalia contra*; vel aliàs ad eumdem finem
ſit præſens, vel compareat, aliàs ſecus *ex ſupra allegatis*;
multo minus poteſt allegare defectum citationis † ſi non ſo-
126 lum fuit præſens vel comparuit, ſed etiam actis uſa eſt,
quo caſu cenſetur illa probaſſe, Rot *deciſ 2 de fid inſtrum.*
*in nov.*Caval *deciſ 26. num 4.* præſertim ſi Jura repetiit, &
allegavit in actis in ſui favorem, quia effecit illa commu-
nia, etiamſi antea non fuiſſent, Bald.*conſ.323.num 1. verſ.*
tamen ex tali ſcriptura, & verſ.ſaltem lib.4 & conſ 119 num.
3 verſ. item cum ſententia lib 2 Anchar. *conſil 208 num.11.*
*verſ prædictis omnibus, & verſ ſi enim,*Rum. *conſ.433 nu.11.*
L Recognitio Jurium in notoriis Judici, ut ſunt Bullæ plum-
127 beæ, Annuli piſcatoris, Sigilli Cameræ & Pœnitentiariæ,
Regiſtri Bullarum, & ſupplicationum, & hujuſmodi non
eſt neceſſaria, Sal. Tib. *in prax. lib 2 c. 39. num.13.* nec in
aliis, quæ ſunt ſatis nota Cavaler. *deciſ 142.n.8.* prout neque
128 etiam † eſt neceſſaria in inſtrumentis antiquiſſimis, Rot.
deciſ 52 & deciſ 54. part.1. diverſ. nec etiam in antiquis,
prout in inſtrumento 89. annorum tradit Put. *deciſ 359 n.6.*
lib 2.& de inſtrumento 80. & 100. annorum idem Put. *deciſ.*
251 lib.1. & de fid inſtrum. deciſ.12. & de inſtrumento 70. an-
norum, Rot. *in Parmen ſtatus 25. Junii 1596.*coram Sera-
129 ph *deciſ. 928.* Caputaq. *dec.5. part.3.* ubi quod in † omnem
eventum ſufficit levis recognitio, Cavaler. *deciſ 318. num.*
4 Beltram. ad Greg. *deciſ 3 num.8.*
130 Sed hoc non procedit in antiquiſſimis † ultra cen-
tum annos, quia in eis aliqua recognitio neceſſaria non
eſt, Rot. *deciſ 52. & d deciſ 54 part 1. diverſ.* Cavaler. *d.*
deciſ 928. num 1. & deciſ.625. num 1. Greg. *deciſ.3 num 2*
& ibi Beltram. *num 5. & 7.* etiam ſi ſit ſcriptura privata, Bel-
tram. *ibid num 6.*
131 Nec etiam eſt neceſſaria aliqua recognitio Jurium, par-
te non opponente: Sal Tib *d l 1. c.34 num.7 & lib.3. c 25.*
num.3. Gonzal *ad reg 8. gloſ 64 n.3. & ſeq.num 7.* Coccin.
132 *132. deciſ.404 nu.6.* Buratt.750 *nu 6* nec † in ſcripturis al-
latis de longinquo, ſi habeant faciem publici inſtrumenti,
Veſtr. *in prax. lib 6. cap.1 num 10. verſ ſi & facultas* Cava-
ler. *deciſ. 242. num 2.*
133 In iis autem quæ, parte opponente indigent recognitio-
ne, obſervandum eſt, quod aut agitur de recognitione,
inſtrumentorum publicorum, & præſertim de partibus,
& tunc fit recognitio per teſtes deponentes habere notam
manum, & ſe manum, litteras, & perſonas eorum, qui
ſcripſerunt, recognoſcere in forma, quod ſignificat, ut
aliquando viderint eos ſcribere, non tamen ſit neceſſe, quod
viderint ſcribere jura, & inſtrumenta, quę producuntur,
de quibus agitur, Veſtr. *in prax lib 6 c 1.num 8 verſ nihilo-*
minus, Sal. Tib *d.c 34. nu.5. & num 7 verſ. in recognitione*
autem, Rot *deciſ 227 part.3 diverſ lib 2.* Mantic. *deciſ.79.*
num 1 Achill *deciſ.2. de fid inſtrum.*
134 Fit etiam aliquando hujuſmodi recognitio † Jurium per
ſimilitudinem ſi aliàs teſtes viderint ſimiles ſcripturas ab
eiſdem perſonis conſcriptas, de quo ipſi aliquo modo certi
ſint; verum hæc recognitio per ſimilitudinem eſt valde le-
vis, ut per Rot in *Spoletana dotis 19 Decembris 1605. coram*
bo mem. Juſto, & ideo non probat, nè detur proceſſus in
infinitum, Durand. *deciſ 363 num.4.* deſervit tamen pro
adminiculo, ut fuit dictum *in d Spoletana dotis coram*
Juſto.
135 Aut agitur de recognitione Apocæ † per partem adver-
ſam negatæ, vel alterius privatæ, ſcripturæ & de jure eſ-
ſent neceſſarii teſtes, qui poſſent deponere, ſe fuiſſe præ-
ſentes confectioni Apocæ, vel vidiſſe illam ſcribere, *§.*
quis igitur in Auth de inſt caut & fid Dec.*conſ. 615. num 3.*
Paris.*conſ.29. num. 43. in fin lib 3* Ruin.*conſ 7 num 4 lib 4.*
Marſil. *in rub de prob. num 299.* Menoch *de arb caſu 114.*
num.22 Afflict.*deciſ.181 num 8* Rot.*deciſ.124. num 1 & de-*
ciſ.170.nu.1 part 2.diverſ.
136 Sed primò † hoc non procedit concurrentibus adminicu-
lis, quia tunc ſufficit, quod teſtes deponant habere notam
manum, Rot *d deciſ.124.num 3.* & fuit dictum *in dict Spo-*
letana dotis 19. Decembris 1605 coram Juſto, ubi quod ita
fuit ſæpe deciſum, & aliæ deciſiones allegantur, & alias
cumulat Beltram in. ad Greg *deciſ.389 num 6.* Teſtes † enim
ſoli dicentes ſe habere notam manum ſemiplenè de Jure
probant, Rot. *d deciſ.124. num 4* ubi etiam tradit, quæ
adminicula ſint ſufficientia.
Secundò † dicta regula non procedit de ſtylo Curiæ in 138
ſcriptura, quæ ſolet fieri ſine teſtibus abſente parte, ut ſunt
litteræ cambii miſſivæ, & hujuſmodi, quia tunc ſufficit
teſtes deponere habere notam manum, Sal. Tib. *d c.34.*
num 11. verſ. quo verò ad recognitionem, Rot. *d deciſ 124*
*num 2.*Cavaler.*deciſ.452.num.4. in fi & deciſ.553. num 2.*
in iſtis enim non requiritur exacta recognitio, Gæſ. de
Graſſ *deciſ 2 num 7. de præben* ubi quod ita fuit ſæpe in Ro-
ta reſolutum, Rot *deciſ.570 num 2.p.2.diverſ.*
Cæterum † in Tribunali A. C. obſervatur, quòd reco- 139
gnitio etiam Apocæ, & ſcripturæ privatæ facta per teſtes
deponentes, ſe habere notam manum, illamque recogno-
ſcentes in forma, ſit Valida, Veſtr. *in prax lib 6 c.1. num.*
8 verſ.nihilominus, Sal. Tib *d.c.34 num 10.*
Ubi verò teſtes, † qui manum recognoſcant, haberi non 140
poſſunt, fit recognitio per comparationem literarum, Ve-
ſtr *d lib.6.c.1 num 10* quæ quidem comparatio eſt fallibilis,
& periculoſa, Duran. *deciſ.363.num 3.* & licet legitimè fa- 141
cta non probet, niſi ſemiplenè, tamen de ſtylo Tribunalis
† A C. chirographa ſic recognita ſolent executioni demand- 142
dari, Sal. Tib. *d.c.34 num.11.*
Liber † etiam eodem modo recognoſcitur per teſtes di- 143
centes habere notam manum, Put *deciſ.1 de fid inſtr.* ſed †
duo teſtes requiruntur, cum unus non ſufficiat, *l ubi nume-* 144
rus, ff de teſt. Rot *in Albanen decimarum 31. Maii 1566 co-*
ram Oradino, verum in recognitione manus patris ſtatur aſ- 145
ſertioni filii, Cavaler.*deciſ.122 num.10* Debet tamen cita-
ri pars ad videndum jurare teſtes ſuper jurium recognitione,
Veſtr. *d lib 6 c.1. num 7. & 8.* Caputaq *deciſ.4. par.3.* aliàs
recognitio non valet, Gregor *deciſ 71. num.1*
Clauſula, † *quatenus opus ſit*, operatur majorem caute- 146
lam, & non innovat antea geſta, Rot.*deciſ.738.nu 1.p 1.*
diverſ. & ideò ſi jura recognitione non egent, non eſt opus,
quod teſtes jurent ſuper ea licet ſit pars citata, hæc etenim
clauſula facit conditionem, Coccin *deciſ.355 n.2.*
Producens inſtrumentum cenſetur illud circa fidem ap- M
probare, Gloſs *in l.1.§. editiones in verbo dic poſt medium,* 147
verſ. item ſi ſponte, quam ibi ſequuntur DD. præcipuè
Jaſ *num 1.ff de edend.* Grav.*conſ.275 num.2.verſ rurſus,* Gra-
vat ad Veſtr.*lib 6 c 1. num 9.*
Et producens ſcripturam, & Jura dicitur fateri omnia 148
in eis contenta, Fel. *in c. examinata, n.2. verſ.item dicas,*
de jud Rom *conſ 63.n 3* Veſtr *in prax d.lib 6. c.1.num 4. &*
ſeqq Afflict.*deciſ 125.n 5* Rot *deciſ 439 part 2.diverſ* Cava-
ler.*deciſ 464 n 6.*Greg *deciſ 238 n 5* & latè Beltr *n 15.*
Hoc tamen videtur procedere in diſpoſitivis, non in enun-
ciativis, Gravat. ad Veſtr. *d c 1 num 19* Oſach *deciſ.38 n.*
9 de communi, Bero *conſ 170 nu 1. & ſeq lib 2.*
Cæterum hæc limitatio non habet locum in enunciati- 149
vis prolatis à partibus, inter quas negocium verſum eſt,
nec in neceſſariis ad actum, qui geritur, Oſaſch. *d deciſ*
38 num 30 Beltram ad Greg. *dec ſ 238. num.15.verſ præ-*
ſertim.
Dicitur etiam † producens fateri, ſi jura ſint valida, 150
ſecus ſi nulla, Alex *conſ.124 num 5 lib 7.* Gravat ad Veſtr.
d c.1 num 19 Afflict *c.25 num 5.* Rot *d deciſ 159 num 1 &*
ſeqq part.2. diverſ. idem ſi inſtrumentum non ſit authenti-
cum, & per ſe non probet, latè, Beltram. ad Greg *d deciſ.*
238 num 15. verſ.prædictu
Sed ſi Jura producantur, per compulſum, & in parte 151
& partibus producens ſibi non præjudicat, Felin. *in cap.*
imputari, num 13 de fid inſtr. Alex *conſ 136 num 23 verſ.*
non omitto, lib 2. Veſtr.*d lib 6 c.1.nu 6* & ibi Gravat *n 20.*
Rot *deciſ 3. de fid inſtrum. in nov.* latè Beltr. ad Greg *deciſ.*
238. num 15 verſ. limita; quod † tamen non procedit in 152
productione propriorum Jurium, niſi habeant capitula ſe-
parata, Veſtr. *d c.1. n 6 verſ quam tamen proteſtationem*,
ubi allegat Felin. *qui hoc dicit. in cap imputari in fin de fid.*
inſt. Rot. *dict.deciſ 2. de fid. inſtrum in nov.* latè Beltram ad
Greg. *d deciſ.238 num.15. verum iſta cautela.*

Digitized by Google

153 Sufficit nihilominus productio copiæ in termino, ſi po-
ſtea producatur originale, licet extra terminum, Mil *in
rep in verb productio*, quo caſu productio dicitur fieri in ter-
mino, Dec. *in Auth. ſi quis in aliquo, num. 3. C. de eden.*
Seraph *deciſ 845. num. 5. verſ. prout.*

N Productio cenſetur verbalis, Cavaler. *deciſ. 542 num 3.*
154 Beltram. ad Greg. *deciſ. 59. num. 15* quæ ad probationem
155 non ſufficit, Buratt. *deciſ. 134. num. 10.* quinimmò † nihil
operatur, Coccin *deciſ. 110. num 4.* Ubi autem productio
non eſt realis licet ipſa ſit de actis, tamen Jura de actis non
ſunt, Caval. *deciſ 542. num. 3.* & ideo non ſunt tranſportan-
da Beltram ad Greg. *d deciſ. 59 num. 10.*

156 Dicitur tamen realis productio, quando in ea eſt ver-
bum *facto*, produxit, Caval *deciſ. 542. num. 2. in fin* Bel-
tram. ad Greg *d deciſ 59. nu 15.* ſimiliter ſi in illa adeſt ver-
bum, *tenoris*, *&c.* Burat. *deciſ. 170 num 3* vel ſi in ea ſunt
illa verba, *animo retrahendi*, *&c.* vel quod inſtrumentum
incipit, *ſic*, & finit, *ſic*, latè Beltram. ad Greg *d deciſ 59.*
157 *num. 11 & ſeqq* Idem ſi adſunt in principio ſententiæ verba,
viſis omnibus actis, *&c* vel ſi eſt elapſum biennium, produ-
ctio pariter realis præſummitur, Buratt. *deciſ 217. num. 6. &
ſeq & ibi* Ferentil. *ſub litera B.*

O Si Jura producantur in quantum pro ſe, & parte ſua fa-
158 ciant, producens non cenſetur fateri contenta in eis dum-
modo quis non teneatur edere, & ſcriptura ſit aliena, ac ha-
beat capitula ſeparata, Felin *in c. cum venerabilis, num 23.
in 2 limit. de except.* Olaich. *deciſ. 38. nu 7* Rot *deciſ. 3. de fid.
inſt in nov*

De productione in parte, & partibus ſatis dictum eſt
ſupra ſub litera *M*,

P Clauſula, *non alias, aliter, nec alio modo* eſt reſolutiva, & ope-
159 ratur quod in contrarium, nihil actum videatur. Felin. *in
cap quæ Eccleſiarum, n. 85 de Conſt* Mart. *d. clauſ par. 1 clauſ.
76 n. 9* Rot. *deciſ. 115 n 6 part. 2. recent.*

160 Inducit conditionem, Paris *de reſig lib. 1. quæſt. 2. num. 18*
Mart. *dicta clauſ 76 num 7.* Verall. *deciſ. 23 par. 3.*

Inducit etiam formam, & neceſſitatem, Bertazzol. *clauſ.
14. gl 6 num 1* Mart. *d clauſ 76. num 8.* Magon. *deciſ. Floren.
49 num. 7. & ſeq* Rot *deciſ. 619 num. 2. par 1. recent.*

161 Eſt etiam limitativa voluntatis, & poteſtatis, ac præ-
ſervativa Juris Pariſ. *de reſign lib. 1 q. 1. num. 19.* Mart. *d. clauſ.
num. 11.*

Q Clauſula *omni meliori modo* facit actum valere eo mo-
162 do, quo valere poteſt, Dec. *conſ. 14 pro tenui num. 3 verſ.
confirmatur*, *& conſ. 77. viſo puncto num 4 verſ 2. ratione*,
Curt. Jun *conſ. 329 num 20 lib 3. Mart. de clauſ par. 1. clauſ.
88 num. 1* Put. *deciſ. 230. lib. 2* & operatur, quod habeatur
pro expreſſo, quod pro actus validitate veniebat exprimen-
dum, Bald *conſ. 489. col 1 lib 3* Alex. *conſ. 212 lib. 3* Felin. *in
cap. cum ſuper, n. 21. de off. de leg.* Curt. Jun *conſ. 115 col 4.*

163 Cum copula, & implicat modos diverſos ab expreſ-
ſis, Mart. *d clauſ. 88. num. 14 & clauſ. 36. num. 8. par 3.* Ve-
rall. *deciſ 124 par. 1.* Achill. *deciſ. 1. de verb. ſing* Rot. *deciſ.
117 num. 4 & ſeq & deciſ. 329. num 3. & deciſ. 344 num 3.
part. 1 diverſ. & dec. 543. num. 20. part. 1. recent* Coce. *deciſ.*
164 *374. num. 2* Buratt. *deciſ. 29 n. 18.* Preſertim † ſi in dicta clau-
ſula adeſt dictio, *alias*, quia dictum ſit, & *aliàs omni meliori
modo*, nam hæc dictio multo magis operatur, ut clauſula
trahatur ultra expreſſa, Card. Tuſc. *lit. C. concl. 558. num. 15.*
Rot. *d deciſ. 329. num. 6 par. 1 diverſ* & quod actus valeat
eo modo, quo potuit, Verall *deciſ. 124. part 1.* Put. *deciſ.
234 num 2 lib 2. in correct.* Buratt *deciſ. 241. num 7.* Natura
165 † enim dictionis *alias*, comprehendit ultra expreſſa, &
diverſa ab expreſſis, etiam omiſſa, latè Grat. *dict. aliàs,
10 num. 4 & ſeq* Rot. *deciſ. 254 num 2 part 1 diverſ.*

R Clauſula, *ſi*, *& quantum* operatur, ut cenſeatur facta
166 admiſſio prout de jure, unde ſi † admiſſio erat facienda,
habeatur pro facta, aliàs ſecus, Maran. *de ord jud. tit. de ap-
pell. num 200* Gravat. *ad Veſtr. in prax. lib. 7 c ult num. 22.*
Luc. Pet. *in prax l. 5 tit de Apoſt. num 9. Mart de clauſ 152.
num 1 & ſeq part. 1 & clauſ 162. num. 1. & ſeq part 2 primæ*
latè Card. Tuſc. *lit. C concluſ. 361.* Caputaque. *deciſ. 49. nu.
2 par. 1.* Rot *deciſ. 687 num. 2 part 1 diverſ.*

167 Si autem dicatur, *non admiſit niſi ſic*, *& in quantum*,
admiſſio habetur pro non facta, quia hæc clauſula eſt con-
168 traria clauſulæ *admiſit ſic*, *& in quantum* Marcheſ. *de com-
miſſ par 3 tit. de Apoſt. pet. & conceſſ num 79 fol. 10 ſecun nov.
impreſſ.* Luc. Pet. *d. tit. de Apoſt. num. 20. lib. 5* Mart. *dict.
clauſ. 362. num. 3* Unde † admiſſio incipiens per verba affir- 169
mativa cenſetur facta, ſecus per verba negativa, Benin-
tend. *deciſ. 1. per tot.* quem ſequitur Tuſc. *dict. concl. 361.
num 9.*

Obligatio in forma Cameræ debet omnino extendi, eſt ſi S
appoſita in Apoca, vel ſi inſtrumentum, in quo illa con-
tinetur, ſit extra Tribunal A. C. rogatum, Galleſ. *de ob-
lig. Cam q. 35. num. 2. & ſeq.* Ubi Zacch. *num 4* Rot poſt
Zacch *in d tract. deciſ. 39. num. 8.* alias A. C. procedendo † 170
non extenſa obligatione Camerali nulliter procedit, Zac-
ch. ad Galleſ. *de oblig. Cam. d q 34 n 5.* Sal. Tib. *in prax lib.
1. cap 6 num. 2.* Rot poſt Zacch *de oblig Cam deciſ 24 num.
1 deciſ 102 num. 3 & deciſ 121. num 19.* Rot *deciſ. 105 num.
4 deciſ 555 num 3. & deciſ. 630. num 2 part. 1. recent* Cava-
ler. *deciſ. 38. num. 2.* nec poteſt procedi ea non extenſa ad 171
executionem illius, Rot. poſt Zacch. *ubi ſupra deciſ. 35.
num 1.* Burat *deciſ 683 num 4.*

Hoc tamen non procedit, quando debitor conſenſit 172
in mandatum executivum unica, vel ſine citatione, Zac-
ch. *d q. 34 num. 10 & deciſ. 63 num. 1.* Rot *deciſ. 105 num. 4.
& 5 part 1. recent* Cavaler. *d. deciſ. 38. num. 3.* Ferantil ad
Burat *d deciſ 673. num. 7.*

Nec ſufficit decretum extendi, niſi revera fiat extenſio, 173
Zacch. *dict. q 34 num 8.* Sal Tib *dict. c. 5. num 2.* Cæterum
de ſtylo Tribunalis A. C. hujuſmodi decretum eſt ſufficiens
abſque alia extenſione, Sal. Tib. *in prax. lib. 1. c. 29 in fin.*
Zacch. ad Galleſ. *d q 34 num 9.* latè Ferentill. ad Buratt. *d.
deciſ 683. num. 10. & ſeq* ubi † quod ſufficit de ſtylo Trib. 174
A. C. quod decretum ſit factum ſub unica citatione ad dicen-
dum contra jura, & videndum extendi formam Cameræ
juxta ſtylum Curiæ.

Sed ſi exadverſo fuerit dictum *generalia contra*, & pro-
teſtatum, quod pendente termino ad dicendum contra,
nihil innovetur, non poterit extendi forma Cameræ ſub
citatione ad dicendum contra Jura, ſed erit neceſſe denuò
citare ad videndum extendi formam Cameræ, ut per Sal.
Tib *d. lib 1. c. 34. nu. 3.* in ſubſequenti citatione ad ſolven-
dum, prout in formula, quæ infra ſuo loco ponetur, &
ita de ſtylo ſervatur.

Si verò inſtrumentum ſit in Tribunali A. C. rogatum 175
non eſt neceſſaria citatio, nec decretum extendi, nec ex-
tenſio aliqua, quia Notarii A. C. ſemper extenſam habent
hujuſmodi formam Cameræ in pulpitis, Zacch *poſt alios
d. q. 34. num. 12* Ferentil. ad Buratt. *d. deciſ. 658. num 8.*
quinimmò † obligatio Cameralis licet omiſſa in inſtrumen- 176
tis per notarios A. C. rogatis cenſetur appoſita, & datur
illorum executio, perinde ac ſi formula fuiſſet in illis ap-
poſita, & extenſa, latè Ferentill. ad Buratt. *dict. d 683.
num. 9.*

Formulam hujuſmodi extenſionis obligationis Came- 177
ralis ponit Sal. Tib. *in d praxi lib. 4. in fine*, & Zacch. ad
Galleſ. *de oblig Cam in princ.*

Renunciatur in obligatione Camerali quibuſcunque legi-
bus, & legum auxiliis, Sal. Tib *in formul lib 1 c. 17.
num 6 ita verſ ſed prædictæ leges*, Zacch. ad Galleſ *de obli-
gat. Cam q 17 num. 25* Put. *deciſ. 465 num. 3. lib. 2* Rot poſt
Zacch. *de oblig. Cam deciſ 23. num 8 & deciſ. 143. num. 3.
& ſeq*

Obligationes Camerales omnes ſunt juratæ, Rot. *de-* 178
ciſ 161. num 6 par. 2 diverſ. Poteſt tamen † obligationis Ca-
meralis ſubſtantia ſtare ſine juramento, Galleſ. *de oblig.
cam. q 4 num 2.* & ibi Zacch *num 1.* nec juramentum de
jure communi habet executionem paratam, ſecundum opi-
nionem, quam ſervat Rota, Zacch. ad Galleſ. *de oblig.
cam q 2. num 18.* & continet hæc obligatio hypothecam
omnium bonorum, Buratt *deciſ. 687 num 4. & deciſ 905.
num 2.*

Proteſtatio conſervat jus proteſtantis, *l. ſi fidejuſſor
§. 1 ff qui ſatis dare cogantur*, *c cum M. de conſt* Alex.
conſ. 130 num. 14. verſ quia reſpondeo lib 4. Dec *conſ 460.
num. 10. & ſeqq.* Rot. *deciſ. 3. de fid. inſtrum. in nov.* niſi ſit
contraria facto, quia tunc nihil operatur, Felin. *d cap.
cum M.* Ferrarienſis, *num. 77* & non tenet, Rot. *deciſ. 15.
in fine, verſ quod tamen, de off. deleg in nov.* Cavaler *deciſ.
349. num 3* vel niſi de directo contradicat, ſecus ſi ſit
diverſa, licet tendat ad idem, Alex. *conſ. 130. num. 14.
verſ. quia reſpondeo, quod immo, il ſecondo, & num.
ſeq. lib 4.*

Prote-

181 Proteſtatio quòd nemo exadverſo comparens audia-
tur, niſi docto de legitimo mandato procuræ, ita quod
&c. relevat in tantum, quod ſi mandatum non producatur,
tur, Acta ſunt nulla defectu mandati, Rot. *dec.* 135. *n.*
182 3. *par.* 1. *recent.* Cavaler. *dec.* 482. *n.* 7. ſecus ſi non fiat hæc
oppoſitio, nam tunc cenſetur Procurator à parte appro-
batus, licèt non conſtet de mandato procuræ, Rot. *dec.*
183 530. *n.* 15. *part.* 1. *recent.* quinimmo licet † hujuſmodi op-
poſitio facta fuerit, niſi fuerit repetita in unoquoque
actu, nihil relevat, quia cenſetur ab ea receſſum, *Sal.*
Tib. in prax. lib. 1. *cap.* 27. *nu.* 3. Rot. *d. dec.* 648. *nu.* 3. *part.* 1.
diverſ. Greg. *dec.* 44. *n.* 7. Cavaler. *dec.* 348. *na.* 5. *& dec.* 483.
184 *n.* 8. Ferentil. ad Buratt. *dec.* 296. *nu.* 10. in caſibus tamen,
in quibus intrat præſumptio mandati procuræ ſuſtinetur
proceſſus, hac proteſtatione non obſtante, ut ſæpius
fuit deciſum, & patet ex deciſionibus cumulatis per Fe-
rentil. ad Burat. *deciſ.* 593. *num.* 14.
185 Operatur hæc proteſtatio, ut productio mandati, li-
cet antea facti ſuffragari non poſſit ad ſuſtinendum, &
revalidandum acta ante productionem, poſt tamen pro-
teſtationem geſta, Gloſ. *in c.* 1. *in verb. abſentia verſ. alii*
dicunt. de elect. in 6. Rot. *dec.* 105. *n.* 2. *part.* 1. *diverſ. & dec.*
135. *n.* 4. *part.* 2. *recent.* Cavaler. *dec.* 337. *n.* 6. Greg. *dec.* 330.
n. 1. Burat. *dec.* 296. *n.* 1. *& dec.* 683. *n.* 6.
186 Sed parte non opponente poteſt mandatum produci
quandocumque, Vant. *de null. defect. nabab. ſeu mand. n.*
118. Achill. *deciſ.* 6. *de Proc.* Rot. *deciſ.* 688. *nu.* 3. *part.* 1. *di-*
verſ. & dec. 305. *n.* 4. *part.* 1. *recent.* & ſufficit, quòd produ-
catur, quando de eo opponitur, Caval. *qui alios cumulat.*
187 *dec.* 387. *n.* 6. tunc † enim acta antea geſta ſuſtinentur, ſi
mandatum erat factum, Gloſſ. *in d. c.* 1. §. 1. *in verbo ab-*
ſentia, verſ. alii dicunt, de elect. in 6. Gabr. *conſ.* 25. *n.* 23.
& ſeq. lib. 2. Buratt. *deciſ.* 21. *n.* 26.
188 Si vero quis citaverit aliquem ſimpliciter, ut Procura-
torem alterius, videtur ex hoc illius perſonam approbaſ-
ſe, & ob id non poterit amplius ſic approbans contra eum
opponere defectum mandati procuræ, & præſertim ſi
189 agatur de ſuſtinenda ſententia † jam lata pro valida con-
tra approbantem, ut per Seraph. *dec.* 140. *n.* 1. Rot. *deciſ.*
107. *num.* 5. *& deciſ.* 195. *part.* 4. *recent.* Coccin. *dec.* 61. *n.* 3.
ubi quod ita ſæpius fuit reſolutum, Andr. *deciſ.* 28. *nu* 6.
Greg. *dec.* 280. *n.* 6. & ibi Beltram *n.* 11. alios cumulat, &
eo magis, ſi aliæ conjecturæ pro mandato concurrant,
ut in caſibus dd. deciſionum.
190 Sed hoc primò non procedit, quando quis fuit citatus
uti prætenſus, vel aſſertus Procurator, ut ſolent facere
Practici.
Secundò non procedit, quando citatus eſſet approba-
tus à Procuratore.
Tertiò non procedit, quando in actis conſtaret de mi-
nus legitimo mandato procuræ, latè Beltram. ad Gre-
gor. *deciſ.* 280. *num.* 11. *verſ. hæc tamen omnia.*
191 Quartò denique non procedit, quoad Judicem, qui
etiam poſt litem conteſtatam poterit cogere ex officio ci-
tatum, uti procuratorem ad dicendum de legitimo man-
dato procuræ, vel cavendum de rato antequam ad ulte-
riora in cauſa procedatur, ſi de mandato dubitatur, nè
alias citato Procuratore non exiſtente fruſtratoriè labo-
set, *juxta trad.* per Maſc. *de probat. concluſ.* 693. *n.* 3 *& ſeq.*
192 Clauſula *ita quod &c.* declarat & regulat, præceden-
tem diſpoſitionem. Mart. *de clauſ. part.* 1. *clauſ.* 65. Coc-
cin. *deciſ.* 494. *num.* 6.
V In termino citationis ad dicendum contra Jura, debent
193 † opponi *generalia contra verbo ſalvo jure, &c.* aliàs hu-
juſmodi generalibus exceptionibus non oppoſitis Jura
probant, etiamſi ſint ſcripturæ informes, nec poteſt
amplius opponi, quod non ſint in forma probante, Sal.
Tib. *in prax. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 2. Caval. *dec.* 142. *n.* 9. Greg. *dec.*
292. *n.* 2. & ibi Beltram. *n.* 6.
194 Nec relevaret † oppoſitio, ſi fieret in ſecunda inſtan-
tia, Put. *dec.* 119. *lib.* 2. Caval. *d. dec.* 142. *na.* 2. quia cum in
prima inſtantia nihil in termino fuerit oppoſitum, jura
cenſentur a parte approbata, Put. *d. dec.* 119. cum aliis la-
tè cumulatis per Beltram. ad Greg. *dec.* 292. *n.* 6.
195 Oppoſitio autem hujuſmodi generalium in termino
præſervat jus opponendi, & deducendi exceptiones ad
ſpeciem poſtea quandocumque, Veitr. *in prax. lib.* 5. *ult.*
n. 10. *&* 13. Mart. *clauſ.* 56. *nu.* 6. *par.* 1. Beltram. ad Gregor.
dec. 292. *n.* 6. *verſ. & ideo praxis inolevit*, & vigore illius
exceptiones poſſunt ad ſpeciem deduci etiam poſt ſen-
tentiam, non tamen poſt rem judicatam, Mart. *d. clauſ.*
46. *num.* 9.
Clauſula etiam *ſalvo &c.* vel *ſalvo jure &c.* alias exce- 196
ptiones præſervat, cum iſta clauſula ſit de ſui natura præ-
ſervativa Juris, Mant. *clauſ.* 150. *n.* 1. *& n.* 9. *part.* 1.
An autem quis opponendum *generalia contra citem &c.* 197
quæ clauſula extenditur citra conſenſum in juriſdictio-
nem, niſi ſi & quatenus &c. dicatur conſentire in juriſ-
dictionem, aut generalia opponuntur contra commiſſio-
nem, aut reſcriptum, & quis non dicitur conſentire in
juriſdictionem, aut generalia opponuntur contra jura,
& tunc quia dicitur in juriſdictionem conſentire, Mar-
cheſ. *de commiſſ. part.* 1. *de commiſſ. app. dia.* §. 1. *n.* 125. *cum*
ſeq. fol. 1307. *ſecun. nov. impreſſ. ubi alleg.* Dec. *in cap.* 1. *nu.*
174. *& ſeq. de jud.* Rot. *deciſ.* 55. *lib.* 2. *part.* 3. *diverſ. & dec.*
114. *lib.* 1. *par.* 3. *diverſ.* Caputaq. *dec.* 278. *part.* 2.
Cæterum ſi opponantur generalia contra productio- 198
nem, & admiſſionem jurium, quis poterit opponere
contra d. admiſſionem ex diverſis cauſis, vel quod obſtat
producenti res judicata, vel quod jura non ſint relevan-
ria, vel quod jura non ſunt in forma probanti, vel quod
reſpiciunt petitorium, unde iſto caſu non videtur quis
renunciare rei judicatæ, & per conſequens nec conſenti-
re in juriſdictionem, Caputaqu. *dec.* 279 *per tot. par.* 3.
Proteſtatio, quod in termino ad dicendum contra Ju- X
ra nihil innovetur, operatur, ut termino pendente ni- 199
hil omninò fieri poſſit, Sal. Tib. *in prax. lib.* 2. *c.* 2. *nu.* 28.
Cavaler. *dec.* 329. *num.* 2.
Teſtes debent jurare manu tactis ſcripturis, aliàs non Y
probant, Spec. *de teſt.* §. *ſequitur*, *nu.* 4. *verſ. Evangelia*, 200
Caputaq. *deciſ.* 246. *part.* 2. Cæſar de Graſſ. *deciſ.* 13. *n.* 6. *de*
teſt. Cavaler. *dec.* 322. *n.* 1. *& dec.* 415. *n.* 3.
Nec ſufficiunt illa verba Notarii, *Teſtis juratus*, Ca- 201
putaq. *deciſ.* 285. *nu.* 4. *par.* 3. etiam ſi dicat, juratus tactis
ſcripturis, quia non debet aſſerere per verba de præterito,
ſed de præſenti, juravit, tactis &c. Caval. d. *deciſ.* 322. *n.* 3.
Si tamen in atteſtatione Notarii adſint verba æquipol- 202
lentia, ut juravit ad Sancta Dei Evangelia, probatur
juramentum, abſque clauſula *tactis &c.* Cæſar de Graſſ. *d.*
dec. 13. *n.* 7. *& n.* 15. Cavaler. *deciſ.* 415. *n.* 3. vel ſi Notarius
aſſerat, ſe recepiſſe juramentum in forma, Rot. *cor. bon.*
mem. Comitulo *dec.* 108. *n.* 16. vel in forma juris, Rot. *in*
Cordaben. Decimarum. 29. *Jan.* 1593. coram Card. Seraph.
dec. 1010. *n.* 5. vel ſi addat alia verba, ex quibus colligi poſ-
ſit teſtem juraſſe tactis &c. Cavaler. *d. dec.* 322. *n.* 3. *& ſeq.*
Cæterum teſtes Sacerdotes, † ſufficit, quod jurent ta- 203
cto pectore, Cavaler. *deciſ.* 322. *na.* 2. Eques † etiam ſuf-
ficit, quod juret tacta Cruce ſui habitus, ut innuit Capu- 204
taqu. *deciſ.* 185. *num.* 4. Epiſcopus vero non jurat tactis,
† ſed inſpectis Evangeliis, & mittitur ei Sacramentum, 205
c. fin. de jurum. calum. Auth. ſed judex, C. *de Epiſc. & Cler.*
Spec. de teſt. § *ſequitur n.* 4.
Sine juramento autem teſtes regulariter non pro- 206
bant, *cap. cum, de teſtib. l. juſiurandi*, *Cod. de teſt.* Ma-
rant. *in prax. tit. de prod. teſt.* Covar. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 13. *n.*
3. ad quam regulam plures fallentias congerunt Cott. *in*
memorab. in verbo teſti non jurato, Soccin. *reg.* 454. Cardin.
Tuſc. *to.* 8. *concl.* 166.
Sed præcipuè teſtis poſt mortem probat, etiamſi ejus 207
diſpoſitio non fuerit jurata, quia mors ſupplet defe-
ctum juramenti, & auget fidem teſtis, Caval. *d. dec.* 322.
na. 7. quinimò † teſtes etiam nulliter examinati de æqui- 208
tate probant poſt mortem, Greg. *dec.* 434. *na.* 5. & ibi latè
Beltram. *num.* 18.
Quilibet citatus † qui ſit ſanæ mentis, tenetur recogno- Z
ſcere, vel negare ſcripturam ejus nomine ſcriptam, vel 209
ſubſcriptam, Rebuff. *de cbir. & cedul. recog. art.* 1. *num.* 3. *&*
ſeq. num. 22. Romam. *conſ.* 372. *num.* 1. *& ibi* Adden. *lit. A*
Fenzon. *ad Stat. Urb. c.* 84. *num.* 59. *& ſeq. lib.* 1. & quidem
medio juramento tactis, &c. prout obſervat praxis *ad l.*
ſi de interpretatione, *ff. de leg.* alias eo exiſtente contuma-
ce, ſcriptura pronunciatur pro recognita, *c. fin. de confeſſ.*
in 6. Rebuff. *de chirog. & ced. recog. in pric. nu.* 97. Scacc. *de*
judic. lib. 2. *cap.* 18. *n.* 1055. & ab hac pronuncia † non da- 210
tur appellatio, Fenzon. *ubi ſupra num.* 22. *& ſeq.*
Quinimò Filius Patris, Hæres Defuncti, Uxor Viri, 211

Digitized by Google

Dominus ſui inſtitoris manum recognoſcere, vel nega-
re tenetur, Rebuff. *d. art, 1. num. 4. & num. 6. & ſeq.*
212 Et procurator tenetur recognoſcere, vel negare manum
ſui principalis, quod tamē procedit, quādo Principalis nō
eſt in Curia, & fuit citatus in partibus, tunc enim præſu-
mitur certioraſſe Procuratorem ſuū, an jura ſint ejus pro-
pria manu ſcripta nec ne, Aliàs eo contumace pronuncia-
tur pro recognita, & proceditur ad ulteriora in cauſa, ac
ſi ſcriptura eſſet verè recognita, & ita quotidie ſervatur.
213 Procurator etiam tenetur recognoſcere manum ſuam
ad inſtantiam Adverſarii, quando ab eo petitur recogni-
tio, uti principali, Duran *dec. 203. n. 2. & dec. 227. n. 4 & 5.*
214 cum teneatur † etiā in hoc caſu teſtificari contra eumdem
Principalem ſuum, quod tamen procedit in iis, quæ fecit,
aut ſciebat uti tertius ante morā litē, non uti Procurator,
Coccin. *deciſ. 403. n. 6.* Duran. *d. dec. 227. nu. 5. verſ. 2. quia.*
215 Et ubicumque non agitur de negotio, aut re concernen-
te ſecreta cauſæ, in qua eſt procurator, nec ipſe argui po-
teſt de fide rupta, tenetur etiā uti Teſtis ſubiicere ſe exa-
216 mini contra ſuum Principalem, † quod procedit etiam in
Advocato & Solicitatore, Durand. *d. dec. 227. n. 8. & ſeqq.*
217 Procurator autem ad negocia, & recognoſcere ſcri-
pturas, & teſtificari contra ejus principalem indiſtinctè
tenetur, Duran. *d. deciſ. 227. num. 7.*

SUMMARIUM.

De Officio Contradictarum. Cap. III.

1 *Obligatus in Curia in forma Cameræ, recedens non electo domicilio, aut non relicto procuratore acceptante, citatur per contradictas, & tempore feriarum per edictum.*

2 *Obligatus extra Curiam in forma Cameræ, vel etiam non ita obligatus, citatus in partibus, non comparens in actis ad defendendum cauſam citatur per Contradictas, vel æſtivo tempore per Edictum.*

3 *Citatio quæ per contradictas obtineri ſolet, & ejus formula, & proceſſus.*

4 *Edictum tempore feriarum æſtivo obtineri ſolitum, & illius formula, & proceſſus.*

5 *Procurator comparens, non docto de legitimo mandato procuræ, citatur ad docendum de illo.*

6 *Citatio ad docendum de legitimo mandato procuræ, & ejus formula, & proceſſus.*

7 *Tempore feriarum generalium Officium contradictarum ſilet.*

8 *Citatio, quæ fit tempore feriarum generalium contra Procuratorem non docentem de legitimo mandato procuræ, & ejus formula, & proceſſus, & n. 9.*

9 *Intimatio qualiter Dominus mandavit procedi per edictum, & ejus formula.*

10 *Procuratore non docente de legitimo mandato procedi-tur per contradictas, & tempore æſtivo per edictum, donec quis legitimè compareat.*

11 *Latitans in partibus, vel ſe citari non permittens, vel ſi tutus non ſit acceſſus, citatur per edictum publicum.*

12 *A.C. conſtito ſibi ſummariè, & extrajudicialiter de non tuto acceſſu, citat per edictum publicum.*

13 *Edictum publicum, & ejus formula.*

14 *Citationes impreſſæ poſſunt exequi per Nuncios de partibus abſque alia ſpeciali commiſſione.*

15 *Nuncii omnes habeat generalem commiſſionem citādi.*

16 *Stylus Tribunalis A.C habet citationes impreſſas, abſque commiſſione particulari per Nuncios de partibus executas, pro legitimè executis.*

17 *Audientia contradictarum eſt Officium Romanæ Curię, & qui citentur in illo.*

18 *Auditor contradictarum eſt Prælatus Romanæ Curiæ, quas cauſas ſoleat audire, & unde dictus.*

19 *Auditor contradictarum eſt Judex Ordinarius R. Curię.*

20 *Auditoris cōtradictarū dignitas hodie valdè diminuta.*

21 *Officium contradictarum quos hodie habeat officiales.*

22 *Citatus legitimè, & reputatus contumax ſolet citari ad ulteriora per contradictas ad ſingulos actus.*

23 *Termini ſervantur coram Auditore contradictarum, ſed decreta, & relaxationes fiunt à Judicibus cauſarum.*

34 *Recedens ab Urbe judicio cæpto, & procuratore acceptante non relicto, citatur deinde per contradictas.*

25 *Citatione in partibus, vel in Curia non præcedente, non poteſt procedi per contradictas.*

26 *Citatione præcedente poteſt procedi per contradictas, quod fit ex urbanitate.*

27 *Prima citatione perſonali non præcedente, non poteſt procedi per contradictas.*

28 *Obligatus in forma Cameræ, recedens ab urbe, non relicto procuratore, vel non electo domicilio, citatur per contradictas abſque alia præcedente citatione.*

29 *Obligatus in forma Cameræ, ſi eſt præſens in Curia, vel obligatio eſt facta in partibus, citatur domi dimiſſa copia.*

30 *Procuratore docente de mandato, & proteſtante in actis nihil fieri, niſi ipſo citato, non poteſt procedi per contradictas.*

31 *Procuratore mortuo, vel recedente non relicto ſubſtituto, poteſt procedi per contradictas.*

32 *Procuratoris abſentia poteſt quandocumq; etiā poſt obtentum decretum juſtificari, ſicut partis contumacia.*

33 *Tempore feriarum generalium Officium contradictarum ſilet & ob id affiguntur citationes per edicta.*

34 *Citationes antiquitus affigebantur ad Columnam, quæ aſpicitur in Monte Citorio Urbis.*

35 *Formulam citationum per contradictas qui ponant.*

36 *Formulam edicti, quod fit tempore æſtivo, quis tradat.*

37 *Edicta in curia in quibus locis affigi ſoleant per Curſores.*

38 *Procurator non poteſt audiri, niſi doceat de legitimo mandato procuræ.*

39 *Judex, ne fruſtra laboret, poteſt cogere Procuratorem ad docendum de legitimo mandato, & n. 46.*

40 *Mandatum procuræ præſumitur ex conjecturis, præſertim ſi enuncietur, & ſimus in antiquis.*

41 *Conjectura urgens mandati eſt impenſa alicujus momenti, niſi impendens habeat intereſſe in cauſa.*

42 *Obſervantia diuturna actus inducit mandati præſumptionem.*

43 *Præſentia, ſcientia, & patientia, inducunt mandati præſumptionem, non obſtante revocatione.*

44 *Productio Jurium inducit mandati præſumptionem, niſi producens ſit domeſticus.*

45 *Procurator, cum quo lis fuit conteſtata, non poteſt citari ad docendum de legitimo mandato procuræ.*

46 *Procuratore conſtituto in quaſi poſſeſſione procurationis, onus probandi eum non fuiſſe talem eſt opponentis.*

47 *Procurator ſubſtitutus debet docere non ſolum de mandato, ſed etiam de facultate ſubſtituentis.*

48 *Procurator ad lites poteſt ſubſtituere vigore facultatis ſubſtituendi ſibi traditæ, vel uti dominus litis effectus per litis conteſtationem, qui nec voluntate, nec morte Domini revocari poteſt.*

49 *Tutor, & Curator ante litem conteſtatam non poſſunt conſtituere actorem ſine decreto Judicis, niſi ſint domini litis, ſeu inſtantiæ effecti.*

50 *Habens mandatum à lege ſi non eſt dominus litis effectus, non ſubſtituit procuratorem, niſi ſit pater habens uſumfructum in bonis filii.*

51 *Dominus litis ad effectum ſubſtituendi quis efficitur vel per conteſtationem litis, vel per litem habitam pro conteſtata, vel per ſatiſdationem.*

52 *Procurator ſubſtituens in dubio, cenſetur ſubſtituiſſe eo modo quo potuit, ut actus valeat.*

53 *Clauſula omni meliori modo facit actum valere ultra expreſſa.*

54 *Procurator dominus litis effectus, ſi in mandato ſit clauſula, revelans &c. poteſt ſubſtituere in quavis inſtantia, & quare.*

55 *Lite conteſtata, vel pro conteſtata habita cum Procuratore ſubſtituto, non poteſt amplius opponi de nullitate ſubſtitutionis.*

56 *Procurator in rem propriam poteſt ſubſtituere etiam ante conteſtationem litis.*

57 *Procurator in cauſa, quæ cenſetur propria, poteſt ſubſtituere, etiam lite non conteſtata.*

58 *Procurator ad negocia poteſt ſubſtituere, etiamſi facultatem in ſpecie non habeat ſubſtituendi.*

59 *Procurator cum facultate ſubſtituendi poteſt ſubſtituere, etiam lite non conteſtata.*

Digitized by Google

60 *Geſta à Procuratore ſubſtituto vigore facultatis ſubſtituendi, cenſetur facta à Domino.*
61 *Subſtituente Procuratore mortuo, ſi ſubſtitutus non acceptavit, poteſt tamen acceptare vivente Domino.*
62 *Subſtitutio facta à Procuratore domino litis effecto expirat ſi ſubſtitutus in vita ſubſtituētis nō acceptavit.*
63 *Subſtituens non poteſt revocare ſubſtitutionem, niſi in mandato habeat hanc facultatem in ſpecie in praxi.*
64 *Procurator cum facultate ſubſtituendi poteſt hodie ſubſtituere etiam de jure civili, ante litem conteſtatam.*
65 *Quando aliquid eſt clarè deciſum de jure canonico, dubium autem de jure civili, vel jus canonicum expreſsè juri civili contradicit, ſtatur deciſioni juris canonici, etiam de jure civili.*
66 *Quando aliquid eſt clarum de jure civili, dubium autem de jure canonico, ſtatur juri civili, etiam, in foro Eccleſiaſtico.*
67 *Jure canonico deficiente, recurritur ad Conſtitutiones Sinodales, & deinde ad jus commune.*
68 *Jus canonicum, non autem civile, in materia concernente peccatum attendi debet, etiam ab Imperatore.*
69 *Procurator, qui ſubſtituit, deſinit eſſe Procurator.*
70 *Procurator conſtitutus ad plures cauſas, ſi in una tantum ſubſtituit, remanet Procurator in aliis.*
71 *Procurator cū facultate ſubſtituendi, revocādi, & reaſſumēdi, remanet Procurator, etiā poſt ſubſtitutionem.*
72 *Procurator remanet poſt ſubſtitutionem, ſi hoc in mandato principali expreſsè diſponitur.*
73 *Procurator remanet poſtquam ſubſtituit ſi habet facultatem ſubſtituendi plures, & quare.*
74 *Procurator ſubſtitutus non ſubſtituit, niſi ſit effectus Dominus litis.*
75 *A.C. ſi tutus non ſit acceſſus, vel alia ſubſit juſta cauſa paſſim citat, vel monet per edictum.*
76 *A.C. habet facultatem citandi per edictum, conſtito de non tuto acceſſu.*
77 *Judices ſive Ordinarii, ſive Delegati nō poſſunt de jure canonico citare per edictū ſine ſpeciali reſcripto Papę.*
78 *Judices ſæculares, etiam delegati à Principe, de jure civili poſſunt citare per edictum, conſtito de impedimentis, aut non tuto acceſſu.*
79 *Juſta cauſa procedendi per edictum eſt in primis probanda ante conceſſionem edicti.*
80 *Juſta cauſa procedendi per edictum probatur per teſtes de auditu, & ſingularis, & unicus, & levis ratio ſufficit, & quæ.*
81 *Citatio per edictū debet continere terminū cōpetentem.*
82 *Citatio per edictum, in quot, & quibus locis affigenda, & publicanda in Curia, & extra.*
83 *Citationis per edictum affigi, & legi debet originale, non copia.*
84 *Citatio per edictum, in quibus locis affigatur in Curia, & in partibus.*
85 *Citatio per edictum debet publicari, quando adeſt perſonarum multitudo.*
86 *Legere, & publicare, idem ſignificare videntur.*
87 *Cautius eſt, ut Curſor, vel Nuntius referat legiſſe, affixiſſe, & publicaſſe, & alia feciſſe, prout habuit in mandatis juxta &c.*
88 *Originale citationis per edictū debet affigi per aliquod tempus, & poſtea, illo amoto relinqui affixa copia.*
89 *Citatio, quæ non fit per edictum, quando ejus executio fit domi, & in Eccleſia Beneficii non eſt de neceſſitate affigenda.*
90 *Facultate conceſſa procedendi per contradictas, Conſtito, &c. non poteſt procedi per edictum, quia ad hoc requiritur facultas ſpecifica.*
91 *Cautius eſt publicare in primis in Curia, quàm extra citationes per edictum, & quare.*
92 *De formulis citationis, & monitorii per edictū remiſſivè.*

De Officio Contradictarum. Pars I. Cap. III.

1 UBicumq; Aliquis in Curia obligatus in forma Cameræ ab Urbe receſſit non electo domicilio, ubi citari velit, aut non relicto Procuratore in Actis acceptante;
2 nec non etiam † ubicumque quis in forma Cameræ extra Romanam Curiam obligatus fuit in Partibus mediante
A citatione impreſſa, *A* aut aliàs legitimè citatus, vel etiam

circumſcripto obligatione Camerali, quandoquis fuit in partibus perſonaliter, aut aliàs legitimè monitus, ſeu citatus, & ſtatuto tempore nemo comparet in Actis ad cauſæ defenſionem ſuſcipiendam, proceditur contra eum per Officium Contradictarum, & *B* citatur per Contradicta, B
tempore verò æſtivo feriato citatur per Edictum, *C* ut infrà videlicet. C

Formula Citationis per Contradictas.

Mandat D. Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. A. C. D
Met. per Audientiam publicam literarum Contradictarum S.D.N. PP. ut moris eſt, citari, & citat NN. ex 3
adverſo principalem, omneſque alios &c. quatenus prima die juridica compareat in Judicio coram eo, ad dicendum contra Jura producta, & repetita, videndum Jurare Teſtes ſuper illorum recognitione quatenus opus ſit, admitti, committi, & mandari reſtitui, dimiſſa copia collationata, necnon extendi formam Cameræ juxta ſtylum Curiæ (*ſi extenſio eſt neceſſaria juxta ſuperius dicta*) & ſolvendum juxta formam ſuę obligationis ſummam in Juribus, de quibus in Actis contentam, aliàs videndum decerni, & relaxari mandatum executivum, vel dicendum &c. alioquin &c. Inſtante NN. principali, ſive &c. Datum Romæ in præfata Audientia Anno Domini &c. indictione &c. N die verò NN. &c.

Hęc citatio ſcribitur in carta Pergameno per deputatos, & ſubſcribitur ab Officiali deputato, ſeu Subſtituto D. Auditoris Cōtradictarū, & ſignatur Sigillo dicti Officii.

Deinde Principalis, vel Procurator Juribus in Broliardo, ut ſupra de more productis, comparet coram A.C. & obtinet hora audientiæ decretum, quod per Notarium de more extenditur in pede dictæ citationis, videlicet.

Die NN. menſis NN. & anni ejuſdem comparuit &c. NN. principalis, & repetiit Jura hodie in Broliardo producta, & petiit, & obtinuit admitti ſi & inquantum, committi, & mandari reſtitui dimiſſa copia collationata, & extendi formam Cameræ juxta ſtylum Curiæ, & petiit, & obtinuit decerni, & relaxari mandatum, ut ſupra niſi per totam omnia &c.

Formula Edicti. E E

Marius Theodolus Protonotarius Apoſtolicus † Utriuſ- 4
que Signaturæ Sanctiſs. D. N. PP. referendarius, ac Curię Cauſarum Camerę Apoſtolicę generalis Auditor &c. Per hoc præſens publicum Edictum ad Valvas Curiæ noſtrę, & in Acie Campi Floræ, ut moris eſt, affigendum, publicandum &c. citamus &c. & citari mandamus NN. ex adverſo principales omneſque alios &c. eorumq; Procuratores ſi qui &c. quatenus prima die juridica legitimè compareant coram nobis &c. ad dicendum contra Jura producta, & repetita, videndum jurare Teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, admitti, committi, & mandari reſtitui dimiſſa copia collationata, & extendi formam Cam. juxtà ſtylum Curiæ (*ſi extenſio eſt neceſſaria*) nec non ſolvendum ſummam in Juribus prædictis, de quibus in Actis, contentam, aliàs videndum decerni, & relaxari mandatum executivum, vel dicendum &c. in cauſa, cauſis verten. coram nobis inter dd. citatos ex una, & NN. principalem de, & ſuper certa pecuniarum ſumma, rebuſque aliis &c. & illarum occaſione partibus ex altera. Has autem &c. ad inſtar &c. ac volentes &c. In quorum &c. Datum Romæ in Ædibus noſtris ſub Anno Domini NN Indictione NN die verò NN. menſis NN. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N.D. NN. Divina providentia Papæ NN Anno NN.

Hoc Edictum affigitur, & publicatur de more per Curſorem *F* (qui de hoc in pede illius ſubſcribendo atteſtatur) a Sigillo A.C. ſignatur. F

Poſtea prima die juridica adveniente, Principalis, vel Procurator, productis Juribus in Broliardo de more juxta ſuperius dicta, obtinet Decretum, quod extenditur in pede illius per Notarium, ut infra videlicet.

Die NN. menſis NN. & anni ejuſdem comparuit &c. NN. & repetiit Jura hodie in Broliardo producta, & petiit, & obtinuit, ut ſupra admitti ſi, & in quantum, committi, & mandari reſtitui dimiſſa copia collationata, & extendi formam Camerę juxta ſtylum Curię ac decerni, & relaxari mandatum, ut ſupra niſi per totam &c.

Sed ſi comparet quidem Procurator, ſed non docet de legitimo mandato procuræ, citatur hoc modo videlicet.

Digitized by Google

A. C. Met.

5 G Citetur NN. aſſertus Procurator NN. exadverſo principalis ad docendum de legitimo mandato procuræ G aliàs videndum mandari procedi per Contradictas ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

NN. Notarius.

Executa, & reprodncta citatione obtinetur decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra niſi ad p. d. cum intimatione.

Deinde fit intimatio hoc modo videlicet.

A. C. Met.

6 Intimatur NN aſſerto Procuratori NN. exadverſo principalis qualiter Dominus mandavit procedi per contradictas, & aliàs prout in actis Inſtãte NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

7 Tempore verò feriarum generalium à Kalendis Julii ad Kalendas Octobris, quia Officium Contradictarum ſilet, citetur hoc modo, videlicet.

A. C. Met.

8 Citetur NN. aſſertus Procurator NN. exadverſo principalis, ad docendum de legitimo Mandato procuræ, aliàs videndum mandari procedi per Edictum ad p. d. Inſtante NN. principalis, ſivè &c.

N. Notarius

Executa, & producta Citatione, Principalis vel Procurator comparet, & obtinet Decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione.

Deinde fit Intimatio, videlicet.

A. C. Met.

9 Intimatur NN. aſſerto procuratori NN. exadverſo principalis, qualiter Dominus mandavit procedi per Edictũ, & alias prout in Actis, Inſtante NN principali, ſive &c.

NN eſt Notarius.

10 Executa, & reprodncta Intimatione, ſi per totam diem ſequentem Juridicam poſt illius executionem Procurator non docet de legitimo Mandato procuræ, proceditur contra Principalem obligatum, & citatum ad ſingulos Actus per contradictas, & tempore feriarum generalium per Edictum, juxtà formulas ſuperius traditas, mutatis mutandis ſecundum caſus contingentiam, donec compareat Principalis, vel Procurator doceat de legitimo Mandato procuræ, vel uſque ad finem litis, ſi nemo legitimè compareat, aliàs aliquo legitimè comparente ille citatur ad ſingulos actus, uſque ad finem litis.

11 Cæterum ſi quis degit quidem in partibus, ſed vel latitat, vel ſe citari non permittit, vel tutus non patet acceſſus ad locum in quo degit neceſſe eſt illum citare per Edictum publicum, ad hoc ut poſſit poſtea contra eum procedi per Contradictas ad ſingulos actus, uſque ad finem litis; niſi aliquis pro eo legitimè comparuerit.

12 H Conceditur † autem ab A. C. citatio per Edictum H conſtito ſibi, ac probato ſummariè, & extrajudicialiter per Teſtes, aut alio modo, de non tuto acceſſu, aut alia juſta cauſa, prout ſequenti formula, videlicet.

13 I Marius Theodolus &c. Univerſis &c. Salutem, &c. Noveritis nobis nuper pro parte, I & ad inſtantiam NN. Principalis expoſitum extitiſſe, ipſum NN annis elapſis in Regno Neapolis mutuaſſe, & occaſione puri, ac ſimplicis mutui dediſſe, & tradiſſe NN. tunc pariter in illis partibus commoranti, ſcuta mille monetæ, quæ idem NN. promiſit, & ſe in forma Cameræ obligavit d. NN. mutuanti reſtituere infra annũ à die celebrati contractus incipien. & ut ſequitur finien. prout latius in Inſtrumento publico rogato per NN. dicitur contineri, ad quod &c. Verum quia tempus ſolutionis jam advenit, & d. NN. ſuum creditum recuperare, & conſequi intendit, ad nos recurſũ habuit, quatenus ſibi ſuper his de opportuno Juris remedio providere, ac Citationem ad Partes per Edictum publicum in locis infraſcriptis exequen. & publican. eum pro illa exequen. contra Laicos in Civitate, & Statu, ac partibus in quibus d. NN. ad præſens moratur, tutus non pateat acceſſus, de ſuper neceſſariam, & opportunam in forma ſolita & conſueta decernere dignaremur. Nos igitur Marius &c. Auditor, & Judex prædictus attenden. requiſitionem hujuſmodi fore, & eſſe juſtam, & rationi conſonam quodque &c. Aſſenſus &c. Conſtito nobis per Teſtes fide dignos de noſtro mandato examinatos, ad d. NN citandum pro præſentibus noſtris literis citatoriis exequendis, & præſentandis in ejus perſona propria, vel domicilio, aut locis conſuetis in d. Civitate, & Statu tutum non parere acceſſum.

Citationem hujuſmodi in Rom. Curia, & in partibus, ac locis convicinis legen. affigen. publican. & exequen. fore, & eſſe diximus, & mandavimus, prout mandamus per præſentes. Qua propter per publicum præſens Edictũ in Rom. Curia in Audientia Sanctiſs. D. N PP legen. ac in Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ad Valvas Curiæ noſtræ, & in Acie Campi Floræ, nec non extra ipſam curiam, & in partibus in N. & N. Civitatum Eccleſiarum reſpectivè Valvis ſeu Portis, tamquam in locis magis convenientibus, & convicinis, & alibi, ut tutè fieri poterit, affigen. & publican. prædictum NN. exadverſo principalem citamus, quatenus trigeſima quinta die ab executione præſentium proxima, ſi juridica fuerit, alioquin prima die immediatè ſequen. compareat Romę in Judicio coram nobis, ſeu Locumtenente noſtro in Actis NN. Notarii infraſcripti, ad dicendum contra quæcumque Jura producta, & repetita, ſeù producenda, & repetenda, & recognoſcendum manum, & literas ſuas in juribus, in Actis productis, ſeu producen. appoſitas, aliàs videndum pronunciari haberi pro recognitis, & quatenus opus ſit, videndum jurare Teſtes ſuper illorum recognitione &c. & per ſubſcriptos, ſeu alios, recognoſci videndum, illaque admitti committi, & mandari reſtitui, dimiſſa copia collationata, & videndum mandari, extendi formam Cameræ in dd. juribus appoſitam juxta ſtylum, & clauſulas Curiæ prædictæ. Necnon ſolvendum, ſeu ſolviſſe docendum ſummam debitam Inſtanti & in Actis deductam ſeu deducendam, & ſuperius adnotatam, necnon calculandum, quatenus &c. & calculo facto ſolvendum, Et docendum de quacumque nova conventione, ſolutione, aliiſque præjudicialibus &c. Necnon exhibendum quaſcumque Inhibitiones, dilationes, Salvoſconductos, Moratorias, Non gravetur, Quinquennales, & Privilegia, ſi habet, & juſtificandum, alias videndum illa revocari, & moderari, & contra ipſum decerni, & relaxari Mandatum executivum realiter, & perſonaliter, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum, ipſis dilationibus, nihilominus, Salviſconductis, Moratoriis, Non gravetur, atque aliis quibuſcumque privilegiis, & impedimentis non obſtantibus &c. exequi mandari, & alia dici, & fieri neceſſaria, & opportuna, uſque ad totalem, & finalem prædictorum, & Cameralis obligationis executionem procedendi, vel dicendum cauſam &c. alioquin, &c.

Loca verò Audientiæ literarum Contradictarum, ac Valvarum, ſeu Portarum Eccleſiarum prędictarum, tamquam publica, & idonea pro præſentibus noſtris literis exequen. ad inſtar. Edictorum publicorum, quæ in Albo Prætoris olim ſcribebantur, ſeu etiam hodie ſcribuntur, duximus eligenda, quæ hujuſmodi noſtras literas citatorias ſuo quaſi ſonoro præconio, & patulo Judicio publicabunt, in quibus literas noſtras modo præmiſſo decrevimus, & decernimus publican. & affigen. ne d. NN. ſi citatus de præmiſſis, ſeu præmiſſorum aliquo ignorantiam aliquam prætendere valeat, cum non ſit veriſimile, apud ipſum ſic citatum remanere incognitum, & occultam, quod tam patenter, & notoriè omnibus extitit Intimatum, & publicatum, Volentes nihilominus, & auctoritate prædicta decernentes, quòd præſentes noſtræ literæ modo præmiſſo executæ, & publicatæ eumdem citatum totaliter arctent, attingant, ac perinde valeant, ac ſi perſonaliter executæ forent, ſeu quomodolibet præſentatæ. In quorum fidem &c. Datum &c.

Poterunt etiam in hujuſmodi citatione per Edictum inſeri omnia, quæ continetur in citationibus impreſſis, ſi opus fuerit, vel quicquid aliud, ſecundum caſuum contingentias, erit neceſſarium & opportunum.

Obſervationes.

Licèt † Citationes impreſſæ exequantur per Nuncios de partibus qui non videntur exequi de Mandato A. C. nihilominus valet illarum executio, quia quicquid ſit in Criminalibus non videtur ambigendum, quod in Civilibus, 14 A

vilibus,cum non ſit in citationibus cauſæ cognitio neceſ-
ſaria, Nuncii poſſint abſque Judicis commiſſione citare,
prout de communi teſtatur Glat.*in § fin.q.31.nu.4.verſ.*
15 *unum autem ſcias*, & ita ubique ſervatur, & commiſſio †
generalis, quam habent omnes Nuncii, ſufficit, Caſtr.
conſ.234.videtur num.1.verſ.2.quia lib.2. Ang.Aret.*conſ.*
133.nu.27.& ſeq. & de veriori opinione, & obſervantia
in Praxi teſtatur, Mandoſ.ad Rom.*conſ.497.in verb.re-*
quiri, ut per Rip.*in c.1.n.86 de jud.*Sal.Tib.*in Prax.lib.*
16 *1.cap.57.n.24.* Præſertim † hodie ſtante ſtylo inveterato
Tribunali A.C. habendi hujuſmodi citationes pro legiti-
mè executis, prout de ſtylo Tribunalis Forojivii in ſimi-
li tradit, Ang.Aret.*d.conſ.133.n.29.verſ.vel 3* unde non
B relinquitur amplius dubitandi locus. Audientia † Con-
17 tradictarum eſt Officium Romanæ Curiæ, in quo ſingu-
lis diebus Juridicis citantur ad omnes Actus Judiciarios
illi omnes, qui ſemel citati Perſonaliter in partibus, vel
in Curia, receſſerunt poſtea ab Urbe non relicto, vel
conſtituto Procuratore, vel electo domicilio, vel illi,
qui ſunt in forma Cameræ obligati, Pariſ.*in Prax.tit.de*
*Aud.Contra dict.in princ.*Sal.Tib.*in Prax.lib.1.cap.45.*
n.5.verſ.& quia & n.6.& ſeq.

18 Officium Contradictarum habet Auditorem, qui hodie
eſt Prælatus Romanæ Curiæ, & ſolet contradictiones ſi-
gnanter audire, ſi inter impetrantes literas Apoſtolicas
de perſona Judicis, loco judicii, aut alia re impetratio-
nem concernente ſit controverſia, unde Contradictarum
Auditor à contradictione, & controverſia fuit apella-
19 tus, † eſtque Judex Ordinarius Romanæ Curiæ, ſaltem
à Papa verò Ordinario Subſtitutus, ut teſtatur Veſtr.*in*
Praxi lib.1.cap.5.num.1.

20 Olim Auditor Contradictarum poſt Cardinales, &
Vicecancellarium primum locum obtinebat, ſed hodie
ab illa antiqua dignitate in eo diminuta longius diſtat,
Gravat.ad Veſtr.*d.lib.1.c.5.n.8.*

21 Habet Officium hujuſmodi ultra Auditorem duos Le-
ctores, duos Notarios, & quatuordecim Patronos,
Veſtr.*d.lib.5.cap.5.num.6.*

22 Ubicumque Judices Romanæ Curię aliquem legitimè
citatum reputant contumacem, ſolent contra eum, in-
ſtante Parte, procedere per hanc Audientiam, ne ſingulæ
citationes in Proceſſu neceſſariæ per iſtos Lectores in
Audientia Contradictarum legantur, & quaſi per Præ-
conem ad ſingulos Actus citetur, Veſtr.*d.lib.1.cap.5.n.*
*4.*Sal.Tib.*d.lib.1.c.45.num.4.* Nam quicquid poteſt fieri
cum Procuratore, aut parte præſente, poteſt fieri ut
ſupra per Contradictas in eorum abſentiam, Lancell.*de*
Attentat.cap.4.in præfat.num.171.fol.60.

23 Coram Auditore Contradictarum ſolummodo citatio-
nes leguntur, & termini obſervantur, ſed relaxationes
Mandatorum, & Decreta opportuna fiunt per A.C. &
ejus Locumtenentes, & alios Judices competentes, corā
quibus cauſæ vertuntur, & ita quotidie obſervat Praxis.

24 Proceditur per Contradictas, non ſolum quando quis
fuit perſonaliter citatus in partibus, vel in Curia, & eſt
contumax, vel recedit ab Urbe, ſed etiam multò magis
quando Judicium fuit cæptum cum præſente, qui deinde
receſſit non relicto Procuratore acceptante, Veſtr.*d.lib.*
1.cap.5.num.4.Formul.commiſſ.de Proc.per aud.contrad.
verſ.ſi Citatus fol. 20.

25 Sed ſi prima citatio in partibus, vel in Curia non præ-
ceſſit, non poteſt procedi per Contradictas, Cavaler *dec.*
*420.n.1.*Beltram ad Greg.*deciſ.430.nu.5.* Rot *in Senoga-*
*lien.Prędii 12.Feb.1596.coram bon.mem.*Card.Blanchet-
to. Si verò dicta citatio præceſſit, eo caſu citationes per
26 Contradictas fiunt potius ex urbanitate, quàm ex neceſ-
ſitate, Egid.*deciſ.310.*Veſtr.*in Prax.lib.4.c.4.nu.4.in fin.*
Beltram ad Greg.*d.dec.430.nu.6* Et prima citatio debet
27 eſſe perſonalis, alias non † poteſt procedi per Contradi-
ctas, aut per Edictum, Mant.*dec.232.n.5.& ſeq.*Feren-
til.ad Bur.*dec.943.n.11.*Caval.*dec.410 n.2.& ſeq.*

28 Hoc tamen non procedit in Obligato in forma Came-
ræ, nam ſi Obligatus in Curia obligatione Camerali re-
cedit non relicto Procuratore, vel electo domicilio, pro-
ceditur contra eum per Contradictas, abſque alia citatio-
ne perſonali, aut domi dimiſſa copia in partibus, in qui-
bus degit, jurata tamen, vel probata illius abſentia, Pa-
riſ.*in dict.Prax.tit.ad Aud.contrad.in princip.& verſ.*
*nota,quod in obligat.*Galeſ.*de oblig.Camer quæſt.39.n 3.*

Si verò eſt præſens in Curia, vel obligatio Cameræ eſt 29
facta in partibus, tunc ſufficit illam citare domi dimiſſa
copia, nec eſt neceſſaria Citatio perſonalis, Leo X.*conſt.*
33.Miniſterio verſ.nec non contra quoſcumq;ſecund.antiq.
*impreſſ.*Greg.*14.in facult.A.C.poſt Prax* Sal.Tiber.*ſub n.*
*11.*Put.*deciſ.172.lib.1 ſecund.nov.impreſſ.*Zacch.ad Ga-
leſ.*de oblig.Camer.qu.27.nu.13* quod provenit ex privile-
gio d.obligationis Cameralis, Saluſt.Tiber.*in Prax.lib.*
1.c.26.n.3.& c.27.n.1.

Non poteſt tamen procedi per Contradictas quandu 30
Procurator eſt in actis conſtitutus, vel comparuit in
Actis & producendo Mandatum procuræ acceptavit,
proteſtans nihil fieri, niſi ipſo in quolibet actu legitimè
citato, Beltram.ad Greg *d.dec.430 n.7.*Ferentill.ad Bu-
ratt.*dec.943.num.15*

Fallit hoc ſi dictus Procurator moriatur, vel ſe abſen- 31
tet non relicto Subſtituto, nam poterit hoc caſu procedi
per Contradictas, Sal.Tib.*lib.3.cap.3.nu.18* etiam non
intimata morte, vel abſentia Principali, Veſtr.*in Prax.*
d.l.1 c.5.n.4 Beltram.ad Greg.*d.dec.430 n 8 ubi quod dec.*
*Egid.*quæ facit in contrarium, non ſervatur in Praxi.

Et ſufficit de abſentia Procuratoria docere poſtea, licèt 32
tempore obtenti decreti de ea non conſtet in actis, dum-
modo revera Procurator eſſet eo tempore abſens, Sal.
Tib.*in Prax.lib.3.c.3.n.29.verſ.dicendum* Rot.*deciſ.486.*
*num.32.part.3.diverſ.*prout idem Juris eſt de Partis con-
tumacia, cum poſſit etiam de ea poſtea doceri, ut fuit
dictum *in Tiburtina affrancationis Caſtri Sambuci 13.Ja-*
nuarii 1593.coram bon.mem. Orano.

Tempore Feriarum generalium non leguntur Contra- C
dictæ, quia Officium Contradictarum ſiiet, & ob id cum 33
in Tribunali A.C. etiam de illo tempore Jus reddatur,
ideò ad commodum Litigantium, nè cogantur expectare
finem Vacantiarum, fuit inductum, ac uſu receptum, ut
ſoleant Curſores affigere, & publicare hujuſmodi Cita-
tiones per Edicta, Veſtr.*in Prax.lib.4.cap.3.num.6.* Qui
modus citandi per Edicta videtur inductus ad inſtar Ci-
tationum publicarum, † quæ antiquitus affigebantur ad 34
Columnam, quæ adhuc cernitur in monte Citorio, olim
Citatorio Urbis nuncupato, ut ultra alios refert Sal.
Tiber.*d.cap.45.num 6.*

Formula Citationum, quæ fiunt per Contradictas D
conſpicere licet penes Pariſ.*in Praxi de Aud.Contradict.* 35
& Sal.Tib.*in Prax.lib.1.c.45.n.7*

Formulam Edicti, quod fit loco Citationum per Con- E
tradictas æſtivo tempore feriato tradit idem Saluſt.Tib. 36
d.cap.45.num.8.

Hæc Edicta ſolent per Curſores affigi, & publicari in F
duobus locis in Curia, videlicet in Acie Campi Floræ, 37
& in Valvis Cancellariæ, Veſtr.*in d.Prax.lib.3.cap.4.*
nu.6. vel in Acie Campi Floræ, & in Valvis Audientiæ
Curiæ cauſarum Apoſtolicarum, prout in formula Edi-
cti ſupra relata.

Quilibet procurator comparens in Actis tenetur doce- G
re de legitimo Mandato procuræ alias Parte opponente 38
non poteſt audiri, Veſtr.*d.lib.4.cap.5.num.24.& ſeqq.*
Quinimo † etiam Judex poteſt cogere Procuratorem ex 39
officio ad docendum de Mandato procuræ, ne alias fru-
ſtra laboret, Gloſ.*in cap.1.§.1.verſ.Abſentiam in fin.de*
elect.in 6. quod eſt receptius, ut per Veſtr.*dict.lib.4.*
cap.5.num.23.

Aliquando tamen Mandatum procuræ præſumitur ex 40
conjecturis. Greg *deciſ.44.nu.1.*Cavaler.*deciſ.181.nu.7.*
præſertim ſi enunciatio illius, ac Notarii togati, & diei
togitus concurrat, Greg *deciſ.115.num.1.& 2.& ibi* Bel-
tramin.*num.7.*quod fortius procedit in antiquis, Cravet.
*de Antiq.temp.part.2.nu.65.*Boer.*deciſ.381.n.17.*Caſſad.
*deciſ.3.nu.4.de Proc.*Rot.*in Pharen.penſionis 16.Decem-*
*bris 1580.coram bon.memor.*Bravo.

Urgens autem conjectura Mandati deſumitur ex im- 41
penſa alicujus momenti, Greg.*dec.44.n.5.* ſaltem unius
ducati, Beltram.ad Greg.*dec.324 n.6.* ubi quod hoc non
procedit quando Impendens habet commodum, vel inte-
reſſe in cauſa, quia tunc ceſſat ratio, quod quis non præ-
ſumatur jactare ſuum, de qua per Greg.*deciſ.275.nu.3.*
& ſic ceſſat præſumptio mandati.

Ex obſervantia etiam diuturna, quando Actus à Pro- 42
curato-

curatore geſtus fuit diu obſervatus, præſumitur mandatum, Rot. *in Civitatis Caſtelli bonorum 8. Novemb. 1589. coram bon. mem.* Card. Pamphilio Seniore.

43 Et ex præſentia, ſcientia, & patientia, quod quis ſuo nomine litem proſequatur, Greg. *d. deciſ. 44. n. 2. & 3.* non obſtante revocatione, quia cenſetur tacitè denuò conſtitutus Procurator, Beltram. ad Greg. *d. deciſ. 44. n. 9.*

44 Et denique ex Jurium productione alia urgens conjectura ad præſumptionem mandati eligitur, Greg. *dec. 86. n. 2. & 3.* ubi quod ſufficit hujuſmodi mandatum præſumptum, etiam ſi Statutum mandatum requirat, *& deciſ. 176. n. 8 & dec. 111. & ibi* Beltram. *nu. 7* niſi Producens ſit perſona domeſtica, quæ potuerit Jura ſurripuiſſe, Gregor. *dict. deciſ. 44. num. 4. & ibi* Beltram. *ſub num. 10.*

45 Cæterum ſi lis fuerit cum Procuratore conteſtata, nec poterit citari ad docendum de legitimo Mandato procuræ, quia illius perſona cenſetur approbata, *l. Pomponius §. rat habitionis ff. de Proc.* Gloſ. *in cap. 1. §. 1. in ver. Abſentia de Elect. in 6.* Alex. *conſ. 102. num. 2. & 3. lib. 5.* Vel ſi defectus Mandati adhuc contra Procuratorem in hoc
46 caſu poteſt opponi, tamen ex quo † Procurator per conteſtationem litis dicitur conſtitutus in quaſi poſſeſſione procurationis, onus probandi eum non fuiſſe Procuratorem eſt Opponentis, *l. ſive poſſidetis C. de prob.* Natt. *conſ. 126. num. 8. ubi de communi*, Buratt. *deciſ. 21. num. 25* Maſcard. *de prob. concl. 693. Exceptionem falſi Procuratoris*, ubi teſtatur de veriori opinione, ſubdit tamen, quod Judex, ſi vult, poteſt cogere Procuratorem ad docendum de Mandato procuræ.

47 Procurator verò ſubſtitutus † non ſolum debet docere de legitimo Mandato procuræ in ejus perſonam facto *ex prœallegatis*, ſed etiam quod Subſtituens potuerit illum de Jure ſubſtituere.

48 Poteſt Procurator ad lites † alium legitimè ſubſtituere, vel vigore facultatis ſibi ad id in mandato à Principali traditæ *l. 1. ubi* Gloſ. *in ver. alienum verſ. ſed nunquid poſſim, &* Bart. *num. 4. ff. de Proc.* Achil. *deciſ. 4. nu. 1. & ſeq. de Proc.* ubi quod habens hanc facultatem poteſt ſubſtituere, etiam poſt Sententiam, ad appellandum, quia appellatio eſt pars primæ inſtantiæ, vel etiam ſi in mandato aliquam ſubſtituendi facultatem non habeat tanquam dominus litis, ſeu inſtantiæ effectus, *l. ab Executore, §. fin. ff. de appell. l. quod quis, ubi* Gloſ. *in ver. quod quis, &* Jaſ. *n. 1. verſ. 1. regula C. de Proc.* Aret. *in §. mandatum, n. 2. verſ. aut poſt litem, Inſt. de Mand* Achil. *deciſ. 4. num. 3. de Proc.* efficitur autem Procurator Dominus litis, ut ſupra, per litis conteſtationem, *l. poſt litis, & l. ſi defunctus, ff. de Proc. cap. quamvis, de Proc. in 6.* Buratt. *deciſ. 440. nu. 2. & ibi* Ferentill. *n. 10* ita nec tacitè per mortem revocari poterit, *l. & quia ff. de Jur. omn. Iud. l. nulla dubitatio. C. de Proc. l. mandatum C. mandati*, Maran. *de Ord. jud. in 3. part. 6. part. princ. act. 1. num.* 108. cum aliis allegatis per Buratt. *d. deciſ. 440. n. 2. & ſeq.*

49 Quod autem diximus Procuratorem dominum litis effectum poſſe ſubſtituere, procedit etiam in Tutore, & Curatore, qui licèt ante litem conteſtatam non poſſint conſtituere Procuratorem, ſeu Actorem, niſi cum decreto Judicis, *§. fin. Inſt. de Curat. l. neque Tutores, ubi* Bart. *in 1.* Bald. *n. 2. &* Caſtr. *n. 4. C. de Proc* Greg. *dec 337. nu. 2.* juxta Praxim, quam ponit, Aretin. *in d. §. fin. n. 5. verſ. & advertas, Inſt. de curat. & caſt. in d. l. neque Tutores n. 9. verſ. eadem* Gloſ. *C. de Proc.* nihilominus quando Tutor, vel Curator eſt dominus litis, ſeu inſtantiæ effectus per litis conteſtationem, poteſt, ad inſtar Procuratoris ad lites, ſubſtituere Procuratorem, *l. neque Tutores, ubi* Cyn. *num. 8.* Bart. *in princ. & num. 5. & 15.* Bald. *num. 1. & ſeqq.* Salic. *num. 3.* Caſtr. *num. 2. & 5 verſ. item Tutor, &*
50 Jaſ. *in princ. & n. 1. C. de Proc.* & in Conjuncto, † Patre, & alii habentibus mandatum à lege idem tradit Roman. *conſ. 241. Spectabilis num. 10.* reſpectu tamen bonorum, in quibus Pater habet uſumfructum poteſt ipſe ante litem conteſtatam Procuratorem conſtituere, prout de communi, & veriori teſtatur Bart. *in d. l. neque Tutores nu. 3. C. de Proc.* cum conſenſu tamen Filii, quando eſt major Infante, ut per Roman. *d. conſ. 241. num. 10.*

51 Nec intereſt, an quis ſit dominus litis effectus per litis conteſtationem, vel pro conteſtata habitam, in caſibus, in quibus illa non conteſtatur, vel per ſatisfactionem de judicatum ſolvendo, Jaſ. *in d. l. quod quis num. 1. in 4. & 5. fall. C. de Proc.* & de Domino litis effecto per litem conteſtatam, vel pro conteſtata habitam, idem tradunt etiam, Franc. *in cap. 1. num. 1. & ſeq. de Proc. in 6.* Gloſ. *in l. nihil ubi* Bart. *num. 2. verſ. adverte tamen, quod tranſactio*, Jaſ. *num. 1. ubi de communi*, Alex. *num 2. & num. 4. ubi de magis communi, & vera opinione teſtatur C. de Proc. l. nulla ubi* Bart. *& alii ſignanter*, Alex. *num. 2. ubi de communi, C. eodem tit.* Gravat. ad Veſtr. *lib. 4. c. 5. nu. 36.* ubi quod idem ex receptiori opinione locum habet etiam in cauſis executivis, Put. *deciſ. 220. lib. 2.*

Quod ſi quis ſimpliciter ſubſtituerit vigore facultatis 52
ſubſtituendi omni meliori modo, nec expreſſerit, an ſubſtituerit vigore mandati, vel tamquam dominus litis, in dubio cenſetur ſubſtituiſſe vigore facultatis, quam habet, eo modo, quo melius, & validius ſubſtitutio ſuſtineri poteſt, ad tradita per Achill. *deciſ. 4. num. 4. de Proc.* prout etiam ſi quis ſubſtituerit vigore facultatis ſubſtituendi,
& alias omni meliori modo, vel cum clauſula ut ſupra, 53
& omni alio meliori modo, hæc clauſula ſuſtinet actum prout melius de Jure valere poteſt, etiam ultra expreſſa, Mart. *clauſ. 88. num. 14. part. 1. & clauſ. 56. num. 8. part. 9. cum aliis allegatis ſupra cap. 2. lit. Q.*

Et poteſt Procurator dominus litis † effectus ſubſtitue- 54
re in quacumque inſtantia, ſi in ejus mandato eſt clauſula *Relevans &c.* licèt enim regulariter ejus facultas expiret lata Sententia, cum dominus litis, id eſt inſtantiæ tantum, efficitur, Greg. *deciſ. 548. nu. 3. & ibi* Beltram. *nu. 12.* nihilominus quia dicta clauſula *Relevans &c.* habet vim fidejuſſionis tam in prima, quàm in aliis inſtantiis ſequentibus, poterit in quacumque inſtantia, ut ſupra ſubſtituere, Seraphin. *deciſ. 2180. late* Coccin. *dec. 319. n. 4. & num. 6.* Beltram. ad Greg. *deciſ. 548. num. 12.*

Concluſio autem ſupra firmat, quòd Procurator ad li- 55
tes non poſſit ſubſtituere, niſi habeat in mandato facultatem, vel ſit effectus dominus litis Primò non procedit Parte non opponente, nam cum hæc ſit exceptio dilatoria, ſi lis fuit poſtmodum cum Procuratore ſubſtituto conteſtata, vel pro conteſtata habita, non poteſt amplius opponi de invaliditate ſubſtitutionis, Jaſ. *in d. l. quod quis num. 1. in 8. fall. C. de Proc.*

Secundò non procedit in Procuratore in rem propriam, 56
qui poteſt ſubſtituere etiam ante litem conteſtatam, licèt facultatem hujuſmodi in ſpecie non haberet, Gloſ. *in l. quod quis C. de Proc.* Bart. *in l. 1. num. 3. ff. de Proc.* Jaſ. *in d. l. quod quis num. 1. in 2. fall. C. eod. tit.*

Tertiò non procedit in cauſa, quæ cenſetur propria, 57
prout quando diſputatur, an quis ſit Procurator, tunc enim quis poteſt ſubſtituere, & ſi careat facultate ſubſtituendi, etiam lite non conteſtata, Jaſ. *in d. l. quod quis num. 1. in 3. fall. C. de Proc.*

Quartò non procedit in Procuratore ad negocia, qui 58
poteſt ſubſtituere abſque alia ſpecifica ſubſtituendi facultate Gloſ. *in d. l. quod quis ubi* Jaſ. *nu. 2. & ſeqq.* limitat decem modis, *C. de Proc.*

Procurator autem cum facultate ſubſtituendi conſtitu- 59
tus poteſt ſubſtituere etiam ante litem conteſtatam, *c. 1. §. 1. de Proc. in 6.* Bart. *in l. 1. nu. 4. ff. Proc.* Jaſ. *in d. l. quo quis nu. 1. in 1. fall. C. de Proc.* Spec. *de Proc. §. 1. nu. 25. lib. 1. p. 3.*
ubi quod ita obſervatur de Stylo Curiæ, & geſta † Procu- 60
ratore vigore facultatis ſubſtituendi, cenſentur facta à Domino, Rot. *dec. 8. in princ. de Proc. in nov.* Biſigner. *dec. 9. n. 1. de Proc.* Præſertim ſi in mandato principali adſint illa verba, *prout ex nunc ipſe conſtituit*, Spec. *de Proc. d. §. 1. n. 25. in fin.* quæ tamen verba hodie non ſunt de eſſentia per *tex. in d. c. 1. §. 1. de Proc. in 6.* Addon. ad Spec. *de procur. §. 1. n. 52. in vec. Curia cum aliis prœallegatis.*

Et ſi ſubſtituens moriatur antequam ſubſtitutus acce- 61
ptet, non ideò expirat ſubſtitutio, dummodo ſubſtitutus acceptet vivente Domino, Rot. *deciſ. 33. num. 5. & ibi* Adden. *num. 3. de Proc. in nov.* Biſignet. *deciſ. 6. num. 2. & ſeqq. de Proc.*

Sed hoc non procedit in ſubſtitutione facta à Procura- 62
tore tanquam Domino litis effecto, quia illa expirat morte Subſtituentis, ſi moritur re integra, antequam Subſtitutus acceptet, Oldrad. *conſ. 130. nu. 3. verſ. ſi enim eſt nova poteſtas* Rot. *d. deciſ. 33. nu. 2. & ibi* Adden. *nu. 3.* Biſignet. *d. dec. 9. n. 3. & ſeq. de Proc.*

63 Non

63 Non tamen Subſtituens potuerit revocare Subſtitutum, niſi id ſibi in mandato concedatur, & ita ſervat Curia, Spec. de Proc. §. 1. n. 26. in fin. verſ. pone quod Procurator, & ibi Adden. in verb. ſervat. lib. 1. part. 3. cit. qui de Proc. in 6. quod ſecundum d. Add. conditum ſuit pro confirmatione ſupradicti ſtyli, de quo Specul. teſtatur d. n. 26.

64 Et licet olim, ut ex traditis à Speculatore, & aliis præallegatis patet, eſſet dubium de jure Civili, an Procurator cum facultate ſubſtituendi poſſet ſubſtituere ante litem conteſtatam, nihilominus hodie eſt clara, etiam de jure Civili, ex diſpoſitione juris Canonici, d. cap. 1. §. 1. de Proc. in 6.

65 Etenim quando aliquis eſt clarè deciſum de jure Canonico, dubium autem de jure Civili, ſtatur diſpoſitioni juris Canonici, etiam in foro Civili, § ſi vero eccleſiaſticum, Auth. ut Cleric. apud prop Epiſc. Auth. de eccleſ. tit. in princ. Marant de ord. judic. part. 3. nu. 75 Barboſ in collect. in cap. 1. n. 2. de nov. oper. nunc latè Rot. deciſ. 266. n. 7. & ſeq. part. 6. recent. ubi quod item procedit, quando jus Canonicum manifeſtà juri Civili contradicit, & ad id plures cumulat authoritates.

Sicut è contra quando aliquid eſt clarum de jure civili,
66 † dubium autem de jure Canonico, ſtatur deciſioni juris Civilis, etiam in foro Eccleſiaſtico, cap. 1. & 2. de nov. oper. nunc. Abb. in d. cap. 1. n. 6. Marant. de ord. jud. d. part.
67 3. num. 72. & multo magis ad jus Civile † recurritur deficiente Canone, Barboſ. in d. cap. 1. de nov. oper. nunc. ſed ubi ſunt Conſtitutiones Synodales, eſſet potius ad illas, quàm ad jus commune recurrendum Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 9. §. 1. n. 18. Barboſ. in d. c. 1. n. 6.

68 In materia verò concernente Peccatum, omninò jus Canonicum, non autem jus Civile eſt obſervandum, cum in his quæ concernunt Peccatum, omnis anima, & ſic etiam Imperator, Papæ ſubiiciatur, c. ſi Imperator 96. diſt. c. omnes Principes de major. & obed. Abb. in d. c. 1. n. 9. de nov. oper. nunc. Marant. de ord. judic. dict. part. 3. nu. 73.

69 Poſtquam autem Procurator ſubſtituit (ut ad rem redeamus) deſinit eſſe Procurator, cap. is, qui de Proc. in 6. text. à contrario ſenſu in l. quod ſi forte, §. quid ergo, ff. de ſol. Caſtr. in d. l. quod ſi forte poſita ſub l. vero Procuratori, §. ſunt quidam, in fin. ff. de ſolut. Gravat. ad Veſtr. lib. 4. cap. 5. num. 35.

70 Sed Primo hoc non procedit, ſi Procurator fuit conſtitutus ad plures cauſas, nam ſi ſubſtituit in una cauſa, remanet Procurator in aliis, cap. is qui, §. verum, de Proc. in ſexto.

71 Secundò non procedit, quando data eſt ei poteſtas, ſubſtituendi, revocandi, reaſſumendi, Rot. deciſ. 14. de Proc. in nov. Gravat. ad Veſtr. d. lib. 4. c. 5. n. 35.

72 Tertiò non procedit, ſi in mandato principali dicitur, quod Subſtituens nihilominus Procurator remaneat, Bart. in dict. l. quod ſi forte, §. quid ergo numer. 4. ff. de ſolut.

73 Quintò non procedit, ſi in mandato dicatur quod poſſit ſubſtituere unum, vel plures, Bart. in d. l. quod ſi forte, §. quid ergo n. 6. Rot. deciſ. 576. n. 4. part. 3. recent. & ratio eſt in promptu, quia ſi alteri poteſt facultatem concedere, ergo, cum ante conceſſionem factam illam penes ſe habeat poteſt eandem per ſeipſum exercere.

74 Procurator tamen ſubſtitutus alium ſubſtituere non poteſt, d. cap. 1. §. licet, de Proc. in 6. l. quod cui, C de Proc. Oldrad. conſ. 130. num. 3. verſ. alia ratione, Rot. in Mediolan. Præten ſæ Simulationis 3. Julii 1595 coram bon. mem. Corduba.

Sed hoc non procedit, poſtquam ille litem fuit conteſtatus, vel merita cauſæ diſcuſſit, & pertractavit, nam tunc tamquam Dominus litis effectus poteſt ſubſtituere Oldrad. d. conſ. 130. n. 3. verſ. ergo debet dicere, Biſignet. deciſ. 9. num. 1. de Proc. Gravat. ad Veſtr. d. lib. 4. c. 5. nu. 36. ubi de receptiori opinione Rot. dec. 28. de Proc. in antiq. & dec. 5. de Proc. in nov. Put. dec. 220. lib. 2. ubi quod id procedit etiam in executivis.

H
75 Auditor Cameræ paſſim concedit citationes ſeu monitoria per Edictum ordinaria ſua authoritate, conſtito ſibi ſummariè, & extrajudicialiter de non tuto acceſſu, vel alia juſta cauſa, ut ſi Citandus latitet, vel adſit ejus perhorreſcentia vel non permittat, citationem ad ſe pervenire, juxta tradita per Rot. deciſ. 22. de dol. & cont. in antiq. Mantic dec 232. num. 6. Saluſt. Tiber. in prax. lib. 2. cap. 16. num. 1. & 4. & habet hoc † in facultatibus, con- 76
ſtito de non tuto acceſſu Greg XIV. in d. conſt. ad generis, impreſſ. poſt Saluſt. Tiber. in prax. nu. 16. Ferentill. ad Buratt. deciſ. 943. num. 6.

Verum Judices ſivè ordinarii, ſivè delegati, non poſ- 77
ſunt hujuſmodi citationes decernere, nec concedere abſque commiſſione ſpeciali, quæ nec etiam concedi ſolet, niſi cum dicta clauſula, conſtito &c. Clem. 2. & ibi DD. de Iud. Staphil. de lit. grat. & juſt fol. 168. verſ. ſi petitur committi, Vant. de null. defect. citat. n. 127. Marcheſ. de Commiſſ. appell. in Rom. Cur. part. 1. nu. 258. fol. 220 ſecundum nov impreſſ. Rot. deciſ. 104. n. 1. & ſeqq. part. 6. recent.

Hoc tamen locum ſibi vendicat de jure Canonico, nam eo jure inſpecto non poſſunt Judices procedere per Edictum ſine ſpeciali reſcripto Papæ, d. Clem. 1. de Iud. Buratt d. dec. 943 num. 2. & ibi Ferentill. num. 4. ubi plura cumulat. Rot. in Jauuen. Separationis Thori 16. Februarii 1632. coram bon. mem. Coccino Decano, quæ eſt d. dec. 104. num. 1. & 2. part. 6. recent.

Nam de jure Civili Judices etiam facultates, prout Se- 78
nator Urbis, & alii Judices de partibus conſtito ſibi de impedimentis, aut de non tuto acceſſu poſſunt procedere per Edictum; per text. in Auth. qui ſemel, C. quom. & quando iud. Vant. de nullit. def. citat. nu. 124. & nu. 129. ſive iſti Judices ſint ordinarii, vel delegati a Principe, Ferentill. ad Buratt d. dec. 943. num. 5. Rot. d. deciſ. 104. num. 1. part. 6. recent.

Ante tamen quàm Judex decernat Edictum, eſt pro- 79
banda coram eo juſta cauſa, Vant. ubi ſupr. n. 227. Rot. d. dec. 22. de dol. & contum. in antiq. Adden. ad Rot. dec. 5. de reſcript. in nov. n. 3. & 5. & nu. 10. Buratt. deciſ. 943. per tot.

Sed ſufficiunt Teſtes deponentes de auditu Marcheſ. 80
de Commiſſ. d. part. 1. n. 258 fol. 220 ſecundum nov. impreſ. & de credulitate, Rot. deciſ. 22. de reſcript. in antiq. Adden. ad d. deciſ. 5. de reſcript. in nov. num. 20. Buratt. deciſ. 943. num. 2. & Teſtes ſingulares, & unicus etiam ſufficit, Buratt. d. deciſ 943. nu. 1. & 2. & quælibet levis ratio reddita per Teſtes ſufficit, ut ſi dicant citationes non poſſe exequi ſine licentia Principis, vel Regio exequatur, vel quod ipſi non auderent, ſecus tamen ſi dicerent, quod ipſi non auderent propter favores, Ferentill. ad Buratt. latè d. dec. 943. num. 19. & ſeq.

Continere debet Citatio hujuſmodi terminum com- 81
petentem, & non nimis brevem, ad hoc, ut eo elapſo, poſſit deinde validè procedi per Contradictas, Saluſt. Tiber. lib. 2. cap. 16. nu. 6. Ferentill. ad Buratt. ubi ſupra nu. 9. & ſeq.

Affigenda eſt, & publicanda citatio per Edictum in 82
quatuor locis, videlicet, in duobus in Curia, & in duobus locis vicinis Juriſdictioni ſeu Statui, in quo Citandus degit extra Curiam Clem. 1. & ib. DD. de Iud. Rot. d. deciſ. 5. de reſcript. in nov. & ibi Adden. num. 9. & ſeqq. & num. 19. Caſſad. deciſ. 1. de dol. & cont. Vant. de null. def. cit. num. 133. & num. 140. Veſtr. in d. prax lib. 4. c. 3. num. 4. etiam ſi dicta loca extra Curiam non ſint de vicinioribus, Ferentill. ad Buratt. deciſ. 943. num. 7. ubi dicit ſe ita obtinuiſſe.

Neque debet ſolum affigi Citatio per Edictum, ut per 83
Adden. ad Rot. d. deciſ. 5. de reſcript. in nov. num 12. Caſſad. deciſ. 5. num. 2. de appell. Rot. deciſ. 8. de dol. & contum. in nov. & deciſ. 933. poſt mod. part. 3. diverſ. lib. 3. & in Tuden. Præſtimonii de Boſal. 8. Novembris 1583. coram bon. mem. Penia, ſed debet etiam legi Rot. d. deciſ. 8. de dol. & contum. nov. Adden. ad d. deciſ 5. num. 16. de reſcript. in nov. quinimo affigi, & legi originale non copia, Clem. cauſam, de elect. Felyn. in cap. quoniam n. 18. verſ. quinto nota, ut lit. non conteſt. Veſtr. d. lib. 4. cap. 3. num. 7. Vant. ubi ſupra num. 137 Rot. d. deciſ. 8. de dol. & contum. in nov. Adden. ad Rot. d. deciſ. 5. num. 14. Bellam. deciſ. 539. Saluſt. Tib. in prax. d. lib. 2. cap. 16. num. 5. ubi quod
in Urbe affigitur, & publicatur † in Audientia Contra- 84
dictarum, & ad Valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, vel Audientiæ Cauſarum Palatii Apoſtolici, in Partibus ad Valvas duarum Eccleſiarum propinquarũ juriſdictioni, ſub qua citandus degit; tempore vero Sedis vacantis, & Feriarum generalium à Kal. Julii ad Kal. Octobris, ex quo Officium Contradictarum conquieſcit, affigitur, & pu-

Digitized by Google

& publicatur in Curia ad Valvas Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Acie Campi Floræ, extra Curiam verò in duobus locis vicinis, ut ſupra, idem Sal. Tib. *d. cap. 16. n. 8.* &
85 debet ulterius publicari † quando adeſt multitudo Perſonarum, Veſtr. *d. lib. 4. cap. 3. n. 5. in fin.* Adden. *ad* Rot. *dec. 5. n. 24.* Ferentill. ad Buratt. *d. dec. 943. n. 8.* Et licet legere,
86 † & publicare idem ſignificare videantur, Rot *d. deciſ. 8. de dol. & contum. in nov.* ibi lectio, ſeu publicatio, Adden. *ad* Rot. *d. deciſ. 5. nu. 16. de reſcript. in nov.* Cautiùs tamen
87 agetur † ſi Curſor facta executione teſtatur legiſſe, affixiſſe, & publicaſſe, ac alia feciſſe, prout habuit in mandatis, ſeu juxta formam dictarum literarum, ut per Adden. *ad dec 5. n. 14. & n. 16.* Vant. *de null. def. cit n. 135. & num. 137. & ſeqq.* In citatione tamen, quæ non fit per Edictum non ſufficeret, quod Curſor, ſeu Nuncius referret ſe feciſſe, prout in literis, Vant. *ubi ſupra n. 139.*
88 Et d. Originale affixum debet per aliquot horas, ſeu aliquod tempus Executoris arbitrio relinqui, Veſtr. *d. lib. 4. cap. 3. n. 5.* Vant. *ubi ſupra n. 134 & ſeq.* Felin. *in cap. quoniam frequenter, in d. verſ. quinto nota*, Sal. Tib. *d. c. 16. n. 5.* Ferentill. ad Buratt. *d. deciſ. 943. n. 8.* & poſtea amoto originale, copia ibidem affixa relinqui debet, Adden. *ad* Rot. *d. dec. 5. n. 14. & n. 25. & dec 8. in fin. & d. dec. 931. poſt med p. 3. diverſ. lib. 3.* Saluſt. Tib *d. lib. 2. cap. 16. n. 5.*
89 Non tamen eſt neceſſaria affixio in citatione, quæ non fit per Edictum, quando ejus executio fit domi ſolitæ habitationis, & in Eccleſia Beneficii, *Adden. ad* Rot *dec. 5. de reſcript. in nov. num. 12.* Rot. *in d. Tuden. Præſtimonii coram Penia.*
90 Denique obſervandum eſt, quòd conceſſa facultate procedendi per Contradictas, cum clauſula *conſtito, &c.* non poteſt procedi per Edictum, quia ad hoc, ut procedatur per Edictum, eſt neceſſaria in commiſſione facultas ſpecifica, & expreſſa ac ſpecialis ex certa ſcientia Papæ Rot. *in d. Januen. Separationis Thori 16. Februarii 1632. quæ eſt deciſ. 104 num. 3. & 5. part. 6 recent.*
91 Nec eſt omittenda cautela, quam tradunt practici, publicandi hujuſmodi citationes per Edictum in Curia antequam tranſmittantur ad Partes, nam cum terminus ad comparendum non curreat, niſi à die ultimæ publicationis, non conteritur tantum temporis ſpacium, prout eveniret, ſi prius publicarentur in Partibus, & deinde in Curia, *Adden. &* Rot. *d. deciſion. 4. n. 19. de reſcript. in nov.*
92 Formulam Citationis per Edictum tradit Vant. *de null. def. tit. num. 191.* formulam verò Monitorii per Edictum ponit Saluſt. Tib. *in d. ejus praxi Judiciaria lib. 4.*

S U M M A R I U M.

De Apprehenſo in Curia, Affixionibus, & diligentiis. Cap. IV.

1 *Apprehenſus in Curia poteſt citari, licèt domicilium, aut Procuratorem ibi non habeat, vel non ſit obligatus in forma Cameræ.*
2 *Citatio prima contra Apprehenſum in Curia perſonaliter exequenda ejuſque formula, & proceſſus.*
3 *Ceſſante obligatione Camerali, non habens domicilium, vel Procuratorem in Curia, qui poteſt in ea conveniri, citatur perſonaliter in partibus, ut in formula.*
4 *Apprehenſo in Curia, vel citato in partibus non eligente domicilium, aut non conſtituente Procuratorem reperibilem, & acceptantem, proceditur contra eum per affixionem ad Valvas.*
5 *Procurator debet acceptare, & exhibere mandatum in actis, & proteſtari, ut in formula, quæ datur.*
6 *Domicilii electio non eſt neceſſaria, ſi Procurator in Curia, notus Curſoribus docet in actis de mandato.*
7 *Domicilium poteſt eligi ad libitum.*
8 *Formula proteſtationis, ac electionis domicilii traditur.*
9 *Procuratore proteſtante nihil fieri &c. ſi domus in qua eſt citandus, non eſt nota Curſoribus, proceditur per diligentias.*
10 *Citatio per diligentias fit, quando domus citandi in Urbe non reperitur.*
11 *Citatio per diligentias quomodo exequenda, & ejus proceſſus, & num. ſeq.*
12 *Factis diligentiis, & domo citandi non reperta, proceditur per affixionem.*
13 *Apprehenſus in Curia, ſi eſt obligatus in forma Cameræ, non habet Jus revocandi domum.*
14 *Apprehenſus in Curia, qui ſortitur forum in ea, non habet jus revocandi domum.*
15 *Roma eſt Patria communis.*
16 *Jus revocandi domum competit apprehenſo in Curia ex juſta cauſa.*
17 *Juſta cauſa revocandi domum eſt, ſi quis venit ad Urbem ex cauſa neceſſaria, ſecus ſi voluntaria.*
18 *Obligatus ex contractu in Curia non habet Jus revocandi domum, niſi uno caſu.*
19 *Obligatus extra Patriam non habet jus revocandi domum, niſi ſit legatus.*
20 *Apprehenſus in Curia ſi negotium poteſt de facili expediri, non habet jus revocandi domum.*
21 *Apprehenſus quis non dicitur per impetrationem commiſſionis, ſed benè per citationem perſonalem.*
22 *Citationes per affixionem debent legi, & dimitti per aliquod temporis ſpatium.*
23 *Apprehenſus, niſi prima citatio ſit perſonalis, non poteſt citari per affixionem.*
24 *Terminus incompetens, ſeu nimis brevis, non arctat citatum ad comparendum.*
25 *Citato per Edictum dantur pro ſingulis decem dietis, viginti dies, & dietæ computantur ad rationem viginti milliarium pro qualibet.*
26 *Factis diligentiis, citatur per affixionem, & citatio afficit, ac ſi eſſet perſonalis de ſtylo, & n. 28.*
27 *Citationes in cauſa commiſſaria debent eſſe perſonales.*
28 *Si perſona citandi nõ reperitur, proceditur per diligentias, & deinde per affixionem, & domi dimiſſa copia.*
29 *Citationes magis eſſentiales exequuntur perſonaliter, etiamſi commiſſio ſit tantùm excitatoria.*
30 *Citari quem perſonaliter non poſſe, ſi conſtat in actis, videtur ſufficere ſola citatio, domi dimiſſa copia.*
31 *Diligentiæ fiunt per duos Curſores, quod eſt cautius, licèt Rota tenuerit poſſe fieri per unum.*
32 *Comparitio Citati, vel Procuratoris convalidat acta, & citationem.*
33 *Finis citationis eſt comparitio citati.*
34 *Comparitio convalidat citationem, etiam ſi facta ſit excipiendum de jus nullitate.*
35 *Specialis comparitio Procuratoris, etiam generaliter ad lites conſtituti, convalidat citationem contra principalem nulliter executam.*
36 *Comparitio ſola Procuratoris conſtituti ad cauſam, in qua quis fuit citatus, inducit ſcientiam citationis.*
37 *Comparitio, etiam poſt terminum, convalidat citationem, niſi præjudicium eſſet effectum irreparabile per Sententiam.*

De Apprehenſo in Curia Affixionibus, & diligentiis. Pars Prima. Cap. IV.

SI Aliquis vult agere in Curia contra eum, qui in forma Cameræ obligatus non eſt, nec in Urbe domicilium, aut Procuratorem habet, non poterit illum convenire, niſi ipſe ad Urbem accedat, quo caſu poterit illum apprehendere, *A* & citare hoc modo, videlicet. 1 A

A. C. Met.

Citetur NN. exadverſo principalis ad eligendum domicilium in Urbe, in quo citari velit, & conſtituendum Procuratorem reperibilem, & acceptantem, aliàs videndum mandari procedi per affixionem *B* ad valvas ad p. d. Inſtante N. N. principali, ſivè &c. 2 B

N. Notarius.

Hac citatione perſonaliter *C* executa, nam aliàs per affixionem procedi non poteſt, ac prima die juridica in actis reproducta, obtinetur hoc decretum, videlicet. C

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi per totam.

Cæterùm in caſibus, in quibus quis nec eſt in forma Cameræ obligatus, nec domicilium, nec Procuratorem habet in Urbe, ſed poteſt nihilominus aliqua alia ratione in Curia conveniri, licèt in ea perſonaliter apprehenſus non fuerit, prout ſi quis in partibus ſe obligaverit in forma Guarantigiæ, vel conſenſerit in mandatum unica &c. vel cauſa ſit de jure communi executiva, & Actor gaudeat privilegio *legis unicæ*, aut alio ſimili, pote- 3

poterit his caſibus in partibus citari hoc modo, videlicet.
Coram Illuſtriſs. ac Reverendiſs. D. A C.
ſive ejus in Civilibus Locumtenente.
Citetur NN. exadverſo principalis ad comparendum in
Urbe, & eligendum domicilium, in quo citari velit, nec-
non conſtituendum Procuratorem reperibilem, & acce-
ptantem, aliàs videndum mandari fieri poſſe proceſſum
per affixionem ad valvas ad decem dies, ſi illa juridica
fuerit, ſin minus ab p d juridicam immediatè ſequentem,
Inſtante N. N principali, ſive &c.
Dominus NN Notarius.
4 Qua citatione perſonaliter in partibus executa, & cum
fide executionis à tergo in forma probante in actis repro-
D ducta, ſi in termino aſſignato, & competente, D nemo
pro cauſæ defenſione in actis comparuerit, poterit proce-
di per affixionem, prout in caſu antecedenti, quando quis
in Curia apprehenditur, & non elegit Domicilium, aut
Procuratorem reperibilem, & acceptantem, ut ſupra,
non conſtituit.
5 Ubicumque autem in Curia apprehenſus, vel in parti-
bus, ut ſupra citatus, conſtituerit Procuratorem, debet
ipſe Procurator acceptare, & producere in actis mandatum
procuræ, & proteſtari in Broliardo hoc modo, videlicet.
Pro N. N contra NN.
In Officio N N. Procurator, prout de ejus mandato
procuræ docuit per inſtrumentum publicum tenoris &c.
proteſtatus fuit nihil fieri, niſi ipſo in quolibet actu legiti-
mè citato domi N. N. quam in domicilium elegit, aliàs
de nullitate &c.
6 Sed ſi domus Procuratoris eſt nota Curſoribus, non eſt
neceſſe eligere domicilium, cum ſufficiat, quod Procura-
tor producat mandatum procuræ, vel ſi eſt in actis roga-
7 tum, illud alleget, proteſtando in Broliardo, † ut ſupra,
nihil fieri niſi ipſo citato, Domicilium autem ad libitum
eligi poterit, ubicumque aliquis magis in una domo, quàm
in alia citari voluerit.
8 Si verò Citatus, ſeu apprehenſus, ut ſupra, voluerit
tantùm eligere domicilium, proteſtetur in Broliardo hoc
modo, videlicet.
Pro N N contra N. N.
In officio idem citra &c. & elegit domicilium domi N.
in Regione N. in via N & proteſtatus fuit nihil fieri, ni-
ſi in ipſo dicto domicilio in quolibet actu legitimè citato,
aliàs de nullitate &c
9 Quod ſi Procurator, non electo domicilio, fuerit, ut
ſupra, proteſtatus, nihil fieri, niſi ipſo citato (*quæ pro-
teſtatio ſolet fieri etiam, quando quis citatur, ut ſupra. cum
citatione impreſſa*) & ejus domus Curſoribus nota non eſt,
citatur, per diligentias.
10 Hæc citatio per diligentias ſolet fieri in omnibus caſibus,
in quibus domus Citandi in Urbe non reperitur, ſivè Ci-
tandus ſit principalis, ſivè Procurator, ſivè alius quiſpiam
pro ſuo prætenſo intereſſe, ſivè fuerit contra eum, ut ſu-
pra, executa prima citatio perſonalis, ſivè obligatio Ca-
meralis ſit contracta in Curia, quo caſu prima citatio per-
ſonalis non requiritur.
E Diligentiæ E autem fiunt hoc modo, videlicet; ſi cita-
11 tio, quæ exequi debet, vel ad dicendum contra, vel alia
exequenda ſecundum facti, & caſus contingentiam, &
datur Curſori, qui facta diligentia in die juridica de repe-
riendo domum citandi, ſi illam non potuit reperire, ſub-
ſcribit citationem hoc modo videlicet.
Die N. feci diligentiam per Urbem de reperiendo do-
mum N. N. & reperire non potuit.
N. N. Curſor.
Reproducta hac citatione, obtinetur decretum, videlicet.
N. N. petiit, & obtinuit, ut ſupra, fieri diligentias per
duos Curſores omni &c.
Et tunc fit alia ſimilis citatio, & datur Curſoribus, qui
faciunt diligentiam de reperiendo dictam domum in duo-
bus diebus juridicis, & poſtea illam ſubſcribunt, videlicet.
Fecimus diligentiam die N. & die N. de reperiendo per
Urbem domum N N, & reperire non potuimus N N Cur-
ſor N. N. Curſor.
12 Hac citatione in actis reproducta, cum atteſtatione di-
ligentiarum, ut ſupra, in pede illius obtinetur decretum,
videlicet.
N N. petiit, & obtinuit, ut ſupra, fieri proceſſum
per affixionem ad Valvas omni &c.
Et tunc inchoatur proceſſus à prima citatione per affixio-
nem ad Valvas, & proſequitur citando ad Valvas ad ſingu-
los actus uſque ad finem litis, vel donec aliquis legitimè in
actis compareat ad cauſæ defenſionem ſuſcipiendam.

Obſervationes.

NUllum dubium eſt, quòd Apprehenſus in Curia, ſi A
fuerit coram A C citatus occaſione contractus Ca- 13
merali obligatione vallati, non habet jus revocandi do-
mum, cum Auditoris Cameræ ſit Judex competens, ubi-
cumque agitur de obligatione in forma Cameræ, & quidem
privativè quoad alios, in Curia, extra Curiam verò cu-
mulativè vigore illius ordinariarum facultatum, cum de-
clarationibus ſupra *in primo capite* cumulatis; unde nihil
intereſt in hoc caſu, an quis apprehendatur in Curia, necnè,
cum poſſit etiam coram A C citari, licèt ſit extra Curiam.
Seu agatur vigore alterius contractus, ſeù ratione delicti, 14
aut domicilii, ſivè rei, de qua contra poſſeſſorem cauſa
movetur, quibus forum regulariter quis ſortitur, & fuerit
in Curia apprehenſus, ac perſonaliter citatus, tunc regula-
riter jus revocandi domum etiam non habet *cap licet il a.*
de for compet. cum Roma † ſit Patria communis, *l Roma,* 15
ff. ad Municip. Rot *dec: 17 de reſcript. in antiqu* Vant. *de*
nullit defect jur. ord. nu. 85 de communi teſtatur Gravat:
ad Veſtr. *in Prax: lib 4. c 3. nu 15. in fin.*
Cæterùm hoc non procedit, ſi adeſt juſta cauſa, ex qua 16
jus revocandi domum competere ſolet, Veſtr. *d. l. c. 3 n. 2.*
Juſta autem cauſa eſt cauſa neceſſaria non voluntaria, 17
ut puta, ſi quis cauſa neceſſaria Legationis, aut Reipubli-
cæ, vel peregrinationis, vel teſtimonii, vel judicandi,
aut reddendæ tutelæ cauſa ad Urbem acceſſiſſet, Veſtr. *d*
lib. 7. cap. 1. nu 2. Rot *dec 2. de for. compet. in antiq.*
Quòd ſublimitatur primo, dummodo contractus, cujus 18
cauſa quis convenitur, non ſit rogatus in Curia; nam tunc
quis non habet jus revocandi domum, etiam ſi acceſſerit ad
Urbem ex cauſa neceſſaria, Veſtr. *d lib 4 cap 1. n. 2* ubi
quod hæc ſublimitatio declaratur non procedere in Legatis,
quando contractus eſt celebratus ante Legationem.
Secundò ſublimitatur, quoties contractus fuiſſet extra 19
Patriam, vel Provinciam ſuam celebratus, quia tunc ei
non fit injuria, dum extra Patriam, vel Provinciam pro
contractu alibi celebrato convenitur, quæ tamen ſublimi-
tatio pariter fallit in Legatis, ut per Adden. *ad* Veſtr. *d.*
lib 4. cap 1. nu 55.
Tertiò in reſponſione ad interrogationes Adverſarii, & 20
negocio, de quo quis poteſt de facili ſe expedire, nam tunc
præſens in Curia reſpondere tenetur, Rot. *dec. 1. & 2 & dec.*
6 de for comp. in antiq & dec 27 de Dol. & contum in antiq.
Non omitto, quod ſi quis tempore impetratæ commiſ- 21
ſionis fuerit præſens in curia, ſed antequam citetur diſceſ-
ſerit, cauſa non debet remanere in Curia, quia non impe-
tratio commiſſionis, ſed apprehenſio per Citationem per-
ſonalem ad hoc inſpicitur, *cap licèt de For. compet* Rot.
dec. 381. in antiq. nota quod ubi cauſa Vant. *de null de-*
fect. jur ord num 85.
Citationes executæ per affixionem debent legi, & dimit- B
ti per aliquod temporis ſpacium, Caſſad *deciſ 4. de Dol &* 22
contum Rot *dec. 325. nu. 6 part. 3. diverſ. & dec. 624. n 10.*
part 1. recent.
Ad hoc ut poſſit procedi per affixionem contra apprehen- C
ſum, prima Citatio debet eſſe perſonalis, Anchar *in Clem* 23
s. col 2 verſ nono nota de For compet Caſtrenſ. *in l ad pe-*
remptorum, n. 6. de jud Mohed *dec. 8 de fide inſtrum* Card.
Mantic *dec 232 nu 5 & ſeqq.* Card Seraph. *deciſ. 1276.*
nu 4 Rot *dec 624 nu 8 part 1 recent.*
Terminus ad comparendum debet † eſſe competens ſe- D
cundum diſtantiam loci, aliàs ſi eſſet nimis brevis, non 24
poſſet procedi per affixionem, quia illa non arctaret Cita-
tum ad comparendum, Caſſad *dec 6 nu. 3 de Dol. & con-*
tum Verall. *dec 263. nu 7 par. 2* Veſtr. *in Prax lib. 4. c. 2.*
nu. 5. & ibi Adden. num. 10. Rot *in Cortonen. Plebaniæ 5.*
Julii 1633 coram R P. D Ghislerio.
Et in Citationibus † per Edictum eſt duplicandus, nam 25
pro diſtantia ſingularum decem dietarum, dantur vinginti
dies, Adden. *ad* Rot. *deciſ. 5. de reſcript. in nov. ſub nu 20.*
Feren-

Ferentill. ad Buratt. *d.dec.949.n.9.* ad rationem viginti mil-
liarium pro qualibet dieta, Veſtr. *in Prax. lib 4 cap 2.n.5.*
per text. in lib.1 ff ſi quis caut. & §.excuſare Juſt. de ſuſp. Tut.

E Diligentia de reperiendo domum † Citandi fit primò per
26 unum, deinde per duos Curſores, & ea non reperta pro-
ceditur per affixionem ad valvas Curiæ, in Acie Campi
Floræ prævio ſemper Judicis Decreto, & hujuſmodi Cita-
tio de Stylo Curiæ valet; ac ſi eſſet executa perſonaliter,
Sal. Tib. *in Prax. lib.2 cap.16. nu 14.*

27 Sed ſi cauſa ſit commiſſaria,† qua cauſa citationes debent
exequi perſonaliter, Rot. *dec.495. n 5. p.3. recent* aut aliàs
28 citatio in perſonam Citati † ſit exequenda, & perſona Ci-
tandi non reperitur, factis diligentiis primo per unum, &
deinde per duos Curſores de reperiendo perſonam Citandi
per Urbem, ac loca publica, & ad domum illius ſolitæ ha-
bitationis, decernitur proceſſus per affixionem ad Valvas
Curiæ, & in Acie Campi Floræ, necnon ad Valvas do-
mus ſolitæ habitationis Citandi, vel domi dimiſſa copia,
quæ citatio perinde arctat, ac ſi quis fuiſſet perſonaliter ci-
tatus, & ſic obſervat Stylus Curiæ, Rot. *in Roman. com-*
putorum 21 Maii 1593. coram bon. mem. Arrigonio.

29 Et idem erit obſervandum pro tutiori cautela, ſi com-
miſſio ſit tantum excitatoria juriſdictionis, ſaltem quoad
citationes magis ſubſtantiales, per ea, quæ ſcribit Sal. Tib.
30 *in Prax lib.1.c.51.n.3.* licet † quando quis non poteſt per-
ſonaliter citari, & de hoc apparet in Actis; videatur ſuffi-
cere ſola citatio domi dimiſſa copia, Gravat. ad Veſtr. *in*
Prax l.5.c.13.n.11. Coccin. *dec.316 n.23. ver. & ideo.*

31 Nec omitto, quod Rota aliquando tenuit, diligentias
factas ſolummodo per unum Curſorem ſuſtineri, ex quo
hoc eſt de ſtylo in Curia, ut fiat per duos ut ſupra, ſed non
reperitur Jura cautum, *ut in dec.325 n.4 p.3 diverſ. lib.3.*
cautius tamen erit ad tollendam omnem difficultatem, &
diſputationem, diligentias per duos Curſores, ut ſupra,
prout quotidie obſervat Praxis, faciendas curare.

F Comparitio Citati, vel ejus Procuratoris convalidat
32 Acta, & citationem nulliter executam, Veſtr. *in Praxi lib.*
4 c.3. n.8 Gravat. ad Veſtr. *lib. 7. c ult. num. 32 & ſeq.* Sal.
Tib. *in Prax. lib c 16. nu* 10. Beltram. ad Greg *dec.27.n 9.*
& ad dec.127 n 9. Greg. *dec.94. nu 6.* Ferentill ad Buratt.
33 *dec. 127 nu. 8. & ſeq.* quia † ex ea præſumitur notitia cita-
tionis, cujus finis eſt comparitio, Veſtr *in Prax l.3.c.6.n 4.*
in fin & n 5 & ibi Gravat, *n 11 idem* Veſtr *l 4 c.3. nu. 8.*
ubi loquitur etiam de citatione per Edictum, idem Grav. *ad*
Veſtr. *d l 7. c ult n 33.* Feren. ad Bur. *d dec.727 n 8. & ſeq.*

34 Quod procedit etiam ſi in citatione non ſit inſertus tenor
commiſſionis, ac etiam ſi quis compareat ad effectum exci-
piendi de nullitate citationis, Beltram ad Greg *d.dec.27.n 9*
35 *& d dec.127.n 9* & ſivè Procurator † ſit ſpecialiter ad illam
litem, ſivè generaliter ad lites poſt citationem executam
conſtitutus, dummodo tamen, quando eſt generaliter conſti-
tutus, deducat generalitatem ad ſpeciem per comparitionem
reſpectu cauſæ, in qua fuit ejus Principalis citatus, Rot *dec.*
726. n 2. p 2. rec Cavaller. *dec 500. n.2.* Beltram. ad Greg.
d dec 27 n 13 & n 14. ubi quod hoc procedit, ſi è Procu-
rator generaliter ad lites conſtitutus ſit antè, ſivè poſt exe-
36 cutam citationem † nam alias ſola ſpecialis conſtitutio Pro-
curatoris ad illam cauſam eſt per ſe ſufficiens ad arguendam
executæ citationis notitiam, *ut per eundem* Cavaler. *d.dec.*
500. nu.2. & Greg. *dec. 27. nu 4.*

37 Etiam ſi comparitio fieret poſt terminum in citatione
contentum, ex quo remanent ſalvæ exceptiones; quod
tamen non haberet locum in citatione ad Sententiam, nam
tunc non admitteretur, nec relevaret comparitio poſt ter-
minum, quia præjudicium eſſet effectum irreparabile, Rot.
dec.409. nu 1. part.4. recent Ferentill. ad Buratt *d dec.727.*
nu 13. & ſeq.

S U M M A R I U M.

De Perſonis legitimandis. Cap. V.

1 *Legitimatio Perſonarum, præſertim Parte opponente, eſt omninò facienda, quando illa eſt neceſſaria.*
2 *Obligato mortuo, legitimandæ ſunt perſonæ Hæredum, docendo eos eſſe Hæredes, aliàs non poſſet procedi contra eos.*
3 *Nolens aut non potens probare, quem eſſe Hæredem, poteſt agere contra bona hæreditaria prævijs quatuor terminis ad declarandum.*
4 *Citationes quatuor ad declarandum an ſit, vel velit eſſe Hæres, & illarum formula, & nu. 5.*
5 *Citato non declarante an ſit, vel velit eſſe Hæres, datur Curator hæreditati jacenti.*
6 *Pupilli majores ſeptennio, carentes Tutore, poſſunt citari ad comparendum legitime.*
7 *Citationes quatuor ad comparendum legitimè, earumque Formulæ, ac Proceſſus, & nu 8.*
8 *Pupillo, aut alio pro eo legitimè non comparente datur ei Actor ad lites ex Officio.*
9 *Infantibus Tutore carentibus, citantur eorum Proximiores ad defendendum illos, & ſervatis quatuor terminis & nemine comparente, deputatur eis Actor ad lites.*
10 *Actor ad lites deputatus citatur ad declarandum an Minores, vel Pupilli ſint hæredes aliàs eo non declarante, ſervatis quatuor terminis datur Curator hæreditati jacenti.*
11 *Hæredes, ſi ignorantur ejus, qui deceſſit, citantur per diligentias, & deinde per affixionem, omnes Prætendentes in hæreditate, & nu 12.*
12 *Citationes quatuor contra Prætendentes in hæreditate alicujus ad comparendum, acceptandum, vel repudiandum, earumque Formulæ, & Proceſſus.*
13 *Citatis Prætendentibus in hæreditate Decedentis in Curia, & non comparentibus ad acceptandum, vel repudiandum, datur Curator hæreditati jacenti.*
14 *Certus Hæres relictus à Decedente in Curia, ſi per Curſorem non reperietur; citatur per diligentias, & affixionem, & bonis Defuncti.*
15 *Hæres ejus, qui deceſſit extra Curiam, abſens ab Urbe citatur per diligentias, & affixionem ad comparendum, acceptandum, vel repudiandum, & n 16. & ſeq. & n. 121.*
16 *Citatio extra Curiam contra Hæredes abſentes eius, qui extra Curiam deceſſit, ejuſque Formula, & Proceſſus.*
17 *Citationes quatuor in Curia ad cautelam contra Hæredes abſentes ejus, qui deceſſit extra Curiam, citatos etiam per diligentias, & affixionem in partibus, illarumque Formula, & Proceſſus.*
18 *Certus Hæres ejus, qui deceſſit extra Curiam, ſi per curſores, & Nuncios non reperitur, citatur per diligentias, & affixionem, & nemine comparente deputatur Curator hæreditati, & bonis defuncti.*
19 *Conſtito ſummariè, & extrajudicialiter de non tuto acceſſu, aut juſta ſimili cauſa, proceditur per Edictum, & quomodo.*
20 *Hæres comparens ad acceptandum eſt citandus in unoquoque actu.*
21 *Actor debet legitimare Perſonas mutatas, Reus verò mutatis Perſonis, proteſtatur, nihil fieri, niſi legitimatis perſonis.*
22 *Reo Proteſtante; nihil fieri niſi legitimatis Perſonis utriuſque Partis, procedi non poteſt ad ulteriora, niſi Perſonæ hinc inde mutatæ legitimentur.*
23 *Actor, legitimam perſonam ſtandi in Iudicio non habens, non poteſt audiri, ſi Reus de hoc proteſtatur.*
24 *Legitimatio neceſſaria eſt facienda in ſummariis, & executivis & plenè probanda.*
25 *Actor debet probare Reum eſſe hæredem, ſi ille hoc neget, etiam ſi Reus Filius, & nu.26.*
26 *Filius non præſumitur hæres, ſi ille hoc neget, quia potuit abſtinere.*
27 *Filius ergo hæres intelligitur legis deſtinatione, & quoad nomen, non quoad commodum, & incommodum.*
28 *Filius ergo hæres intelligitur in favorabilibus, non quando ipſe convenitur.*
29 *Filius ergo hæres intelligitur, ſi ipſe vult.*
30 *Filius agens uti hæres Patris non tenetur probare ſe Hæredem.*
31 *Conſequentia, Filius ergo Hæres non valet, ſi ſit infans, qui non habet velle, nec nolle.*
32 *Exceptio legitimationis neceſſariæ oppoſita impedit Proceſſum, & inducit nullitatem, ſi Perſonæ non legitimantur.*
33 *Legitimatio Perſonarum non eſt neceſſaria in ſummariis, & executivis, ſi Pars non opponit.*
34 *Legitimatio in Cauſis Ordinariis eſt neceſſaria etiam, Parte non opponente.*
35 *Contrarium verius videtur.*
36 *Opinio Sal. Tiber quando procedat.*
37 *Legitimatio non eſt neceſſaria, quando Perſona fuit pro legitima*

Digitized by Google

gitima approbata, & num. 38.

38 Conteſtans litem cum aliquo uti procuratore, non poteſt deinde opponere, quod non ſit Procurator, vel non poſſit agere.

39 Hæreditas eſt ſucceſſio in univerſum jus Defuncti.

40 Hæreditas non audita dicitur jacens.

41 Cui ex beneficio abſtinendi rediguntur ad inſtar Emancipatorum.

42 Hæreditas hodie dicitur jacere, donec de additione doceatur, etiam relictis Suis, & quare.

43 Creditores Patris agentes contra Filium non probata immixtione, ſuccumberent, etiam ſi Filius non negaret, nec fateretur ſe hæredem.

44 Hæreditas dicitur jacere, donec ſit ſpes Hæredis, qui velit adire.

45 Hæreditas, ſi non ſit ſpes Hæredis, qui adeat, aſſumit nomen bonorum vacantium.

46 Hæreditas jacens eſt Perſona ficta ideo agere volens contra eam, debet inſtare, ut illi Curator à Judice deputetur.

47 Curator Hæreditati jacenti ſat eſt, quod detur ad inſtantiam majoris partis eorum, qui agunt in Proceſſu.

48 Hæres cum beneficio inventarii pro conſequendo credito ſuo poteſt petere, ut detur Curator Hæreditati jacenti, nè agat contra ſeipſum.

49 In deputatione Curatoris Hæreditati jacenti ſunt citandi nominatim illi quos tangit prima cauſa ſucceſſionis, incerti verò per proclama, vel Edictum.

50 Filii ſunt nominatim citandi ad videndum deputari Curatorem Hæreditati jacenti, licet ſultas inducat continuationem domini.

51 Citatio ad deliberandum, an quis ſit, vel velit eſſe Hæres, cum termino arbitrio Judicis, eſt neceſſaria in deputatione Curatoris Hæreditati jacenti.

52 Deputatio Curatoris in Tribunali A. C. fit ſervatis quatuor terminis ad declarandum, an quis ſit, vel velit eſſe Hæres.

53 Tempus triginta annorum ad adeundum poteſt à Judice minui ejus arbitrio.

54 Moderatio termini triginta annorum ad adeundum fit à Judice ad effectum deputationis Curatoris, non Jus adeundi penitus auferatur.

55 Adita Hæreditate non valet deputatio Curatoris Hæreditati Jacenti, niſi citetur Hæres ad declarandum.

56 Curator habens adminiſtrationem bonorum conficere debet Inventarium, ſecus ſi detur ad certam litem, & actum nil recipiat, & nu. 68.

57 Curator ſive generalis, ſivè ſpecialis ad certam litem, vel actum debet ſatiſdare, etiam de Stylo Tribunalis A. C.

58 Curator ad lites de Stylo Rotæ non ſatiſdat.

59 Curator qui debet promittere in actu deputationis, & quid ejus Fide uſſor.

60 Tutor datur primo Perſonæ, ſecundario rebus, Curator è contra.

61 Certæ rei, vel cauſæ Tutor non datur.

62 Tutor non datur habenti tutorem, nec exiſtenti in poteſtate Patris, vel Avi.

63 Atilianus Tutor datur Pupillo, ut poſſit adire, ut poſtea Tutor teſtamentarius adminiſtret.

64 Tutela teſtamentaria recipit robur ab aditione Hæreditatis.

65 Litigans cum Tutore debet exibere copiam Tutelæ, & Inventarii, aliàs Parte opponente, ſi de his non docetur; Acta ſunt nulla.

66 Pupillo deputari debet, Parte inſtante, Actor ad lites, ſi Tutorem non habet, vel aliàs eo indiget.

67 Curator ad lites Pupillo datus non poteſt facere ea, quæ Pupillus non poteſt, niſi authore Tutore.

68 Pupillo Tutorem non habenti, ut Hæreditatem poſſit adire, dandus eſt Tutor.

69 Curator non datur Minori invito, niſi ſit Curator ad lites.

70 Minori, citato ad comparendum legitimè contumaci, datur Actor ad lites, etiam ſi ipſe habeat Tutorem, ſed poſſit exhibere ſolemnia.

71 Paria ſunt habere Tutorem, non poſſe producere Inſtrumentum ſolemne Tutelæ.

72 Minori legitimè non comparenti deputatur de ſtylo Curiæ, & A. C. Actor ad lites, ſervatis quatuor terminis ad comparendum.

73 Rota in deputatione Curatoris non curat de ſervatione terminorum.

74 Curator, ſeù Actor ad lites, quando deputatur, debet eſſe præſens.

75 Curator ad lites debet promittere utilia facere, & alia, prout tenetur.

76 Curator ad lites debet jurare eum, cui datur, indefenſum non relinquere.

77 Curator ad lites debet ſatiſdare.

78 Minor ſeptennio quicquid videt ignorat.

79 Curator ad lites non datur niſi Petenti.

80 Infans non poteſt citari ad legitimè comparendum.

81 Curator ad lites dari non poteſt ei, qui non poteſt citari.

82 Proximiores, & Amici citari debent ad defendendum Infantem ſervatis quatuor terminis, ut Actor ad lites poſſit ei reputari.

83 Termini tres ad comparendum ſufficiunt, ut actor ad lites deputetur, ſed de ſtylo Curiæ additur quartus.

84 Curator ad lites poteſt id, quod Tutor, non tamen adire Hæreditatem.

85 Curator datur Ventri, & bonis, Ventris nomine, etiam ad inſtantiam Mulieris prægnantis.

86 Mulier non petit dari curatorem Ventri, poterit etiam Ad defendendum, ſervatis quatuor terminis, deputari Actor ad lites.

87 Curator ad lites datur etiam furioſo, & Mentecapto.

88 Furor, ſeù Dementia debet ab allegante plenè probari.

89 Curator datur Furioſo, & Mentecapto, etiam ad inſtantiam Proximiorum, cauſa cognita.

90 Curator ad lites Furioſo, & ſimilibus poteſt dari probatis probandis, citatis Proximis, ad defendendum, ſervatis quatuor terminis.

91 Furioſus, & Mentecaptus æquiparantur Infanti.

92 Ubi militat eadem ratio idem Jus ſtatui debet.

93 Argumentum ab Æquiparatis in Jure eſt validum.

94 Furioſum, & Mentecaptum in deputatione Curatoris citare, non eſt opus.

95 Curator dandus etiam Prodigo ad inſtantiam agere volentium.

96 Prodigus in multis æquiparatur Furioſo, vel potius Pupillo.

97 Prodigo deputatur Curator cauſa cognita.

98 Prodigus in deputatione Curatoris eſt citandus.

99 Mutus, & Surdus, qui omninò non audit, indiget Curatore, ad inſtar Pupilli, & Furioſi.

100 Cæcus poteſt eſſe in judicio ſine Curatore.

101 Debitor, & Creditor non poſſunt eſſe Curatores.

102 Cæcus non poteſt eſſe Curator.

103 Mulier non poteſt eſſe Curatrix.

104 Mater, & Avia poſſunt eſſe Tutrices, & Curatrices Filiorum, & Nepotum.

105 Minor non poteſt eſſe Curator, & quare.

106 Socer non poteſt eſſe Curator Nurus ſuæ minoris, & quare.

107 Maritus non poteſt eſſe Curator Uxoris ſuæ minoris, vel mentecaptæ.

108 Maritus poteſt eſſe Curator Uxoris ſuæ ad lites.

109 Maritus non poteſt eſſe Curator Uxoris ſuæ ad litem magni momenti.

110 Maritus cur non poſſit eſſe Curator Uxoris, & num. 111. & ſeq.

111 Maritus poteſt eſſe Procurator Uxoris ſuæ.

112 Socer, Nurus, & Maritus Uxoris cur non poſſunt eſſe Curatores.

113 Conſtitutio Procuratoris non eſt magni præjudicii, ſicut eſt Curatoris datio.

114 Procurator tantum in ommittendo, ſed Curator ad lites, etiam in committendo, poteſt præjudicare.

115 Curator ad lites poteſt in litis, quicquid poteſt Tutor.

116 Maritus poteſt eſſe Procurator Uxoris ſuæ minoris, quando Sententia fertur ad favorem Mulieris, aliàs ſecus.

117 Uxori minori conſtituenti Maritum Procuratorem cum authoritate Curatoris eſt ſatis proviſum.

118 Curatores qui eſſe non poſſunt remiſſivè.

119 De citatione per affixionem, & forma citandi Hæredes remiſſivè.

120 Curator Hæreditati, & bonis Defuncti deputatur, quando Hæres eſt certus, & nu. 24.

121 Hæres incertus Decedentis extra Curiam citatur per diligentias, & affixionem in partibus, licet contingat judicium ſtricè coram A. C. & nu. 15. & ſeq.

122 Exceptio, non audiri, niſi legitimè compareat, & ſimiles poſſunt opponi, non obſtante Statuto prohibente exceptiones opponi contra Inſtrumentum.

De

Digitized by Google

De Perſonis legitimandis. Part I. Cap. V.

1 Legitimatio *A* Perſonarum, ſi eſt neceſſaria, debet
A omnino fieri, aliàs non poteſt in cauſa procedi, abſque
nullitate Actorum, etiam ſi illi, qui fuerunt citati, fuiſſent
citati legitimè, niſi poſtea, Parte opponente, de hoc docetur
in Actis, quinimò etiam geſta ante oppoſitionem revocaren-
tur inſtante Parte, niſi poſt oppoſitionem doceretur in A-
ctis, Perſonas citatas fuiſſe legitimas, & legitimè citatas.

2 Si ergo contingat mutatio Perſonarum per mortem Obli-
gati erit neceſſe agere contra illius Hæredes, & ob id eo-
rum Perſonæ in primis legitimandæ, & ſic probandum
in Actis, illos eſſe Hæredes producendo Teſtamentum,
& aditionem Hæreditatis Defuncti, citata parte ad dicen-
dum contra; aut aliquo modo, quo probari poteſt, ſer-
vatis de Jure ſervandis, & deinde citandi ſunt dicti Hære-
des ad ſingulos actus, uſque ad finem litis.

3 Sed ſi quis non poteſt, aut non vult probare illos eſſe
Hæredes, ex quo tatis ſit illi, non declarantibus ipſis, ſe
eſſe Hæredem obtinere Mandatum contra bona Hæredi-
taria, poterit illos citare hoc modo, videlicet.

A. C. N.

4 Citentur N. N. ad declarandum an ſint, vel velint eſ-
ſe Hæredes N. N. aliàs videndum deputari Curatorem
B Hæreditati jacenti *B* primò pro prima dilatione, ad pri-
mam p. d. Inſtante N. N. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione, ſi Pars non declaret,
obtinetur Decretum, videlicet.

N N petiit & obtinuit, ut ſupra ſervari ad ſecundum
citationem, omni &c.

Deinde fit ſecunda citatio, videlicet.

A. C N.

Citetur N & N. ad declarandum an ſint, vel velint eſſe
Hæredes NN. alias videndum deputari Curatorem Hære-
ditati jacenti ſecundo pro ſecunda dilatione ad p d. Inſtan-
te NN principali, ſive &c.

N Notarius.

Executa, & reproducta citatione obtinetur Decretum,
videlicet.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra ſervari ad tertiam cita-
tionem omni &c.

Et fit tertia citatio hoc modo, videlicet.

A. C N.

Citentur N. & N. ad declarandum an ſint, vel velint
eſſe Hæredes NN aliàs videndum deputari Curatorem
Hæreditati jacenti tertio pro tertia dilatione ad p. d. Inſtan-
te NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione obtinetur Decretum,
videlicet.

NN petiit, & obtinuit ut ſupra ſervari ad quartam &c.
omni &c

Et denique fit quarta, & ultima citatio, videlicet.

A. C. N.

Citentur N. & N ad declarandum, an ſint, vel velint
eſſe Heredes NN aliàs videndum deputari Curatorem il-
lius Hæreditati jacenti quarto pro quarta, & ſuperabundan-
ti dilatione ad p. d Inſtante NN. principali, ſivè &c

N Notarius.

5 Executa, & reproducta hac ultima citatione, niſi Pars
declaret ſe Hæredem, obtinetur Decretum, & deputatio
Curatoris, videlicet.

NN. petiit ut ſupra, & tunc Dominus deputavit in
Curatorem d Hereditatis jacentis NN ibidem præſentem,
dicens ei ter, utilia d. Hæreditati facito, inutilia præter-
mittito, & indefenſam non relinquito, Qui NN Curator
deputatus promiſit utilia facere, inutilia prætermittere, &
indefenſam dict. Hæreditatem non relinquere, & ſic tactis
&c. juravit &c. obligans &c. in forma Cameræ Apoſtolicæ
omni &c.

Pro quo NN. Curatore deputato NN ibidem preſens &c.
ſponte &c ac omni &c fidejuſſit, & obligationi d NN Cu-
ratoris acceſſit, ac ſe uti principalem &c obligavit &c in for
C ma R C. Apoſtolicę, & ſic tactis &c. juravit &c Omni &c *C*.

6 Cæterum, ſi Hæredes ſunt minores 25 annis vel Pupil-
li, majores tamen ſeptem anni, & non habent Tuto-
D rem, vel Curatorem, *D* aut Creditor non poteſt hoc pro-
bare, poterit illos cogere ad comparendum legitimè, alias
eis non comparentibus deputari facere Actorem ad lites,
citando illos ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citentur N. & N ad comparendum legitimè, alias vi- 7
dendum ſibi per Dominum deputari Curatorem; ſeu
Actorem ad lites *E* ex Officio primo pro prima dilatione ad E
p. d. Inſtante NN principali, ſive &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta hac citatione, illis legitimè non
comparentibus, obtinetur Decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra ſervari ad ſecundam ci-
tationem omni &c.

Deinde fit ſecunda citatio hoc modo, videlicet

A. C N.

Citentur N & N. ad comparendum legitimè, aliàs vi-
dendum ſibi per Dominum deputari Curatorem, ſeu Acto-
rem ad lites ex officio ſecundo pro ſecunda dilatione ad p d.
Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N Notarius.

Executa, & reproducta citatione, obtinetur Decretum
videlicet.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra ſervari ad tertiam om-
ni &c.

Et fit tertia citatio hoc modo videlicet.

A C. N.

Citentur N. & N ad comparendum legitimè ad alias vi-
dendum ſibi per Dominum deputari Curatorem, ſeu Acto-
rem ad lites ex Officio tertio pro tertia dilatione ad p. d In-
ſtante NN principali, ſivè &c.

N Notarius.

Executa, & reproducta citatione, obtinetur Decre-
tum, videlicet.

NN petiit, & obtinuit; ut ſupra ſervari ad quartam
citationem &c omni &c.

Et fit quarta, & ultima citatio hoc modo, videlicet.

A C. N.

Citentur N. & N ad comparendum legitimè, aliàs vi-
dendum ſibi per Dominum deputari Curatorem, ſeu Acto-
rem ad lites ex Officio quarto pro quarta, & ſuperabun-
danti dilatione ad p. d. Inſtante NN principali, ſivè &c.

N Notarius.

Executa, & reproducta citatione, nemine exadverſo le- 8
gitimè comparente, obtinetur Decretum, & deputatio
Actoris ad lites, videlicet.

NN petiit, ut ſupra, Et tunc Dominus deputavit NN.
in Curatorem, ſeu Actorem ad lites dictorum DD NN.
dicens ei ter, utilia dd Minoribus, ſeù, Pupillis facito,
inutilia prætermittito, & indefenſos non derelinquito Qui
NN Curator deputatus ibidem præſens *F* promiſit ut ſupra, F
utilia facere, inutilia prætermittere *G* & dd. Minores, G
ſeu Pupillos indefenſos non relinquere *H* Pro quibus &c. H
ſe ac bona &c. in forma Cameræ Apoſtolicæ obligavit &c.
& ſic tactis &c. juravit, & omni &c Pro quo NN Cura-
tore NN. Ibidem præſens &c ſponte &c fidejuſſit, *I* & I
obligationi d NN. principaliter, & uti principalis inſoli-
dum acceſſit, ac ſe, & bona &c in ampliori forma R C.
Apoſtolicæ obligavit &c & ſic tactis, &c. judicavit &c.
omni &c.

Quod ſi Pupilli citandi ſint minores ſeptem annis, quia 9
non habent velle, nec nolle, & illa ætas quicquid facit
ignorat; cum ipſi citari non poſſit, citatur illorum Tutor
teſtamentarius. vel eorum Mater tanquam Tutrix neceſ-
ſaria, vel eorum Proximiores Agnati, & Cognati, &
ſi in quorum poteſtate ſunt ad comparendum legitimè in
Judicio coram Domino Judice & defendendum Pupillos,
& petendum eis deputari Curatorem, ſeu Actorem ad li-
tes; alias videndum per Dominum deputari ex Officio, &c.
obſervatis quatuor terminis ut ſupra, ſervari ſolitis con-
tra præfatos, niſi aliquis pro eis legitimè comparcat, Ju-
dex deputat illis Curatorem, ſeu Actorem ad lites ex offi-
cio *L* cum ſolita cautione de utili faciendo, & fidejuſſio- L
ne, de qua ſupra, in forma.

Quo curatore, ſeu Actore ad lites deputato, ut ſupra, 10
& illo citato ad declarandum, an dicti Pupilli, vel Mino-
res ſint, & velint eſſe Heredes NN obſervatiſque in hoc
quatuor terminis, ut ſupra ſervari ſolitis, primo pro pri-
ma, ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, & quarto pro
quar-

quarta, & ſuperabundanti dilatione, Dominus Iudex, nemine declarante, deputat, ut ſupra, Curatorem Hæreditati jacenti cum ſolita cautione, & fidejuſſione, de qua ſupra, qui Curator Hæreditati datus citatur deinde ad ſingulos Actus uſque ad finem litis.

11 At ſi quis † deceſſit in Curia & ejus Hæredes ingnorantur tunc citantur Hæredes hoc modo, videlicet.

A. C. N.

12 Citentur Omnes, & ſinguli quomodolibet intereſſe habentes vel prætendentes in Hæreditate, & bonis q. NN. exadverſo principalis: ſi qui ſint, vel eſſe velint Hæredes, ad comparendum legitimè, & acceptandum, vel repudiandum Hæreditatem dictique N N aliàs videndum per dominum deputari Curatorem Hereditati jacenti primo pro prima dilatione ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Hæc citatio datur Curſori, qui facit diligentiam de reperiendo Hæredes domi, in qua dictus N N deceſſit, & ultimo loco habitavit, & in locis vicinis, necnon per Urbem, & in locis publicis, & ſi non inveniant, facit de hoc relationem, & Judex mandat, fieri hujuſmodi diligentias per duos Curſores, qui ſit factis diligentiis non inveniunt dd. Hæredes ut ſupra, faciunt de hoc relationem, & Judex mandat fieri Proceſſum per affixionem ad Valvas Curiæ, & domicilii, ſi illud, habebat Defunctus, ſi minus ad Valvas Curiæ, & in Acia Campi Floræ, & deinde Curſor exequitur de novo dictam primam citationem per

M affixionem ut ſupra. M

Qua executa, & in Actis reproducta obtinetur Decretum, videlicet.

N N. petiit, & obtinuit ut ſupra ſervari ad ſecundum citationem &c. omni &c.

Et fit ſecunda citatio, videlicet.

A. C N.

Citentur per affixionem ad Valvas Curiæ, & in Acie Campi Floræ, Omnes, & ſinguli quomodolibet intereſſe habentes, aut pretendentes in Hæreditate, boniſque NN. exadverſo principalis, ſi qui ſint, vel eſſe velint Hæredes, ad comparendum legitimè, & acceptandum, vel repudiandum Hæreditatem d q. NN. aliàs videndum per Dominum deputari Curatorem illius Hæreditati jacenti ſecundo pro ſecunda dilatione ad p.d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione obtinetur Decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra ſervari ad tertiam &c. omni &c.

Et ſucceſſivè fit tertia, videlicet.

A. C. N.

Citentur per affixionem ad Valvas Curiæ, & in Acie Campi Floræ Omnes, & ſinguli quomodolibet intereſſe habentes, aut pretendentes in Hæreditate, & bonis q. NN. exadverſo principalis, ſi qui ſint, vel eſſe velint Hæredes, ad comparendum legitimè, & acceptandum, vel repudiandum Hæreditatem icti q. N N. aliàs videndum reputari Curatorem Hæreditati illius jacenti, tertio pro tertia dilatione ad p.d. Inſtante N N. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione obtinetur Decretum, videlicet.

NN petiit, & obtinuit ut ſupra ſervari ad quartam &c. omni &c.

Et fit quarta citatio videlicet.

A. C. N.

Citentur per affixionem ad valvas Curiæ, & in Acie Campi Floræ Omnes, & ſinguli quomodolibet intereſſe habentes, aut prætendentes in Hæreditate, & bonis q. NN. exadverſo principalis, ſi qui ſint, vel eſſe velint Hæredes, ad comparendum legitimè, & acceptandum, vel repudiandum Hereditatem d. q. N N. aliàs videndum per Dominum deputari Curatorem illius Hæreditati jacenti, quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione, ad p. d. Inſtante NN. Principali, ſivè &c.

N. Notarius.

13 Executa, & reproducta citatione obtinetur Decretum, & deputatio Curatoris Hæreditati jacenti cum ſolita promiſſione, & fidejuſſione de utilia faciendo, ut ſupra, in forma, & citatur poſtea Curator ad ſingulos Actus, uſque ad finem litis.

Si verò Defunctus deceſſit quidem in Curia, ſed condito Teſtamento, & relicto certo Hærede, qui in Curia, non reperitur, fiunt per Curſores diligentiæ, ut ſupra, de illo reperiendo & deinde illo citato per affixionem, & obſervatis quatuor terminis ut ſupra, ſi nemo legitimè comparent, obtinetur deputari Curatorem Hereditati, & bonis defuncti, N non autem Hæreditati jacenti, cum ſolita promiſſione, & fidejuſſione ut ſupra, qui Curator pariter citatur poſtea uſque ad finem litis. 14 N

Sed ſi quis deceſſit extra Curiam, & reliquit certum Hæredem abſentem ab Urbe, vel ejus Hæredes ignorentur, & judicium fuit inchoatum in Curia cum Defuncto, & non adeſt Procurator, aut alius, qui citetur in Curia, vel ſimus in alio caſu occurrente, in quo Judicium veniat nihilominus in Curia faciendum, O tunc ſi hæres eſt incertus, & ignoratur, fiet infraſcripta citatio extra Curiam tranſmittenda; videlicet. 15 O

Marius Theodolus, &c. Univerſis, & ſingulis D D. Abbatibus &c ſalutem &c Noveritis pro Parte NN principalis creditoris q NN. in ſumma ſcutorum mille occaſione, de qua in Juribus in Actis infraſcripti Notarii exhibitis; fuiſſe coram nobis comparitum, & expoſitum qualiter d. N N eius creditum præſatum omninò conſequi intendit, & ob id agere contra bona Hæreditaria d q. N N. humiliter ſupplicando quatenus ei in præmiſſis de opportuno Juris remedio providere dignaremur. Nos igitur *Marius Theodolus* &c. Vobis omnibus, & ſingulis mandamus &c. quatenus &c omnibus & ſingulis proximis Coniunctis, ſi qui ſint d. N N. & aliis quibuſcunque intereſſe prætendentibus in Hæreditate, & bonis d q N N ſi qui ſint, vel eſſe velint Hæredes eiuſdem, in eorum perſonis, ſi eas commodè habere poteritis, ſin minus domi eorum ſolitæ habitationis, præſentium copia dimiſſa, & ſi perſonæ, & domus non reperiantur per diligentias de illas reperiendo, ac per affixionem ad Valvas Eccleſiæ maioris, nec non etiam Curiæ loci, ac domicilii, in quo d. q. N N. habitavit, ſupra dicta omnia, & ſingula intimetis, & intimare curetis, prout nos per præſentes intimamus, Necnon citetis, & citare faciatis eoſdem, prout nos præſentium tenore citamus, quatenus decima die poſt executionem præſentium, ut ſupra faciendam &c. ſi illa Juridica fuerit, computanda &c. ſin minus prima die Juridica immediatè ſequente, compareant legitimè in iudicio coram nobis; ſeu noſtro in Civilibus Locumtenente, per ſeſe, vel eorum legitimos Procuratores, ad acceptandum, vel repudiandum Hæreditatem d q. N N. alias videndum deputari Curatorem Hæreditati jacenti, & ipſum citari mandari, & contra eum quoſcumque proceſſus fieri, neceſſarios, & opportunos, qui ſic arctent, & afficiant, perinde ac ſi legitimè, ac perſonaliter citatis citandis facti fuiſſent, & ad omnes alios actus deſuper neceſſarios pariter; & opportunos, uſque ad totalem, & finalem cauſæ huiuſmodi terminationem (*hic poterunt exprimi actus magis ſubſtantiales, ad quos Pars adverſa citatur, ſecundum caſus contingentiam*) Certificantes eoſdem ſic citatos, quod ſive in termino dictæ citationis comparuerint, ſive, non, Nos nihilominus, vel Locumtenens noſter ad præmiſſa alia graviora Juris, & facti remedia, etiam per affixionem citationum ad Valvas Curiæ, & in Acie Campi Floræ, procedemus, Juſtitia mediante. In quorum &c. Datum Romę &c. Anno &c. Indictione &c Die vero &c. Pontificatus &c. Anno &c.

Hæc citatio tranſmittitur ad Partes, in quibus Defunctus extra Curiam habitavit, & defunctus eſt, & ſi Hæres, aut alii, de quibus in citatione reperiuntur, eſt exequenda contra eos perſonaliter, ſi commodè fieri poteſt, ſin minus domi dimiſſa copia, alias ſi Perſonæ, & domus non reperiuntur, per diligentias, primo per unum Nuncium, ſeu Mandatarium, in die Juridica, qui debet referre, ſe feciſſe diligentiam de reperiendo præſatos per locum ſeu Civitatem, ad quam citatio tranſmiſſa fuit, & non inveniſſe, & deinde alia die iuridica duo Nuncii, ſeu Mandatarii debent facere denuo d diligentiam, & referre Notario, ut ſupra, coram Teſtibus, & ſucceſſivè Nuncius debet exequi d. citationem per affixionem ad Valvas prout in ea, & pariter referre Notario publico, qui debet omnes, & ſingulas relationes præfatas ſcribere à tergo dictæ citationis coram Teſtibus in forma publica

Digitized by Google

cum legalitate Civitatis, ſeu loci præfati, aut ordinarii dicti loci omni &c.

16 Qua citatione ad Curiam remiſſa, & in Actis cauſæ reproducta, elapſo termino in ea aſſignato, & nemine comparente, fit ad maiorem cautelam infraſcripta citatio in Curia, videlicet.

A. C. N.

Intimetur etiam per Edictum, & alias omni &c. Omnibus, & ſingulis proximis, Coniunctis, & Hæredibus, ſi qui ſint q. N N. & aliis quibuſcumque intereſſe prætendentibus, aut ſua quomodolibet intereſſe putantibus in Hæreditate, & bonis d. q. N N. ſi qui ſint, qualiter Inſtans eſt creditor d. q. NN. in ſcutis mille monetæ occaſione, de qua in Juribus, de quibus in Actis, & intendit conſequi dictum eius creditum, & ob id agere contra bona Hæreditaria d. q. NN. ideo id ad eorum notitiam deducit omni &c. Necnon citentur iidem ad comparendum legitimè, & acceptandum, vel repudiandum Hæreditatem d. q. N N vel eorum alter, ſimpliciter, vel cum beneficio legis, & Inventarii, in totum, vel in partem, alias videndum deputari Curatorem Hæreditati iacenti d. q. N, & quatenus opus ſit requiratur Curator, ſeu Actor ad lites cauſæ, & cauſarum huiuſmodi non ſolum ut ſupra, ſed omni alio &c primo pro prima dilatione ad p. d. Inſtante N N. principali ſivè &c.

N. Notarius.

Hæc citatio erit exequenda in Curia per diligentias, primo per unum, & deinde per duos Curſores, ut ſupra, facienda in loco in quo d. q. NN. habitavit, & in locis vicinis, ac in locis publicis (ſi aliquando in Curia habitavit) ſin minus per urbem in locis publicis, ac ſolitis, & conſuetis, & deinde debet exequi per affixionem ad Valvas Curiæ, & in Acie Campi Floræ iuxta ſupra tradita *in Capite præcedenti, de Diligentiis, & Affixionibus*.

17 Qua executa, & in Actis reproducta obtinetur Decretum videlicet.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra ſervari ad ſecundam citationem &c. omni &c

Succeſſivè fit alia ſimilis citatio ſecundo pro ſecunda, & deinde tertio pro tertia, & denique alia quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione, quibus omnibus executis, & in Actis reproductis, obtinetur deputari Curatorem Hæreditati iacenti, cum ſolita promiſſione, & fideiuſſione iuxta ſuperius tradita.

18 Si verò quis deceſſit extra Curiam ut ſupra, & Hæres eſt certus, ſed non reperitur, factis ſupradictis diligentiis in Curia, & extra Curiam, ac ſervatis dictis quatuor terminis per affixionem ad comparendum legitimè, & acceptandum, vel repudiandum Hæreditatem, aliàs videndum deputari Curatorem Hæreditati, & bonis Defuncti, obtinetur deputatio Curatoris d. Hæreditati, & bonis Defuncti, & non Hæreditati jacenti.

19 Sed ſi ad locum, in quo d NN Defunctus, eſt ſeù habitavit, aut in quo Hæredes, & Proximi, ac intereſſe habentes, ſeù prætendentes de quibus ſupra, degunt, non eſt tutus acceſſus, vel alia adſit iuſta cauſa, examinatis Teſtibus ſummariè ſuper non tuto acceſſu, & conſtito de illo obtinetur fieri dd. diligentias, & affixiones in duobus locis viciniorihus extra Curiam, iuxta tradita ſupra *in tertio capite, de citationibus per Edictum*, & deinde factis etiam dd. diligentiis in Curia, procedetur per affixionem, & ſervatis dd. quatuor terminis ſervari ſolitis, obtinebitur, deputari Curatorem hæreditati iacenti, ſeù hæreditati, & bonis Defuncti ſecundum caſus contingentiam, & d. Curator, ſeu Actor ad lites, citabitur poſtea ad ſingulos actus uſque ad finem litis.

20 Cæterum ſi Hæredes comparent ad acceptandum hæreditatem, citantur ipſi ad dicendum contra Jura, & facta Jurium productione iuxta ſuperius tradita *cap.* 2. citantur ad infraſcriptos, & ſingulos actus, de quibus ſuo loco dicetur.

21 Quod ſi contingat mutatio Perſonæ pro parte Actoris, debet pariter Actor legitimare perſonam ſuam, probando ſe hæredem, & talem, qualem ſe facit, & ſi Perſonæ ſint hinc inde mutatæ, debet legitimare perſonas utriuſque partis: Reus autem conventus, quando perſonæ ſunt mutatæ proteſtatur in Broliardo hoc modo, videlicet.

Pro NN. contra. NN.

In officio NN. dixit nihil fieri niſi legitimatis perſonis, aliàs proteſtatus fuit de nullitate, omni &c.

Et ſi perſonæ ſint hinc inde mutatæ, poterit proteſtari 22
nihil fieri, niſi legitimatis perſonis utriuſque partis, quo
caſu non poterit ad ulteriora procedi in cauſa, niſi in primis perſonæ legitimentur, aliàs omnia erunt nulla.

Si verò Actor non poſſit per ſe ſtare in Judicio, ut quia 23
ſit Filius familias, Minor, Pupillus, vel aliàs inhabilis
ad comparendum in Judicio per ſe ipſum, poterit Reus
proteſtari ut ſupra non audiri, niſi legitimè compareat,
cum conſenſu Partis, vel authoritate Tutoris, vel Curatoris, vel aliàs legitimè prout de Jure debet, quo caſu ei denegabitur audientia, niſi legitimè compareat.

Obſervationes.

LEgitimatio perſonarum in caſibus in quibus eſt neceſ- A
ſaria † debet fieri, & plenè probari in quocumque Ju- 24
dicio etiam ſummario, *l ſi quæramus, ff. de teſtam. leg.
non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ.* Iaſ. *in rub. Cod. qui admit.
n.4. verſ bene fateor*, quod notabile eſt in ſe verum, Crau.
*conſ.*140.*num* 1. Aſin. *in Prax.* § 28 *c* 1. *n.*2. Pereg *de fideic.
art.*43. *num.*60. etiam in iudiciis executivis, Sal. Tib. *in
Prax lib* 1 *c.*44. *n.*3. Rot. poſt Zacch *de Oblig. Cam. dec.*76.
*n.*6. Beltram ad Greg. *dec.* 264. *nu.*5. Buratt. *dec.*98. *num.*1.
& dec 434 *num.*6.

Sed hoc procedit, parte opponente, nam ſi Hæres con- 25
ventus neget ſe hæredem, utrique eſt ab Actore probandum, Suar. *in repet. ad lecturam l. poſt. rem iudicatam ente nſ.* 2.
num. 3. ubi dicit ſe ita ſervaſſe in Praxi. *ff. de re. iud* Alex.
conſ 72 *num.*1. *& 2. lib* 5. Galleſ *de oblig Camer q.*4. *num.*18.
Saluſt. Tib. *d. lib.* 1. *c.*44 *num.*4

Etiam ſi reus conventus ſit Filius, nam non ſufficit pro- 26
bare aliquem eſſe filium, cum ipſe neget, ſe hæredem,
quia non præſumitur, cum potuerit abſtinere, *l cum hæreditate 55 ff. de acquir. hæred. nam. nec emancipatas 91 ff de leg.
1. l ſi cum dotem 23 §. transgrediamur in fin. ff. ſolut. matrim.*
ubi Gloſs. *ultima*, & Buratt. *num.*3. Bald. *num.*3 Caſtr *num.*
3. Alex. *num.*10. *verſ. in* Gloſ. *in ver. exiſteret*, Bartol *in l.
neceſſariis num* 1 *ff. de acquir. hæred.* Jaſ *in l. filio pater* 89. *nu.*
22 *in* 6 *not ff de leg* 1.

Et quod non ſufficiat probare aliquem eſſe filium, quia
illud Apoſtoli ad Galat. 4. ſi Filius ergo heres † de quo memi- 27
nit Gloſs. *in l.* 1. *Cod. ſi Min ab hæred. ſe abſtin.* procedit legis
declinatione, Jaſ. *in l. plane, §. ſi duobus, num.* 19 *ff. de
leg.* 1. Et quantum ad nomen, non quantum ad commodum,
& incommodum, Gloſs. *in d. l.* 1. *C. ſi Min ab hæred ſe abſta.
in ver. ob rem*, Sal. Tib *d lib.* 1 *cap* 44. *n.* 5. Et in favorabili-
bus † Magon. *dec. Lucen.* 38 *n* 25. non in odioſis, quando 28
ipſe convenitur, Bald. *conſ.*304 *prima ratio in fin lib* 3.
Alex. *conſ.*104. *n.*1. *lib.*4 *& conſ* 34 *num* 5. *lib* 3. *& conſ* 173.
num. 1. *lib.*6. Rolan *conſ* 20 *num.*17. ubi de communi *lib.*1.
Magon *dec. Lucen.* 62. *num.*11. Bonſerin ad Magon *dec.
Lucen.* 38 *lit* E. ubi de communi, & magis communi teſtantes allegat, Saluſt Tib. *dict. cap.*44. *num.*5

Sed bene illud dictum ſi Filius ergo hæres, procedit, ſi 29
ipſe vult eſſe hæres, quia tunc ceſſat beneficium abſtinen-
di, Alex. *conſ.* 34. *num.*4. & 5. *lib.* 3. *ubi Apoſtilla in verbo
favor*, & ob id ſi Filius agit uti hæres Patris, præſumitur,
& ſufficit eius ſola declaratio, † nec tenetur aliter proba- 30
re ſe hæredem, Buratt. *in d l. neceſſariis n.*1. *ff de acquiren.
hæred.* & ibi etiam Alex *n.* 5 *verſ. ſed Raphael, & verſ. non
obſtat etiam*, Abb. *conſ.* 54. *n.*4 *verſ & ex his concludo lib.*1.
Iaſ *in l filio pater n.*16. *ff. de leg.* 1. Magon. *d deciſ* 38. *n* 25.
& ibi Bonſerin *lit. E. & d dec.*62 *num* 11. & ibi Bonſerin.
lit. D. ubi quod iſta conſequentia valet indiſtinctè omni 31
Jure inſpecto, Saluſt. Tib. *d. c* 44. *num* 5 quod tamen non
procederet, † ſi Filius eſſet infans, ea quo non habet velle,
nec nolle, *l. Pupillus ff de acq hæred. l. ſi infanti, §.* 1 *C.
de tut. de lib.* cum aliis allegatis per Soc *conſ.*116. *n* 14 *l.*1.

Cæterum exceptio legitimationis, ut ſupra oppoſita, 32
impedit proceſſum in caſibus; in quibus legitimatio eſt
neceſſaria, Marant. *de ord Iud. cap* 4. *diſt.* 20. *n.*17. *& p.*7.
*memb.*6. *n.*2. Buratt. *dec.*337. *n* 20. & inducit nullitatem,
niſi perſonæ legitimentur, Aſyn. *in Prax.* §. 31. *in quinta
ampliat.* 16 *ampliat. princ. ſub n.*3. Greg. *dec* 223 *n* 3.

Sed parte non opponente, ſivè cauſa ſit ſummaria, ſivè 33
executiva, non eſt neceſſe legitimare perſonas, *DD. in l.* 2
C. de edict. D. And. Toll. & præcipue Jaſ. *ſub n.* 4. *& n.*7.
in fin Idem Jaſ. *in Rub. C. qui admitt. num* 4 Gerar. *ſing.* 23.
in princ.

Digitized by Google

in princ. Saluſt Tib. *d.l* 3. *c.*44. *num.*4. Boer. *dec.*575. *n* 19.
34 In cauſis verò ordinarlis † Saluſt. Tib. *d cap* 44 *num.*4.
tenet perſonas Hæredum eſſe legitimaudas, etiam parte
non opponente, ſivè Hæres ſit Actor, ſivè Reus. Sed con-
35 trarium † videtur verius, quod Parte non opponente pro-
ceſſus valeat, Bald. *in l. non ignorat n* 2. *C. qui accuſ. non poſſ.*
Lanfranc *dec.*513 *quæ eſt ultima*, Rot. *dec.*307 *n.*7. *p* 1 *recent.*
Greg *dec* 88 *n.* 1 cum aliis allegatis per Beltramin. ad Greg.
dec 264 *num* 6 Buratt *dec* 785. *num* 2.
36 Opinio vero Saluſt. Tib. videtur poſſe procedere, quan-
do non adeſt contra dictor, ſecus ſi adeſt, & non opponit
arg. in ſpeciali l. quos prohibet, *ff. de poſtulan.* Jas. *in Rubr C. qui
admitt n.*4 Boer. *dec* 175. *n* 19. Rot. *d. dec.* 307. *num.*7. Bel-
tram. ad Greg *d. dec.* 264. *num.*6.
37 Qui verò aliquem uti hæredem, vel aliàs uti talem con-
venit, & cum eo tanquam perſona legitima judicium pro-
ſequitur, cenſetur eum pro perſona legitima approbaſſe,
undè non eſt neceſſe, quod ſic approbatur legitimet tunc
perſonam ſuam, Buratt. *dec.*749. *n.*22. *& deciſ.*785. *n.*3. ſic
38 etiam, † qui cum aliquo Procuratore fuit litem conteſtatus,
non poterit amplius opponere, quod non poſſit agere, vel
eſſe Procurator, quia cenſetur illum pro tali approbaſſe, &
Procurator per litis conteſtationem efficitur dominus litis,
dummodo per ſeſe in judicio eſſe poſſit, Vant. *de nullit. defect.
in hab n* 135 *verſ. exceptio* autem.
B Hæreditas, quæ nihil aliud eſt, quàm ſucceſſio in uni-
39 verſum jus Defuncti, *l. hæreditas*, *ff. de reg. jur. nihil*, *ff. de*
40 *ver ſing* antequam Hæres illam adeat, dicitur jacens, † quia
non hæredem, ſed Defunctum repræſentat, *l. hæreditas
enim*, *& l. hæreditas in multis. ff. de acquir. rer. domin l mortuo*,
ff. de fidejuſſ Bartol. *in l. uſus fructus*, *ff de ſtip. ſeru.* Rom. *conſ.*
158. *n* 5. *verſ. & hoc iſtis probo rationibus.*
41 Et hodie propter beneficium abſtinendi ex edicto Prętoris,
dicitur hæreditas jacere, donec doceatur de aditione, quia
Sui ex dicto beneficio rediguntur ad inſtar Emancipatorum,
l nam nec Emancipatus, *ff. de leg.* 3. undè ſicut ſi quis decedit
42 relictis Emancipatis, † hæreditas dicitur jacere, donec
conſtet de aditione, ità eodem modo dicitur jacere, ſi quis
decedat relictis ſuis, *arg. §. neceſſarii*, *Inſtit. de hæred. qual.
& diff.* Nam ob dictum beneficium requiritur etiam in
ſuis animi declaratio ex ipſa immixtione, Dec *conſ.* 622. *n.*
21 *de communi*, Abb. *in c.* 1. *n.*3. *de ſolut* & de magia com-
muni teſtantur Jaſ. *in l et qui ſe immiſcuit n* 5. *ff. de acquir.
hæred.* & poſt alios Guttier. *in rep §.* 5 *ſui n* 105. Inſt *de hæ-*
43 *red qualit. & diff.* adeò † ut ſi Creditores Patris agerent con-
tra Filium, & non probarent immixtionem, ſuccumbe-
rent, etiam ſi non conſtaret de abſtenſione, quod in Praxi
pro cautela poſt, Ang. *quem allegat*, tradit Jaſ. *in d. l. et qui
ſe immiſcuit n.*1. & ita in Praxi ſervari teſtatur, Gut. *in
d. §. ſui n* 105. *& n.*196. ubi quod hoc non ſolum procedit
quando Filius negat ſe hæredem, quo caſu ſumus in claris,
ſed etiam quando Filius comparet in Judicio, & non fate-
tur, nec negat ſe Hæredem in quibus terminis procedit d.
magis communis opinio.
44 Et dicitur propriè hæreditas jacere, donec eſt ſpes hære-
dis, qui velit adire, Bartol. *in l ſi quis hæres inſtituatur* la
grande, *ff. de hæred inſt.* Rot *dec* 728. *n* 53 *part.* 1. *diverſ.*
45 quando autem non eſt ſpes hæredis, qui velit adire hære-
ditas aſſumit nomen bonorum vacantium, cum deſinat eſ-
ſe tunc hæreditas, Agn. *conſ.* 334 *num* 2 *& ſeq* Ubi quod tunc
non repræſentat perſonam Defuncti, nec Hæredis.
46 Et quoniam Hæreditas jacens eſt quædam perſona ficta
Defunctorum repræſentans, quæ citari non poteſt, ideo ſi
quis velit contra illam agere, curare debet, ut illi Curator
à Judice deputetur, qui citari valeat, jux. tex. *in l.* 1. *ff de
cur. bon dand. l fidejuſſ quib. ex cauſ. major* Alex *conſil* 100. *n.*
10 *lib* 5. aliàs contra eam agi non poteſt, & occupatio bo-
norum Hæreditariorum eſt nulla, Greg. *dec* 206. *num* 6.
Duran *dec* 83. *num* 9.
47 Nec eſt omittendum, quod etiam Hæres cum beneficio
legis, & Inventarii pro conſequendo ejus credito, nè agat
contra ſe ipſum, poteſt petere, ut detur Curator Hære-
ditati acenti, ſi jacens eſt, & datio huiuſmodi valet, Bald.
in l fin. § in computatione num 4 *Cod de jur de lib.* Caſſan *conſ.*
22 *num* 14 quem ſequitur Rolan *de Invent in* 10 *utilit num.*
17 *& ſeq fol.* 32. *& ſeq* Card. Tuſc. *lit. H concl* 23 *num.*3.
48 Ad hoc autem ut datio Curatoris Hæreditati jacenti va-
leat plura requiruntur.

Primo quod detur ad inſtantiam maioris partis Credito-
rum, Capic. *dec* 87 *n* 1. *&* 2. Cavaler. *dec.* 214. *n* 4. ſed de fa-
cili poteſt huic requiſito ſatis fieri, ſufficit enim, ut detur
ad inſtantiam maioris Partis eorum, qui agunt in proceſſu,
Capt. *dict dec.* 87. *n.* 1. *verſ. quo ad primum*, adeo quod ſi unus
tantum agit, ad eius inſtantiam detur Curator, & ita quo-
tidie practicatur in hoc Tribunali.
Secundò quo nominatim citentur illi, quos tangit prima 49
cauſa ſucceſſionis, Fulgoſ *conſ* 190. *col* 3. *verſ. item cum ipſa*,
Alex. *conſ* 107 *num.* 5. *&* 2. *lib.* 5. Capic. *d dec* 87. *n.* 1. Caval.
d. deciſ. 414. *num* 4 ſi vero Hæredes ſint incerti ſufficit citatio
generalis per proclama, Sal. Tib. *d c* 27. *verſ quod ad ſe-
cundum*, vel per edictum, Capic *dict dec* 87 *num* 2.
Quinimo etiam ſi adſit Filius, debet & ipſe citari nomi- 50
natim, Bald. *conſ* 340. *verſic nam cum*, *& verſ ſed tamen*,
& verſ item non fuit lib. 2 Capic. *d. dec* 87 *n* 1 *verſ ſecundum*,
& verſ. tertium, nam licet Filiis exiſtentibus non dicatur
Hæreditas iacere, quia Suitas inducit continuationem do-
minii abſque alio medio, *l. in ſuis*, *ff de iur delib.* Duran.
dec 15. *num* 6 nihilominus ſtante beneficio abſtinendi, utri-
que ipſis citatis poterit dari Curator Hæreditati iacenti,
Guettier *in repet dict § ſui num* 507 *& num* 109. *Inſt de Hæ-
red. qual. & diff* Borgain *de Tut. cap* 2. *num.*100. quos refert,
& ſequitur, Duran *d. dec.* 15 *num.*7.
Tertiò requiritur, quod præmittatur citatio ad deli- 51
berandum, & declarandum an ſint, vel velint eſſe Hære-
des, & aſſignetur Extraneis tempus centum dierum, Suis
vero ſaltem unius anni, Bartol. *leg ſi die*, *ff ex quibus cauſ.
maior.* Capic. *dict deciſ.* 87. *num* 2. Saluſt. Tiber. *dict l.* 3.
cap. 27.
Sed Judex poteſt huiuſmodi tempus moderari arbitrio 52
ſuo, Capie *d dec.* 87 *num.*3. Sal. Tib. *d. lib* 3. *cap.* 27. *verſ.
quo ad tertium*; & † in Tribunali A. C. ſervatis quatuor termi-
nis ad declarandum ſervari ſolitis, primo pro prima, ſe-
cundo pro ſecunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta,
& ſuperabundanti dilatione, qui ſucceſſivè unus poſt alium,
& ſinguli ad primam diem, ut ſuprà ſervari ſolent, Judex,
citatis non declarantibus, deputat Curatorem hæreditati ia-
centi iuxta praxim Sal. Tib. *lib* 1 *c* 54. *& lib.* 3. *c.* 25. & ita
in dies practicatur.
Nec obſtat quod Jus adeundi duret triginta annis *lib.* 53
licet, & ibi D D. C *de jur delib.* Quia huiuſmodi tempus
poteſt per Judicem abbreviari, & minui eius arbitrio *l. ſi
Curatoris*, *C. de Iur delib.* Guttier. *in d. rep §. ſui n.* 109. *verſ.
ſed contra*, quem ſequitur Duran. *d dec.* 15. *n* 7. cum aliis ſu-
pra allegatis.
Hæc tamen moderatio tantum procedit ad effectum, 54
ut detur Curator Hæreditati iacenti, cum quo Credito-
res poſſint iuridicè procedere, & de eorum Credito ex
bonis Hæreditariis ſatisfieri, non autem ut Filii, aut aliis,
ad quos ſpectat, ob dictam non comparitionem Hæredi-
tas auferatur, ſi poſtea tempore durante, d Jure adeun-
di uti velint, Guttier. *in d. rep. §. ſui num* 9. Capie. *d. dec.*
87. *num.*3.
Cæterum ſi Hæreditas fuit adita, ex quo non eſt am- 55
plius jacens, deputatio hujuſmodi Curatoris non valet,
Caſtren *conſ* 390 *n.* 1. *verſ ex quibus l.* 1. Fulgoſ. *conſ.* 190 *col.*
3. *verſ. ſed ex alio capite*, quod tamen procedit, quando
Hæres non fuit citatus ad declarandum, aliàs ſecus, Ful-
goſ. *d. conſ.* 190 *col* 3 *verſ. autem cum ipſa*
Quartò requiritur quod Curator conficiat Inventarium, 56
Capic. *d dec.* 87 *n.* 1. Cavaler *d dec* 414. *num* 4
Sed aut iſte Curator habet adminiſtrationem bonorum
Hæreditariorum, & tunc ſine dubio tenetur facere In-
ventarium, in quo conficiendo attenditur conſuetudo lo-
ci, in quo fit. Sal. Tib. *in Prax. lib* 3. *c* 22 *n* 4. *& d c.* 57.
verſ. quo ad quartum, Duran. *dec.* 387 *n* 1. Aut non habet
adminiſtrationem, ut quia ſit datus ad certam litem, vel
certum actum, & tunc non tenetur conficere Inventa-
rium, cum nihil recipiat. *l. ad protegendum C de in litem
dando Tutore.* Vant. *de null. def. in hab.* 145 Buratt. *dec.*
385 *num.*10.
Quinto requiritur, quod Curator ſatiſdet præſtando 57
idoneum Fideiuſſorem, Capie *d dec.* 87. *n.* 1. Cavaler. *d.
dec.* 414 *n* 4 Sal. Tib. *d. cap.* 27 *verſ quo ad quintum*, & hoc
ita obſervatur in hoc Tribunali A C ſivè Curator ſit ge-
neralis, ſive particularis ad certum actum, ſive ad certam
litem, qui etiam de Jure ſatiſdare tenetur, *leg. de creatio-*

nibus C.de Epiſc. audien l.& ſi ad ſpecies, & ibi Gloſ *ff rem.*
pupil ſal for. Mandoſ. *in form.4. commiſ. in verbo Curatorem*
ad lites verſ unum valde notabile, Oldrad. *conſ* 59 *in fin.*
Ang *conſ.*19; Alex.*conſ.*163.*l* 5 Capell Toloſan. *deciſ* 246.
Item ſi Curator, Galganett *de Tut.lib.2 tit.1.num.*11.
58 Hoc tamen non procedit de Stylo Rotæ, nam in illo
Tribunali Curator ad lites de Stylo non ſatiſdat, Man-
doſ *in d. form.4 commiſ in verb.Curatorem ad lites verſ unum*
valde notabile, Achil *dec* 1. *Jud Put.dec* 130 *n* 5 *l.2. incor-*
rect. Buratt *dec* 524. *n.*10
C Nec eſt omittendum quod in ipſo actu deputationis Cu-
59 ratoris debet ipſe promittere utilia facere, inutilia præter-
mittere, & Hæreditatem indefenſam non relinquere, &
Fidejuſſor pro eo ut ſupra dandus quod ipſe præmiſſa adim-
plebit, fidejubere, Sal. Tib. *d.l.* 1 *cap* 55. *n* 5 & ita in dies
obſervatur.
D Tutor datur principaliter perſonæ Pupilli, ſecundario
60 autem rebus. Curator verò datur principaliter rebus, ſe-
cundario autem Perſonæ, §. *certe autem*, ubi Gloſ. *in verbo*
perſonæ Inſt. qui teſt. tut. dari poſſ l. in copulandis C. de nu-
ptiis, Alex *conſ.* 44 *n.*16. *verſ. nam videmus l.*5.
61 Non poteſt dari Tutor certæ rei, vel cauſæ *d.* §. *certæ*
Inſt. qui teſt. tut. dar poſſ. Oſaſc *dec* 89. *n.*3. & 5 Sed bene
poteſt dari Curator, §. *item inviti Inſt. de Curat.* Oſaſc. *d dec.*
89 *n.*6.
62 Nec etiam poteſt dari Tutor Pupillo Tutorem habenti,
l cum Jure. C. *qui pet.tut. l licet. C in quib caſ tut. habenti*,
nec exiſtenti in poteſtate Patris, vel Avi, *Inſt. de Tut. in*
princ Socc. Jun. *conſ* 79. *n* 9 *a lib* 3.
63 Datur tamen Pupillo Tutor Attilianus, ad hoc ut ille
validè poſſit adire Hæreditatem, Cavaler. *dec* 207. *n.*4.&
ut poſtea Tutor teſtamentarius adminiſtret, nam ante adi-
tam Hæreditatem tutela teſtamentaria non confirmatur,
64 ſed † per additionem recipit robur. *l ſi nemo*, & *l. ſi Hæredi-*
tas ff de teſt.tutel Cavaler *d.dec.*207 *n.*1 & 4.
65 Et Litigans cum Tutore debet habere copiam tutelæ, &
Inventarii, Bart *in l. ſi Tutor n.*2. *C. in quib cauſ. reſt. in*
integ. Greg. *dec* 574 *n.*4 & 5. alias ſi Pupillus opponat, &
de prædictis doceri non poſſit, ſed non doceatur, geſta con-
tra Pupillum erunt nulla Greg *d dec.*574. *n.*1. & *ſeq.*
66 Unde quando vel tutor non adeſt, vel non confecit ſo-
lemnia, vel Pupillus non audivit, aut aliàs Tutor non po-
teſt adminiſtrare, debet Litigans inſtare, ut Pupillo Cu-
rator ad lites per Judicem deputentur, quod fieri poteſt, *l.*
Curatorem ff de auth Tutor. §. *fin Inſt. de auth.tut.* Soccin.jun.
conſ 46 *n.*4 & 6. *lib* 1. Afflict. *dec.*256 *n.*2. Cavaler *d.*
*dec.*207 *n* 2. & *n.* 3. ubi quod hoc procedit ſivè Pupillus
agat, ſive conveniat, ſivè habeat litem cum Tutore, ſivè
conveniatur.
67 Sed iſte Curator non poteſt ea, quæ Pupillus non po-
teſt facere, niſi Autore Tutore, quæ deſiderant Juris ſo-
lemnitatem, prout eſt aditio Hæreditatis, *l. ſi Curatorem*,
ubi Bart. *ff. de auth tut.* Cavalar. *d. dec.* 207. *num* 3. & ob
68 id † in caſu occurrente poterit ei dari Tutor ſpecialis ad ade-
undam Hæreditatem, *l. impuberi*, *ff de tut. curat. dat ab*
his, Bart. *in l. cum una*; §. *Tutor*, & ubi Cuman. *n.*1. Ca-
ſtrenſ *n* 2. *in fin.* & Io de Imol *n* 2 *ff de appellat*, nec dictus
Tutor tenetur conficere Inventarium, cum non habeat ad-
miniſtrationem ut per Imol *in d.* §. *Tutor n.*2
E Licet Curator non detur Minori invito, §. *item inviti*
69 *Inſt de Curat* hoc tamen non procedit in Curatore ad lites
qui datur etiam invitis, *d* §. *item inviti*, Vant. *de null. def.*
in hab. n. 144 Vrſill. ad Afflict. *dec.* 256. *n.* 1. & *ſeq.*
70 Debet igitur Minor non habens Tutorem, vel Cura-
torem citari ad comparendum legitimè, & eo contumace
Judex debet illi deputare Curatorem, ſeu Actorem ad lites,
*l.*1. *ubi DD. C qui pet. l.ait prætor verſ & ideo*, & ibi Gloſ.
in verb ex conſtitutione, & Bald & *alii ff de minor.* Vant.
de null defect in hab. n 144. & *quibus mod ſent. null. n* 76.
Afflict *dec* 256. *num* 2. & *dec* 262 *n* 2. Gutier. *de tutel.*
p 2 *c* 4 *n* 10 & alii quos ſequitur, Buratt. *dec.*524. *num.*8.
quod procedit etiam ſi Minor habeat Tutorem, vel Cura-
71 torem. & non poſſit exibere ſolemnia, quia † paria ſunt
non habere Tutorem, vel Curatorem, & non poſſe pro-
ducere inſtrumentum ſolemne tutelæ, vel curæ, Afflict. *d.*
dec 256 *n.* 3.
72 Cæterum de Stylo Curiæ, & Tribunalis, A. C. obſer-
vantur quatuor termini contra Minorem ad comparendum
legitimè, aliàs videndum ſibi deputari Curatorem, Vide-
licet primo pro prima, ſecundo pro ſecunda, tertio pro
tertia, & quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilationa,
unus poſt alium, & ſinguli ad primam, & eo legitimè non
comparente, Judex iſtante parte deputat illi Curatorem,
ſeu Actorem ad lites ex officio, Sal. Tib *in Prax.lib.*1.*c.*54.
*n.*8 & *lib* 3 *c* 25 *n* 7 & ita quotidie practicatur.
Sed Rota in deputatione Curatoris facta in ſupremo illo 73
Tribunali parum videtur curare de ſervatione terminorum,
ex quo ſola monitio ſufficit iuxta *text. in leg.*1. *C. qui pet.tut.*
Burat. *dec* 524 *n* 9.
Debet Curator, ſeu Actor ad litea, quando deputatur F
per iudicem, ſivè deputetur Minori, ſivè Hæreditati, ſivè 74
alteri eſſe præſens, *leg* 3 §. *ſi Pupillus*, ubi Jac. de Arem. &
Bart *ff. de tutel.* Aufrer ad Capell. Toloſ. *dec.*72. Gaill *ob-*
ſerv. 108 *n* 5 *l.*2. Sal Tib *l.*3 *c.*25. *n* 5.
Et ulterius debet promittere utilia facere, & inutilia G
prætermittere, & alia ad quæ tenetur adimplere, *leg. de* 75
creationibus, *C de Epiſcop. aud l.* & *ſi ſpecies* ubi Gloſ. &
Bart *ff. rem Pupilli. ſal for.* Aret. *in* §. *n.*10. *Inſt. de Curat.*
Aufret. ad Capell Toloſ. *dec.*72. & *dec.*246. Crav. *conſ.*540.
n 1. & 3 Vant. *de nullit def in hab. n.*146. Gall. *d. obſerv.*108.
*n.*10. *lib.*2. Galgan *de tutel. lib.*3. *q.*19. *n.*7. Sal. Tib. *d.l* 1 *c.*
53 *n* 5 Buratt. *d. dec.*524. *n* 8.
Necnon etiam debet promittere, & jurare Minorem, H
ſeu etiam cui deputatur, indefenſum non relinquere, *leg.* 76
ult. §. *defenſionem* ubi Bart & *alii C de adminiſtr.tut.* Aldob.
conſ. 140 *n.*5. ubi in fin teſtatur de magis communi, & de-
bet iurare tactis &c. aliàs actus eſt nullus, Signorol. *conſ.*
250 *n* 6. *verſ item*, & *verſ tamen.*
Et denique debet ſatiſdare, ſeu fidejuſſorem præſtare, I
Ang *in l* 1. *C. qui pet. tutor.* Alex. *conſ.*129 *num.*3. *l* 1. & *conſ.* 77
153. *in princ. verſ. tamen l* 5. Sal Tib. *d. lib.*1. *c.*54 *n* 5. & *d.*
*l.*3 *c* 25. *n.*5. aliàs datio Curatoris eſt nulla ex præallegatis,
§. *fin.* & *ibi not. in* Auth. *ut ij*, *qui oblig.* Alex. *conſ.* 80. *n.*13.
& *ſeq l* 5 Aretin. *in* §. *actionum*, *n.*34. *Inſt. de act.* Vant. *de*
*nul. defect. in hab n.*128. & *n.*148. Galgan. *de Tut l.*2. *tit.*5.
*n.*17. & *ſeqq.*
Si pupillus ſit minor ſeptennio, quia illa ætate quicquid L
videt ignorat, Afflic. *dec* 262. *n.*4. Oſaſc. *dec.*89. *n.*2. & Cu
rator † ad lites non datur niſi petenti, *l qui habet* § *ſi Pupil-* 78
lus, & ibi Bartol. *ff de tut.* Maran. *de ord. Jud. p* 4 *diſt* 16. *n.* 79
36. Oſal. *d. dec.*89. *n* 1. Afflict *d dec.*262. *n* 5. Sal. Tib. *d l.*3.
*c.*25. *n.*10. & *ſeq* & infans † non poteſt citari ad legitimè 80
comparendum, Vant. *de nullit. def. in hab. n.* 13. *verſ. hinc*
eſt, & *de null def citat. num.*69. Afflict. *d. dec.*202. *n.*2. & *n.*4.
& *dec* 366 *n.*15. & *dixit* Rot. in Cortonen. *bonorum* 28. *Iunii* 81
1589. *coram bon. mem. Cardin. Platto*, per conſequens † nec 82
Curator ad lites Infanti dari poterit, Marant. *dict. diſt.*16.
*num.*36. Oſaſc. *d. deciſ.*89. *n.*1. Afflict. *d. deciſ.*262. *n.*4. unde
† in hoc caſu debet citari Mater Infantis, necnon debent 83
citari ejus Agnati, Cognati, Coniuncti, & Amici ad
comparendum legitimè in Judicio coram Domino, & de-
fendendum infantem, & petendum illi dari Curatorem,
ſeu Actorem ad lites, aliàs videndum illi per Dominum
deputari Curatorem ex Officio, Marant. *dict. diſt.*16 *num.*
36. Bald *conſ.*340 *in fin verſ. Præterea*, *lib.*2. Afflict. *dict.*
*dec.*262. *num* 2 Oſaſc *d dec* 89 *num.*6. & *ſeq* Saluſt. Tiber. *d.*
*l.*1. *cap* 54 *num.*9. & *dict. l* 3 *cap* 25. *num.*9. Ferentill. ad Bu-
ratt. *qui alios cumulat deciſ* 525. *num.*12. & tunc, ſervatis
contra prædictos quatuor terminis, ut ſupra de Stylo ſer-
vari ſolitis, validè poterit per Judicem Curator ad lites In-
fanti deputari, Sal. Tib. *d l* 3 *c.*25. *n* 9. & 10.
Et lites regulariter in Praxi tres † citationes, ſeu termini
ad comparendum, ut ſupra, ſufficere videantur in depu-
tatione huiuſmodi Curatoris, ut per Oſaſc. *d. dec.*89. *n.*8.
nihilominus de Stylo in hoc Curiæ A. C. Tribunali d. trinæ
citationi debet addi quarta pro quarta; & ſuperabundanti
dilatione, prout paſſim obſervatur.
Curator autem ad lites, ut ſupra deputatus, poteſt fa- 84
cere ea omnia, quæ poteſt Tutor, niſi talia ſint, quæ Juris
ſolemnitatem deſiderent, prout eſt aditio Hæreditatis,
nam tunc Curator non ſufficit, cum Pupillus non poſſit
adire niſi Authore Tutore, *l. Curatorem* ubi Gloſ. & Bar.
ff. de Author. Tutor.
Si verò Infans ſit adhuc in Utero, & nondum natus,
hoc probato Judex deputat Curatorem Ventris, *leg.* 1. §.
quoties, *ff. de ventr. in poſſ. mitt.* datur etiam bonis Ventris
nomi-

Digitized by Google

nomine, *l bonorum ubi gloſs ff de Cur. Furioſ* & dari ſolet
ad iſtantiam Mulieris prægnantis, *jux trad per* Sal. Tiber.
d lib 3 c 24 per tot.
86 Sed ſi Mulier non petat hujuſmodi Curatorem, pote-
rit citari ad inſtantiam Creditorum ad comparendum legi-
timè coram Domino, & defendendum Ventrem pregnan-
tem, & petendum illi Curatorem, ſeu Actorem ad lites,
aliàs videndum per Dominum deputari ex Officio, & ob-
ſervatis contra eum quatuor terminis ſervari ſolitis, Judex
ea contumace, deputabit Curatorem ad lites Ventri præ-
gnanti, prout ſupra dictum eſt de deputatione Curatoris
Infanti minori ſeptennio ex identitate rationis, *arg l. illud,
ff ad l aquil cum ſimul.*
87 Quod ſi Citandus ad declarandum, ut ſupra, an ſit, vel
velit eſſe Hæres, ſit furioſus, fatuus vel mentecaptus, erit
illi in primis dandus Curator, ſeu Actor ad lites. cum
quoad hoc idem jus ſtatuatur in Furioſo, quod in Mente-
capto: Furioſus namque eſt mentecaptus cum ſęva dementia
Mentecaptus verò cum quieta dementia, Rot. *deciſ* 273.
num 1 poſt conſ crim Farinac *lib* 2. cum tamen quilibet præ-
88 ma ur ſanæ mentis, debet † furor, ſeu dementia, ab alle-
gante probari, Rot *d dec.* 273. *n* 2.
89 Solet aliquando dari Curator Furioſo, & mentecapto ad
inſtantiam Proximorum, conſtito ſummariè, & extraju-
dicialiter de furore, ſeu dementia, examinatis Medicis,
& Peritis, & cum cauſæ cognitione, *l. obſervare, & ibi*
Bald *ff de cur fur* Sal Tib *d. l 3 c 25. n. 14*
90 Sed ſi Furioſus, aut Mentecaptus non habeat Curato-
rem, & Proximi non iſtent, ut illi detur, tunc ſi Credito-
res velint agere contra eum, probato furore, ſeu dementia
ac citatis dd. Proximis, & coniunctis ad comparendum le-
gitimè, & defendendum Furioſum, ſeu Mentecaptum, &
petendum illi Curatorem, aliàs videndum per dominum
deputari ex officio, obtinebant deputari illi Curatorem,
91 juxta ſuperius † tradita de Curatore deputando Infanti; nam
Furioſus, & Mentecaptus illi ęquiparantur, *§ ſed quod di-
ximus Inſt de inut ſtip l. 1. & quod ſi infans, ff de rei vend.*
92 Vant. *de nullit def. in hab n 15. & ſeq* qua æquiparatione †
ſtante videntur Propinqui Furioſi, vel Mentecapti citandi
de neceſſitate ad inſtar Propinquorum Infantis, ex quo mi-
litant eædem rationes in utriſque, nam Curator non datur
niſi petenti, & Furioſus, & Mentecaptus illum petere
non poſſunt, dum neſciunt, quid agunt, & intellectu ca-
rent, ut per Vant. *ubi ſupra, n 15* licèt Caſtren. *in l. is cui
bonis, n 6 ff. de verb oblig.* crediderit Propinquos Furioſi,
& Mentecapti eſſe tantum de benignitate citandos, & ex
93 eiſdem † rationibus arguendo ab Æquiparatis, quod argu-
mentum in Jure eſt validum, ut per Everard *in loco ab Æqui-
94 paratis*, non erit neceſſe † in hujuſmodi deputatione Cura-
toris citare ipſum Furioſum, & Mentecaptum prout citari
non oportere dixerunt, *in d l is cui bonis* Ang *n. 9* Caſtr *ſub.
n 6* quos refert, ſequitur Alex *conſil 86 n. 6 lib 2.*
95 Dandus etiam erit Curator Prodigo ad inſtantiam agere
volentium contra eum. nam, & ipſe Curatore indiget,
l. 1. §. ſolent, ff de curat fur. Boer *deciſ* 23. *num* 35. is nam-
que, cui bonis interdictum eſt in multis æquiparatur Furio-
96 ſo *dict l. 1. § ſed ſolent* quia in bonorum, & rerum ſuarum ad
miniſtratione eſt furioſus, *l is qui, § fin ff de tut. & cur dat.
ab his*, Fed de Sen *conſ 31 n 2 verſ præterea alia ratione*,
quinimò potius æquiparatur Pupillo, *l cui bonis, ff de no-
vat l certi § item quæri, ff ſi cert petat.* Fedric. de Sen *dict.
conſ 13 n 2 verſ. item Prodigus*, Vant *de null def. in hab n
97 19 & ſeqq* Requiritur tamen † in hujuſmodi datione Curato-
ris Prodigo cauſæ cognitio, *l. ubi obſervare*, ubi Bald. *ff. de
98 cur fur.* Cavai *dec* 273. *n.* 3. & eſt ad id † Prodigus de neceſ-
ſitate citandus, Apoſtill. ad Alex. *d conſ* 86. *n* 6. *verſ. quod
autem, in verbo præallegata l* 2. ubi dicit omnes ita tenere,
Cavai *d dec.* 273. *num* 4 & 5.
99 Muto pariter, & Surdo, qui non omninò audit, quia
æquiparatur Infanti, & Furioſo ex identitate rationis, Cu-
rator dari debebit, *l 1. § fin. ff de act. & oblig* cum aliis alle-
gatis per Vant *de null def in hab n 25 & ſeqq.*
100 Cæcus autem poteſt eſſe in Judicio ſine Curatore, *l 1. §.
caſum, ff de poſtul.* Vant *ubi ſup n 27.*
101 Sed non omnes poſſunt eſſe Curatores, nam Debitor,
& Creditor alicujus non poteſt eius eſſe Curator, Auth.
102 *Minoris C qui dar tut. vel cur poſs.* prout † nec Cecus, *l.
luminibus, C qui dar cut poſs.*

Mul et ſimiliter non poteſt eſſe Curatrix ob ſexus infir- 103
mitatem, *l cujus bonis ff. de curat fur.* Dec *conſ.* 575. *n* 4 Gut-
tier de Tut *p 1 c. 7 n 39.*
Hoc tamen non procedit in Matre, & Avia, quæ poſ- 104
ſunt eſſe Tutrices, & Curatrices Filiorum, & Nepotum, Gloſ.
*in Auth Matri, & aviæ in verbo tutelam C. quando Mul off. tut.
fung* Alex *conſ* 221 *n. 7 l 6.* ubi de communi teſtatur, Gut-
tier. de Tut *d p 1 c 8 n 21. & nu 22 & ſeq* & illis deputare
Actorem ad lites, Rot. Genuen *deciſ* 120 *n* 2.
Minor 25 annis etiam Curator eſſe non poteſt cum ipſe 105
Curatore indigeat, *d l cujus bonis ff. de cur fur Gl. in d.
Auth Matri, & Aviæ in verbo tutelam in ſi* Alex *de conſ.* 221.
n 6 Dec *d conſ 575 n 4 ver ſecunda.* quia non eſt talis cui
rerum ſuarum adminiſtratio committatur, *ut inl. ſi C. de
leg tut* Guttier *de Tut p c n 5*
Socer non poteſt eſſe Nurus ſuæ minoris Curator, *l licet* 106
C. de excuſ. tut nam non poſſet ab eo redditionem rationis
adminiſtrationis liberè petere, *l cum proponas in ſi* & ibi
C de interd Matrim Guttier. *de tutel p 1 c. 20 n. 34 in ſi verſ.
ſed eſt alius expreſſior.*
Maritus quoque Uxoris ſuæ minori Curator eſſe non po- 107
teſt, *l Maritus C qui dar tut poſ l Ampliſſimi C de excuſ tut.
l 1. § ſi* ubi Gl *in verbo Sponſæ, ff de excuſ tut* Gl *& DD. in
§ pen in verb. excuſare Inſt de excuſ tut* Bar. *& alii in d l Ma-
ritus, & d l ampliſſim*, Gl *in d l 2 in verb. appellationi, &
ibi* Jaſ *n 1.* Alex. *n 2 C. de Proc* Adden ad Aretin. *in § pen.
n 5 Inſt. de excuſ. tut.* Monian. *de tut. c 31. effect 8 n. 26.*
Guttier *de tutel. d p 1. c 20 n 30 & ſeq* Calganett. *de tutel l.
1 tit 7 n. 16* prout nec Maritum Uxori ſuę mentecaptæ dan-
dum eſſe Curatorem, *ait tex. in l virum, ff de Curat. furioſ.*
Et licet hoc non procedat in Curatore ad lites, quia æqui- 108
paratur Procuratori, *Spec de Proc. §. ut autem n 3* Bal. *&
DD in d l Maritus C qui dar tut. poſſ l 2.* ubi Jaſ. *n 5. &* Alex.
n 2 C. de Proc.
Nihilominus ſecus eſt in lite magni momenti, & præiu- 109
dicii, nam tunc Maritus Uxoris ſuæ Curator eſſe non po-
teſt, cum in eo militet eadem ratio, quæ in Curatore gene-
rali, Salic. *in d l Maritus C qui dar tut poſſ* Adden. ad Aretin.
in d § pen n 5 Inſt de excuſ tut. Greg Lopez *in l. 3 gl. ultim.
tit 17. p 6* quem ſequitur, Guttier. *de tutel d p 1. c. 20. n 32.*
Giurba *dec.* 109 *n* 10. ubi teſtatur Conſiſtorium Regium,
articulo ſæpius diſcuſſo, ita iudicaſſe.
Ratio autem cur Maritus non poſſit eſſe Curator ſuæ 110
uxoris redditur à Glos *in d l Maritus C qui dar. tut. poſſ* quia
ſcilicet ſi malè ageret Uxor ei remitteret propter affectio-
nem, & ſic non poſſet ab eo redditionem rationis admini-
ſtrationis liberè petere, quæ ratio licet à multis reprobetur,
ex quo militat etiam in Procuratore, † & tamen Maritus 111
Uxoris ſuæ Procurator eſſe poteſt, *l. ubi Gl & DD & l non
eo minus C de Proc.* Aret *in d § pen n 2 Inſt de excuſ. Tut.*
nihilominus pro illa videtur textus ſatis clarus, *in l cum
proponans in ſin C d interd matrim* ibi, *ut alius loco eius de-
tur, habebit enim facultatem petendæ rationis negociorum,
ab eo qui fuerit ſubſtitutus*, † Unde ſibi non alia ratione Socer 112
removetur à cura Nurus, niſi quia ipſa ab alio poterit reddi-
tionem rationis libere petere, cum dictio *enim*, in conti-
nuatione ſermonis ponatur pro quia, *l. neque enim, ff de
teſt. mil & l 3 C de crim ſacrileg* ergo non alia ratione prohi-
bentur Socer, & multo magis Maritus eſſe curatores Nu-
rus, & reſpectivè Uxoris niſi quia ipſæ non poſſent ab eis
reſpectivè redditionem rationis liberè petere, dum vel ob
affectionem, vel ob metum reverentialem, vel aliam ob
cauſam eis omnia remitterent.
Et licet de hoc parum ſit curandum, quando Uxor con- 113
ſtituit Maritum Procuratorem; ex quo non agitur de ma-
gno ejus præjudicio, ſecus tamen eſt quando agitur de dan-
do illi Curatore generali, vel etiam ſpeciali ad lites magni
momenti *ex præallegatis*, tunc enim de magno illius præju-
dicio agitur quod patet, tum quia quando Maritus datur ei
Curator, privatur eo commodo, ne poſſit illum conſtitue-
re Procuratorem, tum ex aliis rationibus cumulatis per Salic.
in d. l. Maritus, & per Adden ad Aret. *in d § pen. n. 5. & alios
præallegatos*; † tum & tertio quia Procurator non poteſt 114
præjudicare, niſi in omittendo, Greg *dec.* 45. *n.* 1. Adden.
ad eundem Greg *d. dec 75. n 4. & dec.* 282 *n 9.* Sed Curator
etiam ad lites poteſt præjudicare in committendo ad trad.
per Rotam Genuen. *dec.* 110 *n* 2 Rot. *dec.* 334. *n* 4. *& ſeq p.
1 rec.* Gregor. *dec.* 306 *n 7. & ſeq.*

115 Et poteſt in illis litibus in Judicio, & extra quicquid po-
teſt Tutor, Cavaler. *dec.* 207 *n* 3. ex quibus omnibus æqui-
paratio inter Procuratorem, & Curatorem ad litem magni
præjudicii non benè procedit.

116 Non omitto, quod Maritus poteſt eſſe Procurator U
xoris ſuę minoris, quando ſententia fertur in favorem Mu-
lieris, ſecus quando ferretur contra eam; nam tunc non po-
teſt eſſe ejus Procurator, niſi ab ea conſtitueretur Procura-
tor cum authoritate Curatoris, *l. neque*, & *l non eo minus*
& *ibi DD. C. de Procur* Bart. *in d l. Maritus* C *qui dar tut poſ.*
117 quo caſu ſatis Mulieri proviſum eſt, etiam ſi ageretur de
non modico illius præjudicio, quia habet etiam obligata
bona Curatoris, contra quem in omnem caſum poterit ſe
liberè prævalere, ſecus de Jure communi, quando Maritus
ipſe daretur illi Curator, *arg l cum proponas in ſi* C *de in-
terd Matrim.* unde eo minus dicta æquiparatio ſubſiſtit

118 Sunt, & alii qui Curatores eſſe non poſſunt, de quibus
agitur in toto, *tit* C *qui tut dar poſs.*

M De citatione per affixionem ſatis dictum eſt ſupra *c.* 4 *ſub*
119 *lit* B. C. D. Hanc Praxim citandi Hæredes ponit etiam,
Sal. Tib. *lib* 1 *c.* 54. *n* 1 & *ſeq.*

N Praxis ita obſervat non alia ratione, niſi quia Hęres in
120 hoc caſu eſt certus, Sal. Tib *d lib c. c* 54 *n* 7 licet quando
Hæres adhuc non adivit, Hęreditas dicatur jacere, ut di-
ctum ſupra *lit* *B.*

O Hunc caſum non ponit Sal. Tib. ſed ego obſervavi in
121 Praxi in facto contingente, in quo Defunctus deceſſerat
extra Curiam, & cauſa ad inſtantiam Mulieris creditricis,
quæ gaudebat beneficio, *l. unic.æ* C. *quando Imperat* ex
juſtis rationibus; non tam per viam appellationis, fuit in-
troducta in Curiam coram A C. & agebatur de exequutio-
ne ſententiæ de partibus, quæ tranſitum fecerat in judica-
tum, & ad maiorem cautelam fuit etiam cauſa dictæ exe-
quutionis eidem A. C. commiſſa per particulare Signaturæ
Juſtitiæ reſcriptum ex abundanti, licèt A. C. facultates ſuf-
ficerent Paul V. *conſt.* 18. §.....

P Poteſt opponi, quod quis ſit Filius familias, & ob id non
122 audiatur, niſi cum conſenſu Patris legitimè comparcat,
Aſin. *in Prax* §. 28 *c.* 1. *n.* 3. ubi de communi teſtatur, ſeu
quod ſit Pupillus, vel Minor, & ob id non audiatur ſine
conſenſu Tutoris, vel Curatoris, ſeu quod ſit Bannitus.
Excommunicatus, vel ſit quid ſimile, Canar *de exc inſtrum.*
q 15 *n* 15. ubi ſubdit, huioſmodi exceptiones opponi poſſe,
non obſtante Statuto prohibente obponi exceptiones contra
inſtrumentum, quia non reſpiciunt Inſtrumentum, ſed
perſonam Agentis, *arg l Filio*, *ff de inoffic. teſtam.*

S U M M A R I U M.

De Petitionibus, & Mandatis Executivis. Cap VI.

1 *Citatio ad dicendum contra non eſt neceſſaria, ſi Inſtru-
mentum eſt in Actis rogatum.*

2 *Citatio ad ſolvendum juxta formam Inſtrumenti in Actis
rogati ejuſque formula, & Proceſſus.*

3 *Obligatio Cameralis, ſi non fuit extenſa in citatione ad di-
cendum contra, poteſt extendi in prima citatione ſub ſe-
quenti.*

4 *Citatio ad videndum extendi formam Cameræ, & ſolven-
dum, ejuſque Formula, & Proceſſus, quando Debitor
non conſenſit in Mandatum unica &c & n 5.*

5 *Citatio ad videndum relaxari mandatum aliàs decretum,
ejuſque Formula, & Proceſſus.*

6 *Si Debitor conſenſit in mandatum unica &c vel ſe obligavit
in forma Guarantigiæ, ſufficit contra eum unica citatio.*

7 *Citatio ad ſolvendum, quando Debitor conſenſit in manda-
tum unica &c ejuſque Formula, & Proceſſus.*

8 *Citatio ad ſolvendum, quando agitur pro præſtatione an-
nua vel ſimili, ejuſque Formula, & Proceſſus.*

9 *Mandatum executivum vigore obligationis Cameralis obten-
tum & ejus Formula.*

10 *Mandatum executivum, quando non fuit actum vigore
Obligationis Cameralis, & ejus Formula.*

11 *Regula, quod decreta fieri, & mandata relaxari ſoleant,
niſi ad p d plures patitur reſtrictiones.*

12 *Citatio ad dandum alium Fidejuſſorem, & ejus Formula
& Proceſſus.*

13 *Intimatio redemptionis Cenſus, & ejus Formula, & re-
productio.*

14 *Citatio ad recipiendum ſortem, & fructus Cenſus, &
eius Formula, & Proceſſus.*

15 *Diſdicta Societatis Officii, & eius Formula, & reprodu-
ctio*

16 *Translatio periculi vitæ in Societate Officii, & eius For-
mula, & reproductio.*

17 *Diſdicta Societatis, & translatio, ac nominatio periculi
vitæ debent fieri in Actis Notarii de ſociatate rogati, &
quando ſecus.*

18 *Citatio ad docendum de nova conventione, & calculandum
poteſt inſeri in citatione ad ſolvendum, ad circuitus evi-
tandos.*

19 *Mandatum executivum, ſeu Brachium ſæculare eſt tormen-
tum animæ, & corporis.*

20 *Mandatum exceſſivum, etiam in obolo, eſt nullum in totum,
ſi exceſſus ſit in Decreto.*

21 *Exceſſus in ſola exetutione non inducit nullitatem.*

22 *Mandatum exceſſivum adhuc non executum venit tantum
reformandum.*

23 *Mandatum exceſſivum in Tribunali A. C. ante executionem
ſuſtinetur pro ſumma debita ex antiquo ſtylo.*

24 *Mandatum exceſſivum exetutum revocatur in totum, etiam
in Tribunali A C.*

25 *Data nullitate Mandati corruunt omnia inde ſecuta.*

26 *Summa eſt ſpecificanda ante expeditionem, aliàs Manda-
tum eſt nullum.*

27 *Decretum, decerni, niſi infra tres in Tribunali A C eſt
omninò neceſſarium ex inveterato ſtylo, & quid dicta ver-
ba ſignificent.*

28 *Tres dies, de quibus in Decreto, decerni, debent eſſe cur-
rentes.*

29 *Triduum ſufficit ad probandum id, quod debet probari in-
continenti.*

30 *Triduo elapſo citatur ad videndum relaxari, & fit relaxa-
tio, alſi ad p d*

31 *Decretum, decerni, non eſt de eſſentia, ſi Debitor conſenſit
in Mandatum unica &c.*

32 *Decretum, decerni, non eſt neceſſarium, quando Debitor
ſe obligavit in forma Guarantigiæ.*

33 *Decretum, decerni, extra Tribunal A. C. non requiritur de
neceſſitate.*

34 *Decretum, decerni, non requiritur in cauſis ſcutorum vi-
ginti, & ub inde infra.*

35 *Iudex in Tribunali A C qualibet die iuridica apponit ma-
num in Broliardo, & quare, & quomodo.*

36 *Appellatio interponenda eſt à Decreto, decerni, nam à De-
creto relaxari non appellatur, niſi committeretur cauſa
reſtitutionis in integrum.*

37 *Decretum notoriè nullum, & iniuſtum nunquàm tranſit in
judicatum, nec eſt exequendum.*

38 *Decretum, quod non eſt juſtificatum ex Actis, eſt notoriè
nullum, & iniuſtum*

39 *Decretum ad effectum executionis debet ex eiſdem Actis iu-
ſtificari.*

40 *Decretum ad tollendas exceptiones poteſt iuſtificari per no-
vam productionem per viam replicationis.*

41 *Mandatum, & Sententia ad effectum confirmationis poſſunt
juſtificari etiam ex noviter deductis.*

42 *Sententia executioni demandata non poteſt ex noviter de-
ductis iuſtificari.*

43 *Mandatum ante executionem poteſt iuſtificari ex nova pro-
ductione facta ad coadiuvandas probationes antiquas,
etiam ad effectum executionis.*

44 *Productio facta ad coadiuvandas probationes antiquas non
dicitur nova, ſed confirmatio antiqua.*

45 *Productio Inſtrumento referente in termino poteſt produci re-
latum extra terminum, & non dicitur probatio nova, ſed
antiqua.*

46 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus ve-
rè, & propriè.*

47 *Decretum niſi ad p d. intelligitur de die Utili, ſed niſi infra
duos, vel Ultra, intelligitur de currentibus*

48 *Calculare non eſt neceſſe, niſi petatur, ſecus eſt in ſpecifi-
catione ſummæ.*

49 *Mandatum poteſt obtineri pro fructibus decurſis, abſque
ſpecificatione ſummæ.*

50 *Summa, Parte opponente, ante expeditionem Mandati, ſpe-
cificanda eſt etiam fructuum.*

51 *Calculari poteſt etiam poſt expeditum Mandatum.*

52 Calcula

Digitized by Google

52 *Calculo facto eſt ſtandum, donec probetur contrarium.*
53 *Error calculi poteſt quandocunque allegari.*
54 *Docto de errore iterum calculari debet.*
55 *Error calculi reſcindit tranſactionem, niſi ſuper eo ſit tranſactum.*
56 *Error calculi probatus impedit executionem, niſi poſt litem motam ſit ſuper eo tranſactum cum renunciatione.*
57 *Dilatione pendente Officium Judicis conqueſcit.*
58 *Dilatio conceſſa poteſt revocari ante Sententiam latam, vel Mandatum expeditum.*
59 *Vigore Mandati de auferando non datur immiſſio.*
60 *Executio Mandati debet fieri ad effectum licitationis, aliàs Creditor nihil agit.*
61 *Executio non poteſt fieri contra Tertium, ſi fuit actum actione perſonali.*
62 *Contra Tertium non poteſt procedi executivè, ſi alienatio eſt facta ante litem motam.*
63 *Contra Tertium poteſt agi executivè, ſi alienatio eſt facta poſt litem motam, & actum fuit actione reali.*
64 *Contra Tertium non poteſt agi executivè, ſi fuit actum actione perſonali, niſi conſtet, quod alienatio ſit facta in fraudem poſt Sententiam.*
65 *Si conſtat, quod alienatio facta fuit in fraudem paratæ executionis, poteſt fieri executio contra Tertium indiſtinctè.*
66 *Mandato in actione perſonali tantum relaxato, non poteſt fieri executio contra Tertium, qui emit lite pendente, niſi conſtet de notitia litis, & inopia Debitoris vel quod Debitor tunc non habebat alia bona.*
67 *Si Pignus judiciale tempore alienationis in Tertium non erat poſitum ſub haſta, non poteſt contra eum procedi executivè, niſi probetur notitia paratæ executionis, vel quod Debitor non habebat alia bona,*
68 *Pignore poſito ſub haſta de tempore alienationis in Tertium, poteſt cōtra eum procedi ad ulteriora executivè.*
69 *Pignus prætorium quando capi dicatur.*
70 *Immiſſus in poſſeſſionem ex primo Decreto non efficitur dominus, nec poſſeſſor, nec facit fructus ſuos.*
71 *Capto Pignore prætorio, ſi bona alienantur in Tertium, non poteſt contra eum procedi executivè, niſi probetur notitia litis vel quod Debitor non habebat alia bona.*
72 *Secundum Decretum transfert dominium, & poſſeſſionem, & commiſſus facit fructus ſuos.*
73 *Alienatione facta in Tertium poſt ſecundum Decretum, poteſt contra eum procedi ad ulteriora executivè, niſi doceat in contrarium de jure ſuo aliunde proveniente.*
74 *Contra Tertium emptorem lite pendente poteſt executivè procedi ſi fuit actum actione perſonali in rem ſcripta, ſicut quando fuit actum actione reali.*

De Petitionibus, & Mandatis executivis.
Pars I. Cap. VI.

1 UBicunq; Inſtrumentum obligationis eſt in Actis rogatum, tunc ſi Creditor velit agere contra Debitorem, qui conſenſit in Mandatum executivum unica, vel ſine citatione, poterit abſque alia citatione ad dicendum contra Jura citare ad ſolvendum, hoc modo, videlicet.

A C N.

2 Citetur NN. exadverſo principalis ad docendum de
A quacumque nova conventione, A ſolutione aliiſque præjudicialibus, calculandum quatenus &c. calculo facto ſolvendum juxta formam ſuæ obligationis, de qua in Inſtrumento in Actis rogato ſub die N menſis N. anni N. aliàs videndum contra ipſum decerni, & relaxari Mandatum
B executivum, B ad p.d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione, ac ſpecificata ſumma, C quæ prætenditur, obtinetur Decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, pro ſcutis N. niſi ad p.d. cum Intimatione, omni &c.

Deinde fit intimatio hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus decrevit, & relaxavit Mandatum, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. Principali, ſive &c.

N. Notarius.

3 Sed ſi Perſonæ ſunt mutatæ, vel Inſtrumentum non ſit in Actis rogatum, tunc præmiſſa citatione ad dicendum contra, productis Juribus, & legitimatis perſonis, ſi obligatio in forma Cameræ non fuit extenſa, nec inſerta citatio ad videndum illam extendi in citatione ad dicendum contra, & nihilominus indiget extenſione, infertur citatio ad videndum extendi in prima ſubſequenti citatione, quia extenſio debet omninò fieri ante petitam executionem Inſtrumenti, & ſi non fuit conſenſum in Mandatum unica, vel ſine citatione citatur ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. ex adverſo principalis, (vel NN. ex adverſo Hæres NN. ex adverſo principalis vel NN ex adverſo Curator NN. ex adverſo principalis vel NN. ex adverſo Procurator NN. ex adverſo Heredis NN. ex adverſo principalis ſecundum facti contingentiam, quod ſemper eſt obſervandum in omnibus citationibus) ad videndum extendi formam Cameræ juxta ſtylum Curiæ D, nec non docendum de quacumque nova conventione, ſolutione, aliiſque præjudicialibus, calculandum, quatenus &c. & calculo facto ſolvendum juxta formam ſuæ obligationis, de qua in Juribus in Actis productis, aliàs videndum decerni Mandatum executivum, & quodcunque Decretum de ſuper neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p.d. Inſtante NN. principali, ſive &c. 4 D

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione, & ſpecificata ſumma obtinetur Decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit extendi formam Cameræ juxta ſtylum Curiæ, & decerni Mandatum, ut ſupra pro ſcutis N. niſi infra tres omni &c. E E

Elapſis poſtea tribus diebus, vel tertia die poſt d. Decretum ſubſequente, abſque alia intimatione illius, fit ſecunda citatio, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN exadverſo principalis ad videndum relaxari Mandatum, & aliàs decretum, & quatenus opus ſit de novo decerni, & relaxari F ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c. 5 F

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione obtinetur Decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p.d. G cum intimatione omni &c. G

Et deinde fit intimatio hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus decrevit, & relaxavit Mandatum, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Si verò fuit conſenſum in Mandatum executivum unica &c. vel quis ſe obligavit in forma Guarantigiæ, tunc citatione ad dicendum contra reproducta, productis Juribus legitimatis perſonis, doctoque de credito, citatur, ut infra, videlicet. 6

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad docendum de quacunque nova conventione, ſolutione, aliiſque præjudicialibus, calculandum quatenus &c. calculoque facto ſolvendum, juxta formam ſuæ obligationis, & Jurium de quibus in Actis, aliàs videndum decerni, & relaxari Mandatum executivum ad p.d. Inſtante NN. principali, ſive &c. 7

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione obtinetur Decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra relaxari Mandatum pro ſcutis N. niſi ad p.d. cum Intimatione omni &c.

Si verò agatur pro fructibus Cenſus, vel pro penſionibus Domus, vel alia annua præſtatione, citatur hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad docendum de quacumque nova conventione, ſolutione, aliiſque præjudicialibus, calculandum quatenus &c. calculo facto ſolvendum, fructus cenſus decurſos, & non ſolutos (vel terminos penſionis domus, vel annuæ præſtationis, vel affictus, vel penſionis, vel fructus Societatis Officii decurſos, & non ſolutos ſecundum facti contingentiam) 8

juxta formam ſuæ obligationis, ac Inſtrumenti, ac Jurium de quibus in Actis, aliàs videndum decerni, & relaxari Mandatum executivum ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c. N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione obtinetur Decre-
H tum, videlicet. *H*

NN. calculavit in ſcutis N. & pro eis petiit, & obtinuit ut ſupra niſi ad p.d. cum Intimatione omni, &c.

Obtento Decreto, in quolibet ex dictis caſibus, fit Intimatio, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus decrevit, & relaxavit Mandatum, & aliàs prout in Actis. Inſtante NN. Principali, ſive &c.

N. Notarius.

Elapſa prima die Juridica poſt executam Intimationem
I *I* ſi nihil relevans fuerit, exadverſo oppoſitum, aut deductum, reproducta Intimatione executa fuit actum vigore obligationis Cameralis, expeditur Mandatum executivum ſequentis tenoris, videlicet.

9 De mandato Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Aud. Cam. ſive R. p. d. NN ejus in Civilibus Locumtenẽtis, & ad inſtantiam NN. principalis, Tenore præſentium.

L Auferantur *L* de bonis de domo, vel aliunde Domini NN. exadverſo principalis bona valoris ſcutorum mille monetæ debitorum occaſione de qua in Actis, una cum Juliis 66. pro expenſis præſentis mandati quæ ablata deponantur, ut moris eſt, ut ſubhaſtentur, necnon capiatur idem, & captus carceretur; & non relaxetur donec, &c. quoniam ipſo citato, & intimato vigore obligationis Cameralis Reverendiſſimus Dominus ita mandavit, hac die, &c.

NN. Notarius. Locus † Sigilli. NN. Locumt.

Si verò non fuit Actum vigore obligationis Cameralis, expeditur Mandatum, ut infra videlicet.

10 De mandato Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini A. C. ſive R p d. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN principalis tenore præſentium.

Auferantur de bonis de domo, vel aliunde Domini NN. exadverſo principalis bona valoris ſcutorum NN. monetæ debitorum occaſione de qua in Actis una cum Juliis NN. pro expenſis præſentis mandati, ablataque deponantur, ut moris eſt, ut ſubhaſtentur, ſi extent, ſin minus, capiatur idem, & captus carceretur, & non relaxetur donec &c. quoniam ipſo citato, & intimato Reverendiſſimus Dominus ita mandavit hac die &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumt.

Mandatum autem expeditum datur Executoribus Curię; ut juxtà formam, & tenorem illius exequantur illud contra perſonam, & bona Debitoris.

11 Verum licet omnia fere decreta fieri, & Mandata relaxari ſoleant cum clauſula niſi ad p. d. hoc tamen non eſt perpetuum, ſed inter cæteras reſtrictiones, quas patitur, de quibus inferius ſuis loco, & tempore liquebit, hic obiter adnotare libet, quod contra eum, qui præſtare tenetur alium Fidejuſſorem, ſolet relaxari Mandatum niſi infra quindecim, ut infra videlicet.

A. C. N.

12 Citetur NN. exadverſo principalis, ad præſtandum alium Fidejuſſorem in locum NN. defuncti (vel abſentis ad Urbe) & dandam Cedulam bancariam juxtà formam ſuæ obligationis de qua in Actis, aliàs videndum decerni, & relaxari Mandatum executivum ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

NN. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi infra quindecim cum intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimatur NN. exadverſo principali qualiter D. relaxavit Mandatum, & alia prout in Actis Inſtante NN. principali, ſive &c.

NN. Notarius.

Ubicumque verò adeſt Conſtitutio, vel Conventio de termino, & aliquid peragendum prefigendo, diſponens, utique illa eſt ſervanda, & ob id in Intimatione redemptionis Cenſus, & diſdicta, & translatione periculi vitæ Societatis Officii proceditur, ut infra, videlicet.

Intimatio redemptionis Cenſus.

A. C. N.

Intimatur NN. exadverſo principali, qualiter infra- 13
ſcriptus D. Inſtans vult, & intendit redimere Cenſum ſcutorum NN aliàs per ipſum impoſitum, venditum ad favorem NN. prout conſtat ex Inſtrumento rogato per Acta NN. Notarii N ſub die NN. menſis N. anni N. juxta formam Bullæ Pii V & ob id offert realiter, & cum effectu ſolvere ſortem principalem dicti Cenſus, ac fructus decurſos non ſolutos, & per duos menſes proximos decurrendos Proteſtans per ſe non ſtetiſſe, nec ſtare &c. interpellans & deducens &c. & aliàs omni meliori modo &c. ad p.d. Inſtante NN. principali ſive &c.

N. Notarius.

Die NN.

Relatione facta comparuit NN. Procurator prout docuit per Inſtrumentum publicum tenoris &c. & reproduxit: diſdixit, & ſervavit, & ut ſuprà aliàs omni &c. Actum Romæ in Regione N. in officio &c. præſentibus NN. & NN Teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis, habitis, atque rogatis &c.

Quod ſi Bimeſtre elapſo Pars adverſa eſt contumax, & non comparet ad recipiendum, ac retrovendendum Cenſum ut ſupra; citatur ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad recipiendum 14
ſortem principalem Cenſus ſcutorum NN. aliàs per Inſtantem impoſiti, & venditi ad favorem NN. prout in Inſtrumento rogato per Acta NN ſub die &c. una cum fructibus decurſis, & non ſolutis, ac retrovendendum d. Cenſum, & faciendum legitimam quietantiam, aliàs videndum d. ſortem, & fructus per Dominum mandari deponi, & Cenſum retrovendi, & Inſtrumentum caſſari etiam ex Officio ad p.d. inſtante NN. principali, ſive &c.

NN. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra mandari deponi pœnes Sacrum Montem Pietatis, niſi pro die, & hora intimandis receperit, & ut ſupra, niſi ad p.d cum Intimatione omni, &c. A. C N.

Intimatur NN. exadverſo principali qualiter Dominus mandavit ſortem, & fructus Cenſus deponi. penes NN. & aliàs prout in Actis, & depoſitum fiet die NN. hora N. Ideo &c. aliàs &c. inſtante NN. principali, ſive &c.

NN. Notarius.

Obſervandum tamen eſt quod depoſitum debet eſſe omnino integrum, aliàs ſi in eo deficeret etiam quid minimum, nihil relevaret. Intimatio verò pro die, & hora certa debet continere diem poſt primam diem Juridicam à die exequutæ Intimationis decurrendam, nam dicta prima dies, de qua in Decreto, debet tota cedere ad commodum recipere debentis.

Diſdicta Societatis Officii.

A. C. N.

Intimatur NN. exadverſo principali, qualiter infraſcri- 15
ptus Dominus inſtans non intendit amplius continuare Societatem Officii ſcutorum N aliàs initam ad favorem NN. prout in Inſtrumento rogato per Acta infraſcripti Notarii, ſub die N menſis N. anni N & ob id illã diſdicit, ac cõſenſum, & beneplacitum ſuum revocat, & annullat, ſortemque principalem, ac fructus rehabere omninò intendit proteſtans &c. Interpellans &c. Deducens &c. & aliàs omni &c. ad p.d. Inſtante NN. principali ſive &c.

NN. Notarius.

Die NN.

Relatione facta comparuit NN. & reproduxit Intimationem diſdictæ d. Societatis, & diſdixit, beneplacitumque revocavit, ac ſervavit ut ſupra, omni &c. Actum Romæ in Regione N. in domo NN præſentibus ibidem NN. & NN. Teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis, habitis, & rogatis &c. omni &c.

Et tenetur Notarius de Societate rogatus dictam Intimationem regiſtrare in Manuali, ac etiam in margine Inſtrumenti Societatis adnotare, ſub illis verbis videlicet die NN diſdicta, & die NN. reproducta.

Tranſlatio periculi vitæ.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Infra- 16
ſcriptus

Digitized by Google

ſcriptus iſtans intendit periculum vitæ poſitum in Societate Officii ſcutorum NN. ſub die &c. per ipſum Adverſarium inita ad ſavorem Inſtantis per Acta NN. Notarii NN. transferre, prout tranſtulit, & transfert per præſentes à perſona NN. in perſonam NN. & ab inde impoſterum vult, & intendit, quod dicta Socieras currat ſuper periculo vitæ dicti NN. & non aliàs &c. proteſtans &c Interpellans &c. & aliàs omni meliori modo &c. ad p.d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

NN. Notarius.

Die NN.

Relatione facta comparuit NN. & reproduxit Intimationem translationis periculi vitæ dictæ Societatis. & tranſtulit, & ſervavit ut ſupra, & aliàs omni &c. Actum Romæ &c. in Regione N. in Officio &c præſentibus ibidem NN. & NN. Teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis, habitis, atque rogatis, omnia &c.

17 Quæ quidem diſdictæ, & translationes debent fieri ab ipſo Principali, vel à Procuratote ad id ſpeciale Mandatum habente in officio Notarii de Societate rogati, qui tenetur, ut ſupra, Intimationem in Manuali regiſtrare, & in margine inſtrumenti Societatis adnotare, prout idem ſervare tenetur in nominatione periculi vitæ infra tempus conventum, juxta diſpoſitionem reformationis ſan. mem. Pauli Quinti.

Nec reproductio Intimationis diſdictæ Societatis, vel translationis, vel nominationis periculi vitæ poteſt fieri in Actis alterius Notarii de Societate non rogati, niſi quando contractus Societatis eſset rogatus extra Curiam, vel etiam in Urbe, quando de ea rogatus fuit Notarius, qui non eſt actuarius alicujus Tribunalis, ſic diſponente eadem reformatione ſan. mem. Pauli Quinti, & ita quotidie obſervat Praxis, & Curia.

Sed hæc de præſtatione Fidejuſsoris, ac diſdictis Cenſuum, ac Societatum incidenter, nè quid frequens in Praxi omiſsum videatur, hic addita cenſeantur.

Obſervationes.

A
18 POteſt etiam citari ad ſolvendum abſque eo, quod citetur ad docendum de nova conventione, ſolutione, aliiſque præjudicialibus, & calculandum, ſed quia ſi Pars adverſa de prædictis poſtea adponat, erit denuo citanda ad prædicta, ut per Sal. Tib. *in Prax. lib. 1. cap. 27. num. 14. & ſeq.* idcirco quilibet poterit ad prædicta ab initio citare ad celeriorem expeditionem, & circuitus evitandos, vel etiam non citare, niſi fuerit ex adverſo oppoſitum, prout melios ſibi viderit expedire.

B
19 Mandatum executivum † eſt idem, quod Brachium ſæculare, & eſt tormentum animæ, & corporis, ut ait, Pariſ. *in Prax. cap. 2. de cur. Aud. Cam.*

20 Exceſſivum eſt nullum in totum, etiam pro ſumma verè debita, ſi exceſsus ſit in Decreto, Rota *in Romana Spolii 21. Februarii 1600. coram bon. memor. Jaſo impreſſ.* penes Saluſt. Tiber. *in prax. l. 3. poſt. c. 17. fol.* 361. Gregor. *dec 598. n. 5. & dec. 485. n. 4.* Duran. *dec. 30. n. 4. dec. 81. n. 2. & dec. 388. nu. 3.* etiamſi exceſsus ſit in minimo, Rota *in dicta Romana Spolii apud Saluſt. Tib. ubi ſupra ſub nu. 9.* Gregor. *deciſ. 196. n. 1* & ibi Beltramin. *ſub lit. A. & deciſ. 480. nu. 5.* & ob id tanquam ex falſa cauſa relaxatum non meretur executionem, Rot. *in dicta Romana Spolii n. 1. & ſeq. & dec. 185. n. 14. par. 6. recent.*

21 Sed hoc Primò non procedit, quando exceſsus non eſt in Mandato, ſed ſolum in executione facta in re majoris valoris, quia tunc non cauſat nullitatem, Beltramin. ad Greg. *dec. 198. n. 3.*

22 Secundò non procedit, quando non fuit adhuc executum, nam tunc venit ſolummodo reformandum, Duran. *dict. deciſ. 388. num. 4.*

23 Tertiò non procedit in Tribunali Aud. Cam. in quo de æquitate ex antiquo & inveterato ſtylo ſuſtinetur pro ſumma debita, Saluſt. Tib. *dicto lib. 1. cap. 37. n. 4.* Buratt. *deciſ. 91. num. 6.*

24 Sed hęc tertia fallentia non habet locum quando vigore Mandati exceſſivi fuit facta executio, nã tunc revocatur in totũ, Burat. *d. d. 91. n. 6.* Et ita quotidie obſervat Praxis.

25 Data autem nullitate Mandati corruit etiam Subhaſtatio illius vigore emanata cum omnibus inde ſecutis, Rota *in dicta Rom. Spolii nu. 4. & ſeq.* Buratt. *dec. 363. nu. 3.* Duran. *dicta dec. 30. num. 4.*

Summa eſt ſpecificanda, & poteſt ſpecificari in corpore citationis ante illius executionem, & vel in actu expeditionis Mandati, Sal. Tib. *lib. 1. c. 51. n. 1.* non facta autem crediti liquidatione ob illius incertitudinem, Mandatum eſt, nullum, Rota *dec. 143. n. 7. part. 6. recentior.* C 26

De extenſione formæ Cameræ ſatis dictum eſt ſupra *cap. 2. lit. S.* D

Decretum † *decerni*, niſi infra tres, ex inveterato ſtylo hujus Auditoris Cameræ Tribunalis, eſt omnino neceſſarium, aliàs ſine illo Mandatum eſt nullum, Saluſtius Tiber. *dicto l. 1. cap. 27. num. 1. & ſeq.* Zacch. ad Galleſ. *de obligat. Camer. quæſt. 36. n. 2. verſ. advertendum Rota poſt* eundem Zacch. *deciſ. 104. nu. 3. & deciſ. 395. nu. 10. par. 5. recent.* Buratt. *deciſ. 683. n. 5.* ubi alias deciſiones de hujuſmodi ſtylo mentionem facientes cumulat. Sonantque dicta verba niſi infra tres, ſcilicet dies ſolverit, vel quid relevans deduxerit, ex quo ſatisfacere non teneatur E 27
Mandoſ. *de Monte quæſt. 31. num. 8.* & dicti tres dies de- 28
bent eſſe currentes, Saluſt. Tib. *dicto lib. 1. capite 27. nu. 6. & ſequent.* & ita paſſim obſervatur.

Triduum autem præfatum arbitrati ſunt Prudentes ſufficere ad probandum id, quod debet in continenti probari, *leg. final. Cod. err. Advoc.* Mandoſ. *de Monte quæſt. 31. num. 8.* Galleſ. *de obligat.* Camer. *quæſt. 17. num.* 20. prout ſunt exceptiones, quæ opponuntur ad impediendum executionem obligationis Cameralis, Zacch. ad eundem Galleſ. *de obligat. Camer. dict. qu. 17. n. 26. & ſeq.* 29

Triduo verò elapſo citatur Pars ad videndum relaxari Mandatum aliàs decretum, & Judex illud relaxat, niſi ad primum, Rot. poſt. Zacch. *de oblig. Camer d. dec. 103. n. 3. in fin.* Zacch. ad Galleſ. *d. q. 36. num. 2.* Rot. *d. dec. 395. num. 10. part. 5. recent.* 30

Sed concluſio quod Decretum, niſi infra tres, ſit omninò neceſſarium, Primò non procedit quando Debitor conſenſit in Mandatum executivum unica vel ſine citatione nam tunc illud non requiritur, Sal. Tib. *d. l. 5. c. 27. n. 5.* Zacch. ad Galleſ. *de oblig. Camer. d. q. 36. nu. 2.* Buratt. *dec. 683. nu. 5.* ſed prævia unica citatione ad ſolvendum, obtinetur Mandatum relaxari, niſi ad primam diem, Sal. Tib. *d. l. 1. c. 32. n. 1. & ſeq.* & ita paſſim obſervat praxis. 31

Secundò non procedit † quando quis ſe obligavit in forma Quarantigiæ, nam ſi ſuſcepit in ſe hujuſmodi præceptum, non eſt opus Decreto decerni, hoc eſt commiuatione executionis, Sal. Tib. *in Prax. lib. 1. cap. 39. n. 1. & ſeq.* 32

Tertiò non procedit † extra hoc Tribunal A. C. licet ſi fieret dictum Decretum, niſi infra tres, in alio Tribunali non vitiaret tamquam ex abundanti, *l. Teſtamentum*, & ibi DD. C *de Teſtam l. non ſolent 93. ff. de reg. Jur.* Rom. *conſ. 343. ex propoſito num. 7.* 33

Quartò non procedit in cauſis † ſcutorum viginti, & ab inde infra, & ita paſſim obſervat Praxis. 34

Quoniam verò tam dictum Decretum confeſſionis debiti, quàm relaxationis Mandati, reintegrationis Monitorii per Debitorem negati, & à Creditore verificati, & relaxationis Cenſurarum ſuat decreta definitiva, & ſic in ſcriptis ferenda, hic ad tollendas nullitates, & obviandum calliditati Litigantium, Praxis induxit, ut quollibet die juridica Judex in libro Actorum, Broliardo nuncupato, manum ſuam apponat ut infra, videlicet. 35

Confeſſio debiti.

Niſi infra tres.

Reintegratio Monitorii, & Relaxatio Mandati.

Niſi ad primam diem.

Relaxatio cenſurarum.

Niſi infra tempus conventum dentur literę de conſenſu Saluſt. Tib. *in Prax. lib. 1. c. 5. per tot.*

Cæterũ ſi quis appellare voluerit, quando ſit Decretum *decerni*, ab eo appellare debet, aliàs poſt decem dies tranſiret in rem judicatam, nec à Decreto *relaxari*, quod eſt ſupradictę ſẽtentię executio, daretur appellatio, *l. ab executione C. quorum appell. non. recip.* Sal. Tib. *d. l. 1. c. 27. n. 9.* niſi ſimul cum appellatione committetur cauſa reſtitutionis in integrum, ut ſubdit idem Sal. Tib. *d. c. 27. nu. 10.*

Sed ſi notoriè conſtaret de nullitate, & injuſtitia Decreti *decerni*, bene daretur appellatio, quia non potuiſſet illud in judicatum tranſire Mantic. *deciſ. 7. nu. 5.* Cavaler, *deciſ.* 36

Digitized by Google

deciſ.270.*nu*.1.*& nu*.5.nec eſſet exequendum, Cæſar de Graſs.*dec*.1.*n*.5.*de appellat*.Rot.*dec*.689.*n*.2.*part*.1.*rec*.
38 Eſt autem † notoriè nullum, & injuſtum, quando non juſtificatur ex actis, Mant.*dec*.211.2.6.Greg.*dec*.1.*n*.4.& ibi Beltram.*n*.5.*& ſeq*.*& dec*.209.*n*.4 Rot.*dicta dec*.689.*n*.2.*p*.1.*recent*.Buratt.*dec*.169.*n*.3 *& deciſ*.325.*n*.2. Nam ex ejuſdem actis,non ex noviter deductis,ut ſit illius executioni locus, juſtificari oportet, Saluſt.Tiber.*dicto lib*.1.*cap*.27.*n*.4.Rota *poſt*.Zacch *de oblig*.Camer.*dec*.136.*n*.8.Duran.*dec*.81.*n*.1.ubi alias deciſiones allegat.
39 Verum hoc non procedit per viam replicationis ad tollendas exceptiones, quia tunc productio poteſt fieri quandocumque etiam pro ſuſtinenda executione, Rot. *deciſ*.241.*num*.33.*part*.7.*recent*.
40 Ad effectum tamen confirmationis poteſt ex noviter deductis juſtificari tàm Sententiam, quàm Mandatum, Sal.Tib.*dicto capit*.27.*n*.4.Cavaler.*dec*.654 *nu*.4. Buratt.
41 *dec*.584 a.6.Sed ſi Decretum, ſeu Sententia eſſet executioni demandata, non poſſet amplius ex noviter deductis juſtificari, quia hoc eſſet incipere ab executione, & pervertere ordinem, Cavaler.*dec*.732.*n*.5.
42 Quod ſi nova productio ante Mandati executionem fieret ad coadiuvandas probationes antiquas, Decretum antea factum non circumduceretur, quinimò niſi obligatio Cameralis eſſet vulnerata, vel aliàs omiſſa via executiva remaneret etiam ex noviter deductis juſtificatum, & poſſet illius exequatur obtineri, etiam ſi tranſiſſet in judicatum, prout Ego obtinui in ſupremo Cameræ Apoſtolicæ Tribunali,nam Sententia, & Mandatum poſſunt, etiam ad effectum obtinendi executionem, hoc caſu juſtificari, Caputacq.*dec*.114.*n*.1.*& nu*.2.*part*.3. Buratt.*dec*.826.*n*.3.Rot.*dec*.241.*n*.32.*part*.7.*recent*.
43 Idque ſumma ratione, quia talis productio non dicitur nova probatio, ſed antiquæ confirmatio, Bald.*in cap*.1. *in primo verſ.quia quod confirmatione, de fid. inſtr*. Dec. *in Auth.ſi quis in aliquo n* 3.*Cod de eden*. Seraphin. *deciſ*.845.*n*.5.*verſ.poſſet* Rot.*in Barbaſtren. Beneficii* 13. *Julii* 1614.*coram bon.mem.Archiepiſcopo Dunozetta*.
44 Et ob id fuit ante relaxationem Mandati producta copia inſtrumenti, vel productum Inſtrumentum habens relationem ad aliud, poteſt poſtea produci originale, vel
45 Inſtrumentum relatum,& illius vigore obtineri exequatur Decreti antea facti, nam producto relato; probatio dicitur ſumi ex referente non ex relato, & non dicitur nova, ſed antiqua probatio, Dec.*conſ*.529.2.6.*& ſeq*.Se-
46 raph.*d.dec*.845.*nu*.5.*verſ.quia prout*, cum relatum ſit in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, *l.aſſe toto, ff.de Hæred.inſt*.Pariſ.*conſ*.9.*num*.17.*lib*.3.Crav.*conſ*.45.*nu*. 4. Ruin.*conſ*.127.*num*.4.*in fin.& ſeq.lib* 2.Rot.*deciſ*.35.*n* 6. *in fin.part*.1.*recent*.& quidem verè, & propriè, Rota *deciſ*.194.*num*.49 *part*.5.*recent*.
G Ubicumque, Judex facit Decretum, niſi ad p d ſemper
47 illa prima dies debet eſſe juridica; ſed quando aliquid decrevit, niſi infra duos, vel niſi infra tres, quatuor, ſex, octo, vel quindecim, vel alium terminum, ſemper intelligi debet de diebus currentibus, non autem de utilibus, & juridicis, Sal.Tib.*d lib*.1.*cap* 27.*num*.6. *num*.8. *& nu*.13. & ita quotidie obſervatur in practica.
H Sufficit ut ſupra ſpecificare ſummam,calculare autem
48 non eſt neceſſe,niſi fuit exadverſo petitum,Sal.Tib.*d.lib*.1.*c*.27.*num*.15.*& c* 34 *num*.25.*& c*.52. *num*.1. *& ſeq*.
49 Pro fructibus tamen Cenſus, aut alterius rei ut Societatis Officii,Domus,Caſalis, vel alterius annuæ præſtationis, poteſt expediri Mandatum pro fructibus decurſis, & non ſolutis, nec eſt neceſſe ſpecificare ſummam.& Mandatum eſt validum,Rota *dec*.5.*de re jud in nov*.Sal.
50 Tib *d.lib*.1.*cap* 32.*n*.2. ſed parte opponente erit † nihilominus ante mandati expeditionem ſumma ſpecificanda,
51 & liquidanda, ut per Sal.Tib.*ubi ſupra*, quinimò etiam poſt Mandatum poſſe calculari, dixit Rota *apud* Zacch. *de obligat*.Cam.*deciſ* 44.*num*.11.
52 Facto autem calculo illi ſtandum eſt, donec contrarium probetur, Rot *deciſ*.382.*num*.10.*part*.5.*recent*.
53 Error verò calculi poteſt ſemper, & quandocumque allegari, *l.uolen, & ibi D.D.C.de error.calc*.Rot.*dec*.383.*n*.
54 3.*p* 4 *recent*.& ſi de eo † docetur, debet iterum calculari, & reddi ratio, Rot.*deciſ*.184.*n*.3.*part*.2.*recent*.ubi quod
55 obiici † non poteſt, quando adeſt tranſactio, & res judicata; poteſt tamen ob illum tranſactio reſcindi, ſi etiam ſuper eo non ſit tranſactum, *ex allegatis per* Ferentill. ad Burat.*deciſ*.336.*num*.14.*lit.B*.

Quinimò ſi probetur calculi error, impeditur executio 56
obligationis Cameralis, nec renunciatio nocet niſi ſit facta poſt litem motam ſuper ipſo errore, & deinde facta ſit tranſactio cum renunciatione, Burat.*dec*.336.*n*.8.debet tamen probari incontinenti, Sal.Tib *d lib*.1.*c*.35.2.5.*in fin*.

Mandatum non poteſt expediri † niſi elapſo termino in I
Decreto, & Intimatione contento, aliàs ſi expediatur, 57
vel relaxetur, termino, vel dilatione pendente quovis modo eſt nullum, nàm dilatione pendente, Officium Judicis conquieſcit, *leg.ſive Pars, C.de dilat*.Sal.Tib.*d.lib* 1.*c*.31.*n*.6.Vant.*de null.defect.juriſd.ord n* 15.*& ſeq*. Veſtr. in Prax *lib*.7.*cap*.1.*n* 15.Gravat.ad Veſtr.*lib*.5.*c*.9.*n*.2.*& ſeq* Cavaler.*dec* 42.*n*.5 *dec*.69.*n* 4.Buratt.*deciſ*.812. *n*.3. 58
eſt tamen cautela ubicumque dilatio fuit à Judice conceſſa, ut ſi revocari poſſit, revocetur ante Sententiæ prolationem, vel Mandati relaxationem ad evitandam nullitatem, Vant.*de nul.defect.jur.ord.d.nu*.157. Veſtr. *dict.lib*.7.*c*.1.*n* 16 *& ſeq*.Gravar ad Veſtr *d.lib*.4.*c*.9.*n*.3.

Vigore Mandati de auferendo non eſt procedendum L
ad immiſſionem in poſſeſſionem, Sal.Tiber.in Prax.*lib*. 59
1.*c* 44.*n*.6.Rot.*dec*.185.*n*.2.*part*.6.*recent*.cum † executio 60
fieri debeat ad effectum licitationis, & ſubhaſtationis, Seraph *dec*.937 *n*.2.& aliàs Creditor non efficitur dominus, nec poſſeſſor, ſed nudus detentor, qui nec etiam facit fructus ſuos, Sal Tib *d lib*.1.*c*.44.*n*.6.

Nec poteſt fieri executio ſuper bonis Debitoris penès 61
Tertium poſſeſſorem exiſtentibus, Buratt.*deciſ*.133.*nu*.1. etiam ſi alienatio in Tertiũ poſſeſſorem ſit facta lite pendente, ſi fuit actum actione perſonali, Buratt. *dec*.204 *n*.1.

Sed in hac materia diſtinguendum eſt, prout magiſtra- 62
liter diſtinxit, Rota in Romana *uſusfructus* 15. *Julii* 1632. *coram bon mem.Pirovano,& in Romana Vineæ* 13.*Decemb*. 1632.*coram Reverendiſſimo Urgellen. quæ eſt ini, impreſſ. ejuſdem dec*.364. Nam aut alienatio fuit facta ante motã litem, aut poſt. Si ante, ſivè ſit actum actione perſonali, ſive reali, non poteſt contra Tertium poſſeſſorem procedi via executiva; ſed ſi alienatio fuit facta in fraudem, eſt prius agendum reſciſſoria Juris ordine ſervato, Bald. *in leg.ob Maritorum n*.7.*verſ aut in fraudem Creditoris, C.ne Uxor pro Marit*.cũ alijs cumulatis per Rot. *in d.Rom.uſusfructus* 5.*Julii* 1632.*coram bon.me.Pirov.verſ.Primus eſt*.

Si verò † alienatio fuit facta in Tertium poſſeſſorem 63
poſt litem motam, tunc aut fuit actum actione reali, aut perſonali, aut in rem ſcriptam. Si fuit actum actione reali, prout quando quæſtio eſt ſuper dominio, tunc ſive Jus exequendi ſit in eſſe deductum, per Sententiam Iſtam, ſive in actu deducendi per litem motam ob vitium litigioſi, quod per litis conteſtationem contrahitur, *l.ult.C.de litig*. Si Tertius poſſeſſor habet cauſam ab eo contra quem Jus exequendi oritur, illud tranſit in Tertium poſſeſſorem, Bart.in *leg.Creditores, n*.23.*verſ.ſecundo caſu, C.de pignor*. cum aliis allegatis per Rot. *in dicta Romana Uſusfructus, verſ.ſecundus caſus, coram bon.memor.Pirovano Decano*. Aut fuit actum † actione perſonali, prout ſit 64
actum fuit ad pecuniam, vel actum fuit Hypothecaria, quæ & ipſa in effectum tendit ad pecuniam, & in quibus vitium litigioſi non contrahitur. Et tunc ſi agitur de executione Sententiæ latæ, aut non conſtat, quod alienatio poſt Sententiam fuerit facta in fraudem paratæ, vel cœptæ executionis, vel miſſionis, & non poteſt fieri executio contra tertium; ſed agendum eſt prius via ordinaria, Bartol *in l.Creditores, n*.23.*verſ.circa hoc igitur dotalem doctrinam, C.de pignor*. latè Rota *in dicta Romana Uſusfructus verſ*.3.*eſt caſus coram Pirovano*. Aut conſtat, † quod 65
alienatio fuit facta in fraudem paratæ executionis, & ſic judicialis authoritatis, & tunc nõ eſt neceſſe agere reſciſſoria, ſed poteſt fieri executio recta via contra Tertium poſſeſſorem, ſivè actum fuerit actione perſonali, ſivè reali, Bart *in dict.l.Creditores, n*.23.*verſ.aut habet cauſam ab eo*, latè Rot. *in dicta Romana Uſusfructus verſ*.3.*eſt caſus, coram bon.me.R.P Pirovano*, Buratt.*dec*.166.*n*.1.*& ſeqq*.

Cæterum quando fuit Actum actione perſonali plenius 66
diſtinxit, Rot *in Romana Vineæ coram Reverendiſſ*. D. Urgellen *dec*.364. Nam aut fuit relaxatũ Mandatũ executivum vigore obligationis Cameralis, aut Sententiæ, & rei

Digitized by Google

& rei judicatæ, quæ, & ipſa habet executionem paratam, & non fuit ulterius proceſſum, nec facta executio, & tunc niſi probetur Tertium poſſeſſorem, qui emit poſt relaxatum Mandatum, habuiſſe notitiam litis, & quod Debitor tunc erat inops, vel quod tunc Debitor non habebat alia bona, licet notitia litis non probetur; non poteſt procedi ad ulteriora contra Tertium io executione, ſed agendum eſt reſciſſoria, vel alia via ordinaria, latè Duran *d.dec.364.n.22.cum pluribus ſeqq.* Ferentil. ad Burat.*deciſ.917. num 9.& ſeq.*

67 Aut poſt relaxatum Mandatum fuit deventum ad ulteriorem executionem, & tunc aut fuit proceſſum per viam pignoris judicialis, aut per viam pignoris prætorii, Si per viam pignoris judicialis, atquia facta fuerit executio ad inſtantiam Creditoris per Officiales Curiæ in aliqua re ſtabili Debitoris non debita, ad effectum litigationis, & ſubhaſtationis juxta Praxim quam ponit Sal. Tib.*lib.1.c.41.* quod propriè dicitur Pignus judiciale, & oon Prætorium, & de quo loquitur. C.*ſi in cauſ.jud. pig.c.furr.*& tunc aut hujuſmodi pignus de tempore alienationis in Tertium poſſeſſorem non erat adhuc poſitum ſub haſta, & non poteſt contra Tertium ad ulteriora via executiva procedi, niſi vel probetur ſcientia litis de tempore alienationis, ſeu paratæ executionis, vel quod pendente lite Debitor non habuit alia bona, ſuper quibus poſſit fieri executio latè Duran. *d.deciſ.364. num. 29.& ſeq.* Ferentill ad Buratt *d.dec.917. num.11. & ſeq.*

68 aut † hujuſmodi Pignus de tempore alienationis in Tertium erat poſitum ſub haſta, tunc contra Tertium, poteſt ad ulteriora in executione procedi, abſque eo quod agatur revocatoria, aut alias via ordinaria, Ferentill. ad Buratt. *d deciſ.9e7. num 7.* ubi plures cumulat, & dicit omnes in hoc convenire.

69 Si vero fuit proceſſum per viam pignoris prætorii, quod non dicitur capi, ut judiciales, ſed Creditori dari de quo Pignore loquitur Statutum. Vrbis *lib.1.cap.194.* & ibi Fenzon. tradit *& de quo in tit ff. de boa. aut Judic. poſſid.& C.de Pign.præt.* cum Pignus prætorium non ſolum dicatur, quando Creditor facit ſe immitti ante Sententiam iu debitoris non comparentis contumaciam, ut per Fenzon. ad *Stat.Vrb.d.c.194. num.2.* Sed etiam quando datur ei immiſſio vigore Mandati executivi, ſeu rei judicatæ, ut per Duran.*d.deciſ.364. num.35.* Rot.*deciſ.*

70 *185.n.3. part.6.* Et tunc aut quis fuit tantum immiſſus † in poſſeſſionem ex primo Decreto, quod in actione perſonali ſolum transfert commodum corporalis detentionis, & poſſeſſioois cauſa cuſtodiæ, ut per Maran. *de ord.jud.part.7. principali in ſecundo memb.tit.de contum. num.12.* Papien.*in form.reſp.rei convent.in verb.in termino, n.14.* Duran.*d.deciſ.364.n.46.* adeo quod ſic immiſſus non efficitur verus poſseſsor, nec facit fructus ſuos, ut

71 per Duran.*d.deciſ.364.num.49.* Et tunc † ſi capto hujuſmodi Pignore prætorio bona pignorata alienantur in Tertium poſseſsorem An poſſit contra Tertium iu hoc caſu procedi via executiva ad ulteriora, ſunt contrariæ opiniones DD. & ſecundum veriorem Sententiam, quam tenet Rota, non poteſt agi, nec procedi ad ulteriora in hoc caſu io executione contra Tertium, ſed agendum eſt prius reſciſsoria, vel alias via ordinaria, niſi ut ſupra probetur notitia litis, ſeu immiſſionis, vel quod Debitor lite pendente non habuit alia bona, Durand. *d. deciſ.364. num.33.& num.40.& ſeqq.& deciſ.447. num.1. & ſeq.* Ferentill. ad Buratt. *dec.9e7.n.13.verſ.contrariam.*

72 Aut quis fuit immiſsus oon ſolum ex primò ſed etiam ex ſecundò Decreto, quod transfert veram poſseſſionem & dominium Marant. *de ord. Iudic. dicto ſecundo memor. tit de contum. num.12. verſ.ſecundum*, Papien.*in forma reſp.rei in verb.in termino num.14. verſ.ſecundum*, adeo quod ſic immiſsus facit fructus ſuos, Durand.*d.deciſ.364.*

73 *num.36.* Et tunc † ſi alienatio fiat in tertium, niſi poſseſſorio continenti doceat de Jure ſuo aliunde quam ex facto debitoris, qui alienavit, licet res hujuſmodi alienata non fuerit adhuc poſita ſub haſta, nihilominus poteſt ad ulteriora procedi contra illum in hoc ſtatu cauſæ ementem, nec opus eſt alia reſci ſsoria, Duran. *d.deciſ. 364.n.25.* Ferent. ad Buratt. *d deciſ.917.n.7.* multo minus agendum erit reſciſsoria ſi res erat etiam poſita ſub Haſta, Duran. *d. deciſ.364. num. 14.*

Aut denique fuit Actum actiooe perſonali in rem ſcriptam prout eſt illa, quæ competit pro fructibus Cenſuum, ſuper Vinea, ſeù alia re ſtabili impoſitorum, non ſolutis, & tunc Idem Juris eſt, quod io actione, reali, ut poſſit ad ulteriora cootra Tertium executivè procedi abſque reſciſsoria, Mant. *dec 7. num.2.& ſeq.* Ferentill. ad Buratt.*dec. 917.num.9.verſ.non obſtat.* 74

S U M M A R I U M.

De Exceptione declinatoria. Cap. VII.

1 *Exceptio declinatoria debet opponi ante conſenſum in Iuriſdictionem.*
2 *Proteſtatio ſuper incompetentia, & ejus Formula.*
3 *Proteſtatio, & oppoſitio incompetentia, & ejus Formula in caſu, in quo eſt opus opponere etiam alias exceptiones ſub conditione.*
4 *Iudex in dubio ſe judicat competentem.*
5 *Citatio ad dicendum contra Facultates, & videndum reaſſumi cauſa, & ejus Formula, ac Proceſſus coram A.C.*
6 *Proteſtatio, & oppoſitio pendentiæ litis extra Tribunal coram A.C. & ejus Formula.*
7 *Citatio ad dicendum contra Facultates, & videndum reaſſumi cauſam ab A.C. coram primo Collaterali, & ejus Formula, & proceſſus.*
8 *Citatio ad dicendam contra Facultates, & videndam reaſſumi cauſam coram Vicario, & ejus Formula, & Proceſſus.*
9 *Citatio ad dicendum contra Facultates, & videndum reaſſumi cauſam à Gubernatore, ejuſque Formula, & Proceſſus.*
10 *Qui primo obtinet inhiberi, ſpreta ex adverſo inhibitione poteſt citare ad videndum declarari incidiſſe in pœnis.*
11 *Citatio ad videndum declarari incidiſſe in pœnis ejuſque Formula, & Proceſſus.*
12 *Si Pars primò obtinet inhiberi, cautius eſt citare ad videndum reponi coram eo, qui inhibuit.*
13 *Citatio ad videndum reponi, & remitti cauſam, ejuſque Formula, & Proceſſus.*
14 *Si non eſt ſpes repoſitionis, cautius eſt citare coram Eminentiſſimo Signaturæ Præfecto, ad videndum remitti cauſam.*
15 *Citatio coram Præfecto Signaturæ ad videndum remitti cauſam, & inhiberi, ejuſque Formula, & Proceſſus.*
16 *A Decreto Eminentiſſimi Præfecti Signaturæ non poteſt appellari.*
17 *Citatio Eminentiſſimo Signaturæ Præfecto ad videndum reponi, ejuſque Formula, & Proceſſus.*
18 *Ob ſpretam inhibitionem Eminentiſſimi Præfecti citatur coram eo, ad videndum declarari incidiſſe in pœnis.*
19 *Citatio ad videndum declarari incidiſſe in pœnis coram Eminentiſſimo Præfecto Signaturæ, ejus Formula, & Proceſſus.*
20 *Iudex Parti ſuſpectus in Tribunali A.C. Allegatur ſuſpectus coram A.C. met.*
21 *Proteſtatio ſuper ſuſpicione Iudicis coram A.C. met. & illius Formula.*
22 *Citatio ad concordandum de alio Iudice in locum ſuſpecti allegati coram A.C. met. & illius Formula, ac Proceſſus.*
23 *Citatio ad dandum liſtam Confidentium coram A.C. met. & ejus formula, & Proceſſus.*
24 *Alia Citatio ad dandum liſtam Confidentium, ejuſque Formula, & Proceſſus.*
25 *A.C. eſt Iudex inter ejus Locumtenentes de Iuriſdictione contendentes.*
26 *Citatio coram A.C. met. ad videndum remitti cauſam, ad alterum ex Locumtenentibus, & ejus Formula & Proceſſus.*
27 *A.C. vel ejus Locumtenens judicat inter Notarios, & remittit cauſam ad eum, per cujus acta fuit prius in Tribunali introducta.*
28 *Citatio ad videndum remitti cauſam ad Notarium, per cujus Acta fuit præventum, ejuſque Formula, & Proceſſus.*
29 *A.C. ſi nolit iudicare inter eius Notarios, remittit cauſam*

Digitized by Google

ſam adeorum Menſarium.

30 *Citatio coram Menſario ad videndum remitti cauſam, ejuſque Formula, & Proceſſus.*

31 *Notarius A.C. poteſt allegari ſuſpectus coram Decano, qui alium extrahit in ejus locum.*

32 *Exceptio quid ſit, & quotuplex.*

33 *Exceptio declinatoria tripliciter conſideratur, & Iudex incompetens tripliciter dici poteſt.*

34 *Iudex effectus cæcus retinet Officium jam ante acquiſitum.*

35 *Iudex incompetens ratione naturæ cauſæ quomodo dici poſſit.*

36 *Iudex in cauſa propria nemo eſſe poteſt.*

37 *Papa poteſt eſſe Iudex in cauſa propria.*

38 *Epiſcopus poteſt eſſe Iudex in cauſa ſuæ Eccleſiæ.*

39 *Epiſcopus non poteſt eſſe Iudex in cauſa, quæ ſpectat ad eum jure proprio, ſecus ſi jure Eccleſiæ, vel dignitatis.*

40 *Actor ſequitur forum Rei.*

41 *Exceptio declinatoria debet opponi ante conſenſum in juriſdictionem.*

42 *Exceptio reddens Iudicium retro nullum, poteſt opponi quandocumque.*

43 *Exceptiones dilatorias, & peremptorias opponens videtur conſentire in Iuriſdictionem.*

44 *Satiſdatio de Iudicio Siſti, & petitio copiæ libelli non inducunt conſenſum in Iuriſdictionem.*

45 *Subſtitutio Procuratoris non inducit conſenſum in juriſdictionem.*

46 *Exceptio declinatoria, & deinde aliæ ſunt proponendæ.*

47 *Exceptionibus omnibus ſimul oppoſitis, cenſetur primo oppoſita declinatoria.*

48 *Exceptiones declinatorias in primis, & deinde alias ſub conditione opponere, cautius eſt.*

49 *Iudex procedens ad ulteriora cenſetur rejeciſſe exceptiones declinatorias.*

50 *Pars non appellans ab ulteriori Proceſſu cenſetur Iudicem tacite approbaſſe.*

51 *Sequentes Rom. Curiam, & Forenſes in Urbe degentes ſunt ſub juriſdictione A. C.*

52 *Declinatoriam opponens debet proteſtari ſe non conſentire in juriſdictionem, niſi ſi, & quatenus.*

53 *Proteſtatio citra conſenſum, & c. niſi ſi, & quatenus debet repeti in unoquoque actu, aliàs cenſetur receſſum ab ea.*

54 *Exceptio incompetentiæ non retardat executionem obligationis Cameralis, ideò cautius eſt citare ad videndum reaſſumi.*

55 *Judicium, ubi eſt ceptum, ibi finem accipere debet.*

56 *Proceſſus coram ſecundo Iudice valet, niſi fuerit oppoſita declinatoria, & appellatum ab ulteriori Proceſſu, quatenus, &c.*

57 *Civis quis ſit, & quomodo Civis quis efficiatur.*

58 *Cives ex privilegio ſunt veri Cives, & gaudent privilegio Statuti, ſi in Urbe degunt, & ſuſtinent onera.*

59 *Cives Romani non poſſunt conveniri niſi in Curia Capitolina.*

60 *Si Romanus ſit obligatus in forma Cameræ, eſt locus præventioni inter A. C. & Curiam Capitolinam.*

61 *Incola quis ſit.*

62 *Incolatus quomodo contrahatur.*

63 *Incolatus non acquiritur ſine animo, etiam ſi quis habitaret in loco per mille annos.*

64 *Proteſtatio quod quis non intendit acquirere incolatum, debet eſſe clara, alias non relevat.*

65 *Roma eſt Patria communis.*

66 *Romæ facilius contrahitur domicilium, quàm alibi.*

67 *Curiales, & ſequentes Romanam Curiam non acquirunt in Urbe domicilium, & quare.*

68 *Curialis ex quibus dicatur acquirere domiciliũ in Urbe.*

69 *Curialis, licet conjecturis dicatur acquiſiviſſe in Urbe Incolatum, non tamen eſt ſubiectus foro Capitolino.*

70 *Advena, qui ſe Incolam expreſſè fatetur, vel cauſam in Curia Capitolina fecit reaſſumi, pro Incola habendus eſt.*

71 *Inter Cives, & incolas quoad privilegium fori non eſt differentia.*

72 *Incola Urbis poteſt conveniri tantum in Curia Capitolina, niſi ſit Incola, Curialis, vel Campſor, non Civis,*

73 *Si Incola eſt obligatus in forma Cameræ, eſt locus præventioni inter A. C. & Curiam Capitolinam.*

74 *Inter duos Judices privativè quoad alios de juriſdictione contendentes, videtur eſſe locus præventioni.*

75 *Eminentiſſimus Cardinalis Vicarius S. D. N. Papæ eſt Judex ordinarius in Romana curia.*

76 *Si Clerici Romani, & loca Pia in forma Cameræ obligata reperiantur, eſt locus præventioni inter A.C. & Vicarium Papæ.*

77 *A. C. eſt Iudex Hebræorum in forma Cameræ obligatorum privativè quoad alios, præterquam in litibus dependentibus ab aliis Tribunalibus.*

78 *Cardinalis Vicarius inter, & contra Hebræos eſt Iudex privativè quoad alios, niſi agatur vigore obligationis Cameralis.*

79 *Cardinalis Vicarius eſt Iudex inter Hebræos activè, & paſſivè, ſed inter alios, & Hebræos paſſivè tantum.*

80 *Eminentiſſimus Cardinalis Camerarius eſt Iudex Hebræorum Bancheriorum.*

81 *Clericus in minoribus non gaudent privilegio fori, niſi incedat in habitu, & tonſura, & ulterius habeat Beneficium, vel inſerviat Eccleſiæ.*

82 *Clericus in minoribus incedens in habitu, & tonſura, licet non gaudeat privilegio fori, niſi inſerviat Eccleſiæ, gaudet tamen omnibus aliis privilegiis Clericalibus.*

83 *Declarationes Sacræ Congregationis Concilii habent vim legis, & faciunt jus quoad omnes, prout ipſi Sacri Canones.*

84 *Declarationes Sacræ Congregationis Concilii ligant in utroque foro, etiam ſi non ſint publicatæ.*

85 *Declarationes aliarum Congregationum æquiparantur declarationibus Congregationis Concilii.*

86 *Rota ſolet ſemper deferre declarationibus Sacræ Congregationis, & illis acquieſcere.*

87 *Paria ſunt forum ſortiri, & Statutis ligari.*

88 *Clericus, qui ſortitur forum Laicale, ligatur Statuto Laicali in ordinariis, ſecus in deciſoriis.*

89 *Illuſtriſſimus Gubernator Urbis eſt Iudex ordinarius Romanæ Curiæ, & quidem in cauſis mercedum privativè quoad alios.*

90 *Signatura quomodo reſcribat in cauſis mercedum, quando appellatur à ſententia Gubernatoris.*

91 *Cauſæ mercedis, in quibus quis non auditur, niſi facto depoſito, in Tribunali Gubernatoris, ſunt tantum, quando agitur de mercede menſtrua, vel diurna.*

92 *Iudices ordinarii in Romana Curia ſunt multi, & inter eos ſæpe eſt de juriſdictione contentio.*

93 *Cardinalis Camerarius eſt Iudex ordinarius Romanæ Curiæ, & habet juriſdictionem in concernentibus intereſſe Cameræ.*

94 *Camera ſit coram Camerario bis in hebdomada in diebus Rotalibus.*

95 *Cameræ præſunt duodecim Clerici, qui habent juriſdictionem tantùm in concernentibus intereſſe Cameræ.*

96 *Clerici Cameræ habent juriſdictionem omnes collegialiter, non ut ſinguli, & faciunt unum Tribunal ad inſtar Auditorum Rotæ.*

97 *Camera per ſe reſcribit in cauſis Cameralibus, & Appellationum à ſententiis Cameralium.*

98 *Clericus menſarius ſcribit propoſitiones, & Decanus cauſas diſtribuit in plena Camera, & n. 99.*

99 *Clerici, Præfecti, & Præſidentes quot, & qui ſint in Camera & in quibus conſiſtat eorum juriſdictio.*

100 *Illuſtriſſimus Theſaurarius Sanctiſs. D. N. Papæ Iudex ordinarius Romanæ Curiæ, & ſpoliorum in Italia in quibus habeat juriſdictionem.*

101 *Soldanus Turris Nonæ, & Mareſciallus Urbis, ſeu Curia Sabellorum ſunt Iudices pedanei, & quam juriſdictionem habeant.*

102 *Iudex Burgi eſt Iudex Habitantium in Burgo, & quas cauſas ab eo reaſſumat A.C.*

103 *Iudex Fabricæ S. Petri eſt Iudex ordinarius, & cognoſcit cauſas Fabricæ ſummariè.*

104 *Iudices Locorum Piorum ſub juriſdictione Vicarii Papæ non exiſtentes, ſunt Judices privativè quoad alios & privilegia inter eos conquaſſantur.*

105 *Iudices Baſilicarum in eorum franchis, ac Perſonarum*

Digitized by Google

narum illis inſervientium, erant olim Judices privativè quoad alios activè, & paſſivè.

106 *Judices Baſilicarum hodie ſunt Judices privativè, activè & paſſivè, quando agitur de intereſſe Baſilicarum, aliàs ſecus ex Conſtitutione S.D.N.*

107 *Inter Baſilicas eſt locus præventioni ex eadem Conſtitutione Sanctiſſimi, & pro remiſſione cauſarum aditur Præfectus Signaturæ Sanctiſſimi.*

108 *Cauſæ in Rota committuntur omnes per reſcriptum Signaturæ Juſtitiæ, nec poſſunt ab A.C. reaſſumi, ſed pro avocatione debet adiri Signatura.*

109 *Actor qui commiſit cauſam in Rota, ſi agitur vigore obligationis Cameralis, poteſt variare, & agere coram A.C. ſi Reus fuit contumax.*

110 *Auditores Rotæ ſunt duodecim, & dicuntur Capellani Papæ, & quare nu. 151.*

111 *Summus Pontifex olim ſeorſum à Senatu Cauſas ex Univerſo orbe confluentes in ſua Capella ad relationem doctiſſimorum Virorum per ſe ipſum decidebat.*

112 *Auditores Rotæ, cur Auditores Cauſarum Sacri Palatii appellati.*

113 *A.C. reaſſumit cauſas ab omnibus Judicibus ordinariis Romanæ Curiæ juxta ejus facultates, non tamen à Judicibus Baſilicarum, dum agitur de earum intereſſe.*

114 *Cauſæ infra ſummam ſcutorum undecim non poſſunt reaſſumi.*

115 *Cauſæ non poſſunt reaſſumi, ſi fuit conſenſum in jurisdictionem.*

116 *Eminentiſſimus Cardinalis Præfectus Signaturæ Judicat manu regia inter Tribunalia Urbis, quando eſt de juriſdictione contentia.*

117 *Exceptio Judicis ſuſpecti eſt opponenda ante conſenſum in juriſdictionem, & non poteſt opponi ſub conditione.*

118 *Mandatum ſpeciale requiritur ad allegandos Judices, & Notarios ſuſpectos, licet quandoque tacita ratificatio ſufficiat.*

119 *Mandatum ſatis ſpeciale dicitur ad allegandum aliquem ſuſpectum, ſi in eo ſit cauſa generalis, ad Judices & Notarios ſuſpectos allegandum.*

120 *Compareas coram Judice allegato ſuſpecto ſine proteſtatione, vel cum proteſtatione contraria facto cenſetur recuſatione recedere.*

121 *Quilibet Judex poteſt ſuſpectus allegari, etiam Ordinarius, præſertim de Jure Canonico.*

122 *De jure Civili Judex ordinarius non poteſt in totum recuſari ſed datur ei Adjunctus.*

123 *Signatura ſubrogat aliquando Judices in locum ſuſpectorum, tàm in Curia, quàm extra.*

124 *Judice ſuſpecto allegato, ſi exadverſo proceditur ad ulteriora, proceſſus eſt nullus, etiam ſi non appelletur de jure Civili, ſecus de jure Canonico.*

125 *Cauſa ſuſpicionis non eſt coram Judice ſuſpecto exprimenda de jure Civili, ſed benè coram Arbitris, ſecus de jure Canonico.*

126 *Cauſa ſuſpicionis de jure Civili probatur juramento, ſecus de jure Canonico.*

127 *Cauſa ſuſpicionis Arbitri, Conſultoris, Notarii, Procuratoris, & Delegati probatur juramento etiam de jure Canonico.*

128 *Cauſæ ſuſpicionis juſtæ, quæ ſint remiſſivæ.*

129 *Judex ſemel approbatus non poteſt ſine nova cauſa allegari ſuſpectus.*

130 *Notarius Peritus, & ſimiles, ſemel approbati non poſſunt ſine nova cauſa allegari ſuſpecti.*

131 *Judex Tribunalis A.C. quomodo allegetur ſuſpectus, & alius ejus loco deputetur.*

132 *Clericus Cameræ, an, & quomodo poſſit allegari ſuſpectus, & alius ejus loco deputetur.*

133 *Camera non allegatur ſuſpecta, ſed Clericus, dum ejus cauſa, vel ejus Conjuncti uſque in quartum gradum diſcutitur, debet è Camera recedere.*

134 *Rota non allegatur ſuſpecta, ſed Auditor, dum agitur de ejus vel ipſius Conjuncti intereſſe, amovetur à Rota, idem in Signatura.*

135 *Judex in Romana Curia, altera parte abſente, datur ad petitionem alterius, ſecus utraque parte petente.*

136 *A.C. deputat Judices ex officio, non ad petitionem Partis, idem obſervat Regens Cancellariæ in Commiſſionibus in Curia.*

137 *Diſpoſitio,* cap. ablatæ de app. *non habet locum in Curia, & quare.*

138 *In Curia A.C. citatur ad concordandum de alio Judice, aliàs videndum deputari ex officio ex praxi.*

139 *Notarius poteſt allegari ſuſpectus medio juramento, ſi adeſt mandatum ſpeciale.*

De Exceptione declinatoria. Pars I. Cap. VII.

SI quis conventus fuerit coram Judice incompetente, 1
poterit opponere exceptionem fori declinatoriam,
A, tamen opponenda venit ante conſenſum in juriſdictio- A
nem; nam poſt conſenſum opponi amplius non poteſt,
B, unde ſi quis Forenſis, *C*, in forma Cameræ obligatus, B
conveniatur in Curia Capitolina, vel alia incompeten- C
te, poterit proteſtari in Actis Judicii incompetentis,
& opponere dictam exceptionem, ut infra, videlicet.

Pro NN. Contra NN. 2

In officio NN. citra conſenſum in juriſdictionem, niſi
ſi, & ſi quatenus *D* de jure teneatur, & non aliàs, ali- D
ter, nec alio modo &c. ita quod potius pareat actus,
quàm proteſtatio, quæ intelligatur repetita in princi-
pio, medio, & fine preſentis actus, & comparitionis,
& cujuſvis alterius *E* quem, ſeù quam in futurum fieri E
contigerit &c. Dixit ſe eſſe Forenſem, prout docuit per
fidem tenoris &c. & fuiſſe actum vigore obligationis
Cameralis (vel cauſam pendere per acta NN. coram
NN. & fuiſſe conſenſum in juriſdictionem) ideò petiit
cauſam remitti ad dictam Curiam, & ad ſuum Judi-
cem, & nihil innovari in præſenti Curia, aliàs prote-
ſtatus fuit de nullitate, & aliis licitè proteſtandis omni
&c.

Cæterum, ſi aliqua ratione ſit neceſſe opponere etiam
alias exceptiones dilatorias, vel peremptorias poterit
fieri proteſtatio hoc modo videlicet.

Pro NN. contra NN. 3

In officio NN. citra &c. niſi ſi, & quatenus &c. ita,
quod &c. & dixit cauſam eſſe remittendam ad Curiam
NN. per acta NN. attento (*hic inferatur ratio, ob
quam remiſſio prætenditur*) & ideò proteſtatus fuit ni-
hil fieri, niſi coram dicto NN. per dicta acta NN. &
niſi priùs pronunciato ſuper dicta incompetentia, aliàs
&c. & his ſalvis, & non aliàs &c. ita quod &c. & qua-
tenus D. NN. coram quo dictus Compareus conveni-
tur, ſit Judex competens, quod non creditur tunc &
eo caſu, & ſub tali conditione, *F* & non aliàs aliter, F
nec alio modo &c. contra prætenſa jura, ſeù prætenſum creditum, & petita exadverſo opponit omnes exceptiones generales, & quæ ſub generalium appellatione quovis modo comprehenduntur, ſalvo Jure &c. omni
&c.

Et ſicut poſſunt, ut ſupra, juxta dictam cautelam, 4
ſub conditione opponi exceptiones generales, ita quoque
poterunt opponi ſpeciales, ſi opus fuerit.

Sed quoniam Judex in dubio ſemper judicabit ſe competentem, ideò melius erit citare Adverſarium coram Judice, qui prætenditur competens hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad dicendum con- 5
tra facultates (*& ſi adeſt etiam litis pendentia*, adde, *ad
dicendum contra litis pendentiam, & facultates*) Illuſtriſſimo D. A.C. conceſſas, nec non videndum reaſſumi cauſam à Curia Capitolina (*ſeù alia ſecundum facti contingentiam*) attento, quod Inſtans eſt forenſis, & agitur vigore obligationis Cameralis (*& ſi adeſt alia ratio opportuna, ob quam remiſſio prætenditur prout præventio, conſenſus in juriſdictionem, & hujuſmodi, illa inferatur*) & ſibi inhiberi ad ſtatim, ne audeat Inſtantem amplius citare, nec quicquam attentare, vel innovare in dicta Curia NN. ſub pœnis ſcutor. 50. & pro illis mandati executivi, & aliis arbitrio Domini, & excomunicationis ſubſidium, &c. ad ſtatim, ſeù ad p. d. & interim quodcumque Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Detec-

Digitized by Google

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus reaſſumpſit cauſam, & inhibuit, & alias prout in actis Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notatius.

6 Exadverſo ſi Romanus prætendat cauſam remanere debere in Curia Capitolina, poterit proteſtari hoc modo videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. citra conſenſum &c. niſi ſi, & quate-
G nus &c. dixit cauſam pendere *G* in Curia Capitolina, &
H eſſe inter Cives, *H* Incolas, *I* ideo non poſſe reaſſu-
I mi, & quatenus opus ſit, eſſe potius remittendam ad
d. Curiam Capitolinam, & ſuum Judicem, ideò &c. aliàs &c.

Clericus verò, vel alius privilegiatus, & quilibet alius poterit proteſtari, allegando rationes, ob quas cauſa non poteſt reaſſumi, ſed potiùs debet remitti ad ſuum Judicem, ſecundum factorum contingentias, mutatis mutandis, ſed quia Judex, ut dictum eſt, in dubio ſolet pronunciare ſe competentem, ideo ſi reaſſumit, vel non vult remittere, vel non ſit ſpes remiſſionis, Romanus poterit citare coram ſuo Judice hoc modo, videlicet.

Primo Collaterali.

7 Citetur NN. exadverſo principalis ad dicendum contra litis pendentiam, & facultates (*ſi litis pendentia adſit*) ſin minus, contra facultates inclyto Populo Romano conceſſas, necnon videndum reaſſumi cauſam à Curia A. C. attento quod agitur inter Cives, & Incolas, & fuit præventum in Curia Capitolina, & ſibi inhiberi ad ſtatim, ſub pœnis arbitrio Domini, nè audeat aliquod mandatum ſuſcipere, aut exequi facere, aut quicquam innovare contra inſtantem in d. Curia A. C. & decretum opportunum fieri ad ſtatim, ſeù ad p. d. & interim &c. Inſtante NN. principali ſivè &c.

N. Notarius.

Clericus verò, ſi prætendit cauſam remanere debere
L coram Eminentiſſimo Vicario *L* ſuo Judice, poterit ci-
tate hoc modo, videlicet.

Eminentiſſimo Vicario.

8 Citetur NN. exadverſo principalis ad dicendum contra facultates Eminentiſſimo D. Vicario conceſſas (*& litis pendentiam, ſi adeſt*) necnon videndum reaſſumi cauſam à Curia A. C. attento, quod Inſtans eſt Clericus Romanus, & fuit præventum, & conſenſum in juriſdictionem Eminentiſſimi Vicarii, & ſibi inhiberi ad ſtatim nè audeat mandatum ſuſcipere, aut exequi facere, aut quicquam innovare in Curia A. C. contra Inſtantem, ſub pœnis arbitrio Domini ad ſtatim, ſeu ad p. d. & interim &c. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Si verò actum fuit occaſione mercedis poterit quia ci-
M tare coram Illuſtriſſimo Gubernatore *M* hoc modo, vi-
delicet.

Gubernatore.

9 Citetur NN. exadverſo principalis ad dicendum contra facultates Illuſtriſſimo D. Gubernatori Urbis conceſſas, & videndum reaſſumi cauſam à Curia A. C. attenta præventione, & cauſa mercedis, & ſibi inhiberi ad ſtatim, nè audeat quicquam innovare in d. Curia A. C. ſub pænis arbitrio Domini ad ſtatim, ſeu ad p. d. & interim Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Et ſic de ſingulis, nam quilibet ſecundum facti con-
N tingentiam poterit citare coram ſuo Judice *N* ad viden-
dum reaſſumi, ut ſupra, mutatis mutandis, & Pars adverſa proteſtari ſi vult, citra conſenſum &c. & ſi obtineatur decretum, poterit fieri ſolita intimatio in forma, ut ſupra.

10 Verùm, quia ille, qui primò obtinuit inhiberi ab A. C. (*ſeu alio*) poterit citare ad videndum declarari ſe incidiſſe in pænis, hoc modo, videlicet.

A. C. N.

11 Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum declarari ſe incidiſſe in pænis in inhibitione contentis, & decerni, & relaxari mandatum de capiendo, & aliud neceſſarium, & opportunum ad p. d. Inſtante NN. principali ſive &c.

N. Notarius.

Et obtinebit Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter, Dominus relaxavit mandatum de capiendo, & aliàs, prout in actis. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Idcircò nè quis inter juriſdictiones, comprimatur, ad 12
evitanda inconvenientia, quando Adverſarius obtinuit primò inhiberi, poterit citare coram illo, qui primo inhibuit, hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citetur N. N. exadverſo principalis ad videndum In- 13
ſtantem reponi à quocumque prætenſo Decreto præjudiciali, remitti cauſam ad Curiam NN. attento, quod (*hic inſeratur ratio, ob quam prætenditur remiſſio*) & decretum neceſſarium, & opportunum fieri ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus remiſit Cauſam, & alia prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notatius.

Sed ſi Judex non vult cauſam remittere, vel non ſit 14
ſpes remiſſionis, cum in dubio Judices cauſas non remittant, ut evitentur inconvenientia, & damna, cautius erit citare coram Eminentiſſimo Signaturæ Præfecto;
O qui judicat inter Tribunalia, hoc modo, videlicet. O

Eminentiſſimo Signaturæ Juſtitiæ Præfecto, ſive illius D. Auditore.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum re- 15
mitti cauſam ad Curiam Capitolinam attenta præventione, & lite inter Romanos (vel ad Curiam Eminentiſſimi Vicarii attento quod Inſtans eſt Clericus Romanus, & fuit præventum, vel ad Curiam Illuſtriſſimi Gubernatoris, attenta cauſa Mercedis, vel ad aliam, ſecundum facti contingentiam, & ſibi inhiberi ad ſtatim, nè audeat quicquam attentare, vel innovare in Curia A. C. (ſeu alia ſecundum facti contigentiam) ſub pœnis ſcut. 500. & aliis arbitrio Domini, ad ſtatim, ſeu ad p. d. & interim &c. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione omni &c.

Eminentiſſ. Sign. Juſtitiæ Præfecto, ſivè &c.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus remiſit cauſam, & inhibuit, & alias prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Quod ſi quis ſenſerit ſe gravatum, non poterit citare, 16
niſi coram eodem Signaturæ Juſtitiæ Præfecto, ſeu illius Auditore ut infra. quia ab ejus Decreto non datur appellatio, aut recurſus ex Reformatione ſan. mem. Pauli V.

Signaturæ Juſtitiæ Præfecto ſivè &c.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum re- 17
poni Inſtantem à quocumque prætenſo Decreto præjudiciali, & remitti cauſam ad NN. ſuum Judicem, attento quod (*inſeratur ratio*) & ſibi inhiberi ad ſtatim, ne audeat quicquam innovare coram NN. ſub pænis arbitrio Domini, ad ſtatim, ſeu ad p. d. & interim &c. Inſtante NN. principali ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione omni &c.

Signa-

Signaturæ Juſtitiæ Præfecto, ſivè &c.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus remiſit cauſam, & inhibuit, & aliàs prout in Actis Inſtante NN. principali, ſivè &c.

NN. Notarius.

18 Quod ſi quis in ſpretum Inhibitionis procedit ad ulteriora coram alio Judice, à quo cauſa fuit, ut ſupra, à Præfecto Signaturæ avocata, citatur hoc modo, videlicet.

Signaturæ Juſtitiæ Præfecto, ſivè &c.

19 Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum declarari incidiſſe in pœnis in Inhibitione contentis, & revocari attentata in ſpretum Signaturæ, ac decerni, & relaxari Mandatum de capiendo, & aliud neceſſarium, & opportunum ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

NN. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

Signaturæ Juſtitiæ Præfecto, ſivè &c.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus relaxavit Mandatum de capiendo, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

NN Notarius.

20 Cæterum ſi Tribunal A. C. ſit quidem competens, ſed Judex, coram quo ſuit cæptum judicium, ſit alteri Parti ſuſpctus, allegatur ſuſpectus in Actis coram A. C. met. hoc modo videlicet.

Pro NN. contra NN.

21 in Officio NN. medio juramento tactis &c. allegavit
P ſuſpectum *P* & ſuſpectiſſimum R. p. d. NN. attento quod
Q propalavit animum ſuum *Q* (*vel attenta alia ratione contingente*) ideo proteſtatus ſuit nihil fieri, niſi concordato de alio Judice, aliàs de nullitate &c.

Deinde citatur coram ipſomet Illuſtriſſimo D. A. C. hoc modo videlicet.

A. C. Met.

22 Citetur NN. exadverſo principalis ad concordandum de alio Judice in locum NN. ſuſpecti allecti allegati, & dandum liſtam confidentium, & diffidentium quatenus &c. alias videndum per Dominum deputari ex Officio
R *R* & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

NN. Notarius.

Decretum, ſi Pars eſt contumax, vel non concordet, obtinetur, videlicet.

NN. petiit ut ſupra; Ex tunc Illuſtriſſimus D. mandavit dari liſtas, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. Met.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. mandavit dari liſtas, & aliàs prout in Actis Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Deinde citatur hoc modo videlicet.

A. C. Met.

23 Citetur NN. exadverſo principalis ad dandam liſtam confidentium, & diffidentium, quatenus &c. aliàs videndum per Dominum deputari Judicem ex Officio, quibuſcumque non obſtantibus ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum, ſi Partes concordarunt.

NN. petiit, ut ſupra, Ex tunc Illuſtriſs. D. deputavit in Judicem NN. de conſenſu, Partibus præſentibus (*ſi Partes ſint præſentes*) vel cum intimatione (*ſi citatus ſit abſens*) omni &c.

Si vero Partes non concordarunt, Decretum obtinetur, videlicet.

NN. petiit ut ſupra, Ex tunc Illuſtriſſimus D. deputavit in Judicem NN. niſi ad primam diem cum Intimatione, omni &c.

Sed ſi quando quis ſuit citatus ad concordandum de Judice, fuit obtentum Decretum non niſi ad p. d. ſed cum Intimatione ſimpliciter, tunc intimatur, & citatur hoc modo, videlicet.

A. C. Met.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter D. mandavit dari liſtas, & aliàs prout in Actis, ideo citetur idem ad illam dandum, aliàs videndum per Dominum deputari Judicem ex Officio, quibuſcumque non obſtantibus, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c. 24

N. Notarius.

Decretum, ſi Partes non concordant ut ſupra.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, deputari in Judicem NN. niſi ad p. d. cum Intimatione omni &c.

Et in quolibet dictorum caſuum ſit ſolita intimatio, videlicet.

A. C. Met.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter D. deputavit Judicem, & aliàs prout in Actis Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Quòd ſi cauſa ſuit cæpta per acta alicujus Notarii coram uno ex Locumtenentibus, & deinde quis citatur coram alio Locumtenente per acta alterius Notarii, quia inter Locumtenentes ipſemet A. C. eſt Judex, ſi inter eos de juriſdictione ſit contentio, citatur Pars adverſa coram A. C. Met. hoc modo, videlicet. 25

A. C. Met.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum remitti cauſam ad R. p. d. NN. per acta infraſcripti Notarii, attenta litis pendentia, & præventione coram eo, & ſibi inhiberi ad ſtatim ſub pænis arbitrio Domini, nè audeat Inſtantem citare, niſi coram d. D. NN. per acta infraſcripti Notarii, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c. 26

N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione omni &c.

A. C. Met.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D remiſit cauſam, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſive &c.

Si verò quis citat coram eodem Locumtenente, ſed per acta alterius Notarii, citatur coram eodem Locumtenente, ad videndum remitti cauſam ad primum Notarium, coram quo cauſa pendet, & prius ſuit introducta hoc modo, videlicet. 27

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum remitti cauſam ad D. NN. Notarium infraſcriptum, attento quod ſuit præventum, & cauſa pendet per illius actarium, & opportunum fieri, ad p. d. Inſtante NN. principali ſive &c. 28

N. Notarius.

Decretum,

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus remiſit Cauſam, & alias prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Quòd ſi Judex nolit Judicare inter Notarios, ut aliquando occurrit, & remittat cauſam ad D. Menſarium Notariorum Tribunalis, qui illo menſe juxta Turnum retinet Sigillum ipſius A. C. Met. vel etiam ſi quis potius coram Menſario, quàm coram Judice ad id citare velit, poterit citare hoc modo, videlicet. 29

Menſario.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum remitti 30

mitti

Digitized by Google

mitti cauſam ad infraſcriptum Notarium attenta præventioni, & conſenſu in illum, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

Menſario.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter D. remiſit cauſam, & alias prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

31 Sed ſi quis citat per acta Notarii, qui eſt Parti ſuſpectus, allegatur ſuſpectus d. Notarius in actis Decani eorumdem Notariorum, hoc modo videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. allegavit ſuſpectum, & ſuſpectiſſimum NN. Connotarium, & totum ejus Officium me-
S dio juramento S tactis &c. & inſtetit extrahi alium in
ejus locum de more, omni &c. alias &c.

Ex tunc d. Decanus, accerſito ad ſe d. Notario ſuſpecto allegato, & ei d. allegationis ſuſpicione detecta, extrahit alium Notarium ex ſolita Buſſula in ejus locum, & ita obſervatur toties quoties aliquis Notarius Curiæ A. C. ſuſpectus allegatur.

Obſervationes.

A Exceptio propriè eſt quædam excluſio, quæ Inter-
32 ponitur actioni ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationemvè deductum eſt *l. 2. in princip. ff. de except.*

Exceptio aut eſt declinatoria, aut dilatoria, aut peremptoria, ut ultra alios colligitur ex Marant. *de ord. judic. p. 1. mem. 9. n. 1.* Maſ. *in Prax. tit. de excep. n. 1. & n. 3.*

33 Exceptio declinatoria poteſt tripliciter conſiderari; nam Judex poteſt tripliciter dici incompetens. Primò ratione perſonæ propriæ ob defectum in eo exiſtentem, ut ſi ſit infamis, Mutus, & Surdus, Cæcus, Furioſus, Pupillus, Mulier, Servus, Minor 18. annis Advocatus, latè Papien. *in forma declin. juriſd. in verbo, nec fuiſſe, nu. 6. & 7.*

34 Quod tamen dicitur de Cæco non procedit, quando effectus fuit Judex ante cæcitatem; nam tunc poteſt retinere officium Judicis, jam antea acquiſitum, & eſſe Judex, *l. Cæcus, ff. de jud. l. 1. §. cauſam, ff. de poſtulando*, Abb. *conſil. 47. p. 1.* Card. Tuſc. *lit. C. concl. 178.* quo caſu, ſi Sententia ſit ferenda in ſcriptis, illam leget per alium, ut poſt, Bart. Bald & Ang. notant Addel. ad Gloſ. *in d. l. Cæcus*, Abb. *dict. conſ. 47. nu. 3.*

35 Secundò Judex poteſt dici incompetens ratione qualitatis, & naturæ cauſæ, de qua agitur, prout ſi eſt cauſa Fiſcalis, quæ non poteſt cognoſci, niſi coram Procuratore Fiſci, & Præſide, vel Feudalis, quæ non poteſt cognoſci, niſi coram Domino Feudi, vel Matrimonialis, Decimarum, Spirituali, & ei annexa, quæ non poſſunt cognoſci, niſi coram Judice Eccleſiaſtico, & omnis cauſa, quæ habet Judicem particularem, quæ non poteſt cognoſci, niſi coram illo, latè Papien. *ubi ſup. n. 7.*
36 *& ſeq.* Et prout eſt cauſa propria, † in qua nemo eſt Ju-
dex competens, *l. unica*, ubi Gloſſ. & DD. *Cod. ne quis in ſua cauſa jud.* Hoſt. *in ſumma lib. 2. tit. de Sent. §. quis debet ſententiam, in addit. col. 1. verſ. ideo generaliter* Tiraq. *de jud. in reb. exig. in pr.*

37 Hoc tamen non procedit in Papa, qui poteſt eſſe Judex in cauſa propria, Gloſ. *in cap. cum veniſſent*, & ibi Dec. *n. 39. & ſeqq.* ubi tripliciter limitat, *de jud.*

38 Nec etiam procedit in Epiſcopo, qui poteſt eſſe Judex
in cauſa ſuæ Eccleſiæ, Gloſ. *in d. cap. cum veniſſent, verſ.*
ſic Epiſcopus de jud. Gloſ. *ult. in cap. ſi quis erga, verſ. nam*
Epiſcopus 2. q. 7. Innoc. *in c. noſtri 1. de elect.* & ibi Hoſt.
n. 7. Zachar. *n. 2. in fin.* Butr. *nu. 13. verſ. vel dic.* ubi quo
39 poteſt eſſe Judex in cauſa, † quando ſpectat ad Epiſcopum
ratione Eccleſiæ, vel dignitatis, non autem quando ſpectat ad eum jure proprio, Abb. *in fin. verſ. tertia ſolutio*, Oldrad. *conſ. 156. nu. 1. verſ. ſed in caſu, qui de communi*, Bald. *in l. 1. nu. 3. C. ne quis in ſua cauſa jud.* quem ſequitur Annan. *in cap. 1. de maledic. n. 10. circa med. verſ. quæris etiam* Baldus, Jaſ. *in lib. qui juriſdictioni n. 10. ff. de juriſd. omn. jud.* Riminal. *conſ. 539. n. 1. lib. 3.* ubi de communi. Hoc tamen limitatur, ut non habeat locum, quando agitur de bonis, quæ ſunt de ejus menſa, nam tunc videtur cauſa propria. Dec. *in d. c. cum veniſſent n. 54. & ſeqq.*

Tertiò Judex poteſt dici incompetens ratione quali- 40
tatis perſonæ Actoris, vel Rei, nam Actor forum Rei ſequitur, *c. ſi Clericus Laicum & c. cum ſit generale de for. compet. l. juris ordinem, C. de juriſd. omn. Jud.* Maſuer. *in Prax. tit. de except. n. 1. verſ. adde*; unde ſi Clericus ſit Reus, non poterit conveniri, niſi coram Judice Eccleſiaſtico; ſi laicus, niſi coram Judice Laico, & aliàs nemo poterit conveniri, niſi coram Judice ſuo, latè Papien. *ubi ſup. nu. 8. in fin. & nu. 9.*

Exceptio declinatoria debet opponi non ſolum ante B
litem conteſtatam, ſeu pro conteſtata habitam, ſed etiam 41
ab ipſo initio antequam fiat aliquis actus, per quem conſenſum in juriſdictionem dici poſſit, *cap. inter Monaſterium de re jud lib. fin. C. de except.* Bart *in lib. quidam conſulebat. n. 9. ff. de re jud.* Abb. *in cap. exceptionem nu. 11. de excep.* Papien. *in d. form. declin juriſd. in verb. coram vobis, nu. 1.* Marant. *de ord. judic, part. 1. memb. 9. nu. 1.* Rot. *dec. 91. n. 26. p. 6. recent.*

Hoc tamen non procedit, quando exceptio redderet 42
judicium retro nullum, nam tunc etiam poſt litem conteſtatam, & quandocumque opponi poſset, Adden. *ad* Papien. *ubi ſup. in verſ. coram vobis*, Vant. *de null. quib. mod. ſent. null. cap. nu 47. & 58.* ubi ponit exempla in omnino privato, & aliis.

Cæterum regulariter proponens exceptiones dilato- 43
rias, & peremptorias, videtur Judicem approbare, & in ejus juriſdictionem conſentire, Papien. *ubi ſup. in verb. nec fuiſſe n. 1.* Bart. *in lib. fin. C. de except.* Marant. *de ord. Judic. d. part 1. memb 6. nu. 1.*

Per ſatiſdationem tamen de judició ſiſti, aut petitio- 44
nem copiæ libelli non videtur quis conſentire in Juriſdictionem, prout de prima eſt tex. *in Auth. offeratur C. de lit. conteſt.* de ſecunda eſt tex. *in l. non videtur ff. de Jud.* Bar. *in d. l. quidem conſulebat n. 9. & ſeqq.* Papien. *in d. verb. nec fuiſſe n. 1.* Rot. *dec. 779. n. 5 & 6. p. 1. diverſ.* ubi
ſub n. 4. & 5. dicitur, † quod nec per ſubſtitutionem pro- 45
curatoris cenſetur in Juriſdictionem conſenſum.

Ac proinde exceptiones ſunt per ordinem proponen- 46
dæ, primò ſcilicet declinatoriæ, & deinde aliæ, Maſuer. *in Prax. tit. de except. n 3.*

Sed ſi omnes ſimul proponuntur, cenſetur prius oppo- 47
ſita declinatoria, ordine ſcripturæ non attento, *argumento l. talem in princ. ff. de Hæred. inſt. & cap. cauſam, de reſcript.* Bart. *in d. l. quidam conſulebat n. 11.* Abb. *in d. cap. exceptionem n. 11. de excep.* Adden. ad Papien. *in d. verbo coram vobis.*

Cautiùs tamen erit, ad tollendas difficultates opinio- 48
num, ut priùs exceptiones declinatoriæ, & ſignanter contra perſonam Judicis proponantur, ceteræ verò ſub proteſtatione, ſeu ſub conditione, Bart. *in d. l. quidam conſulebat. n. 11. ff. de jud.* Maſuer. *ubi ſupra n. 3.* Abb. *in d. cap. exceptionem n 11. de excep.* Papien. *in d. form. decl. juriſd. in verbo, & in quantum n. 1.*

Quod ſi Judex cognitione habita procederet ad ulte- 49
riora, cenſeretur tacitè rejeciſse exceptionem incompetentiæ, Rom. *conſ. 220. circa primum, nu. 8. verſ. 3. concluſio iſta* ubi App. *in verbo ex parte, dat concordan-*
tes. & Proceſſus, valeret, † niſi fuiſſet appellatum ab 50
ulteriori Proceſſu, quia Judex procedendo ad ulteriora, cenſetur pronunciare tacitè, ſe competentem, & Pars non Appellando illum tacitè approbare, Papien. *ubi ſupra in dict. verbo nec fuiſſe nu. 5.*

Omnes ſequentes Romanam Curiam, & Forenſes in C.
Urbe degentes ſunt ſub juriſdictione Aud. C. & pro quibuſcumque obligationibus non poſſunt, niſi coram eo, conveniri, Greg. XIV. *in Conſt. ad generis impreſſ.* poſt Sal. Tiber. *in Pean. l. 4.* Paul. V. *conſt. 18. Eximiæ*, cum aliis allegatis *ſupra hac eadem 1. part. cap. 1.*

Opponens

D Opponens declinatoriam debet proteſtari, ſe non
52 conſentire in juriſdictionem, niſi ſi, & quatenus, &c.
nè Aliàs puniatur, ut contumax, Agn. conſ. a 17. in cau-
ſa num. 2. verſ. 2. probatur Iaſ. in l. ait Prætor. in a. lectura
num. 18. ff. de Jur. jur. Felin. in c. cum M. Ferrarienſis
num. 66. de Conſt. Alex. in l. non ſolum §. morte num. 62.
& ſeq. ff. de nav. oper. nunciat. cum aliis cumulatis per
Adden ad Papien. in for. declin. juriſd. in verbo nec fuiſſe,
num. 16. lit. A & lit. B.

E Proteſtatio quod quis non intendit conſentire in Ju-
53 riſdictionem, niſi ſi, & quatenus de Jure teneatur, de-
bet repeti uno quoque actu, aliàs cenſetur ab ea receſ-
ſum, & conſenſum in juriſdictionem, Marcheſ. de com-
miſſ. ſuſp. jud. part. 2. §. 5. num. 45. fol. 385. ſecun. nov. im-
preſſ. Rot. dec. 91. n. 11. & ſeq. part. 6. recent.

Verùm quia exceptio declinatoria regulariter non re-
tardat executionem obligationis Cameralis, Zacc. ad
Galleſ. de oblig. Cam. r. q. 17. n. 44. tutiùs erit citare, ad
videndum cauſam reaſſumi, juxta ſuperius tradita.

F De exceptione declinatoria in primis proponenda, &
54 aliis ſub proteſtatione, quòd prius de illa cognoſcatur,
& ſuper ea pronuncietur, vel ſub conditione, quatenus
apparebit, aliquem eſſe Judicem competentem, ſatis
dictum eſt ſupra hoc eodem cap. lit. B.

G Judicium ubi eſt cæptum, ibi finem recipere debet, l.
55 ubi cæptum ff. de iud. Rot. deciſ. 91. num. 19. part. 6. recent.
ubi quod regula procedit, tam in Judice Ordinario,
quàm in Delegato, nam lite pendente coram uno, non
poteſt procedi coram alio, ut ibidem num. 20.

56 Cæterum exceptio litis pendentiæ, & fori declinato-
ria, niſi fuerit, oppoſita, & ſi opus fuerit, appellatum
ab ulteriori Proceſſu, valebit proceſſus coram ſecundo
Judice factus, Rot. dictu deciſ. 95. num. 10. & num. 16.
part. 6. recentiores.

H Civis eſt ille, qui eſt alicujus Civitatis originarius;
57 non ſolum autem origo, ſed etiam manumiſſio, alle-
ctio, vel adoptio facit aliquem Civem, l. Cives, C. de
Incol. lib. 10.

58 Cives ex privilegio ſunt propriè, & verè Cives, &
ideo gaudent privilegio Statuti Urbis lib. 1. c. 41. dummo-
do in Urbe habitant, & onera ſuſtinent. Fenzon. ad Sta-
tut. Urb. d. lib. 1. c. 41. num. 4. & 6.

59 Cives Romani non poſſunt conveniri, niſi in Curia
Capitolina, Stat. Urb. lib. 1. cap. 41. de for. compet. Si ta-
60 men ſunt † in forma Cameræ obligati, poſſunt etiam
conveniri in Curia Audit. Cam. & eſt locus præventioni
inter Curiam Aud. Cam. & Curiam Capitolinam Pius
IV. conſtit. 73. Dilectos ſecund. antiq. impreſſ. cum aliis al-
leg. ſupra cap. 1. lit. A. Pius V. in reform. Trib. Aud. Cam.
conſt. 117. Inter illa, ſecund. antiq. impreſſ. Paulus V. conſt.
71. Univerſi agri, Fenzon. ad Stat. Urb. dict. lib. 1. cap. 41.
num. 1. & 2.

I Incola eſt, qui in aliqua regione domicilium contra-
61 xit, animo ibi perpetuo permanendi, l. Pupillus §. in-
cola ff. de verbor. ſignificat. Luc. Pet. Prax. l. 2. tit. 6. n. 4.
Fenzon. ad Stat. Urb. dict. lib. 1. cap. 41. num. 6. Pænia in
eius voto impreſſo apud Fenzon. d. cap. 41. num. 1. & ſeq.
Gregor. deciſ. 279. num. 11.

Unde communiter dicunt DD. quod Incola eſt; qui
aliunde venit ad habitandum in aliquo loco, animo ibi
permanendi, & domicilium contrahendi, Pen. in dict.
Vot. num. 3.

62 Incolatus contrahitur pluribus modis latè Pen. in d.
Vot. per tot. Signanter autem in dubio qui per decennium
in Urbe habitavit, acquirit incolatum de Jure commu-
ni in Cherub. in Compend. Bullarum tom. 2. ad conſt. 34. Pii
IV. ſcol. 5. Caputaq. dec. 80. p. 2. Pen. ubi ſupra num. 7. præ-
63 ſumitur enim habere animum ibi continuo habitandi, qui
per decennium inhabitavit, Beltram. ad Gregor. d. dec.
279. n. 39. aliàs ſine animo non acquiritur domicilium,
nec incolatus, etiam ſi quis in loco habitaret mille annis,
Roland. conſ. 79. num. 15. lib. 3. Beltram ad Gregor. d. dec.
279. num. 6. Luc. Pet. in Prax. lib. 2. c. 6. num. 5. verſ. ex hiſ.
dec. 137. n. 12. & ſeq. p. 5. recent. Debet tamen hujuſmodi
non animus conſtare clarè, vel expreſsè declarari, &
fieri de hoc proteſtatio clara, quod quis non intendit
64 contrahere domicilium, aliàs nihil relevaret, nam
incolatus nihilominus contraheretur, Rot. d. deciſ.

573. numer. 24. part. 5. recent.

Et hinc eſt quod licet Roma ſit Patria communis, l. 65
Roma, ff. ad municip. & de incol. & Mundi caput, ut per
Marcheſ. de commiſ. avoc. cauſ. part. 2. c. 7. §. 1. num. 6. fol.
272. & ob id † faciliùs quam alibi incolatus contrahatur 66
Pen. in d. Voto n. 19. & num. 25. Nihilominus Curiales, † 67
& Romanam Curiam Sequentes, & Advocati, Pro-
curatores, & ſimiles, qui in Urbe degunt, non animo
ibi perpetuo permanendi, ſed tantum ratione officio-
rum, & negociorum, & donec negocia expediant,
non contrahunt in Urbe domicilium ullo tempore,
etiam ſi ibi habitaverint ultra decennium, Pariſ. conſ. 53.
n. 89. & ſeq. lib. 3. Pen. in dict. Voto nu. 24. verſ. 2. iſtam in-
terpretationem.

Hoc tamen non procedit currentibus conjecturis in 68
contrarium, ut Primò ſi Curialis duxerit ſecum majo-
rem partem bonorum, Secundò ſi Familiam quoque
transtulit. Tertiò ſi Vxorem ibi duxit. Quartò ſi ibi Fa-
miliam aluit, & domos, & poſſeſſiones emit, nam tunc,
ſi ultra decennium habitavit, acquirit incolatum, Pen.
in d. Vot. n. 14. & ſeq & n. 24. verſ. 2. iſtam Rot. dec. 137. nu.
11. part. 5. recent. non tamen ob id erit ſubiectus foro Ca-
pitolino, Stat. Urb lib. 1. c. 41. prout etiam † eſſet ſubie- 69
ctus hujuſmodi foro, niſi nominatim à Statuto excipe-
retur, Pen. in d. Vot. num. 25.

Cæterum Advena, qui ſe incolam expreſsè declara- 70
vit, affirmando ſe ad Urbem animo ibi perpetuo habi-
tandi, & domicilium acquirendi veniſſe, vel Conven-
tus coram A. C. aut coram Gubernatore Urbis, cauſam
à Senatore, aut alio Judice Capitolino reaſſumendam
curavit, neque pro incola foro Capitolino ſubiecto erit
habendus nec poſtea, in alia cauſa in foro Capitolino
conventus, poterit illum declinare, Luc. Pet. in Prax.
l. 1. c. 6. num. 5. Pen. in d. Vot. num 10. & num 13. Cherub. in
Compend. Bull. ad conſt. 28. Jul. II. Decet ſcol. 1. ubi quod
ita fuit deciſum in Romana Salviani 7. Nov. 1601. cor.
bon. me. Litta.

Quod verò attinet ad privilegium Fori inter Cives, & 71
Incolas nulla eſt differentia, Fenzon. ad Stat. Urb. d. lib.
1. c. 41. n. 8. Pen. in d. Vot. n. 21. Pius IV. d. conſt. 72. Dilectos,
Pius V. d. conſt. 117. ſecun. antiq. impreſ. Paulus V. d. conſt.
71. ubi declarat nomen Incolarum ſecundum Juris com-
munis diſpoſitionem eſſe intelligendum.

Et ob id Incola Urbis non poterit conveniri, niſi in 72
dicta Curia Capitolina, ad inſtar, Civis ſic diſponente d.
Statuto lib. 1. cap. 41.

Hoc tamen non habet locum in Incola Curiali, vel
Campſore, ſed benè in Cive, qui licet ſit Curialis, vel
Campſor, poterit nihilominus in dicta Curia Capito-
lina conveniri, cum dictum Statutum hanc recipiat de-
clarationem a Conſt. Iulii II. quæ incipit, Decet, & eſt
ejus Conſt. 22. ſecund. antiq. impreſ. latè Fenzon. ad Stat.
Urb. d. cap. 41. num. 26. & ſeq.

Sed ſi Civis, vel Incola ſit in forma Cameræ obliga- 73
tus, poteſt etiam conveniri coram A. C. & erit locus
præventioni ex eodem Statuto.

Et ubicumque ſunt duo Judices, quorum quilibet, ali- 74
quo reſpectu, eſt Judex privativè quoad alios, ſi con-
tendant inter ſe de juriſdictione, ſemper inter eos regu-
lariter videntur eſſe locus præventioni, juxta tradita per
Pium IV. d. conſt. 73. & conſt. 74. Inter, & Pium V. d. conſt.
117. ſecund. antiq. impreſſ. Paul. V. d. conſt. 71. Univer. agri.

Eminentiſſimus Cardinalis Vicarius Sanctiſſimi D. N. L
Papæ eſt in Urbe Judex ordinarius Clericorum, Reli- 75
gioſorum, locorum, Piorum, & bonorum eorundem,
privativè quoad alios Clem. VII. conſt. 23. Licet Paul. III.
conſt. 37. Licet, ſecund. impreſſ.

Verum ſi agatur vigore obligationis Cameralis, eſt 76
quidem Judex Perſonarum, locorum, & bonorum Ec-
cleſiaſticorum, ut ſupra, & poteſt in hujuſmodi cauſis
procedere, juxta dd. ſuas ordinarias facultates, Pius V.
conſt. 20. Conſiderantes, ſecun. antiq. impreſſ. ſed in hoc
caſu inter eum, & A. C. eſt locus præventioni ex Con-
ſtitutionibus Summorum Pontificum expreſsè diſpo-
nentium, quoad Clericos ratione originis, vel domicilii
Romanos, & loca Pia in forma Cameræ obligata, eorum
illum eſſe Judicem, qui prævenit Pius V. dict. conſt. 117.
Paul. V. dict. conſt. 71. Univerſi agri.

Digitized by Google

77 Quo verò ad Hebræos, ſi agatur vigore obligationis Cameralis, Auditor Cameræ eſt illorum Judex privativè quoad alios, præterquam in litibus dependentibus ab aliis Tribunalibus, Paulus Quintus *dictu conſtitution. 71.*

78 Si verò non agatur vigore obligationis Cameralis, in cauſis Civilibus inter Hebræos, & contra eos, Vicarius eſt Judex privativè quoad alios, Julius Tertius *conſtitutione ſecunda Cum ſicut, ſecun. antiq. impreſs.*

79 Et quidem activè, & paſſivè, quando agitur inter
Hebræos, ſed inter alios paſſivè, tantum, Paulus V.
80 *d. conſt. 71.* Hebræorum verò † Bancheriorum eſt Judex
Eminentiſſimus Cardinalis Camerarius, Pius V. *conſt.*
139. *Cum ſicut*, Gregor. XIII. *conſt. 43. Cum ſicut, ſecund. antiq. impreſs.* Paul. V. *d. conſt. 71. Univerſi agri.*

81 Clerici autem in minoribus conſtituti, ad hoc ut gaudeat privilegio Fori, vel debent habere Beneficium Eccleſiaſticum, vel incedentes in habitu, & Tonſura inſervire alicui Eccleſiæ de mandato Epſcopi, Conc. Trid. *ſeſs. 23. cap. 6 de reform.*

82 Cæterum licèt Clericus prima Tonſura inſignitus incedens in habitu, & Tonſura dicto privilegio Fori non gaudeat, niſi ut ſupra, Eccleſiæ inſerviat, gaudet tamen privilegio Canonis, necnon privilegio, *c. Odoardus de ſolut.* & omnibus aliis privilegiis Clericalibus, prout ſæpè *Sacr. Cong. Concil. Trid. interpretem* declaravit Comitol. *reſp. moral. lib. 6. quæſt 20. per tot.* Gonzal. *in reg. 8 Cancel. gl. 5. § 5. num. 6. & ſeq.* Sanch. *in Decal. to. 2. lib. 7. c. 13. num. 33.* Belliet. *diſquiſit. Cleric. part. 1. de favor. Cleric. perſ. §. 8. num. 22.* cum aliis latius per Squillan. *de Privil. Cleric. c. 8. num. 8. & c. 12. num. 8. & ſeq.* & per Barboſ. *de Poteſt. Epiſcopi part. 2. alleg. 12. num 32.* Scacc. *de Camb. & commer. part. 3. §. 7. gloſs. nu. 162. verſ. contrarium*, ex rationibus, de quibus per præfatos, & Navar. *conſil. 24. de Privil. lib. 5.* & Molin. *de Juſt. lib. 3. diſput. 671.*

83 Declarationes autem Sacræ Congregationis Concilii
ſunt deciſivæ, habent vim Legis univerſalis Garz. *de Benef. in præfat. circa med.* Rota *in Averſana beneficii 3. Julii 1606. cor. bon. mem. Cardin. Sacrato*, Ferentill. ad
Buratt. *deciſ. 479. numer. 21.* & cum ſint factæ ab habente poteſtatem, & facultatem à Summo Pontifice, ab
eo factæ cenſetur, & faciunt Jus quoad omnes, prout
ipſimet Sacri Canones, Rodriquez. *quæſt. regul. lib. 1.*
84 *quæſt. 11. art. 2. ante fin.* Garz. *de Benef. in præf. circa*
med. & ligant tam in foro ſori, quàm in foro poli,
etiam ſi non ſint publicatæ, & ſufficit eas allegare, ad
inſtar Juris communis, Rodriquez. *ubi ſupra*, Ferentill. ad Buratt. *dicta deciſ. 479. numer. 21.* ubi quod idem
85 † dicendum eſt de Declarationibus aliarum Congregationum, ut dixit Rota *in Merca. Abbatiæ 19. Junii 1628.*
86 *coram Reverendo Patre Domino Dunozzetto*, unde †
meritò Rota ſolet ſemper illis deferre, Rota *deciſ. 154.*
num. 3 part. 5. recent. & eas reverenter recipiendo, illis
acquieſcere, Cavaler. *deciſ. 628. num. 7. & num. 8.* Burat.
dec. 479. num. 3. & ibi Ferentill. *num. 20.*

87 Et licèt forum ſortiri, & Statutis ligari paria ſint Socin. *conſ. 171. num. 5. lib. 2.* Barboſ. *in c. quod Clericus, num. 7. de for. compet.* Fenzon. *ad Stat. Urb. 1. c. 143. num. 24.*

88 Attamen in locis in quibus Statuta non ſunt Papalia, prout Statutum Urbis, ſi Clericus aliqua ratione ſortitur forum laicale, præfata regula habet quidem locum in ordinatoriis, ſed non in deciſoriis, Cold. *conſ. 11. de Conſt.* Dec. *in c. part. II a. num. 12. & ſeq. de offic. Deleg.* idem Dec. *in c. Ecc. S. Mariæ. num. 44. & ſeq.* & ibi Felin. *num. 81. verſ. 3. caſus de Conſt.* Anchar. *in c. quod Clericus, num. 4. verſ. 10. de leg. duo membra facit.* & ibi Card. *num. 1. verſ. opponendi prædicta*, & Ioſde Anan. *num. 3. de For. compet.* Rol. *conſ. 57. num. 20. & ſeq. lib. 2.* Alex. *conſ. 164. num. 3. ubi de communi, lib. 6.* Cephal. *conſ. 654. num. 31. & ſeq. lib. 5.* Capic. *deciſ. 66. num. 4. & 5.* Ricc. *collect. 710. p. 3.* Cum aliis cumulatis per Barboſ. *in d. c. quod Clericis, num 8. & ſeq. de For. compet.* & per Bellet. *diſquiſit. Cleric. part. 1. de Exempt. Cleric. §. 3. num. 14. 15. & 16.*

M Illuſtriſſimus D. Gubernator Urbis eſt Judex ordina-
89 rius Romanæ Curiæ, cujus juriſdictio latè ſe extendit
in Criminalibus, cæterùm in Civilibus eſt Judex in cauſis mercedum, quas alii Judices non poſſunt ab ejus
Tribunali reaſſumere, nec ab ejus Sententiis in dd. cauſis datur appellatio, Leo X. *conſt. 7. Et ſi pro cunctarum,*
ſecund. antiq. impreſs. & ob id, ſi ab ejus Sententia † 90
fuerit apellatum in cauſa Mercedis Signatura reſcribit
cum clauſula *Sine præjudicio legitimæ executionis, vel non retardata executione* nec aliquis ibi in eiſdem cauſis auditur, niſi facto actuali depoſito, vel data idonea cautione in forma depoſiti, ob ejus ampliſſimas facultates, & Privilegia, Marcheſ. *de commiſſ. in cauſ. ultim. part. 1. §. 1. numer. 55. & ſeq. fol. 1195. ſecun. nov. impreſſ.*

Cauſæ verò Mercedis, ad effectum faciendi depoſi- 91
tum: illæ tantum intelliguntur in quibus agitur de Salario, ſeu Mercede menſtrua, vel diurna, Pauli V. reformat. Trib. Urb. *d. conſt. 71. Univerſi agri.*

Adſunt in Urbe plures alii Judices, & ſignanter in- N
fraſcripti; ſed inter eos, & A. C. non ita ſæpe contin- 92
git de Juriſdictione altercari, prout inter eumdem Auditorem Cam. & præfatos, per modum exempli ſupra relatos.

Eminentiſſimus Cardinalis Camerarius Sanctæ Ro- 93
manæ Eccleſiæ eſt Iudex ordinarius Romanæ Curiæ, & habet Iuriſdictionem in omnibus concernentibus intereſſe Cameræ, Urban. VI. *conſt. 1. Apoſtolicæ Cameræ*, ſecus in non concernentibus intereſſe Cameræ Pius IV. *conſt. 55. Romanus Pontifex, ſecund. nov. impreſs.*

Coram eos bis in hebdomada, in diebus in quibus eſt 94
Rota ſit Camera, † Præſunt autem Cameræ duodecim
Clerici, Marcheſ. *de commiſs. in partic. part. 1. cap.*
3. num. 67. ſecun. nov. impreſſ. fol. 158. qui habent juriſdi- 95
ctionem in quibuſcumque concernentibus intereſſe Cameræ Apoſtolicæ, Innoc. VIII. *conſt. 4. Cum ſicut, ſecun. nov. impreſs.* Veſtr. *in Prax. lib. 2. cap. 11.* ſecùs in non concernentibus intereſſe Cameræ, Pius IV. *conſt. 70. Romanus Pontifex, ſecun. antiq. impreſs.* Paul. V. *conſt. 71. Univerſi agri.*

Clerici Cameræ non habent Iuriſdictionem ut ſingu- 96
li, ſed tantum collegialiter in plena Camera, Pius IV. *d. conſt. 70. §. Clerici*, Paulus V. *d. conſt. 71. §. Clerici*, & omnes faciunt unum Tribunal, adeo ut unus dicatur ſubrogatus loco alterius, ut in ſimili de Auditoribus Rotæ *eſt deciſ.* Put. *339. num. 2. lib. 3. in correct.* Seraph. *deciſ. 318. num. 2.* Greg. *deciſ. 309. num. 2.* Cavaler *deciſ. 33. num. 5.*

Nec Signatura Iuſtitiæ ſolet Cameræ reſcribere, ſed 97
eadem Camera per Turnum cauſas diſtribuit, & ſi à Sententia Cardinalis Camerarii, ut Theſaurarii, aut Clerici appellare contingat, eadem Camera alteri Clerico cauſam appellationis demandat, Marcheſ. *de Commiſſ. in partic. part. 1. cap. 3. num. 66. & numer. 68. fol. 158. ſecun. nov. impr.*

Propoſitiones autem ſcribuntur à Clerico Menſario, à 98
quo etiam poſteà leguntur, & ſucceſſivè diſtributio illarum ſit in plena Camera ab Ipſius Decano, Pius IV. *conſtitution. 110. Cum inter cæteras, ſecun. antiq. impreſs.*

Inter præfatos Cameræ Clericos adſunt habentes 99
etiam officia particularia, prout Præfatos Annonæ Præfectus Archiviorum, Præſes Graſciæ, Præſes Carcerum, Præſes Riparum, Præſes Dohanarum, Præſes Zeccarum, Præſes Viarum, quorum ſinguli in dd. eorum Officiis habent juriſdictionem, & ob id diſtributio cauſarum in Camera ſit ut ſupra à Decano per Turnum, & ſecundum Officialia Clericorum reſpectivè. Pius IV. *d. conſt. 110.*

Illuſtriſſimus D. Theſaurarius ſimiliter eſt Romanæ 100
Curiæ Iudex Ordinarius, eſt Iudex Spoliorum in Italia, necnon locorum Montium, & aliorum, de quibus in ejus facultatibus privativè quoad alios, Sixti V. *Conſt. 100. In conferendis, ſecun. nov. impreſs.* De Theſaurario, & ejus Officio aliqua tradit, Veſtr. *in Prax. lib. 2. cap. 5.*

Soldanus Urbis, hodie Iudex Turris Nonæ, & Mare- 101
ſcallius Urbis, & Deputatus ab eo hodie Iudex Curiæ Sabellorum, ſunt Judices Pedanei, Primus in Civilibus

non

Digitized by Google

noo habet iuriſdictionem, oiſi in cauſis à decem ſcutis In-
fra Pius IV. *Conſt. 85. Cum ab ipſo, ſecund. antiq. impreſ.*
Paul. V. *dict conſt.* 71. Secundus eſt tantum Iudex Curia-
lium humilioris conditionis, & ioferioris ordinis, Veſter.
in Prax. lib 2. cap 53. num. 2. ejus facultates videri poſſunt
apud Greg. 13. *conſt.* 30. *Dum rectè, ſecun. antiq. impreſſ.* ejus
Cuſiam reformavit Paul. V *dicta Conſt* 71.

102 Judex Burgi, habet Juriſdictionem io cauſis Habitan-
tium in Burgo, privativè qaoad alios in prima inſtantia,
ſed ſi agatur vigore obligarionis Cameralis, aut alterius
eaecutivæ, cauſa poteſt ab A. C. reaſſumi, Pius IV. *dict.*
Conſt. 85. Cum ab ipſo.

103 Judex Fabricæ Sancti Petri de Urbe eſt Judex ordina-
rius, & cognoſcit cauſa Fabricæ ſummariè, & ſine tela
Judiciasia, privativè quoad alios, & habet ampliſſima,
privilegia, Clem. VII. *Conſt. 8. Admonet ſecund. antiq. im-
preſ.* Cherub. *in Comp. Bull. tom. 5. ſuper conſt.* 3. Clem. VII.
Admonet.

104 Judices locorum Piorum ſub Juriſdictione Vicarii noo
exiſtentium, ut eſt Judea Orphanorum, Neophitorum,
Fatuorum, & ſimiles, ſunt Judices dd. locorum privativè
quoad alios, ſi tamen lis ſit inter eos, conquaſſantur pri-
vilegia, & Actor ſequitur Forum Rei ſecundum diſpoſi-
tionem Juris communis.

105 Judices verò Baſilicarum S. Ioannis Laterani, S. Petri
in Vaticano, & S. Mariæ Majores ſunt Iudices in eorum
Franchis, necnon Perſonarum eius inſervientium, & bo-
norum eorumdem, & olim erant Iudices privativè quoad
alios activè, & paſſivè cum ampliſſimis Facultatibus, &
106 Privilegiis. Hodie verò † ex Conſtitutione *ſan. Memor.
Vrbani Papæ Octavi*, quæ incipit *Quamvis, edita ſub die
23. Decembris* 1642 dictæ Facultates fuerunt declaratæ, ut
benè procedant, quando agitur de intereſſe Baſilicarum,
& locorum Piorum habentium Protectorem, ſed in reli-
quis cauſis in quibus agitur de iotereſſe particularium, per-
ſonarum, obſervatur Ius commune, & Actor ſequitur
107 Forum Rei. Cæterum † ſi lis verſatur inter ipſas Baſilicas,
attenditur præventio, conquaſſantur privilegia, & Actor
pariter ſequitur Forum Rei, ſecundum Iuris communis diſ-
poſitionem. Io caſibus autem in dictis Facultatibus com-
prehenſis pro remiſſione cauſarum non debet adiri Præ-
fectus Signaturæ Iuſtitiæ ſed Præfectus Signaturæ Sanctiſ-
ſimi.

108 De Sacro Rotæ Auditorio non fuit facta aliqua mentio,
quia cum in Rota cauſæ omnes ſint commiſſariæ, & per
ſpeciale reſcriptum à Signatura commiſſæ, ut per Veſtr.
in Prax. lib. 2 c 57. num. 3 non poſſunt per A. C. Iudicem or-
dinarium ad Rei conventi inſtantiam reaſſumi, ſed ſi qui
prætendat illas à Rota avocare, debet adire Signaturam
Iuſtitiæ, ex quo enim eaiit reſcriptum à Superiore, iuriſdi-
ctio inferioris ſuſpenſa remanet, nec illud poteſt oiſi per
reſcriptum revocari, *l. iudicium ſolutur, ubi* Bart. *num 2. ff.
de iud.* Marcheſ. *de commiſſ. avoc. cauſ part. 2. §. 3. num. 4. fol.
328 ſecundum nov impreſ.*

109 Cæterum Actor, qui cauſam in Rota committendam
curavit, ſi Reus eſt in forma Cameræ obligatus, bene poterit
variare, & A.C adire commiſſione, & inhibitione emanata
non obſtante, ſi Reus fuit contumax, alias ſecus Rot. poſt
Zacch *de oblig. Cam dec. 56. num. 8 & ſeq.*

110 Auditores † Rotæ ſunt numero duodecim, & dicuntur
111 Capellani Papæ, quia olim † Summus Pontifex cauſas ab
univerſo Orbe ad ſe confluentes, dummodo Conſiſtoria-
les non eſſent, per ſeipſum ſeorſum à Sacro Senatu in ſua
Capella audiebat, ad quam, pro ſtatum cauſarum Audien-
tia, non niſi diſertiſſimos Viros in Jure peritos adſcribat,
ad quorum relationem idem Summus Pontifex dd. cauſas
decidebat, & hæ ſunt innumeræ deciſiones, ſeu decreta
ex quibus, ut plurium Sacri Canones fuerunt compilati,
prout in Libris Decretalium Sexti Decretalium, Clemen-
tinarum, & aliis apparet. Etiam hodie deſerviunt in Capel-
112 la Summi Pontificis in divinis, ſed quia Summi † Pontifices
paulatim ſe ab hoc munere revocarunt, & primò audien-
tiam dd. cauſarum, quæ Sacri Palatii fuerunt appellatæ,
ipſis conceſſerunt, Auditorum cauſarum Sacri Palatii oo-
vo vocabolo fuerunt vocati, ac deinde cœperunt Summi
Pontifices cauſarum quoque deciſionem eiuſdem Auditori-
bus, ſpeciali reſcripto ferè in omnibus delegare, ut per
Veſtr *in Prax lib. 2 c 17 nu 1. & ſeq.*

Cæterum, quoad Judices ordinarios Romanæ Curiæ 113
A.C. ubicumque eius Juriſdictio ſe extendit, cauſas reaſſu-
mit, & inhibet omnibus Juxta ſuas ordinarias facultates,
non tamen Baſilicarum Judicibus, ob eorum ampliſſima
privilegia, quæ habent, dum agitur de Baſilicarum inte-
reſſe, ſecus ſi non de Eccleſia, ſed intereſſe Privatorum
agatur, attenta diſpoſitione, *d. Conſt Quamvis*, Vrb. VIII.
de qua ſupra num. 106.

In cauſis autem modici momenti, infra ſummam ſcuto- 114
rum undecim, quilibet Judex ordinarius eſt competens,
nec dictæ cauſæ poſſunt reaſſumi. Paul. V. *d. conſt. 71. Uni-
verſi agri*, Et licet A.C. ſoleat illas aliquando reaſſumere,
ſub prætextu verborum dictæ conſtitutionis, ibi; *& coram
Iudicibus competentibus vertentes*, quaſi quod ſi non ſint in-
troductæ coram Judicibus aliàs competentibus, poſſint
reaſſumi, Præfectus tamen Signaturæ illas regulariter re-
mittit ad Judices, coram quibus fuerint primitus introdu-
ctæ, & ita quotidie obſervatur.

Similites licet A.C prætendat quod quis, in alium Judi- 115
cem conſentiendo, non poſſit eius Iuriſdictioni præiudicare,
& ob id inſtante Parte cauſas reaſſumat, dicto conſenſu
non obſtanre, Præfectus tamen Signaturæ ſolet dictas cau-
ſas remittere ad Iudices, in quorum Iuriſdictionem non fuit
conſenſum.

Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Signaturæ Iuſtitiæ O
Præfectus, ubicumque eſt de Iuriſdictione contentio, indi-
cat inter Tribunalia Urbis, & remittit cauſas ad Iudices,
ad quos ſpectant, manu Regia ſine omni ſcriptura; omni,
& quacumque appellatione, & recurſu remotis, ſic diſpo-
nente reformatione Tribunalium Urbis, quæ eſt *Conſt.*
Paul. V. 71 *Univerſi agri, in § in primis quoad formam verſ.
& quoad præventionem.*

Exceptio Iudicis ſuſpecti eſt proponenda in principio litis, P
ad inſtar exceptionis incompetentiæ, ante conſenſum in Iu- 117
riſdictionem, Papien. *in form declin. iuriſd in § Iudicem ſuſ-
pectum, n. 7.* & poteſt opponi ſub conditione, in quantum
appareat aliquem eſſe Iudicem competentem, Papien. *ubi
ſupra in § ſi & in quantum num. 1.*

Ad allegandum Iudicem, vel Notarium ſuſpectum re- 118
quiritur Mandatum ſpeciale, Capuraq *dec 168. n. 1 part 1.*
Greg. *dec. 368 n 5.* Marcheſ *de Commiſſ ſuſpic. jud part. 2.
c. 8. § 1. n 4 f. 380. ſecun nou impreſ.* Burat *dec. 388. n. 2* & ibi
Ferent. *num. 7.* Sufficit tamen tacita ratificatio, prout ſi Prin-
cipalis fuerit cauſam proſecutus coram alio, Rot. 440. *n 2.
part. 2 recent.* Beltram. ad Greg. *dict. dec. 368. n 8.* Dicitur † 119
autem ſatis ſpeciale Mandatum, ſi in eo ſit ſolita clauſula, ad
Iudices, & Notarios ſuſpectos allegandum, Beltram. ad
Greg. *d. deciſ. 368. n 8* Ferentill. ad Baratt *d deciſ. 388. n 7.*

Si quis tamen, poſtquam allegavit aliquem ſuſpectum, 120
comparuit coram eo ſimpliciter, ſine aliqua proteſtatione,
cenſetur à recuſatione receſſiſſe, Greg *d deciſ 368 n 2.* Iard
Beltram ad Greg. *dec. 292. n. 4* Buratt. *dec. 388 n 3.* etiamſi
comparuerit cum proteſtatione, quæ ſit contraria facto,
Buratt. *d. dec. 388 n. 4 & 5.* Beltram ad Greg *d. dec. 292 n. 4.*

Suſpectus poteſt allegari tam Iudex Delegatus, quàm 121
Ordinarius, & licet in Ordinario ſit opinio controverſa,
an poſſit ſuſpectus allegari, communis tamen opinio eſt
quod recuſari poſſit, Papien. *in d form declin iuriſd. in § Iu-
dicem ſuſpectum nu. 4* & hanc recipit Praxis in Curia A.C.
nam ſi ipſius Auditor, aut aliquis ex Locumtenentibus ſuſ-
pectus allegatur, alium in ejus locum deputat ſine multa
difficultate, & ita quotidie obſervatur.

Et quod de Iure Canonico tàm Delegatus, quàm Ordi-
narius poſſit ſuſpectus allegari, tradunt Adden ad Bonacurſ:
in Prax. tit. de recuſat n 2 in verbo, non aſſignatur, Mandoſ.
*in 8 form. commiſſ. deputat. Adiunct. in verbo Adiunctum verſ.
de iur. Can.* Marcheſ. *de Commiſſ. ſuſpic. jud. par. 2. cap. 8. §. 2.
n. 37 & ſeq fol. 395. ſecun nou impr.*

Sed de Iure Civili Ordinarius recuſari in totum non po- 122
teſt Bonacurſ. *in Prax tit. de recuſat. n 2.* Sed † eo allegato
ſuſpecto datus Adiunctus, & Signatura aliquando alium
in omnibus ſubrogat, Marcheſ. *de Commiſſ. ſuſp. jud. § 1. n.
2 fol. 376.* Interdum verò Adiunctum dare conſuevit, tàm
quoad Iudices Romanæ Curiæ, quàm extra eam, Mandoſ.
qui alios allegat, in d verbo Adiunctum verſ. Signatura, Mar-
cheſ. *de Commiſſ ſuſpic. jud. d p. 2 c. 8. § 2. n. 37. & n. 40. & fol.
395. & fol. 396. ſecun. nou impreſ.*

Cæterum quando Iudex fuit allegatus ſuſpectus, ſi ex-

Digitized by Google

adverſo proceditur ad ulteriora coram eo, Proceſſus eſt
nullus, etiam ſi non fuerit appellatum quod procedit de Ju-
re Civili, Papien. *ubi ſupra, n. 2. & ibi* Adden. *litt. B.* Minſing.
obſer Camer cent. 4. obſer. 59. nu. 2. Oſaſc. *deciſ. 84. n. 5. & ſeq.*
Secus autem de Iure Canonico, ut per Adden. ad Papien *ubi*
ſupra, *poſt* Oſaſc. *dict. dec 84 n. 5. & ſeq.*
Q Cauſæ ſuſpicionis non ſunt coram Iudice recuſato de Iure
125 Civili exprimendæ, ſecus de Iure Canonico, Papien. *in d.*
form. declin. juriſd in §. Rationibus, *nu. 1.* ſed ſunt exprimen-
dæ coram Arbitris, vel coram Iudice, ad quem fit recurſus,
vel appellatur, Marcheſ. *de commiſs. ſuſpic. jud. part. 3. c. 8. §.*
1. n 24 fol. 377 ſecun. nou. impr.
126 Cauſa vero ſuſpicionis de Jure Civili probatur Iuramento,
Adden. ad Papien. *ubi ſupra de communi teſtantes*, Marcheſ.
d part. 2 c. 8. §. 1. num. 19. fol 377. Sed de Iure Canonico ſecus
eſt: nam plenè probari debet, Marcheſ. *de commiſſ. ſuſpic.*
127 *Jud part. 2. c. 8 §. 1. n. 33 fol.* 379. Quod limitatur, † ut non
procedat in Arbitri, Conſultoris, Notarii, & procurato-
ris recuſatione; nam cauſa quoad eos probatur iuramento,
ut poſt alios, quos allegat, & ſequitur, Marcheſ. *ubi ſupra*
num 34. Adden. ad Papien *in d § rationibus*, Idem procedit
in recuſatione Judicis delegati; nam, & iſta iuramento pro-
batur, Caputaq. *deciſ. 302. p 1.*
128 Quæ ſint recuſationis cauſæ iuſtæ, tradit Marant *de ord.*
jud in 3 part ſextæ partis principalis, *actu ſecundo*, *de Ap-*
pellat. nu 68. *& ſeq.* ubi enumerat quadraginta cauſas, Vi-
gintiquinque autem cauſas enumerat Duran. *reg* 20; *part. 2.*
& nonaginta cauſas enumerat, Steph. de Auffrer. *in tractat.*
de recuſ. ut per Adden ad Papien. *ubi ſupra in § nec fuiſſe, lit. P.*
129 Deputatus, & approbatus Judex ab initio de conſenſu
Partium, non poteſt poſtea ſuſpectus allegari, niſi no-
va cauſa ſuperveniat, Salic. *in Auth. offeratur*, *num 3 in 6.*
130 *not. C. de lit. conteſt.* Marcheſ. *ubi ſupra*, *n 8. fol.* 384. Cavaler.
dec. 178. *n. 1. & 2.* quod procedit etiam in non habentibus iu-
riſdictionem, prout eſt Notarius, & ſimiles, & in habentibus
nudum miniſterium, prout eſt Peritus, Cavaler. *d deciſ.*
178. *num* 3.
131 Hodie coram A. C. Met. ſufficit allegare cauſas oretenus,
citata Parte ad videndum deputari alium Judicem loco N N.
ſuſpecti allegati, & ſi cauſa videtur ei rationabilis, de fa-
cili alium deputat, ſi verò cauſa eſſet iuſta, & ipſe nollet
eam admittere, eſſet opus citare ad videndum mandari ſu-
perſederi uſque ad primam, vel ſecundam Signaturam co-
ram Eminentiſſimo Signaturæ Juſtitiæ Præfecto, ſive illius
Auditore, & deinde adire Signaturam, citata Parte pro
commiſſione appellationis, vel deputationis alterius Judicis,
juxta tradita per Marcheſ *dicta part 2. de Commiſſ ſuſp. Jud.*
fol. 375. & ſeq ſecun. nou impreſs. & inferius ſuo loco dicitur.
132 In Camera verò, Clerico ſuſpecto allegato, non ſolùm
debet exprimi cauſa ſuſpicionis ab Allegante, ſed etiam de-
bet diſcuti dicto Clerico abſente, in plena Camera, & ſi
reperitur iuſta, & approbatur à maiori parte ut ſuſpectus
removetur, Pius IV *Conſt.* 110 *Cum inter cæteros*, *ſecund.*
antiq. impreſſ. Paulus V *Conſt* 71. *Univerſi agri*, & alius in
eius locum ſubrogatur, Marcheſ. *de Commiſſ. in partic part.*
1. cap. 3. num. 72. fol. 158. *ſecund nou. impreſſ* Si verò Clericus
133 † habeat intereſſe in cauſa, vel agatur de intereſſe alicuius
Coniuncti ipſius uſque ad quartum gradum, non allegatur
Camera ſuſpecta, ſed ipſe Clericus, dum cauſa diſcutitur,
debet è Camera recedere, Pius IV. *d. Conſt.* 110. Paulus V.
d. conſt. 71.
134 Sic etiam nec Rota ſuſpecta allegatur, ex quo tractetur
de intereſſe alicuius Auditoris, ſeu Coniuncti uſque ad
quartum gradum, ſed dictus Auditor, donec cauſa diſcu-
titur, amovetur à Rota in eo inſtanti, Marcheſ *de Com-*
miſs. ſuſpic. jud part 2. §. 2. num. 4 & ſeq. fol. 391. ubi quod
idem obſervatur in Signatura.
R Romana Curia obſervat, ut, altera Parte abſente, de-
135 tur Iudex ad petitionem alterius, ſecus utraque Parte præ-
ſente, de qua obſervantia teſtatur, Gloſ *in l. obſervandam*,
in verbo exemplo ff. de jud. & in Auth offeratur, *in verbo pe-*
tieris, *C. de lit conſt.*
136 Sed hoc poteſt verificari in Commiſſionibus cauſarum in
partibus, non autem in deputationibus, quæ fiunt ab A. C.
Met. qui Iudices deputat ex Officio, nec etiam in Commiſ-
ſionibus in Curia, in qua regulariter datur Iudex ex Officio
R. P. D. Cancellariæ Regentis; unde diſpoſitio *cap. oblatæ*,
137 *de appell.* quoad Appellatos † non poſſit in committendo
cauſam prævenire, & ſupplantare Appellantem, ex hac
ratione ceſſata, & non habet locum in Curia, March.
de commiſſ vig. c. oblatæ, *p 2 c. 9. §. 1. n. 11. & ſeq. fol.* 401. *ſe-*
cund nou impreſſ. & hoc † indiſtinctè, niſi Partes concor- 138
dent Iudice, & ob id in Curia A. C. ſolet citari ad concor-
dandum de Iudice, & dandam liſtam confidentium, &
diffidentium, aliàs videndum deputari ex Officio, quam
praticam ponit Iacobin. de S. Gregor. *in dict. l. obſervandum*,
num. 2. ff de jud.
Sufficit allegare Notarium ſuſpectum medio iuramento 139
tactis &c. nam cauſa ſuſpicionis in Notario probatur per
Iuramentum Caputaq. *deciſion 292 part. 1.* Rot. *in Romana ele-*
ctionis 14. Novembris 1611. coram bon. mem. Ubaldo, *impreſſ.*
penes Marcheſ. *d. Commiſſ ſuſpic. jud n. 1. fol. 384. ſecun. nou.*
impreſſ. neque in hoc eſt differentia inter ius Canonicum, &
ius Civile, Adden. ad Papien. *in dict. form. declin. juriſd. in*
§. rationibus, requiritur tamen mandatum ſpeciale, *ex præ-*
allegatis.

SUMMARIUM.

De Exceptionibus dilatoriis, & peremptoriis, ac replicationibus. Cap. VIII.

1 *Exceptiones dilatoriæ, & peremptoriæ ſunt opponendæ in termino ad ſolvendam ante expeditionem Mandati.*
2 *Exceptio Excommunicationis, Periurii, & ſimiles, quæ repellunt à limine, ante Mandati expeditionem quomodo opponenda.*
3 *Exceptio, niſi fieri recognitis juribus, & legitimatis Perſonis ante Mandati expeditionem opponenda quomodo ſit.*
4 *Iuribus recognitione indigentibus non recognitis, & Perſonis non legitimatis Parte opponente non poteſt ad ulteriora procedi.*
5 *Exceptio nihil fieri, niſi iurato de calumnia, quomodo ante Mandati expeditionem opponenda.*
6 *Iurati Calumniæ petiti omiſſio cauſat nullitatem actorum.*
7 *Calumniæ juramentum quomodo præſtetur, & intimetur Parti.*
8 *Iuramentum Calumniæ poteſt præſtari, & intimari una cum Decreto ad brevitati conſulendum, & quomodo.*
9 *Exceptio nihil fieri, niſi ſpecificata ſuma, & factis calculis, ante Mandati expeditionem quomodo opponenda.*
10 *Citatio ad intereſſendum calculo, ejuſque Formula, & Proceſſus.*
11 *Citatio ad videndum mandari eligi Peritos ad effectum calculandi, ejuſque Formula, & Proceſſus.*
12 *Peritus quomodo ab utraque Parte eligendus.*
13 *Citatio ad informandum Peritos, ejuſque Formula, & Proceſſus.*
14 *Citatio ad faciendum referre ſuum Peritum, ejuſque Formula, & Proceſſus.*
15 *Citatio alia ad faciendum referre ſuum Peritum, eiuſque Formula, & Proceſſus, ut evitetur materia appellationis.*
16 *Periti quomodo ſoleant referre.*
17 *Citatio ad concordandam de Tertio Perito, ejuſque Formula, & Proceſſus.*
18 *Præiudicialia in partibus quomodo alleganda.*
19 *Iura ante lapſum terminum Præiudicialium, quomodo producenda.*
20 *Generalia contra Iura quomodo opponenda.*
21 *Exceptiones omnes competentes poſſunt opponi, quæ poſſunt probari.*
22 *Exceptio beneficii Inventarii quomodo, & ad quid opponenda.*
23 *Citatio ad docendum, ſe adiviſſe cum beneficio Inventarii quando neceſſaria, eiuſque Formula, & Proceſſus.*
24 *Herede Beneficio non docente de legitimo Inventario, vel de Inventariatis rationem non reddente, obtinetur, exequatur contra Perſonam, & bona propria.*
25 *Terminus proſervato quid ſit, & qua ratione introductus.*
26 *Citatio ad videndum aperiri Terminum proſervato habitum, eſt ad libitum, eiuſque Formula, & Proceſſus.*
27 *Si cauſa diſcuſſione indiget, neceſſe eſt informare Iudicem in die Notarii in camera oretenus, & in ſcriptis, citata Parte.*
28 *Citationes ad informandum in die Notarii, & earum Formula, & Proceſſus.*

29 Citatio,

29 Citatio, ad videndum expediri Mandatum, quando neceſſaria, ejuſque Formula, & proceſſus.

30 Citatio ad videndum expediri Mandatum aliàs drere. tum, quando dubitatur de defectu Decreti, ejuſque Formula, & Proceſſus.

31 Citatio ad videndum mandari exequi Mandatum aliàs decretum, & relaxatum quando neceſſaria, ejuſque Formula, & Proceſſus.

32 Exequatur poſt expeditum Mondatum quondo, & quomodo obtinendum.

33 Citatio ad videndum mandari ſuperſederi, ejuſque Formula, & Proceſſus.

34 Superſeſſoria quando poſſit obtineri, & quando revocari.

35 Citatio ad videndum revocari Superſeſſoriam, ejuſque Formula, & Proceſſus.

36 Citatio ad videndum reponi à Decreto præjudiciali relaxationis Mandati, ejuſque Formula, & Proceſſus.

37 Citatio ad videndum reponi à quocunque pretenſo Decreto præjudiciali, ejuſque Formula, & Proceſſus.

38 Citatio ad videndum revocari Mandatum, ejuſque Formula, & Proceſſus.

39 Citatio ad vidrudum reponi à Decreto Præjudiciali revocationis Mandaei, ejuſque Formula, & Proceſſus.

40 Citatio ad comparendum coram Domino, & audiendum ejus voluntatem, ejuſque Formula, & Proceſſus.

41 Intimatio non eſt neceſſaria, ſi in Decreto notatur præſentia Partium, niſi Judex mandet intimari.

42 Citatio ad videndum revocari executionem nulliter, & indebitè factam, ejuſque Formula, & Proceſſus.

43 Citatio ad videndũ revocari executionem factam virtute Mandati revocati, ejuſque Formula, & Proceſſus.

44 Actor qui non poteſt audiri, niſi refectis expenſis, quomodo proteſtetur, & faciat depoſitum, ut audiatur.

45 Proteſtatio citata Parte quando, & qualis neceſſaria, ut Reus protrahens litem teneatur Parti ad intereſſe, & num. 46.

46 Citatio ad dicendum contra proteſtationem, ejuſque Formula, & Proceſſus.

47 In termino ad dicendum contra proteſtationem generalia opponenda ſunt, & quomodo:

48 Exceptio Excommunicationis repellit à limine etiam ſi quis ſit excommunicatus in alia cauſa, & nunquam cenſetur excluſa.

49 Excõmunicatus non debet audiri etiam volente Parte.

50 Excommunicatus Reus neceſſarius poteſt excipere, defendere, & appellare, & reſcriptum impetrare.

51 Excommunicatus, contemnens abſolvi, non debet audiri, etiam ſi ſit Reus neceſſarius.

52 Proceſſus factus ab Actore excommunicato ante oppoſitionem exceptionis remanet validus, & num. 62.

53 Exceptio excommunicationis nõn obſtat, ſi conſtat de abſolutione.

54 Exceptio Periurii repellit à limine Judicii.

55 Exceptio Periurii eſt litis finitæ.

56 Perjurus dicitur jure ſuo privatus.

57 Periturus cadit ab actione, & omni commodo contractus privatus remanet, & Proceſſus ab eo fabricatus, Parte opponente, eſt ipſo Jure nullus.

58 Proceſſus à Perjuro fabricatus, antequam pars opponat de periuro, remanet validus, & num 61.

59 Pars non poteſt remittere perjurium, ſed pęnam circa ejus intereſſe.

60 Exceptio Perjurii poteſt quandocumque opponi ante Sententiam.

61 Opinio Piebl, quòd Proceſſus factus à Periuro nullo modo valeat, reprobatur, & nu 62.

62 Abſolutione obtenta ab Excommunicato, Proceſſus factus ante oppoſitionem Excommunicationis, & reaſſumitur in eodem ſtatu, & terminis.

63 Inſtantia data corruit argumentum.

64 Judex poteſt repellere Periurum ex officio, etiam Parte non opponente.

65 Exceptio Periurii requirens indaginem, non repellit à limine.

66 Exceptio periurii, de qua clarè non conſtat, non repellit à limine.

67 Periurus non repellitur à limine, niſi in cauſa, in qua eſt periurus, & in tangentibus illam:

68 Periurus non repellitur à limine, quando promiſſio eſt ex utriuſque contrahentis parte illicita.

69 Periurus non repellitur à limine in defenſione propriç Eccleſiæ, nec in defenſione propria.

70 Periurus Reus neceſſarius excipiendo, & defendendo auditur, & num. 94.

71 Periurus non repellitur a limine, quando dolus, & læſio enormiſſima eſt jam detecta per Sententiam, vel aliàs de ea conſtat notoriè.

72 Si non conſtat de læſione enormiſſima, & obiicitur de perjuro, docendum eſt de abſolutione.

73 Periurus, qui citata parte per viam Signaturæ Gratiæ à periuria obtinuit abſolutionem à Papa, non repellitur à limine.

74 Abſolutio à periuro incurſo non poteſt, niſi ex gratia Papæ, concedi.

75 Citatio Partis in abſolutione à periuro eſt neceſſaria, & quare.

76 Abſolutio à periuro eſt obtinenda ſpecificè, nec ſufficiunt Clauſulæ generales, & quare.

77 Abſolutio à juramento, quæ ad effectum agendi conceditur, Partę non citata, eſt obtinenda in primis, ad evitandum incurſum periurii.

78 Abſolutio à Juramento eſt neceſſaria, etiam ſi Inſtrumentum ſit nullum defectu ſolemnitatum Statuti.

79 Inſtrumentum nullum factum contra formam Statuti non probat Juramento.

80 Abſolutiones tot obtinendæ, quot ſunt Juramenta.

81 Jurans ſolvere, abſolutionem non petere, & impetrata non uti, debet prius ab iſto tertio juramento, deinde à ſecundo, & demum à primo obtinere abſolutionem, aliàs nihil agit.

82 Niſi abſolutio haberet relationem ad Inſtrumenta, in quibus juramenta continentur.

83 Relatum eſt in referente cũ omnibus ſuis qualitatibus.

84 Abſolutio à Juramento non conceditur, niſi ex cauſa.

85 Auditores Rotæ poſſunt relaxare juramenta in cauſis coram eis vertentibus.

86 A.C. habet facultatem exequendi Inſtrumenta Cameralis obligatione vallata, non obſtante abſolutione obtenta à iuramento ad effectum agendi.

87 Abſolutio à iuramento non retardat executionem obligationis Cameralis.

88 Abſolutio ad effectum agendi non prodeſt ei, qui incidit in periurium, niſi prius obtineat à Papa abſolutionem à periurio.

89 Credens, abſolutionem obtentam eſſe ſufficientem, vel non contravenire pactis, excuſari poteſt à periurio.

90 Periurium non incurritur ſine dolo, & perfidia.

91 Cauſa quælibet, etiam levis excuſat à periurio, ſicut à dolo.

92 Abſolutio ad effectum excipiendi in Curia non datur, & quare, num. 93 & ſeqq.

93 Exceptio requiris indaginem, quæ in ſummaria cognitione repellitur.

94 Reus in ſua exceptione eſt Actor.

95 Exceptiones, quod quis non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ſemper poſſunt opponi, & nunquàm cenſentur excluſæ.

96 Juramentũ Calumnię eſt de eſſentia in quolibet iudicio.

87 Iuramentũ Calumnię non eſt de neceſſitate, niſi petatur.

98 Juramentum Calumniæ non poteſt remitti expreſſè, ſecus tacitè.

99 Juramentum Calumniæ petitum, niſi fuerit præſtitum, Proceſſus eſt nullus.

100 Juramentum calumniæ petitum non poteſt omitti, & antequam præſtetur denegatur audientia.

101 Jurare de calumnia tenetur tàm Actor, quàm Reus, & in primis Actor.

102 Actor recuſans de calumnia iurare cadit à iure ſuo, Reus verò habetur pro confeſſo.

103 Jurare de calumnia tenetur, tàm Principalis, quàm Procurator.

104 Jurare de calumnia ſat eſt ante Sententiam.

105 Juramentum calumniæ præſtare in terminis ſubſtantialibus ſat eſt.

106 Procurator habẽs mandatũ ſpeciale a Domino tenetur

Digitized by Google

jurare de calumnia in animam ipſius Domini, alias animam propriam.

107 *Procurator habens mandatum generale ad lites admittitur ad jurandum de calumnia, quicquid ſit de Iure.*

108 *Juramenti calumniæ petiti omiſſio impedit executionem obligationis Cameralis.*

109 *Petitio Juramenti de Calumnia, niſi repetatur proteſtatio in quolibet actu, per proceſſum ad ulteriora evaneſcit, Proceſſus valet.*

110 *Juratum ſatis dicitur de Calumnia, ſi in terminis ſubſtantibus fuit ſervatus terminus ad jurandum de Calumnia.*

111 *Omiſſio juramenti Calumniæ, etiam petiti, non nocet, ſi conſtat de bono Jure.*

112 *Proteſtatio nihil fieri, niſi ſpecificata ſumma, & factis calculis, parte poſtea iterum citata, & intimata, nil operatur, ſi ſumma erit liquida.*

113 *Periti in arte ſtandum eſt.*

114 *Periti præferuntur Teſtibus, ſed magis creditur illis, qui negocia interfuerunt.*

115 *Parte contumace in electione Periti Judex illum eligit ex officio.*

116 *Relationi Peritorum à Partibus electorum, ac Periti de conſenſu Partium, vel à Roca electi, ſtandum, donec doceatur de errore.*

117 *Periti debet referre in Actis cum juramento.*

118 *Periti non debent eſſe partibus ſuſpecti.*

119 *Peritis debent referre, & Judex judicare.*

120 *Peritis in diſcordia exiſtentibus, eligitur Tertius.*

121 *Partibus exiſtentibus in mora eligendi Tertium, eligitur ex Officio à Judice.*

122 *Sententia Peritorum, quod Judicem nunquam tranſit in judicatum, niſi quis promiſerit ſtare cuicunque relationi illorum.*

123 *Sententia Peritorum, & lata de illorum conſilio poteſt quandocunque revocari per electionem aliorum.*

124 *Reviſio Peritorum non datur, niſi ſemel ne Proceſſus detur in infinitum.*

125 *Peritis referentibus ſuper diverſo capite à ſecundis, eſt locus ulteriori eorum deputationi.*

126 *Peritorum Relatio eſt ſemper retractanda, quanto manifeſtè apparet erronea.*

127 *Peritorum Relatio nulla retractatur, & nullum producit effectum.*

128 *Peritorum Relatio eſt nulla, ſi non conſtat de electione, vel de præſentia, aut de citatione Partis in examinatione negocii.*

129 *Periti unius relatio nulla eſt, ſi duo fuerunt deputati.*

130 *Citatio Partis in menſuratione per Peritos facienda requiritur pro die, & hora certa.*

131 *Citatio, ſeu denunciatio quælibet extraiudicialis debet fieri pro die, & hora certa, ſecus in citatione judiciali, & quare.*

132 *Relationi Tertii Periti ſer. ſer. factæ ſtandum eſt.*

133 *Etiamſi diſcordet ab aliis duobus.*

134 *Contrarium, quod nulli ſtandum ſit.*

135 *Pro concordia videtur poſſe diſtingui, & quomodo.*

136 *Secundo, & melius pro concordia videtur diſtinguendum & quomodo.*

137 *Tertii Periti de conſenſu electi relationi ſtandum videtur etiamſi diſcordet ab aliis duobus.*

138 *Relationi Tertii periti de conſenſu electi ſer. ſer. datæ, quæ juſtificatur ex actis, ſtandum, etiamſi diſcordet ab aliis aliàs ſecus.*

139 *Tertius Peritus in caſu concordiæ non cogitur ad referendum, ac ejus deputatione opus eſt.*

140 *Peritis duobus concordantibus, & non Tertio ſtandum eſt.*

141 *Verba illa in citatione poſita, & quodcumque Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, operantur, ut Judex poſſit facere Decretum ſibi beneviſum.*

142 *Decretum ſuper electione Peritorum poteſt interponi, niſi ad p.d. cum intimatione, vel ſimpliciter cum intimatione.*

143 *Decreto ſuper electione Peritorum interpoſito, an, & quando poſſit ad ulteriora procedi.*

144 *Citato ad docendum de præjudicialibus in Partibus, datur dilatio ſecundum diſtantiam loci ſi jurat de calumnia, alias ſecus.*

145 *Præjudicialibus medio juramento allegatis, datur dilatio ſecundum diſtantiam loci, & interim poteſt nihil innovari.*

146 *Præjudicialium terminus currit à die facti Decreti, & executæ intimationis, non à die allegationis.*

147 *Dilatione à Judice in Decreto ſecundum diſtantiam loci conceſſa ad docendum de præjudicialibus, nihil relevat ſi deinde allegentur, alias ſuppletur dilatio, in eo quod deeſt.*

148 *Proteſtatio, non admitti Jura in præjudicium, operatur, ut Judex admittat illa ſine præjudicio, quæ admiſſio non nocet.*

149 *Clauſula* ſine præjudicio *præſervat obligationem Cameralem, & cætera in ſtatu, & terminis, quatenus jus permittit.*

150 *Clauſula* ſine præjudicio *operatur, ut quoad præjudicio inferendum actus habeatur pro non facto.*

151 *Admiſſio* ſine præjudicio *nil præjudicat Decretis factis aut Mandato relaxato, in quantum jus patitur.*

152 *Admiſſio Jurium, & etiam cum clauſula* ſine præjudicio *circumducit concluſionem in cauſa, & terminum præſervato, & quare num. 153.*

153 *Curia obſervat, ut citetur unico contextu ad concludendum in cauſa, & ad Sententiam.*

154 *Lata ſententia prout in Cedula, vel termino habito præſervato, Notarius omnia ponit ſub die, in qua cadebat citatio, etiamſi poſtea pronunciatum ſit.*

155 *Si conſtat aliunde, inſcriptis non fuiſſe pronunciatum ea die qua cadebat citatio, ſententia eſt nulla.*

156 *Juribus admiſſis ſine præjudicio concluſionis, & termini pro ſervato, eo ipſo conſtat quod Sententiam non erat lata, & remanent nulla.*

157 *Admiſſio Jurium ſine præjudicio Decreti, & Mandati præſupponit Decretum factum, & Mandatum relaxatum.*

158 *Concluſio in cauſa ligat manus Parti, quoad productionem & Judici quoad admiſſionem.*

159 *Actus concluſionis in cauſa eſt omninò contrarius productioni, & admiſſioni Teſtium & Jurium illam deſtruit proteſtatione non obſtante.*

160 *Decretum relaxationis Mandati non eſt actus de ſui natura contrarius productioni, & admiſſioni Jurium, ideo admiſſio, cum clauſula ſine præjudicio, operatur.*

161 *Judex ignorans concluſionem in cauſa non videtur illam revocare per novam admiſſionem, ſed hoc non eſt admittendum de facili.*

162 *Concluſio in cauſa non revocatur ſine aliquo Decreto.*

163 *Exceptio firmat Regulam contrariam in caſibus non exceptuatis.*

164 *Exceptio declarat, quid ſit ſub regula, & ſub ea includit caſus ſimiles exceptuatas.*

165 *Obligatio Cameralis non admittit exceptiones extrinſecas à contractu.*

166 *Obligatio Cameralis non retardatur ob exceptionibus illiquidis, turbidis, ſeu ambiguis.*

167 *Obligatio Cameralis non retardatur à petitione reſtitutionis in integrum, ſi fuit maximè præventum in petitione executionis.*

168 *Obligatio Cameralis non admittit exceptionem Diſcuſſionis.*

169 *Exceptio requirens indaginem non impedit executionem obligationis Cameralis, aut Inſtrumenti Guarantigioti, vel alterius judicii executivi.*

170 *Exceptio requirens indaginem quid ſit.*

171 *Exceptio contractus facti ſine cauſa non retardat executionem obligationis Cameralis.*

172 *Exceptio non retardat executionem obligationis Cameralis niſi ſit ex tribus, ſcilicet novationis, ſolutionis, & falſitatis.*

173 *Datu incompetentia Judicis, vel inhabilitate Perſonæ, retardatur executio obligationis Cameralis.*

174 *Nullitas Inſtrumenti impedit executionem obligationis Cameralis.*

175 *Exceptio apparens ex ventre Inſtrumenti impedit executionem obligationis Cameralis.*

176 *Exceptio Compromiſſi oriens ex ventre Inſtrumenti, impedit*

Digitized by Google

impedit executionem obligationis Cameralis, etiamſi requirat indaginem.

177 Exceptio requirens probationes extrinſecas à contractu, non dicitur oriri ex ventre ad impediendum obligationis Cameralis executionem.

178 Obligatio conditionalis, vel in diem ante purificationem non poteſt executioni mandari.

179 Exceptio oriens ex natura rei admittitur in omni judicio, etiam ad impediendam executionem obligationis Cameralis.

180 Exceptio Cedendarum retardat executionem obligationis Cameralis.

181 Exceptio Cedendarum nunquam cenſetur excluſa.

182 Exceptio Rei non traditæ retardat executionem obligationis Cameralis.

183 Exceptio Rei non liberè traditæ retardat executionem obligationis Cameralis.

184 Exceptio Rei non liberè traditæ non retardat, ſi habentes intereſſe conſentiunt, & pretium ſit inveſtiendum, vel Emptor non poſſit damnum pati.

185 Exceptio pretii non ſoluti, vel non implementi in totum, vel in partem, impedit executionem obligationis Cameralis.

186 Exceptio non implementi etiam in minimo obſtat, etiam Ceſſionario.

187 Exceptio non implementi non prodeſt ei, qui primò contravenit.

188 Exceptio non implementi non relevat, ſi terminus præfixum non eſt elapſum, vel illa non eſt clara.

189 Defectus cauſæ, ſive traductio ad non cauſam, impedit executionem obligationis Cameralis.

190 Defectus cauſæ, ut proſit, debet eſſe evidens, & verſari circa cauſam finalem.

191 Exceptio Compromiſſi neceſſarii, etiam ex pacto impedit executionem obligationis Cameralis.

192 Exceptio Compromiſſi voluntarii non retardat executionem obligationis Cameralis, niſi data cautione, & certis caſibus, vel aliàs.

193 Exceptio retentionis retardat executionem obligationis Cameralis, etiam quantitate non liquidata.

194 Exceptio præſumptæ ſatisfactionis retardat executionem obligationis Cameralis.

195 Exceptio præſumptæ ſatisfactionis obſtat Adminiſtratori, ſi conſtet eum potuiſſe ſibi ſatisfacere, aliàs ſecus.

196 Exceptio præſumptæ ſatisfactionis non obſtat Adminiſtratori in reliquis, quando conſtat eum eſſe debitorem in certa ſumma, quam offert compenſare.

197 Exceptio Simulationis probatæ impedit executionem obligationis Cameralis.

198 Exceptio Sequeſtri impedit executionem obligationis Cameralis.

199 Exceptio Rei judicatæ retardat executionem obligationis Cameralis, & admittitur in quocumque judicio.

200 Exceptio Præſcriptionis retardat executionem obligationis Cameralis.

201 Obligationes Camerales omnes ſunt juratæ.

202 Actio per juramentum de Jure communi perpetuatur ultra triginta, & uſque ad quadraginta annos.

203 Statutum urbis c.158. lib.2. ſpacio ſexdecim annorum inducit præſumptionem, etiam contra contractum juratum, & Camerali obligatione vallatum.

204 Statutum Urbis, d.cap.158. tollit fidem Inſtrumentis, adeò ut ex illis non probetur juramentum.

205 Præſcriptio Statuti Urbis d.c.158. procedit etiam contra Forenſes, & in obligationibus alibi confectis, dummodo petitio fiat in Urbe.

206 Præſcriptio Statuti Urbis c.158. l.2. non habet locum, ſi ſolutio fuit deſtinata certo loco extra Curiam, etiam ſi petitio fiat in Curia.

207 Obligatio Cameralis licet operetur, ut quis poſſit ubique conveniri, non tamen operatur, ut ſolutio certo loco deſtinata, ſit ubique facienda.

208 Solutione in pluribus locis deſtinata attenditur, quoad præſcriptionem, Statutum unius ex locis deſtinatis, in quo fit petitio.

209 Statutum Urbis cap.158. lib. 2. expreſsè excipit contractus Cenſuum, & ſubſequens c.159. non comprehendit contractum juratum.

210 Statutum Urbis circa præſcriptionem non habet locum in actione reali, quæ pro Cenſibus competit.

211 Statuto Urbis circumſcripto fructus Cenſuum poſſunt ſemper peti per triginta annos ante litem motam.

212 Forenſibus contra Statutum Urbis ſuccurritur per reſtitutionem in integrum ex capite ignorantiæ illius, niſi illa conjecturis, aut culpa excludatur.

213 Conſtitc de bono Jure, ea tanſit reſtitutioue in integrum quadriennium de Stylo non attenditur in Curia.

214 Exceptio vulnerationis Inſtrumenti impedit executionem obligationis Cameralis.

215 Obligatio Cameral. vulneratur, quando per Sententiã, aut Decretum Inſtrumentum fuit declaratum nullum.

216 Obligatio Cameralis non vulneratur, ſi Sententia lata, aut Decretum factum pro ea, fuit tantum revocatum.

217 Judex tunc demum vulnerat Inſtrumentum, quando dirigit verba Sententiæ, aut Decreti contra illud, aliàs ſecus.

218 Sententia nulla, aut notoriè injuſta non vulnerat obligationem Cameralem.

219 Sententia lata in alia cauſa, vel ſine actis non vulnerat obligationem Cameralem.

220 Sententia nulla lata in cauſa criminali, vel ſine Actis non vulnerat obligationem Cameralem.

221 Sententia abſolutoria ab impetitis lata, ſi fuit ab ea appellatum, vulnerata remanet per indirectum Cameralis obligatio.

222 Sententia nulla, ſeù notoriè injuſta, à qua non fuit appellatum, non vulnerat, quia, quod nullum eſt, nullum producit effectum.

223 Sententia vulnerante ſublata, ceſſat vulnus, & proceditur ad executionem.

224 Vulnus non retardat executionẽ obligationis cameral., ſi Papa mandat ita procedi, vulneratione non obſtãte.

225 Exceptio relevans aliàs non admittenda, ſi ſit probata, vel poteſt incontinenti probari, retardat executionem obligationis Cameralis.

226 Exceptio læſionis non retardat executionem obligationis Cameralis, ſecus ſi eſt probata, dummodo non requirat indaginem.

227 Exceptio Uſurariæ pravitatis non retardat executionẽ obligationis Cameralis, niſi ſit evidẽs, & indubitabilis.

228 Exceptio Erroris non retardat obligationis Cameralis executionem, niſi Error ſit clarus, & probetur incontinenti.

229 Exceptio Simulationis non retardat executionem obligationis Cameralis, niſi ſit probata, vel clara, quæ poſſit incontinenti probari.

230 Exceptio Remiſſionis affectus non retardat executionem obligationis Cameralis, ſecus ſi eſt probata.

231 Exceptio non numeratæ pecuniæ non retardat executionem obligationis Cameralis, ſecus ſi ſit probata.

232 Exceptio Compenſationis non retardat executionẽ obligationis Cameralis, & quando hoc ſignanter procedat.

233 Exceptio Compenſationis crediti, pariter privilegiati, & liquidi impedit executionem obligationis Cameralis.

234 Exceptionis Compẽſationis admiſſio reſidet in arbitrio Judicis, conſtito de paupertate, vel onere Filiorum.

235 Exceptio Compenſationis debiti contracti poſt obligationem Cameralem, retardat illius executionem.

236 Exceptioni Compenſationis cenſetur renunciatum per ſuſceptionem termini.

237 Exceptio Novæ conventionis eſt ex tribus impedientibus executionem Cameralis obligationis.

238 Exceptio Pacti de non petendo eſt prima ex tribus, ex quo dictum pactum continetur ſub nova conventione.

239 Exceptio Falſi clarè continenti probata retardat executionem obligationis Cameralis, ſicut exceptio falſæ cauſæ concludenter probata.

240 Exceptio Falſitatis ex tribus.

241 Suſpicio Falſitatis in Civilibus habetur pro Falſitate.

242 Solutione ejus quod debetur, tollitur omnis obligatio.

243 Exceptio Solutionis eſt una ex tribus.

244 Producens tres ultimas quietantias pro tribus ultimis terminis, ſeù ſolutionibus, etiam bimeſtralibus præſumitur ſemper retro ſolviſſe.

245 Solutio pro reſiduo, vel complemento liberat à toto.

246 *Declarare in quam cauſam fiat ſolutio, ſpectat ad Debitorem.*
247 *Creditor, ſi Debitor non declarat, poteſt in actu exceptionis declarare, in quam cauſa recipiat, prout magis expedit Creditori, ſecùs ex intervallo.*
248 *Solutio in dubio cedit in cauſam duriorem, niſi aliter ſit à Debitore declaratum, aut aliàs conſtet de conſenſu Partium.*
249 *Cauſa durior eſt, quæ continet obligationẽ Cameralem.*
250 *Præſumitur in dubio pro validitate Inventarii.*
251 *Præſumptio pro validitate actus omnibus aliis antefertur.*
252 *Inventarium ritè factum præſervat Hæredem in ſtatu, in quo erat ante Hæreditatem.*
253 *Hæres tenetur docere de Inventario legitimo, & reddere rationem, aliàs proceditur contra eum eodem modo, quo procedi potuiſſet contra Defunctum.*
254 *In Tribunali A. C. citatur ad docendum adiviſſe cum beneficio, Inventarium ritè confeciſſe, & rationem reddidiſſe, quod etiam obſervatur in Rota.*
255 *Judex habens terminum pro ſervato, ut gaudeat ſpatio ad deliberandum, debet illum declarare infra decem dies.*
256 *Auditores Rotæ habent facultatem publicandi terminum habitum pro ſervato infra quindecim dies.*
257 *In Curia Capitolina loco termini pro ſervato fit diffundi, & quid ſit diffuſio, & quid mentio.*
258 *Diffuſio fit ad p.d. juridicam, in qua, ſi Judex Decretum non facit, expirat diffuſio.*
259 *Diffuſio requirit præſentiam Partis, de qua Notarius teſtetur in extenſionem diffuſionis.*
260 *Notarius nihil ſcribit, dum Judex habet terminum pro ſervato; ſed omnia ponit ſub die pro qua cadebat citatio, dum Judex hujuſmodi terminum declarat.*
261 *Admiſſio novorum jurium circumducit terminum pro ſervato, non obſtante quavis proteſtatione, & quare.*
262 *Judex decernit Mandatum niſi infra tres, ſi Debitor non conſenſit unica, &c. aliàs niſi ad p.d. niſi ſibi danda longior dilatio videatur.*
263 *Judices Romanæ Curiæ ex juxta cauſa ſolent reponere Partem in terminis, in quibus erat antè factum Decretum.*
264 *Judex Ordinarius poteſt cognoſcere de nullitate ſuæ Sententiæ, & qui ſint Judices Ordinarii in Romana Curia.*
265 *Requiſita* Pauli de Caſtro *in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod cert. loc. ſunt, quod Debitor ſit in mora, quod Creditor habuerit occaſionem lucrandi, & quod ob defectum pecuniæ illum amiſerit.*
266 *Solitus negociari tenetur verè, & concludenter probare requiſita* Pauli de Caſtro, *ſi vult conſequi intereſſe, nec ſufficit probatio præſumptiva, ut ſervat Rota.*
267 *Fides Proxenetæ, quod quis invenerit loca emenda, debet eſſe legitima & recognita aliàs non probat.*
268 *Proteſtatio contra Debitorem juxta doctrinam* Pauli de Caſtro *debet fieri à Principali, vel ab habente Mandatum ſpeciale.*
269 *Contrarium quod lucrum ceſſans poſſit probari per conjecturas, & ſignanter à ſolito negociari.*
270 *Probatio concludit à communiter accidentibus.*
271 *Conjecturæ in materia intereſſe ſufficiunt.*
272 *Tertium requiſitum* Pauli de Caſtro *videtur improbabile.*
273 *Probatio conjecturalis transfert onus probandi contrarium in Adverſarium.*
274 *Verba illa,* Pauli de Caſtro, *quia pecuniam non habuit, non potuit emere, non ſunt verba articuli, ſed tendunt ad illationem.*
275 *Ea, quæ conſiſtunt in animo, probantur per juramentũ, & conjecturas ſicut ea, quæ ſunt difficilis probationis.*
276 *Intereſſe, quando non eſt omninò incertum, ſed in potentia propinqua, videtur poſſe probari per juramentum.*
277 *Lucrũ ceſſans poteſt probari per conjecturas & quare.*
278 *Intereſſe ex æquitate* l. curabit, *debetur ab Emptore, qui pretium non ſolvit, abſque requiſitis* Pauli de Caſtro, *& quare.*
279 *Æquitas* l. curabit, *habet locum, etiam pro rata pretii non ſoluti, & data dilatione ad ſolvendum, cum pacto quòd interim ſolvatur intereſſe ad certam quantitatem, ſecus extra pretium.*
280 *Pecunia non facit fructus, ſicut res empta: ideò tunc pro conſecutione intereſſe ſunt neceſſaria requiſita* Pauli de Caſteo.
281 *Æquitas* l. curabit, *procedit etiam in Venditore, cui pretium fuit ſolutum, ut teneatur ad fructus recompenſativos donec rem venditam tradat.*
282 *Æquitas* l. curabit, *habet locum in omni contractu correſpectivo.*

De exceptionibus dilatoriis, & peremptoriis, ac replicationibus. Pars I. Cap. VIII.

Firmata Juriſdictione, ad impediendum Mandati relaxationem, & expeditionem in termino citationis ad ſolvendum, necnon etiam Intimationis, & antequàm Mandatum expediatur, multæ exceptiones dilatoriæ, & peremptoriæ opponi poſſunt. 1

Primò poſſunt opponi exceptiones contra perſonam Actoris, ſi quæ ſint videlicet. 2

Adverſarium eſſe excommunicatum *A*, perjurum *B* & ſimiles *B*, ut infra videlicet. A B

Pro NN. contra NN. C

In Officio NN. dixit NN. Adverſarium eſſe publicè excommunicatum (*vel eſſe perjurum, vel quid ſimile*) ideò non eſſe audiendum, ſed repellendum à limine judicii aliàs proteſtatus fuit de nullitate, omni &c.

Secundò poteſt opponi, nihil fieri, niſi recognitis juribus, & legitimatis perſonis *D* ſi Jurium recognitio, & perſonarum legitimatio ſint neceſſariæ, hoc modo videlicet. 3 D

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. Procurator, prout de ejus Mandato procuræ docuit per Inſtrumentum publicum rogatum per acta N. ſub die N. tenoris &c. Et dixit, nihil fieri, niſi recognitis Juribus, & ſibi intimato die, & hora certis ad effectum &c. Et niſi legitimatis perſonis (vel niſi legitimatis hinc inde perſonis, ſi ex utraque Parte legitimatio ſit neceſſaria) & niſi ſervatis ſervandis, & verificatis verificandis, aliàs &c. omni &c.

Facta hac proteſtatione, & oppoſitione Jura ſunt recognoſcenda, aliàs non poſſet deveniri ad expeditionem Mandati, & ſi Perſonæ ſint mutatæ, debent omninò legitimari, aliàs ſine notoria nullitate ad ulteriora procedi non poterit. 4

Tertiò poteſt opponi nihil fieri, niſi jurato de calumnia, videlicet. 5

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. dixit, & proteſtatus fuit nihil fieri, niſi jurato de calumnia *E* per Principalem met, & ſibi intimato, ac ſer. ſer. ver. ver. aliàs &c. 6 E

Et tunc ſi Principalis eſt in Curia, tenetur ipſe jurare de calumnia, aliàs poterit jurare per Procuratorem, ut infra, & niſi fuerit juratum, non poterit ad ulteriora procedi in expeditione Mandati, ſine vitio nullitatis.

Pro NN. contra NN. 7

In Officio NN. medio juramento tactis &c. juravit de calumnia in forma, omni &c.

Et deinde fit intimatio videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverſo Principali, qualiter fuit juratum de calumnia, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſive &c.
N. Notarius.

Ad conſulendum brevitati advertendum eſt, quòd poterit jurari de calumnia eadem die, qua obtinetur Decretum, & intimari unà cum Decreto, etiam ſi non fuerit oppoſitum, nè, ſi poſtea opponatur, ſit facienda nova Intimatio, & expeditio Mandati interim retardetur. 8

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverſo principali, qualiter fuit juratum de calumnia, & Dominus relaxarit Mandatum, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſive &c.
N. Notarius.

Quartò poteſt opponi nihil fieri, niſi ſpecificata ſumma, & factis calculis *F* ut infra: videlicet. 9 F

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. proteſtatus fuit, nihil fieri, niſi ſpecificata ſumma prætenſa, medio juramento tactis &c. & factis calculis, & ſibi intimato pro die, & hora

hora centis,, ad effectum &c. alias de nullitate &c.

10 Et tunc pro hac proteſtatione adimplenda eſt neceſſaria pro parte Actoris hæc intimatio, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter infraſcriptus Inſtans die N. hora N. erit in Officio ad calculandum, ideò citetur diem ad intereſſendum, quatenus &c. alias videndum expediri Mandatum, quibuſcumque non obſtantibus ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

Si Pars comparet, ſpecificatur ſumma, & fiunt calculi Parte præſente, ſin minus, fit in Actis hæc proteſtatio,

T videlicet.

Pro NN contra NN.

In Officio NN. expectata hora N intimata, & hora N. proximè ſequenti pulſata, accuſando contumaciam, Partis adverſæ non comparentis medio juramento tactis &c, ſpecificavit ſummam, & calculavit in ſcutis NN. ſalvo Jure &c. omni &c.

Et deinde fit intimatio, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN exadverſo principali qualiter fuit ſpecificata ſumma, & adimpleta proteſtatio, & Dominus mandavit, expediri Mandatum quibuscumque non obſtantibus, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

11 Sed ſi calculi faciendi requirant electionem Peritorum, & Pars adverſa de hoc proteſtetur, citatur hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum man-

G dari eligi Peritos, G ad effectum calculandi, illoſque eligi videndum, & eligendum, aliàs videndum pro ejus parte elegi, & deputari per Dominum ex Officio, & quodcumque Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & in-

H terponi H ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit ut ſupra ex tunc Dominus mandavit eligi

I Peritos cum Intimatione I, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo Principali, qualiter Dominus mandavit eligi Peritos, & aliàs prout in Actis, ideò citetur idem, ad illos pro ejus parte eligendum, aliàs videndum per Dominum deputari ex officio ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Si Pars non comparet, obtinetur Decretum videlicet. NN. niſi ad p. d. cum Intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus deputavit Peritum, & aliàs prout in Actis; Inſtante NN. principali, ſive &c.

NN. Notarius.

12 Peritus autem ab una, vel etiam altera Parte illum eligere volente, eligitur ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. elegit pro ejus Parte in Peritum NN. ad effectum calculandi ſuper Juribus, de quibus agitur, omni &c.

13 Deinde Peritis informatis citatur altera Pars, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad informandum Peritos, quatenus &c. & videndum illos mandari referre, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra niſi ad p. d. cum intimatione, & omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus mandavit referre Peritos, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Quod ſi peritus exadverſo electus non dat ſuam relationem citatur hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad faciendum referre ſuum Peritum, aliàs videndum mandari ſtari relationi Periti infraſcripti Inſtanti ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. 14

N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus mandavit ſtari relationi Periti, & aliàs prout in Actis. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Sed quia ab hoc Decreto datur appellatio, idcirco ſi lis continet ſummam appellabilem melius eſt citare, ut infra, ad tolendum Adverſario refugium appellationis, videlicet. 15

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad faciendum referre ſuum Peritum, alias videndum, per Dominum eligi alium ex Officio ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra eligi in Peritum NN. niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus elegit alium Peritum, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Et deinde citatur denuò ad videndum mandari referre Peritos ut ſupra, & facta ſolita Intimatione, elapſoque termino in ea contento, Periti referunt, & Notarius recipit, & ponit in Actis eorum relationes, videlicet. 16

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. Peritus, medio juramento tactis &c. dedit ſuam relationem, prout in folio, tenoris &c. omni &c.

Vel ſi ſunt concordes ambo Periti, ſimul dant eorum relationem, prout in folio tenoris &c.

Si verò quilibet Peritus dat de per ſe ſuam relationem, & diſcordant, ut potè, quia unus calculat in majori, alter in minori ſumma, citatur Pars adverſa hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad concordandum de tertio Perito, & dandum liſtam Confidentium, & Diffidentium, quatenus &c. alias videndum per Dominum, deputari ex Officio ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c. 17

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit ut ſupra. Ex tunc Dominus mandavit dari liſta ut ſupra, cum intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus mandavit dari liſtam, & aliàs prout in Actis, ideo citetur idem ad illam dandum, aliàs videndum per Dominum deputari tertium Peritum ex Officio, quibuſcumque non obſtantibus ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c

N. Notarius.

Decretum, ſi Partes concordant.

NN petiit ut ſupra. Ex tunc Dominus deputavit in Peritum NN. de conſenſu Partium, Partibus præſentibus (vel niſi ad p. d. cum Intimatione, ſi Partes non ſunt ambæ præſentes.)

Decretum; ſi Partes non concordant.

NN. petiit ut ſupra, Ex tunc Dominus deputavit in Peritum NN. niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus elegit Peritum, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Et deinde citatus ad videndum mandari referre Peritum, & obtento Decreto, fit ſolitam Intimatio, ut ſupra, poſt relationem omnium Peritorum Judex procedit ad ulteriora in cauſa, ſervatis ſervandis.

Quotò poſſunt opponi Præjudicialia in partibus, hoc eſt nova conventio, ſeu tranſactio, ſolutio, vel quid ſimile medio juramento tactis &c. aliàs non relevaret, ut infra, videlicet. 18

Pro NN. contra NN,

In Officio NN. medio juramento tactis &c. allegavit

Præ-

Digitized by Google

L Præjudicialia *L* in partibus &c. & pendente termino &c. proteſtatus fuit, nihil innovari, aliàs &c. omni &c.

19 Antequàm labatur terminus Præjudicialium erunt producenda Jura, ad impediendam expeditionem Mandati, ut infra, aliàs, illud poſſet expediri.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. ad docendum de nova conventione, facto per compulſum produxit Inſtrumentum publicum tranſactionis rogatum per Acta NN. ſub die NN. tenoris &c. (*vel quid ſimile, ſi adeſt*) & proteſtatus fuit nihil fieri, niſi viſis Juribus per Dominum, & illo informato in die Notarii, aliàs &c.

Sed ſi Reus producit Jura, ut ſupra, prævia citatione ad dicendum contra, erit pro Parte Actoris facienda hæc proteſtatio, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. proteſtatus fuit non admitti aliqua Jura
M *M* in præjudicim obligationis Cameralis, Proceſſus executivi, Decreti facti, & Mandati relaxari, & his ſalvis, & non aliàs &c. contra prætenſa Jura dixit pro nunc Generalia verbo, ſalvo Jure &c. & pendente &c. aliàs &c. omni &c.

N Quo caſu Judex admittit dd. Jura cum clauſula *ſine præ-*
21 *judicio*, ut ſupra, *& ſic*, *& inquantum*, *& non aliàs &c.*
O Sextò poſſunt opponi omnes aliæ exceptiones *N* compe-
P tentes, prout Præſcriptionis, Præſumptæ ſatisfactionis,
Q Novationis, *O* Falſitatis, *P* Solutionis, & *Q* ſimiles, ſi
22 quæ ſint, & probari poſſint.

Septimò, quando quis convenitur uti Hæres, ad evitandum executionem in bonis propriis, poteſt opponi ſe eſſe Hæredem cum beneficio legis, & Inventarii, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. dixit non poſſe relaxari aliquod Mandatum contra bona propria, nec in eis fieri executio, cum ipſe ſit Hæres NN. cum beneficio legis, & inventarii, prout docuit per Inſtrumentum publicum Inventarii rogatum per Acta NN ſub die NN. prout in folio, tenoris &c. ideo proteſtatus fuit, nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, & verificatis verificandis, aliàs &c.

Et tunc, prout etiam quando agitur contra Hæreditatem jacentem, & illius Curatorem, non relaxatur Mandatum, niſi contra bona Hæreditaria.

23 Cæterum, ſi Mandatum contra bona Hæreditaria haud facilè exequi poſſit, vel bona Hæreditaria non ſint ſolvendo, tunc citatur Hæres hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis Hæres NN. exadverſo principalis ad docendum ſe adiviſſe Hæreditatem cum beneficio legis, & Inventarii, Inventariumque legitimè confeciſſe, & de inventariatis rationem reddidiſſe, aliàs videndum mandari exequi Mandatum contra Perſonam, & bona propria quibuſcunque non obſtantibus ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi infra xv. cum Intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali Hæredi NN. exadverſo principalis, qualiter Dominus mandavit exequi Mandatum contra Perſonam, & bona propria quibuſcumque non obſtantibus, & aliàs prout in Actis Inſtante NN. principali, ſive &c. N. Notarius.

24 Quo caſu, niſi Hæres docuerit, ſe Inventarium legitimè confeciſſe, & de Inventariatis rationem reddidiſſe, vel
R niſi rationem de Inventariatis reddat, *R* obtinebitur exequatur Mandati contra Perſonam, & bona propria.

25 Occurit aliquando quòd Pars aliquid relevans opponit, quod indiget diſcuſſione, unde Judex ad maturiùs deliberandum, quid agendum ſit pro juſtitia ſolet, non facto
S aliquo Decreto habere terminum pro ſervato. *S*

Eſt autem terminus pro ſervato aſſumptio dilationis decem dierum à Judice oretenus facta ad deliberandum ſuper cauſæ expeditione, à die reproductæ citationis computandorum, quo caſu Judex in d. termino poteſt abſque nova citatione, expedire cauſam ad libitum, & ſuum facere Decretum prout Juſtitia poſtulat.

26 Quod ſi Judex aut Pars voluerit, poterit nihilominus Adverſarium citari ad cauſæ expeditionem, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum aperiri terminum pro ſervato habitum, & quodcumque Decretum deſuper neceſſarium & opportunum fieri & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Et hujuſmodi citatio poteſt reproduci, & non reproduci arbitrio D. Judicis, & ſi ipſe voluerit, poterit in ea, & non in prima citatione non interponere Decretum.

Si reproducatur Decretum in pede illius, ſin minus in pede primæ citationis obtinetur, ut infra, videlicet.

NN. petiit ut ſupra; Ex tunc Dominus decrevit, & relaxavit Mandatum pro ſcutis NN. niſi ad p. d. cum Intimatione *T* omni &c. T

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus relaxavit Mandatum, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſive &c. N. Notarius.

At ſi cauſa requirat majorem diſcuſſionem, & non poſſit 27
ideo expediri in publica Audientia dum termini obſervantur à Judice ſedente pro Tribunali, ſed neceſſe ſit, illum informare in die informationis Notarii in Camera, tunc ponitur a Notario cauſæ nomen Principalis in liſta ſub numero currente, verbi gratia.

Num. N. Pro NN contra NN.

Ex datis à Partibus Judici informationibus facti, & juris in ſcriptis, allatiſque ei per Notarium cauſæ per diem ante Juribus in Actis productis, adveniente die, hora, & numero informationis informatur Judex etiam in voce in Camera, in Contradictorio, & ita obſervatur in omnibus cauſis, etiam ſummariis, & ordinariis, ubicumque aliqua ſubeſt difficultas in quovis articulo, ſivè principali, ſivè incidente.

Ad hoc autem, ut in cauſis executivis Pars compareat ad informandum, citetur ut infra, niſi adhuc duret terminus habitus pro ſervato pro caſu poteſt, etiam ſine infraſcripta citatione, vel cum illa, ad libitum informari videlicet.

A C N.

Citetur NN. exadverſò principalis ad comparendum co- 28
ram Domino, & informandum in die informationis Notarii, quatenus &c. aliàs videndum expediri Mandatum aliàs decretum, & relaxatum, & quodcumque Decretum deſuper neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p d. Inſtante principali, ſivè &c.

N Notarius.

Hæc citatio poteſt reproduci, & non reproduci ad libitum, prout dictum eſt ſupra de citatione ad videndum aperiri terminum pro ſervato habitum, non tamen poteſt reproduci niſi in die Notarii, ſi ſit Juridica, aliàs prima die Juridica poſt diem Notarii immediate ſequente erit reproducenda, & ſi obtinetur Decretum, debet fieri ſolita Intimatio.

Poteſt etiam dicta citatio fieri magis ſpecialis ad ſolvendum, & ad id quod petitor, ſecundum facti contingentiam. Quod ſi quis nolit illam reproducere, vel etiam, cauſa ſit ſummaria, vel ordinaria poterit ad effectum oſtendendi Judici extrajudicialiter, quod Pars fuit citata ad informandum in die Notarii, citatur hoc modo.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad informandum in die informationis Notarii; quatenus &c. aliàs &c. Inſtante NN. principalis, ſivè &c.

N. Notarius.

Verum, ſi Mandatum fuerit relaxatum, ſed expeditio il- 29
lius fuit retardata propter oppoſitiones exadverſo factas, & Judex vult Partes iterum audire, citatur, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum expediri Mandatum, aliàs decretum, & relaxatum, quibuſcumque non obſtantibus, ad p. d. Inſtante NN. principali; ſivè &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus man-

Digitized by Google

mandavit expediri Mandatum, quibuſcumque non obſtantibus, & alias prout in Actis, Inſtante N.N. principali, ſivè &c. N. Notarius.

30 Si verò quis dubitat primum Decretum vel aliquem pati defectum, aut continere nullitate ſtantibus oppoſitionibus productionibus exadverſo factis, ad majorem cautelam poterit citare hoc modo videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum expediri Mandatum, aliàs decretum, & relaxatum, & quatenus opus ſit de novo decerni, relaxari, quibuſcumque non obſtantibus ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione, &c. A. C. N

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus mandavit expediri Mandatum quibuſcumque non obſtantibus, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN principali, ſive &c. N. Notarius.

V Sed ſi ad coadjuvandas probationes antiquas *V* fuit pro parte Actoris facta nova productio, ut ſupra, citatur hoc modo pro obtinendo Exequatur, videlicet.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum mandari exequi Mandatum, aliàs decretum, & relaxatum ſub die NN. & quatenus opus ſit de novo decerni, & relaxari, quibuſcumque non obſtantibus; ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ſupra niſi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principalis, qualiter Dominus mandavit exequi Mandatum, & aliàs, prout in Actis Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

32 Et eodem modo citatur, & intimatur, ſi poteſt expeditum Mandatum, ante tamen illius executionem, aliqua Perſona ſit mutata; nam legitimata Perſona, & productis Juribus, obtinetur exequatur, citata Parte, ut ſupra.

Aliquando Reus poſt oppoſitiones factas ante expeditionem Mandati, obtinet Superſeſſoriam, & citata hoc modo, videlicet. A. C. N.

33 Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum mandari ſuperſederi in expeditione Mandati, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

Vel

NN. petiit, ut ſupra, & obtinuit ſuperſederi per dies NN. niſi ad p. d cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus mandavit ſuperſederi, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

34 Quæ Superſeſſoria poteſt obtineri etiam poſt expeditionem Mandati; citando ad videndum mandari ſuperſederi in illius executione, ut ſupra.

Idcirco, ſi Actor prætendit revocationem ſuperſeſſoriæ, amotis difficultatibus factis, & Juris, ſi quæ ſint, poterit citare hoc modo, videlicet.

A. C. N.

35 Citetur NN exadverſo principalis ad videndum revocari ſuperſeſſoriam nulliter, & indebitè extortam, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p.d. cum Intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus revocavit Superſeſſoriam, & alias prout Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Aliquando etiam Reus, antequam expediatur Mandatum, obtinet repoſitionem à Decreto relaxationis citando, ut infra videlicet.

A. C. N

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum Inſtantem reponi X à quocumque prætenſo Decreto præjudiciali relaxationis Mandati nulliter, & indebitè extorti, Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principalis, ſivè &c. 36 X

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus repoſuit, & aliàs, prout in Actis, Inſtante principali, ſivè &c. N. Notarius.

Et ob id, ſi Actor videt hujuſmodi repoſitionem de jure non ſubſiſtere, citet etiam ipſe ad videndum reponi, & allegatis rationibus opportuni obtinebit, ut infra, videlicet

A. C. N.

Citetur NN exadverſo principalis, ad videndum Inſtantem reponi à quocumque prætenſo Decreto præjudiciali nulliter, & indebitè extorto, & decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius. 37

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, & omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus repoſuit, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Aliquando verò Reus poſt expeditionem Mandati obtinet illius revocationem citando, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum revocari Mandatum nulliter, & indebitè extortum cum omnibus inde ſecutis, & in expenſis condemnari ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. 38

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus revocavit Mandatum, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principalis, ſivè &c.

N. Notarius.

Ideoque ſi Actor videt, hujuſmodi revocationem de jure non ſubſiſtere, alleget rationes, & citet, ut infra, & obtinebit Decretum, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum Inſtantem reponi quocumque prætenſo Decreto præjudiciali revocationis Mandati; & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri & interponi ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius. 39

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione omni &c.

A. C. Met.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus repoſuit, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali ſivè &c.

N. Notarius.

Solet aliquando fieri citatio generalis ad audiendam Judicis voluntatem, ad hoc ut Judex poſſit Decretum facere ſibi beneviſum, hoc modo videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad comparendum coram Domino die NN. hora Audientiæ (*vel informativis Notarii, ſi illa ſit Iuridica*) & audiendum ejus voluntatem, & loco voluntatis quodcumque Decretum de ſuper neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. 40

N. Notarius.

Et ſi contingat vigore hujus citationis obtineri Decretum,

tum, intimatur Parti adverſæ in forma juxta ſuperiùs tradita.

41 Si tamen Pars ſit præſens, & in Decreto quocumque dicatur, Partibus præſentibus, vel Procuratore exadverſo præſente, non eſt neceſſaria alia intimatio, niſi Judex mandet nihilominus Decretum intimari.

Quod ſi Actor, pendente Superſeſſoria, Mandatum exequi fecerit, citatur hoc modo, videlicet.

A. C. N.

42 Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum revocari exequutionem nulliter, & indebitè factam inſpretum Superſeſſoriæ, cum omnibus inter ſequutis, & in expenſis condemnari, ad p. d. Inſtate NN. principali, ſive &c. N. Notarius.

Et obtinetur *Drcretum*, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus revocavit exequutionem. & aliàs prout in actis Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

43 Si verò quis poſt revocatum Mandatum, illud nulliter, abſque repoſitione à Decreto præjudiciali, & exequi fecerit, citatur hoc modo pro revocatione exequutionis obtinenda, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum revocari exequutionem nulliter, & indebitè factam vigore Mandati revocati, cum omnibus inde ſecutis, & in expenſis condemnari ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus revocavit exaquutionem, & alias prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

44 Nec poterit poſtea Actor audiri, niſi refectis expenſis; ideo ſi vult ad ulteriora procedere proteſtatur, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. & ſinè præjudicio ſui crediti, & quorumcumque aliorum ſuorum Jurium, & non aliàs &c. ita quod &c. quatenus opus ſit renunciavit tantùm executioni ad ejus favorem, & inſtantiam factæ ſuper NN. de qua, ſeu quibus in Actis omni &c. Et pro expenſis liquidis facto depoſuit, penes me Notarium actuarium cauſæ, Julium unum, offerens plus deponere, ſeu ſolvere ſi plus taxatum fuerit, non ſolùm ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Poterit etiam, ſi Mandatum, vel executio fuarit à Judice revocata abſque alia renuncia, ubicumque expenſæ ſint reficiendæ, fieri depoſitum, & oblatio, de qua ſupra, nè aliàs expenſarum refactio impediat Proceſſum ad ulteriora, quo caſu pariter onus taxare faciendi expenſas ad Partem adverſam pertinebit, & interim ad ulteriora procedetur.

45 Cæterùm ſi Reus plures opponat exceptiones, & ex quibus perneceſſe expeditio, ſeu expeditio Mandati, & per conſequens ſolutio in longum ſit protrahenda, vel ab initio dubitetur, nè lis in longum protrahatur, tunc ut Reus in caſu ſuccumbentiæ teneatur etiam ad intereſſe ob retardatam ſolutionem, eo tempore, in caſu, quò aliàs ſine proteſtatione ad illud non tenetur, fiet contra eum hæc proteſtatio videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN & ad Partis adverſæ memoriam reduxit, qualiter ipſe eſt eius Creditor ſcutis NN. ſibi debitis occaſione, de qua in Inſtrumento in Actis rogato, ſeu producto, ſub die N. anni N. ad quod &c. Verùm quoniam ſua plurimum intereſt, conſequi dictum ejus creditum, cum ex illo emere intendat tot loca Montis Fidei Vrbis (*ſeu aliud ſecundum facti contingentiam*) & jam invenerit dd. locorum Venditorem, & dd. loca emenda, prout ex fide Proxenetæ, quam facto per compulſum producit tenoris &c. Et nihil ſibi ſolvantur dd. ſcutæ NN ob defectum pecuniarum dicta loca Montium emere non poteſt, cùm pecunias otioſas penes ſe non habeat, nec retinere ſoleat, prout medio juramento tactis &c. aſſirmavit; ideò requirit, admonet, & interpellat eundem Adverſarium ad ſolvendum dictam ſummam ſcutorum NN. aliàs proteſtatur Y contra eum de omnibus, & ſingulis præmiſſis, & de fructibus, & intereſſe dictorum ſcutorum NN. ad rationem fructuum locorum dicti Montis Fidei decurrendum, donec per Adverſarium fiat dicta ſolutio, de omnibus alijs damnis, expenſis & intereſſe, quæ, ob retardationem dictæ ſolutionis, ſibi contingerent, & de alijs licitè proteſtandis, Deducens &c. omne Jus &c. & non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c. Y

Deinde citatur idem Adverſarius, ut infra, videlicet:

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad dicendum contra proteſtationem, requiſitionem, interpellationem, & Jura producta, & repetita, necnon videndum illam admitti, & mandari aſſicere, & jurare Teſtes ſuper illorum recognitione quatenus opus ſit, admitti, & mandari reſtituit, dimiſſa copia collationata, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. 46

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit proteſtationem hodie in Broliardo factam, & Jura in eodem hac die producta, & petiit, & obtinuit admitti, ſic, & in quantum, & mandari aſficere, prout de Jure, omni &c.

Exadverſo Reus proteſtatur, ut infra, videlicet. 47

Pro NN. contra NN.

In officio NN. contra prætenſam proteſtationem, & Jurare dixit pro nunc generalia verbo ſalvo Jure &c. & pendentem &c. aliàs &c. omni &c.

Recognitio verò Iurium prædictorum facienda erit juxta ſuperiùs tradita; *hac eadem p. 1. c. 2.*

Obſervationes.

Exceptio Excommunicationis repellit à limine Iudicii *cap. decernimus de Sentent. excommunicat. in* 6. Papien. *in Prax. in form. Jur. Teſt. §. proteſtante, num.* 18. *& ſequent.* Gregor. *deciſ.* 64. *num.* 3. & ibi Beltram. *num.* 13. Buratt. *deciſ.* 83. *num.* 6. & non ſolùm in cauſa, in qua fuit excommunicatus, ſed etiam in alia, Buratt. *deciſ.* 536. *num.* 9. & nunquam cenſetur excluſa. Galleſ. *de oblig. Camer. quæſt.* 17. *num.* 4. & ibi Zacch. *num.* 46. nec debet † Judex Excommunicatum audire, etiam Reo volente Galleſ. *ubi ſupra n.* 5. A 48 49

Concluſio tamen non procedit ad effectum excipiendi; nam Excommunicatus Reus neceſſarius poteſt excipere, ſe defendere, & appellare, *cap. cum inter, §. porrò de excep. c. revera, 3. quæſt. 9.* ubi Gloſ. *in verb. poſt excõmunicationem, Rot. in Valentina Penſionis* 31. *Ianuarii* 1600. *coram bo. me. Patriarca Hieroſolymitano impreſſa apud* Marcheſan. *de Commiſſ. Ìnſtat. & Inſtat. part.* 3. *§.* 2 *fol.* 353. *n.* 1. *ſecund nov. impreſſ.* & pro defenſione & appellatione reſcriptum impetrare, *cap. fin. de except. cap.* 1. *de reſcript. in* 6. ubi Gloſ. *in verb. proceſſus.* Cæterùm ſi contemnit abſolvi, non debet audiri, etiam ſi ſit Reus neceſſarius, Buratt. *deciſ.* 536. *n.* 6. 50 51

Parte tamen non opponente Proceſſus, ſeu Acta facta ab Excommunicato actore, etiam in alia cauſa valent, *cap.* 1. *§. ſi vero, de except. in* 6. ubi dicitur, quod Proceſſus habitus cum excommunicato tenet donec opponatur exceptio, ut poſtea illo abſoluto, cauſa reaſſumatur in ſtatu, terminis eiſdem, Gloſ. *in dict. cap.* 1. *in verbo Proceſſus, de reſcript. in* 6. Crav. *conſ.* 199. *n.* 12. *verſ. nam Excommunicatus,* Rot. *deciſ.* 2. *aliàs* 594. *& deciſ.* 57. *aliàs* 720. *de Sent. excomm. in antiq.* ubi quod ita ſervat Rota. 52

Secundò concluſio non procedit, poſtquam Excommunicatus docuerit legitimè de abſolutione, *cap. ſi cum nobis, de Sent. excomm.* Gloſs. *in d. c.* 1. *in verbo Proceſſus, de reſcript. in* 6. *divit* Rot. *coram bon. memor.* Comitolo, *deciſ.* 15. *num.* 11. 53

Exceptio Periurij pariter à limine Iudicii repellit, *cap. dilecti,* ubi Felin. *num.* 2. & Butr. *n.* 10. *de except. l. ſi quis major.* B

Digitized by Google

*major.C.de tranſ.*Rot *dec* 97. *num.*8 *part.*2. *diverſ.* Mantic.
*deciſ.*221.*n.*1. Rut. poſt Zacch. *de oblig. Camer.dec.* 146.*n* 2.
55 Greg *dec.*64.*num.*2. Cavaler. *dec.*344 *num.*1. & † eſt exce-
ptio litis finitæ. Grav. *conſ.* 1. *pro Genero*, *n.*7. Jaſ. *in l.ſi quis*
56 *major.num.*24 *in fin.Cod de tranſact.* adeo quod Periurus jure
ſuo privatus dicatur, *dict l ſi quis major C.de tranſ.* Seraphin.
*de Privileg.Iuram privil.*174.*n.*10. Cavaler.*d dec.*344. *num.*
57 1.quinimo † Periurus cadit ab actione, accepta reſtituit,
pœnam ſolvit, & omni commodo contractus privatus re-
manet, *dict. l.ſi quis major. ubi, omnes, C.de tranſact.* &
alii, quo cumulat, Seraphin. *d privil.*174.*num* 18.*verſ.alt.*
infertur, Farin *de Falſit.& ſimul quæſt.*160. *num* 45. ubi au-
tem quis agit ſine Actione, Proceſſus unà cum Sententia,
Parte opponente, eſt ipſo Jure nullus, unde etiam reſultat
notoria injuſtitia, Buratt. *dec.*151.*num.*3.*& ſeqq.*
58 Primò tamen hæc concluſio in materia Periurii non pro-
cedit, Parte non opponente, quia Pars non opponendo,
cenſetur exceptioni renunciaſſe, adeo quod Proceſſus ite-
rum factus valeat, Gravet. *d. conſ.*199. *n.*12. Seraphin.*d.*
*privil.*174. *num.*18. Lap. Pariſ. & alii quos allegat, Pic *ad*
Statut.Urb. lib. 1. *c.*151. Gloſ.23.*n.*51. Farinac. *de Falſit.&*
Simulat.d q 160.*n* 195. *late* Beltram.ad Gregor.*d.dec.*64 *nu.*
33.*& ſeq.* ubi quod ita fuit dictum *in Hiſpalen. Coadiutoriæ*
59 13 *Martii* 1615.*coram bon.memor.* Ubaldo. Licèt enim † Pars
non poſſit remittere periurium Gravet. *conſ.*151.*num* 9. Se-
raphin *d.privil.*174.*nu.*18. poteſt tamen remittere pœnam,
& id quod concernit ejus intereſſe, Gravet.*d.conſ.*151.*num.*
9. Rot *dec.*19 *num* 5.*in fin part.*1 *diverſ* & ſic exceptionis op-
poſitionem, Seraph. *d.Privil.*174 *num.*18.
60 Et licèt Pic. *ad Statut. Urb Gloſſ.*23. *num.*52. crediderit
Proceſſum habitum cum Perjuro non valere, etiam Parte
non opponente, ea ratione, quia exceptio periurii, licet
non ſit ante litem conteſtatam oppoſita, poteſt tamen op-
poni in quacumque parte Judicii ante Sententiam, ut ultra
per eum allegatos tradit Coccin. *dec.*268. *num.*5.
61 Nihilominus acta facta ante oppoſitionem bene valent,
& ſuſtinentur *ex præallegatis*, Nec ad rem pertinet ratio à Pi-
co adducta, quod non cenſeatur renunciatum exceptioni
periurii, niſi donec de ea fuerit oppoſitum, & quod uſque
ad Sententiam ſemper poſſit opponi; nam hoc debet intel-
ligi, ita, & taliter, quod valeant geſta ante oppoſitio-
62 nem, ſiquidem etiam exceptio Excommunicationis ſem-
per poteſt opponi in quacumque parte Judicii: & nihilomi-
nus Proceſſus habitus cum Excommunicato valet ante op-
poſitionem, ut poſtea, abſolutione obtenta, cauſa in eo-
dem ſtatu reaſſumatur, *cap.*1. §.*ſi vero, de except. in* 6.
Gloſs. *in c.*1. *in verb. Proceſſus de reſcriptis, in* 6. Gravet.
63 *conſ.*199. *num.*12. cum aliis præallegatis, data tamen In-
ſtantia corruit argumentum, vulgato §. *Pavonum, & §.*
nam & Apes Inſtit.de rer.diviſ. Coc.*dec.*123.*num.*26.
64 Poteſt tamen Judex, ſi velit, repellere Periurum ex Of-
ficio, ne ad ulteriora procedatur, etiamſi Pars non oppo-
nente, ex allegatis per Farinac *d.q.*160 *n.*189.*&. ſeq.*
65 Secundo non procedit dicta concluſio, quando exceptio
Periurii non probatur incontinenti, ſed requirit altiorem
indaginem, Seraph. *d privil.*174.*n* 16. Farinac.*d q.*160. *nu.*
66 190. nec quando † de ea clarè non conſtat, Mantic. *deciſ.*
225.*num.*2.*& ſeq & num* 7.
67 Tertiò non procedit extra contractum, & cauſam, in
qua quis eſt periurus, Felin.*in cap.*1. *&* 2. *de except.* Rom.
ſing 499.*n.*2.& ibi Add. Bald.*in repet.l* 2 *n.*93.*in fine, ff.de*
*Iur.*Seraph *d.privil* 174. *n.* 16. *verſ* 2. Rot.*dec* 97. *n.*10.*p.*2.
div. Fario *de Falſit.& Simul.d q* 160.*n.*184. Sed benè Proce-
dit in cauſa, in qua quis eſt periurus, & in illis, quæ d.
cauſam tangunt, Farinac. *dict q* 160.*num.*180.
68 Quartò non procedit, ubi promiſſio eſſet ex parte utriuſ-
que contrahentis, illicita, & turpis, quia Juramentum
non debet eſſe vinculum iniquitatis, *c.quanto, de jur. Iur.*
Pic.*ad Stat.Urb.d.Gl.*23.ubi plures congerit.
69 Quintò non procedit in defenſione propria Eccleſiæ *cap.*
dilecti, & ibi Doct. de except. nec in defenſione propria Butr.
70 *in d. cap. dilect n.*11. nam Periurus † uti Reus neceſſarius,
excipiendo, & ſe defendendo auditur, Gregor. *dec.*64. *n.*
4. Duran *dec.*18 *num.*25.
71 Sextò non procedit, quando dolus, & læſio enormiſſi-
ma eſt jam detecta, Pic. *d Gloſ.*23 *n* 23. Rot.*dec* 102. *n* 9.
*part.*1. *diverſ.* Farinac.*de Falſit. & Simulat d quæſt.*160 *n.*
385.*& quæſt.*162.*n* 87. detecta verò dicitur læſio, aut ſimu-
latio, quando de ea conſtat per Sententiam, Gregor. *dec.*
64.*n* 8 Coccin.*dec.*268.*n.*4 ubi alias deciſiones, de læſione
enormiſſima loquentes, cumulat prout etiam quando evi-
denter, & notoriè de ea conſtaret, aliàs ſin antequam de
ea † conſtet, obiiciatur de Periurio, docendum eſt de ab- 72
ſolutione Greg. *dict.dec.*64. *num* 89.
Septimò non procedit † poſtquam quis per viam Signatu- 73
ræ Gratiæ, obtinuiſſet à periurio, Parte citata, abſolu-
tionem à Papa, cujus manus ob incurſum periurii abbre-
viata non eſt, Marcheſ.*de Commiſſ. abſol. Iur ad effect agen.*
p 2. §. 1 *n* 15 *fol.*102.*ſecundum nou. impreſſ.* Farinac qui *alios*
cumulat. d qu. 160. *n.*180. *&* 181. Secus † ſi quis obtinuiſſet 74
abſolutionem ab inferiore Ipſius Papæ; nam tunc benè
procedit concluſio, ut periurus à limine repellatur, Fa-
rinac. *d q* 160.*n.*182. Etenim abſolutoria à Periurio incurſo
non poteſt, niſi ex gratia Papæ concedi, Grav. *conſ* 1. *pro*
*genero, n.*7. Marchel *de Commiſſ. dict. part* 2. § 2.*n* 35.*fol.*
214. Pic.*ad Stat Urb. Gl* 23.*n* 46 ubi quod ità obſervatur in
Practica, Rot *in Romana nullitatis obligationis* 5 *Julii* 1604
cor bo me.Ottembergo, impreſ apud Marchel. *ubi ſup.*§.1.*dec.*
7.*n.*3 *fol.*207. Pacit de Salu.*dec* 93 *in fin. ſecundum nou. im-*
preſſ. Pic.*ad Stat Urb dec* 54 *n* 7 & quia † ex contraventio-
ne eſt quæſitum jus Parti, ideo in abſolutione à Periurio
neceſſaria eſt citatio Partis, Marcheſ. *de Commiſſ. ubi ſup.* 75
§.3 *n.*12.*fol.*234 *& n* 17 *fol.*235 quod ita ſervari vidit, Pic.
*ad Stat Urb.d Gl.*23 *n* 48. Et debet obtineri † abſolutio à Pe- 76
riurio ſpecificè; nam cum per illius incurſum ſit Parti, ut
ſupra, jus quæſitum, illud non cenſetur à Papa ſublatum
ex clauſulis generalibus, Marcheſ. *ubi ſupra de Commiſſ*
relax.jur.ad effect.agen part. 3.§ 3.*n* 51. *& ſeq fol.*240.
Quilibet igitur nè Periurium incurrat, curet antea obti- 77
nere abſolutionem à Juramento, quæ ad effectum agendi
Paſſim ab Ordinario, ſine Partis citatione, conceditur,
Grav.*conſ.*7. *num.*7. Pic *ad Stat. Urb d. Gl* 23 *num* 37. ubi
alios de communi, & magis communi, & de obſervantia
in Praxi teſtantes allegat, Rot.*in Romana Dotis* 4. *Februarii*
1609 *coram.bo.me.Pzata, & in Signina Caſtrorum* 2. *Maii*
1616.*coram bo.mem.Remboldo.*
Quæ quidem abſolutio eſt neceſſaria, etiamſi Inſtru- 78
mentum prætenderetur nullum defectu ſolemnitatum Sta-
tuti, Greg.*dec.*64. *n.*6. & ibi Beltram *n.*14. Duran *dec* 18.
*num.*25. Inſtrumentum † tamen nullum tamquam factum 79
ſine ſolemnitatibus contra formam Statuti, non probat Iu-
ramentum, Pic. d.Gloſs 23.*nu* 6.
Et ſi pluries fuit juratum, tot ſunt obtinendæ abſolutio- 80
nes, quot ſunt Juramenta, Rol *conſ* 34.*n.*5 *lib.*1 Seraphin.
*de Juram.privil.*83. *n.*46. Gramm.*dec.*66. *n.*12. *& ſeq* Pic
*dec.*53.*n.*3.*& dec.*54 *n* 8 Rota apud Marcheſ *ubi ſup d part.*
3 §.1.*dec.*6.*n* 2.*& dec.*7 *n.*3. *verſ ſecundò, fol.*207. Mantic.
dec 267.*num.*8. Duran.*dec* 5.*num* 9.*& ſequent.*
Et ob id jurans, ſolvere, abſolutionem non petere, & 81
impetrata non uti, debet prius obtinere abſolutionem ab
iſto tertio Iuramento, Rolan *dict. conſ.*34 *num.*6.*lib.*1. Se-
raphin.*d privil.*83 *num* 46 & deinde ſecundo, & poſtea à
primò, Bal *in repet l.*2.*n* 91 *ff. de Iur Iur.* Felin *in c. Debito-*
res, in 3 *quæſt num* 9 *verſ* Bald *autem, de Iur. Iur* Roland.
*dict conſ.*34. *num* 5. *& ſeq.* Socc.*conſ* 59. *n.*7. *lib* 3. *Rota in*
Placentina, Caſtri 4. Julii 1601. *coram bo me Cardinali Mel-*
lino, apud Marchel.*de commiſſ relax.jur.ad eff. agen d p* 3.
§.1 .*dec.*3 *fol* 205. *ſecundum nou.impreſſ.* alias abſolutio non
ſuffragatur, Rot.*in Cluſina Penſionis* 18. Iunii 1590 *coram*
bo.me Card Platto, impreſſ. apud Marcheſ *dict.p* 2. §.2 *fol.*
126. *& in d Placentina Caſtri coram bo me Cardinali,*
Mellino, Pic *dict. deciſ.*53 *n* 3.*& deciſ.*54. *n.*8.*& deciſ.*55.
num 2.
Hæc tamen omnia fuerunt notabiliter limitata, ut non 82
procedant in abſolutione, quæ habet relationem ad In-
ſtrumenta, in quibus Iuramenta continentur, *Rota in Are-*
*tina Commendæ Ven.*29. *Iunii* 1587 *coram bo.me. Orano, &*
in d. Romana Dotis 4. *Feb.*1609. *coram bo. me Penia, & in*
dict. Signina Caſtrorum 2.*Maii* 1616. *coram bo me. Remboldo,*
nam † relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualita- 83
tibus, *l. aſſe toto, ff. de Hæred.inſt. cum aliis allegat. per*
Rotam.in d Signina Caſtrorum.
Abſolutio tamen non conceditur, niſi juſta exiſtat cau- 84
ſa, ut doli, metus, vel alia ſimilis, Mantic. *d. dec.*267.
*n.*9. Marcheſ. *de Commiſſ. relax. jur. ad effect. agen.p.*3. §.
3. *n.*20. ubi † quod Auditores Rotæ habent in facultati- 85
bus, in

Digitized by Google

bus, in cauſis coram ejus vertentibus, ut poſſit relaxare
hujuſmodi Juramenta.
86 Sed A.C. ſi Inſtrumentum contineat obligationem Came-
ralem, poteſt illud exequutioni demandare, non obſtan-
te abſolutione à Juramento obtenta ad effectum agendi,
cum habeat hoc in facultatibus, ut poſſit exequi hujuſmodi
Inſtrumenta, non obſtante dicta abſolutione, Mohed. *dec.*
2. & dec 3. de except. Marcheſ. *ubi ſupra d.p 3.§.2.n.48.fol.*
87 215 & quod abſolutio † à Juramento non retardet exequu-
tionem obligationis Cameralis, late Pic. *ad Stat. Urb d.*
Gloſs 23 *num* 50.
88 Poſtquam autem quis incidit in Periurium, abſolutio à
Juramento ad effectum agendi non relevat, Ruin. *conſ.66.*
n.6.lib.4. Marcheſ. *ubi ſupra dict par. 3.§. 2 num. 34 fol* 214.
Seraphin. de *Iuram. privil* 174. *n.9.* niſi prius obtineretur
abſolutio à Periurio, Marcheſ. *ubi ſupra, n. 35. fol* 224.
Rota *in dict. Romana nullitatis obligationis coram bo. me. Or-*
tembergo, apud Marchel. *d p.3. fol.*207. Andr *dec.47. num.*
2 ubi alias deciſiones cumulat, quæ non conceditur niſi à
Papa *ex præallegatis*.
89 A Periurio tamen quis de facili excuſatur, prout ſi cre-
didit abſolutionem obtentam fuiſſe ſufficientem, Caputaq.
dec.39 2.lib.1. in manuſ Rota *in d Signina Caſtrorum 2 Mait*
1616. coram bo. me. Remboldo, vel ſi probabiliter dubitavit,
90 credendo non contravenire pactis, nam † Periurium non
incurritur ſine dolo, & perfidia, Mantic. *dec.225. n 5. &*
6. Rota *in dict Signina Caſtrorum*, ubi aliæ deciſiones alle-
91 gatur; & qualibet † cauſa etiam levis excuſat à Periurio,
ſicut à dolo, Mantic *d.dec.221. n.6.* Rota *dec 34. n.3. poſt*
conſil. Farinac. *lib 2 & in d Signana coram bo. me. Remboldo*.
92 Ad effectum verò excipiendi in Curia abſolutio non da-
tur, *ad Stat. Urb. d.* Gloſs. 23 *num* 53. Vel quia exceptio re-
93 ceptio requirat indaginem, quæ ob id in ſummaria cauſæ
cognitione repellitur, ut per Marcheſ. *de Commiſſ. relax.*
Iur. ad effect agen. d. part. 3. §. 3. num. 22. fol. 235 *ſecundum*
94 *nov. impreſ.* Vel quia † ſufficiat illam obtinere ad effectum
agendi, cum Reus in ſua exceptione ſit actor, ut per Pic.
ubi ſupra d. n. 53. Vel quia Periurus Reus neceſſarius exci-
piendo, & ſe defendendo audiatur, Greg. *dec.64. num.4.*
Duran *dec. 18. num* 25.
C Exceptiones contra Perſonam, quod quis ſit Minor,
95 Filius Familias, Bannitus, vel aliàs non habeat legiti-
mam perſonam ſtandi in Judicio, ſemper poſſunt opponi
ad eum repellendum. Nam non ſunt contra Inſtrumentum,
ſed contra Perſonam actoris, Galleſ. *de oblig. Camer. q. 17.*
num. 3. cum aliis allegatis ſupra hac eadem *part.1. c 5. lit.* P.
Et hujuſmodi exceptio inhabilitatis Perſonæ, nunquam cen-
ſetur excluſa, Zacch. ad Galleſ. *d. quæſt. 17 nu.4.*
D De legitimatione Perſonarum ſatis dictum eſt ſupra
dict cap.5 De recognitione verò Jurium, dictum eſt ſupra
cap 2.
E Iuramentum Calumniæ, licèt ſit de eſſentia in quolibet
96 Judicio, *tot. tit. C. de Iur. prop. Calumn & extra, & in 6.*
de Iur Cal Vant. *de nullit. ex defect. proceſſ. num.29.*
97 Nihilominus, ſi non petatur, non eſt neceſſarium, &
Proceſſus ſuſtinetur, *c 1 de Iur. Cal in 6.* Vant *de nullit. ex*
defect proceſſ. n.26. Marant. *de ordin.* Judic. *part. 2 tit. de Iur.*
Cal. n 2. l. Iuſiurandum, §. qui jurandum, ubi Gloſ. in verb.
exigatur, ff. de Jurejur. Veſtrius *in Praxi lib 5. c 2. n 3. &*
ibi Gravat *num. 11. & num. 16.* Speculat. *de Iuran. Cal cap. 2.*
num 4 Seraph. *de juram. privil. 115. num. 8.* Greg. *deciſ 157.*
98 *n. 1.* & ibi Beltramin. *n. 23.* quamvis † enim non poſſit ex-
preſsè remitti, quia eſt introductum ob publicam utilitatem,
l. 3 §. ſed quia, C. de Iur. propr. Cal. Marant. *de ord.* Iudic. *d. n.*
2. Gravat. *ad Veſtr. d. n.* 11. poteſt tamen tacitè remitti *ex*
præallegatis.
99 Quod ſi fuerit petitum, & non præſtitum, Sententia,
& proceſſus ſubiacebunt vitio nullitatis, *cap. 5. de Iur.*
Cal. in 6. Vant. *de nullit defect. proc. d. n. 29.* Rot. *deciſ. 3. de*
Iur. Cal. in antiq. & poſt. Zacch. *de oblig. Cam. deciſ.* 105.
100 *num. 1.* Cavaler. *deciſ. 414. n. 2.* nam † petitum non poteſt
omitti, Caval. *dec.* 349. *n 1.* & antequam præſtetur de-
negatur audientia *l. 1. C. de Iur. Iur. propter. Cal.* & tenetur
101 † jurare tam actor, quàm Reus, Marant. *de ordin. Iudic.*
ubi ſupra, num. 1. Papien. *in form. libell. act. real. §. per Sacra-*
mentum, n. 1. & 2. & in primis quidem jurat Actor. & dein-
102 de Reus, *l. 3. §. fin. autem, C. de Iur. Cal.* Aliàs, † ſi Actor
recuſat, non ſolùm denegatur ei audientia, ſed etiam ca-
dit à Iure ſuo, Reus vero habetur pro confeſſo, Maran. *de*
ord. Iud. ubi ſupra, n. 6. Papien. *in d. §. per Sacramentum. n. 2.*
Maiuer. *in Prax. tit de Confeſſ. n. 4.* Sal. Tibur. *in Prax. lib. 5.*
cap 59. num. 1. & 2. & poſt. Jaſ. *in repet l admonendi, num. 84.*
ff. de Iur. Iur. & debet jurare † tàm Principalis, quàm Pro- 103
curator, Papien. *ubi ſupra, num. 6.* Saluſt. Tiber. *d. 1. c.*
59 *num. 3* Poteſt tamen † jurari in qualibet parte Iudicii an- 104
te Sententiam, Papien. *ubi ſupra, num. 4.* & ob id ſufficit,
† quod præſtetur hujuſmodi Iuramentum in terminis ſub- 105
ſtantialibus, Rot. poſt. Zacch. *de oblig. Camer. deciſ* 101. *n.*
2. Procurator vero, † ſi habet Mandatum ſpeciale à Do- 106
mino, debebit jurare in animam ipſius Domini, Papien.
in d § per Sacramentum, n. 6. Gravat. *ad Veſtr. d lib. 5. c. 2. n.*
15. aliàs in animam propriam jurare tenebitur, *ut per eun-*
dem Gravat. d. *num* 15. Nam quidquid † ſit de Iure, Pro- 107
curator, habens Mandatum generale ad lites, admittitur
ad Iurandum de Calumnia. Rot. Zacch. *de oblig. Camer. d.*
dec. 101 n 3. & ſeqq. ubi aliæ deciſiones cumulantur, † O- 108
miſſio autem Iuramenti calumniæ expreſsè exactis retar-
dat, & impedit etiam executionem obligationis Camera-
lis, Rota *in Romana Domorum 16. Iunii 1604. coram bo. me.*
Litta, Caval. *d dec. 417. num. 3.* Si tamen fuit oppoſitum, 109
Iurari de Calumnia, & poſtea proceſſum ad ulteriora,
non repetita proteſtatione in quodlibet actu, cenſetur ab
ea receſſum, & nihilominus Proceſſus, Sententia, & De-
cretum in hoc caſu, ſine Iuramento Calumniæ ſuſtinetur,
Mohed. *dec. 2. de Iudic.* Rota *dec. 779. n. 5 part. 1. diverſ.* Ca-
val *dec. 349. num. 6.*
Similiter, ſi terminus ad jurandum de Calumnia fuit 110
ſervatus in terminis ſubſtantialibus, etiam à ſolo Procura-
tore ad id Mandatum habente dicitur ſufficienter de Ca-
lumnia iuratum, etiam ſi Iuramentum fuerit expreſsè peti-
tum, Saluſt. Tiber. *dict. lib 1. cap. 59. n 5.* ubi quod ita fuit di-
ctum *in cauſa Romana reſciſſionis contractus coram. bo. me.*
Penia, Rota poſt. Zacchiam *de obligat. Camer. d. decani.*
num. 2. & ſeq.
Denique licet Iuramentum Calumniæ ſit petitum, illius 111
omiſſio non cauſat nullitatem, quando conſtat de bono Iu-
re, Iaſ. *in l admonendi in ſecunda lectura num. 84 ff. de jur.*
Bald. *in c 2 n. 7. verſ. Item in iſto, de probat* Gravat *ad Veſtr.*
lib. 5. c. 2 n. 13. Rot. *in Lucana Parochial. 12. Maii 1603. co. bo.*
mem. Penia, & dec. 45. n. 6 p. 1 recent. & apud Zacchiam *de*
oblig. Camer. dec. 131. n 6 poſt Gene de Cent. *dec* 215 *num. 6.*
F De ſpecificatione ſummæ & calculis faciendis, ſatis di-
ctum eſt ſupra *cap 6. littera N.* quod Parte id petente, non 112
poteſt procedi ad ulteriora, niſi ſpecificata ſumma, & fa-
ctis calculis, ſed hoc non procedit, quando poſt proteſta-
tionem factam Pars, quæ calculari petebat, fuit iterum
citata, & Mandatum relaxatum, quibuſcumque non ob-
ſtantibus, cum intimatione exequuta in forma, præſertim
ſi ſumma erat liquida, Rota poſt. Zacch *de oblig. Cam. dec.*
44 *num. 1.* G
Peritis in Arte ſtandum eſt, *l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat.*
Hom *l. 1. princip & ibi DD ff. de Ventr. inſpic* Parit. *conſ* 96. 113
n. 31. & ſeq lib 1. Rot. *dec. 353. n 1. p 2. recent.* Cavaler. *dec.* 114
n. 2. & dec. 220. n 6 Greg. *dec* 125. *num. 9.* adeo ut Periti † præ- 114
ferantur Teſtibus, Greg. *dec.* 161. *num* 8. & ibi Beltramin.
num 10.
Sed magis creditur illis, qui negocio interfuerunt,
quam aliis Cavaler. *d. deciſ. 220 n 7.* & Parte † exiſtente 115
contumace in eligendo ſuum Peritum, Iudex eligit illum
ex officio, Rot. poſt. Zacch. *de oblig. Camer. dec. 81. n. 3. in*
fin. & num 4.
Standum eſt relationi Iuratæ † Peritorum hinc inde 116
electorum Greg. *deciſ. 161. num. 7.* etiam circa liquidatio-
nem expenſarum, & donec non doceatur de errore,
Greg. *deciſ. 49. n. 1.* Rot. *dec. 428. n. 8 p. 3. rec* & relationi Pe-
riti de conſenſu Partium electi, Cavaler *dec. 488. n. 1.* Ro-
ta *dec. 109. n. 6. p. 4. rec.* & relationi Periti à Rota electi,
Greg. *dec. 536. n. 1.* Debent tamen Periti † referre in Actis, 117
& cum Iuramento; aliàs relatio non valet, Rot. *dec. 630.*
n 4. p 2. rec. & electi ad cognoſcendum Iura, non debent 118
Partibus eſſe ſuſpecti, Ferentill. ad Buratt. *dec 611. littera*
B verſ. Tertium requiſitum num 16. Debent † Periti referre, 119
Iudex autem Iudicare. Coc. *d. 422 n 8.*
In diſcordia Peritorum eligitur tertius, Card. Tuſch. 120
littera C. concluſ. 286. n 30. & ſeq. Marcheſ. *de Commiſſ.*
appell. ab Interloc. p. 1. §. 1. n. 115. & ſeq. fol. 220. ſecundum
nov.

Digitized by Google

non. impreſſ. Rota *deciſ.* 612. *n.* 1. *p.* 2. *& deciſ.* 149. *n.* 1. *in fin.*
121 *p.* 4. *recent.* Buratt. *dec.* 58. *n.* 1. Ferentill. ad Buratt. *dec.* 70.
num. 14. & Partibus exiſtentibus in mora eligendi Tertium,
eligitur à Iudice ex officio, Marcheſ. *de Commiſſ. appell. ab*
Interloc. dict. p. 1. *§.* 1. *num* 148. *fol.* 125.

122 Sententia Peritorum nunquam tranſit in iudicatum, ita
quoad Judex poteſt quandocumque admittere alium ad æſti-
mandum, niſi quis promiſerit ſtare cuicumque relationi Pe-
123 ritorum, Serephin. *dec.* 513 *n.* 2. *& ſeqq.* & poteſt † quando-
cumque revocari, Card. Tuſc *d. conſ.* 286. *n.* 3[illegible] *& ſeq.* & ob
id etiam Sententia lata de Peritorum conſilio [illegible] iudicatum
nunquam tranſit, & per electionem aliorum Peritorum
poteſt revocari quandocumque, Rimin. Iun. *conſ.* 335. *n* 7.
lib. 3. Rot. *in Romana pretii Fiani* 14. *Iun.* 1610. *coram bo. me.*
Card. Lancellotto, quæ eſt dec. 38 *n* 5. *impreſ.* apud Marcheſ.
de Commiſſ veſt in integr part 2 *§.* 3 *fol.* 236. *ſecundum non im-*
124 *preſſ.* Non tamen datur dicta nova revisio, niſi ſemel, ne
detur proceſſus infinitum, Card. Tuſc. *d. concl.* 286. *num.*
35. cum aliis cumulatis per Ferentill. ad Buratt. *d. dec.* 70.
num. 14.

125 Sed hoc primò non procedit, quando primi Periti fue-
runt adhibiti, & retulerunt ſuper capite diverſo à ſecundis,
quia tunc eſt locus ulteriori Peritorum deputationi, Rota
in d. Romana pretii Fiani apud Marcheſ. ubi ſupra ſub num. 6.

126 Secundò non procedit, quando Iudici clarè, & manife-
ſtè conſtaret, quod relatio peritorum eſſet erronea; quia
tunc Iudex illam tanquam erroneam, ſequi non deberet,
ſed eſſet retractanda per electionem aliorum Peritorum,
per doctrinam Bart. *in l.* 2. *numer.* 1. *verſ An hoc ſit verum,*
& n. 4. *verſ Quæro quid in computatione, C. de Jur. Fiſc. lib.*
10. Rot. *deciſ.* 554. *num* 4. *in fin p.* 2. *recent* Buratt. *dec.*
56. *num* 7. Et in hoc caſu benè poteſt procedere opinio Joan-
nis de Amic. *conſ* 103 *numer.* 15 *& ſeq* & aliorum, quos
cumulat Rot. *in dicta Romana pretii Fiani* apud Marcheſ.
ubi ſupra, num. 5.

127 Tertiò non procedit, quando relatio Peritorum fuit nul-
la, nam quod nullum eſt, nullum producit effectum, Sera-
phin *d. deciſ.* 513. *num* 5 *& ſeq* & in hoc etiam caſu ſine
difficultate poteſt procedere dicta opinio Io. de Amic. *&*
aliorum, quos refert Rota *in dicta Romana pretii Fiani, ubi*
ſupra.

128 Nulla autem relatio Peritorum ſignanter exiſtit, ſi de
electione, & deputatione illorum non apparet, Duran.
dec. 152. *num* 3. *& ſeq.* Prout etiam quando eſt facta ſine
præſentia, vel citatione Partis Rot. *dec.* 554 *n.* 1. *p.* 2. *recent.*
Buratt. *deciſ.* 56. *n* 1. quem in hoc ſequitur etiam Caval. *dec.*
527. *n.* 2. & quando Partes non intervenerunt, vel non fue-
runt citatæ in examinatione negotii, Greg. *dec.* 545. *num* 9.
& ibi Beltramin. *num* 12 Buratt. *dict. dec.* 56 *n* 2 & ibi quan-
129 do facta eſt † ab uno tantum, & non ab alio, ſi duo fue-
rant deputati, Greg. *dict. dec.* 545. *n.* 8.

130 Quinimò in menſuratione † Terrarum, aut Domus, re-
quiritur non ſolum citatio Partis, ſed etiam quod in citatio-
ne exprimatur dies, & hora certa; aliàs citatio, & per
conſequens etiam relatio Peritorum, eſt nulla, Alex *conſ.*
131 33 *viſa num* 9. *l.* 6. Durand. *deciſ* 142 *n* 5. quod † procedit in
omni alia denunciatione ſeu interpellatione extraiudiciali, *l.*
aut qui aliter, § 1 *ff quod vi aut clam.* Imol. *in l qui ante Ka-*
lendas, n. 3 *ff de verb oblig* quod nemo eſt qui neget, ſe-
cundum. Alex *conſ.* 33. *viſa numer.* 9. *lib.* 6. Vant. *de nullit.*
ex defectu citat. num. 71. *in fin* licet ſecus ſit in citatione iudi-
ciali, a quo tunc ceſſat ratio inductionis perpetuæ ſervi-
tutis, ex latè allegat. *ſupra hoc eodem part.* 1. *cap* 2 *littera B.*
& hæc eſt diſtinctio, Imol. *in dict l qui ante Kalendas, n.* 3.

132 Relationi verò tertio Periti ſervatis ſervandis factæ;
Parte præſente, vel citata, ſtandum eſt, *l. item ſi unus, §.*
final. ubi Gloſ. *in verb. auctoritati, ff. de recep. arbitr.* Socci-
nus *conſ.* 54. *num.* 2. *lib.* 1. Rimin. Iun. *conſ.* 335. *& ſeq. lib.* 2.
Cavaler. *dec.* 484. *num.* 1.

133 Etiam ſi iſte Tertius diſcordet ab aliis duobus, Gloſ. *in*
dict. l. item ſi unus §. fin. in verbo auctoritati, ff. de recept. ar-
bitr. Rot. *deciſ* 354 *n* 2 *part* 1 *recent.* Caval. *dict deciſ* 484.
n 1 ubi alias auctoritates, & deciſiones allegat.

134 Sed contrarium, quòd imo ſi Tertius diſcordet ab aliis
duobus, nulli ſit ſtandum, ſed deveniendum ſit ad alio-
rum Peritorum electionem, tenere videtur, Rota *deciſ.*
354 *n.* 3. *p.* 2. *recent. iterum impreſſ.* apud Buratt. *deciſ.* 56 *n* 5.
& ibi Ferentill. *n.* 7. *& ſeq littera C.*

Pro concordia videtur poſſe diſtingui, quod aut primi 135
periti inter ſe diſcordes, non deducunt adhuc eorum rela-
tionem in Actis, aut illam deducunt ſervatis ſervandis;
Primò caſu ſtandum ſit relationi Tertii; Secundò vero ca-
ſu Tertius teneatur adhærere Sententiæ unius ex duobus,
aliàs illi non ſit ſtandum, Card. *in cap. ſuſpicionis de offic.*
Deleg. quem refert, & ſequitur Gabriel. *de Arbitr. concluſ* 1.
n. 3. & Surd. qui dicit, vidiſſe ita obſervari de facto, quem
refert. Ferentill ad Buratt *dicta deciſ.* 56. *num.* 8. *in fin.*

Vel melius videtur diſtinguendum, quòd aut tertius Pe- 136
ritus fuit aſſumptus, ex diſpoſitione legis, vel Statuti, vel
Judice cogente, & tunc ſtandum ſit relationi Tertii, ne
detur proceſſus infinitum, *dict. l item ſi unus §. fin.* ubi Gloſ.
in verb auctoritati, in fine, cum aliis concordantibus ſupra
allegatis. Aut tertius Peritus fuit electus de voluntate, &
conſenſu Partium; & tunc ſi ille diſcordat ab aliis duobus,
nullis ſit ſtandum, Gabriel. *de arbitr. concluſ.* 1. *num.* 4. Fe-
rentill. ad Buratt. *d. deciſ.* 56 *num* 8.

Sed imò videtur quòd etiam ſi Tertius de conſenſu Par- 137
tium electus diſcordet ab aliis duobus, nihilominus illius
relationi ſtandum ſit, ut per Rot. *deciſ* 354. *numer.* 1 *part.* 2.
recen. cujus contrarium tenet Buratt *d deciſ.* 56 *num.* 5.

Pro concordia videtur poſſe diſtingui, quod aut primi 138
duo Periti ſunt inter ſe diſcordes, & fuit electus Tertius de
conſenſu Partium, qui ſervatis ſervandis, &c. citata Par-
te dedit ejus relationem, quæ etiam ex aliis in Actis, de-
ductis juſtificatur, prout in caſu *dict. deciſionis* 354. *numer.*
2. *& ſeq* Et tunc ſtandum ſit relationi Tertii, etiam ſi diſ-
cordet à ſingulis duobus, *d deciſ.* 354. *num* 1. Aut d. tertius
Peritus dedit ejus relationem, Parte non citata, nec præ-
ſente, & ſic nulliter, & non ſolum dicta relatio non ju-
ſtificatur aliunde, ſed potius detegitur erronea ex relatio-
ne duorum priorum Peritorum in aliquo concordantium,
prout in caſu Buratt. *dict. deciſ.* 56. *numer.* 1. *&* 2. *& num.* 5.
& tunc non ſit ſtandum relationi Tertii, ſed deveniendum
ad electionem aliorum Peritorum, juxta *d. deciſ.* Buratt.
56. *per tot.*

Aliàs autem Tertius † in caſu concordiæ duorum non 139
poteſt cogi ad referendum, Soccin. *conſ.* 54 *n* 2. *lib.* 1. nec
illius electione, aut deputatione eſt opus, Soccin. *dec.* 136
n. 2. Quinimò duobus † concordantibus, illis, & non Ter- 140
tio eſt credendum, Soccin. *d. conſ* 35 *num* 1. *& ſeq.* Rota
deciſ. 554. *num* 4 *p* 2. *recent.* Buratt *deciſ* 56 *num.* 9. Cavale-
rius verò *d. deciſ.* 527 *numer* 2 non adverſatur *dict. deciſ.*
354. *num.* 1. *part.* 2. *recent* quia non ſequitur tradita per Bu-
ratt. *dict. deciſ.* 56. *n* 4 Sed benè ſequitur concluſionem ibi à
Buratto *firmatam ſub num* 1 *&* 2 quòd ſcilicet æſtimatio,
& relatio non poſſit juridicè fieri à tertio Perito, ſine cita-
tione, aut præſentia Partis.

Ad hoc ut Iudex, dum non vult, aut non poteſt facere H
Decretum juxta petita per Actorem, poſſit nihilominus 141
ad favorem ejuſdem facere aliud Decretum, ſibi bene vi-
ſum abſque nova citatione, ſolent Practici addere in cita-
tione, illa verba, *& quodcumque Decretum deſuper neceſſa-*
rium, & opportunum fieri, & interponi, quorum vir-
tute ſolet Judex ad favorem Actoris facere Decretum, quod
ſibi videtur magis Juſtitiæ convenire, & ita quotidie ob-
ſervat Praxis, & Curia.

Dum Judex interponit ſuum Decretum mandando eligi I
Peritos, aut Peritos eligendo ex Officio, poteſt illud face- 142
re, vel niſi ad p. d cum Intimatione, vel ſimpliciter cum
Intimatione, prout ſibi magis videtur, & placet, Saluſt.
Tiber. *in Praxi lib.* 1. *cap.* 35 *num* 1. Cæterum ſi in eo dicit,
† niſi ad primam, non poteſt ad ulteriora procedi, niſi 143
elapſa prima die juridica poſt executam, & reproductam
Intimationem, ſed ſi in eo tantum dixit, cum Intima-
tione, poteſt ſtatim Intimatione executa, & reproducta
ad ulteriora procedi in cauſa, etiam ſi prima dies Juridi-
ca ſubſequens non ſit adhuc elapſa; & ita obſervatur
in dies.

Citato Debitore in forma Cameræ, aut alia ſimili obli-
gato, ad docendum de nova conventione, ſolutione in 144
partibus facta, aliiſque præjudicialibus ſi obligatio eſt
contracta, ſeu ſolutio eſt deſtinata in partibus, ſolet
Judex decernere, & relaxare Mandatum, niſi infra quin-
decim (*vel aliud tempus, ſecundum loci diſtantiam, ſi-*
bi bene viſum) Jurato de Calumnia, aliàs non Jurato de
Calumnia, niſi ad p. d. cum Intimatione, Saluſt. Tiber *in*

Prax.

Digitized by Google

145 Praxi lib. 1. cap. 56. num. 1. Ideoque † ſi quis alleget præ-
judicialia in partibus medio Juramento, tactis &c. habe-
bit ut ſupra, dilationem ſecundum loci diſtantiam ad
probandum ſuas exceptiones, qua dilatione pendente,
nihil penitus erit exadverſo innovandum, l. ſive pars C.
de dilat.
146 Advertendum tamen eſt, quod præjudicialium termi-
nus incipit currere à die facti Decreti, & executæ inti-
mationis illius, etiam ſi per plures dies poſtea præjudi-
cialia fuerint allegata, & ita quotidie obſervatur ſine
contradictione.
147 Obſervat etiam Praxis, quod ſi Judex † facit Decre-
rum, niſi infra decem, aut niſi infra quindecim, quia iſta
qualitas cauſæ quod expoſtulare ſibi videtur, ſi iſta di-
latio ſufficiat ad docendum de nova conventione ſecun-
dum loci diſtantiam, non datur poſtea alia dilatio ad do-
cendum de Præjudicialibus, etiam ſi allegentur, ut ſupra,
ſed ſi illa non ſufficit, ſuppletur in eo tantum quod deficit.
M Si Pars in termino ad dicendum contra Jura proteſte-
148 tur, non admitti in præjudicium obligationis Camera-
lis, Decreti facti, & Mandati relaxari, & Judex ad-
mittat ſine præjudicio præmiſſorum, hujuſmodi admiſ-
ſio non nocet obligationi Camerali, nec Decretum jam
factum, aut Mandatum relaxatum circumducit, non ſo-
lum quia proteſtatio conſervat Jus proteſtantis, ex al-
legatis ſupra, ac eadem part. 1. cap. 2. litera T.
149 Sed etiam quia † clauſula, ſine præjudicio, præſervat
obligationem Cameralem, & Decretum factum, & cæ-
tera in eo ſtatu, in quantum Jus permittit, l. idem fiet c.
17. in principio ff. de Teſt. tut. Marcheſ. de Commiſſ. app. ab
obligatione Camer. part. 1. §. 1. num. 164. fol. 708.
150 Et reddit †, quicquid peritur, conditionale, adeo
quod non inferatur præjudicium, & perinde ſit quoad
præjudicium inferendum, ac ſi actus factus non fuiſſet,
ad l. Teſtamento Cent. 51. §. 2. ff. de manumiſſ. teſt. Put. dec.
32. n. 1. lib. 2. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 158. n. 2. Mareſcott.
var. reſol. lib. 2. cap. 137. n. 1. & ſeq. Et.
151 In terminis † hujuſmodi admiſſionis Jurium cum di-
cta clauſula, ſine præjudicio, ut ſupra, quod in nihilo
cenſeatur præjudicatum Decretis factis, & Mandato re-
laxato, in quantum Jus permittit, obſervatur ex Praxi
inveterata hujus A.C. Tribunalis abſque contradictione.
152 Secus tamen eſt in Concluſione in cauſa, quæ fit, &
de jure requiritur in cauſis ordinariis, nam ſi facta con-
cluſione Judex admittat Jura, circumducitur concluſio
in cauſa, & terminus habitus pro ſervato, etiamſi Judex
admittat dd. Jura cum clauſula ſine præjudicio concluſio-
nis in cauſa, & termini pro ſervato habiti, prout rece-
dendo à deciſis ſub die prima Iulii coram bon. me. Ottem-
bergo, tenuit Rota in eadem cauſa Romana Pecuniaria
ſeu reſtitutionis in integram coram eodem Ottembergo die
15. Decembris 1610. quæ eſt impreſſ. deciſ. 9. apud Mar-
cheſan. de Commiſſ. appell. ad interlocut. p. 1. §. 1. fol. 1222.
Beltramin. ad Gregor. deciſ. 140. num. 16. & num. 17.
153 Ratio diverſitatis eſſe poteſt, quia in Curia obſervat
Praxis, quod Pars citetur unico contextu ad concluden-
dum, concludique videndum in cauſa, & audiendum
Sententiam diffinitivam, Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 1. nu.
12. Ideo ſi terminus ad hæc ſit habitus pro ſervato, &
hujuſmodi termino pendente judex admittat jura, e-
tiam cum dicta clauſula ſine præjudicio, Sententia po-
154 ſtea lata remanet ſine citatione, & ſi nulla, † Licèt enim
de ſtylo, quando pronunciatur prout in Cedula; ſut
terminus fuit habitus pro ſervato, Notarius non adhi-
bet diem ſubſcriptionis Sententiæ, ſed omnia ponat ſub
die, in qua cadebat citatio ad Sententiam, Rot. in dicta
Romana Pecuniaria, apud Marcheſ. ubi ſupra n. 1. & 2.
155 Tamen † quando aliunde apparet in ſcriptis, ea die
non fuiſſe pronunciatum, Sententia eſt nulla, l. 1. & 2. C.
de Sentent. ex brevil. recit. Rota in dicta Romana pecunia-
156 ria apud Marcheſ. ubi ſupra, n. 2. Et clarum eſt, quod eo
ipſo, quod fuerint admiſſa jura ſine præjudicio conclu-
ſionis in cauſa, ſeu termini habuit pro ſervato, probatur,
quòd Sententia non fuit lata in termino citationis, &
quod adhuc, tempore dictæ admiſſionis jurium lata non
erat, unde remanet penitus nulla defectu citationis Rot.
in dict. Romana Pecuniaria num. 3. Beltramin. ad Greg. d.
deciſ. 140. num. 17.

At quando in caſu, de quo agitur, fuerunt admiſſa ju- 157
ra cum clauſula ſine præjudicio Decreti facti, & Man-
dati relaxati, ſupponitur, quod jam Decretum eſſe fa-
ctum in termino citationis, & mandatum eſſet relaxa-
tum ſervatis ſervandis, unde tunc ceſſat omnino ratio
ſupradictæ nullitatis.
Poteſt etiam dici quod alia ſit ratio diverſitatis inter 158
caſum, & caſum, nam concluſio in cauſa fuit adinventa
ad præcludendam etiam productioni Teſtium, & jurium
& ideo per eam Judex ſibi, & Parti ligat manus, quoad
novorum Teſtium, & jurium productionem, & admiſ-
ſionem, cap. cum dilectus 9. & ibi Gloſ. in verbo conclu-
ſum, de fid. inſtrum. Marant. de ord. Judic. p. 2. act. 15. n. 1.
Aſin. in Prax. §. 23. c. 1 num. 1. Et † ſic ex hoc manifeſtè 159
patet, quod actus concluſionis in cauſa eſt omnino de ſui
natura contrarius productioni Teſtium, & jurium,
adeo quod, poſito uno de dd. contrariis, per neceſſe alte-
rum deſtruatur, & ſimul manere non poſſint, & per con-
ſequens, clauſula ſine præjudicio, quando actus ſunt,
ut ſupra, incompatibiles, nihil prodeſt, Alexan conſ. 84.
n. 9. lib. 5. quem ſequitur, Greg. dec. 240. n. 9. Rota deciſ.
1. de Teſtib. in nov. & in Romana Pecuniaria apud Mar-
cheſ. ubi ſupra, Beltramin. ad Greg. ad deciſ. 140. n. 17. 160
At decretum relaxatione mandati non eſt actus de ſui
natura, ita contrarius productioni, & admiſſioni novo-
rum jurium, nec ad id inventus, adeo ut ex dicta clauſula
ſine præjudicio præſervari non valeat, quatenus id jus,
permittat, prout eſt concluſio in cauſa ex allegatis, ſed
nova productio, & admiſſio cum dicta clauſula eſt in
hoc caſu adinventa, ut ſit Judex videat Decretum inju-
ſtum ex noviter deductis, poſſit ab illo recedere, vel
Mandatum revocare juxta Praxim, de qua per Saluſt.
Tiber. lib. c. 27. nu. 12.
Cæterum, quod dictum eſt ſupra, concluſionem in 161
cauſa per admiſſionem novorum jurium revocatam cen-
ſeri, non procedit quando Judex ignoraret, concluſio-
nem in cauſa fuiſſe factam, quæ tamen limitatio non eſt
de facili admittenda, Alex. conſil. 84. n. 9. & ſeq. lib. 4. Rot.
dec. 1. de teſt. in nov. Beltramin. ad Greg. quæſt. 140. num. 17.
Requiritur † tamen ad hoc, ut concluſio dicatur revo- 162
cata, aliquod judicis Decretum, cum id non pendebat
à Partium voluntate, Rota dec. 227. n. 2. in fine p. 1. rec.
Exceptio firmat regulam contrariam in caſibus non N
exceptuatis, l. quæſitum, §. denique, ff. de fund. inſtruct. Ca- 163
valer. dec. 65. nu. 3. & dec. 612. n. 40. Cocciu. dec. 157. n. 4.
& dec. 316. n. 5. Greg. dec. 257. num. 4. Buratt. dec. 391. nu.
3. & dec. 841. num. 3. Et declarat quid in regula compre- 164
hendatur. Greg. d. dec. 254. n. 6. & includit ſub regula ca-
ſus ſimiles exceptuatos, Buratt. d. dec. 359. num. 3.
Obligatio Cameralis non admittit exceptiones ex- 165
trinſecas à contractu, Saluſt. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 14.
n. 2. Cocciu. dec. 162. n. 2. & dec. 189. num. 1. Nec retarda-
tur † illius executio ab exceptionibus illiquidis, Rota 166
poſt Zacch. de obligat. Cameral. dec. 14. num. 3. & 8. dec.
155. num. 3. Mantica dec. 221. num. 7. & ſeq. Buratt. dec.
807. num. 3. Nec ab exceptione turbida, Rota poſt
Zacch. dec. 49. num. 1. dec. 51. numer. 8. Buratt. deciſ. 206. 167
num. 24. Nec ab exceptione ambigua, ſeu dubia, Man-
tic. dict. deciſ. 221. num. 7. & ſeq. Nec à petitione † reſti-
tutionis in integrum, præſertim ſi fuerit præventum in
petitione exequutionis, Rota poſt. Zacc. ubi ſupra dec.
32. Buratt. dec. 945. num. 4.
Exceptio Diſcuſſionis ad effectum, ut prius fiat exe- 168
quutio in bonis, deinde in perſona non admittitur ſtante
obligatione Camerali, Rota poſt. Zacch. dec. 118. num.
7. Buratt. dec. 441. num. 8. Andr. dec. 29. num. 9. Duran. dec.
394. num. 60. quinimo ſtante d. obligatione, licita eſt
variatio ex alleg. ſupra hac eadem p. 1. c. 2. lit. F. verſ. non
eſt tamen omittendum.
Nec etiam ad Cameralis obligationis executionem 169
impediendam admittitur exceptio requirens altiorem
indaginem. Saluſt. Tiber. in prax. l. 1. cap. 14. num. 3. &
cap. 34. ante finem, Rota poſt. Zacch. de obligat. Camerali
deciſ. 26. num. 2. deciſ. 42. num. 9. deciſ. 48. numer. 2. deciſ.
71. num. 4. deciſione 105. num. 6. deciſ. 108. num. 2. deciſ.
114. num. 2. & num. 8. & deciſ. 121. num. 18. Coccin. deciſ.
162. num. 2. & deciſio. 189. n. 1. Cavaler. deciſ. 71. n. 5. Bu-
ratt. dec. 295. num. 14. Gregor. deciſio. 234. num. 1. & de-
ciſ. 406.

*ciſ.*406 *n.*17 Andreas *dec.*31. *n.* 2. prout nec talis exce-
ptio impedit executionem inſtrumenti Guarantigiæ,
Buratt. *dec.*214. *nu.*24. *nec aliud judicium executivum*,
Burat. *dec.*296.

170 Dicitur autem exceptio requirere altiorem indagi-
nem, quando illa non poteſt expediri infra tempus; in
quo poteſt expediri Proceſſus principalis, Bar. *extravag.
ad reprimendam in verbo ſummaria, poſt n.*4. Saluſt. Tib.
*in Prax. l.*1. *c.*34. *n.*14. *in fin.*

171 Hinc eſt quod exceptio, quod contractus ſit factus,
ſine cauſa, cum requirat altiorem indaginem, non ad-
mittitur ad retardandam executionem obligationis Ca-
meralis, Zacc. ad Galleſ. *ubi ſupra q.*17. *num* 99. Rota
poſt Zac. *dec.*103. *n.*3. *& ſeqq.*

172 Regula eſt quod Exceptio ad hoc, ut retardet execu-
tionem obligationis Cameralis, debet eſſe ex tribus, quæ
tantum contra illam opponi poſſunt, videlicet Novæ con-
ventionis, ſeu novationis Solutionis, & Falſitatis, Galleſ.
*de oblig. Camer q.*17. *n.*3. & ibi Zacc. *n.*2. *&* Rot poſt eun-
dem Zacch. *dec.*27. *n.*1. *dec.*36. *n.*1. *dec.*42. *n.*4 *dec.*61. *n.*1.
*dec.*70. *nu.*2. *dec.*71 *nu.*1. *dec.*82. *nu.*2. *dec.*89. *n.*3. *dec.*92.
*n.*1. *dec.*114. *nu* 2. *dec* 133. *nu.*1. *& ſeq. dec.*148. *nu.*1. *&
dec.*155. *n.*2. Coccin. *dec.*161. *n.*1.

173 Primò tamen hæc regula non procedit, data Incom-
petentia, vel inhabilitate perſonæ Actoris, Gall. *de
oblig. Camer. q.*17. *n.*1. *& ſeq. & n.*7.

174 Secundò non procedit, data nullitate inſtrumenti obli-
gationis Cameralis vallati, de cujus executione agitur,
Galleſ. *ubi ſupra n.*6. Mateſc. *var. reſol. l.*2. *cap.*121. *n.*33.
Rot. poſt Zacch. *ubi ſupra*, *dec.*36. *n.*1. *& ſeqq.* præſer-
tim ſi nullitas ſit patens, Buratt. *dec.*422. *n.*14.

175 Tertiò non procedit in exceptione apparente ex ver-
bis inſtrumenti ex ipſius inſpectione Zacch. ad Galleſ.
*d. qu.*17. *n.*8. Coccin. *dec.* 275. *nu.*2. Exceptiones namque
dum ex ventre inſtrumenti oriuntur, impediunt execu-
tionem obligationis Cameralis, Zacch. ad Galleſ. *ubi
ſupra n* 59. Caſſador. *dec.*20. *nu.*3. *de exceptio*. Seraph.
*dec.*43. *nu.*3. Rot. poſt Zacch. *ubi ſupra*; *dec.*8. *nu.*1. *dec.*
14. *nu.*2. *dec.*36. *nu.*2. *dec.*36. *n.*4. *dec.*114. *n.*5. Cavaler.
*dec.*456. *nu.*1.

176 Unde infertur, † quod exceptio quod debeat fieri Com-
promiſſum, quando oritur ex ventre, admittitur ad im-
pediendum executionem obligationis Cameralis Caval.
*dec.*456. *nu.*1. Quod procedit, etiam, ſi hujuſmodi ex-
ceptio requirat altiorem indaginem Zacchias ad Galleſ.
*de oblig. Camer. qu.*17. *n.*61 Marc. *var. reſol. lib.*2. *c.*121.
*n.*36. Rot. poſt Zacch. *dec.*8. *n.*1. Seraph. *dec.*430. *n.*5.

177 Secùs tamen eſſet, ſi exceptio requireret probationes
extrinſecas per Teſtes, & aliud genus probationis, quia
tunc non diceretur oriri ſimpliciter ex ventre Inſtru-
menti ad hoc ut impediret exequutionem Cameralis
obligationis, etiam ſi requireret altiorem indaginem, &
in his terminis procedit Rot. poſt Zacch *ubi ſupra*, *dec.*
42. *n.*8. *&* 9. *& dec.*114. *n.*5. *& ſeq. quod eſt etiam de men-
te* Zacch. *d. q.*17. *n.* 91.

178 Quartò non procedit, ſi dies ſolutionis nondum ve-
nit, vel conditio, ſub qua debitum eſt contractum, non
eſt adhuc purificata, Galleſ. *d. q* 17. *n.* 9. *verſ.* itaque,
nam obligatio conditionalis ante illius purificationem
nihil ponit in eſſe, Coccin. *dec.*73. *n.*1. *& dec.*146. *n.*5.

179 Quintò non procedit in exceptione, quæ oritur ex
natura rei, prout eſt exceptio cedendarum, Rei non
traditæ, Rei non liberè traditæ, & è contra pretii non
ſoluti, & hujuſmodi, Galleſ. *d. q* 17. *n.*10. & ibi Zacch.
*nu.*66. *&* 69 nam exceptio, quæ oritur ex natura actus,
admittitur in omni Judicio, Rota poſt eundem Zacch.
*dec.*39. *nu* 4.

180 Et quod exceptio cedendarum retardet executionem
obligationis Cameralis tradit Rota poſt Zacch. *dec.* 22.
*nu.*5. Buratt. *dec.*181. *nu.*10. *& dec.* 470. *n.*1. adeo quod
181 † hujuſmodi exceptio, nec etiam cenſeatur rejecta à
Statuto, rejiciente omnes exceptiones, nec compre-
hendatur ſub renunciatione facta omni legum auxilio,
Ferentill. ad Buratt. *d. dec.*420. *nu.*8. *litt.* A. ubi plures
cumulat authoritates.

182 Et de exceptione Rei non tradita, quod illa admittatur
ad retardandum executionem obligationis Cameralis
tradit Rot. *dec.*33. *n.*1. *&* 2 *p.* 1. *recent.* Caval. *dec.*348. *n.*11.

Et de exceptione Rei non liberè traditæ, quod retar- 183
det executionem obligationis Cameralis, Rota poſt
Zacch *dec.*127. *n.*3. Gregor. *dec.*295. *n.*5.

Hoc tamen non habet locum, ſi habentes intereſſe 184
conſentiant, & pretium ſit inveſtiendum, Zacch. *d. q.*
17. *n.* 70. nec quando Emptor nullum poteſt damnum
pati, Greg. *dec.*295. *n.*3. & ibi Beltram. *n.*5.

Sextò non procedit non adimpletis ab Actore promiſ- 185
ſis ſicque poteſt opponi de re non tradita, vel pretio non
ſolato, ut poſt Corn. Covar. & Dec. quos allegat, &
ſequitur Galleſ. *de oblig. Cam. q.*17. *nu.* 7. nam exceptio
non implementi retardat executionem obligationis Ca-
meralis, *l. Julianus*, *§ offerri*, *ff. de act. empt.* Zacch. ad
Galleſ. *d. qu.*17. *n.*47. Rota poſt eundem Zacch *dec.*113.
*n.*15. *dec.*116. *n.*1. *dec.*139. *n.* 2. *dec.*145. *n.*1. *& dec.* 148.
*n.*11. Mantic. *dec.* 221. *n.*1 ſive non implementum ſit in
totum, ſive in partem, Rot. poſt eundem Zacch. *dec.*
43. *n.*2. Coccin. *dec.*33. *n.*3. Caval. *dec.*338 *n.*1. ubi quod
hæc † exceptio obſtat etiam Ceſſionario, etiamſi non 186
implementum ſit in minimo, Rota *dec.*53. *num.* 1. *p.*3.
recent. Caval. *dec.*307. *n.*1.

Hoc tamen locum non habet in eo qui primo contra- 187
venit nam ille non poteſt hujuſmodi exceptionem oppo-
nere Rota poſt Zacch. *ubi ſupra dec.*70. *n.*17. *dec.*81. *n.*9.
*& dec.*139. *nu.*4. *& ſeq.* Nec quando † tempus præfixum 188
non eſt elapſum, Rot. poſt eundem Zacch. *dec.*1. *n.*10. nec
quando exceptio non eſt clara, Caval. *dec* 217. *n.*5.

Septimò non procedit defficiente cauſa, ob quam fuit 189
contracta obligatio, vel ea reducta ad non cauſam,
Galleſ. *d. q.*17. *n.*12. & ibi Zacch. *n.*78. quia deficiente
cauſa deficit obligatio, & impeditur executio, ex cu-
mulatis per Zacch. *d. q.*17. *nu.*78. *& ſeq.* Rot. poſt eum-
dem Zacch. *dec.*89. *num.*1. *dec.*104. *qu.*4. *& ſeq.* Coccin.
*dec.*65. *nu.* 2. debet † tamen cauſæ defectus in his termi- 190
nis eſſe evidens, Zacch. *ubi ſupra*, *num.*84. Et verſari
circa cauſam finalem, alias non relevat, ut per eundem
Zacch. *ubi ſupra n.*85. *& ſeq.*

Octavò non procedit in exceptione compromiſſi ne- 191
ceſſarii, quia illa retardat executionem obligationis Ca-
meralis, Mantic. *dec.* 221. *nu.* 10. etiamſi neceſſitas hu-
juſmodi oriatur ex pacto, & conventione, quod fieri
debeat compromiſſum, Caval. *dec.*456. *n.*1 Secus † eſt 192
in compromiſſo voluntario, Lancell. *de attent. part.* 2
*c.*15. *n.*174. Mantic. *d. dec.* 21. *nu.*11. Quod tamen ulti-
mum procedit data cautione de ſatisfaciendo laudatum,
& cum limitationibus, de quibus per Lancell. *ubi ſupra
nu* 172. *& ſeq.*

Nonò non procedit in exceptione retentionis, nam 193
iſta admittitur ad impediendam exequutionem obliga-
tionis Cameralis, etiam ſi quantitas non ſit liquidata,
Galleſ. *de oblig. Cam. q.*18 *n.*12. *& ſeq.* & ibi Zacc. *n.*19.

Decimò non procedit in exceptione præſumptæ ſatis- 194
factionis, quia illa admittitur, & retardat executio-
nem obligationis Cameralis, Zacch. ad Galleſ. *qu.* 17.
*n.*36. Et obſtat † Adminiſtratori non reddenti rationem 195
de adminiſtratis, Rota poſt Zacch. *ubi ſupra dec.*13. *n.*7.
& in Sulmonen. pecuniaris 10 *Junii* 1524. *cor. bo. me. Arc.
Seleucien.* Quod tamen locum non habet, quando non
conſtat, tot pecunias perveniſſe ad manus Adminiſtra-
toris, ex quibus ſatisfactio præſumi poſſit ut per Zacch.
*d. q.*17. *n.*38. Rot poſt eundem Zacch. *dec.*26. *n.*9 Seraph.
*dec.*1455. *n.* 5. Prout † nec quando conſtat, Adminiſtra- 196
torem remanere debitorem in aliqua certa ſumma,
quam offert compenſare, nam in reliquis executio non
retardatur, Zacch. *dict. q.*17. *nu.* 39. Rota poſt eundem
Zacch. *d. dec.*13 *n.*8.

Undecimo non procedit in exceptione Solutionis pro- 197
bata quæ impedit exequutionem obligationis Cameralis
Rota poſt Zacch. *dec.* 119. *n.*3.

Duodecimò non procedit in exceptione ſequeſtri, nam 198
& illa impedit exequutionem obligationis Cameralis
Galleſ. *de oblig. Camer. qu.*29. *n.*3 & ibi Zacch. *n.*7.

Decimotertiò non procedit in exceptione Rei judica-
tæ; etenim & illa admittitur Cameralis obligationis
exequutionem retardandam, Zacch. ad Galleſ. *ubi ſu-
pra*, *quæſt.*18. *num.*16. quinimo hæc exceptio admit-
titur in quocumque Judicio, Rota poſt eundem Zacch.
*dec.*89. *nu.*7. *& ſeq.*

200 Decimo quartò non procedit in exceptionem Præ-
ſcriptionis, quia & illa retardat obligationis Cameralis
executionem, Galleſ. *de oblig. Camer. qu. 19. nu. 10.* &
ibi Zacch. *nu* 17.

201 Sed hoc recipit declarationem, nam cum in obliga-
tione Camarali adſit Juramentum, ex quo omnes obli-
gationes Camerales ſunt juratæ, Rota *dec.* 161. *nu.* 1.
202 *part. 2. diverſ.* per juramentum † actio de Jure commu-
ni perpetuatur ultra triginta, & uſque ad quadraginta
annos, Cappell. Toleſ. *dec.* 220. & ibi Addentes, Galleſ.
dict. qu. 19. *nu.* 10. Galganett. *ad Stat. Urb. c.* 158. *ante fi-
nem, col.* 297. *n.* 40. *verſ. an hoc Statutum, lib.* 1. Boſſius
Statut. Urb. præfce. Gloſſ. 19. *num.* 27. *& ſeq.* Rot. poſt.
Fenzon. *ad Statut. Urbis dec.* 159.

203 Cæterum Statutum Urbis, *d. c.* 158. *lib.* 1. ſpatio ſex-
decim annorum inducit præſcriptionem, etiam contra
contractum juratum, ſeu Camerali obligatione valla-
tum, Rota poſt Fenzon. *ad Stat. Urb. dec.* 146. *& dec.*
204 149. Nam dictum Statutum tollit fidem Inſtrumentis,
adeò quod ex illis nec etiam juramentum probatur,
Galgan. *ad Statut. Urb. lib.* 1. *dict. cap.* 158. *ante finem verſ.
An hoc Statutum procedat*, Put. *dec* 112. *num.* 2. *lib.* 1. *in
correct.* Fenzon. *ad Statut. Urbis*, *d. l.* 1. *cap.* 158. *nu.* 38.
Rot. poſt eundem Fenzon. *deciſ.* 159. *verſ. At quoniam
Statutum*.

205 Quæ quidem Statutaria 16. annorum præſcriptio pro-
cedit etiam contra Forenſes, etiam in inſtrumentis &
Chirographis alibi confectis, dummodo tamen petitio
fiat in Urbe, ut articulo maturè diſcuſſo, recedendo à
deciſione Caputaq. 207. *par.* 3. *reſolvit*, Rota poſt Fen-
zonium *ad Statut. Urbis, dec.* 145. *quæ eſt dec.* 764. *par.* 4.
diver. quam ſecuta eſt etiam Rota *in Sulmonen. Pecunta-
ria* 10. *Iunii* 1624. *coràm bon. mem. Seleucien.*

206 Hoc tamen non habet locum, ſi ſolutio fuiſſet deſti-
nata in certo loco extra Curiam, tunc enim (*licèt de
hac limitatione nulla eſſet facta mentio in dicta Salmon.
pecuniaria*) Nihilominus quoad præſcriptionem eſſet at-
tendendum inter Forenſes Statutum illius loci, & non
Statutum Urbis, & etiam ſi petitio fieret in Urbe, Bart.
in l. cunctos populos, n. 18. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Rot poſt.
Zacch. *de oblig. Cam. dec.* 78. *n.* 3. *& ſeqq. & n.* 7. & in *Ci-
vitatis Caſtelli bon.* 27. *Junii* 1572. *cor. bon. mem. Card.
Lancelloto ſeniore, quæ eſt dec.* 580. *part.* 1. *diverſ.* ubi
quod ita fuit in aliis cauſis deciſum: quam deciſionem
ſecuta eſt etiam Rota poſt Fenzon. *dict. dec.* 145. *nec non
etiam d. dec.* 764. *na.* 3. *part.* 3. *diverſ.* & noviſſimè dixit
Rota *in Ravennaten. Cenſus, Sabbati* 29. *Novembris*
1639. *cor. R. P. Duzonetto, & Veneris* 26 *Aprilis* 1641. *cor.*
207 *R. P. D. meo Bichio*. Neque ex eo quod adſit obligatio
Cameralis, & ob id quis poſſit ubique conveniri, poteſt
dici, quod ſolutio in certo loco deſtinata, ſit ubique loco-
rum facienda, Rot. poſt Zacch. *d. dec.* 78. *n.* 6. *& ſeq.*

208 Quod ſi ſolutio ſit deſtinata in pluribus locis alterna-
tivè, tunc eſt in arbitrio Creditoris convenire Debito-
tem in uno ex locis deſtinatis, quo caſu locus petitionis,
ejuſque Statutum erit attendendum, Rota poſt Zacch.
dec 77. *n.* 3. *& ſeq.*

209 Nec etiam habet locum d. Statutaria 16. annorum
præſcriptio in Cenſibus, ſeu annuis præſtationibus, quia
Statutum Urbis *lib.* 1. *cap.* 158 expreſsè excipit contra-
ctus Cenſuum, & ſubſequens *c.* 159. non comprehendit
contractum juratum ex allegatis per Fenzon. *ad Statut.
Urb. d. c.* 158. *n.* 54. & per Rot. poſt eundem Fenzon. *dec.*
159. *& in Romana fructuum cenſuum* 13. *Iunii* 1603. *coram*
210 *bo. me. Card. Millino*, & eò magis † quia Statutum non
habet locum in actione reali, quæ pariter pro Cenſibus
competit, Fenzon. *ad Stat. Urb. d. c.* 158. *nu.* 51. *& ſeq.*
Rot. poſt eundem Fenzon. *dec.* 143. *& dec.* 144.

211 Circumſcripto autem Statuto juxta opinionem, quam
ſequitur Rota, non ſufficit una præſcriptio in iſtis an-
nuis præſtationibus, & propterea poſſunt peti fructus
Cenſuum per ſpatium triginta annorum ante litem mo-
tam, quia in illis ceſſat Præſcriptio, Rota *in d. Romana
fructuum Cenſuum* 13 *Iunii* 1603. *cor. Card. Millino, cum
aliis Cumulatis* per Fenzon. *ad Stat. Urbis, d. c.* 158. *n.* 54.

212 Forenſibus tamen in caſibus, in quibus intrat d. Sta-
tutum, ſuccurritur per reſtitutionem in integrum ex ca-
pite probabilis ignorantiæ d. Statuti Caputaq. *d. dec.* 207.
nu. 5. niſi illa conjecturis contrariis, aut culpa, ſeu ne-
gligentia Creditoris excludatur, Rota *in d. Sulmon. pe-
cuniaria coram bo. me. Seleucien.* in caſu autem, † in quo 213
ut ſupra, non excluditur, competit reſtitutio in Inte-
grum, etiamſi elapſum ſit quadriennium ad illam pe-
tendum, quia conſtito de bono jure, & cauſis reſtitutio-
nis in integrum, quadriennium de Stylo non attendi-
tur in Curia, Buratt. *dec.* 352. *n.* 7. ubi alias deciſiones cu-
mulat, *& dec.* 604. *n.* 17.

Decimo quintò, non procedit quando obligatio Ca- 214
meralis fuit vulnerata per Sententiam; nam exceptio
vulnerationis Inſtrumenti Camerali obligatione valla-
ti, illius executionem impedit, Saluſt. Tiber. *in Prax. l.* 1.
c. 23. *il primo, n.* 17. Mareſc. *variar. reſol. l.* 1. *cap.* 121. *n.* 37.
Zacch. ad Galleſ. *q* 38. *n.* 18. *& ſeqq.* Rota poſt Zacch.
de oblig Cam. dec. 36. *n.* 6. *verſ. a. fallit. dec* 45. *n.* 4. *dec.*
58. *n.* 2. *dec.* 59. *n.* 2. *& dec.* 76. *na.* 1. etiam ſi aliter nulli-
tas opponi non potuiſſet, Mareſch. *var reſol. d. c* 121.
nu. 37. Rota poſt Zacc. *d. dec.* 36. *n.* 6.

Dicitur autem vulnerata obligatio Cameralis, quan- 215
do lata eſt prima Sententia, ſeu factum primum Decre-
tum contra Inſtrumentum prout quando illud fuit de-
claratum nullum Rota *dec.* 74. *nu.* 1. poſt Zacch. *de obl.
Cam.* & quando Reus fuit abſolutus ab impetitis, vel fuit
pronunciatum Inſtrumentum non eſſe exequendum
Zacch. ad Galleſ. *de obl. Cam. q.* 37. *nu.* 6. *& ſeqq.* Rota
poſt eundem Zacch. *dec.* 58. *n.* 1. *dec.* 95. *n.* 6. Coccin. *dec.*
78. *n.* 11. Secus † ſi fuit prius relaxatum Mandatum, aut 216
lata prima Sententia pro Inſtrumento; nam tunc revo-
cato Decreto, aut Sententia, vulneratur Decretum,
ſeu Sententia, non autem ipſum Inſtrumentum; ſeu
obligatio Cameralis, Saluſtius Tib. *d. l.* 1. *c.* 13. in primo
n. 17. verſic. veruntamen Rota poſt Zacch. *dec.* 59. *n.* 3.
Coccin. *dec.* 78. *n.* 11. *verſ. Aut Iudex*.

Animadvertendum tamen eſt, quod quando Judex, 217
revocando Decretum, aut Sententiam, dirigit verba
Sententiæ revocatoriæ tantummodo contra primum
Decretum ſeu primam Sententiam, tunc bene prædicta
procedunt; ſed ſi Judex dirigit verba Sententiæ revoca-
toriæ, etiam contra Inſtrumentum, declarando illud
nullum vel non eſſe exequendum, vel abſolvendo ab
impetitis, tunc obligatio Cameralis adhuc remanet vul-
nerata, Rota poſt Zacch. *d. dec.* 76. *n.* 2.

Cæterum, ſi Sententia lata contra inſtrumentum Ca- 218
merali obligatione vallatum ſit nulla non vulnerat obli-
gationem Cameralem, Rot. poſt Zac. *ubi ſupra dec.* 4. *n.*
8. *& dec.* 95. *n.* 2. Burat. *dec.* 96. *n.* 8. *& dec.* 94. *n.* 6. & idem
juris eſt in Sententia notorie injuſta, nam nec illa vulne-
rat obligationem Cameralem, Rot. poſt Zac. *dec.* 45. *n* 6.
Nec Sententia † quæ eſt lata in alia cauſa, & eſt ſine Actis 219
& ob id non facit fidem, Rota poſt Zacch *dec.* 159. *n.* 4.

Sed diſtinguendum videtur, Nam aut Sententia lata 220
contra inſtrumentum eſt lata in alia cauſa, prout in cauſa
Criminali in contumaciam, & tunc ſi Sententia eſt nulla,
vel ſine Actis, non vulnerat obligationem Cameralem,
Burat. *dec.* 76. *n.* 8 *& dec.* 94. *n.* 7. Rot. poſt Zac. *dec.* 159. *n.* 8 221
Aut Sententia eſt lata ſuper meritis cauſæ, pro, ut abſolu-
toria ab impetitis, & tunc, Aut ab hujuſmodi Sententia
fuit appellatum, & ex hoc per indirectum remanet obli-
gatio Cameralis vulnerata, cum cauſa ſit effecta appella-
bilis, & ſicut licuit appellare Actori, ita etiam licere debet
Reo, ratione æqualitatis ſervandæ, unde non poteſt pro
cedi ad executionem, niſi poſtquam ſententia quæ eſt con-
tra Inſtrumentum lata, fuerit revocata per tres conformes,
Cocc. *dec.* 78. *n.* 3. *& ſeq & n* 6. Rot. poſt Zacc *dec.* 45.
n. 1 *& ſeq & dec.* 76 *n.* 3 *& ſeq.* Aut † ad Sententiam nul- 222
lam, ſeu notoriè injuſtam non fuit appellatum, & tunc ceſ-
ſat d. ratio æquitatis ſervandæ, & aliæ rationes d. deciſio-
nis. Coc. *dec.* 78. *n.* 3. *& ſeq & n* 6. Et intrat ratio, quia quod
nullum eſt, nullum producit effectum, de qua *in Ebor. Pen-
ſionis* 9. *Iun.* 1593. *cor. b. m. Corduba, impreſſ.* poſt Zac. *ubi
ſupr. dec.* 106. *n.* 2. Inſtrumentum, ſeu obligatio Cameralis
non remanet vulnerata, Rota poſt Zacc *dec.* 45. *n.* 5. *& n.*
6. *in fine*, *& dec.* 106. *n.* 2. *& dec.* 158. *n.* 8. Burat. *dec.* 94. *n* 7.

In caſibus autem in quibus Sententia vulnerat obliga- 223
tionem Cameralem, ſublata Sententia vulnerante, ceſ-
ſat vulnus, & proceditur ad executionem, Rot. poſt Zac.
dec. 76. *n.* 3. *& dec.* 156. *n.* 7. Et idem procedit † ſi Papa 224
man-

mandet, ut procedatur ad executionem, vulneratione oon obſtaote, Rota poſt Zacch. *ubi ſupra deciſ.*60. *nu.*1.

225 Decimoſexto. Denique omnis exceptio, quæ aliàs non eſſet admittenda ad impediendam executionem obligationis Cameralis, ſi eſt relevans, admittitur quando eſt probata, quod procedit io omni Judicio, Menoch. *de adipiſc rem.*4.*quæſt.*67.*n.*15.*caſu* 605.& *ſeqq.*& *n.*895.& *ſeqq.*Zacch.*ad Galleſ.q.*18.*n.*11 Rot poſt eundem Zacch. *dec.*4.*n.*5.& *in Romana*, *de* Mareſcotis 20. *Novembris* 1613.*verſ.circa ſecuudam*, *coram bon.mem. Card. Sacrato*, & idem Juris eſt, ſi poſſit probari incontioenti, Zacch. ad Galleſ. *ubi ſupra q.*17.*n.*101. Fereotill. ad Buratt.*dec.*76.*num.*24. ubi plures deciſiones.

226 Ex hac decimaſexta limitatione iuſertur.

Primò, quod licèt exceptio læſionis non admittatur ad impediendam exequutionem obligationis Cameralis, Zacch.ad Galleſ.*q.*19.*n.*7. Rota poſt eundem Zacch.*dec.*70.*n.*16.*dec.*139.*n.*14.*dec.*145.*n.*5.& *dec.*148.*n.*5.Gregor. *dec.*120.*num.*17.Buratt.*dec.*783.*n.*15.etiam ſi ſit enormiſſima, Zacchias *ubi ſupra*, *q.*17.*n.*65.Buratt. *dec.* 914. *n.* 3. Nihilominus, ſi ooo requirat altiorem indaginem, poſtquam eſt probata, admittitur, & illam retardat, Zacchias ad Galleſ. *d.q.*17.*n.* 75.& *ſeqq.* Rota poſt eundem Zacc.*dec.*114.*n.*2.*dec.*148 *n.*5. Buratt.*dec.*783. *n.*18.

227 Secundò inſertur, quod exceptio Uſurariæ pravitatis, licèt non admittatur ad impediendam executionem obligationis Cameralis, ſi tamen eſt evidens, & indubitabilis admittitur, Rot.poſt Zacchiam *ubi ſupra*, *dec.*126. *n.*3.& *n.*13.Duran.*dec.*11.*n.*24.

228 Tertiò inſertur, quod licèt exceptio, quod obligatio ſit facta per errorem non admittatur ad impediendam dictæ Cameralis obligationis executiooem, quia requirit indaginem Zacch.ad Galleſ.*de oblig.Camer.d.q.*57.*n.* 88. Rot.poſt eundem Zacch.*dec.*148.*n.*2 Secus tamen eſt ſi incontinenti probetur, & error ſit clarus, & evideos, Zacch. *d.q.*57.*n* 89.& *ſeq.*Rot.poſt eundem Zacc.*d.dec.*148. *n.*3.

229 Quartò inſertur quod exceptio Simulationis non admittitur ad retardandam obligationis Cameralis executionem, Cavaler.*dec.*312.*n.*5. Sed hoc procedit, ſi non eſt probata, ſecus ſi ſit probata, Sal.Tib.*in Praxi l.*1.*c.* 14.*n.*4.vel ſi incontinenti probetur, Greg.*dec.*195.*n.*16. & ibi Beltramin.*n.*18.vel ſi eſt clara, & poteſt in continenti probari, Rota poſt Zacch.*dec.*114 *n.*6. & *n.*7

230 Quinto inſertur, quod exceptio remiſſionis afflictus non retardat executionem Cameralis obligationis, Zacch ad Galleſ.*de oblig.Cam q.*18. *n.*10. Rota poſt eundem Zacch. *deciſ.*42. *num.* 1. Sed hoc non habet locum, quando hæc exceptio eſt probata, Zacch.*d q.*18.*num.*11. Rota poſt.eundem Zacch. *dec.*105.*n.*7.

231 Sexto inſertur, quod licet exceptio non numeratæ pecuniæ non impediat executionem obligationis Camerali, Zacch ad Galleſ.*ubi ſupra*, *q.*50.*n.*1.& *n.*5.ſecus tamen poſtquam illa eſt probata, Saluſt. Tiber. *d.l.*1.*c.*14. *n.*3.*verſ.imò*, Zacch.*d q.*20.*n.*7.

232 Septimò inſertur, quod exceptio Compenſationis non retardat executionem obligationis Cameralis, Galleſ.*de oblig.Camer.q.*18.*n.*6.& ibi Zacch *n.*8. Afflict. *deciſ.*163. *n.*2.& *ſeqq.*381 .*n.*2.& *ſeq.*& ibi Urſil.*n.*1.

Quod ſignanter procedit, quando debitum, quod prætenditur compenſari, eſſet contractum ante obligationem Cameralem, Duran.*dec.* 157. *num.*9. & *deciſ.* 404. *n.* 11. prout etiam quando ille, qui ſe in forma Cameræ obligavit, quoad debitum, quod petitur compenſari, eſt tertius; nam tunc non admittitur compeuſatio; Zacch ad Galleſ.*d.q.*18 *n.*9.

233 Primò tamen hoc non habet locum ſi probetur, quod creditum, cujus prætenditur compenſatio, eſſet pariter privilegiatum, & liquidum, Zacch.ad Galleſ. *d.q.*18.*n.* 55.Duran *dec.*32.*n.*1.& *n.*6.

234 Secundò non habet locum d. ſeptima illatio, ſi probetur, quod quia ſit pauper, vel onere Filiorum gravatus, & ſic quod ſubſit æquitas, quia tunc admiſſio hujus exceptionis ut plurimum reſidet in arbitrio Judicis, Galleſ. *de oblig. Cam. quæſt.* 18. *num.*7. & ibi Zacch. *n.*17. ubi alios cumulat, Afflict.*d.deciſ.*163. *n.*3.& 4. Urſill.ad Afflict. *d.deciſ.*381.*num.*1.

235 Tertiò non habet locum, ſi probetur, quod debitum, quod petitur compenſari, eſt contractum poſt d. obligationem Cameralem, Mareſ.*var.reſol.lib.*2.*cap.*121.*n.*54. cum aliis cumulatis per Zacch.ad Galleſ.*d. q.*18 *n.*58.

Exceptioni tamen Compeuſationis cenſeretur renuo- 236
ciatum per ſuſceptionem termini, ſi ille ſuſceptus fuiſſet, Buratt.*deciſ* 144.*n.*6.

Exceptio Novatioois, ſeu novæ conventionis, eſt ex O
tribus impedientibus executionem obligationis Camera- 237
lis, Rota poſt Zacch.*de oblig.Camer.deciſ.*64.*n.*1. & *dec.* 89.*n.*3.& *dec.*144.*n.*1.& *dec.*548.*n.*1.& *dec.*155. *n.*2.

Sub nova conventione continetur pactum de non pe- 238
tendo; & ideo exceptio hujuſmodi pacti, tanquam prima ex tribus impedit executionem Cameralis obligationis; Rota poſt Zacch.*ubi ſupra dec.*70.*n.*2.& *dec.*85. *n.*2. *dec.*116. *num.* 2.

Exceptio Falſi eſt præjudicialis, & ſi eſt clarè probata P
incontinenti, retardat executionem Inſtrumenti Came- 239
rali obligatione vallati, Rota poſt Zacch. *ubi ſupra dec.* 4. *n.* 1. Buratt. *deciſ.* 77. *n.*1. & *deciſ* 109. *n.*14 Falſitatis cauſæ etiam exceptio, ut impediat executionem obligationis Cameralis, ſimiliter debet eſſe concludenter probata, Zacch ad Galleſ.*q.*17.*n* 92.Rota poſt eundem Zac-
ch. *deciſ.*134.*n.*12. Hæc falſitatis exceptio † eſt una ex 240
tribus, quæ impediunt executionem Cameralis obligationis, Galleſ. *q. num.* 2. cum aliis allegatis ſupra *ſub litteera N.* 245

Obſervandum tamen eſt, quod in civilibus ſuſpicio falſitatis habetur pro falſitate, *c.afferte mihi Gladium*, *de præſumpt.*Cavaler.*dec.*455.*num.*5. Buratt. *dec.*615. *num.* 4. ubi Ferentill. *n.* 15. aliàs plures congerit authoritates.

Solutione ejus, quod debetur, tollitur omnis obliga- Q
tio *l.nulla*, & *l.nihil intereſt*, *C.de ſolut.Inſtit.quib.mod.* 242
toll.oblig.in princ. ubi Gloſſ. *in verbo tollitur*, Bart. *conſ.* 67 *in fin.lib.*1.Cavaler.*deciſ.*99.*num.*2.

Exceptio ſolutionis eſt una ex tribus impedientibus 243
executionem obligationis Cameralis, Galleſ. *de obligat. Camer.q.*17.*num.*2. & ibi Zacch. *num.* 2. & *ſeq.* Ubi quod
hæc exceptio debet eſſe clara, & non turbida. 244

Qui producendo tres ultimas ſolutiones continuatas, ex eis oſtendit ſe tribus ultimis annis ſolviſſe, retro ſemper ſolviſſe præſumitur, niſi contrarium probetur, *l. quicumque*, *C.de apoc publ.lib.*10 Maſcard.*de probat.concluſ.*1320.Gabr.*de præſumpt.concl.*15.*nu.*1. Menoch.*præſump.*139.*lib.*3. *part.*2. Card. Tuſc.*lit.S. concl.* 346. *num.*4. & *ſeq.*Dec.*conſ.*658. *n.*15. & *ſeq.*Grat *diſcep.*716.*n* 12. & *ſeq.*Rot.*dec.*3. *de locat. in novis*. Quod procedit etiam in Penſione Eccleſiaſtica, Gig.*de penſ.q.*81. Gabr.*d.concl.*11. *n.*6.Dec.*d.conſ.*658.*n.*15.Menoc *d.præſumpt.*139.*n.*10.& etiam in ſolutionibus ſemeſtralibus, trimeſtralibus, & bimeſtralibus ex identitate ratiouis, Gabr.*d.concl.* 51. *n.* 54.Menoch. *dict.præſumpt* 139.*n.*13.qui de communi teſtatur Myſign *obſer.cent.*5.*obſerv.*39 *num* 2. Ric. in Collect.*deciſ.part.*1.*deciſ.*25.*verſ.*& *quidem ſolutione*, & alios quos congerit Gratian. *d.diſcept.*716. *n.* 12 & *ſeqq.* qui
etiam de communi, & veriori opinione teſtatur. 245

Solutio verò pro reſiduo liberat à toto debito, Caſtr.*in l.ſi ex pluribus*, *n.*1.*ff.de ſolut.l.*2.ubi Caſtr.*nu.*3.Jaſ.*nu* 7. Alex.*n.*4.*C.de Hæred.inſt.*Rota *Ianuen.dec.*16.*n* 9 & *dec.* 27 *nu.*4.& *nu.*5.ubi quod idem Juris eſt, ſi ſolutio fiat pro
complemento, Cavaler.*dec.*528.*n.*2. 246

Declarare, in quam cauſam ſolutio fiat, ſpectat ad debitorem *l.*1.& *l.Creditor* 102.§.*cum de ſorte*, *ff.de ſolut. l.*5. *C. de ſolut.*

Et ſi Debitor non declarat, poteſt Creditor declarare, 247
in quam cauſam ſolutionem recipiat dummodo declaret in ipſo actu receptionis, *l.*1.§.*quoties vero*, *ff. de ſolut.d. l.*1.*C.de ſolut.*ſecus eſt intervallo, *l.*3.*in princ.ff. de ſolut.* Debet tamen Creditor declarare, prout declararet in re propria, & ſic prout magis expediebat Debitori, *d.l.*1. §.*dummodo ſic conſtituat*, *ff.d. ſolut.*

In dubio autem ſolutio cedit in cauſam duriorem *l.*1.3. 248
& 4.*in princip.ff.de ſolut.*Alex.*conſ.*39.*num.*2. *lib.*2. Dec. *in l.ſi in duabus* 104.*in fine*, *ff.de reg.jur.*Rota *dec.*113.*n.* 3.*part.*1.*divers.*Cavaler. *deciſ.* 99. *num.* 3.

Hoc tamen primò non procedit, ſi in ipſa ſolutione Debitor ſolvens declaravit, in quam cauſam cedere debeat ſolutio vel quando conſtat Partes conſenſiſſe, ut cedat in aliam cauſam, *dict.l.Creditor*, §.*cum de ſorte*, *ff. de ſolut.*Cavaler.*dec.*165.*num.*3.

Digitized by Google

249 Cauſa verò durior dicitur illa, quæ in ſe continet obli-
gationem Cameralem, Seraphin. *deciſ.* 1454. *num.* 2. cum
aliis congeſtis per Zacch. *de oblig. Camer. q.* 17. *n.* 6.
R Inventarium in dubio præſumitur ritè, & rectè factum
250 & ob id facienda eſt interpretatio pro validitate illius,
l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de lib. & poſth. c. niſi, de præben.
l. cum Teſtamento, §. hæc verba, & ibi Bal *ff. de Hæred. In-*
ſtit. Crav. *conſ. a. pro Genero, n.* 475. Alex. *conſ.* 13. *a.* 6. *verſ.*
& præcipue, l. 1. Creſcent. *deciſ.* 6. *de præſump.* Mant. *dec.*
344. *n.* 8. Rota *deciſ.* 9. *nu.* 1. *part.* 2. *diverſ. & dec.* 365. *nu.* 14.
251 *part.* 1. *dec.* 597. *n.* 12. *in fin. par.* 4. *recen.* Quæ † præſumptio
cæteris omnibus antefertur, Rota *d. dec.* 9. *n.* 25. *part.* 2.
diverſ.
252 Inventarium autem legitimè confectum præſervat
Hæredem adeuntem in eo ſtatu, in quo erat ante aditam
Hæreditatem, adeo quòd nullum damnum patiatur, *l. ſi.*
§. & ſi præfatam, & §. in computatione, C. de Jure delib.
Coccin. *deciſ.* 151. *n.* 1. *&* 2.
253 Tenetur tamen Hæres cum beneficio l. & inventari
opponere, & docere de Inventario, quod ſuffragetur, &
reddere rationem de bonis in Inventario deſcriptis, aliàs
proceditur contra ejus Perſonam, & bona propria ea-
dem via executiva, quæ competebat contra Defunctum,
Bald. *in l. fin. §. & ſi præfatam, n.* 3. ubi hanc Praxim do-
cuit, *C. de jur. delib.* Phanuc. *de inven. p.* 5. *& alii,* quos re-
fert, & ſequitur Rot. *dec.* 39. *n.* 8. *& ſeq. p.* 6. *rec.* Hanc eam-
dem Praxim ponit Saluſt. Tiber *l.* 1. *cap.* 45. *num.* 17. Quæ
254 paſſim obſervatur in hoc A. C. Tribunali, citato hære-
de de inventario opponente, ut ſupra ad docendum ſe
adiviſſe cum beneficio inventarii, & inventarium legi-
timè confeciſſe, & de inventariatis rationem reddidiſſe,
quinimo eadem praxis, etiam in Sacro Rotæ Auditorio
admiſſa fuit, Rota *d. deciſ.* 39. *n.* 9. *part.* 6. *recent.* ubi alias
deciſiones congerit.
S Judices Romanæ Curiæ ſæpè, ad effectum melius deli-
berandi quod decretum faciendum ſit pro juſtitia, ſolent
255 habere terminum pro ſervato, quo caſu habent ſpatium
decem dierum ad faciendum decretum, ſeu ſententiam
proferendam abſque eo, quod pars denuò citetur, tenen-
tur tamen Judices, tàm civiles, quàm criminales, ſivè
ordinarii, ſivè delegati, & quicumquè ſint, etiam Prælati
Romanæ Curiæ, in cauſis in officio Archivii Romanæ
Curiæ commiſſis: iſtos terminos pro ſervatis habitos,
ut ſupra, declarare infra decem dies, aliàs circumducun-
tur, & neceſſaria eſt nova citatio, Pius IV. *conſt.* 85. *Cum*
ab ipſo, verſ. iidem Judices ſecun. antiq. impreſſ. Paulus
V. *in reform. Trib. Urb. conſt.* 71. *Univerſi agri in verſ. Judi-*
ces quicumque.
256 Hoc tamen non procedit in Auditoribus Rotæ, qui in
hoc ſuis facultatibus utuntur, Paulus V. *d. conſt.* 71. *d.*
verſ. Judices quicumque, nam Auditores Rotæ tenentur
publicare eorum decreta, ſeu ſententias infra quindecim
dies à die termini pro ſervato habiti; & in ultima au-
dientia anni infra menſem Pius IV. *conſt.* 83. *in Trono,*
verſ. Item ſententiæ, ſecun. antiq. impreſſ. Paulus V. *d.*
conſt. 71. *verſ. Item ſententiæ.*
257 Secundò non procedit in Curia Capitolina, nam in ea
non habetur terminus pro ſervato, nec pronunciatur
prout in cedula, ſed ejus loco fit, *Diffundi,* eſt autem
Diffundi quædam monitio, quam facit Judex in termino
citationis pro ſequenti die Juridica, Statut. Urb. *l.* 1. *cap.*
51. nam nihil aliud eſt monitio, quam quædam citatio-
nis prorogatio, Seraph. *dec.* 583. *n.* 1. *in fin.* Rot. *dec.* 141.
n. 11. *p.* 6. *recent.*
258 Cæterum ſi Judex in d. prima die juridica, & ſic in ter-
mino diffuſionis, decretum non faciat, & cauſam non
expediat circumducitur, & expirat diffuſio, & eſt neceſſe
iterum citare partem, in cujus citationis termino iterum
Judex ſi vult poteſt in primam diem juridicam ſequen-
tem citationem diffundere, & ita quotidie obſervat Pra-
xis, & debet intelligi Luc. Pet. *in Prax. l.* 1. *c. cap.* 8. *n.* 19.
259 Requiritur tamen monitio, ſeu difuſio hujuſmodi, par-
tis præſentiam, de qua Notarius in diffuſione ipſa atte-
ſtetur, Fenzon. *ad Statut. Urbis l.* 1. *c.* 51. *n.* 32.
260 At quando terminus ab A. C. ſeu alio Judice de-
betur pro ſervato, Notarius nihil ſcribit in pede ci-
tationis, ſed poſtea cum Judex facit decretum, il-
lud, & omnia ponit ſub die, pro qua cadebat cita-
tio, Rot. poſt Fenzon. *ad Stat. Urb.* 161. *in princ.*
Et ob id per admiſſionem novorum Jurium non obſtan- 261
te quacumque proteſtatione, etiam quod admiſſio ſit fa-
cta cum clauſula, ſinè præjudicio termini pro ſervato ha-
biti, circumducitur terminus habitus pro ſervato, & de-
cretum remanet nullum defectu citationis, cum conſtet
ex actis, quòd tempore admiſſionis novorum jurium ad-
huc factum non erat Rota *dec.* 705. *n.* 3. *part.* 3. *diverſ. l.* 2.
& in Rom. Pecuniaria ſeù reſtitutionis in integrum 15. *De-*
cembr. 1616. *coram bo. me. Ottemberge, quæ eſt dec.* 9. *impreſſ.*
apud Marcheſ. *de commiſſ. appell. ab interloc. p.* 1. *§.* 1. *fol.*
1222. & poſt Fenz. *ad Statut. Urb. dec.* 161. *& in Fæſulana*
prioratus 15. *Novemb.* 1610. *corā bo. me. Card. Marcemontio.*
Citato debitore ad ſolvendum Judex facit ſuum decre- T
tum, niſi infra tres, ſi vero quis in forma Cameræ obli- 262
gatus conſenſit in mandatum exequutivum unica citatio-
ne præcedente, decernit, & relaxat mandatum, niſi ad p.
d. cum intimatione, poteſt tamen Judex dare longiorem
dilationem, & facere decretum, niſi infra quatuor, niſi in-
fra ſex, aut aliud tempus ſibi beneviſum, Saluſt. Tiber. *in*
Prax. l. 1. *c.* 72. *num.* 15. *& ſeqq. num.* 17. *& cap.* 53. *num.* 6.
Quod procedit in omnibus decretis, licèt enim, exceptis
non nullis de quibus ſupra, & infrà ſuo loco dicetur, om-
nia ferè decreta fieri ſolent niſi ad p. d. Semper tamen Ju-
dex poteſt dare longiorem dilationem, prout ſibi pro juſti-
tia videbitur expedire, & ita paſſim obſervatur in praxi.
De productione facta ad coadiuvandum probationes V
antiquas dixi ſupra *hoc eodem p.* 1. *c.* 6. *lit. F.*
Omnes Romanæ Curiæ Judices poſſunt ſæpius eorum 263
decreta interlocutoria revocare, & reponere ab ejus par-
tem in ſtatu in quo erat ante factum decretum, ſivè ſint
Judices ordinarii, ſivè legati, prout ſignantur A. C. in cau-
ſis exequutivis quandocunque reponere conſuevit; quia
licèt decretum, quoad partem tranſeat in judicatum, ſecus
tamen eſt quoad Judicem, & ob id, ſi ipſe videt, Decretum
de jure non ſubſiſtere reponit. Sal Tib. *in Prax. l.* 1. *c.* 27. *n.*
12. *& ſeqq. & n.* 18. *& c.* 23. *n.* 1. *& ſeqq & n.* 5. Galleſ. *de oblig.*
Camer. q. 36. *n.* 26. *& ſeqq. uſque ad n.* 32. Mandoſ. *in form.*
9. *Commiſſ. in verb. admittat,* Rota in *Romana pecunia-*
ria coram bo. mem. Card. Platto impreſſ. apud Marcheſ. *de*
commiſſ. nullit. ſanat. p. 4. *§.* 2. *quæ eſt dec.* 4. *num.* 4. *fol.* 43.
Judex verò ordinarius non ſolum poteſt reponere à de- 264
cretis, ut ſupra, ſed etiam cognoſcere de nullitate ſuæ
ſententiæ, Capyc. *dec.* 1. *n.* 26. Saluſt. Tib. *d. l.* 1. *cap.* 53. *n.*
3. Scacc. *de appell. q.* 19. *remed.* 1. *concluſ.* 3. *n.* 18. *concluſ.* 6.
n. 73. *& num.* 79. *& ſeqq.* Ubi quod in Curia Judices ordi-
narii ſunt Camerarius, Auditor Cameræ, Gubernator
Urbis, Vicarius, Senator, Mareſcialus, & auditor con-
tradictarum, extra Curiam verò Primates, Archiepiſco-
pi, Epiſcopi, & ſimiles, Principes, Duces, Marchio-
nes, Comites, & ſimiles.

Requiſita Pauli De Caſtro.

INtereſſe lucri ceſſantis ei, qui non eſt mercator ſoli- 265
tus negociari, non debetur, niſi tria probet. Primo,
quod debitor ſit in mora ſolvendi. Secundo, quod ha-
buerit occaſionem lucrandi, & merces emendas in prom-
ptu, illaſque emere voluerit. Tertiò, quòd ob pecu-
nias non habitas, & pecuniarum defectum occaſionem
lucrandi, & emendi amiſerit, & ſic niſi facta proteſtatio-
ne ſolemni cum his requiſitis, illiſque probatis juxta do-
ctrinam Pauli de Caſtro *in l.* 3. *§. fin. n.* 3. *ff. de eo quod cer-*
to loco ſecundum opinionem, quam ſervat Rota, Seraph.
dec. 88. *n.* 3. *& deciſ.* 1114. *n.* 1. *& dec.* 1420. Rot. *dec.* 371.
n. 1. *p.* 1. *& dec.* 90. *n.* 3. *p.* 8. *diverſ.* Cavaler. *dec.* 345.
n. 7. Rota *in Romana Societatis* 23. *Junii* 1600. *coram. bon.*
mem. Card. Millino impreſſ. apud Saluſt. Tiber. *in praxi*
l. 1. *cap.* 23. *& in Romana Cenſus* 29. *Novembris* 1593. *co-*
ram bon. mem. Card. Pamphil. impreſſ. apud eundem Sa-
luſt. Tiber. *d. l.* 1. *capit.* 23. *& deciſ.* 96. *poſt. conſil. crim.*
Farin. *l.* 1. *& in Bononien. Dotis* 24. *Maii* 1600 *coram*
bo. me. Card. Lancelloto, & in Romana fructuum, & intereſ-
ſe 10. *Decemb.* 1614. *coram nunc S. D. N.* Innocentio X. *quæ*
eſt deciſ. 7. *impreſſ.* poſt Zacch. *de Societ. offic.* Rot. *dec.* 246.
num. 18. *p.* 5. *recent.* ubi alias deciſiones allegat.
Et quod etiam mercator, & ille, qui eſt ſolitus nego- 266
ciari teneatur probare dd. requiſita Pauli de Caſtro, & ſic
d. intereſ-

Digitized by Google

d. intereſse verè, & concludenter, & non ſufficiat probatio præſumptiva ex eo, quod quis ſit ſolitus negociari, niſi etiam probetur quod occaſio lucrandi fuerit amiſsa ob pecunias non habitas, tradit Mohed. *deciſ.3. de Uſur.* Et quod non ſufficiat probatio præſumptiva ex eo, quod quis non ſit ſolitus retinere ſuas pecunias ocioſas, niſi etiam probetur lucrum amiſſum ob d. ſolutionem à debitore non factam, tradit Rot. *in d. Bononien. dotis coram Card. Lancellotto*, Ferentill. ad Buratt. *deciſ.767. num.3.* Et quod nec etiam ſufficiat alia probatio præſumptiva ratione loci, in quo ſit facilè inveſtire pecunias, dixit etiam Rot. *in d. Bonon. Dotis coram Cardinali Lancellotto.*

267 Fides autem Proxenetæ, quod quia invenerit loca emenda, de qua per Seraph *deciſ.1240* debet eſse legitimè recognita, aliàs nihil relevat Rot. *d. dec. 7. n. 8.* poſt Zacch. *de Societ. offic.*

268 Quod ſi proteſtatio fiat contra debitorem, ut ſupra, juxta doctrinam *Pauli de Caſtro*, vel debet fieri à Creditore principali, vel Procuratore ad hoc mandatum ſpeciale habente, prout requiritur in his, quæ conſiſtunt in animo ipſiuſmet Principalis, Rot. poſt Zacc. *de Societ. offic. d. deciſ. 7. n. 5.*

269 Contrarium verò quod lucrum ceſsans poſſit probari per probationes præſumptivas, tenet Paul. de Caſtr. *ſibi contrarius in l. continuus §. cum ita, n. 5. ff. de verb. oblig. & in l. cunctos populos poſt a. 15. verſ. Ego dico*, C. *de Summ. Trinit. & fid. Cath.* Cagnol. *in l. curabit num. 66. & ſeq. C. de act. empt.* ubi quod ita vidit practicari, & judicari per Excell. Senatum Ill. Ducis, & principis ſui, & alii quos refert, & ſequitur Rota Januen. *dec. 1. n. 45. dec. 139. n. 8. & ſeq.* ubi quod ita practicatur in Civitate Januæ, in qua omnes ſunt ſoliti negociari, & nemo ſolet tenere pecunias otioſas, Scac. *de commerc. & de cam. p. 2. q. 7. ampliat. 8. n. 144* Et quod hæc opinio ſignanter locum habeat in mercatore ſolito lucrari, tenent plures, quos refert Card. Tuſc. *lit. L. concl. 454 n. 24.* ubi quod hanc partem uti veriorem tenuit

270 etiam Rota Florentii. 26. *Jan.* 1555. mota ex eo † quia probatio concludit à cõmuniter accidentibus, gloſ. *comm. recepta in l. neq; natales, in verbo cum nihil verſ. ſi verò, C.*

271 *de probat.* Et quia conjecturæ in materia intereſse ſufficiunt, *l. unica*, & ibi Bart. *n. 33. in fine, & omnes, C. de ſent. quę pro eo quod inter.* cum aliis de quibus per Tuſc. *d. n. 24.*

272 Obſervandum tamen eſt, illud tertium requiſitum, quod videlicet quis amiſerit occaſionem lucrandi, & emere non potuerit, ex quo pecuniæ ſibi non fuerunt a debitore ſolutæ, videtur recta via improbabile, & ad probandum impoſſibile, ad quod nemo tenetur; cum conſiſtat in animo, & corde, unde cum ſolus Deus ſit ſerutator cordium, videtur quod debeat ſufficere proteſtatio, & probatio conjecturalis, ex qua transfertur onus probandi con-

273 trarium, quod ſcilicet, quia habuerit pecunias otioſas in adverſarium ut latè advertit, Scac. *de commerc. & cam. p. 2. q. 7. ampliat. 8. n. 256. & ſeq.* ubi reſpondet d. doctrinę Pauli

274 de Caſtro, quòd illa ultima verba, quia pecunias non habuit, non potuit emere, non ſunt verba articuli probandi, ſed ſunt verba, quæ ex probatione præcedentium infert Caſtrenſis; quem ita eſse intelligendum ait, ne ex allegatis ibi *ſub numero præcedenti* repræhendi mereatur.

275 Et hæc ſtrictæ opinio comprobatur. Primo quia ea, quæ conſiſtunt in animo, cum directè probari non poſſint, probantur per juramentum & per conjecturas. *cap. Si vero aliquis. el. 2. de ſent. excomm. gl. in c. ſignificaſti, il primo in verbo, ſi ita eſt de homicid.* Rom. *conſ. 76. n. 3.* Seraph. *de privil. jurament. privil. 4. n. 152. & ſeq. & n. 192.* prout ſimiliter juramento probantur ea, quæ ſunt difficilis pro-

276 bationis, Seraph. *privil. 33. n. 178. & privil. 35 num. 6.* Quod habet locum etiam in intereſse, quando illud non eſt omninò incertum, ſed in potentia propinqua, tunc enim juramentum deferri poſse ad illud probandum, tradit Seraph. *privil. 31. n. 112.* In caſu autem noſtro, probatis aliis requiſitis de quibus ſupra, videtur intereſse reddi quaſi certum, ac proinde probandum d. tertium

277 requiſitum in animo conſiſtens, & difficillimæ probationis admittendum juramentum, ex trad. per Jaſ. *in l. 2. §. fi. n. 7. ff. de eo quod cert. loco.* ubi dicit quod lucrum ceſsans probatur per conjecturas, & quod ratio eſt, ſecundum Angelum, quia lucrum ceſsans non eſt ens, & non entium propriè non ſunt cauſæ, & ideò non poſsunt propriè probari, *l. Aſſari, ff. de probat.* unde ſequitur, quod lucrum ceſsans non poſſit probari, niſi per conjecturas, & Jaſonem refert, & ſequitur, Rota Januen. *d. deciſ. 139. nu. 9.*

Cæterum fructus recompenſativi, ſeu intereſse ex æquitate, *l. Curabit*, *C. de act. empt.* debetur ab Emptore Venditori, cui pretium non ſolvit, abſque dd. requiſitis Pauli de Caſtro, quia Æquitas non patitur, ut quis habeat rem, & pretium, Rot. *dec. 371. n. 1. p. 1. diverſ. & poſt* Cenc. de Cenſib. *deciſ. 124. n. 5. & latius deciſ. 13. n. 1. cum ſequen. part. 5. recentior.* Duran *deciſ. 34. n. 1. & ſequen.* ubi 278

quod hæc æquitas habet locum etiam pro rata pretii non ſoluti. *& a. 10. & ſeq.* cum quod huc procedit, etiam ſi fuerit conceſſa dilatio ad ſolvendum, & conventum, quod interim ſolvatur intereſſe recompenſativum ad certam quantitatem, ex veriori, & receptiori DD. ſententia; 279

ſecus extra pretium rei emptæ, quia ceſſat æquitas, Cavaler. *deciſ. 270. n. 4.* prout quando † debitum conſiſtit in ſola pecunia, quæ non facit fructus, ſicut res empta, nam tunc fructus non debentur, niſi inveniant requiſita Pauli de Caſtro, Rota *in Bonon. Dotis 25. Junii 1600. coram bo. me. Cardinali Lancelloto.* 280

Et ſicut æquitas *d. l. curabit*, habet locum in Emptore, qui retinet rem. & pretium, donec pretium rei ſibi venditę & traditę ſolvat, ut teneatur ad fructus, quos ex re empta percepit, & percipere potuit, ſic etiam procedit in Venditore, cui pretium fuit ſolutum ut ad fructus recompenſativos juſtos tamen; & veriſimiles non exceſſivos teneatur, donec rem venditam tradat Emptori, Scac. *de Commerc. & Camb. p. 2. q. 7. ampl. 8. §. 1. n. 171.* Rot. *dec. 340. n. 5. & ſeq. p. 1. diverſ.* Ubi † quod ęquitas *d. l. curabit*, habet locum in omni contractu correſpectivo tàm nominato, quàm innominato, Scaccia *d. part. 2. q. 7. ampl. 8. §. 1. n. 173.* 281

S U M M A R I U M.

De Impedimentis. Cap. IX.

1 *Reus, ob defectum exceptionum, ſolet ſe defendere Inhibitionibus, & impedimentis.*
2 *Citatio ad exhibendum inhibitiones, & juſtificandum, ejuſque Formula, & Proceſſus.*
3 *Exequatur, quod obtinetur, parte non juſtificante impedimenta, & ejus Formula.*
4 *Charta dotalis, ad impediendum executionem obtineri quomodo poſſit.*
5 *Charta dotali, vel ſimili inhibitione oſtenſa, debet citari Pars ad juſtificandum, ut poſſit ad ulteriora procedi.*
6 *Citatio ad juſtificandum Chartam dotalem, & ejus Formula, & Proceſſus.*
7 *Charta dotalis, & aliis impedimentis non juſtificatis, obtinetur exequatur illa, & quibuſcumque non obſtantibus.*
8 *Charta dotali juſtificata, non poteſt fieri executio in bonis in ea contentis pro debito Viri, ſed poteſt citari Mulier ad declarandum.*
9 *Citatio ad declarandum, in quibus bonis Viri ſuas dotes conſequi velit, & ejus Formula, & Proceſſus.*
10 *Mulier, ſi vult, declarat in quibus bonis Viri dotem conſequi velit, & quomodo.*
11 *Muliere declarãte, a quibus bonis velit conſequi dotes, ſi ... ſuper ſaat, poteſt in eis fieri executio ... proceditur ad æſtimationẽ omniũ bonorũ Viri ad effectũ &c.*
12 *Cautela* Angeli, *ne fiat executio in bonis quę quis poſſidet, uti propria, vel uti tertius, & ejus Formula.*
13 *Citatio ad dicendum contra Proteſtationem ſeu Cautelam* Angeli, *ejuſque Formula, & Proceſſus.*
14 *Cautelæ* Angeli *tanta eſt virtus, ut in bonis in ea contentis non poſſit fieri executio, niſi probetur ex adverſo contenta in ea non eſſe vera.*
15 *Cautela* Angeli, *ut ea tantum poſt executionem factam fere nihil agit, & quare.*
16 *Citatio ad juſtificandum Cautelam* Angeli, *ejuſque Formula, & Proceſſus.*
17 *Cautela* Angeli *utens poſt executionem, & citatus illam non juſtificans, nihil agit, aliàs ſecus.*
18 *Cautela* Angeli *ſpreta executio facta eſt nulla cum inde ſecutis.*
19 *Citatio ad videndum revocari executionem in ſpretum Cautelæ* Angeli *factam, & ejus Formula, & proceſſus.*
20 *In caſu quo Cautela* Angeli *eſt juſtificanda, Hæres beneficia-*

neficiatus, debet docere de inventario legitimo, & reddere rationem, ut illa ſuffragetur.

21 *Inventarium poteſt fieri extrajudicium, & apud Acta in judicio.*

22 *Citatio ad videndum adiri cum beneficio inventarij, & inventarium confici, ac illius, & inventarij extrajudicialis Formula, & n.23.*

23 *Decretum in inventario poteſt interponi ante, & poſt inchoatum, ac etiam poſt completum inventarium, & quomodo.*

24 *Citatio judicialis ad videndum adiri cum beneficio inventarij, at inventorium confici in judicio, ac dictæ Citotionis, & inventarii Formula, & Proceſſus.*

25 *Inventarij Formula, ut plurimum in Tribunali Audit. Cam. frequentata.*

26 Ang. in l. à Divo Pio § ſi ſuper rebus, ff. de re jud. *tradit cautelam in Proxi receptam, ne poſſit fieri executio contra Poſſeſſorem.*

27 *Executio facta in bonis expreſſis in Proteſtatione facta od Cautelam* Angeli, *eſt nulla.*

28 *Proteſtatio juxta Cautelom* Angeli, *poſt factam executionem, pro qua preſumitur non relevat.*

29 *Inventorium nun facere, & minus legitimè, paria ſunt.*

30 *Hæres cum beneficio inventarii ritè focti non tenetur ultra vires Hæreditarias.*

31 *Hæres ſciens, ſe Hæredem, infrà tres menſes, & abſens infrà onnum, debet deliberare, an velit adire.*

32 *Hæres ſi ſtatim velit adire, debet poſtquam ſe talem ſcivit, & adivit infra 30. dies inventarium incipere, & infrà altos 60. illud perficere.*

33 Tex. in l. fin. §. ſin autem C. de Jur. delib. *declaratur, ut Tempus ad cõficiendum inventarium currat à die, quo Hæres adivit, ex magis cõmuni contra* Phanuncium.

34 *Hæredi malitiosè differenti adire, currit tempus à die ſcientiæ Hæreditatis ſibi delatæ.*

35 *Hæredi petenti terminum unius anni à Princepe, vel novem menſium à Judice ad deliberandum, currit tempus à die ſcientiæ.*

36 *Ex Bulla Pii IV. Hæres tenetur deliberare adire, & inventarium conficere præſens infra duos menſes, abſens citra montes infra 4. & ultra montes infra ſex menſes, à die obitus Debitoris.*

37 *Pendente termino ad deliberondum, & inventarium conficiendum Hæres non poteſt moleſtari.*

38 *Hęres ſi non opponat de pendentia termini ad liberandum, & inventarium faciendum, poterit bene moleſtori, etiam illo pendente.*

39 *Introducta cauſa diſcuſſionis Judex poteſt conſignari focere bona Creditoribus, dato cautione non obſtante pendentia termini ad deliberandum ex Bulla Pii IV.*

40 *In requirentibus celeritatem, ut eſt exoneratio conſcientię, Hęres poteſt conveniri pendẽte termino invẽtarii.*

41 *Hęres conventus actione reali ut poſſeſſor, cogitur, ut quilibet poſſeſſor, reſpondere non obſtante pendentia termini Inventarii.*

42 *Hæres debet apponere in inventario venerabile ſignum Crucis.*

43 *Omiſſio ſigni Crucis non vitiat inventarium.*

44 *Stante Statuto, vel conſuetudine quod inventarium ex omiſſione ſignis Crucis reddatur nullum, illius omiſſio vitiat inventarium.*

45 *Signum Crucis apponitur poſt aditionem Hæreditatis in ipſo inventario.*

46 *Inventorium dicitur inchoatum per ſignum Crucis in eo appoſitum.*

47 *Creditores, & Legotarii ad confectionem inventarii ſunt citandi pro die, hora, & loco certis.*

48 *Inventarium eſt actus de ſui natura extrajudicialis.*

49 *Citotio in extrajudicialibus requiritur pro die, & hora certa.*

50 *Creditores, & Legotarii certi ſunt citandi domi dimiſſa copia, incerti per affixionem, quod ſufficit.*

51 *Citatio contra incertos quondoque fit per proclama, quandoque per controdictas, quandoque per Edictum, & non rarò per affixionem.*

52 *Citatio unica ſufficit tàm cõtra certos, quã cõtra incertos.*

53 *Confectio inventarii eſt modici præjudicii.*

54 *Inventorium poteſt fieri judicialiter apud Acta.*

55 *Citotio ſine die in actis factis in figura judicii cadit ad p. d. ſecus in extrajudicialibus, & quare.*

56 *In inventario requiritur deſcriptio bonorum Jurium, & actionum.*

57 *Æſtimatio rerum deſcriptarum non eſt de neceſſitote ponenda in inventario.*

58 *Omiſſio deſcriptionis bonorum ſine dolo non præjudicat.*

59 *Solemnitotes inventarii fuerunt inventæ, nè bona Hęreditaria occultarentur.*

60 *Solemnitates in inventario non ſunt neceſſariæ ceſſante metu doloſæ occultationis bonorum.*

61 *Inventarium conficere non eſt neceſſe, quondo ceſſat præſumptio doloſæ occultationis.*

62 *Omiſſio doloſa probanda eſt ab Allegante.*

63 *Bona qualitas Perſonæ ad doli excluſionem plurimum attenditur.*

64 *Inventarium de bonis ſtabilibus conficere non eſt opus, ſed ſufficit illorum ſimplex deſcriptio, & quare.*

65 *Inventarium ſolemne de mobilibus modici momenti facere non eſt neceſſe, & quare.*

66 *Fraus in modicis non præſumitur.*

67 *Magna legalitas perſonæ facit recedere à Juris regulis, & Statutis.*

68 *Proteſtatio ad addendu omiſſa, in inventorio poſito, excludit præſumptionem doli.*

69 *Clauſula, & proteſtatio de addendo omiſſa operatur ut inventarium præſumatur de omnibus bonis.*

70 *Cauſa quælibet etiom illegitima excuſat à dolo.*

71 *Hæres qui doloſè aliqua bona deſcribere in inventario omiſſit, non amittit ejus beneficium, ex communi.*

72 *Hæres, omittens doloſè aliquàm rem mobilem deſcribere in inventario, amittit Falcidiom, & tenetur ad duplum rei non deſcriptæ.*

73 *Hæredis ſubſcriptio in inventorio eſt neceſſaria.*

74 *Inventarium factum opud acta non eget ſubſcriptione Hæredis.*

75 *Hæredis ſubſcriptio de generali conſuetudine receſſit, & ſuppletur ex Decreto, & præſentia Judicis.*

76 *Hæredis ſubſcriptio in inventario factu apud actu ſuppletur ex rogitu Notarii.*

77 *Tres Teſtes loco Creditorum, & Legatariorum abſentium in inventorio requiruntur.*

78 *Inventarium, quoad Creditores, & Legatarios citotos ſemper valet, etiam ſine tribus Teſtibus loco illorum.*

79 *Quoad citatos etiam non præſentes Decreto vel confectioni Inventarii, omnia ſunt ſolemniter geſta.*

80 *Defectus trium Teſtium loco Abſentium ſuppletur ex præſentia Judicis.*

81 *Decretũ Judicis, in inventario requiſitũ, poteſt interponi, tã in principio, quàm poſt principium, vel in fine illius.*

82 *Inventarium ſine Decreto Judicis valet, ſi eſt factum cum ejus præſentia.*

83 *Inſtrumentum inventarii debet rogari a Notario coram Teſtibus cum expreſſione loci, in quo Actus geritur.*

84 *Inventarium factum apud Actu in judicio non indiget Teſtibus.*

85 *Acta de ſui natura extrajudicialia in judicio facta non indigent Teſtibus, & quare.*

86 *Acta de ſui notura extrajudicialia prout Teſtamentum, confectio Urnæ, & præſentatio, ſi ſiant in Judicio, non indigent Teſtibus.*

87 *Mobilia, de quibus conficitur inventarium, debent videri à Teſtibus, vel à Judice.*

88 *Stabilia, & mobilia modici momenti, de quibus fit inventarium, non eſt neceſſe videri à Teſtibus, vel à Judice.*

89 *Mobilia à Teſtibus, vel Judice videri non eſt neceſſe, ſtante magna legalitate perſonæ Hæredis, ſed bonè ſtante illius ſuſpicione.*

90 *Bona a Teſtibus, vel Judice videri non eſt neceſſe, quando inventarium conficitur apud Acta, & quare.*

91 *Defectus ſubſcriptionis Hæredis, & trium Teſtium loco Abſentium, in inventario apud acta ſuppletur ex auctoritate, & præſentia Judicis.*

92 *Defectus enunciationis duorum Teſtium in inventario apud Acta ex Decreto, auctoritate, & præſentia Judicis ſuppletur quo ad Citotos.*

93 *Citati ad videndũ confici invẽtariũ non poſſunt allegare abſentium Teſtium ſicut non citati hoc facere valent.*

94 *In-*

94 *Inventarium factum apud Acta abſque enunciatione Teſtium ſine difficultate ſuſtinetur, ſi ex inſpectione aliorum Inventariorum conſtat in loco adeſſe hujuſmodi Stylum.*

95 *Bona inventariata, ſi adfuit tempus ſufficiens, præſumuntur viſa ante perfectionem inventarii.*

96 *Neceſſaria ad actum validum conficiendum præceſſiſſe ſemper cenſentur.*

97 *Neceſſaria omnia præparata fuiſſe, ſupponendum, antequam deveniretur ad confectionem inventarii, ſi id commode fieri potuit*

98 *Inventarium apud Acta, præparatis notulis per prius in folio, poteſt in inſtanti perfici.*

99 *Hæredi à die aditæ competit, abſque Iudicis Decreto, adminiſtratio rerum Hæreditariarum, & dantur 30 dies ad inchoandum, & alii 60 ad perficiendum inventarium.*

100 *Hæres in tempore 90 dierum ad conficiendum inventarium poteſt plura facere in fraudem Creditorum (ſi maligna[r]i velit) abſque eo quòd Teſtes in eo adhibendi ſint de hoc conſcii.*

101 *Ut inventarium dicatur factum apud acta, quæ requirantur.*

102 *Præſentia Iudicis ſemel probata in confectione inventarii apud Acta, præſumitur continuata uſque ad finem.*

103 *Continuata, & adhærentia cenſentur ejuſdem naturæ.*

104 *Proſecutio, & ſuit duo cenſeri unum.*

105 *Continuatio præſumitur cum iiſdem qualitatibus, & retentis iiſdem terminis.*

106 *Præſentia alicujus in Inventario ſemel probata præſumitur continuata, etiam illa poſtmodùm non enuncietur.*

107 *Actus præcedens, & illius initium attendi debet ad judicandum qualitatem ſequentis.*

108 *Si proſecutio habet neceſſariam conſequentiam à principio, attenditur principium.*

109 *Actus de ſui natura extrajudicialis factus in judicio, Iudice præſente vel mandante, non requirit Teſte ad ſui validitatem.*

110 *Ea noſtra facimus, quibus noſtram auctoritatem impartimur.*

111 *Obligatio facta Iudice mandante dicitur facta apud acta ac ſi Iudex fuiſſet præſens.*

112 *Proſecutio, & executio in omnibus tribuitur Mandanti.*

113 *Præſumendum in dubio pro validitate Actus, & Inventarii.*

114 *Præſumptio eſt unica circa omnia, ut omnia in Inventario præſumantur ritè geſta.*

115 *Præſumptio pro validitate. Actus præfertur cæteris.*

116 *Rotæ deciſ 72 p. 2 diverſ procedit quando Iudex mandavit fieri inventarium cum omnibus ſolemnitatibus juris, & fuit factum ſine illis, aliàs ſecus.*

117 *Rotæ* deciſ. 72 p 2 div. *procedit in Inventario extrajudiciali, quod non fuit cæptum, nec proſecutum coram Iudice ſed coram ſolo Notario per viam Inſtrumenti*

118 *Subſcriptio Hæredis in Inventario facto apud Acta non requiritur.*

119 *Mandatum Iudicis non dicitur factum in figura Iudicii niſi citatis citandis.*

120 *Creditores citati in Inventarii confectione non poſſunt allegare abſentiam.*

121 *Inventarium cæptum, & proſecutum, apud Acta citatis citandis, non indiget, enunciatione Teſtium.*

122 *Deciſiones. Rotæ* 72. p 2 div. *& Romana fructuum dotis,* coram bon. mem. Seleucien *procedunt in iiſdem terminis.*

123 *Inventarium factum apud Acta citatis citandis ex ſola Iudicis præſentia ſemel enunciata poteſt ſuſtineri.*

124 *Scrupuloſæ ſolemnitates, & ſubtilitates DD. in materia Inventarii receſſerunt ab aula.*

125 *Inventarium hodie, quomodo ſufficiat conficere, ut valeat.*

126 *In Foro Eccleſiaſtico, & in terris Eccleſiæ in materia inventarii magis ipſa veritas; quam ſcrupuloſa ſubtilitas attenditur.*

127 *In terris Eccleſiæ videtur ſervanda in confectione Inventarii illa juſtitia naturalis, nè bona ſurripiantur.*

128 *Jus Canonicum ſimpliciter approbavit confectionem Inventarii.*

129 *Solemnitas ſubtilis, quæ in confectione Inventarii requiritur de Iure civili, non requiritur de jure canonico.*

130 *Sacri canones amplectuntur ſimplicitatem, & veritatem rejecta ſubtilitate juris.*

131 *Si Hæreditas non poteſt aliqua tergiverſatione celari, ceſſat præſumptio legis ſuper ſubſtractione, etiam ubi ſervatur jus civile*

132 *Ubi conſtat de veritate, ceſſat introductio inventarii.*

133 *Veritas, quod alia bona non extent, probatur per inventarium Executoris, & per ſimplicem deſcriptionem.*

134 *Deſcriptio facta ab Uſufructuario prodeſt Proprietario.*

135 *Inventarium factum ab uno, prodeſt alteri.*

136 *Mens legis inventarii eſt, nè Creditores, & Legatarii damnum ſentiant ob hæredis malignitatem.*

137 *Forma legis impleta per æquipollens menti legis magis, quàm verbis inſerviendum.*

138 *Forma impleta per æquipollens, ſatisfactum formæ dicitur, præſertim ſi cauſa eſt juſta.*

139 *Si æquipollens ſubauditur, forma dicitur adimpleta.*

140 *Decretum judicis ſupplet defectum ſolemnitatum in inventario.*

141 *Ius civile Romanorum in Urbe etiam ibidem obſervatur, ſic jubeate Statuto.*

142 *Solemnitates in inventario, quæ ſint neceſſariæ in curia capitolina.*

143 *Solemnitates in inventario ſufficit adhibuiſſe, quando illud fuit inchoatum per appoſitionem ſigni Crucis.*

144 *Solemnitates de Stylo loci ſolitas ſufficit in inventario adhibere.*

145 *Stylus circa ſolemnitates inventarii inducitur per deventum,*

146 *Stylus conficiendi inventarium redditur notorius ex inſpectione aliorum inventariorum.*

147 *Et ex atteſtationibus curialium, & notariorum.*

148 *Inventaria cum pluribus ſolemnitatibus oſtendere, non eſt ſatis, niſi probetur alia inventaria fuiſſe invalidata ſine illis.*

149 *Stylus conficiendi inventarium non eſt ſolemniter probandus cum ſuis requiſitis.*

150 *Stylus, & leges alicujus fori debent attendi, ſi de validitate actorum in eo factorum diſceptetur.*

151 *Stylum loci in confectione inventarii obſervatum nolle attendere eſt abſurdum omnino vitandum.*

152 *Hæres hæredis beneficiati gaudet beneficio inventarii confecti à primo hærede, nè teneatur ultra vires hæreditarias primi Defuncti, & num. 155.*

153 *Statutum Cortonen auferens beneficium inventarii, non tamen Clericis, & Religioſis, & eorum hæredibus.*

154 *Inventarium conſervat hæredem in eo ſtatu, in quo erat ante aditionem, ac ſi non adiviſſet.*

155 *Hærede conficiente inventarium hæreditas dicitur jacens.*

156 *Clericatus probatur ex literis teſtimonialibus Ordinarii:*

157 *Statutum corrigens jus commune eſt ſtrictiſſimè interpretandum*

158 *Statutum reducens ad jus commune eſt latiſſimè interpretandum.*

159 *Sufficit ſimpliciter docere de qualitate requiſita à Statuto, ut illius diſpoſitioni ſit locus.*

160 *Quaſi poſſeſſio Clericatus transfert onus probandi contrarium in Adverſarium.*

161 *Sola quaſi poſſeſſio Clericatus ſufficit quoad privilegium fori.*

162 *Omiſſio certæ diei in citatione ad videndum confici Inventarium, reddit inventarium nullum.*

163 *Allegans tenetur concludenter probare ſuæ intentionis fundamentum, etiam ſi conſiſtat in negativa.*

164 *Standum eſt relationi Nuncii dicentis, ſe citaſſe perſonaliter cum cedula, niſi contrarium probetur.*

165 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*

166 *Præſumitur pro actis factis à perſona in Iudiciis verſatiſſima, & pro Decreto Iudicis.*

167 *Citatio præſumitur facta cum omnibus requiſitis ſubſtantibus, & ad diem certam, præſertim ſi illius virtute emanavit Iudicis Decretum.*

168 *Citatio ſine die intelligitur ad primam diem.*

169 *Caſtrenſis diſtinctio conſil. 254. num. 3. lib. 2. communiter reprobatur.*

170 *Citatio ſine termino valet, & citatus debet comparere quamprimum poteſt.*

171 *Cautio pro ſingulis diebus, & horis ſuſtinetur per paucos dies, & præfixo termino probatorio.*
172 *Judex non impartitur officium ſuum niſi petenti.*
173 *Inventarium factum apud Acta cum Iudicis Decreto ſuſtinetur ſine ſubſcriptione Teſtium, & Partium.*
174 *Inventarium dicitur factum apud Acta, quando Hæres ad ad comparuit coram Judice ſedente pro Tribunali, & Judex Decretum interpoſuit.*
175 *Decreti Judicis interpoſitio pernecceſſe arguit ejus Præſentiam.*
176 *Inventarium, in quo deficiunt Teſtes, ſi eſt factum ſecundum ſtylum loci ſuſtinetur.*
177 *Inventaria cum ſolemnitatibus oſtendere non ſufficit, niſi doceatur, inventaria facta ſine illis fuiſſe invalidata.*
178 *Decretum à judice, tam in principio quàm in fine inventarii valide interponi poteſt.*
179 *Subſcriptio Hæredis in inventario facta apud acta, & cum Decreto judicis non eſt neceſſaria.*
180 *Deciſio 72. part. 2. diverſ. in quibus terminis procedat, & num. ſeqq.*
181 *Inventaria facta diverſo modo non probant ſtylum, ſecus ſi ſunt facta eodem modo.*
182 *Creditor exigens ab hærede beneficiato ad bonum computum ſui crediti, cenſetur inventarium approbaſſe, ſi in illius confectione fuerat citatus.*
183 *Dolus eliditur ex ætate decrepita, & bona qualitate perſonæ, & debet clarè probari.*
184 *Præſumitur contra eum, qui diſtulit impugnare inventarium mortuo hærede, & poſt decennium.*
185 *Juris articuli excuſant partes ab expenſis judicii.*
186 *Reſtitutioni in integrum ad inventarium omiſſum conficiendum datur ex juſta cauſa etiam majori.*
187 *Reſtitutio in integrum datur ad inventarium non ritè factum ſupplendum, ſeu de novo conficiendum.*
188 *Reſtitutionis beneficium eſt tranſmiſſibile ad heredes tam minorum, quàm majorum.*
189 *Læſio eſt juſta cauſa reſtitutionis in integrum.*
190 *Probabilis aliqua ignorantia concurrere debet in majore pro juſta cauſa ut illi detur reſtitutio in integrum.*
191 *Error facti alieni, de quo quis non habuit notitiam, præbet juſtam cauſam reſtitutionis in integrum.*
192 *Error communis facit jur.*
193 *Error juris valde dubii ad inſtar ignorantiæ facti præbet juxtam cauſam reſtitutionis in integrum.*
194 *Reſtitutio in integrum ad conficiendum novum inventarium ex clauſula generali, etiam majoribus conceditur.*
195 *Læſio Filii in acceptando ſimpliciter hæreditatem Patris probatur ex confeſſione creditorum ipſius Patris, & in quo conſiſtat læſio.*
196 *Juſta cauſa reſtitutionis in integrum eſt legitima ignorantia, ſine qua illa non datur majori.*
197 *Statutum Piſanum diſponens hæredem adeuntem cum beneficio inventarii non teneri, ſervare in eo ſolemnitates juris, non habet locum in hærede pupillo, ſed contrarium n. 199.*
198 *Ignorantia articuli valde dubii æquiparatur ignorantiæ facti, ut ſit ſatis ad obtinendum reſtitutionem in integrum.*
199 *Satis dicitur fieri per pupillum, quod fit per Tutorem ejus perſonam repræſentantem.*
200 *Statuta etiam correctoria recipiunt interpretationem a jure communi.*
201 *Pro nomen ipſe, eſt perſonaliſſimum.*
202 *Inventarium poteſt confici per procuratorem ſpecialem.*
203 *Inventarium confectum a tutore nomine pupilli ei ſuffragatur.*
204 *Pupillus non debet eſſe deterioris conditionis majore, & adulto.*
205 *Legitimè ignorans meretur reſtitutionem in integro, poſtquam ſcivit id, quod ante neſciebat.*
206 *Quadriennium ad petendam reſtitutionem in integrum non currit niſi à die ſcientiæ.*
207 *Scientia non probatur ex confeſſione dubia, quæ non facit probationis gradum.*
208 *Inventarium factum à Matre tutrice nomine pupilli poteſt dici factum ab ipſo pupillo.*
209 *Confeſſio ſub nube colligenda debet ad Confitentis commodum intelligi.*
210 *Re non integra ceſſat remedium reſtitutionis ad faciendum novum inventarium.*
211 *Alienans bona fide ſubſtantias Defuncti non excluditur à beneficio reſtitutionis ad faciendum inventarium, reddit in creditoribus ratione.*
212 *Qui tenetur aliqua bona præcisè alteri relaxare adempta per alienationem facultate relaxandi, excluditur a beneficio reſtitutionis ad faciendum inventarium aliàs ſecus.*
213 *Hæres beneficiatus eſt verè dominus rerum hæreditariarum in cujus arbitrio eſt ſatisfacere Creditoribus, vel ex rebus, vel ex rerum pretio.*

De Impedimentis. Pars I. Cap. IX.

SOlet ſæpè Reus, quando exceptiones ab eo oppoſitæ non ſufficiunt ad Mandati expeditionem impediendam, ſe tuerit inhibitionibus; & aliis impedimentis ideo ſi ipſe hujuſmodi impedimentis ſe defendit, vel de hoc veriſimiliter dubitatur poteſt citari hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citetur N. N. exadverſo principalis, ad exhibendum 3
quaſcumque Inhibitiones, ſignificationes, Chartas dotales, Moratorias, Quinquennales, Non graverur, & alia quæcumq; impedimenta, ſi habet ad juſtificandum, aliàs videndum illa moderari, & Mandari exequi Mandatum, illis, & aliis quibuſcumque non obſtantibus, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra niſi ad p.d. cum, intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus, mandavit exequi Mandatum, quibuſcumque non obſtantibus, & aliàs prout in Actis, Inſtante N.N principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Et elapſa prima die juridica poſt executam Intimationem, ſi Pars adverſa non juſtificat dicta impedimenta, obtinetur exequatur à tergo Mandati tenoris ſequentis.

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſſimi D. A. C. ſeu R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. retroſcripti exequatur retroſcriptum Mandatum pro ſumma in eo contenta, & expenſis, ac pro aliis Juliis quatuor cum dimidio, pro expenſis præſentis exequatur, Inhibitionibus, Non gravetur, & aliis impedimentis quibuſcunque non obſtantibus, quia dicto NN. citato, & intimato, Illuſtriſs. Dominus ita mandavit, hac die, &c.

N. Notarius. Locus ✠ Sigilli. N. Locumt.

Aliquando debitor ad impediendam executionem pro- 4
ducit inhibitionem, ſeu chartam dotalem ſuæ Uxoris, vel quid ſimile hoc modo videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. facto, per compulſum produxit chartam dotalem NN. ſuæ uxoris cum inhibitione NN. judicis NN. per acta NN. non prout in folio tenoris &c. Et proteſtatus fuit non exequi aliquod aſſertum Mandatum in bonis, de quibus in dicta inhibitione fit mentio, attento quod ſunt obligata pro reſtitutione d. dotis & nihil fieri, niſi d. NN. citata pro omni &c. ac ſervatis ſervandis, & verificatis verificandis, aliàs, &c.

Ubicumque igitur opponitur præfata, vel alia ſimilis 5
inhibitio, ſive producatur à Debitore, ſive ab illius uxore in actis ante expeditum mandatum, ſive præſentetur, & oſtendatur executori, quando vigore mandati expediti ad executionem faciendam perrexit, ſemper antequam ad ulteriora procedatur, & antequam fiat executio, erit mulier citanda, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis pro omni ſuo prætenſo jure, & intereſſe, quatenus &c. ad juſtificandum prætenſam chartam dotalem, & inhibitionem, aliàs videndum declarari illam non afficere, & mandari exequi mandatum, quibuſcumque non obſtantibus, ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè, &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum Inti- 6
matione, omni &c.

A. C. N.

Digitized by Google

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo principali, pro omni &c. quatenus &c. qualiter D. mandavit exequi Mandatum, quibuſcumque non obſtantibus, & aliàs prout in Actis, Inſtaote NN. principali, ſivè &c.

7 Et ſi elapſa prima die Juridica, poſt Intimationem executam, Charta dotalis, ſeu inhibitio juſtificata non fuerit, obtinebitur exequatur, & poterit exequi Mandatum, non obſtante d. Charta dotali, prout etiam exequi poteſt, ut ſupra, citatis citandis, quibuſcumque Inhibitionibus, & impedimentis non Juſtificatis non obſtantibus.

8 Si verò Charta dotalis fuerit juſtificata per Inſtrumenti dotalis productionem, aut aliàs legitimè, non poterit in bonis in ea contentis fieri executio pro debito Viri, ſed poterit citari Mulier ut infra videlicet.

A.C.N.

9 Citetur NN. pro omni &c. quatenus &c. ad declarandum in quibus bonis ſui Viri velit conſequi ſuas dotes, aliàs videndum mandari exequi Mandatum contra bona dicti ejus Viri, quibuſcumque non obſtantibus, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p.d. cum intimatione, & omni &c.

A.C.N.

1 Intimetur NN. exadverſo principali, pro omni &c. quatenus &c. qualiter D. mandavit exequi Mandatum contra bona NN. ejus Viri, quibuſcumque non obſtantibus, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

10 Exadverſo Mulier poteſt declarare, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. Procurator NN. & declaravit dictam ejus principalem velle conſequi ſuas dotes ſuper domo NN. cum omnibus mobilibus in ea exiſtentibus, & etiam ſuper vinea NN. Item ſuper prædio, ſeù caſali NN. Item ſuper cenſu NN. ideò proteſtatus fuit non exequi aliquod Mandatum relaxatum contra NN. ſuper dictis bonis, aliàs de nullitate, &c.

11 Et tunc ſi adſunt alia bona, ultra ea, ſuper quibus Mulier declaravit velle retinere, & conſequi ſuas dotes, poterit ſuper illis fieri executio Mandati, ſed ſi non adſunt alia bona, tunc erit neceſſe devenire ad electionem Peritorum juxta ſuperius tradita hac eadem *part. 1. c. 8. lit. G.* Et ad æſtimationem omnium bonorum Viri, ad hoc, ut detracta docte, poſſit ſuper bonis, quæ ſupererunt exequi Mandatum.

Cautella Angeli.

12 Ad impediendum nè fiat executio in propriis bonis, ſi Mandatum fuit relaxatum contra bona Hæreditaria alicujus, vel contra aliquem Hæredem cum beneficio legis, & inventarii, fuit per *Angelum* adinventa celebris

A cautela, *A* quæ quotidie obſervatur in practica, vulgo *cautela Angeli* nuncupata, cujus virtute nè fiat executio in iis bonis, quæ qui poſſidet uti propria, vel ut tertius, fieri ſolet in Actis hæc proteſtatio, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. & dixit ſe poſſidere uti propria infraſcripta bona videlicet (*hic inſeratur tenor bonorum cum ſuis vocabulis, ac certis finibus, & demoſtrationibus.*) ideo proteſtatus fuit nè ſuper illis fiat aliqua executio occaſione prætenſi Mandati relaxari contra NN. *ſeu contra bona Hæreditaria NN.*) ad vulgatam Praxim & cautelam *Angeli*, & nil contra ea innovari, ac nihil fieri, niſi ſervatis de jure ſervandis, & verificatis verificandis, aliàs de nullitate, & omni &c.

13 Et nè Adverſarius de præmiſſis valeat Ignorantiam allegare, eſt citandus ad dicendum contra d. proteſtationem, hoc modo videlicet.

A.C.N.

Citetur NN. exadverſo principalis pro omni &c. quatenus &c. ad dicendum contra proteſtationem, requiſitionem, & Interpellationem, necnon videndum illam admitti, & mandari afficere, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit proteſtationem hodie in Broliardo factam, & petiit, & obtinuit ut ſupra admitti, ſi, & in quantum, & mandari afficere, prout de jure omni, &c.

Hujus Cautelæ, & proteſtationis tanta eſt vis, & efficacia ut contra eum, qui illa uſus eſt, & bona in ea contenta non poſſit ad ulteriora procedi in executione Mandati, nec via executiva, niſi exadverſo contrarium probetur, quod ſcilicet contenta in ea non ſint vera, & in jure non ſubſiſtant. 14

Cæterum, niſi quis dicta cautela uſus fuerit ante executionem Mandati, parum ſibi proderit, ſi illa poſt factam executionem utatur, nam cum tunc pro executione *B* præſumatur, eſt dicta cautela ab utente juſtificanda, & ob id qui illa uſus fuit, poterit citari hoc modo, videlicet. 15 B

A.C.N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad juſtificandum prætenſam proteſtationem, & cautelam *Angeli*, aliàs videndum, declarari illam non afficere, & decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. 16

N Notarius.

Decretum:

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p.d. cum Intimatione omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN exadverſo principali qualiter D. declaravit aſſertam cautelam *Angeli* non afficere, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

Et ſi dicta Cautela non fuerit juſtificata, elapſa prima die juridica poſt executam Intimationem, poterit ad ulteriora procedi in executione facta, ſi verò fuerit juſtificata, non poterit in illis bonis, quæ quis uti tertius, vel ut propria, vel alio jure poſſidere, ad ulteriorem procedi executionem, nec contra illum qui dict. cautela uſus eſt, agi executivè, niſi in forma Cameræ, aut alia forma executiva eſſet ad id obligatus. 17

Quod ſi quis non obſtante proteſtatione, & cautela, de qua ſupra, mandatum nihilominus in bonis in ea contentis exequi fecerit, executio facta poſt proteſtationem erit nulla, cum omnibus inde ſecutis, & poterit citari ad videndum eam revocari hoc modo, videlicet. 18

A.C.N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum revocari executionem nulliter, & indebitè factam contra *cautelam Angeli* in bonis per Inſtantem poſſeſſis, cum omnibus inde ſecutis, & in expenſis condemnari ad p.d. Inſtante NN. principali, ſive &c. 19

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p.d. cum Intimatione omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter D. revocavit executionem, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Prætendens autem, ſe Hæredem cum beneficio Legis, & Inventarii, in caſu, quo *Cautela Angeli* eſt, ut ſupra, juſtificanda tenetur Inventarium legitimè factum exhibere C, & ulterius citatus de Inventariatis rationem reddere, juxta ſuperius tradita *cap. 8. lit. R.* aliàs ei non ſuffragaretur. 20 C

Poteſt Inventarium ritè, & rectè fieri, tàm extrajudicialiter, quàm judicialiter. 25

Si quis velit illud validè conficere extra judicialiter, poterit citare intereſſe habentes, & illud conficere, ut infra videlicet.

A.C.N.

Intimetur infraſcriptis, & omnibus, & ſingulis aliis, ſuà quomodolibet intereſſe putantibus, habentibus, vel prætendentibus in Hæreditate, & bonis q. NN. pro omni &c. qualiter obiit q. NN. & illius Hæreditas fuit ex teſtamento (*ſeu ab inteſtatas*) delata infraſcripto Inſtanti, qui illam intendit adire cum beneficio Legis, & Inventarii, cum proteſtatione quod non intendit, de proprio in aliquo teneri ultra vires Hæreditaria; Ideò citentur Idem 22

ad

Digitized by Google

ad comparendum die NN. hora NN. in Domo NN. coram Domino, &c ad videndum, Inſtantem per Dominum admitti ad d. aditionem cum beneficio legis, & inventarii, & per eundem ſic admiſſum d. Hæreditatem cum d beneficio adiri, Inventariumque bonorum d. q. NN. confici, & confici mandari (*vel, Inventariumque bonorum d. q. NN. incboari, & mandari perfici*) aliaquè fieri in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna, & quodcumque Decretum deſuper neceſſarium, & opportunum, fieri, & interponi ad d. diem NN & horas ſingulas, Inſtante NN. nomine, de quo in Actis ſivè, &c.

N. Notarius.

NN. aſſertus Creditor q. NN.

NN. aſſertus Legatarius q. NN.

Qua citatione executa contra Legatarios, & Creditores certos, domi dimiſſa copia, contra Incertos verò, vel per contradictas, vel per edictum publicum, vel per affixionem ad Valvas Curiæ, & in Acie Campi Floræ, juxta ſuperius tradita *hac eadem part. 1. cap. 3. & 4.* die & hora de qua in citatione, una cum Judice, & Notario ad locum deſtinatum accedat, & adeat, & Inventarium conficiat, ut infra, videlicet.

In Dei nomine Amen, Anno &c. Conſtitutus coram NN. Judice &c. ſedente &c. meque Notario, & Teſtibus infraſcriptis, NN. eidem D. Judici expoſuit, ſibi delatam fuiſſe Hæreditatem q. NN. ab inteſtato, *vel ex Teſtamento rogato per acta NN. die NN.* & dubitans de viribus d. Hæreditatis, nolens, in ea ſe incautè immiſcere, deliberavit illam adire, prout in termino citationis pro hac die, & hora executæ contra intereſſe habentes, prout in ea, quam mihi Notario conſignavit, præſenti inſtrumento inſerendam, tenoris &c. Accuſata illorum contumacia petiit, & obtinuit à d. D. Judice ipſum Inſtantem admitti ad d. aditionem Hæreditatis d. q. N. cum beneficio Legis, & inventarii. Qui ſic admiſſus adivit d. Hæreditatem q. NN. cum beneficio Legis, & inventarii. & non aliter, nec alio modo &c. Et petiit, ut in d. citatione omni &c.

23 Hic advertendum eſt, quod Decretum Judicis poteſt in inventario interponi tripliciter, videlicet ante inchoatum inventarium, poſt inchoatum inventarium, & poſt completum inventarium,

Ante inchoatum inventarium Judex poteſt Decretum ſuum interponere, ut infra, videlicet.

Et tunc Illuſtriſſimus Dominus ſedens &c. mandavit d. Inventarium confici, & alia fieri, juxta petita, de hac ſuper quibus omnibus, & ſingulis, ad majus robur, & cautelam, ſuum Decretum, & authoritatem, qua in hac Parte fungitur, interpoſuit, ſupplendo defectus, ſi qui forſan eſsent, non ſolum, ut ſupra, ſed, & omni alio meliori modo &c.

Et tunc conficiatur inventarium, videlicet.

Succeſſivè eodem die d. NN incipiendo inventariū præfatum, Ven. Signum Crucis ejus propria manu appoſuit, ut infra, videlicet, † *NN. manu propria*, fuerunt reperta, & in Hæreditate d. q. NN. infraſcripta bona, videlicet.

Inventario delli beni del q. NN. ritrovati nella ſua Heredità. Prima nella caſa di ſua habitatione, Nella Sala, ſei Sedie di corame &c. Et ſic de ſingulis.

Si proteſtò, e proteſta il d. NN. che ſe alcuni delli beni deſcritti nel d. Inventario, non ſi dovevano deſcrivere, ſi habbiano per non deſcritti, e ſe beni di ſorte alcuna ſi foſſero dovuti deſcrivere nel d. Inventario, e non vi foſsero deſcritti, ſi habbino per deſcritti, ſi come ſi proteſtò, e proteſta volerli deſcrivere ſubito, che di eſſi haverà certa notitia, e coſi, non ſolo come ſopra mà in ogni altro miglior modo &c.

Deinde Hæres ſubſcribat, ut infrà, videlicet.

Io NN. Herede del q. NN. con beneficio di Legge, e d'Inventario, affermo haver fatto il ſopradetto inventario delli Beni del q. NN. con buona fede, e ſenza frande alcuna, & in fede &c. mano propria.

Deinde adhibeantur tres Teſtes loco Creditorum, & Legatariorum abſentium, qui ſubſcribant, videlicet.

Io NN fui Teſtimonio à quanto di ſopra in luogo delli Creditori, e Legatari aſsenti, & affermo d. inventario delli Beni ritrovati nell' Heredità del q. NN. eſsere fatto con buona fede, e ſenza fraude alcuna, & in fede &c. mano propria. Et ſic de ſingulis.

Tandem Notarius, adhibitis aliis duobus Teſtibus, coram illi publicet inventarium, videlicet.

Acta fuerunt omnia, & ſingula ſupraſcripta in Urbe in Regione NN in Domo NN. juxta bona NN. Præſentibus ibidem NN. & NN. Teſtibus ad præmiſsa omnia, & ſingula vocatis, habitis, & rogatis.

Ego NN. Notarius publicus &c. de præmiſſis rogatus, in fidem &c. manu propria.

Poſt inchoatum verò inventarium, quando citatio fuit facta ad videndum illud inchoari, & mandari perfici ut ſupra, Hæres poteſt adire, & Judex Decretum interponere, ut infrà, videlicet.

NN. adivit Hæreditatem d. q. NN. cum beneficio Legis, & inventarii, & non aliàs, aliter, vel alio modo &c. Et d. Inventarium incipiendo, Ven. Signum Crucis ejus manu propria appoſuit, ut infrà, videlicet. † *NN. manu propria*, & petiit, ut ſupra in citatione, omni &c.

Et tunc Illuſtriſſimus Dominus ſedens, Viſis &c. prædicta admiſit, & in quantum &c Et mandavit dict. Inventarium perfici, & alia fieri juxta petita, de ac ſuper quibus omnibus, & ſingulis, ad majus robur, & cautelam, ſuum Decretum, & auctoritatem, qua in hac parte fungitur, interpoſuit, ſupplendo defectus ſi qui forſan eſsent &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Quando vero Decretum interponitur in fine inventarii, poteſt adiri Hæreditas, & Decretum interponi, ut infrà, videlicet.

NN. adivit Hæreditatem q. NN. cum beneficio Legis, & inventarii, & non aliter, nec alio modo &c. & petiit, ut ſupra in citatione, omni &c.

Et tunc Illuſtriſſimus D. mandavit dict. inventarium confici (*vel perfici*) omni &c.

Completo inventario, Hæres poteſt petere, & Judex Decretum interponere, ut infra, videlicet.

Super quibus omnibus, & ſingulis dict. NN. Hæres cum beneficio Legis, & inventarii q. NN. petiit per d. D. Judicem ſuum Decretum, & auctoritatem interponi, & pronunciari, d. Inventarium fuiſse legitimè factum; non ſolum ut ſupra, ſed omni &c.

Et tunc Illuſtriſſimus Dominus, de & ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis, ſuum Decretum & auctoritatem, qua fungitur in hac parte, interpoſuit, & dict. Inventarium legitimè factum, prout eſse de Jure debet, pronunciavit, Supplendo defectus, ſi qui forſan eſsent &c. non ſolum præmiſſio, ſed omni alio meliori modo &c.

Si verò quis voluerit inventarium validè conficere judicialiter. In Judicio apud Acta, & non extrajudicialiter per viam Inſtrumenti, ut ſupra, poterit citare intereſse habentes, adire, & conficere inventarium, ut infrà, videlicet.

A. C. N.

Intimetur omnibus, & ſingulis infraſcriptis, & aliis quibuſcumque, ſua quomodolibet intereſse putantibus, vel habentibus, vel prætendentibus in hæreditate, & bonis q. NN. pro omni &c. Qualiter obiit q. NN. & illius Hæreditas fuit ex Teſtamento (*ſeu ab inteſtato*) delata infraſcripto inſtanti, qui illam adire intendit cum beneficio Legis, & inventarii, cum proteſtatione quod non intendit de proprio in aliquo teneri ultra vires Hæreditarias: ideo citentur iidem ad videndum, Inſtantem per Dominum admitti ad d. aditionem cum beneficio Legis, & inventarii, & per eundem, ſic admiſſum, dict. Hæreditatem cum d. beneficium adiri, Inventariumque bonorum d q. NN. confici, & confici mandari (*vel, inventariumque bonorum d. q NN. incboari, & perfici mandari*) & alià fieri in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſsaria, & opportuna, & quodcumque Decretum deſuper neceſsarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. nomine, de quo in Actis, ſivè &c. 24

N. Notarius.

NN. aſsertus Creditor q. NN.

NN. aſsertus Legatarius q. NN.

Executa citatione, ut ſupra, tàm contra Legatarios, & Creditores certos, quàm contra incertos, obtinetur Decretum, videlicet.

NN. habita notitia de Hæreditate q. NN. ſibi delata ab inteſtato (*vel ex Teſtamento rogato per Acta NN. die NN. cum quo deceſſit*) & nolens in ea ſe incautè immiſcere, illam

re, illam deliberavit adire, pront, cauſara contumacia dd.Citatorum, adivit cum beneficio legis, & Inventarii, & non aliàs, nec alio modo, & petiit, & obtinuit, ut ſupra, omni meliori modo &c. ac ſuppleri defectus, ſi qui forſan eſſent, omni &c.

24 Succeſſivè coram Domino, meque &c. eadem die fuit confectum d. Inventarium, & inceptum a d. NN. Hærede, Signo Ven. Crucis ejus manu præmiſſo, videlicet † *NN. manu propria.* & repertum in Hæreditate d.q. NN. adeſſe infraſcripta bona, prout in ſequenti folio per d. NN Hæredem producto, tenoris, videlicet. *Tenor folii.*

Inventario delli Beni Mobili, immobili, Semoventi, Debiti, e Crediti ritrovati nell'Heredità del q. NN. Prima nella Caſa di ſua ſolita habitatione Nella Sala, ſei Scabelli di noce &c. *& ſic de ſingulis &c.*

Et proteſtatus fuit ſolemniter d. NN. Hæres d. NN. cum beneficio Legis, & Inventarii, quod ſi aliqua bona, ex deſcriptis in ſupradicto Inventario, non eſſent apponenda, habeantur pro non appoſitis, & ſi aliqua alia bona, ultra ſuperius deſcripta, eſſent in eo apponenda, habeantur pro appoſitis, prout illa apponere velle proteſtatus fuit, ſtatim atquè de illis certam notitiam habuerit, & ita &c. non ſolum, ut ſuprà, ſed omni alio meliori modò &c.

Et licet Teſtes in Actis judicialibus, non ſint neceſſarii, ſi quis nihilominus ex abundanti illos in Inventario adhibere voluerit, poterit Notarius ſubdere poſt dictam proteſtationem.

Et hæc, præſentibus NN. & NN. Teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis, habitis, atque rogatis.

Ego NN. Notarius actuarius de præmiſſis rogatus, in fidem manu propria &c.

Si verò citatio fuerit facta ad videndum inchoari Inventarium, & illud mandari perfici, ut ſupra, poterit Hæres adire, & Inventarium inchoare, & Judex Decretum interponere, ut infra, videlicet.

NN. habita notitia, ut dixit de Hæreditate q. NN. ſibi ab inteſtato (*vel ex Teſtamento ultimò, cum quo deceſſit, rogato per Acta NN. die NN.*) delata, nolens in ea ſe incautè immiſcere, deliberavit illam adire, prout, accuſata ſupra dictorum Citatorum contumacia, adivit cum beneficio Legis, & Inventarii, & non aliàs, aliter, nec alio modo &c. Et incipiendum dict. Inventarium appoſuit ſignum Ven. Crucis ejus manu propria, videlicet. † *NN. manu propria*, & petiit, & obtinuit, ut ſupra, ac ſuppleri defectus ſi qui forſan eſſent, non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo &c.

Succeſſivè eadem die in continenti coram D. meq. &c. proſequendo confectionem Inventarii cęptam, fuit Inventum in Hæreditate d.q. NN. adeſſe bona deſcripta in ſequenti folio, quod d. NN Hæres cum beneficio Legis, & Inventarii facto produxit, tenoris &c.

Inventario delli Beni &c. cum proteſtatione ſolemni, de addendo omiſſa, & aliis, de quibus ſupra proximè dictum fuit.

Si verò quis maluerit Decretum Judicis apponi poſse d. proteſtationem, & completum Inventarium, poterit adire, & petere, & Judex Decretum interponere, ut infrà, videlicet.

NN. adivit hæreditatem q. NN. ſibi ad inteſtato (*vel ex Teſtamento rogato per acta NN. die NN.*) delatam cum beneficio legis, & inventarii, & non aliter, nec alio modo &c. Et petiit ut ſupra, omni &c.

Ex tunc Dominus mandavit dictum inventarium confici, omni &c.

Vel.

NN. adivit hæreditatem q. NN. ſibi ab inteſtato (*vel ex Teſtamento rogato per acta NN.*) delatam, cum beneficio legis, & inventarii, & incępit dictum inventarium à Venerabili ſigno Crucis, ejus manu præmiſſo, videlicet. † NN. *manu propria &c.* & petiit, ut ſupra, omni &c.

Ex tunc Illuſtriſſimus D. mandavit dictum inventarium perfici, omni &c.

Completo inventario, & appoſita proteſtatione de addendo omiſsa, de qua ſupra, hæres poterit petere, ut infrà videlicet.

De ac ſuper quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis d. NN. hæres præfatus petiit per D. Judicem ſuum Decretum, & auctoritatem interponi, pronunciando d. inventarium legitimè factum, cum ſuppletione defectuum, ſi qui forſan eſsent, omni &c.

Ex tunc D. ſedens &c. Viſis &c. de ac ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis ſuum Decretum & auctoritatem qua in hac parte fungitur, interpoſuit, & d. inventarium eſse legitimè factum pronunciavit, ſupplendo defectus, ſi qui forſan eſsent; non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Ergo N. Notarius, actuarius de præmiſſis rogatus in fidem, &c. manu propria, &c.

Formula inventarii, ut plurimum in Tribunali A. C. frequentata. 25

In Dei Nomine Amen, Die N. Anni N. indictione N. Pontificatus N. Anno N.

Coram R.P.D. NN. A.C. in civilibus Locumtenente, Romanæq. Curiæ, &c. Judice ordinario, & competente, pro Tribunali ſedente &c. in domo ſuæ ſolitæ habit. &c. hora audientiæ, ut moris eſt, ad jura redden. &c. & cauſas partium, hinc inde collitigantium, audien. cognoſcen. deciden. fineque debito determinan. meq. Notario &c. ac Teſtibus infraſcriptis. pręſens. & perſonaliter cōſtitutus. NN. in Romana Curia, & NN. hæredis NN. Procurator, prout de ejus mandato procuræ docuit per Chirographum ab eodem NN. ſuo principali, ut apparet, ſubſcriptum, quod mihi &c. conſignavit, tenoris &c. Et d. Reverendiſs. D. Locumtenenti pro Tribunali, ut ſupra ſedenti &c. expoſuit NN. de menſe NN. anni NN. ſeu &c. ſicut Altiſſimo placuit, in Civitate NN. ex hac ad meliorem vitam migraſse, condito prius per ipſum teſtamento, in quo ejus hæredem univerſalem inſtituit d. NN. per acta NN. ſub die NN anni NN. ſeu &c.

Et propterea hęreditatem ejuſdem NN. ad ipſum NN. ejus principalem ex d. teſtamento delatam eſse, ipſumque ejus principalem de viribus, ac debitis, & creditis hæreditatis prædictæ non eſse informatum; ideò ne ipſe ullo unquam tempore de ejus proprio, & ultra vires hæreditarias teneatur prætenſis creditoribus ſupradictę hęreditatis, nec moleſtari poſſit. conſultò d. hæreditatem cū beneficio Legis, & inventar. adire, & acceptare deliberavit.

Quare citatis per Sanctiſ. D. N. Papæ Curſores NN. & NN. & aliis deſcriptis in citatione deſuper executa pro die, & hora ſupradictis, omnibuſque aliis &c. Creditoribus d. NN. ſi qui ſint, necnon NN & aliis ab Urbe abſentibus, prout in citatione ſupradicta, & alia citione per audientiam, literarum contradictarum, quas mihi &c. conſignavit, tenoris &c. quibus advenientibus, volens d. nomine præmiſsorum executionem obtinere.

Hinc igitur eſt, quod coram d. Reverendiſs. D. Locumtenente, & Judice, meque &c. præfatus NN. nomine quo ſupra, factis relationibus dict. citationis, illiſque receptis, accuſavit contumaciam omnium, & ſingulorum citatorum non comparentium, & petiit, & obtinuit à prædicto Reverendiſs. D. Judice, d. NN. admitti ad aditionem dictę hæreditatis NN. cum beneficio, Legis, & inventarii Qui d. nomine admiſsus proteſtatus fuit d. ejus principalem, nolle teneri prorſus in aliquo, niſi dumtaxat pro viribus dictæ hæreditatis, ac propterea illam ex nunc adivit cum d. beneficio legis, & inventarii, eodemque beneficio omninò uti velle, & frui declaravit & cum eo d. hæreditatem habere intendit, & adit, & non aliàs, aliter, nec alio modo &c. Et tunc pręmiſso Ven. ſigno Sanctiſſimæ Crucis ejus manu factæ inventarium omnium, & ſingulorum dd. hæreditatis bonorum inchoavit, promittens d. nomine illud continuare, & perficere. & in eo deſcribere fideliter omnia, & ſingula bona ad d. hæreditatem ſpectantia, & quomodolibet apponenda, ut infrà videlicet.

Inventario delli beni ritrovati nell'heredità del q. NN. *Una Caſa poſta &c.* in d. Caſa nella ſala, dodici ſedie di corame uſate &c. & ſic de ſingulis.

Proteſtans d. NN. eodem nomine, quod ſi aliqua bona in inventario appoſita fuerint, quæ apponenda non ſint, pro non appoſitis habere intendit; & ſimiliter, ſi quæ non fuerit appoſita, quæ venirent apponenda, cum primum ad ejus notitiam devenerint, præſenti inventario fideliter, & legaliter deſcribi, adnotari, & addi facere curabit, præmiſso, & omni alio meliori modo &c.

Super quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis tamquam

Digitized by Google

quàm ritè, rectè, & legitimè geſtis, & factis, cauſa,
ut aſſerit, cognita, ipſe Reverendiſs. D. Judex, ut ſupra
pro Tribunali ſedens, ſuam ſuique officii ſupradicti au-
ctoritatem pariter, & Dectetum Interponendum fore,
& eſſe duxit, & interpoſuit, ſuppiendo &c. non ſolum
&c. ſed etiam omni alio &c. rogans &c.

Actum Romæ in domo ſolite habitationis dicti Reve-
rendiſſimi D. Locumtenentis in tegione N. preſentibus
NN. & NN. Teſtibus &c.

Obſervationes.

A ANgelus de Peruſio *in leg. à Divo Pio §. ſi ſuper rebus,*
26 *numer. 1. ff. de re jud.* ſcribit, quod ſi poſſidens
aiiqua bona ſuſpicatur, nè alius petat executionem
ſententiæ ſuper rebus a ſe poſſeſſis, proteſtari debet in
actis cotam Judice contra Victorem, ne faciat aliquam
executionem, vel novitatem ſuper iilis, quia ſuæ ſunt,
vel à ſe poſſeſſæ; & tunc ſuper eis executio fieri non po-
terit, & ita quotidie practicatur; Hanc Angeli caute-
lam refert, & ſequitur Io. de Imol. *in d. leg. à Divo Pio,*
§. ſi ſuper rebus, num. 15. verſic. & ex hac gloſſa & ibi Jaſ.
num. 9. verſic. ex iſta gloſſa, Alex. *num. 5.* & Caſtren. *num. 2.*
ff. de re jud. Bald. *in leg. ob Maritorum, num. 5. Cod. ne Uxor*
pro Marit. Greg. *deciſ. 22. num. 2. quæ deciſ. eſt etiam*
impreſſa apud Saluſt. Tiber. *in Prax. lib. 3. poſt cap. 17.*
27 Et ob id, ſi de facto fuerit poſt dict. proteſtationem
in bonis in ea expreſſis facta executio, erit contrario
imperio, uti nulla, revocanda, Angel. *in dicta leg. à Divo*
Pio, §. ſi ſuper rebus, num. 1. ubi quod hæc eſt juſta peti-
tio, & debet ſuper ea procedi ſummariè, ut patet in lit-
tera, & quod executio facta pendente dict. proteſtatio-
ne ſit nulla, & ideo revocanda, tradit etiam Jaſ. *in dict. §.*
ſi ſuper rebus, n. 9. & ibi Alex. *etiam n. 9.* Bald. *in dict. leg.*
ob Maritorum, n. 5. Gregor. *dict. deciſ. 22. n. 2.*
B Poſtquàm executio eſt facta, dicta Cautela ſeu prote-
28 ſtatio non relevat, quia pro executione preſumitur,
quod ſit ritè, & rectè facta, *leg. ab ea, in ſecundo reſponſo,*
ff. de probat. lib. 2. Cod. de Offic. civil. jud. Surd. *deciſ.* 106.
Rot. *deciſ. 293. num. 6. part. 1. recent.* Buratt. *deciſ. 277. n.*
9. adeo quod neganti validitatem incumbit onus pro-
bandi, Rota *dict. deciſ. 293. n. 6. & ſeq. part. 1. recent.* & ita
in terminis dict. cautelæ Angeli paſſim obſervat Praxis.
C Inventarium ad hoc ut ſuffragetur, debet eſſe legitimè
29 factum, cum aliàs paria ſint Inventarium non facere, &
minus legitimè facere, *l. fin. § ſi vero poſtea quàm in fin. C.*
de jur. delib. § ſi verò poſt ea non fuerit, in Auth. de Hæred.
& Falc. Natt. *conſ. 574. num. 6. & ſeq lib. 3.* Menoch. *conſ.*
371. *n. 19.* Greg. *deciſ. 496. n. 2.* & ibi Beltram. *lit. A.*
30 Si verò fuerit legitimè factum, præſervat hæredem in
eo ſtatu, in quo erat ante aditam hæreditatem, adeo
quod non teneatur ſatisfacere Creditoribus, & legata-
riis Defuncti ultra vires hæreditarias, *l. fin. §. & ſi præfa-*
tam, & ibi DD. C. de jur. delib. Menoch. *conſ.* 178. *nu.* 15.
Buratt. *dec.* 521. *n* 9. *& dec.* 395. Rota *dec.* 331. *nu.* 1. *part.* 5.
recent. Ferentill. ad Buratt. *dec.* 154. *n.* 8. *& dec.* 395 *nu.* 5.
Ad hoc autem, ut inventarium ſit ritè, & rectè fa-
ctum, plura requiruntur.
31 Primò, quod hæres infrà tres menſes, à die quo ſcive-
rit ſe eſſe hæredem, & ſi fuerit abſens, infrá annum à die
mortis Teſtatoris, vel ejus, de cujus hæreditate agitur,
deliberet, an velit adire, *l. fin. § ſimiliquae modo, & § ſin au-*
32 *tem à locis C. de jur. delib.* vel ſi non putet ſibi delibera-
tionem hujuſmodi neceſſariam, ſed ſtatim adeat hæredi-
tatem, vel ſe ſe immiſceat, infrà triginta dies à die quo,
ut ſupra, ſciverit ſibi delatam hæreditatem, & adiverit,
computandos, inventarium incipiet, & infrà alios ſexa-
ginta dies perficiat, *leg. fin. § ſin autem dubius, ubi gloſ.*
in verbo delatum, & in § ſi vero poſt quam C. de jur. delib.
Soc. Jun. *conſ.* 19. *n.* 20 *lib.* 3. ubi de magis communi opinio-
ne teſtatur Cavaler. *dec.* 310. *n.* 6.
33 Et licet Phanucc. *de invent. part. 1. num. 4. & ſeqq.* iſtam
opinionem acriter reprehendat, ex quo textus, ut ipſe
aſſerit, eſt clariſſimus, *in d. § ſin autem dubius*, quod dict.
tempus incipit currere à die ſcientiæ, non à die aditæ,
nihilominus quicquid dicat Phanucc. verior videtur
opinio magis communis, nam textus *in dict. § ſin autem*
dubius, loquitur cum præſuppoſito, quod quis nollet uti
termino ad deliberandum, ſed ſtatim adeat à die ſcien-
tiæ; & ſic, licet dicat inventarium infrà triginta dies
poſt delatam hæreditatem numerandos inchoandum, de-
bet intelligi retentis iiſdem terminis, in caſu in quo hæ-
res adivit, ſtatim atque ſcivit hæreditatem ſibi fuiſſe de-
latam abſque aliqua dilatione ad deliberandum, *ibi, non*
putet ſibi neceſſariam deliberationem, ſed adeat hæredita-
tem, & ob id textus non eſt ita clarus, ut dicit Phanuc. ita
ut non poſſit à ſubſequenti § *ſi verò poſtquam* & à Gloſs.
magis communiter recepta ſuppleri, & declarari.
Nec dicatur cum Fachin. *contr. lib. 4. cap. 35.* textum *in*
d. § ſi verò, non loqui de tempore, à quo initium ſumere
debet inventarii confectio: Quia contrarium eſt verius,
& innuunt, ſi rectè ponderentur ſingula verba illius tex-
tus, ibi, *ſi vero poſtquam adierint, inventarium facere*
diſtulerint, & datum jam à nobis tempus ad inventarii
confectionem effluxerit.
Hæc tamen magis communis opinio non procedit.
Primò, quando hæres malitioſè differt adire hæredita- 34
tem, quia tunc ſibi currit tempus à die ſcientiæ delatæ
hæreditatis, Bart. & DD. *in d. l. fin. § ſin autem dubius, &*
ibi Adden. *ad gloſ. in verbo delatam, C. de jur. del.* Rolan.
de invent. par. 3. q. 2. n. 6. cum aliis allegatis per Phanuc. *d.*
part. 3. n. 3. verſ. Bart. & ſequaces.
Secundò non procedit, quando hæres petit terminum 35
unius anni à Principe, vel novem menſium à Judice, ad
deliberandum, juxta *tex. in d. l. fin. § ſed quia quidam, C. de*
jur. delib. quia tunc pariter tempus ad inventarium confi-
ciendum currit à die ſcientiæ Gloſs. *in d. § ſed quia qui-*
dam, in verbo, ut beneficio Rolan. *de invent. d. part. 3. q. 12.*
nu. 1. poſt Corn. *in d l. fin. § ſin autem hoc aliquis nu. 12. &*
ſeqq. C. de jur. delib. quia tunc perinde eſt, ac ſi ab initio
Hæres adiiſſet, ut per Gloſs. *in d. § ſed quia, in verbo, ut*
beneficio.
Cæterum vigore Bullę Pii IV. *ſuper reformat. Sig. Juſt.* 36
quæ eſt ejus conſt. 84. Cum inter, § & à die obitus, ſecun.
nov. impreſſ. Hæres tenetur deliberare, hæreditatem adi-
re, & inventarium conficere, præſens infra duos menſes,
abſens citra montes infrà quatuor, & abſens ultra Mon-
tes, infrà ſex menſes, à die obitus Debitoris, Saluſt.
Tiber. *in Prax. lib. 1. cap. 55. num. 1. & ſeqq.*
Pendente tamen termino, ut ſupra, dato ad deliberan- 37
dum, & competente ad Inventarium conficiendum, non
poteſt Hæres à Creditoribus, & Legatariis moleſtari,
l. fin. § donec, & § & ſi præfatam C. de jur. del. Pius IV.
d. conſtit. 84. § cauſæ diſcuſſionum, & § ſeq. Sal. Tib. *d. l. 1. c.*
55. *num* 7. *& ſeqq. & num.* 13. *in fin.*
Sed primò hoc non procedit, ſi Hæres hanc exceptio- 38
nem non opponat, Sal. Tiber. *d. l. 1. c. 55. num. 7.*
Secundò non procedit ſtante *Bulla* Pii IV. *in § & tan-* 39
tum, nam illius virtute, ſi fuerit introducta cauſa diſcuſ-
ſionis, interim Judex poteſt conſignari facere bona De-
bitoris Creditoribus liquidis, data tamen cautione ido-
nea de reſtituendo prioribus, & potioribus, & contri-
buendo æqualibus.
Tertiò non procedit in his, quæ concernunt exone- 40
rationem Conſcientiæ, aut celebrationem Miſſarum pro
anima Teſtatoris, nam hæc celeritatem requirunt, nè
Anima illius detrimentum patiatur, & ob id Hæres in
hoc caſu poteſt conveniri etiam pendente tempore In-
ventarii, Burat. *dec. 144. n. 12. & dec. 395. n. 1.*
Quartò non procedit, quando Hæres non convenire- 41
tur, ut Hæres, ſed actione reali, vel hypothecaria, ut qui-
libet poſſeſſor, nàm tunc Hæres cogeretur, ut quilibet
poſſeſſor, reſpondere, Franc. *dec. 352. num. 4. & ſeq.*
Secundo. Ad Inventarium ritè, & rectè conficiendum 42
requiritur, quod in eo apponatur ab Hærede Venerabi-
le ſignum Crucis, *l. fin. § ſin autem dubius, verſ. ſubſcrip-*
tionem, ibi, Venerabili ſigno Crucis antea manu Hæ-
redis propoſito, *C. de jur. delib.*
Sed cum appoſitio ſigni Crucis, ſit modica ſolemnitas, 43
ejus omiſſio non vitiaret Inventarium, Bart. *in leg. fin. §*
cum igitur n. 3. in fin. ubi dicit, Omnes ita tenere, *Cod. de*
jur. delib. Jaſ. *in d. l. fin. in princ. n. 4 verſ. 7. requiritur*, ubi
de communi, *C. de jur. delib.* Rot. *dec. 82. num. 12. part. 2.*
divers. Cavaler. *dec. 508. num. 3.*
Hoc tamen non procederet, ſi in loco, in quo ſit In- 44
venta-

ventarium eſſet Statotum , vel conſoetudo , qnod ſignum
Crucis in Inventario omninò apponeretur , aliàs Inven-
tarium non ſubſiſterer , nam ſi conſuetudo eſſet legitimè
indncta , & ita ſæpins judicatum , & obtentum , quod
Inventarium , ſiue ſigno Crucis factnm , eſſet invali-
dum io contradictorio Judicio , juxta tradita per Bart.&
D.D. in l. de quibus , ff. de Leg. ntique omiſſio ſigni Crucia
in hoc caſu vitiaret Inventarium.
44 Apponitur autem ſignum Crucis in Ipſo Inventario poſt
aditionem Hæreditatis , oon autem in ipſa aditione ,
quia in ea non requiritur , ſed benè in Inventario , leg. fin.
§. cum igitur, Verſ. Ven. ſigne Crucis Cod. de jur. delib. Unde
45 † Inventarium dicitur inchoatum per ſignum Crucis io
eo appoſitnm , Montic. poſt. tract. de Invent. in leg. fin. n.
60. Cod. de jur. delib. Msntic. dec. 189. n. 1.
46 Tertiò reqoiritnr , quod Legatarii , & Creditores ci-
tentur ad diem , horam , & locum certum , leg. aut qui
aliter , §. 1. ff. quod vi aut clum Montic. de Invent. §. ſepti-
me principaliter n. 15. & ſeq. Rolan. de Invent. part. 3. cap.
47 23. Phanucc. de Invent. part. 4. n. 18. Abb. conſil. 73. n. 7. lib.
2. Cardioal. Tuſc. concluſ. 349. n. 5. Theſaur. q. 77. n. 21. Sal.
Tiber. lib. 1. cap. 55. n. 6.
48 Nam Inventarinm eſt actns de ſui oatora extrajudi-
cialis , Bald. in l. fin. §. cum igitur , n. 13. Cod. de jur. delib.
Rolan. de Invent. part. 3. cap. 22. Rot. dec. 331. num. 4. par. 5.
49 recent. Et in extrajudicialibus † requiritur citatio pro die,
51 & hora certa , Alex. conſ. 33. viſe. n. 9. lib. 6. cum aliis alle-
gatis ſupra cap. 8. lit. G. verſ. quinimo.
Sufficit ramen quòd Legatarii , & Creditores certi ci-
50 tentur domi dimiſſa copia , Incerti verò per affixionem.
Jaſ. in l. fin. in p. verſ. 5. requiritur , C. de jur. delib. Montic.
de Invent. §. 7. principaliter n. 16. Rol. de Invent. p. 3. c. 22.
& c. 23. Cavaler. dec. 508. n. 2. Quinimo † citatio contra
Incertos aliquando fit per Proclama , quod ſufficit contra
eos , etiam ſi ſit generalis , Bar. in l. 3. §. ſi cauſa ff. de bonor.
poſſ. Boccac. de Remiſſ. c. 10. n. 68. verſ. & eleuete obi loqui-
tur in termiois . Aliquando verò fit per contradictas i in-
terdum per Edictum publicum , & oon raeò per affixio-
52 nem, Sal. Tib. in Prax. d. c. 55. n. 5. Et unica † citatio ſuffi-
cit , tam contra Cerros , quàm contra Iocertos , Montic.
de Invent. d. §. 7. n. 17. Rol de Invent. d. p. 3. c. 21. Put. dec.
266. n. 4. & ſeq. in corrett lib. 3. ubi ſub n. 7. dicir , qnod coo-
53 fectio † Inveotarii eſt actus modici præjudicii.
54 Pnteſt tamen Inventarium † fieri eriam judicialiter in
Jndicio apud Acta ; citatis Creditoribus , & Legatariis
coram Judice ſedente in loco ſui ſoliti Tribunaiis , Guid.
Pap. de Invent. n. 23. Rolan de Invent. par. 3. cap. 51. ad fin.
55 Rot. deciſ. 72. n. 38. part 2. diverſ. Quo caſu † citatio ſuſti-
neretur etiam ſine die, nam tunc citatio ſine die intelligi-
rur ad p. d. Boccac. de remiſſ. c. 10. n. 68. Put. dec. 19. de jud.
cum aliis allegatis ſupra hac eadem par. 1. cap. 2. lit. B Et
rationem diverſitatis inter citationem judicialem , & ex-
trajndicialem reddit Joan. de Imol. in l. qui ante Calendas
n. 3. verſ. quin poteſt dies , ff. de verb. oblig quia videlicet ci-
tatio Jndicialis magis arctat , cum fiat aurhoritate Judi-
cis , qui preſumitur velle expedire actum , quam citiùs
poterit , cum hoc ſpectet ad ejns Officium , unde ſi fiat
hæc citatio ſine die , ooo inducit perpetnam ſervitutem,
& ſic ceſſae abſurdum : At ſecus eſt in citatione extraju-
diciali , de qua in l. aut qui alitet §. 1 ff. quod vi , aut clam ,
hæc enim fit aothoritate Partia , quæ non præſumitur
velle expedire actum cum primùm poterit , cum id pen-
deat à mera Ipſios voluntate , & ideo ſine die , non valer
tanquam omninò incerta , & induceos perpetuam ſer-
virutem.
56 Quartò requiritur deſcriptio bonorum omnlom , cum
ſuis demoſtrationibus , & finibus , nec non etiam Jurium,
& actionum , ſeu creditorum , leg. ſi qui intra Cod. de bon.
Proſer. Montic. de Invent. d. §. 7. principaliter , n. 48. verſ.
undecimo , Phanncc. de Invent. d. par. 3. n. 1. & n. 30. & ſeq.
verſ. quartum requiſitam Rolan. d. conſ. 73. n. 43. & ſeq lib.
2. Natt. conſ. 574. n 2. & ſeq. & conſ. 575. num. 4. & ſeq. Non
57 tamen eſt † neceſſe Io Ioventario apponere æſtimatio-
nem rerum deſcriptarum , Phanucc. d. part. 3. n. 31. in fin.
ubi quod ita ſervatur.
58 Sed quando oon fueront in Invenrario deſcripta om-
nia bona , ſat eſt quod omiſſio non fuerit doloſa , Cal-
can. conſ. 92 . & ſeqq. Dec. conſ. 633. n. 11. Houded. conſ. 13.
n. 15. & ſeqq lib. 1. Surd deciſ. 222. n. 10. & num. 13. Rot. de-
ciſ. 199. n. 1. poſt. conſ. crim Fario. lib. 2. & deciſ. 747. n. 4. par.
2. recent. Mantic dec. 256. n. 5 Greg dec. 169. n. 3. Cavaler.
dec. 508. n. 7. verſ. tota difficultas , Rot. dec. 331. n. 2. & nu.
21. part. 5. recent. Duran. dec. 387. la prima n. 14.
Si quidem ſolemnitates Inventarii fuerunt introductæ, 59
nè ſcilicet bona Hereditaria ab Heredibus occultarentur,
Bart. conſ. 154. n. 3. lib. 2. Bald. conſ. 93. lib 3. Monric. de In-
vent. d. §. ſeptimo , n. 27. Phanucc. de Invent. p 7. n. 27. Du-
ran. deciſ. 387. la prima n. 17. & 39.
Et hinc eſt , quòd ceſſante metu , & præſumptione do- 60
loſæ occultationis , non eſt neceſſe in Inventario ſolem-
nitates adhibere , Laderch. Imol. conſ. 25. n. 20. Crav. conſ.
1. pro Genero n. 476. Decian. conſ. 85. n. 53. lib. 5. Rot. deciſ.
199. n. 1. poſt. conſ. crim. Farinac. lib. 2. Duran. dec. 387. n. 18.
Quinimò † d. preſumptione doli ceſſant , nec ipſum In- 61
veotarinm ſolemne conficere neceſſe eſt , Fel. in c. quante
nu. 3. in fin. verſ. & hinc eſt , de præſumpt. Duran. d. deciſ.
387. num. 17.
Alleganti verò † omiſſionem eſſe doloſam , Incumbir 62
onus id exactiſſimè probandi l. dolum Cod. de loc. mal. l.
quoties , §. qui dolo ff. de probat. c. afferte mihi Gladium , de
præſumpt. Rot. dec. 199. n. 11 poſt conſ. crimin. Farinac. lib.
2. dec. 774. n. 4. part. 2. recent. Greg. dec. 169. n. 1. & ſeqq.
Duran. d. dec. 387. la prima n. 23. & ſeqq. Gratian. diſcept.
998. num. 12.
Ad excluſionem † autem doli plorimum attenditur . 63
Primò bona qualitas perſonæ Phannc. de Invent. part. 3.
n. 49. in fin. Meooch. præſumpt. 3. n. 28. lib. 5. Surd. dec. 222.
in fin Duran. d. dec. 387 la prima n. 19. Rot. Flor. in Corto-
nen. Inventarii 20 Junii 1643. coram Eccl. D. mec Canoſſa.
Secundò , ſi Hæreditas † conſiſtat in bonis ſtabilibus , 64
quæ occultari non poſſunt , & de per ſe omnibus patent ,
quia com tunc ceſſet timor doloſæ occoltationis , oec In-
ventarium de illis cooficere neceſſe eſt , ſed ſufficir ſim-
plex deſcriptio ſine ſolemoitate , l. 2. C. quan. & quibus lib.
10. Bald. conſ. 383. n. 5. lib. 1. & conſ. 265. in princip. lib. 3.
Rot. d. deciſ. 199. n. 1. poſt. conſ. crimin. Farin. lib. 2. Greg d.
deciſ. 169. num. 8. Duran. d. deciſ. 387. num. 17. & num. 21.
Tertiò ſi Hereditas conſiſtat io mobilibus modici mo- 65
meoti , nam occultatio in modicis non præſumitur , &
ideò nec de eis ſolemne Inventarinm conficere neceſſe
eſt , ſed ſufficit ſimplex deſcriptio , Bald. d. conſ. 265. in
prin. lib. 3. Cum regula ſit † quod in modicis non præſu- 66
mitur fraus , l. cum hi , §. modus ff. de Tranſac. Oldrad. conſ.
161. circa fin. verſ unde modicitas , maximè ſtante magna
legalitate perſonæ Hæredis nam magna † perſonæ lega- 67
litas facit recedere à Juris regulis , & Staturis , Jaſ. in l. ju-
bemus , n. 10. cum ſeq. C. de jud. Card. Tuſc. lit. L. concl. 32.
per tot. cum aliis ſupra allegatis .
Quartò dolus , ejuſque præſumptio omnino excluditur , 68
quando in Inventario fuit appoſita clauſula , & protetia-
tio de addendo omiſſa , ſtatim , atque ad notitiam perve-
nerint , nam hæc clauſula eſt excluſiva doli , Dec. conſ.
633. n. 11. Rolan. de Invent. par. 4. tit. 4. § quid ſi Hæres , n.
7. fol. mihi 104. Sal. Tib. in Prax. lib. 1. c. 55. n. 10. Surd. d.
dec. 222. n. 21. & ſeq. Rot. dec. 747. la prima n. 4. part. 2. re-
cent. Greg. dec. 169 n 4. & ibi Beltramin. n. 12. Quinimò, † 69
ſtante d. clauſula, Inventarium preſumitur de omnibus bo-
nis, prout eſſe debet, Bal in l fin. §. cum igitur , n. 8. C. de jur.
delib. & alii , quos refert , & ſequitur , Buratt. dec. 254. n. 8.
Quintò quæcumque † cauſa etiam illegitima excuſat 70
à dolo , Rot. Janu. deciſ. 35. n. 3. verſ. & ex his patet . An
autem Hæres , † qui doloſè in Ioveotario aliqua bona de- 71
ſcribere omiſit , ſi de hoc appareat , amittit beneficium
Inventarii, eſt opinio controverſa, ſed communis conclu-
ſio eſt , ut illud non amittat , Rot. deciſ. 72. n. 8. & ſeq. part.
2. diverſ. Puoitur tamen duplici pœna , nam amittit Fal- 72
cidiam, §. hinc nobis verſ. ſancimus , ubi Gloſ in verbo fer-
re, & Buratt. n. 4. in Auth. de hered & Falcid. Montic. de In-
vent. §. 2. videamus n. 3. fol. 16. & tenetor ad duplum rei ,
quam doloſè deſcribere omiſit , text. eſt in l. fin. § licentia ,
verſ. illo videlicet obſervando , C. de Jur. delib. Caſtren. in
d. l fin §. cum igitur. n. 5. C. de Jur. delib. Montic. de Invent.
d § ſecundo videamus , n. 3 & ſeq. fol. 16. Rot. Januen. dec.
35. nu. 3. ubi quod hoc non procedit in ſtabilibus , In qui-
bus non poteſt committi fraus.
Quintò ad validitatem Ioventarii † requiritur ſubſcri- 73
ptio

Digitized by Google

p.io Hæredis, quod ſi Hæres neſcit ſcribere, adhibeat
alium Notarium, ultra eum, qui de Inventario roga-
tur, qui pro eo ſubſcribat, *l.fin.§ ſin autem dubius, verſ.*
ſubſcriptione C.de Jur. delib. Rolan.de Invent.*par.3.c.*
47.& c.48.& c.49. Mantic. de Invent. §. *ſeptimò princi-*
paliter n.56. verſ.13. Panuc. de Invent. *part.3. nu.66.&*
nu.68. Rot. *dec.72. n.9. part.2. diverſ.*

74 Sed hoc procedit in Inventario extrajudiciali, ſecus
eſt in Inventario facto apud Acta Judicis, Rolan. *de In-*
vent.par.3.c.51. Bald. *conſ.147.n.2.lib.4.* Seraph. *dec.371.*
75 *n.2.* Rot. *dec.397.n.1.p.4.rec.* Et quod hæc † ſolemnitas
ſubſcriptionis Hæredis ſit nimis ſcrupuloſa ſubtilitas, &
de generali conſuetudine non ſervetur, tradit Cavaler.
dec.584.n.4.& ſeq. & quod ſuppleatur ex Decreto, & præ-
ſentia Judicis, dixit Rot. *in Romana Domus, ſeù Cenſus*
de Caravaſchinis 22. Junii 1609. cor. bo. mem. Penia, &
76 quod illa non requiratur, ex quo perfectio inventarii
facti apud Acta ſatis certa redditur ex rogitu Notarii,
tradit Rot. *dec.331. n.17. part.5. rec* ubi plures cumu-
lat authoritates.

77 Sexto requiritur, quod adhibeantur tres Teſtes bonæ
conditionis, & famæ loco Creditorum, & Legatariorum
abſentium, Phanuc. *de Invent.p.3.n.4.* Rot. *dec.72.n.6.p.*
2.diverſ. ubi de communi, Ferentil. ad Burat. *dec.760.n.7*

78 Sed iſti tres Teſtes non ſunt neceſſarii quoad Legata-
rios, & Creditores citatos, nam ipſi non poſſunt allegare
abſentiam Teſtium, ſed quoad eos actus ſemper valet,
Phanuc. *de invent. d. part.3.n.17.* Rol. *de Invent.p.3.c.37.*
n.6 in fi. Jaſ. *in l.fi.in pr.n.5.C.de Jur. delib.* Bald. *conſ.265*
n.2. verſ. ponamus, lib.3. Rot *d.dec.199.n.7.poſt conſ.* Far.
lib.2 Cocc. *dec.151. nu.7.* Buratt. *dec.750. nu.7.poſt. med.*
79 *verſ.& ideo*, Rot. *dec.331. n.19. p.5.rec.* Et enim † quoad
citatos omnia ſunt ſolemniter geſta, Bald. *in Auth.ſi om-*
nes, n.12. verſ. ex hoc ergo infero, C. ſi Min. ab Hæred. ſe
abſtin.& d.conſ.265.n.2. March. *de Commiſſ. reſt. in integ.*
p.2.§.3 n.164.fol.186. ſecun n.impreſſ. etiam ſi citati non
fuerint præſentes Decreto vel Inventarii confectioni,
Vant. *de nullit. defect. citat.n.17.* Marcheſ. *ubi ſupra d.*
§. 3. num.164.

80 Ulterius defectus dd. trium teſtium ſuppletur ex au-
thoritate, & præſentia Judicis, Bald. *d.conſ.147.n.2.*
lib.4 cum aliis, quos refert, & ſequitur Rota in his
terminis *in d. Romana Cenſus de Caravaſchinis 22. Junii*
1609. cor. bon. mem. Penia, quam refert, & ſequitur Rot.
d. dec.331.n.12.p.5. recent.

81 Septimo requiritur † Decretum Judicis, qui ſivè ex-
preſsè, ſivè tacitè, & virtualiter interloquatur, Hære-
dem cum beneficio Legis, & Inventarii eſſe ad Hære-
ditatem adeundam admittendum, Rot. *d.dec.331 nu.6.p.*
5. rec. quod quidem Decretum poteſt apponi tam ante,
quàm poſt inchoatum Inventarium, & tàm in principio,
quàm in fine illius, Rot. *d.dec.331.n.7.p.5.recent.* Rota
Florentina in d. Cortanen. inventarii 30. Junii 1643.

82 Valet † tamen Inventarium factum in præſentia Judi-
cis, ut fuit dictum *in eadem Romana cenſus de Carava-*
ſchinis 22. Junii 1609. cor. bo. me. Penia, quam ſic intelligit
Rota *in Romana fructuum dotis 2. Aprilis 1618. cor. bo. me.*
Arch. Seleucien. ut refert Rot *d. dec.331. n.13.p.5. rec.*

83 Octavo requiritur † quod Inſtrumentum Inventarii
rogetur, & publicetur à Notario publico, cum appoſi-
tione loci, in quo actus geritur coram duobus Teſtibus,
l. fin. §. ſi autem dubius, C. de jur. del. Mantic. *de invent.*
d. § ſeptimo principaliter n.27. verſ. Sexta ſunt Teſtes, &
n.62. Rol. *de invent. part.3. c.17. & c.18.* Phanuc. *de in-*
vent. p.3.n.7. Alex. poſt. Bart. Bald. & Ang. *in d. l. fin. in*
principio n.7. C. de jur. delib. Natt. *conſ.214. n.13. & ſeq.*

84 Sed † Inventarium fiat apud Acta coram Judice ſeden-
te in loco ſui ſoliti Tribunalis, & ſic judicialiter in Ju-
dicio, citatis intereſſe habentibus, valebit etiam in eo
non enunciatis Teſtibus, quorum enunciatione Acta
judicii non indigent, D.D *in c. quoniam contra de pro-*
bationibus, Alex. *conſ.13. n. 8. l.1.* Rota *dec.13. nn.1.&*
ſeq. p.3. verſ. lib.3 Greg. *dec 453. n.6.*

85 Quod procedit etiam in Actis de ſui natura extra ju-
dicialibus; nam ſi fiant in judicio coram Judice pro Tri-
bunali ſedente, valent, & probant ſine Teſtium enun-
ciatione ad inſtar actorum judicialium, ex identitate
rationis, propter authoritatem, videlicet judiciariam, &
calorem judicii, ac multitudinē Teſtium, quæ apud acta
Judice ſedēte ſemper adeſt, *l. ſancimus, & l. omnium*, & ibi
Fulgoſ. quem ſequitur Caſtren. *n.3. C. de Teſtam. l. in dona-*
tionibus, ubi Alber. *de communi teſtatur*, Cap. *de don.* cum
aliis cumulatis per Aret. *in d.c. quoniā contra, n.28.& ſeq.*
de probat. quem ibi ſequuntur Felyn. *n.12. verſ. contrariū,*
Berov. *79. verſ. eſt diſtinguendum*, Dec. *n.78. in fi. verſ. con-*
cludendo, Lanfr. *n.27.* ubi loquitur etiam in donatione &
ſic in hac extrajudiciali, allegando text. *in d.l. in donatio-*
nibus, & de cōmuni teſtatur Ferret. *in rep. d. cap. quoniam*
contra, n. 33. & ſeq. de probat. Bolog. ad Anan. *conſ.85.n.4*
ubi loquitur de libris cenſualibus, Mandoſ. ad Lap. *alleg.*
85. in verbo quoniam, contra, poſt. med. Bald. *conſ.147. n.2.*
verſ. item quia l.4. Magdalen. *de numero teſt. in Teſtam. re-*
quiſit. ubi loquitur † in ſimilibus terminis teſtamenti fa- 86
cti apud Acta, *p.1.c.25.n.1.& ſeqq.* Put. *dec.26.l.2.in cor-*
rect. ubi quod hanc opinionē aliàs ſecuta eſt Rota, Cocc.
dec.354.n.9.& ſeq. ubi loquitur de confectione Urnæ,
qui actus eſt extrajudicialis, Cav. *dec.28.n.3.* ubi loquitur
de præſentatione, quæ regulariter eſt actus extrajudicia-
lis, Gonzal. in *annot. contr. null. & atten. n.14.& ſeq.* Duran.
dec.86 n.3 p.1. & ob id non ſubſiſtit ſine Teſtibus, ut dixit
Rot. *in Mediolanen. juris patronatus coram bon. me. Card.*
Blanchetto, quam refert, Cav. *d dec.28.n.1.* & nihilominus
ſi fiat coram Judice pro Tribunali ſedente, & ſic in for-
ma judicii, non ſunt in ea neceſſarii Teſtes, ut fuit deci-
ſum coram bo. me. Card. Cavaler. *d. dec.28 n.3.*

Nonò requiritur † quod bona mobilia, de quibus con- 97
ficitur inventarium, fuerint viſa per Teſtes, vel per Judi-
cem ad excluſionem præſumptionis fraudis in Hærede,
Phanuc. *de invent. p.3.n.73.*

Sed hoc primo non procedit † in immobilibus, in qui- 88
bus non poteſt committi fraus, Montic. *de invent. §. ſepti-*
mò principaliter, n.51. verſ. cæterum, Duran. *d. dec.378. in*
prima n.21. cum aliis ſupra allegatis *n.64.*

Secundò non procedit † in mobilibus modici momen- 89
ti, Montic. *de invent. d.§. ſeptimo principaliter n.51.* cum
nec in modicis fraus præſumatur, *l. cum hi, §. modus, ff. de*
tranſact. cum aliis allegatis ſupra *n.65.*

Tertiò non procedit † ſtante magna legalitate perſo-
næ Hæredis, ſed benè ſtante illius ſuſpicione, Montic.
de invent. d.§. ſeptimò principaliter, n.51. cum aliis ſupra
allegatis, *n.61.& n. 67.*

Quartò non procedit † in inventario facto, apud Acta, 90
quia illud caret omni ſuſpicione ob calorem judicii, mul-
titudinem perſonarū, & copiam Teſtium, quæ adeſt apud
Acta judicii, Judice ſedente pro Tribunali, & facit quo-
dam modo notorium, & rem certam, claram, & manife-
ſtā, unde per cōſequens omnis fraus remanet penitus ex-
cluſa, *l. omniū C. de teſt.* Hon. *conſ.28 n 29.l.2.* Cav. *d. de.28*
n.3. ubi de cōmuni, cum aliis ſupra cumulatis *n.84.& ſeq.*

Et certè ſi defectus ſubſcriptionis Hæredis nec non 91
etiam deficientia trium Teſtium fide dignorum, bonæ
opinionis, & famæ, ſtabilia poſſidentium loco Credito-
rum, & Legatariorum abſentium adhibendorum, ſupple-
tur, in Inventario facto apud Acta, ex Decreto, ſeu au-
thoritate, & præſentia judicis, Guid. Pap. *de form. invent.*
n.3. quem refert, & ſequitur Rolan à Vall. *de invet. q.117.*
& q.118. Bald. *conſ.147.n.2.& ſeq. l.4* quem etiam ſequun-
tur Rolan. *ubi ſupra* Seraph *dec.371.n.2.& ſeq.&* Rota *in*
Romana Domus ſeu Cēſus de Caravaſchinis 12. Junii 1609.
coram bo. mem. Penia, ubi alias deciſiones cumulat, † uti- 92
que ex præmiſſis multo magis ſuppleri debet ſimplex
enunciatio duorum Teſtium, qui in Inventario extraju-
diciali à Notario deſcribi ſolent, cum hic ſit longè minor
defectus quoad Citatos, quam ſit defectus dictorum trium
Teſtium, quoad abſentes non citatos, ac ſubſcriptionis
eorum, arg. *Auth. multo magis, Cod. de Sacroſan Eccleſ.*

Si quidem † quoad Citatos Inventarium ſemper valet 93
& quoad eos omnia ſunt ſolemniter geſta, nec ipſi poſ-
ſunt allegare abſentiam Teſtium, ex cumulatis ſupra *n.*
78.& ſeqq. quod ſecus eſt quoad Abſentes non citatos.

Hoc † autem multò magis, & ſine ulla prorſus difficul- 94
tate procedit, ubi adeſt, & ex inſpectione aliquorum
aliorum Inventariorum probatur conſuetudo conficien-
di hujuſmodi genus Inventarii apud Acta judicialia, abſ-
que aliquorum Teſtium enunciatione, Giud. Pap. *de*
form. confic. invent. n.23. Rota *Florentina in d. Cortonen.*
inven-

Digitized by Google

Inventarii 30. Junii 1643.
95 Cæterum bona † inventariata, ſtante Judicis Decre-
to, præſumuntur viſa per prius ante confectionem, ſeù
perfectionem Invẽtarii, pro cujus validitate ſemper prę-
ſumitur, etiamſi hæc ſolemnitas non fuerit in eo enun-
ciata, dum modo intervenerit tempus ſufficiens, ita-
ut potuerit ad perficiendum Inventarium fieri reddi-
tus, Seraph. *deciſ. 371. n. 7. verſ. 6. obiicitebatur*, Rot *dec.
597 n. 1. in fin punct. 4. recent.*
96 Et ea ſemper † cenſentur pręceſſiſſe, quę ſunt neceſſa-
ria ad validitatem actus, ad tead. per Caſſad. *dec. 31 de*
97 *Præbtn.* & omnia † neceſſaria præparata antequam ad
Inventarii confectionem deveniatur ſupponendum, dum
potuerunt ea commodiſſimè fieri, dixit etiam Rota *Fol-
rentinu in cauſa Florentina conſervationis indemnitatis
de Torrigionis 13. Octobris 1648. cor. Ecell. D. Venturino.*
98 Vel ſuſceptis notulis præparatis per prius, poteſt uni-
co contextu Inventarium in inſtanti perfici, quando
illud fit apud Acta judicialia. Gind. Pap *de form. invent.
n. 24. verſ ſed ego*, quem ſequitur Roland. *de invent. q.
121.* juxta formam, quam tradit Saluſt. Tib. *in eias antiq.
Prax impeeſſ. de anno 1584. lib. 1 cap. 53. n. 9.* & Praxis in
Curia admittit.
99 Nec magni videtur faciendum hoc novum requiſitum,
nam hæredi ſtatim adita hæreditate, uti rerum Hære-
ditariarum domino, earum competit adminiſtratio, non
expectato, quod illa ſibi per Judicem decernatur facto
inventario, ad quod inchoandum à Lege ſibi conceſſum
eſt tempus 30. dierum, & aliorum ſexaginta ad illud ab-
ſolvendum, & conſumandum à die aditæ Hæreditatis
nnmerandorum, juxta communem, & magis commu-
nem Doctorum ſententiam, prout da communi poſt
alios teſtatur Rot. *Florent. ind. Florentin. conſervationis
indemnitatis de Toreigianis*, 13. *Octobris 1638. & de ma-
gis communi* Facchin. *cuner. l. 4. c. 55. in princip.* (licet ip-
ſam contrariam opinionem, tueatur) & Cavalet. *dec.* 310.
100 *n. 6* & diximus ſupra *n. 32. & ſeqq.* In quo † quidem tempo-
re nonaginta dierum Hæres, qui omnia bona Hæredita-
ria habet in ſua poteſtate, antequam deveniat ad Inven-
tarii inchoationem, vel perfectionem, poteſt (ſi malignari
velit) & res Hereditarias, vel earum partem occulta-
re & unam loco alterius ſupponere, & plura alia facere
in fraudem, & perniciem Creditorum, abſque eo, quod
Teſtes confectioni Inventarii poſtea adhibendi ſint con-
ſcii alicujus machinationis, vel fraudis per Hæredem
commiſſæ, ut advertit etiam Rota *Florent. in d. cauſa
Florent. conſervationis indemnitatis de Torrigianis
mot. l. 113. fol. 122.*
101 Ad hoc † autem ut Inventarium ſit factum, apud Acta
in Judicio, & Teſtibus, ien eorum enunciatione non indi-
geat, ſat eſt, quod fuerit cæptum coram Iudice ſedente, in
loco ſui ſoliti Tribunalis citatis citandis, & quod poſt il-
lud inchoatum, fuerit à Judice ſuper eo interpoſitum De-
cretum opportunum, & quod fuerit proſecuta confectio
Inventarii jam cæpta incontinenti, licet in proſecutione
non fiat Judicis alia mentio, dummodo in ea non aſſera-
tur contrarium, idque ex pluribus rationibus, &
102 Primò quia, cum conſtet manifeſtè, quod Inventarium
fuit cæptum judicialiter in Judicio, præſentia Judicis ſe-
mel probata, & admiſſa præſumitur continuata uſque ad
finem niſi probetur contrarium *l. ſi quis ex Argentariis §.
fin ff de eden.* Bald. *in l ex perſona n. 13. C. de prob* Alex.
conſ. 120. n 4 & ſeq. ubi Apoſtilla *in verbo abſentia, l. 6. &*
103 continuata † & ad adhærentia cenſentur ejuſdem natu-
ræ, *cap. un. de conſecr. Eccl. vel Altar. n. 6 c. ſi Civitas, de
ſent. excommun in 6. l. quæ Religioſis 44. ff. de rei vind.* Et
104 † continuatio, ſeu proſecutio fuit duo cenſeri unum, *l. ſed
ſi manente ff. de ſirecur l. meminiſſe ff. offic. Pro conſ.* Et in
105 qualibet † materia continuatio præſumitur cum eiſdem
qualitatibus, niſi probetur contrarium, *l ſivè poſſidetis C.
de prob.* Ancharan. *conſ. 63. n. 5.* Cavaler. *dec. 149. n. 2.* Rot.
dec. 663. n. 9. p. 1. recent. Greg. *dec. 9. n. 6* Beltram. ad Greg.
dec. 166. n. 11. & retentis iiſdem terminis, Grav. *conſ. 206. n.*
106 *6.* Buratt. *dec. 215. n. 3. & ſeq.* Et † in terminis Inventarii,
quod pręſentia alicujus ſemel probata, pręſumatur conti-
nuato uſque ad perfectionem, etiam ſi iliam poſtmodum
non enuncietur, Seraph *dec. 371. n. 6. verſ. quinto*, Rot.
deciſ. 597. n. 1. ad. p. 4. recent.

Secundò quià † cum proſecutio Inventarii fit in vim 107
decreti Judicis pręambuli actus præcedens, & illius prin-
cipium attendi debet ad judicandum qualitatem ſequen-
tis, *l. 1. §. res vero, verſ. nulla enim, C. de impon. luc. deſcrib.
l. 10.* Calder. *conſ. 167. aliàs primò de Teſtibus*, Anchar.
conſ. 28. n. 1. verſic. ulterius, Innoc. *in c. quoniam contra
n. 1. de prob.* Et † quòd quando proſecutio actus habet ne- 108
ceſſariam conſequentiam ab initio, ſit attendendum ini-
tium, eſt tex. *in l. denique § ſcio*, & ibi Bartol. *ff. de Minor.*
idem Bart *l. 1. ff. qui pot. in pig. hab.* Afflict. *dec. 135. n. 5.*
Tertiò, quia actus etiam de ſui natura extrajudicialis, 109
ſivè fiat in præſentia, ſivè de mandato Judicis ſedẽtis pro
Tribunali ab actuario, uti actuario, judicatur pro actu
judiciali, & ad ſuis validitatem non indiget Teſtibus,
Aret. *in d. c. quoniam contra n. 28. & ſeq.* quem ibi ſequun-
tur Dec. *n. 78. in fin. verſ. concludendo*, & Ferrett. *n. 33. &
ſeq. de prob.* Magdalen. *de n. teſt p. 2. c. 25. n. 10. & ſeq.* Af-
flict. *dec. 135. n. 5.* Rot. *in Vliſbonen. Emphiteuſis coram Do-
mino de Tanis*, ut per Mandoſ. ad Lap. *alleg. 81. in verbo
quoniam contra, verſ poſtea vero, & in una Toletana* apud
Put *dec. 26. l 2. in correct.* ubi loquitur de mandato procu-
ræ, & ſub delegatione, & teſtatur quod hanc opinionem
Aret. alias tenuit Rota *in una de Turribus Vedrar*, &
merito quia † ea noſtra facimus, quibus noſtram autho- 110
ritatem impartimur *l. 1. § ſed neque Cod. de ver. Iur enuc.
l. antea C. de mand. Princ. l. prohibitum, C. Fiſc. l. 10.* Afflict.
dec. 135. n 5. ubi propterea, † quod obligatio facta de man- 111
dato Judicis dicitur facta apud acta, ac ſi Judex fuiſſet
præſens, & benè, † quia proſecutio, ſeu executio in nihi- 112
lo tribuitur Exequenti, ſed in omnibus Mandanti, *c. ceteris*,
ubi Abb. *n. 1.* Anchar. *n. 3.* Decius *n. 20. de reſcript.* Ro-
man. *conſ. 366. n. 1.* Dec. *conſ. 492. n. 3. & ſeqq.* Aymon.
conſ. 122 num 3.
Quartò quia † etiam in dubio ſemper facienda eſt in- 113
terpretatio, ut actus magis valeat, quàm pereat, & om-
nis præſumptio eſt pro validitate actus, & Inventarii,
l. cum teſtamento, §. hæc verba, & ibi Bald. *ff. de Hæred.
inſt. l. Gallus § quidã recte ff. de l. & poſth cup. niſi de prob.*
Alex. *conſ. 3. n. 6. verſ. & præcipuè l. 1.* Crav. *conſ. 1. pro
Genero n. 475.* Menoc. *præſumpt. 18. n. 6. l 6.* Creſcen. *dec. 6.
de præſumpt.* Mantic. *dec. 344. n. 8.* Rot. *dec. 9. n. 1. p. 2. di-
verſ. & deciſ. 561. n. 14. p. 1. recent.* Et † unica eſt præſum- 114
ptio, ut omnia præſumantur Inventario ritè, & rectè
geſta. Rot. *dec. 597. n 1. in fin. p. 4. recent.* quæ præſum-
ptio cæteris anteſertur, Rot. *d. dec 9. n. 35. p. 2. diverſ.*
Et licet Rota *dec. 72. p. 2 diverſ.* dixerit Inventarium 116
factum de mandato Judicis eſſe nullum, quia in eo omnes
ſolemnitates de Jure requiſitæ non fuerunt obſervatæ:
eſt tamen animadvertendum.
Primò quod *d. dec. 72.* procedit in Inventario ſolemni,
quando Iudex mandavit confici Inventarium cum om-
nibus ſolemnitatibus Juris, & Statutorum, prout fuerat
expreſſè petitum, ut ibi clarè legitur *ſub n. 32 & ſub n.*
37. Meritò ergo cum ſolemnitates non fuiſſent poſtea
adhibitæ nec ſervata forma mandati Judicis, Inventa-
rium remanebat nullum: ſecus eſt quando Judex mandat,
ſimpliciter perfici Inventarium jam cęptum, quia tunc
ſufficit inventarium ſuſtineri prout de jure, & quod ſo-
lemnitati ſit ſatisfactum per æquipollens.
Secundò eſt obſervandum, quod *d. dec. 72.* procedit in In- 117
ventario extrajudiciali, quia ibi non fuit cęptũ nec pro-
ſecutum coram judice, ſed fuit poſt Judicis mandatum in-
choatum de novo per viam inſtrumenti coram ſolo No-
tario extra judicium, & res erat clara ex illis verbis, *corã
me Notario*, & ex inſpectione inſtrumenti, ut ibi *ſub n. 32.*
apertè legitur, non autem per viam Actorum judicialiũ,
quod patebat. Tum ea pręmiſſis, Tũ ex traditis ibi *ſub n.*
38. Tum quia ibi *ſub n. 7.* inventarium † fuit declaratum 118
nullum ob defectum ſubſcriptionis Hęredis, quę alias in
inventario facto quoad Acta nõ fuiſſet neceſſaria, ex con-
geſtis, per Rot. *dec. 331. n. 17 p. 5. recent.* Tum, & quarto,
quia † mandatum judicis, ibi erat extrajudiciale ex quo nõ 119
fuerat factum in forma judicii citatis Creditoribus, quod
patet manifeſtè, ex quo ibi *ſub n. 6.* inventarium † fuit de- 120
claratum nullum defectu interventus trium Teſtium lo-
co Creditorũ abſentium, ergo dicti Creditores non erant
citati, nam quoad Citatos ſemper valet inventarium, nec
ipſi poſſunt allegare abſentiam, ex cumulatis per Rotam
d. dec.

Digitized by Google

d. dec.331. nu.18. & ſeq. p.5. recent. cum aliis ſupra allegatis *num.71. & ſeqq.* Secus quando † inventarium fuit
121 cæptum citatis citandis apud acta judicii judice ſedente in loco ſui ſoliti Tribunalis, qui prævio Decreto opportuno, mandavit illud perfici, & ſucceſſivè fuit proſecuta confectio inventarii judicialis jam cæpta, quia tunc benè ſubſtinetur etiam Teſtibus in eo non enunciatis, & ex ſupra allegatis.

122 Et in iiſdem terminis, *d. dec.72. p.2. diverſ.* procedit illa *Romana fructuum dotis 2. Aprilis 1618. cor. bon. me,*
123 *Seleucien.* quæ dictam *dec 72.* ſic intelligit: ſecus † in Inventario facto apud Acta de quo ſupra, quod ex ſola præſentia judicis, quæ, ut jam diximus, continuata præſumitur uſque ad finem, & præcedente illius exiſtentia, & enunciatione, cum de contrario non conſtet, ultra ſuperius deducta poteſt ſubſtineri in quibus terminis procedit, *dec. in d. Romana Domus ſeu Cenſus de Carnvaſchinis*, quam ſic intelligit, *d dec. Romana fructuum dotis*, & refert. Rot. *d. dec.331. n.13. p.5. recent.*

124 Decimò, *Rolandus, Monticulus, Phanuccius, & alii*, qui de Inventario ſcripſerunt, alia plura requiſita. & ſolemnitates inventarii enumerant. Sed quia tot ſubtilitates, & ſcrupuloſæ ſolemnitates ex generali locorum conſuetudine, receſſerunt ab aula, & non ſunt amplius in uſu, Bald. *in l. fin. in princ. n.13.* & ibi Jaſ. *n.5. de jur. delib.* Caſtren. *in d. l. fin. § cum igitur nu.3.* Bald. *conſ.63 verſ. ſed hi, l.3.* Apoſtill ad Bart. *conſ.154. in verbo Mulieribus, l.1.* idem Bald. *conſ.147. n.3. l.4.* incipit, Inventarium Hæredis ſcrupuloſa res eſt, Dec. *conſ.633. n.55.* Grav. *conſ.1. pro Genuen, n.476.* Honded. *conſ.53. n.3. l.1* Caval. *dec. 508. n.7. & dec.574. n.5.* Gratian. *diſcept.39. n.8 & diſcept.998. n 20.* Silvſt. Tiber. *l.3. c.55. n.12.*

125 Hodie ſufficit, Inventarium bona fide conficere, citatis citandis, cum Decreto Judicis, coram Notario, & duobus teſtibus, & ſi fiat apud Acta in Judicio, etiam teſtibus in eo non enunciatis, valebit, ex ſupra allegatis.

126 Eoque minus aliæ ſcrupuloſæ ſolemnitates, & ſubtilitates Juris Civilis ſunt attendendæ in foro Eccleſiaſtico & in terris Eccleſiæ in quibus obſervatur diſpoſitio juris Canonici nam tunc in confectione inventarii magis attendenda eſt ipſa veritas, quam nimis ſcrupuloſa ſubti-
127 litas, Bald. *d. conſ.147. nu.2. lib.4.* Et ſolum † ſervanda videtur illa juſtitia naturalis ne bona ſurripiantur, Phanuc. *de invent. p.6. nu. 1. verſ. ſed quod benè verum eſt*, Card. Tuſc. *lit.I. concl.349. n. 46.* Et licèt Phanuc. id re-
128 linquat cogitandum, & jus † Canonicum ſimpliciter approbaverit beneficium inventarii *cap. Rinaldus, ext. de*
129 *teſtam.* Nihilominus † ſubtilis ſolemnitas inventarii, quæ requiritur de Jure civili non requiritur de Jure Ca-
130 nonico, Rot. *dec.629. p.1. diverſ.* Sacri † Canones enim ſimplicitatem, & veritatem amplectuntur rejecta ſubtilitate juris, *c. Dilecti, de Jud. c.* Abb. *§ præfatos, verſ. & licet, de re jud. in 6.* Hoſt. *in c. cum contingit n.4. & ſeqq. de offic. Deleg.* Lap. *alleg 50. n.9. verſ. num. agere*, Ang. *conſ. 98. n 2.* Anchar. *conſ.79. ſubtiliter in princip.*

131 Quinimo etiam ubi ſervatur jus civile, quando hæreditas eſt certa, & non poteſt ulla tergiverſatione celari, ceſſat ratio, & præſumptio legis ſuper ſubtractione. Laderch. *conſ.25. n.20.* cum aliis cumulatis per Rotam *Florentinam in cauſa Florentina inventarii 14. Septembris*
132 *1640. coram Excellentiſs. D. meo de Petris*, quo † caſu ceſſat etiam introductio inventarii, ubi conſtat de veri-
133 tate Fontanel. *dec.46. n.15. & ſeq.* quæ probatur † etiam per inventarium Executoris, Cancer. *variar. reſol. l.3. c. 2 de invent. n.130.* ſaltem quòd alia bona non extent, & per ſimplicem deſcriptionem, quæ ſufficit ad hunc effectum, Rota *Florentina in d. Florentina inventarii*, cum
134 aliis allegatis ſupra *n.60. & ſeq.* Et † deſcriptio facta ab Uſufructuario prodeſt etiam proprietario, Caval. *dec.*
135 *310 n.7* Sicut † inventarium factum ab uno prodeſt alteri, Rolan. *de invent. § quid ſi Hæres confecit, n.1. & ſeqq. p.4.* Facchin. *contr. lib.6 c.31.* & alij quos refert. & ſequitur Rota *Florentina in d. cauſa Florentina inventarii*.

136 Et merito, quia mens legis, quæ eſt, nè creditores & legatarii damnum ſentiant ob malignitatem hæredis, Batt. *conſ.154. n.2. l. 1.* cum aliis allegatis ſupra *n. 59.*

137 Si per æquipollens contingi poteſt, ut adimpleatur, magis menti, quàm verbis inſerviendum eſt, Roman. *conſ. 433 quod primum col.2. n.1. in fi. & n. ſeq. verſ. ſeptimo conſidero*, & ubi forma poteſt adimpleri per æquipollens per 138
quod id efficitur, quod erat neceſſarium ad ipſum, actum ſatisfactum formæ dicitur, Alex. *conſ 5. Viſis l. 2.* præſertim quando cauſa eſt juſta, quàm Imperator, ipſe non denegaſſet, ſi de ea fuiſſet interrogatus *DD. in Auth. hodie, C. de Jud.* Pariſ. *conſ.33. n 33. lib.2.* Burſat. *conſ. 121. n.9. l 1.* Ubi quando æquipollens ſubauditur, forma 139
dicitur adimpleta, prout ex his, & aliis comprobavit Rota *Florentina in d. cauſa Florentina inventarii mot. l.* 140
114. fol.316. Præterquam quod Decretum Judicis, pro quo præſumitur, ſupplet defectum ſolemnitatum in inventario. Bal. *conſ.147. n.2. l.4.* Caval. *dec.508. n.5.*

Et in Urbe, licet ex diſpoſitione *Statuti l.1. c.42.* ob- 141
ſervetur jus civile Romanorum, quod ibi ortum ad cæteras defluxit nationes, nihilominus † requiſita neceſ- 142
ſaria in confectione inventarii in Curia Capitolina ſunt ſolummodo Signum Crucis, citationes bannimenta, decretum Judicis, deſcriptio bonorum, & ſubſcriptio Notariorum, Duran. *dec.387. in prima n.1.*

Et ſat eſt ad inventarii validitatem, quod citatio & ſo- 143
lemnitates ſint adhibitæ, quãdo illud fuit inchoatum per appoſitionem Signi Crucis, licèt poſtea fuerit proſecutum ſine alia citatione, & ſubſcriptione. Mantic *dec.189 n.1.*

Sufficitque in confectione inventarii obſervare illas ſo- 144
lemnitates, quę ſolent obſervari de ſtylo illius loci, in quo illud conficitur, & ſic factum eſt validum, ut tradit Bald. *conſ.63. l.3.* Honded. *conſ.53. n.5. l.1.* Eugen. *conſ.55. n. 59. l.2.* Mantic. *de invent. § 3. videamus n.11.* Rota *Genuen. dec.35. n.3.* Sal. Tib. *in Penu. l.1. c.55 n.12.* Seraph. *dec.915. n.3.* Rota *dec.629. p.1. diverſ. dec.310. nu 4. p.5. recent.* Duran. *d. dec.387. la prima n.1.* ubi plures cumulat auctoritates, qui † ſtylus ſufficit, ſi per decennium ſit in- 145
ductus, Rot. *d. dec.629. p.1. diverſ.* Borell. *in Sum. dec. tit. de conſuet. n.141.* Et redditur notorius ex inſpectione 146
aliorum inventariorum. Rot *Januen. dec.35. n.3.* Rota *d. dec.629. p.1. diverſ.* Duran *d. dec.387. n.1.* Rota *Floren. in d. Cortonen. Inventarii*, & ex atteſtationibus extraju- 147
dicialibus Notariorum, & Curialium, Bald. *conſ.63. l.3. & conſ.147. n.4. l 4.* Rota *Januen. d. dec. n.3.* Cavaler. *d. dec.584. n 3. verſ. 2. fuit, & n.4.*

Nec ſufficeret exadverſo oſtendere plura alia Inven- 148
taria cum pluribus aliis ſolemnitatibus, niſi etiam probaretur inventaria ſine illis fuiſſe invalidata Cavaler *d. dec.584. n.5. verſ. nec Domini*, quem noviſſimè ſecuta eſt Rota *Floren. d. Cortonen. inventarii.*

Nec requiritur, quòd hujuſmodi ſtylus formiter pro- 149
betur, cum ad executionem hæredis, & excluſionem doli, & fraudis, non requiratur, ut ille cum ſuis requiſitis formiter ſit probatus, Bald. *d. conſ.147. n.3 l.4* Rota *dec.629. in fin. p 1. diverſ. & in Romana de Maximis 10. Decembris 1576. coram bon. me. Rubeo*, quam ſecuta eſt Rota *dec.199. n.1. poſt conſ. Farinac. l. 2.*

Quo autem ad validitatem proceſſus, & actorum fa- 150
ctorum in aliquo Tribunali, in reſpicientibus ordinem, attendendas eſſe Leges, Conſtitutiones, & ſtylum illius Fori ambigendum non eſt Bart. & *DD. in l. cunctos Populos, C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol.* Alex. *conſ.164 n.8. l.6.* ubi dicit Omnes ita tenere,

Cæterum, ſi diceretur, ad validitatem inventarii judi- 151
candam non eſſe inſpiciendum ſtylum loci, in quo illud eſt confectum, hoc eſſet, totam Civitatem litibus vexare, & revangare Mundum, quod abſurdum eſt omninò vitãdum, Honded. *conſ.53 n.52. verſ. praet igitur l.1.* Rot. *Januen. d. dec.35. n.3.* Rota *Flor. in d. Cortonen. Inventarii.*

Motivum.

Inventarium confectum per olim D. Antonium Ma- 152
riam de Hæreditate olim D Franciſci cenſuimus debere ſuſtineri, & ſuffragari Dominæ Eliſabethæ Hęredi dict. Domini Antonii Mariæ Hæredis beneficiati ejuſdem Domini Franciſci, & ſucceſſivè retulimus Dominis Prioribus, à quibus nobis fuit cauſa ad referendum commiſſa, dictam D. Eliſabeth, dicto nomine, non teneri erga Dominum Roſadum, niſi quatenus ſuperant vires Hæreditariæ dicti Domini Franciſci.

Moti autem fuimus ad ſic referendum rationibus infraſcriptis, quæ adducuntur in reſpondendo objectis pro invaliditate dicti inventarii,

Non-

Digitized by Google

153 Non obſtat igitur in primis ſtatutum diſponens, quod beneficium Inventarii à jure communi inductum non valeat, quia idem Statutum in fine excipit Clericos, & Religioſos, & circa hos ſancit ſervari debere, quod diſponit jus commune, nè quis teneatur ultra vires hæres hæreditarias, concedit hæreditates poſſe adiri cum beneficio legis; & inventarii *l fin & ibi DD C. de jure delib* & confectio
154 † Inventarii conſervat hæredi omnia jura, perinde ac ſi ipſe hæreditatem non adiviſſet, Gloſs. & *DD in d. l. fin. §.*
155 *& ſi præfatam* unde † hæreditas tali caſu dicitur jacens, Gratian. *diſcept. forenſ. c 998 n 2* Menoch *conſ 203 n 27. & ſeqq* Surd *conſ. 143 n 40* Rot *dec. 331. n. 1 d verſ p 5.* Ergo dictus Dominus Antonius Maria, qui adivit hæreditatem d. Domini Franciſci cum d. Beneficio, & modo d. Eliſabeth, quæ eum repræſentat, non tenetur ultra vires hæreditarias.

156 Quod autem idem Dominus Antonius Maria, de tempore dictæ aditæ hæreditatis cum dicto beneficio, eſſet Clericus patet ex literis teſtimonialibus, ſivè dimiſſorialibus ejus Epiſcopus, ſigno authentico munitis, in Proceſſu productis in quibus d Epiſcopus atteſtatur ſe contuliſſe primam Tonſuram d D. Antonio Mariæ, quomodo probari Clericatum, tradit. Abb *in c. 1. n 3. de Cleric peregrin.* Felyn. *in c poſt ceſſionem n 3 & 55 de probat* Maſcard *de probat. concl 305. n 1.* Grammat *dec 81. n 1* ac alii latè congeſti per Carolum de Graſs. *in tract. de effect Cleric in prælud n 197 & pluribus ſequentibus.*

157 Non obſtat non fuiſſe edoctum, quod idem D. Antonius Maria habere requiſita à Concilio Tridentino ad effectum, ut poſſet gaudere Privilegiis Clericalibus, quia præter quàm quod Statutum prædictum auferens beneficium Inventarii, tàmquam corrigens jus commune debet ſtrictiſſimè interpretari, ut minus illud corrigat, quàm fieri poſſit, *l ſi quan-*
158 *do, C de inoff teſtam.* & è contra † exceptio facta ab eodem Statuto de Clericis, ut eos reducens ad jus commune, debet latiſſimè interpretari Rota *conſ 318 num 5 & ibi*
159 Mandoſ *in verbo intelligendum*, ad effectum † prædictum ſufficit, quod edoctum fuerit, prout, factum fuit per dictas literas de qualitate requiſita à Statuto, & ſic de ſimplici
160 clericatu, tantò magis, quia † in ſuper edoctum fuit in Proceſſu, aliàs ſententiatum fuiſſe per eundem Epiſcopum, dictum Dominum Antonium Mariam, tamquàm Clericum debere gaudere Privilegiis Clericatus, unde cum ipſe eſſet in hac quaſi poſſeſſione Clericatus ſequitur, quod licet ipſa per ſe non probet Clericatum, transferat nihilominus onus probandi contrarium in contradicentem, Maſcard. *de probat. concluſ 290 n 6. & 12* Carol. *in d. prælud.*
161 *n. 226* Gramatt. *d dec. 81. n 16* † ubi quod ſola poſſeſſio clericatus ſufficit quoad fori privilegium.

162 Non refert non apparere, quod Creditores hæreditatis fuerint citati pro certa die ad intereſſendum confectioni dicti Inventarii, & quod propterea ex juſta omiſſione, certæ diei reddatur dictum Inventarium invalidum, ad trad. per Phanuc *de Invent q. 340 n 18 per* Montic *d. tract q. 230 n 15 & ſeq & per* Theſaur. *eodem tract 277 n 22.*

163 Quia multitariam huic objecto reſpondetur. Et in primis de iſta omiſſione concludenter apparere, & tamen illam allegans plenè probare tenebatur tanquàm ſuæ intentionis fundamentum, etiam quod conſiſtat in negativa, Afflic. *dec 377. n. 7* Rot *dec 295. n 7* Buratt. *dec 10. n 5.* nam
164 cum citatio facta fuerit cum cedulis, quæ fuerunt relaxatæ in manibus citatorum, prout conſtat ex relatione Nuncii pro qua præſumitur, & cui in hoc tamquàm in re ad ejus officium pertinente donec contrarium non probetur, ſtandum eſt, Put. *dec 187 n. 1 l. 3.* Lodoviſ. *dec. 426 n 2* Buratt *dec.*
165 *191 n 5* & ipſæ cedulæ non ſint regiſtratæ in Proceſſu, non poteſt dici, quod plenè appareat de dicta omiſſione, & ſucceſſivè, quod pars adverſa ſuam intentionem concludenter probaverit, ut facere tenebatur, ad *l neq Natales C de probat.*

166 Imò cum conſtet citationem fuiſſe commiſſam per Judicem die 29. Septembris Nuncio, qui retulit ſub die 26 citaſſe, & Judex interpoſuerit Decretum die 27 immediatè ſequente, ſequitur quod ritè proceſſerit in faciendo Decreto in illa die, in qua cadebat citatio & ex contumacia citatorum accuſata per Dominum Antonium Mariam poſt citationis relationem, ſatis probabilis cognitio elicitur in Cedulis citationis, bene fuiſſe per Notarium, quis eas conſcripſit, appoſitam diem certam, in qua citati debebant comparere, aliàs non potuiſſet Citatorum contumacia accuſari, & præſumendum eſt, quod non fuiſſet accuſata per d Dominum Antonium Mariam in cauſis pertractandis, ac in judiciis Verſatiſſimum, & malè Judex interpoſuiſſet Decretum, quod ſimiliter non eſt præſumendum.

Cùm igitur appareat de citatione præſumitur, Nun- 167
cium eam feciſſe cum omnibus requiſitis, quæ ſunt de ſubſtantia citationis, tanto magis, quia poſt citationis relationem Judex interpoſuit Decretum, quod facit præſumere omnia ſolemniter geſta, & ſic quod in Cedulis relaxatis adfuerit dies certa, in qua citati debeant comparere, cum omnis præſumptio ſtet, quoad ſolemnitatem requiſitam, pro validitate Decreti, Gloſ *in l. 1. C. de fid inſtrument l. 10.* Gabr *in ſuis concluſ tit de ſentent concl 5 n 5* Caval. *r. dec. 339. n. 6.*

Sed quatenus etiam concludenter conſtitiſſet, in dictis 168
cedulis non fuiſſe appoſitam diem, in qua citati debebant comparere ad videndum confici Inventarium, adhùc tamen illud ex hoc non redderetur invalidum ea ſcilicet ratione, quia citatio ſi in ea non eſt appoſita certa dies, in qua Citatus debet comparere, debet intelligi, pro prima die Juridica immediatè ſequenti, Boer *dec 235 n 2 & 3.* Mantic *dec 8 n. 2 & 3. & dec 155 n. 2* Put *dec 212. l 2.* Seraph. *dec 837 n 23* Rot *dec 486 n 7. in fin recent p 2. & dec. 311. n 3. diverſ p 1.*

Nec faceſſunt negotium tradita per Caſtren *in conſ 264.* 169
l 2 ubi n 3 diſtinguendo dicit, quod, aut quis citatur ad actum per Judicem expediendum, ut puta ad ſententiam, & quod tunc citatio debet continere diem certam, & quod aliàs non valet, per *l aut qui aliter. § 1 ff quod ut, aut clam. &c* Aut quod quis citatur ad actum expediendum per ipſum Citatum, ut ad reſpondendum petitioni, vel articulis, & quod tunc valet citatio etiam ſine die certa, qui cenſetur, quod citatur debeat comparere quàmprimum, intra paucos tamen dies. Nam hujuſmodi diſtinctio communiter reprobatur, & in contrarium tenent Franc Aret. & Alex. *in l liber homo 118 §. decem n 4 ff de verb obligat* Boer *dec.*
235 n 2. & 3 & Vant *de null ex defec citat. n. 71.* ubi † 170
quod citatio ſine termino valet, & tacitè intelligitur de congruo tempore, ut citatus veniat quàm citò fieri poterit, 171
imò citatio facta pro ſingulis diebus, & horis ſuſtinetur, ſaltem per paucos dies, Rot *dec 311. num. 3 diverſ p 1.* Adden. ad Ludoviſ. *dec 71 n. 6.* imò ſuſtinetur pro totto termino probatorio, Rota *dec 393 n 6. recent p 1.* Adden ad Ludoviſ. *d dec 71. n. 6* Cæſar. de Graſ. *de ſent. & re judic. dec 9. n 6.*

Additur quod ſi benè conſideratur prædicta *Caſtren.* di- 172
ſtinctio, malè ſuſtinetur, etiam in primo capite, & ſi enim ſententia ſit actus, qui per Judicem expeditur, pars attamen concurrit ad ejus expeditionem, inſtando eam ferri, quia Judex eam non ferret, niſi pars pro ea inſtaret, cum Judex non impartiatur officium ſuum, niſi petenti.

Quod ſpectat ad aliam invaliditatem dicti Inventarii 173
prætenſam per dictum D Roſadum, eo quod in eo non adfuerint Teſtes, & ſe in eo non ſubſcripſerint: quod attinet ad ſubſcriptionem fuit dictum, quod cum dictum Inventarium factum fuerit apud acta, ut infra demonſtrabitur, & cum decreto Judicis ſuſtinetur propter calorem judicii, ſine ſubſcriptione teſtium, & partium, ita in terminis tradit Bald *conſil 147 n 2. & ſeq l 4* quem refert, & ſequitur Rolan. *d tract de invent q. 117 & 118.* & Rota apud Seraph. *dec. 371 n 2.*

Quod autem fuerit factum apud acta, præterquam quod 174
de hoc adeſt atteſtatio Notarii, apparet, quia prædictus D. Antonius Maria hæres comparuit (*ſic ibi in Inventario legitur*) coram D. Vicario pro Tribunali ſedente, qui Dominus Vicarius, ſedens decretum interpoſuit, Nam verbum *ſedens*, ex ſui natura importat præſentiam, & eam probat, Ludoviſ. *dec 484 num 1* Decreta enim non ſolent, nec poſſunt interponi per abſentes, unde ex eorum interpoſitione neceſſario arguitur præſentia, Menoch *præſump. 18 l 6* Ludoviſ *d dec 484 n 2.*

Quo verò ad non interventum teſtium in eodem In- 175
ſtrumento, omiſſo quod poſſet dubitari, quod cum factum fuerit apud acta, defectus dictorum teſtium illud

F non

Digitized by Google

d. dec.331. nu.18. & ſeq. p.5. recent. cum aliis ſupra alle-
121 gatis *num.71. & ſeqq.* Secus quando † inventarium fuit
cæptum citatis citandis apud acta judicii judice ſedente
in loco ſui ſoliti Tribunalis, qui prævio Decreto oppor-
tuno, mandavit illud perfici, & ſucceſſivè fuit proſe-
cuta confectio Inventarii judicialis jam cæpta, quia
tunc benè ſubſtinetur etiam Teſtibus in eo non enuncia-
tis, & ex ſupra allegatis.
122 Et in iiſdem terminis, *d. dec.72. p.5, diverſ.* procedit
illa *Romana fructuum dotis 2. Aprilis 1618. cor. bon me,*
123 *Seleacien.* quæ dictum *dec 72.* ſic intelligit: ſecus † in
Inventario facto apud Acta de quo ſupra, quod ex ſola
præſentia judicis, quæ, ut jam diximus, continuata
præſumitur uſque ad finem, & præcedente illius exi-
ſtentia, & enunciatione, cum de contrario non conſtet,
ultra ſuperius deducta poteſt ſubſtineri in quibus termi-
nis procedit, *dec. in d. Romana Domus ſeu Cenſus de Cu-*
ravaſchinis, quam ſic intelligit, *d dec. Romana fructuum*
dotis, & refert. Rot. *d. dec.331. n.13. p.5. recent.*
124 Decimò, *Rolandus, Monticalus, Phanuccius, & alii,*
qui de Inventario ſcripſerunt, alia plura requiſita, & ſo-
lemnitates inventarii enumerant. Sed quia tot ſubtilita-
tes, & ſcrupuloſæ ſolemnitates ex generali locorum con-
ſuetudine, receſſerunt ab aula, & non ſunt amplius in
uſu, Bald. *in l. fin. in princ. n. 13.* & ibi Jaſ. *n.5. de jur. de lib.*
Caſtren. *in d. l. fin. §. cum igitur an.3.* Bald. *conſ.63 verſ. ſed*
hi, l.3. Apoſtill. ad Bart. *conſ.154. in verbo Mulieribus, l.1.*
idem Bald. *conſ.147. n.3. l.4.* incipit, Inventarium Hære-
dis ſcrupuloſa res eſt, Dec. *conſ.633. n.25.* Grav. *conſ.1.*
pro Genero, n.476. Honded. *conſ.53. n.3. l.1* Caval. *dec.*
508. n.7. & dec.574. n.5. Gratian. *diſcept.39. n.8 & di-*
ſcept.998. n 20. Saluſt. Tiber. *l.3. c.55. n.12.*
125 Hodie ſufficit, Inventarium bona fide conficere, cita-
tis citandis, cum Decreto Judicis, coram Notario, &
duobus teſtibus, & ſi fiat apud Acta in Judicio, etiam
teſtibus in eo non enunciatis, valebit, ex ſupra allegatis.
126 Eoquè minus aliæ ſcrupuloſæ ſolemnitates, & ſubtili-
tates Juris Civilis ſunt attendendæ in foro Eccleſiaſtico
& in terris Eccleſiæ in quibus obſervatur diſpoſitio juris
Canonici nam tunc in confectione inventarii magis at-
tendenda eſt ipſa veritas, quam nimis ſcrupuloſa ſubti-
127 litas, Bald. *d. conſ.147. nu.2. lib.4* Et ſolum † ſervanda
videtur illa juſtitia naturalis ne bona ſurripiantur, Pha-
nuc. *de invent. p.8. nu. 1. verſ. ſed quod bonè verum eſt,*
Card. Tuſc. *lit. I. concl.349. n. 46.* Et licèt Phanuc. id re-
128 linquat cogitandum, & jus † Canonicum ſimpliciter ap-
probaverit beneficium inventarii *cap. Rainaldus, ext. de*
129 *teſtam.* Nihilominus † ſubtilis ſolemnitas inventarii,
quæ requiritur de Jure civili non requiritur de Jure Ca-
130 nonico, Rut. *dec.629. p.1. diverſ.* Sacri † Canones ete-
nim ſimplicitatem, & veritatem amplectuntur rejecta
ſubtilitate juris, *c. Dilecti, de Jud. c.* Abb. *§ præfatos, verſ.*
& licet, de re jud. in 6, Hoſt. *in c. cum contingat n.4. & ſeqq*
de offic. Deleg. Lap. *alleg.50. n.9. verſ. nunc agere,* Ang. *conſ.*
98. n 2. Anchar. *conſ.79. ſubtiliter in princip.*
131 Quinimo etiam ubi ſervatur jus civile, quando hære-
ditas eſt certa, & non poteſt ulla tergiverſatione celari,
ceſſat ratio, & præſumptio legis ſuper ſubtractione, La-
derch. *conſ.25. n.20.* cum aliis cumulatis per Rotam *Flo-*
rentinam in cauſa Florentina inventarii 24. Septembris
132 *1640. coram Excellentiſs. D. meo de Petris*, quo † caſu
ceſſat etiam introductio inventarii, ubi conſtat de veri-
133 tate Fontanel. *dec.96. n.15. & ſeq.* quæ probatur † etiam
per inventarium Executoris, Cancer. *variar. reſol. l.3. c.*
2. de invent. n.130. ſaltem quòd alia bona non extent, &
per ſimplicem deſcriptionem, quæ ſufficit ad hunc effe-
ctum, Rota *Florentina in d. Florentina inventarii*, cum
134 aliis allegatis ſupra *n.60. & ſeq.* Et † deſcriptio facta ab
Uſufructuario prodeſt etiam proprietario, Caval. *dec.*
135 *310 n.7* Sicut † inventarium factum ab uno prodeſt al-
teri, Roian. *de invent. § quod ſi Hæres confecit, n.1. & ſeqq.*
p.4. Facchin. *contr. lib.6 c.31.* & alii quos refert. & ſequi-
tur Rota *Florentina in d. cauſa Florentina inventarii.*
136 Et merito, quia mens legis, quæ eſt, nè creditores, &
legatarii damnum ſentiant ob malignitatem hæredis,
Bart. *conſ.154. n.2. l. 1,* cum aliis allegatis ſupra *n. 59.*
137 Si per æquipollens contingi poteſt, ut adimpleatur, ma-
gis menti, quàm verbis inſerviendum eſt, Roman. *conſ.*
433 quod primum col.3. n.1. in fin. & n. ſeq. verſ. ſeptimo con-
ſidero, & ubi forma poteſt adimpleri per æquipollens per 138
quod id efficitur, quod erat neceſſarium ad ipſum, actum
ſatisfactum formæ dicitur, Alex. *conſ 2. Viſis l. 2.* præ-
ſertim quando cauſa eſt juſta, quàm Imperator, ipſe
non denegaſſet, ſi de eo fuiſſet interrogatus *DD. in Auth.*
hodie, C. de Jud. Pariſ. *conſ.33. n 33. lib.2.* Burſat. *conſ.*
121. n.9. l 1. Ubi quando æquipollens ſubauditur, forma 139
dicitur adimpleta, prout ex his, & aliis comprobavit
Rota *Florentina in d. cauſa Florentina inventarii mot. l.* 140
114. fol,316. Præterquam quod Decretum Judicis, pro
quo præſumitur, ſupplet defectum ſolemnitatum in in-
ventario, Bal. *conſ.147. n.2. l.4.* Caval. *dec.508. n.5.*
Et in Urbe, licet ex diſpoſitione *Statuti l.1. c.42.* ob- 141
ſervetur jus civile Romanorum, quod ibi ortum ad cæ-
teras defluxit nationes, nihilominus † requiſita neceſ- 142
ſaria in confectione inventarii in Curia Capitolina ſunt
ſolummodo Signum Crucis, citationes bannimenta, de-
cretum Judicis, deſcriptio bonorum, & ſubſcriptio No-
tariorum, Duran. *dec.387. in prima n.5.*
Et ſat eſt ad inventarii validitatem, quod citatio & ſo- 143
lemnitates ſint adhibitæ, quādo illud fuit inchoatum per
appoſitionem Signi Crucis, licèt poſtea fuerit proſecutum
ſine alia citatione, & ſubſcriptione. Mantic *dec.189 n.1.*
Sufficitque in confectione inventarii obſervare illas ſo- 144
lemnitates, quæ ſolent obſervari de ſtylo illius loci, in quo
illud conficitur, & ſic factum eſt validum, ut tradit Bald.
conſ.63. l.3. Honded. *conſ.53. n.5. l.1.* Eugen. *conſ.55. n.*
59. l.2. Montic. *de invent. §.3. videamus n.11.* Rota *Ge-*
nuen. dec.35. n.3. Sal. Tib. *in Prax. l.1. c.55 n.12.* Seraph.
dec.915. n.3. Rota *dec.629. p.1. diverſ. dec.310. nu 4. p.5.*
recent. Duran. *d. dec.387. in prima n.1.* ubi plures cumulat
auctoritates, qui † ſtylus ſufficit, ſi per decennium ſit in- 145
ductus, Rot. *d. dec.629. p.1. diverſ.* Boreil. *in Sum. dec.*
tit. de conſuet. n.141. Et redditur notorius ex inſpectione 146
aliorum inventariorum, Rot *Januen. dec.35. n.3.* Rota
d. dec.629. p.1. diverſ. Duran *d. dec.387 n.5.* Rota *Florent.*
in d. Cortonen. Inventarii, & ex atteſtationibus extraju- 147
dicialibus Notariorum, & Curialium, Bald. *conſ.63. l.3.*
& conſ.147. n.4. l 4. Rota *Januen. d. dec. n.3.* Cavaler. *d.*
dec.584. n 3. verſ. 2. fuit, & n.4.
Nec ſufficeret ex adverſo oſtendere plura alia Inven- 148
taria cum pluribus aliis ſolemnitatibus, niſi etiam pro
baretur inventaria ſine illis fuiſſe invalidata Cavaler *d.*
dec.584. n.5. verſ. aut Domini, quem noviſſimè ſecuta
eſt Rota *Floren. d. Cortonen. inventarii.*
Nec requiritur, quòd hujuſmodi ſtylus formiter pro- 149
betur, cum ad executionem hæredis, & excluſionem
doli, & fraudis, non requiratur, ut ille cum ſuis requi-
ſitis formiter ſit probatus, Bald. *d. conſ.147. n 3 l.4.* Rota
dec.629. in fin. p 1. diverſ. & in Romana de Maximis 10.
Decembris 1576. coram bon. me. Rubea, quam ſecuta eſt
Rota *dec.199. n.1. poſt conſ. Fariaac. l. 2.*
Quo autem ad validitatem proceſſus, & actorum ſa- 150
ctorum in aliquo Tribunali, in reſpicientibus ordinem,
attendendas eſſe Leges, Conſtitutiones, & ſtylum illius
Fori ambigendum non eſt Bart. *& DD. in l. cunctos Popu-*
los, C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. Alex. *conſ.164.*
n.8. l.6. ubi dicit Omnes ita tenere.
Cæterum, ſi diceretur, ad validitatem inventarii judi- 151
cialis non eſſe inſpiciendum ſtylum loci, in quo illud
eſt confectum, hoc eſſet, totam Civitatem litibus vexare,
& revangare Mundum, quod abſurdum eſt omninò vitā-
dum, Honded. *conſ.53 n.22. verſ. proat igitur l. 1.* Rot. *Ja-*
nuen. d. dec.35. n.3. Rota *Flor. in d. Cortonen. Inventarii.*

Motivum.

Inventarium confectum per olim D. Antonium Ma- 152
riam de Hæreditate olim D Franciſci, cenſuimus debere
ſuſtineri, & ſuffragari Dominæ Eliſabethæ Hæredi dict.
Domini Antonii Mariæ Hæredis beneficiati ejuſdem
Domini Franciſci, & ſucceſſivè retulimus Dominis Prio-
ribus, à quibus nobis fuit cauſa ad referendum commiſ-
ſa, dictam D. Eliſabeth, dicto nomine, non teneri er-
ga Dominum Roſadum, niſi quatenus ſuperant vires
Hæreditariæ dicti Domini Franciſci.
Moti autem fuimus ad ſic referendum rationibus in-
fraſcriptis, quæ adducuntur in reſpondendo objectis pro
invaliditate dicti inventarii.

Non-

Digitized by Google

153 Non obſtat igitur in primis ſtatutum diſponens, quod
beneficium Inventarii à jure communi inductum non va-
leat, quia idem Statutum in fine excipit Clericos, & Re-
ligioſos, & circa hos ſancit ſervari debere, quod diſponit
jus commune, nè quis teneatur ultra vires hæres hæredita-
tis, concedit hæreditates poſſe adiri cum beneficio legis;
& inventarii *l fin & ibi D D C. de jure delib.* & confectio
154 † Inventarii conſervat hæredi omnia jura, perinde ac ſi
ipſe hæreditatem non adiviſſet, Gloſs. *& DD in d. l. fin. §.*
155 *& ſi præfatam* unde † hæreditas tali caſu dicitur jacens,
Gratian. *diſcept. forenſ. c 998 n* 2 Menoch *conſ.* 203 *n* 27.
& ſeqq Sord *conſ.* 143. *n* 40 Rot *dec.* 331. *n.* 1 *d verſ p* 5.
Ergo dictus Dominus Antonius Maria, qui adivit hære-
ditatem d. Domini Franciſci cum d. Beneficio, & modo d.
Eliſabeth, quæ cum repræſentat, non tenetur ultra vires
hæreditarias.

156 Quod autem idem Dominus Antonius Maria, de tem-
pore dictæ aditæ hæreditatis cum dicto beneficio, eſſet Cle-
ricus patet ex literis teſtimonialibus, ſivè dimiſſorialibus
ejus Epiſcopus, ſigno authentico munitis, in Proceſſu
productis in quibus d Epiſcopus atteſtatur ſe contuliſſe pri-
mam Tonſuram d D. Antonio Mariæ, quomodo proba-
ri Clericatum, tradit. Abb *in c.* 1. *n* 3. *de Cleric peregrin.*
Felyn. *in c poſt ceſſionem n* 3 *&* 15 *de probat* Maſcard *de pro-
bat. concl* 305. *n* 1. Grammat *dec* 81. *n* 1 ac alii latè con-
geſti per Carolum de Graſs. *in tract. de effect Cleric in præ-
lud n* 197. *& pluribus ſequentibus.*

157 Non obſtat non fuiſſe edoctum, quod idem D. Antonius
Maria habere requiſita à Concilio Tridentino ad effectum,
ut poſſet gaudere Privilegiis Clericalibus, quia præter quàm
quod Statutum prædictum auferens beneficium Inventarii,
tàmquam corrigens jus commune debet ſtrictiſſimè inter-
pretari, ut minus illud corrigat, quàm fieri poſſit, *l ſi quan-*
158 *do, C de inoff teſtam.* & è contra † exceptio facta ab eodem
Statuto de Clericis, ut eos reducens ad jus commune,
debet latiſſimè interpretari Rota *conſ.* 318 *num* 5 *& ibi*
159 Mandoſ *in verbo intelligenda*, ad effectum † prædictum
ſufficit, quod edoctum fuerit, prout, factum fuit per di-
ctas literas de qualitate requiſita à Statuto, & ſic de ſimplici
160 clericatu, tantò magis, quia † in ſuper edoctum fuit in
Proceſſu, aliàs ſententiatum fuiſſe per eundem Epiſcopum,
dictum Dominum Antonium Mariam, tamquàm Cleri-
cum debere gaudere Privilegiis Clericatus, unde cum ipſe
eſſet in hac quaſi poſſeſſione Clericatus ſequitur, quod
licet ipſa per ſe non probet Clericatum, transferat nihilo-
minus onus probandi contrarium in contradicentem, Ma-
ſcard. *de probat. concluſ.* 120 *n* 6. *&* 12 Carol. *in d. prælud.*
161 *n.* 226. Gramatt. *d dec.* 81. *n* 16. † ubi quod ſola poſſeſſio
clericatus ſufficit quoad fori privilegium.

162 Non refert non apparere, quod Creditores hæreditatis
fuerint citati pro certa die ad intereſſendum confectioni di-
cti Inventarii, & quod propterea ex juſta omiſſione, cer-
tæ diei reddatur dictum Inventarium invalidum, ad trad.
per Phanuc *de Invent q.* 340 *n.* 18 *per* Montic *d. tract q.*
230 *n* 15 *& ſeq & per* Theſaur. *eodem tract.* 277. *n* 22.

163 Quia multifariam huic objecto reſpondetur. Et in pri-
mis de iſta omiſſione concludenter apparere, & tamen il-
lam allegans plenè probare tenebatur tanquàm ſuæ intentio-
nis fundamentum, etiam quod conſiſtat in negativa, Af-
flic. *dec* 377. *n.* 7 Rot *dec* 295 *n* 7 Buratt. *dec* 10. *n* 5. nam
164 cum citatio facta fuerit cum cedulis, quæ fuerunt relaxatæ in
manibus citatorum, prout conſtat ex relatione Nuncii pro
qua præſumitur, & cui in hoc tamquàm in re ad ejus offi-
cium pertinente donec contrarium non probetur, ſtandum
eſt, Put. *dec* 187 *n.* 1 *l.* 3. Lodoviſ. *dec.* 426. *n* 2 Buratt *dec.*
165 191 *n* 5 & ipſæ cedulæ non ſint regiſtratæ in Proceſſu,
non poteſt dici, quod plenè appareat de dicta omiſſione,
& ſucceſſivè, quod pars adverſa ſuam intentionem conclu-
denter probaverit, ut facere tenebatur, ad *l neq Natales
C de probat.*

166 Imò cum conſtet citationem fuiſſe commiſſam per Judi-
cem die 29. Septembris Nuncio, qui retulit ſub die 26 ci-
taſſe, & Judex interpoſuerit Decretum die 27 Imme-
diatè ſequente, ſequitur quod ritè proceſſerit in fa-
ciendo Decreto in illa die, in qua cadebat citatio & ex
contumacia citatorum accuſata per Dominum Antonium
Mariam poſt citationis relationem, ſatis probabilis cogni-
tio elicitur in Cedulis citationis, benè fuiſſe per Notarium,
quis eas conſcripſit, appoſitam diem certam, in qua citati
debebant comparere, aliàs non potuiſſet Citatorum contu-
macia accuſari, & præſumendum eſt, quod non fuiſſet
accuſata per d Dominum Antonium Mariam in cauſis per-
tractandis, ac in judiciis Verſatiſſimum. & malè Judex in-
terpoſuiſſet Decretum, quod ſimiliter non eſt præſumen-
dum.

Cùm igitur appareat de citatione præſumitur, Nun- 167
cium eam feciſſe cum omnibus requiſitis, quæ ſunt de ſub-
ſtantia citationis, tanto magis, quia poſt citationis relatio-
nem Judex interpoſuit Decretum, quod facit præſumere
omnia ſolemniter geſta, & ſic quod in Cedulis relaxatis ad-
fuerit dies certa, in qua citati debeant comparere, cum
omnis præſumptio ſtet, quoad ſolemnitatem requiſitam,
pro validitate Decreti, Gloſ *in l.* 1. *C. de fid inſtrument l.* 10.
Gabr *in ſuâ concluſ tit. de ſentent concl.* 5 *n* 5 Caval. 1. *dec.*
339. *n.* 6.

Sed quatenus etiam concludenter conſtitiſſet, in dictis 168
cedulis non fuiſſe appoſitam diem, in qua citati debebant
comparere ad videndum confici Inventarium, adhùc ta-
men illud ex hoc non redderetur invalidum ea ſcilicet ratio-
ne, quia citatio ſi in ea non eſt appoſita certa dies, in qua
Citatus debet comparere, debet intelligi, pro prima die
juridica immediatè ſequenti, Boer. *dec* 235 *n* 2 *&* 3. Man-
tic *dec* 8 *n.* 2 *&* 3. *& dec* 155 *n.* 2. Put *dec* 212. *l* 2. Seraph.
dec 837 *n.* 23 Rot *dec* 486 *n* 7. *in fin recent p* 2. *& dec.* 311.
n 3. *diverſ p* 1.

Nec faceſſunt negotium tradita per Caſtren *in conſ* 264. 169
l 2. *ubi n* 3 diſtinguendo dicit, quod, aut quis citatur ad
actum per Judicem expediendum, ut puta ad ſententiam,
& quod tunc citatio debet continere diem certam, & quod
aliàs non valet, per l *aut qui aliter.* § 1. *ff quod vi, aut clam*
&c Aut quod quia citatur ad actum expediendum per ipſum
Citatum, ut ad reſpondendum petitioni, vel articulis, &
quod tunc valet citatio etiam ſine die certa, qui cenſetur,
quod citatur debeat comparere quàmprimum, intra pau-
cos tamen dies. Nam hujuſmodi diſtinctio communiter re-
probatur, & in contrarium tenent Franc Aret. & Alex.
in l liber homo 118 *§. decem n* 4 *ff de verb obligat* Boer *dec.*
235 *n* 2. *&* 3 *&* Vant *de null ex defec citat. n* 71. ubi † 170
quod citatio ſine termino valet, & tacitè intelligitur de con-
gruo tempore, ut citatus veniat quàm citò fieri poterit, 171
Imò citatio facta pro ſingulis diebus, & horis ſuſtinetur,
ſaltem per paucos dies, Rot *dec.* 311. *num.* 3. *diverſ p* 1.
Adden. ad Ludoviſ. *dec* 71 *n.* 6. imò ſuſtinetur pro toto ter-
mino probatorio, Rota *dec.* 393 *n* 6. *recent p.* 1. Adden ad
Ludoviſ. *d dec.* 71. *n.* 6 Cæſar. de Graſſ. *de ſent. & re judic.
dec* 9. *n* 6.

Additur quod ſi benè conſideratur prædicta *Caſtren.* di- 172
ſtinctio, malè ſuſtinetur, etiam in primo capite, & ſi
enim ſententia ſit actus, qui per Judicem expeditur, pars
attamen concurrit ad ejus expeditionem, inſtando eam fer-
ri, quia Judex eam non fertet, niſi pars pro ea inſta-
ret, cum Judex non impartiatur officium ſuum, niſi pe-
tenti.

Quod ſpectat ad aliam invaliditatem dicti Inventarii 173
prætenſam per dictum D Roſadum, eo quod in eo nòn ad-
fuerint Teſtes, & ſe in eo non ſubſcripſerint: quod attinet ad
ſubſcriptionem fuit dictum, quod cum dictum Inventarium
factum fuerit apud acta, ut infra demonſtrabitur, & cum
decreto Judicis ſuſtinetur propter calorem judicii, ſine
ſubſcriptione teſtium, & partium, ita in terminis tradit
Bald *conſil* 147 *n* 2. *& ſeq l* 4 quem refert, & ſequitur
Rolan. *d tract de invent q.* 117 *&* 118. *&* Rota apud Seraph.
dec. 371. *n* 2.

Quod autem fuerit factum apud acta, præterquam quod 174
de hoc adeſt atteſtatio Notarii, apparet, quia prædictus
D. Antonius Maria hæres comparuit (*ſic ibi in Inventario
legitur*) coram D. Vicario pro Tribunali ſedente, qui Do-
minus Vicarius, ſedens decretum interpoſuit, Nam ver-
bum *ſedens*, ex ſui natura importat præſentiam, & eam
probat, Ludoviſ. *dec.* 484 *num* 1 Decreta enim non ſolent,
nec poſſunt interponi per abſentes, unde ex eorum inter-
poſitione neceſſario arguitur præſentia, Menoch *præſump.*
18 / 6 Ludoviſ *d dec* 484 *n* 2.

Quo verò ad non interventum teſtium in eodem In- 175
ſtrumento, omiſſo quod poſſet dubitari, quod cum fa-
ctum fuerit apud acta, defectus dictorum teſtium illud

Digitized by Google

non vitiet propter calorem Iudicii, in quo loco adeſt item per multitudo perſonarum, & copia teſtium, quia ſuper hoc Domini noluerunt figere pedes, ſed exiſtimaverunt dictum Inventarium, ob d. defectum oppoſitum non debere vitiari. eo quod fuit factum iuxta ſtylum illius Curiæ Epiſcopalis Cortonen. Nam pro D. Eliſabeth, fuerunt producta ſex alia Inventaria confecta apud acta in eadem Curia, in quibus Inventariis pariter non interfuerunt ulli Teſtes, nam, nè plurimi actus ſimilis modo facti irritentur, ſuſtinetur actus, qui alias non valeret, Seraph dec 857. n 26. Rota dec. 303 n.4. rec. part. 2. in terminis Inventarii, Crot conſ 173. n. 11. lib 2. Honded. conſ. 53. num 21. & 22. lib. 1 ubi quod conſuetudo quantumuis iniuſta, iniqua & irrationalis excuſationem præſtat à pæna, pulchrè Rot. Genuen dec. 35. ſub n 1 ubi quod ſæpè iudicatum fuit quod inventarium factum ſecundum mores loci valeat, etiam quod non fuerit in eius confectione ſervata forma, l. fin C. de jur delib nam debet tolli occaſio litium, Ludoviſ. dec 63. n 15. & ſi aliter fieret, eſſet mundum revangari, ut ad hanc rem dicit Rota Genueſ. d dec 35. n 3. Honded. d. conſ. 53. ſub num 22 in fin. ſequitur Gratian d. c 998. num. 19. ubi quod debet ſervari ſtylus in materia inventarii, ut dicatur validum & attento ſtylo prædicto, diximus prædictum inventarium non reddi invalidum ob defectum dictorum teſtium.

177 Imò, ſi oſtenſum fuiſſet, alia inventaria confecta fuiſſe in d. Curia cum ſolemnitatibus quæ non ſunt in prædicto non ſuffeciſſet, niſi etiam demonſtratum fuiſſet, inventaria confecta ſine dictis ſolemnitatibus fuiſse declarata nulla, in terminis, Cavaler dec 184.

178 Non refert, quod decretum iudicis non fuerit interpoſitum poſt perfectum inventarium, ſed in principio, quia poteſt validè interponi, tàm in principio, quàm poſt illud perfectum, & huiuſmodi præpoſteratio non vitiat actum inventarii, Rot d. dec 331. num 7. & 8. diverſ. part 5 ubi quod ſufficit ſemel fuiſſe interpoſitum, quia trahit ſecum beneficium inventarii, alias ſequeretur, quod poſt quamlibet additionem, quæ accideret fieri inventario, ſemper deberet de novo interponi aliud decretum, prout conſiderat Rot. d dec num 14. ubi citat Valaſc. conſult. 52 n 24.

179 Et circa ſubſcriptionem hæredis, quæ debet eſſe poſt conſummatum inventarium, dicitur, quod cum illud ſit factum apud acta. & cum decreto iudicis non eſt neceſſaria Gratian diſcept foren c 998 num 15 Alca conſ 512. num 4 lib. 5 Grave: conſ 52 Bald d conſ 145 quem refert, & ſequitur, Rota d dec 331. num 17. ubi alios citat concordantes.

180 Allegata deciſ 72. diverſ part 2 non poteſt applicari caſui noſtro, quia inventarium de quo ibi, non erat factum coram Iudice; prout prædictum, ſed ſolum coram Notario, ut ibi num 32 Item in nulla facta fuerat deſcriptio nominum Debitorum, & Creditorum, ut ibi num 33 & in noſtro adeſt huiuſmodi deſcriptio, Item non aderat ſubſcriptio Hæredis, prout in Prædicto: & quod

181 magis refert † in caſu dictæ dec non ſolum non fuerat oſtenſum inventarium, de quo ibi agitur, fuiſſe factum iuxta conſuetudinem loci, imò fuerat demonſtratum alia inventaria confecta diverſo modo, ut ibi num 30. in noſtro autem caſu ut ſupra dictum eſt, prædictum inventarium fuit confectum iuxta ſtylum Curiæ Epiſcopalis Cortonæ, & fuit demonſtratum, ſex alia inventaria facta eſſe ſimiliter in eadem Curia ſine ſubſcriptione, & interventu Teſtium.

182 Pro ſuſtentatione eiuſdem Inventarii fuit etiam conſideratum, prædictum Dominum Roſadum, qui illud impugnavit, exegiſſe à d. Domino Antonio Maria Hærede poſt inventarium confectum ſcutos centum ad computum eius dotis, unde reſultat, quod per huiuſmodi exactionem dictum inventarium approbaverit, & quod modo illud non poſſit impugnare, Gratian. d. c 998. n. 21. ubi alios allegat, ſtante quod d. D. Roſadus habuit ſcientiam dicti inventarii, cum ante illud fuerit citatus.

183 Tandem liberius ad declarationem validitatis dicti inventarii devenimus, quia nullus fumus datus fuit doli commiſſi in eius confectione à d. Domino Antonio Maria Hærede, cuius ætas deſcripta, & optimæ qualitates poſſunt elidere omnem ſuſpicionem doli, qui tamen in ſimili actu apertiſſimis conjecturis probari debet, pulchrè Honded. d. conſ. 53 n 16. ſicuti è contra † adeſt præſumptio contra dictum Dominum Roſadum, quod foverit malam cauſam 184
eo, quod diſtulerit impugnare dictum inventarium poſt decem annos, & poſt mortem prædicti Domini Antonii Mariæ, qui poterat eſſe magis inſtructus de ejus confectione, & de rebus pertinentibus ad illud, quàm ſi dicta D. Eliſabeth ejus Hæres, ad trad per Menoc. præſumpt 91. num. 2. & 4 lib 2.

Ambas partes ab expenſis Iudicii abſolvimus, ob Iuris articulos, qui interfuerunt in hac cauſa, prout eſſe faciendum, docent DD. in l. properandum, §. ſive autem alterutra, Cod de iud & in leg. cum quem temerè, ff. eodem tit. 185

Et ita &c.

In omnem autem eventum; quod ceſſat dolus, competit reſtitutio in integrum ad inventarium omiſſum conficiendum, quæ reſtitutio datur etiam Majori ex juſta cauſa, § extraneis, Inſtit de Hæred. qualit & differ. Maurit. de reſt. in integ. c. 130. in fin Add. ad Capel Toloſ dec 55 ver. add. quod major Odd. de reſt. in integ. q 89. art. 7 n. 62 & ſeq. Reb. de reſt. Gloſ. 5. ar 1 n 33 ubi dicit ſe vidiſſe de facto, cum aliis cumulatis per Gratian diſcept. 707. n. 29 ubi de veriori opinione teſtatur, & multo magis ad inventarium 186
† non ritè factum ſupplendum, quo caſu lex non poteſt dici omninò contempta, Franc dec. 229. cum aliis adductis per eundem Gratian d diſcept 797 n. 16. & num 23. ſeu potius ad novum inventarium conficiendum, prout conceſſit Rota Florent in cauſa Piſana reſtitutionis in integrum 16. Feb 1641. coram Excel. D. Accarſio Mot lib 115 fol 103 187

Quod quidem reſtitutionis beneficium eſt tranſmiſſibile, & datur etiam hæredi hæredis, non ſolum ff de reſt. in integ. Grau conſ 17. nu 2 verſ ſed iſta Phanuc de inu. par 2. n 36. verſ item quod ius, Gozz. conſ 68 n 12 Cald de Reſt in integ. in verbo minorib n. 43 verſ. prædicta, ubi id comprobat, tàm in hæredibus minorum, quàm maiorum, Odd. de reſt in integ q 50 art 1. num 3 Franc l dec 229 n 7. 188

Iuſta verò cauſa reſtitutionis in integrum eſt læſio, c. 1. ubi Abb n 2. de reſt in integr. l nam & poſt ea ſi minor, ff. de tut iur. Bald. in l Emil in 3 lect num. 2. ff. de minor Odd. de reſt in integ q. 89 n. 53 & 58. & n 61. Franc. d. dec. 229. n 7. 189
dummodo † in maiore in hoc caſu concurrat aliqua probabilis ignorantia, veluti ſi poſt aditam hæreditatem ingens æs alienum eſſet detectum, quod hæres ſcire non potuit, nam tunc adeſt iuſta cauſa reſtitutionis in integrum, Maurit. de reſtit in integr. c. 130 in fi verſ in quam ſententiam, Gratian. diſcept 656 n. 12 & d diſcept 797. n 24. 190

Vel ſi adſit error facti alieni de quo hæres non habuit notitiam qui ob id præbet iuſtam cauſam reſtitutionis in integrum, l error ff de jur & fact. ign. Odd de reſt in integ quæſt. 13 art. 9 n 54 & ſeq Rota Florentina in cauſa Florentina conſervationis indemnitatis de Torrigianis 13 Octobris 1638. coram Eccell D. Centurino, Mot lib. 113 fol 141. & ſeq. 191

Vel error communis aliorum, qui facit ius ad l Barbarius, ubi DD ff. de offic. Præfec Vig. prout in terminis inventarii latè comprobavit Rota Florentina, in dicta Florentina conſervationis indemnitatis. 192

Vel error juris valde dubii, & perplexi, & ignorantia æquiparatur ignorantiæ facti, Cavaler. dec 81 n. 2. & præbet cauſam iuſtam reſtitutionis in integrum, latè Rota Florentina in dicta Florentina de Torrigianis, & noviſſime in d. Piſana. 193

Motivum.

Retulimus, concedendam eſſe D. Franc Mariæ reſtitutionem in integrum ad conficiendum novum inventarium paternæ hæreditatis, & obtinendum beneficia ex illo provenientia, non obſtantibus in contrarium adductis.

Dari enim hanc reſtitutionem minoribus læſis, nemo revocavit in dubium, Cyn in l ſcimus, C de jur delib. Bald in l denique, ff de minor Phanucc de invent part 2. n. 24 Odd de reſt in integr q 89 art 7 Gratian diſcept c 66. Et eandem competere etiam majoribus ex clauſula generali, ſi qua mihi juſta cauſa &c. concedunt pariter communiori calculo Doctores, ut per Maurit de reſt integ c 130. Odd. d q 89 art 7 num 52. Balthal. Thomaſ. in Decad tractat. 7 de invent tit 24. n 2. & latè probat, Grat dec c 656 n 7. reprobatis Guid. Pap. dec. 437. n 4, & Cald. in l ſi Curatorem, in verbis læſis, n. 24 ad fi. C de reſt. in integ qui contrarium tenuerunt.

Quia

Digitized by Google

195 Quia verò duo erant probanda per D.Franciſcum Mariam, hoc læſio, & juſta cauſa; Læſionem ſatis probatam vidimus ex cõfeſſione creditorum adverſariorum in petitione per eos porrecta, coram ſupremo Magiſtratu die 4 Jan.1638. In qua narrarunt Petrum Andream, Patrem Domini Actoris, multo ære alieno fuiſſe gravatum, excedente vires Patrimonii ſui, ita ut Creditores coacti fuerint, ne totum perderent, cõcordare cum eo, & acquieſcere promiſſioni ſolidorum decem pro qualibet libra, paucis menſibus poſt concordiam dict. Petrum Andream deceſſiſſe ſoluta modica ſumma cõcordatę quantitatis. Hinc ergo erat in confeſſo decoctio d. cti Petri Andreę, quę non permiſit dubitare de lęſione Filii in acceptanda ſimpliciter ejus Hæreditate, cum ad hunc effectum læſio conſtat in gravi ære alieno, quo Hæreditas involvatur, Franc. Marc. *dec.* 302. *n.* 2. Guid. Pap. *dec.* 42. Odd *d.q.* 89. *n.* 58. Men. *conſ.* 1094. *n.* 30. Surd. *conſ.* 95. *n.* 9. *& ſeq.* Grat *diſcep. c.* 767. *n.* 55. & 52. Barr. *dec.* 64. *n.* 61. Rot. *Ro. div. dec.* 107. *n.* 10

196 Juſta cauſa, ſine qua Major fruſtra implorat reſtitutionis auxilium, *l.* 1. *ff.* ex *quibus cauſ. Major.* viſa fuit Nobis legitima ignorantia D. Franciſci Mariæ deducta ex negotii ſerie, quæ talis eſt.

197 Mortuo Anno 1614. D.Petro Andrea relicto hujuſmodi Filio infante, D.Iſabella ejus Mater & Tutrix, nolens eum teneri ultra vires ad paterna debita, adivit ejus nomine Hæreditatem Patris, & illius confecit inventarium nullis ſervatis ſolemnitatibus Juris communis, cui in hoc per Statutum derogatur: Sub fide hujus inventarii vixit ſemper D. Franciſcus Maria, etiam factus major, donec Anno 1638. à Creditoribus paternis in Jus vocatus, & cauſa ad referendum commiſſa, emanavit relatio, & Decretum deſtructivum dict. inventarii, ob non ſervatas ſolemnitates in illius confectione, & in motivo dictum fuit non ſuffragari remiſſionem factam ex Statuto, quia illud loqueretur de Hærede inventarium conficiente, & ad illud verba dirigeret, & iden non poſſet habere locum in Hærede pupillo, qui medio Tutore adit, & facit inventarium, non per ſe ipſum.

198 Quod quidem Decretum viſum nobis eſt, declarare articulum juris hactenus nunquàm declaratum, adeo dubium, ut ignorantia iſtius intellectus ſtatutarii equiparari poſſit ignorantiæ facti, ob perplexitatem, & ſufficere debet ad obtinendum reſtitutionem, Odd. *de reſt. q.* 8. *art.* 8. *n.* 41. Burat. *dec.* 899. *n.* 6. Rot. *recent. part.* 2. *dec.* 268. *n.* 3. *& dec.* 603. *n.* 14 *& diverſ. part.* 6. *dec.* 159. *n.* 9. *& dec* 287.

199 *n* 14. *& dec.* 360. *n.* 11. Imò adeò † non dubitavimus de difficultate Articuli, ut potius dubitaverimus de veritate ſupradicti intellectus, & res fuiſſet integra, & nobis demandata hæc provincia, fuiſſet Sententia noſtra in contrariam partem facile inclinatura. Licet enim Statutum de Hærede loquatur, ſatis dicitur fieri per pupillum Hæredem, quod fit à Tutore ejus perſonam repreſentante, *arg. l. Tutorem,* 22. *ff. de his quibus ut indig. l. adverſus.* 30. *§. Tutores, ff. de inoff. teſt. & §. ſi Tutor. Inſtit. eod. tit.*

200 Et in terminis hoc Jure communi deciſum habemus, à quo Statuta quamvis correctoria recipiunt interpretationem. Rolan. *conſ.* 80. *n.* 27. *lib.* 4. Honded. *conſ.* 2. *n.* 33. *l.* 2. Magon. *dec. Lucen.* 22. Rot. *div p.* 5. *dec.* 178. *n.* 1.

201 Nam & *Juſtinianus in l ult. C. de jur. delib* conceſſit † nominatim Hęredi facultatem eximendi ſeſe à periculis Hæreditariis, conficiendo inventarium & quidem per verba præciſa; ibi, *omni tamen modo inventarium ab ipſo conficiatur,* ponderando pronomen, *ipſe,* quod eſt perſonaliſſimum Barboſ. *dict.* 56. *n.* 3. *&* 4. Gratian. *cap.* 104. *n.* 53. Rot. *div. p.* 5. *dec.* 36. *n.* 3.

202 Et tamen communiter receptum eſt inventarium poſſe per procuratorem ſpecialem confici, Salic. *in d. l. ult. nu.* 12. Phanucc. *de invent. p* 3. *n* 69. Bero. *q.* 64. *n.* 2. Et

203 † confectum à Tutore nomine pupilli ei ſuffragari Par. *conſ.* 25. *n.* 44. *l.* 1. Borgon. *de Tut. & Cur. n.* 67.

204 Non † videtur ergo diverſimodè intelligendum Statutum de eadem materia diſponens, maximè quia admiſſo alio intellectu, ſequeretur abſurdum quod pupillus miſeratione dignus, & cui ſemper Jura favent, eſſe deterioris conditionis Majore, ſeu Adulto.

205 Hæc tamen dicta ſint obiter, & extra munus noſtræ relationis, & quicquid de veritate, ſufficit nobis D. Franciſcum Mariam legitimè potuiſſe ignorare dicti Statuti intellectum, & meruiſſe reſtitutionem in integrum, poſtquam illum ſcivit.

Non obſtat aliquis temporis lapſus, quia quadriennium, 206
aſſignatum petendę reſtitutionis in integrum non currit niſi à die ſcientię, *l. ſupervacuam, C. de temp. reſt. in integ.* Odd. *q.* 20. *ar.* 4. *n* 37 & D. Franciſcus Maria fuit ſemper in juſtis tenebris ignorantiæ, donec ſupradictum Decretum oculos ejus adaperuit, à quo nec annus præteriit.

Non obſtat etiam prætenſa illius ſcientia multo ante 207
deducta eo quod pendente prima Lite dixerit oretenus, ſe aliud Inventarium confeciſſe, hinc juſſus fuerit à Magiſtratu exhibere dictum à ſe compoſitum Inventarium, licet nunquam exibuerit, ex qua repetita confectione videbatur inferi, ei innotuiſſe invaliditatem primi actus.

Quia aſſertum ſecũdum inventarium nullibi apparuit, & confeſſio allegata pariter nullibi legitur, unde tãquam dubia non faciat aliquem probationis gradum *DD. in l. unica, C. de confeſſ.* Giav. *conſ.* 147. *n* 9. *&* 10. Grot. *conſ.* 6 *t. nu.* 14. Burart. *dec.* 183. *nu.* 19. Rot. *recent. p* 1. *dec.* 444. *nu.* 8.

Præceptum Magiſtratus de d. Inventario exhibendo 208
fundatur expreſſe in aſſerta confeſſione ab eo oretenus facta, quæ potuit forſan eſſe qualificata, & dum non apparet, non poteſt attendi, immò verba dicti præcepti optime poſſunt convenire inventario Materno, ſunt enim iſta. Deva haver prodotto l'inventario, che aſſeriſce haver lui fatto dell'Heredità paterna nell'adirla con tal beneficio. Quod enim fecerat Mater nomine ipſius, potuit dici factum ab eo vulg. *l* 1. *§. deieciſſe, ff. de vi, & vi*

arm. dum ergo † hæc confeſſio non extat, & ſub nube 209
colligenda eſt, debet ad commodum Confitentis intelligi, Caputaq. *dec.* 189. *p* 1. Menoch. *conſ.* 929. *nu.* 27. Rot. *rec. p.* 2. *dec* 633. *n.* 7. Adden ad Buratt. *dec.* 443. *n.* 5.

Tandem non obſtat, D. Franciſcum Mariam alienaſ- 210
ſe quædam mobilia ex paternis ſubſtantiis deſcriptis in inventario Materno, & ideo re non integra ceſſate remedium reſtitutionis, Gratian *c* 767. *n* 45. *&* 46.

Quia cum hoc fecerit citra dolum, vel fraudem exiſti- 211
mans ſe tutum ex inventario antea facto, debuit etiam ab alienatione bona fide ſecuta excuſari, & admitti ad novum inventarium, & reddita Creditoribus ratione alienatorum, ut deciſum fuit in cauſa, ſuper qua Grat. ſcripſerat, ut idemmet teſtatur *d. n.* 46.

Et contraria per Gratianum adducta de re non integra, 212
poſſent procedere, ubi Minor perita, ſeu obtenta reſtitutione, tenetur Adverſario aliqua præciſè relaxare tunc enim adempta per alienationem relaxandi facultate, ceſſare debet reſtitutio, ne ſequeretur in damnũ Adverſarii. At in caſu noſtro res alienatę adhuc ſuturę eſſent Domi-

ni Franciſci Mariæ poſt inventarium, quod non facit † 213
quominus Hęres ſit verè dominus, Ro. *div. p.* 5. *de.* 304 *n.* 2 & in arbitrio illius eſt ex rebus, vel ex rerũ pretio Creditoribus ſatiſfacere, unde ex ſecuta diſtractione non poteſt ad hunc effectũ dici res non integra nec aliquod ſentiunt Creditores damnum, reddita ei ratione valoris, & pretii.

Ex his ergo &c.

SUMMARIUM.

De Poſitionibus. Cap. X.

1 *Qui non poteſt probare per ſcripturas, poteſt cogere Adverſarium ad reſpondendum poſitionibus.*
2 *Poſitiones producuntur excipiendo ſimpliciter, & etiam citata parte.*
3 *Productio poſitionum, quæ fit excipiendo ſimpliciter, & ejus formula.*
4 *Productio poſitionum, quæ fit parte citata, & ejus formula.*
5 *Citatio ad dicendum contra articulos, & ejus formula, & proceſſus.*
6 *Poſitiones, ſeu articuli, & earum formula.*
7 *Monitorium ad reſpondendum poſitionibus, & ejus formula & reproductio, & quid contra illud opponi poſſit.*
8 *Citatio ad reſpondendum poſitionibus, & earum formula, & proceſſus.*
9 *Reſponſio, quæ fit poſitionibus, ſcribitur in actis ab actuario, & quomodo.*
10 *Partitum litis deciſivum, quando fieri ſoleat.*
11 *Citatio ad videndum ſibi fieri partitum litis deciſivum, & ejus formula, & proceſſus.*
12 *Partitum litis deciſivum, & ejus Formula.*

13 *Parte non jurante juxta formam partiti ſibi facti, aut quid relevans non deducente, jurat qui partitum fecit, & quomodo.*

14 *Brevis dilatio ad jurandũ ſuper partito obtineri poteſt.*

15 *Proteſtatio ad obtinendam dilationem ad jurandum ſuper partito, & ejus formula.*

16 *Poſitiones parte petente ſunt producendæ medio juramento tactis, &c.* & n. 21.

17 *Iuramentum credelitatis, aut calumnia parte non petente, poteſt tacitè omitti.*

18 *Petere poſitiones, jurari veras, eſt valde utile, & quare* & n. 13.

19 *Poſitiones medio juramento tactis, &c. producens fatetur in ejus contenta, nec poteſt hanc judicialem confeſſionem revocare.*

20 *Parte non petente poſitiones jurari veras, & illis reſpondente, reſponſio valet.*

21 *Si pars non petit poſitiones jurari veras, & Iudex illas pronunciat pro confeſſatis, valet pronuncia, & quare* & num. 16.

22 *Vbi militat ratio, idem jus ſtatui debet.*

23 *Poſitiones jurari veras concerni particulare intereſſe, & ob id dictum juramentum poteſt tacitè omitti.*

24 *Poſitiones fateri, & illas pronunciari pro confeſſatis, paria ſunt.*

25 *Paria ſunt eſſe tale, & haberi pro tali.*

26 *Iuramento Calumniæ, aut veritatis non præſtito Proceſſus eſt nullus.*

27 *Juramento Calumniæ, aut veritatis tacitè omiſſo Sententia eſt valida.*

28 **Mandatum Procuræ eſſe minus legitimum, & jura non eſſe in forma probanti ſi non fuit oppoſitum, Sententia eſt valida.**

29 *Stante Statuto, quod Poſitiones dentur medio juramento, non poteſt hujuſmodi juramentum omitti etiam tacitè, niſi Pars habeat de omiſſione notitiam, & tamen non apponat.*

30 *Poſitionibus reſpondendum eſt medio juramento tactis, &c.*

31 *Poſitionibus reſpondendum eſt per verbum, credit vel non credit.*

32 *Reſponſio facta poſitionibus per verbum, credo, vel exiſtimo præjudicat, ac facta per verbum veritatis.*

33 *Reſpondens Poſitionibus per verbum, credo, ſi convincatur de mendacio, eſt perjurus.*

34 *Contra reſpondentem Poſitionibus convictum de mendacio, & ſic perjurum, poteſt jurari in litem.*

35 *Perjurus in reſpondendo poſitionibus ſubjacet diverſis pœnis, non tamen punitur criminaliter.*

36 *Perjurus in reſpondendo Poſitionibus poteſt puniri criminaliter, quando ex propria confeſſione eſt de perjurio convictus.*

37 *Negans Poſition. veras in facto alieno perjurus non efficitur niſi certificatus perſiſtat in negat. vel tenentur, vel præſumatur illud ſcire.*

38 *Cauſa quælibet rationali à perjurio excuſat.*

39 *Semel reſpondens ſufficienter Poſitionibus non tenetur iterum reſpondere, niſi poſitio contineat plura copulativè vel judici aliud videatur.*

40 *Poteſt quis hodie credere unum, & cras aliud abſque incurſu perjurii, in facto alieno, ſecus in facto proprio.*

41 *Poſitionibus reſpondendum ſingulariter ſingulis purè, & ſimpliciter.*

42 *Reſponſio, ſi mutuaſti reſtitui, admit. de jure ſecus ex diſpoſitione decisoria Statuti Vrbis.*

43 *Poſitione in parte non vera exiſtente, admittitur reſponſio, non credit, ut ponitur.*

44 *Poſitioni veræ, ſed injuſtæ, poteſt reſponderi, non credit ad effectum, ad quem ponitur, ex praxi.*

45 *Reſponſio non credit, ut ponitur, ad effectum ad quem ponitur, non admittitur, ſed benè admittitur reſponſio, non credit, ut ponitur, nec ad effectum, ad quem ponitur.*

46 *Reſponderi non poteſt Poſitionibus per verbum neſcio.*

47 *Reſponſio, ignoro, idea non credo non eſt bona, ſecus reſponſio non credo, quia ignoro.*

48 *Poſitio in parte falſa, an poſſit negari in totum.*

49 *Reſponſio, credit, ſi appareat inſtrumentum de cujus tenore ponitur non admittitur in Curia.*

50 *Reſponſio, refert ſe ad inſtrumentum, vel ad Acta, vel credit, prout in inſtrumento admittitur in Curia, & continet confeſſionem limitatam.*

51 *Reſponſio, credit prout in inſtrumento, ſi eo non reperitur id, quod quis ita confeſſus eſt, non præjudicat.*

52 *Reſponſio, refert ſe ad inſtrumentum, non eſt bona, ſi in Poſitione non ſit mentio de illo.*

53 *Dilatio ad reſpondendum datur Dubitanti de veritate poſitionis ſi reſpondendum ſit per verbum veritatis, ſecus ſi per verbum, credit, vel non credit.*

54 *Dilatio ad reſpondendum datur Dubitanti, quando poſitio continet factum alienum, vel antiquum vel intricatum, jurato de Calumnia alias ſecus.*

55 *Poſitioni de facto alieno penitus incerto, poteſt reſponderi per verbum, neſcio ſecus ex diſpoſitione Statuti Vrbis.*

56 *Procuratori generali ſuper reſponſione facienda Poſitionibus datur dilatio ad conſulendum Dominum.*

57 *Copia Poſitionum datur in Curia reſpondere debenti, ſed hoc plurimum reſidet in arbitrio Iudicis.*

58 *Poſitionibus diſpoſitivè non interrogativè conceptis eſt reſpondendum.*

59 *Poſitioni criminoſæ, vel captioſæ, incertæ obſcuræ, dubiæ, impoſſibili, juri contrariæ, & ſimilibus, non eſt reſpondendum.*

60 *Poſitionibus negativè eſt reſpõdendum arbitrio judicis.*

61 *Poſitioni continenti in ſe affirmativam, eſt omnino reſpondendum.*

62 *Poſitionibus objectivis eſt reſpondendum.*

63 *Poſitionibus merè objectivis non eſt reſpondendum ſecus ſi contineat jus Partis.*

64 *Poſitionibus etiam impertinentibus eſt reſpondendum, & quare.*

65 *Poſitionibus impertinentibus, quando eſt certum eas eſſe tales, non eſt reſpondendum, ſecus in dubio.*

66 *Poſitionibus non facientibus ad cauſam, non eſt reſpondendum.*

67 *Poſitiones irrelevantes non ſunt admittendæ, nec illis eſt reſpondendum.*

68 *Poſitionibus tenetur reſpondere ipſemet Principalis.*

69 *Poſitionibus poteſt reſpondere Procurator, quando quis litigat per Procuratorem.*

70 *Ad ponendum, & reſpondendum Poſitionibus requiritur Mandatum ſpecialiſſimum, ad reſpondendum, ſic, & ſic aliàs Procurator nihil agit.*

71 *Confeſſio facta à Procuratore ſciente Domino præjudicat, niſi revocetur, docto de errore.*

72 *Procurator etiamſi Mandatum ſufficiens non habet, poteſt cogi ad reſpondendum Poſitionibus in his, quæ ſcit uti extraneus.*

73 *Petens reſponderi poſitionibus abſente, tenetur illas ad eum ſuis ſumptibus tranſmittere, & quando ſecus.*

74 *Procurator allegans abſentiam ſui Principalis tenetur curare, ut Poſitiones ad eum tranſmittantur, ſumptibus ejuſdem ſui Principalis, ſecus ex diſpoſitione Statuti Vrbis.*

75 *Reſponſio, quæ fit Poſitionibus, debet eſſe talis, quæ reddat certam partem, & Iudicem.*

76 *Reſpondens obſcurè Poſitionibus poteſt cogi ad clarius reſpondendum, cum habeatur pro non reſpondente.*

77 *Rota in ſuo Tribunali non admittit, quod obſcurè reſpondens habeatur pro non reſpondente, niſi quis citatus fuerit ad reſpondendum magis præciſe.*

78 *Contumax in reſpondendo Poſitionibus, in Rota, non repellitur a limine.*

79 *Actor in Tribunali A. C. non poteſt obtinere Mandatum, niſi reſpondeat poſitionibus, quas Reus ad id produxit accipiendo.*

80 *Poſitionibus reſpondendum eſt abſque conſilio Advocati.*

81 *Secus in curia, in qua datur copia poſitionum ex Praxi.*

82 *Ruſticus niſi ſit ſagax, poteſt reſpondere poſitionibus cum præſentia Procuratoris, vel Advocati.*

83 *Admiſſio Articulorum cum clauſula, ſalvo jure impertinentium, operatur, ut pars poſſit docere de impertinentia in quavis parte judiciali.*

84 *Poſitio-*

84 *Poſitiones admiſſæ , ſalvo jure impertinentium , habentur pro non admiſſis , ſi de jure non erant admittendæ , niſi parti poſſet imputari , quod conſenſiſſet .*

85 *Poſitiones quando clare conſtat eſſe pertinentes , vel impertinentes , ſunt ſimpliciter admittendæ , vel reiiciendæ , ſecus in dubio*

86 *Poſitiones irrelevantes non ſunt admittendæ , ſed in dubio potius debent amitti , quam reiici .*

87 *Poſitiones pertinentes quando dicantur .*

88 *Contumax in reſpondendo poſitionibus habetur pro negante vel confitente , prout ei deterius eſt .*

89 *Poſitionibus obſcurè reſpondens , ſi denuo citatus ad reſpondendum magis præciſè eſt contumax , habetur pro confitente , vel negante , prout illi deterius eſt .*

90 *Poſitio ſuper quantitate quomodo concipi debeat , ut certa confeſſio haberi poſſit .*

91 *Poſitionis qui reſpondere tenetur , debet moneri .*

92 *Monitorium in cauſis executivis non requiritur ad reſpondendum poſitionibus .*

93 *Iudex pronunciat poſitiones pro confeſſatis , ſi monitus , & citatus reſpondere recuſat .*

94 *Poſitiones pronunciatæ pro confeſſatis plenè probant contra contumacem in reſpondendo .*

95 *Confeſſio ficta perit perempta inſtantia .*

96 *Pronuncia poſitionum pro confeſſatis , defuncto contumace ante ſententiam , non tranſit ad hæredes .*

97 *Libello inepto exiſtente , Contumax in reſpondendo poſitionibus non habetur pro confeſſo .*

98 *Poſitiones non poſſunt haberi pro confeſſatis niſi ſervata forma* cap. 2. de Confeſs. in 6. *& niſi reſpondere debens ſit monitus , & non poſſit ſe excuſare , & poſitiones ſint ei lectæ ,* & n. 92.

99 *Cauſa quælibet , etiam colorata , excuſat à contumacia*

100 *Noleas audire poſitiones , vel declarans nolle reſpondere habetur pro confeſſo .*

101 *Rota tenet , poſitiones extra ejus Tribunal pro confeſſatis rite haberi , concurrentibus requiſitis ,* Franc. in c. 2. de Confeſs. in 6.

102 *Rota non pronunciat poſitiones pro confeſſatis , ſed monet ſub pœna , & procedit ad excommunicationem , & brachii ſecularis invocationem contra contumacem .*

103 *Rota de ſtylo non admittit fictas confeſſiones , niſi poſitiones eſſent pronunciatę extra Rotam pro confeſſatis ſervata forma* c. 2. de Conf. in 6. *& concurrentibus requiſitis.* Franc

104 *Stylus recentior Tribunalis A. C non attendit fictas confeſſiones poſitionum , niſi quoad ſemiplenam , & adminiculum*

105 *Contumax in reſpondendo poſitionibus ſervata forma* c. 2. de Conf. in 6. *& concurrentibus requiſitis .* Franc. *eſt habendus pro confeſſo , etiam in Tribunali A. C ſecundum opin Rotæ .*

106 *Statutum , conſuetudo , & ſtylus Tribunalis , in quo proceſſus eſt fabricatus , attendi debet , quoad eius validitatem*

107 *Contumacia in reſpondendo poſitionibus poteſt ſemper purgari re integra ante concluſum in cauſa , & latam ſententiam .*

108 *Reſpondens poſitionibus poteſt incontinenti ſuam confeſſionem revocare , & quando dicatur incontinenti .*

109 *Appellatio à pronuncia poſitionum pro confeſſatis non datur .*

110 *Sed in curia Capitolina obſervatur opinio contraria*

111 *Sicut coram Viarum Preſide , ad quem revolvitur cauſa appellationis à Magiſtris viarum Iudicibus Capitolinis .*

112 *Ius canonicum admittit appellationem à quolibet gravamine , & ſic etiam à pronuncia poſitionum pro confeſſatis .*

113 *Appellatio datur à pronuncia poſitionum pro confeſſatis ſi res eſt integra , & ius adverſarii non eſt effectum deterius .*

114 *Stante Statuto , quod contumax in reſpondendo poſitionibus habeatur pro confeſſo , non datur appellatio à pronuncia ejus vigore facta .*

115 *Lata ſententia in meritis cauſæ , res non integra , & ob id non appellatur à pronuncia poſitionum pro confeſſatis , licet poſſit probare contrarium*

116 *Reſponſio facta poſitionibus ſcribi debet ab Actuario .*

117 *Iuramentum eſt maximum remedium litium expediendarum .*

118 *Iuramentum litis deciſivum unde dictum , & quotuplex ſit .*

119 *Iuramentum deciſivum extraiudiciale , & eius ſpecies .*

120 *Iuramentum judiciale . & ejus ſpecies .*

121 *Iuramentum judiciale deciſivum , ſeù deciſorium quid ſit .*

122 *Iuramentum deciſivum judiciale habetur pro plena probatione .*

123 *Iuramentum deciſorium habet ſpeciem tranſactionis , & maiorem auctoritatem , quàm res judicata .*

124 *Iuramentum deciſorium civiliter non retractatur per probationes contrarias .*

125 *Confeſſio iurantis admittitur ad iuramentum deciſorium retractandum .*

126 *Sententia , virtute iuramenti deciſorii ad favorem Legatarii lata , retractatur , ſi poſt apertas tabulas conſtet Legatum , vel fideicommiſſum non fuiſſe relictum ,* & n. 175.

127 *Iuramentum deciſorium retractatur , quando exceptio eſt cum iuramento compatibilis .*

128 *Iuramentum delatum poteſt Iudice approbante referri .*

129 *Iurare , aut ſolvere nolens habetur pro confeſſo .*

130 *Iurare , aut ſolvere , aut referre , quis recuſare non poteſt .*

131 *Etiam ſi dicat velle contrarium probare per Teſtes .*

132 *Iuſta ſubſiſtente cauſa quis jurare , aut referre non cogitur .*

133 *Iuramenti deciſorii delationis , & relationis quæſtio inter partes Iudicis arbitrio relinquitur , tàm jure , ff. quàm iure C.*

134 *Iuſtæ cauſæ , ob quas quis non tenetur jurare , aut ſolvere , quàm plurimæ ſunt .*

135 *Prodigus , furioſus , & ſimilis non tenetur iurare , aut ſolvere .*

136 *Procurator non poteſt deferre iuramentum deciſivum , niſi habeat ad hoc mandatum ſpeciale .*

137 *Minor 14 annis non poteſt iurare , aut referre .*

138 *Procurator , & defenſor non coguntur , iurare , aut referre .*

139 *Qui in loco non cogitur judicium ſubire , nec etiam , ibi jurare , aut referre tenetur .*

140 *Is , contra quem actio non poteſt proponi , non cogitur iurare .*

141 *Super exceptione , quæ non poteſt opponi , quis iurare non compellitur .*

142 *Quando ius Actoris minuitur , non cogitur Actor reo deferente jurare .*

143 *Qualitas , & modus jurandi in controverſiam deductus , donec arbitrio Iudicis terminetur , eſt juſta cauſa recuſandi juramentum oblatum , vel relatum .*

144 *Ignorans , vel dubitans non tenetur jurare .*

145 *Ignorans tenetur jurare de credulitate ſecundum aliquos .*

146 *Timor , nè poſtea alio agente periurium detegatur , eſt juſta cauſa recuſandi iuramentum , & quando hoc procedat .*

147 *Qui non tenetur defendere , nec etiam tenetur jurare .*

148 *Habens inſtrumentum obligationis non tenetur jurare , niſi ſuper ſolutione .*

149 *Emptor ſe defendens , ubi paret ſibi actionem de evictione , non cogitur jurare , ne illam amittat .*

150 *Habens intentionem fundatam non cogitur jurare .*

151 *Teſtibus publicatis , quis non cogitur ſubire iuramentum deciſorium .*

152 *In Actionibus famoſis referri non poteſt .*

153 *Deferens iuramentum deciſorium tenetur parte petente , jurare de calumnia .*

154 *Referens non tenetur jurare de calumnia .*

155 *Iuramentum calumniæ poteſt tacitè omitti .*

156 *Patrono , & Parentibus juramentum deciſorium , æquè remittitur .*

157 *Aſſumens in ſe onus probandi , ſi non probat , non poteſt offerre partium litis deciſivum .*

158 *Contrarium , quod poſſit offerre .*

159 *Diſtingue aut quis revocat oblationem , & aſſumit in ſe onus probandi , & tunc ſi non probat , non poteſt redire ad oblationem , aliàs ſecus .*

160 *Iuramentum deciſorium poteſt ab initio , nullius propoſitis probationibus deferri .*

161 *Iuramentum deciſorium poteſt deferri etiam ab eo , qui nihil probavit .*

162 *Petenti dari debet congrua dilatio ad iurandum , & quare .*

163 *Termino ad jurandum pendente poteſt oblatio iuramenti à parte non acceptata revocari , etiam ſine cauſa .*

164 *Oblatio ſeù delatio juramenti à parte acceptata non poteſt ſine iuſta cauſa revocari .*

165 *Iuſta cauſa revocandi delationem juramenti , à parte acce-*

Digitized by Google

captatam eſt, ſi nova probationes ſupervenerint.

166 *Revocata delatione juramenti non poteſt revocans ad illam redire*

167 *Praxis Tribunalis A. C. in materia juramenti deciſorii eſt iuri conſona, & quid obſerves*

168 *A ſententia lata contra deferentem iuramentum deciſorium non datur appellatio.*

169 *A ſententia lata ad favorem eius, qui, volente deferente, iuramentum oblatum recuſavit, non datur appellatio.*

170 *A ſententia lata contra deferentem, qui iuramentum relatum recuſavit, non datur appellatio.*

171 *A ſententia lata contra referentem qui ſibi iuramentum primo deferenti remiſit, non datur appellatio, & quare.*

172 *Is, cui iuramentum eſt delatum ſi ſolvit, & ſi Judex contra eum ſententiam protulit, poteſt appellare.*

173 *A ſententia lata virtute iuramenti relati poſſe referentem appellare, verius videtur.*

174 *Contrarium opinionem multi communem tenet, & defendit Oſaſcus.*

175 *A ſententia lata virtute iuramenti deciſorii ad favorem Legatarii, vel fideicommiſſarii datur appellatio, ſi poſt apertas tabulas nullum legatum, aut fideicommiſſum relictum appareat, & quare*

De poſitionibus. Pars I. Cap. X.

1 QUories nova conventio, ſolutio, aut alia ſimilis exceptio non poterit probari per ſcripturas, ad alia probationum genera recurrendum erit: ob id ſi exceptio verſetur in facto proprio adverſarii, aut de quo ipſe habeat certam notitiam potuerunt fieri poſitiones, ſeu articuli, & cogi adverſarius ad reſpondendum illis per verbum credit, vel non credit.

2 Poſſunt poſitiones in Actis produci, vel excipiendo ſimpliciter per citato adverſario ad dicendum contra articulos. Excipiendo ſimpliciter poſſunt poſitiones in actis produci ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

3 In officio NN. & ad docendum de ſuo bono jure, exci-
A piendo, &c. medio juramento tactis &c. *A* facto produxit poſitiones, ſeù articulos, prout in folio, tenoris &c. & juravit de calumnia in Forma, ac proteſtatus fuit, nihil innovari niſi prius per adverſarium met fuerit illis reſponſum ſingulariter ſingulis purè, & ſimpliciter, me-
B dio juramento tactis &c. *B* per verbum credit, vel non
C credit, *C* aliàs proteſtatus fuit de nullitate &c. omni &c.

Et tunc niſi Adverſarius reſpondeat, ut ſupra, non poterit obtinere mandatum, nec ad ulteriora procedere in cauſa.

Citato verò Adverſario ad dicendum contra articulos, vel aliàs agendo, poſſunt poſitiones in actis produci, ut infra videlicet.

4 Pro NN. contra NN.

In officio NN & ad docendum de bono iure, &c. medio juramento tactis &c. facto produxit poſitiones, ſeù articulos prout in folio tenoris &c. & iuravit de calumnia in forma, petens adverſarium cogi, & compelli ad reſpondendum illis medio juramento, & tactis, &c. per verbum credit vel non credit, ſingulariter ſingulis purè & ſimpliciter, & aliàs &c.

Et citatur Adverſarius ut infra videlicet.

A.C.N

5 Citetur NN. exadverſo principalis ad dicendum contra articulos facto datos, videndum illos ad probandum admitti, & committi Notario cauſæ examen, & receptionem juramentorum in forma ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Et facta productione poſitionum in actis in termino dictæ citationis, obtinetur decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, ſalvo iure imper-
D tinentium & non admittendorum, *D* & committi in forma, & omni &c.

6 Poſſunt poſitiones, ſeu articuli fieri ſecundum infraſcriptam Formulam, & aliàs mutatis mutandis, ſecundum facti contingentiam.

Formula Poſitionum.

Poſitiones, & articulos infraſcriptus dat, facit exhibet, & Producit Procurator, & eo nomine NN. in cauſa, quam habet cum NN. petens recipi, & admitti, & partem adverſam cogi, & compelli ad reſpondendum illis, medio juramento tactis, &c. purè & ſimpliciter per verbum credit, vel non credit, ſingulariter ſingulis, aliàs pronunciari pro confeſſatis, vel negatis, prout utilius erit Ponenti, & deterius reſpondere recuſanti, *E* & E
ſi per adverſarium negari contigerit, petit ſuper illis Teſtes inducendos examinari, ſervatis de jure ſervandis. omni &c. deducens omne jus &c. ad ſuperfluam tamen probationem non ſe aſtringens &c. ſalvo jure &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

In primis hic loco Articulorum repetit omnia jura, in quantum &c. ex quibus, &c. licet, &c. tamen ad abundantiorem cautelam, & quatenus opus ſit, & non alias &c. vulgari ſermone.

Prima pone che la verità fù, & è, ch'eſſo NN. articulante del meſe di NN. pagò à detto NN. Avverſario ſcudi mille di moneta, per reſto di quanto gli doveva fino à quel giorno, e ſe non crede di tanta ſomma, dica di quanta, *F*, e così &c. F

Secondo. che detto NN. confeſſò in detto tempo alla preſenza del medeſimo NN. eſſer da lui intieramente pagato, e ſoddisfatto di quanto fino à quel giorno gli doveva, e così &c.

Terzo, che detto NN. fece quietanza, e patto à detto NN. di non domandargli più coſa alcuna di quanto gli era ſtato debitore fino à quell'iſteſſo giorno, e così &c.

Quarto. che detto NN. Avverſario in più, e diverſi tempi, e luoghi, hà dipoi confeſſato à più, e diverſe perſone d'eſſer ſtato del tutto pagato, e ſoddisfatto da detto NN. di quanto, gli doveva, e così &c.

Quinto, che delle dette coſe ne fù, era, & è publica voce, e fama, cos. &c.

Hos pro nunc &c. ſalvo jure &c. deducens &c. non ſe &c. omni &c.

Productis poſitionibus, reproducta citatione ad dicendum contra articulos, & obtento decreto, ut ſupra, obtinetur monitorium contra reſpondere debentem poſitionibus, tenoris infraſcripti videlicet.

De mandato Illuſtriſs & Reverendiſs. D. A. C. ſeu R. 7
P. D. NN. ejus in civilibus Locumten. & ad inſtantiam NN. principalis tenore præſentium moneatur *G*, NN. G
quatenus infra triduum, ſub pœna pronunciationis pro confeſſatis, & aliis arbitrio Domini, debeat poſitionibus, in Actis pro parte dicti NN. exhibitis, reſpondiſſe ſingulariter ſingulis purè, & ſimpliciter ad ſufficientes per verbum credit, vel non credit medio juramento tactis &c. ac veritatem depoſuiſſe, & præſentibus omninò paruiſſe, &c. & ſi quis &c omni &c.

NN. Notarius.

Locus † Sigilli.

Quo monitorio contra adverſarium executo perſonaliter per Curſorem, facit idem Curſor de hujuſmodi exequutione fidem in pede illius, & reproductio ejuſdem notatur in Brolliardo hoc modo, videlicet.

Pro NN. contra NN.

Coram Domino meque &c. NN. Sanctiſs. D. N. Curſor, retulit ſe ad Inſtantiam NN. monuiſſe NN. prout in folio tenoris &c. & prout habuit in mandatis, omni &c.

Et ſi deinde adverſarius remaneat contumax, in reſpondendo, ſivè oppoſuerit generalia contra d. monitorium, *ut in p. 2. c. 2. n. 9.* ſive illa non oppoſuerit elapſis dictis tribus diebus poſt exequutum monitorium, citetur ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad reſpondendum 8
poſitionibus in actis datis per verbum credit, vel non credit medio juramento tactis &c. aliàs videndum pronunciari pro confeſſatis, *H*, ad p. d. Inſtante NN principali, ſive, &c. H

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus pronunciavit poſitiones pro confeſſatis, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Vel

Digitized by Google

Vel ſi magis placet, poterit citari Pars ad reſpondendum poſitionibus, aliàs gravari iuſta praxim inferiùs poſitam *p.2. n.11. & ſeq.*

9 Quod citatus compareat, & poſitionibus reſpondeat, Notarius ſcribit in pede, poſitionum illius comparitionem, & reſponſionem, videlicet.

Die NN. comparuit NN. & medio iuramento tactis
I reſpondit, I, ſubſcriptis poſitionibus, prout in margine uniuſcuiuſqoe illatum, omni &c.

Et in margine cujuslibet Poſitionis adnotat Actuarius ſingulus reſponſiones per verbum credit, vel non credit.

10 Solet aliqoando quis ita probationibus deſtitutus reperiri, quod ſi poſitiones ab adverſario negari fortè contingeret, inventionis ſuæ fundamentum probare non valeret: ob id non ſemel ſolet eo caſu offerri partitum litis deciſivum citata parte, ut infra videlicet.

A. C. N.

11 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum ſibi fieri partitum litis deciſivum, & iurandum ſuper eo, vel referendum aliàs videndum per Dominum mandari referri ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Relatione facta comparuit NN. & repetiit partitum hac die in actis factum, & petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus mandavit referri, & alias prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

Decretam. N. Notarius.

Partitum verò fieri ſolet à parte, & ſcribi in Broliardo actorum ab actuario ut infra, & alias ſecundum contingentiam facti videlicet.

12 Pro NN. contra NN.

In Officio &c. NN. & fecit patti adverſæ infraſcriptum partitum, videlicet.

Che la verità fù, & è, che il d. NN ſotto il dì N. del Meſe N. dell'Anno N. diede in pura, e ſemplice preſtanza à d. NN. ſcudi 20. moneta, e così fù, & è vero, &c.

Vel poteſt fieri à Reo, qui pecuniam vel aliam rem debitam reſtituit, & unde hoc probet, non habet, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio &c. NN & fecit patti adverſæ infraſcriptum partitum videlicet.

Che la verità fù, & è, che detto NN. del Meſe d. N. proſſimo paſſato reſtitui al d. NN. ſcudi 20. moneta, e così fù, & è vero &c.

13 Et ſi exequuta intimatione, citatus in termino in decreto aſſignato, non iuret iuxta formam partiti, ſeu quid relevans non deducit, tunc intimatione reproducta, qui fecit partitum iurat ſuper eo, ut infra, videlicet;

Pro NN. contra NN.

Coram Domino meque &c. NN. & ſuper partito aliàs facto ſub die NN. ut ſupra in actir fol. N. medio juramento, tactis &c. juravit partitum, & in eo contenta fuiſſe, & eſſe vera in forma, omni &c.

14 Exadverſo verò is, cui partitom eſt oblatum, ſi aliquam brevem dilationem ad ut ſupra jurandum prætendit, & interim non vult illud poſſe revocari, poterit proteſtari, ut infra videlicet.

15 Pro NN. contra NN.

In officio &c. NN. & acceptando partitum ſibi factum, dixit nihil fieri, niſi prius ex adverſo jurato de calumnia, & dato ſibi competenti termino ad deliberaſe jurandum, aliàs &c.

Obſervationes.

A
16 POſitiones ſunt in Actis producendæ medio juramento tactis &c. aliàs quis non tenetur illis reſpondere, Bald. *in c. in pertractandis, n. 1. in fin. de jur.* Cal. Jaſ. *in l. poſſidet, n. 24. ff. de acquir. poſſ. & in l. Judices, n. 7. Cod. de jud.* Alex. *conſ. 151. n. 2. verſ. & Joanna producendo, l. 5.*

17 Sed hoc procedit parte opponente, & hujuſmodi juramentum petente aliàs ſecùs, nam quando juramentum crudelitatis, aut calumniæ non petitur, poteſt tacitè omitti, Gloſ. *in c. ſi poſt, de confeſſ. in 6. in 1. not.* Grav. ad Veſt. *in prax. l. 5. c. 14. n. 16. verſ. quod plane*, ibi ſcilicet adverſario hoc petente, *Auctor. Formul. Commiſſ. ſub tit. de poſit. fol. 12.* ibi reus petit, & ibi, non licet uni, Papien. *in prax. in form. excip. contra poſit. in §. petens ante omnia, in verſ. ſub ejus calumniæ juramento*, & ibi Adden. *in verb. calumniæ juramento*, Luc. Pet. *in prax. l. 2. c. 4. n. 9.* ibi peti poteſt, Sal. Tiber. *in prax. lib. 2. c. 13. nu. 16.* ibi parte petente, Rot. *dec. 32. aliàs 3. n. 1. in fin. de ſeq. poſſ. & fructus in novis*, ibi ſi hoc petatur, Fenzon. *ad Stat. Urb. 68. n. 28. & n. 36. & ſeq. l. 1.* & alii quos cumulat, & ſequitur Puſt. *de manut. obſer. 83. n. 11.*

Petere autem poſitiones ex adverſo jurari veras, eſt 18
valde utile, quia licet Articulans non fateatur, † tamen 19
Ponens fateatur, & ob id, ſi Ponens dat poſitiones medio juramento, fateatur cum iuramento omnia in eis contenta, & huiuſmodi confeſſio habet vim iudicialis, Gregor. *dec. 385. n. 3.* & ibi Beltram. *n. 5. & dec. 408. n. 1.* & non poterit amplius poſtea huiuſmodi confeſſionem revocare, Grav. ad Veſt. *d. lib. 5. c. 14. n. 16. & ſeq.*

Ex quibus primo infertur, quod ſi Adverſarius, non 20
petito hujuſmodi juramento, reſpondet poſitionibus, reſponſio eſt valida, Veſt. *d. l. 5. c. 14.* & ibi Grav. *n. 16.* cum aliis ſupra allegatis.

Secundò infertur, quod ſi d. juramento non petito, po- 21
ſitiones fuerunt à Judice pronunciatæ pro confeſſatis, pronuncia eſt valida, nam ſicut qui d. juramento non petito reſpondet poſitionibus ſibi præjudicat, & reſponſio valet, ex quo debet ſibi imputare, cur juramentum non exegerit, ut per Grav. ad Veſt. *d. n. 16.* ſic ille qui eodem juramento non petito patitur poſitiones à Judice pronunciari pro confeſſatis, debet ſibi imputare, cum potuerit d. juramentum petere, & exigere † & illud non 22
petierit, nec exegerit, unde, cum militet eadem ratio, idem illi ſtatui debet, *arg. l. illud, ff. ad l. Aquil. cum ſimil.*

Quod comprobatur primò, quia petere hoc juramen- 23
tum, eſt tantummodo utile, & concurrit particulare partis intereſſe, nè adverſarius poſſit ejus confeſſionem revocare, Gravat. ad Veſt. *dict. c. 14. n. 16.* ſed non eſt de ſubſtantia, quod hujuſmodi juramentum præſtetur, cum poſſit tacitè omitti, aliàs ſi eſſet de ſubſtantia, reſponſio facta poſitionibus, illo tacitè omiſſo, non valeret, ſed valet ex præallegatis, ergo non eſt de ſubſtantia, Et ob id ſicut poteſt tacitè omitti ab eo, qui poſitionibus reſpondet, ſic poteſt tacitè omitti ab eo, qui petit poſitiones pronunciari pro confeſſatis, † cum ex dict. identitate ra- 24
tionis, tum etiam quia de jure à pari procedit, poſitiones fateri, & illas pro confeſſatis à Judice pronunciari, Oldrad. *conſ. 320. nu. 2. verſ. præterea cum poſitiones*, & regula eſt generalis, † quod paria ſunt eſſe tale, & haberi 25
pro tali, Patiſ. *conſ. 22. licet. n. 34. & ſeq. lib. 2.* Caſtr. *conſ. 6. ante fin. verſ. cum igitur, l. 1.* Butr. *conſ. 20. circa med.*

Secundò approbatur in ſimili, nam juramentum ca- 26
lumniæ, aut veritatis debet omninò præcedere, & præſtari, aliàs proceſſus eſt nullus, cum omnibus inde ſequutis, Vant. *de nullit. defect. proceſ. n. 29.* & † omnes admittunt, 27
& nihilominus ſi non fuit petitum, & Judex proceſſit ad ulteriora, & ſententiam tulit, ſententia eſt valida. *cap. 1. § 1. de jur. calum. in 6. l. juſiurandum, § qui juſiurandum*, ubi Gloſ. *in verb. exigatur, ff. de jurejur.* Vant. *d. n. 29.* Veſt. *in prax. l. 5. c. 2. in fin.* & ibi Grav. *n. 11.* Speculat. *de jur. calum. §. 2. n. 4.* Seraph. *de privil. jur. priv. 115. n. 8.* Miran. *de ordin. Jud. ſub tit. de jur. calum. n. 2.* Gregor. *dec. 157. n. 1.* & ibi Beltram. *n. 23* & paſſim tradunt Scribentes.

Sic etiam mandatum procuræ minus legitimum cenſe- 28
tur à parte non opponente approbatum, & ſententia ſuſtinetur, ſi non fuit oppoſitum, jura non eſſe in forma probanti, Crav. *conſ. 150. n. 2.* ubi multa alia exempla adducit.

Sed hoc non procedit, quando Statutum diſponit, 29
quod poſitiones dentur medio juramento, quia cum tunc ſtatutum det formam, illa non ſervata, actus corruit ſivè juramentum fuerit a parte petitum, ſive non, & ſive quis ſponte reſpondeat, ſive patiatur poſitiones pronunciari pro confeſſatis, Fenzon. *ad Stat. Urb. c. 68. n. 19. & ſeqq. & n. 28 lib. 1.* niſi reus habuiſſet notitiam, quod poſitiones non erant datæ obſervata forma Statuti, nam tunc, nulla facta de hoc proteſtatione, ſibi præjudicaſſet, Fenzon. *ubi ſup. n. 22. & ſeq.*

Poſitionibus reſpondendum eſt medio juramento ta- 30

ctis &c cap. præſentium de teſt. in 6. cum aliis allegatis per
Gravat ad Veſt. d. l. 5. cap. 14. n. 14. & n. 16. Gail. obſerv. 79.
n. 10. & obſerv. 82 n 1 l. 1.

31 Poſitionibus reſpondendum eſt per verbum credit, vel
non credit, Nat. conſ 59. n. 1. Gravat. ad Veſt. lib 5. c. 14.
n. 34 Saluſt. Tiber. in prax lib. 2. c. 13. num. 23. verſ quæ
reſponſio, & ſi quis fateatur credere contenta in poſitioni-
32 bus, æquè illi præjudicabit, † ac per verbum veritatis,
Specul. de poſit § 6 tractandum; n. 11. & ſeq. Veſt. in prax.
l. 5. c. 14. n. 7. ac ibi Gravat. n. 28. Roman. ſingul 695 & ibi
adden. Fenzon. ad Stat Urb c. 68. n. 44. & ſeq. lib 1 Surd dec. 17
n 11. & dec. 58. n. 14 & idem procedit in reſponſione facta per
verbum exiſtimo, Specul. in d. § 6 tractandum, n. 11. & ſeq.

33 Et ob id cum verbum credo à parte prolatum ſit expreſ-
ſivum veritatis; ex præallegatis ſi reſpondens in facto pro-
prio convincatur de mendacio, eſt periurius, Bald. in l 2.
n. 161 & ſeq ff. de jur. jur. Surd. d. dec. 17. n 11. & ſeq & dec.
34 58. n. 15. Fenzon ad Stat. Urb. d. c. 68. n. 45. l. 1. & non †
ſolum Deum habet ultorem, ſed tenetur etiam parti ad in-
tereſſe, & poteſt contra eum jurari in litem, Plot. in l. ſi
quando, ampl. 36. §. 37. n 2. & ſeq. & num 10. Cod. unde
vi, cum aliis allegatis per adden ad Papien. in form except.
contra poſit. §. ultimæ poſitionis, in verbo negaverit, Cæſ.
Manon. conſ 140 n 61. & ſeq. Grav. ad Veſt. d. l. 5. c 14. n,
25. Fenzon. ad Statut. Urb. d. c. 68. n. 131. l. 1. quinimò ſub-
jacet etiam aliis pœnis, Speculat de poſit. § non tangendum,
35 n. 8. Non † tamen poteſt accuſari, aut puniri criminaliter,
Bald. in d. l. 2 n 162 ff de jur jur. Covar. in c. quamvis, §.
7. num 7 de pact. in 6. Menoch. de arbitr. Iud l 2 cent 4. ca-
ſu 319. n. 29. Seraph. de priv. juram. privil. 11. n. 3. & ſeq.
Farin de falſit. & ſimul. q 160. n. 217. licèt contrarium tenuè-
rit Riminald. & alii relati à Granatt. Theorem 3. n 22. verſ.
contrarium, & cæteri, quos congerit Farinac. d qu 160. n. 218.

36 Cæterum benè poſſet puniri, & contra eum etiam cri-
minaliter procedi, quando de periurio per ejus propriam
confeſſionem, aut aliàs evidenter conſtaret, Covar. in d.
c. quamvis, §. 7 n. 7. verſ. non inficior; Menoch d. caſu 319. n.
39 Granat. d. Theorem 3. n. 22 Farinac d q 160. n 220. & n.
229. & ob id, qui primo reſpondet unum medio juramento,
& poſtea ſecundo loco reſpondet aliud etiam per verbum
credo poteſt puniri, ut perjurus, Farin. d. q. 160. n. 220.

37 Veruntamen negans poſitiones veras in facto alieno non
efficitur periurius, Surd. d. dec. 17. n. 11. & ſeq. & dec. 58 n 15.
Borell. ſumm. dec. tit. de periur. 62. n. 22. niſi certificatus per-
ſiſtat in negatione. Specul. de poſit. d. §. nono tangendum,
n. 8. vel niſi factum alienum ſit tale quod quis ſcire tenea-
tur, & præſumatur, Bald. in d. l. 2. n. 162. ff. de jur. jur. Surd.
38 d. dec. 17. n. 13. Natt. conſ. 59. n. 8. lib. 1. ſemper tamen, † &
ex qualibet rationabili cauſa, quis à perjurio quoad pœnas
excuſatur, Rot. dec. 34. n. 2. & ſeq. poſt conſ. crim. Farinac,
l. 2. Borell. in ſum. dec. tit. de perjur. 62. n. 59.

39 Qui verò ſemel poſitionibus ſufficienter reſpondit non te-
netur iterum reſpondere, Specul de poſit § 6 tractandum, n. 3,

Sed hoc non procedit, quando poſitio continet duo vel plu-
ra copulativè, quia tunc poteſt cogi ad iterum reſponden-
dum, Specul. in d. §. ſexto tractandum, n 3. verſ. niſi forte,

40 Secundò non procedit, ſi Judici aliter videretur, ex quo po-
teſt quis hodie credere unum, & cras aliud, Gloſ in l 2 §. quod
obſervari in verbo exiſtimat in fi. C. de jur jur propt cal Specul.
de poſit § 6 tractandum, n. 3 verſ quidam tamen, & ibi adden.
lit. D. Rot. dec de confeſſ in antiq. nec ideo poteſt, reſpondens
dici perjurus, Calder. conſ. 152 aliàs 4. de confeſſ. Fenzon.
ad Statut Urb c 68 n 129. l. 1. quod tamen procedit in facto
alieno, ſecus, in facto proprio juxta diſtinctionem Surd.
dec. 17. n. 12. Borell. in Summ tit. de periur. 62. nu. 21. & ſeq.
Fenzon. de Stat. Urb d. c 68. n 130.

41 Poſitionibus tamen reſpondendum eſt ſingulariter ſingu-
lis Specul. in d. §. ſexto tractandum, n 4. Veſt. in prax lib 5
c. 14. n. 4. & purè, & ſimpliciter, Matheſil. ſingul. 37. &
ibi adden. Gravat. ad Veſt. d l 5. c, 14 n 14.

42 Sed hoc de jure communi non procedit in materia mutui,
nam ſi quis mutuum reſtituit remotis arbitris admittitur
tunc ejus reſponſio, ſi mutuaſti reſtitui, Adden. ad Mat-
theſil. ſing 34. n. 4. & ſeq Gravat. ad Veſt. d. l. 5. c. 14. n. 14.
licet ſecus ſit ex diſpoſitione Statuti Urbis, cujus vigore reſ-
ponſio debet eſſe ſimplex, & cum ſit deciſorium eſt obſer-
vandum coram A C. & in omnibus Tribunalibus, latè Burat.
dec. 882. n. 4. & ſeq. Fenzon ad Stat. Urb c. 68 n. 53 & ſeq lib 1.

Secundò non procedit, quando poſitio eſt in parte non ve-
ra, nam tunc praxis frequenter admittit reſponſionem, non
credit, ut ponitur, Author. Formul Commiſſ. fol. 134. verſ.
ad tredecimam, & fol 135. col. 1. verſ. ad quintam, & verſ.
ad octavam, quam ſequitur generaliter ad illud ſe remittens, 43
Veſt. d l. 5. c ult. in princ. Seraph. dec. 1039. n 4.

Tertiò non procedit, quando poſitio eſt vera, ſed inju- 44
ſta, nam tunc praxis admittit reſponſionem, non credit ad
effectum ad quem ponitur.

Reſponſio tamen non credit, ut ponitur, ad effectum, ad 45
quem ponitur, non admittitur, ſed benè admittitur reſpon-
ſio, non credit, ut ponitur, nec ad effectum ad quem ponitur,
& ſic cum illa dictione, nec, Rota dec. 849. p. 4 diverſ. ubi
quod ita ſæpè fuit reſolutum, Beltram. ad Greg dec. 182 n.
10. Saluſt. Tib in prax lib. 2 c. 13 n 23 ubi † quod nec etiam 46
recipienda eſt reſponſio per verbum, neſcit, cum pars tenea-
tur præciſè reſpondere per verbum credit, vel non credit.

Nec etiam eſt bona reſponſio, ignoro, ideo non credo, ſed 47
benè videtur admittenda reſponſio, non credo, quia ignoro,
Natt. conſ. 59. n. 9. verſ. & ſi diceretur, & n. 10. & ſeq.

An autem poſitio in parte vera, & in parte falſa poſſit 48
negari ſimpliciter in totum ſunt contrariæ DD. opiniones,
& opinio affirmativa ſignanter procedit, quando agitur de
interpretanda reſponſione jam data, ut evitetur periurium,
negativa verò in reſponſione danda Fenzon. ad Stat. Urb. d.
c 68. n 97. & ſeq. l 1.

Quod ſi in poſitione fiat mentio de Inſtrumento, non ad- 49
mittitur in Curia reſponſio, ſi appareat inſtrumentum, de
cujus tenore ponitur, nam debet reſpondens confiteri, vel ne-
gare ſimpliciter, Specul, de inſtrum edit. §. nunc dicamus n. 5.
lib 2 Mattheſil ſing. 37 & ibi Adden n 1 Natt conſ 59 n 12.

Sufficit tamen reſponſio, refert ſe ad Inſtrumentum, & ad 50
Acta ut tradit Auth. Form Commiſſ fol. 134 col 1. ibi ad ter-
tiam, quartam, & decimamquartam refert ſe ad Acta, &
ſimiliter admittitur reſponſio, credit prout in Inſtrumento,
Mattheſil. dict ſing. 37. & ibi Adden. Rebuff in Commentar.
conſtit. in tr de reſp per cred vel non, ar. 38 Gl 1 n 8 fol mihi
837 Quę † reſponſio continet confeſſionem limitatam, Dec. 51
in l edita, n. 85 C de eden & ſi inſtrumentum, vel ſi id, quod
quis ad inſtrumentum ſe referendo confeſſus eſt ut in Inſtru-
mento non reperitur, reſponſio hujuſmodi non præjudicat,
Seraph. dec. 946. n. 7. Fenzon. ad Stat. Urb. d. c. 68. n. 71. Rot.
dec. 158. n 4 p 2. rec. Sed hoc † non procedit, quando in po- 52
ſitione non fit mentio de Inſtrumento, nam tunc non eſt bo-
na reſponſio, ſe referi ad Inſtrumentum, Gaill. obſerv. 82.
nu 24. & ſeqq. l. 1. Fenzon ad Stat Urb. d. c 68. n. 72.

Dubitanti verò de veritate poſitionis datur dilatio ad re- 53
ſpondendum, Specul de poſit. d. §. ſexto tractandum, n 9 &
ſeq. & n. 13. & ſeq.

Sed hoc procedit, quando eſſet reſpondendum per verba
veritatis, ſecus ubi eſſet, prout hodie reſpondendum per
verbum, credit, vel non credit, Specul. in d § ſextò tra-
ctandum, n. 9 & ſeq. Grav. ad Veſt. d. l 5. c 14. n. 34. Ro-
man ſingul 696.

Secundò procedit, quando poſitio continet factum alie- 54
num vel etiam proprium, ſed antiquum, vel intricatum,
etiam ſi tunc reſponſio ſit facienda per verbum, credit, vel
non credit. Specul in d § ſexto tractandum, nu 13. & ſeq.
Natt. conſ. 59 n. 3. Adden. ad Roman. d ſing 696 ubi quod
dilatio datur jurato de calumnia; ſecus verò ſi poſitio conti-
neat factum notorium, vel proprium de recenti non intri-
catum, Specul in d. § ſexto tractandum, n 15 & ſeq. Adden.
ad Roman. d ſing 669.

At ſi poſitio eſſet de facto alieno penitus incerto, tunc 55
poſſet reſponderi etiam per verbum neſcio, Natt. d conſ.
59. nu 2. Reſponſionem tamen per verbum, ignoro, vel ne-
ſcio prohibet Statutum Urbis d cap 68 l 1. in fin.

Similiter eadem dilatio erit concedenda Procuratori gene- 56
rali ad conſulendum Dominum ſuper reſponſione poſitioni-
bus facienda, Adden ad Rom d ſing 696 verſ verum autem
Veſt. in prax l. 5. c. 14. n 9 & ſeq. & ibi Gravat. n 34.

Quinimò in Curia datur copia poſitionum reſpondere de- 57
benti, ut quis poſſit cautius, & certius ſecundum veritatem
facti reſpondere, Veſt. d. lib 5. c. 24. n. 9. & ibi Grav. n. 33.
ubi ſubdit, quod quando principalis eſt præſens, & agitur de
facto proprio, Judex non ita de facili debet copiam poſitio-
num concedere, ſed in hoc ſecundum caſuum contingentias
arbitrari, an copia ſit, nec nè concedenda reſpondere debenti.

Non

58 Non tamen omnibus poſitionibus eſt reſpondendum, ſed
tantum diſpoſitivè, non autem interrogativè conceptis,
Specul. *de poſit. §. ſexto tractandum, nu. 6. lib. 2.* Marant.
de ord. jud. tit. de poſit. n. 53. Veſt. *in prax. l. 5. c. 19. n. 5. in fin.*
Saluſt. Tiber. *in prax. l. 2. c. 53. n. 21.* Caputaq. *dec. 327. n. 2.*
part. 2. Rot *dec. 3. in princ. de ſeq. poſ. & fruct. in nov. & dec.*
749. n. 3. verſ. item etiam dictum fuit, par. 3. diverſ. lib. 3.
59 Sunt tamen plures caſus, in quibus nec poſitionibus diſ-
poſitivè conceptis eſt reſpondendum; etenim poſitioni cri-
minoſæ, quis non tenetur reſpondere, Bartol. *in l. Marcel-*
lus, §. 1. n. 1. & ſeq. ff. rer. amot. Veſt. *d. lib. 5. c. 14. n. 5.* Ca-
putaq. *d. dec. 327. n. 5. part. 2.* Rot. *d. dec. 749. n. 2. p. 3. diverſ.*
lib 3. nec poſitioni copioſæ, Caputaq. *d. dec. 327 n. 3. p. 2.*
nec incertæ, obſcuræ, dubiæ impoſſibili, juris contrariæ,
de facto alieno, & aliis, de quibus late per Papien. *in form.*
except. contrapoſita per tot. & Fenzon, *d. c. 68. nu. 94. uſque*
ad num. 107.
60 Poſitioni tamen negativæ hodie eſt reſpondendum, ſi id,
æquitate ſuadente, videbitur Judici expedire, *c. 1. de con-*
61 *feſſis in 6.* ſi † verò poſitio contineat in ſe affirmativam, tunc
illi eſt omninò reſpondendum, Rot. *dec 309. n. 6. poſt conſ.*
crimin. Farin. *l. 2.*
62 Objectivis etiam poſitionibus eſt reſpondendum, Veſt.
in prax. dict. lib. 5. cap. 14 nu. 5. Rot. *dec. 43. de Teſtibus in*
antiq.
63 Sed hoc procedit, dummodo non ſint merè objectivæ,
& criminoſæ, ſed contineant jus partis, & ſic ſit de jure
dantis, Rota *d. dec. 309. num. 1. & 2. poſt conſ. crim.* Farin.
Fenzon. *ad Stat. Urb. d. c. 68. n 94.*
64 Eſt etiam reſpondendum poſitionibus, tam pertinenti-
bus, quàm impertinentibus; ut celerius litibus fini impo-
natur, Veſt. *d. lib. 5 c. 14. n. 5.* Saluſt. Tib. *d. lib. 2. c. 53. nu.*
23. verſ. his tamen non obſtantibus, Rot. *dec. 641. alias 24.*
de Teſt. in antiq.
65 Sed hoc primò non procedit, quando certum eſt poſitio-
nes eſſe impertinentes, ſed benè in dubio, Specul. *de poſit.*
lib. 2. §. ſeptimò videndum, nu. 6. & ſeq.
66 Secundò non procedit in non facientibus ad cauſam,
ſed benè in facientibus, & pertinentibus ad cauſam, Bal.
in l. 2. §. quod obſervari, nu 14 C. de juram. Cal. ſpecul. de
67 *poſit. l. 2. §. ſeptimo videndum, n 6.* & ob † id irrelevantibus
non eſt reſpondendum, quinimò hujuſmodi poſitiones ad-
mitti non debent, Caval *dec. 562 n. 2.* Fenzon *d cap 68. n 91.*
68 Tenetur autem reſpondere poſitionibus ipſemet Prin-
cipalis, Specul. *de poſit. d. § ſexto tractandum, n. 18.* Veſt.
d. l. 5. c 14 nu. 12.
69 Sed ſi litigat per procuratorem, poterit etiam Procura-
tor reſpondere, Specul. *in d. §. ſexto tractandum, n. 18* Ad-
den. *ad Roman. ſing. 696. verſ. utrum autem hoc habeat lo-*
cum, Veſt. *d. lib. 5. cap. 14. nu. 9. & ſeq.*
70 Requiritur tamen ad reſpondendum poſitionibus manda-
tum ſpecialiſſimum ad reſpondendum ſic, & ſic, ſicut
etiam ad ponendum, aliàs Procurator reſpondendo vel
ponendo Domino non præjudicat, ex cumulatis per Bel-
tram. ad Gregor. *dec. 282. n 9. & per* Fenzon. *ad Stat. Urb.*
d. c. 68. n. 122. lib. 1. & multò minus illi nocere poteſt, ſi
nullum habeat mandatum, Specul. *de poſit. dict. §. ſexto*
tractandum n. 20.
71 Sed hoc primo non procedit in confeſſione facta à Procu-
ratore ſciente Domino, nam illa Domino præjudicat niſi
ab eo revocetur, & de errore Procuratoris doceatur, Rot.
dec. 2 de confeſſ. in antiq.
72 Secundò non procedit in his, quæ Procurator ſcit tam-
quam extraneus, nàm licèt ipſe non teneatur pandere ſe-
creta cauſæ, nec ſe ſubiicere examini in his, quæ ſcit uti
Procurator, poteſt tamen cogi ad reſpondendum poſitio-
nibus, licet mandatum ſufficiens non habeat, in his, quæ
ſcit uti extraneus, & in Domino in hoc caſu præjudicare
poteſt, Fenzon. *ad Stat. Urb. c. 68 n. 126. l. 1.*
73 Si quis autem inſtet poſitionibus reſponderi à principali
abſente, debet ad eum tranſmitti Notarius, vel remiſſo-
ria, ſumptibus petentis, niſi calumnioſè abſit, nam tunc
ſumptibus abſentis, Luc. Pet. *in prax lib. 2. c 4. n. 24.* vel
niſi voluntariè litiget per Procuratorem, Caballin. *ad Egi-*
dian lib 5. c. 19. in verbo, ſumptibus.
74 At quando Procurator abſentis requiſiti, ut compareat
ad reſpondendum poſitionibus, comparet ad allegandum
ejus abſentiam, tenetur procurare, quod poſitiones ad eum
tranſmittantur, ſumptibus ejuſdem ſui principalis, Fenzon.
d. c. 68. n. 123.
Sed hoc procedit de jure communi, ſecus videtur ex diſ-
poſitione Statuti Urbis, nam eſt obſervanda diſtinctio, &
forma ab eo tradita, ut per eundem Fenz. *ubi ſupra n. 124.*
Cæterum ubicumque poſitionibus reſpondetur, ſivè à 75
principali, ſivè à Procuratore, reſponſio debet eſſe talis,
quæ certum reddat interrogantem, & Judicem, Natt.
conſ. 39. n. 9. & ob id † Reſpondens obſcurè cogi poteſt ad 76
clarius reſpondendum, adeò quod obſcurè, ſeu minus ſuf-
ficienter reſpondens, habeatur pro non reſpondente, Spe-
cul. *de poſit. §. nono tangendum, n. 9. lib. 2.* Fenzon. *d. c. 68.*
nu 84. & ſeq.
Sed Rota hoc non admittit in ſuo Tribunali, niſi quis 77
coactus fuerit ad reſpondendum magis præciſè, Seraphin.
dec. 408. n. 3. Fenzon. *d. c. 68. n. 86.*
Nec etiam in Rota contumax in reſpondendo poſitioni- 78
bus repellitur à limine judicii Cavaler. *dec. 562. n 1.*
Sed in hoc A. C. Tribunali, quando reus excipiendo pro- 79
ducit poſitiones, non poteſt Actor obtinere mandatum niſi
prius illis ſufficienter reſpondeat, Scacc. *de appell. lib 3. c.*
2 q. 17. lim 9. n 45. Fenzon, *ad Stat. Urb. d. c. 68. nu. 87.* &
ita quotidie obſervatur in praxi.
Reſponderi autem debet, ab ipſa parte, ſine conſilio 80
Advocati, Specul. *de poſit. §. ſexto tractandum, num 5.*
lib. 2. Add. ad Roman. *ſing 696. verſ. adde quod quando,*
Veſt. *l. 5. c 14. n. 8.*
Hoc tamen primò non procedit in Curia, in qua pra- 81
xis obſervat, ut detur copia poſitionum, Veſt. *d. l. 5.*
cap. 14. n. 8. & ſeq.
Secundò non procedit in Ruſtico, qui non ſolum po- 82
teſt conſulere Advocatum, quando datur ei copia poſi-
tionum in locis, in quibus viget hujuſmodi ſtylus, ſed
etiam ſi non adeſſet ſtylus dandi copiam poſſet reſpon-
dere cum præſentia Procuratoris, vel Advocati, niſi
Ruſticus eſſet valdè ſagax, Adden. *ad Roman. ſing. 390.*
verſ. & adde, Gravat. *ad Veſt. d. l. 55. c. 14. n. 30. &*
ſeqq. Fenzon. *ad Stat. Urb. d c 68. n. 19.*
Solent practici admittere poſitiones cum clauſula, ſal- D
vo jure impertinentium, & non admittendarum, quæ 83
clauſula præſervat jus parti, ut de impertinentia doce-
re poſſit in quavis parte judicii Veſt. *in prax d. lib. 5.*
c 14. n 6. quo caſu, † ſi poſitiones non erant admittendæ, 84
habentur pro non admiſſis, Gravat. *ad Veſt. d. l 5. c. 24.*
n 26. Poteſt igitur in hoc caſu poſt expreſſionem videri, an
eſſet reſpondendum, & an poſitiones debuiſſent admitti,
quando non poſſet imputari aliquid parti, per quod conſen-
ſiſſet, Bart. *in l ſi dicatur, § item Iulianus, n. 11 de iur jur.*
Fenzon. *ad Stat. Urb. dict. cap. 68. num. 35.* nam admiſſio † 85
cum d clauſula procedit in dubio, ſecus autem quando con-
ſtat articulos, ſeu poſitiones eſſe pertinentes, vel imperti-
nentes, tunc enim ſunt ſimpliciter admittendæ, vel reii-
ciendæ, Gravat. *ad Veſt. d lib 5. c. 14 num. 26* Et † licet 86
irrelevantes non ſint admittendæ, Cavaler. *dec. 562. num.*
2. in dubio tamen potius debent admitti, quàm reiici,
Gravat. *ad Veſt. d. c. 14. n. 27.* ubi, quod † pertinentes di- 87
cuntur, ſi quoquomodo ad cauſam ciant, ſivè directè, ſivè
indirectè.
Tacens habetur pro negante, quando damnoſa eſt ei E
negatio, & pro confitente, quando damno eſt ei confeſſio, 88
Gloſ. *in c 2 not. & in verb. pro confeſſo de confeſ. in 6.* Spe-
cul *de poſit §. nono tangendum, n 4. lib 2.* Bald *in l 2. §. qua*
ſi actor, num 3 C. de jur. prop. cal Lanfranc. *in prax. ſubtit.*
de reſponſ c 6 n 21. Fenzon *ad Stat. Urb d c. 68. n 74. lib. 1.*
& hoc in pœnam ſuæ contumaciæ in reſpondendo poſitio-
nibus, Specul *in d. §. nono tangendum, num 4.* Gayll.
obſerv 80 nu 1 lib 1. Quod procedit non ſolum † in 89
eo, qui omninò tacet, ſed etiam in eo, qui obſcurè re-
ſpondet, nàm poteſt cogi ad reſpondendum magis præ-
ciſè, Specul. *in d. §. nono tangendum, n 5* Seraph. *dec. 408.*
n. 2. & ſeq. undè ſi denuò monitus ad magis præciſè reſpon-
dendum, tacet, ſine dubio habetur pro confitente, vel ne-
gante, prout eſt illi deterius, Specul. *in d. §. nono tangen-*
dum, n 5. & n 9.
Cautela datur, ut in poſitione ſuper quantitate ha- F
beatur certa confeſſio, quod dicatur in poſitione, ſi non 90
credit de tanto, dicat de quanto deſcendendo, uſque ad
minimum, ut poſt Gratian. & alios quos allegat, ſe-
quitur,

Digitized by Google

quitur, Fenzon. *ad Stat. Urb. c.68. num. 69. l.1.*

G Ad hoc ut quis poſitionibus reſpondere teneatur, re-
91 quiritur, quod contra eum fuerit exequutum monitorium, nam reſponſurus debet moneri, & juberi in præſentia per Iudicem, ut reſpondeat, *cap.2.* ibi interrogatus, juſſuſque à Judice, *de confeſſ. in 6.* Saluſt. Tib. *in prax. l.2. c.13. n.12. & n.23.*

92 Sed hoc non procedit in cauſis executivis, in quibus in cauſa principali non requiritur monitorium, nam tunc illud nec etiam requiritur in cauſa aſſeſſoria, pro habenda reſponſione ad poſitiones, *c. acceſſorium de reg. jur. in 6* prout de ſtylo, & praxi receptiori bujus A.C. & aliorum Vrbis Tribunalium, teſtatur Saluſt. Tib. *dict. l.2. cap. 13. n.23.*

H Si à Iudice monitus, & citatus recuſat reſpondere,
93 Iudex pronunciat poſitiones pro confeſſatis, *cap.2.* ubi Gloſ. *in verbo, pro confeſſo, & D.D.* tradunt, *de confeſſ. in 6* quod procedit etiam de jure civili, ut per Cyn. *in leg. 2. §. quod ſi actor, n.8.* & ibi etiam alii, *C. de jur. jur. prop. cal.* & in hoc A C. Tribunali, Saluſt. Tib. *in prax. d. l.2. c. 13. n.13.* Seraph. *dec. 905. n.1.*

94 Poſitiones autem pronunciatæ pro confeſſatis plenè probant contra contumacem in reſpondendo, *dict. c.2.* ubi Gloſ. *in verbo pro confeſſo, de confeſſ. in 6.* Seraph. *dict. decis. 905. num. 1.* Cavaler. *dec. 562. n.1.*

95 Sed hoc primo non procedit perempta inſtantia, nam tunc petit etiam ficta confeſſio, nec proderit in alia inſtantia, Lanfranc. Balb. *dec. 282.* Bonzetin. ad Magon. *dec. Lucen. 25. ſub lit. H.*

96 Secundò non procedit in hærede, nam ſi quis fuerit habitus pro confeſſo, & deceſſerit in hac contumacia ante ſententiam, ſeù pronunciam, talis pæna non tranſit ad hæredem, Bart. *in l. ejus, qui delatorem, ff. de iur. fiſc. & in l. manifeſtè, n.7. ff. de jur. jur.* Lanfranc. *in repet. c. quoniam contra, §. reſponſiones, n.197. de probat.* Adden. *ad Speculat. de poſit. § nono tangendum, ſub lit. E. verſ. adde tu quod hoc non procedit.*

97 Tertiò non procedit, quando libellus eſſet ineptus, nam tunc non reſpondens poſitionibus non debet haberi pro confeſſo, cum enim judicium ſit nullum ob libelli ineptitudinem, non poterit ſequi aliqua ſententia diffinitiva Lanfranc. *in repet. d. c. quoniam contra, §. reſponſiones, n.198. de probat.* Adden *ad Spec. d. §. nono tangendum lit E. verſ. adde tu quod hoc non procedit.*

98 Quartò non procedit, niſi obſervata forma, *cap.1. de Confeſſ. in 6.* & niſi etiam concurrant tria requiſita per Franc. *in d. c.2. n.2.* videlicet primo, quod, quis ſit juſſus à Judice in præſentia in judicio, & non tantum per Nuncium. Secundò quod contumax non poſſit in aliquo
99 ſuam contumaciam excuſare, † nam quælibet cauſa etiam colorata, & beſtialis, & quodlibet impedimentum excuſat à contumacia, Fenzon. *ad Stat. Urb. d. c.68. n.80.* Tertiò quod poſitiones ſint ei lectæ, & explicatæ, aliàs enim his tribus requiſitis non concurrentibus, poſitiones habitæ, & pronunciatæ pro confeſſatis non probat, Seraphin. *decis. 408. n.3. & decis. 905. n.1.* Coccin. *decis. 470. n.6.*

100 Si quis tamen nollet audire, illas legere, & recederet, vel antequam legerentur, declararet, ſe nolle ad juſſum Iudicis reſpondere, haberetur pro confeſſo, *dict. c.2. de confeſſ. in 6.* & ibi Franc. *n.9. verſ. adde tamen.*

101 In caſu autem, in quo dicta Franc. requiſita concurrunt, Rota etiam tenet, contumacem habendum pro confeſſo, Seraph *d. dec. 408. n.4. & dec 905. nu. 1.* quando ſcilicet poſitiones fuerunt pronunciatæ pro confeſ-
102 ſatis extra Rotam, † nam Rota non pronunciat poſitione pro confeſſatis, ſed monet ad reſpondendum illis ſub pæna Excommunicationis, & ſi elapſa die monitus non reſpondet, procedit ad pœnas in monitorio contentas, & non reſpondentem excommunicatum declarat, & denunciat, & ſi per decem dierum ſpatium perſeverat in ſua contumacia, ad Brachii ſæcularis invocationem pro pœna commiſſa, & captionem pignorum donec monitus præmiſſorum tædio affectus, reſpondeat, procedit, *jux. trad. per* Gloſ. *in d. cap.2. in figurat. caſus, in verſ. ſed quid, de confeſſ. in 6.* Auct. Formul. Commiſſ. *tit. de poſit. verſ. qua reſponſione, fol. 12.* & Veſt. *in prax. d. lib.5. c.14. n.3. & ſeq.* quod convenit etiam cum quadam opinione de juri civili relata per Cyn. *in d. l.2. §. quod ſi actor, n.8. verſ. cogetur ergo, C. de jur. jur. prop. cal.*

Quintò, ut ex præmiſſis patet, non procedit de ſty- 103
lo Rotæ quæ non admittit has fictas confeſſiones, Veſtrius *d. lib.5. c.14. nu.4.* Greg. *dec. 406. nu 14.* & ibi latè Beltramin. *n.18.* Caval. *dec. 562. nu.1.* niſi in caſu, quo poſitiones eſſent pronunciatæ pro confeſſatis extra Rotam, obſervata forma, *d. c.2. de confeſſ. in 6.* cum ibi requiſitis per Franc. ex præallegatis.

Sextò, nec etiam procedit de ſtylo recentiori hujus 104
A.C. Tribunalis, cum enim ſit Tribunal ſupremum, non attendit has fictas confeſſiones, quoad plenam probationem faciendam, ſed benè quoad adminiculum, & ita quotidiè obſervat praxis, & licèt alius ſtylus dicti Tribunalis aliter obſervaverit, ut per Saluſt. Tib. *d. lib. 2. cap. 13. nu. 13.* Seraph. *d. dec. 905. n. 1.* hodie tamen eſt innovatus, ut ſupra.

Sed ſi foret obſervata forma *d. c. 2. de confeſſ. in 6.* & 105
concurrent dicta tria requiſita per Franc. *ibi ſub num. 9.* tunc contumax habendus eſſet pro confeſſo. etiam in hoc Tribunali, Seraph. *dec. 408. nu. 4. & dict. dec. 905. num. 1.*

Cæterum ſi cauſa coram A.C. fuiſſet introducta vir- 106
tute appellationis à ſententia de partibus, eſſet, quoad validitatem dictæ ſententiæ attendendum Statutum, ſtylus, & conſuetudo illius Tribunalis, in quo fuit ſententia lata, & fabricatus proceſſus, Bart. *& DD. in l. cunctos populos, Cod. de Summ. Trinit.* Bald. *conſ. 22. Statuto cavetur, lib.1.* Alex. *conſ. 164. nu. 7. fin.* ubi dicit omnes ita tenere.

Poteſt tamen non ſolum poſt d. terminum ad pri- 107
mam, ſed etiam poſt decem dies, & quandocumque, re integra ante concluſum in cauſa, & ante ſententiam, mora purgari, & pars ad reſpondendum poſitionibus pronunciarit pro confeſſatis de jure admitti, ex cumulatis per Saluſt. Tib. *d. l.2. c.13. n.14.* Scacc. *de jud. lib.2. c.7. num.73.*

Poteſt etiam reſpondens poſitioni ſuam confeſſionem revocare incontinenti, etiam non docto de errore, Gabr. *de confeſſ. concl. 5. nu.4 & num. 10.* Angel. *de acq. poſſ. q.2. art.1. nu.* Card. Tuſc. *lit. P. concl. 391. n.1. & ſeq.* niſi confeſſio emanaverit poſt datum terminum ad deliberatè reſpondendum, Gab. *d. concl. 6. nu. 5.* Card. Tuſ. *d. concl. 391. n.7.*

Incontinenti autem dicitur infra triduum, & antequam confeſſio fuerit a parte acceptata, Gabr. *de confeſſ. d. concl. 6. n 12. & ſeq.* Angel. *de acquir. poſſeſſ. q.2. art. 12. n. 371. & ſeqq.*

Multoque magis revocari poteſt incontinenti confeſ- 108
ſio ficta, quando poſitiones fuerunt pronunciatæ pro confeſſatis, prout ego aliquando Cortonæ obtinui in facto.

Appellatio verò à pronuncia poſitionum pro con- 109
feſſatis: cum ſit interloqutoria, non datur, Gloſ. *in cap. cupientes in verba, expectare, de elect. in 6* Dec. *conſ. 34. n.3.* Bald. *conſ. 296. num.1. in fin. lib.5.* Aſin. *in prax. §. 19. c.15.* Guido Pap. *dec. 220* Mar. Anton. *in var. reſol. lib. 2. reſol. 4. n.13.*

Sed hoc primò non procedit in Curia Capitolina in 110
qua obſervatur opinio contraria, Luc. Pet. *in prax. lib. 2. cap.4. num.16.* Galgan. *ad Stat Urb. c.68. n.30. lib.1.* Fenzon. *ad Stat. Vrb. d. c.68. num. 107.*

Secundò non procedit coram illuſtriſs. Viarum Præ- 111
ſide ad quem devolvitur cauſa appellationis à Magiſtris Viarum Iudicibus Capitolinis, quia coram his omnibus obſervatur, prout in Curia Capitolina, ut in deciſione Illuſtriſſimi D. Matthæi viarum Præſidis, quæ eſt impreſs. *decis. 253. num. 29. part. 7. recent.*

Tertiò non procedit de iure canonico, quod admit- 112
tit appellationem à quolibet gravamine, Dec. *d. conſ. 24. n.11. verſ. ſed de jure canonico.*

Quartò non procedit, quando ius adverſarii non eſt 113
effectum deterius, ſed res eſt integra, nam tunc datur appellatio, Aſin. *d. §. 19. c.15. n.6.*

Et quo primò infertur, quod quando ſtatutum diſponit, quod contumax in reſpondendo poſitionibus habeatur pro confeſſo, res non eſt integra nam ſatis videtur in cauſa pronunciatum, ideoque non datur appellatio,

latio, Imol. in l. inſulam. n. 16 ff. de verb. obligat. Aſin.
in d. §. 19. c. 15. n. 6.
115 Secundò infertur, quod ſi poſtquam poſitiones fuerunt
pronunciatæ pro confeſſatis, fuit etiam in meritis cauſæ
ſententiarum, res non eſt integra, ex allegatis ſupra in
verſ. poſt autem: ideo non poterit à d. pronuncia appel-
lari, & eo minus ſi jus adverſarii ſit etiam effectum de-
terius, ex alleg. per Aſin c. 13. n. 6.
Poterit nihilominus probari contrarium, Jaſ. in l. ſi is,
qui, n. 6. C. qui teſt. fac. poſſ. & ibi Caſtr. n. 5. Gayll. obſer-
vat. 80. n. 5. lib. 1. Matthefil. ſing. 17. n. 25. Magon. dec. Lu-
cen. 25. n. 25. Tiraq. de retract. lignag. §. 4. Gloſ. 1. n. 12. &
ſeq. ubi id in terminis Statuti limitat pluribus modis.
I Reſponſio facta poſitionibus debet ab actuario ſcribi,
116 Specul. de poſit. d. §. ſexto tractandum, n. 2. lib. 2.
L Maximum litium expediendarum remedium eſt jura-
117 mentum, ut dixit I.C. in l. prima, ff. de jurejur. unde †
118 inter cætera juramentum litis deciſivum hoc nomen ſor-
titum fuit, & eſt duplex.
119 Extrajudiciale, quod defertur à parte parti extrajudi-
cium, cujus ſunt ſex ſpecies, videlicet promiſſorium, aſ-
ſertorium, confirmatorium, fidelitatis, temerarium, & il-
licitum, de quibus latius Mar. de ord. jud. p. 2. c. 6. par. prin-
cip. act. 9. n. 23. & ſeqq. ſed de his in præſenti non agimus.
120 Et judiciale, quod præſtatur in judicio, cujus ſunt de-
cem ſpecies, videlicet deciſorium, ſuppletorium, credu-
litatis, veritatis, calumniæ, in litem civilem, purga-
tionis in litem criminalem, damnum paſſi, ac taxatio-
nis expenſarum, de quibus latè idem Maran. de ord. jud.
dict. p. 2. ſexta p. princ. act. 9. n. 1. & ſeqq.
121 Juramentum judiciale, deciſorium, ſeù deciſivum, de
quo in præſenti agimus, eſt illud quod defertur à parte
parti in judicio, Judice approbante, l. 1. in fine, & l. 3.
& l. juſjurandum, & ad pecunias, §. qui juſjurandum,
verſ. ſi de qualitate, & §. ait prætor, ff. de jur. jur. Pa-
122 pien. in Prax. in form. jur. à parte parti, § 2. num. 3. & †
habetur pro plena probatione, l. non erit ratum, §. dato,
& l. ſed ſi poſſeſſor, ff. de jurejur.
123 Et dicitur deciſorium, quia decidit litem ſicut ſen-
tentia, & cum ſpeciem contineat tranſactionis, majo-
remque habet auctoritatem, quam res judicata, l. 2. ff.
124 de jure jur. ad † illud civiliter retractandum probatio in
contrarium non admittitur, l. non erit ratum, §. dato ff.
de jure jur. Maran. de ord. jud. d. p. 2. 6 part. princ. act. 9.
nu. 11. in fin. & n. 22. Facch. controv. lib. 1. cap. 23. verſ.
3 Boer. dec. 306. n. 3.
125 Sed hoc primò non procedit in confeſſione jurantis, quæ
bene admittitur, Jaſ. in l. ſi duo patroni, §. idem Julianus,
nu. 7. & ſeq. ff. de jure jur. Boer d. dec. 306. nu. 2. & ſeqq.
126 Secundò non procedit, quando Legatarius, vel fi-
deicommiſſarius juravit ſibi deberi Legatum, vel fidei-
commiſſum ante apertas tabulas Teſtamenti, nam ſi po-
ſtea, verbis teſtamenti perſpectis, conſtaret legatum, vel
fideicommiſſum non fuiſſe illi relictum, admitteretur
in judicio probatio contra eum, qui juravit, & poſſet
ſententia lata retractari, l. fin. C. de reb. cred.
127 Tertiò non procedit, ſi exceptio probanda eſſet com-
patibilis cum juramento, ut per Bart. in l. cum qui, § fin.
ff. de jure jur. quem ſequitur Jaſ. in d. l. cum qui, § ſi juro-
vero, ſub nu. 8.
128 Hoc autem juramentum à parte delatum poteſt ei re-
ferri, ſi Judex id approbaverit, l. juſjurandum, & ad
pecunias, §. ait prætor, & §. fin. & l. manifeſtæ, ff. jure
jur. l. delata, C. de jure jur. Papien. in prax. in forma jur.
à part parti, §. dicte, n. 1. Marant. de ord. jud. d. p. 2. 6. p.
princ. art. 9. n. 11. Grav. 203. n. 6. & ſeqq.
129 Nolens autem jurare, nec referre habetur pro con-
feſſo, d. l. manifeſtæ, ff. de jure jur. Mar. d. act. 9. n. 12.
Bart. in §. ſi quis autem, n. 2. in Auth. ut ligant. jur.
130 Nam regulariter jurare, aut ſolvere, aut referre quis
recuſare non poteſt, l. juſjurandum, & ad pecunias, §.
ait prætor, & d. l. manifeſtæ, ff. de jure jur. & d. l. dela-
ta, C. de reb. cred. & jure jur. Cagnol. in l. 2. q. 101. n. 264
& ſeq. Cod. pact. inter empt. & vendit. Crav. conſ. 203. n. 6.
& nu 25. Menoch. de arbitr. caſ. 189. n. 1.
131 Etiamſi dicta velle deducta in contrarium probare per
teſtes, Jaſ. in d. l. manifeſtæ, in 3. q. ſub num. 3. ff. de jure jur.
Follet. ad Maran. in prax. p. 6. de teſt. product. num. 47.
Oſaſc. deciſ. 11. num. 2. Boer. dec. 95. num. 1. & ſeq.
Sed hoc non procedit juſta ſubſiſtente cauſa, cap. fin. 132
ext. de jure jur. l. juſjurandum, & ad pecunias, §. ait prætor,
ff. de jure jur. l. generaliter, §. ſi autem, Cod. de reb. cred. l. in
contractibus §. illo, C. de non nu. pecun. & ita d. l. generali-
ter, §. ſi autem, intelligunt, & declarant communiter,
DD. in d. l. manifeſtæ, & ſignanter Bart. n. 3. Angel. n. 1.
Caſtren. in prin. Jaſ. nu. 5. & ſeq. Alex. n. 3. & ſeqq. ff. de
jure jur. non enim hæc corrigitur per illam, ut exiſtima-
vit Accurſius, ſed enucleatur, & repletur ut idem Juſti-
nianus in d. l. generaliter in fine, expreſſè profitetur.
Si quidem hujus deciſorii juramenti dilationis quæſtio 133
inter partes, Judicis arbitrio, etiam jure Dig. relinquitur
dict. l. juſjurandum, & ad pecunias, §. qui juſjurandum, verſ.
ſi de qualitate, ff. de jurejur. & ex diverſitate rerum, & per-
ſonarum dubitatio orta, an per omnia juſjurandum refer-
ri debeat tale, quale defertur, officio Judicis d. totum ter-
minatur, d. l. juſjurandum, & ad pecunias, § ait prætor.
in fin. nec quicquam valet delatio, aut relatio hujuſmodi
juramenti à Judice non approbata, l. 3. ff. de jure jur.
Idem profectò ſtatuit Juſtinianus in d. l. generaliter, §.
ſin autem licet enim concedat licentiam recuſandi hujuſ-
modi juramentum, ſubdit tamen, quod ſi Judex illud
omnimodo præſtandum exiſtimaverit, ſic cauſa dirimatur,
quaſi volente eo Sacramentum ſit recuſatum, hoc eſt, ac
ſi relatum juramentum recuſaſſet, de voluntate refe-
rentis, vel ſicut ſi relatum ſibi juramentum recuſaſſet,
quod ab initio detuliſſet, ideoque, ſicut olim omnis quæ-
ſtio ſuper delatione, vel relatione juramenti erat Judicis
arbitrio, Juſtinianus reliquit, ac remiſſit eandem, dum le-
ges antiquiores in hoc magis elucidavit, ac replevit.
Juſtæ autem cauſæ, ob quas quis non tenetur jurare, 134
aut ſolvere, ſunt quàm plurimæ, & ſignanter.
Prima eſt quando juramentum defertur prodigo, fu- 135
rioſo, & ſimilibus, l. Tutor, §. prodigus, ff. de jure jur.
Secunda quando procurator, deferens hujuſmodi jura 136
mentum, non habet ad hoc mandatum ſpeciale, vel cum
libera, vel in rem ſuam, l. juſjurandum, quod ex conventio-
ne § procurator, & §. fin. ubi Jaſ n. 4. & alii, ff. de jure jur.
cap. qui agendum, § fin. de Proc. Rom. in l. 1. ff. de jure jur.
Tertia, ſi quis ſit minor quatuordecim annis, cap. 137
pueri 22. q. 5. leg. juſjurandum, & ad pecunias, §. pupil-
lo, ff. de jure jur.
Quarta, Procurator, & defenſor non coguntur ſubire 138
hoc juramentum, d. l. juſjurandum, & ad pecunias §.
pupillo, ubi Bart. n. 7. Alex. n. 2. verſ. ult. adde, ff. de jure
jur. Jaſ. in eadem l. juſjurandum, & ad pecunias, §. defen-
ſor, n. 1. verſ. nota ſecundo.
Quinta quando quis non compellitur Romæ, vel in 139
loco judicium accipere, nam tunc nec ibi compellitur
jurare, d. l. Tutor, §. fi. ff. de jure jur.
Sexta ſi actio contra aliquem proponi non poteſt, iſte 140
nec jurare cogendus eſt, l. ſi patroni, ff. de jure jur.
Septima quando exceptio non poteſt opponi contra 141
aliquem tunc is non cogitur ſuper ea jurare, l. in contra-
ctibus, §. illo, C. de nu. pecun.
Octava, quando jus actoris, ſeù effectus condemna- 142
tionis rei diminuitur, nam ſi reus fuit conventus actio-
ne, quæ inficiendo creſcit, non tenetur poſtea actor reo
deferente jurare, quia Reus hoc caſu non tenetur ad du-
plum, ſed ad ſimplum, verumtamen poteſt ſi vult pro-
bare per teſtes, ut ille teneatur ad duplum, l. cum qui,
ubi Bart. n. 2. & ſeqq. ff. de jure jur.
Nona qualitas, & modus deferendi, vel referendi in- 143
ter partes in controverſiam deductus, donec arbitrio,
Judicis hujuſmodi contentio terminetur, l. juſjurandum,
& ad pecunias, §. & ſi de qualitate, & §. non ſemper, ff.
de jure jur.
Decima cauſa eſt ignorantia, vel dubitatio ejus, cui ju- 144
ramentum veritatis defertur, l. Marcellus §. qui rerum, ff.
rer. amot. l. juſjurandum, & ad pecunias in princ. & in §. ait
prætor, & utrobique Bart ff. de jure jur. Nat. conſ. 35. n. 4.
Ignorantem tamen jurare debere ſaltem de credulita- 145
te, ait. Crav. conſ. 203. n. 25. & ſeq. Menoch. de arbitr.
caſ. 189. n. 7. lib. 2.
Decima prima, timor ne poſtea alio agente perjurium 146
detegatur, l. alias, ff. de jure jur. Bart. in l. juſjurandum,
quod ex conventione, §. fin. n. 4 ff. de jure jur. Oſaſc. dec. 51.
nu. 3.

Digitized by Google

nu.3. Theſaur. *dec*.93. *n*.3. ubi quod hoc procedit, quan-
do id præſens ſtatus judicat, ut puta, quia Teſtes exa-
minati ab offerente juramentum probant, aliàs ſecus,
& quod ita fuit reſolutum, & ſæpiùs obſervatum.
147 Decima ſecunda, ubi quis non tenetur defendere, nec
etiam tenetur jurare, *l. ſed & ſi reſtituatur* 28. §. *ex qui-
bus*, *ff. de jud*.
148 Decima tertia, ſi quis habet Inſtrumentum obligatio-
nis tenetur jurare ſuper ſolutione, non autem ſuper aliis
exceptionibus contra inſtrumentum non competentibus,
Gaballin *Milleloq*.642. Creſen. *dec*.4. *aliàs* 312. *de larep*.
149 Decima quarta ſi emptor conventus ſe defendit, ut
paret ſibi actionem de evictione, quam utique amitte-
ret, ſi res jure jurando decideretur, Ang. Aret. *in* §.
Item ſi quis poſtulante, *nu*.21. ubi ſe ita vidiſſe in practi-
ca teſtatur, & ibi Jaſ. *n*.8. *inſtitut. de act*.
150 Decima quinta, quando quis habet intentionem fun-
datam per confeſſionem partis, vel per inſtrumenta vel
Teſtes, *l. in contractibus*, § *illo* & ibi Caſtr. *C. de non nu.
pecun. c*.2. *ext. de probat*. Neviz. *conſ*.7. *n*.7. Papien. *in form.
juram. à part parti*, §. *quoniam*, *nam* 4. Oſaſc. *dec*.10. *n*.7.
Ludov. *dec. Lucen*.35. *n*.3. *& ſeqq* Boer *dec*.95. *n*.3. *& n*.6.
151 Decima ſexta, quando Teſtes ſunt publicati, Crav.
conſ.207. *nu*.1. *& ſeqq*. Oſaſc. *dec*.97. *nu*. 6. Boer. *dec*.95.
nu.4. ubi poſt alios de veriori, æquiori, & in practica
obſervata opinione teſtatur, *& n*.6.
152 Decima ſeptima, ſi in actione famoſa juramentum fue-
rit relatum, in his enim actionibus referri nequaquam
poteſt, *l. Marcellus*, §. *fin*. *& l ſeqq ff. rer. amot. cap. fin. extr.
de jure jur. l. juſiurandum*, *& ad pecunias*, §. *ait prætor.
verſ. datur*, ubi Gloſ. *in verbo ſi malis ff. de jure jur*. Gloſ.
in l. data, *in verbo referat*, *& ibi addea. Cod. de reb. cred*.
Cravet. *conſ*.203. *nu*.2. Natt. *conſ*.35. *nu*.1 quod procedit
ob ignorantiam deferentis, Menoch. *d. conſ*.189. *n*.8.
153 Decima octava, ſi deferens juramentum deciſorium
non jurat de calumnia, nam, parte petente, ad hoc te-
netur, *l juſiurandum*, *& ad pecunias*, § *qui juſiurandum*,
ff. de iure iur. l. Marcellus, §. *qui rerum ff. rer amot. l. fin. C.
de fideic*. Papien. *in prax. in for. iur. à part. parti*. §. *dicit*, *n*.
3. Boer. *dec*.243. *n*.1. *& dec*.339. *n*.1.
154 Sed hoc primo non procedit in referente, qui non te-
netur de calumnia jurare, *d. l. iuſiurandum*, *& ad pecu-
nias*, §. *ait prætor*, *verſ. æquiſſimè*. *ff. de iure iur*.
155 Secundò, non procedit parte id non petente, nam ju-
ramentum calumniæ poteſt tacitè omitti, *d*. §. *qui iuſiu-
randum*, ibi *ſi hoc exigatur*, cum aliis cumulatis ſupra
part.1. *c*.8. *n*.97.
156 Tertiò non procedit in patrono, & parentibus, quibus
æquæ remittitur hoc juramentum, *d*. §. *qui iuſiurandum*.
157 Decimanona cauſa eſt, ſi quis aſſumpſit in ſe onus
probandi, & non probavit, tunc enim Adverſarius non
tenetur jurare, Dec. *in cap. ſicut col*.3. *in princ. n*.3. *verſ. ſi
verò acta*, *de probat*. Natt. *d. conſ*.35. *n*.3.
158 Contrarium docet Maſcard. *de probat. concl*.957. *n*.9
qui alios congerit, & noviſſimè defendit Fachin. *contr.
lib*.1. *c*.20. Oſaſc. *dec*.97. *n* 6. *& ſeq*. Ant. Theſaur. *dec*.
93. *n*.2. *& ſeqq*. Boer. *dec*.95. *n* 6.
159 Sed quia fundamentum primæ opinionis eſt in *leg. ſi
quis iuſiurandum*, *C. de reb. cred. & iure iur*. ideo poteſt
diſtingui quod aut quis à principio offert juſiurandum,
& deinde revocat oblationem, & aſſumit in ſe onus pro-
bandi, & demum probationibus deſtitutus vult redire
ad oblationem juramenti, & hæc facere non poteſt,
text. eſt expreſſus in dict. l. ſi quis iuſiurandum, & hoc
caſu poteſt procedere prima opinio *Dec*. : aut quis non
obtulit primò juramentum, Sed ſimpliciter aſſumpſit
in ſe onus probandi, & tunc poteſt offerre juramentum,
ſi probare aliter non potuit, & in his terminis poteſt
procedere ſecunda opinio Maſcard. *& aliorum*, Oſaſc.
dict. dec.97. *n*.10. *& ſeq*.
160 Poteſt autem hoc deciſorium juramentum ab initio,
etiam nullis propoſitis probationibus deferri, *l. Tutor. in
prin. & l. manifeſtæ*. *ff. de iure iur. l. fin. C. de fideic. l. dela-
ta*, *& l. generaliter*, § *omne igitur ibi*, vel in principio li-
tis, *C. de reb. cred & iure iur. l. fin*. §. *licentia*, *C. de iure de-
lib*. Purpur. *in d. l. manifeſtæ*, *n*. 11. *in fin*. ubi de veriori,
æquiori, & in practica ſervata opinione teſtatur, *ff. de
iure iur*. Foller. ad Maran. *in prax. p*.6. *princ. de teſt. prod*.

n.75. Fachin. *controv. l*.1. *cap*.19. Oſaſc. *dec*.97. *n*.10 Si-
cut † deferri poteſt etiam ab eo, qui nihil probaverit, pro. 161
ut de magis communi DD. opinionione teſtatur Crav.
conſ.207. *n*.4. *& ſeq*. ubi, quod hoc procedit multo magis,
quando ille aliquid probavit minus, quàm ſemiplenè.
Dilatio tamen congrua jurare debenti debet à Judice 162
dari, ſi illam petierit, ne aliàs præcipitanter jurando in-
cideret in perjurum, *l. iuſiurandum*, *& ad pecunias in
princ. verſ. quod tamen in ſin. ff. de iure iur*. Papien. *in dict.
form. iur. à part. parti*, §. *terminum*, *nu*.1. Boer. *dec*.243.
n.2. *& dec*.339. *nu*.1. *in fin*. quo † quidem termino ad ju- 163
randum pendente, niſi oblatio fuerit acceptata, pote-
rit deferens illam revocare, etiam ſine cauſa, Caſtr. *in
l. non erit ratum*, §. *ſi neque*, *ff. de iure iur*.
Sed ſi reus Incontinenti acceptaverit oblationem, & 164
petierit aliquam brevem dilationem ad jurandum, non
poterit revocari, niſi ex juſta cauſa, Caſtr. *in d. l. non
erit ratum*, *C. ſi neque*, *C. iure iur*. Saluſt. Tiber. *in prax.
l*.2. *cap*.39. *n*.2. Boer. *dec*.243. *n*.2. *& dec*. 339. *nu*.2. & re
Integra, Gaſp. *Theſaur. q. forenſ. c*.16. *lib*.1.
Eſt autem juſta cauſa ad effectum, de quo agitur, ſi 165
offerenti juramentum novæ probationes ſupervenerint,
l. ſi quis iuſiurandum intulerit, §. *ſi quis autem Cod. de
reb. cred. & iure iur*. Caſtr. *in d. l. non erit ratum*, §. *ſi ne-
que* Soccin. *conſ* 90. *n*.13. *verſ. & ibi hanc cauſam*, *lib*.4.
Oſaſc. *dec*.8. *n*.4 *& ſeqq*.
Nec revocatione oblationis facta, quis poterit am- 166
plius, ut ſupra diximus, *nu*.159. redire ad illam, *d. leg.
ſi quis iuſiurandum*, *C. de reb. cred*. Facchin *controv. lib*.1.
c.20. *verſ. nec me movet*, Oſaſc. *dec*.97. *n*.11.
Ex quibus patet, juri conſonam eſse praxim hujus A. 167
C. Tribunalis, in quo non datur copia partiti, nec ci-
tatur ad eam revelandam, prout in aliis Urbis Tribu-
nalibus fieri conſuevit, ſed ex quo jurandum eſt incon-
tinenti, citatur ſimpliciter, ut ſupra ad videndum ſibi
fieri partitum litis deciſivum, jurandum, vel referen-
dum, aliàs videndum mandari referri ad p d.
Cęterum ſi juramentum litis deciſivum, Judice appro- 168
bante, præſtitum fuerit, & Judex deinde, hujuſmodi jura-
mentum ſecutus contra deferentem ſententiam tulerit,
non dabitur ab ea appellatio, *l. generaliter*, §. *ſed iuramento*,
& §. ſin autem, *C. de reb. cred. & iure iur* Fach. *contr. l*.1. *c*.23
in princ. Saluſ. Tib. *d. c*.39. *n*.2 Scac *de App. q*.17. *lim*.34. *n*.1.
Quinimò etiam ſi eis cui d. juramentum delatum fuit, 169
illud recuſaverit, volente tamen deferente, quia tunc
perinde eſt, ac ſi juramentum præſtitum fuiſset, ſi Ju-
dex ad ſic recuſantis favorem ſententiaverit; adhuc ve-
nit deferenti deneganda appellatio, *d. l. generaliter*, § *ſin
autem*, ubi Gloſ. *in verbo recuſatum*, *C. de reb. cred*.
Si verò is, cui juramentum delatum fuit, illud potius 170
deferenti referre, quàm jurare voluerit, tunc ſi primus
delatur voluerit jurare, habetur pro confeſso, & con-
victo, & à ſententia contra eum lata pariter appellatio
non dabitur, *d. l. generaliter*, §. *ſed iuramento*, *& §. ſin
autem*, ubi Gloſ. *in verbo volente*, *C. de reb. cred*.
Sed ſi, cum ille paratus eſset jurare, referens ei ju- 171
ramentum remiſerit, illud habebitur pro præſtito, nec
à ſententia de ſuper lata referens appellare poterit, *dict.
l. generaliter*, §. *ſin autem*, ubi Gloſ. *in verbo volente*,
Cod. de reb. cred.
Ratio autem eſt, quia nimis durum videtur parti vo-
lenti cauſam jure jurando decidi poſtquàm Judex ejus
petitionem ſecutus fuerit, ſuper eſse remedium provo-
cationis, *d. l. generaliter*, § *ſed iuramento*, *verſ. quis
enim*, *& §. ſin autem*, *C. de reb. cred*
Verum tamen ſi is, cui juramentum eſt delatum, il- 172
lud recuſaverit, allegando rationabiles cauſas, & exce-
ptiones, tunc ſi Judex eum non juſtè recuſare exiſtima-
verit, & ob id contra ejus ſententiam protulerit, utique
qui ſic recuſavit appellare valebit, *d. l. generaliter*, § *ſin
autem*, *& §. ipſe autem*, *C. de reb. Cred*. Facchin. *controv.
lib*.1. *c*.23. *in princ*. Scacc. *de App. q*.17. *limit*.34. *n*.5.
Tandem ſi is cui delatum eſt juramentum, illud retu- 173
lerit Adverſario, & jus curaverit, ac Judex præſtiti jura-
menti virtute contra referentem ſententiam promulga-
verit, an Referens appellare poſſit, contrariæ ſunt DD.
opiniones, & verius videtur appellationem non dari,
quia eadem ratio videtur in referente, quæ in deferente
nulli-

militare, referens eoſm, & ipſe hoc caſu cauſam iuramento decideodam curavit, dum ipſe jurare & ſic Teſtis, & Iudex in cauſa propria eſſe potuiſset, & potius referre voluit iuramentum, imputet ergo ſibi, ex quod ſic voluit, & tacite tranſegit; quam quidem opinionem poſt Ioan. & alios ſequutus eſt oovíſſime Facchin *controv. lib. 1. c. 23. verſ. cæterùm*, latè Scacc. *de appellat. q. 17 lim. 3. n. 3* Oſaſc. tamen
174 *dec.* 60. contrariam opioionem defendit ſub *n 7 & ſeq.* ubi ſub *n.* 8. de commuoi teſtantes allegat, & *n.* 10. ita Senatum cenſuiſse refert, & ad jura idem diſponentia in iuramento relato, quod in delato, reſpondet procedere in relatione voluntaria à Judice oon approbata ſecus in neceſsaria a Judice noo approbata, licet ſuperius, *n. 5.* dixiſset, huiuſmodi relationem procedere potius ex neceſſitate cauſat*i*ea non attendeoda, quàm ex oeceſſitate præciſa.

Sed Scacc *d q 17. limit. 34. n 3* latius primam opioionem adverſus prædicta bonis rationibus tuetur, ut per eum.

175 Verum prima opinio certe non procedit in Legatario, vel fideicommiſsario iurante legatum, eel fideicommiſſum ſibi deberi, ſi eoim apertis demum tabulis Teſtamenti nullum ad Legatarii, vel Fideicommiſsarii favorem legatum, ſeù fideicommiſſum relictum appareat utique non ſolum ſententia per appellationem, ſeu aliud remedium retractaoda erit, ſed etiam legatum, ſeù fideicommiſſum indebitè perceptum reſtituendum, *leg fin C de reb cred* nam tranſigi non poteſt ſuper contentis in Teſtamento, antequàm illud apertum, & perfectum fuerit, Gloſ *in d. l. fin. in verbo legatum*, Facchio. *controv. l. 1. c. 23. verſ legata*.

SUMMARIUM.

De Teſtibus examioandis. Cap XI.

1 *Deficientibus ſcripturis, & confeſſionibus Partis probatur per Teſtes.*
2 *Citatio ad dicendum contra Articulos, & ejus formula, & Proceſſus.*
3 *Productiones, ſeù repetitiones articulorum in termino ad dicendum contra, & earum formulæ.*
4 *Articuli, & eorum formula.*
5 *Proteſtatio contra articulos in termino ad dicendum contra & ejus formula.*
6 *Proteſtatio ſuper ſpecificatione materiarum, & nominum Teſtium quæ ſit Parte opponente & eius formula.*
7 *Intimatio, qualiter materiæ, & nomina Teſtium ſunt in actis ſpecificata, & ejus formula.*
8 *Teſtes inducti quomodo debent jurare per diem ante examen de veritate diceada.*
9 *Teſtes iurati in die juridica poſſunt examinari in die feriata.*
10 *Inductio interpretis, & ejus formula.*
11 *Ad examen Teſtium, à quo, & quomodo procedatur.*
12 *Productio interrogatoriorum, & eius formula.*
13 *Parte non dante interrogatoria, & non conducente interpretem, proceditur ad examen ſuper articulis.*
14 *Parte non comparente hora intimata cum Teſtibus examinandis, accuſatur eius contumacia hora ſequenti pulſata, & quomodo.*
15 *Contumacia examinare volentis bis accuſata non poteſt procedi ad examen, niſi facta nova intimatione.*
16 *Interrogatoria, & eorum formula.*
17 *Citatio ad dicendum contra articulos, & videndum examinari Teſtes abfuturos, & ejus formula, & proceſſus.*
18 *Iuramenta à partis, & Teſtium ſuper futura abſentia, & eorum formulæ.*
19 *Intimatio qualiter fuit juratum ſuper futura abſentia, & ejus formula.*
20 *Citatio ad videndum examinari Teſtes abfuturos etiam noviter repertos, quando articuli fuerunt aliàs admiſſi, & eius formula.*
21 *Citatio ad videndum examinari Teſtes abfuturos, quando examen fuit aliàs Notario commiſſum, & terminus ad videndum illos iurare, adhuc durat, & eius formula, & proceſſus.*
22 *Citatio contra Teſtem recuſantem ſubiicere ſe examini, & ejus formula, & proceſſus.*
23 *Examen Teſtium de jure civili non poteſt committi Notario.*
24 *Teſtium examen, & receptio juramentorum poſſunt Parte citata committi Notario, uti nudo Miniſtro, de ſtylo Curiæ, & diverſorum locorum ac etiam de jure ex cauſa.*
25 *Cauſa commiſſionis examinis Teſtium Notario actuario uti nudo Miniſtro, præſumitur.*
26 *Examen, ac juramenta Teſtium recepta à Notario de mandato Iudicis computantur inter acta judicialia, & probant ſine aliis Teſtibus.*
27 *Eſt conſilium Hoſtienſis, quod de commiſſione examinis egetur alter Notarius.*
28 *Actuarius de ſtylo, & ſignanter Rotæ, & Curiæ poteſt rogari de commiſſione examinis, & receptionis juramentorum Teſtium ſibi data.*
29 *Cancellario actuario Epiſcopi vel alterius Iudicis creditur de commiſſione examinis ſibi data ratione officii.*
30 *Teſtibus examinatis à Notario actuario, credendum eſt eidem Notario de commiſſione examinis ſibi data.*
31 *Creditur actuario de commiſſione examinis ſibi data ex Praxi contra Hoſtien. etiam ſine teſtibus.*
32 *Creditur Notario actuario aliquid atteſtanti per actum de præſenti, ſecus per actum de præterito.*
33 *Citatio ad videndum jurare teſtes pro ſingulis diebus, & horis ſuſtinetur per duos dies ſequentes.*
34 *Citatio ad videndum iurare teſtes ſuſtinetur pro integro termino probatorio præfixo, etiam prorogato, ſecus pro conceſſo de novo.*
35 *Citatio, ad videndum jurare teſtes eſt neceſſaria, aliàs examen eſt nullum, nec intrat arbitrium.*
36 *Citatio ad videndum jurare teſtes debet eſſe ſpecificata, cum generalis non ſufficiat.*
37 *Citatio ad omnia ad cauſam pertinentia ſupplet defectum citationis ad videndum iurare teſtes.*
38 *In Decreto admiſſionis ad probandum Parti intimato continetur citatio ad videndum iurare teſtes.*
39 *Intimatio ſupplet defectum citationis, ſed non ad ſententiam.*
40 *Teſtes ſi fuerunt examinati cum interrogatoriis, Signatura paſſim concedit commiſſionem ſanatoriam cum clauſula* arbitrio.
41 *Commiſſione obtenta cum clauſula*, arbitrio *an, & quando ſoleat Rota adhibere fidem teſtibus examinatis cum interrogatoriis, non obſtante defectu citationis ad videndum illos jurare.*
42 *Defectus turpidus citationis ad videndum jurare teſtes ſanatur per commiſſionem cum clauſula* arbitrio.
43 *Parte utraque eodem modo ad examen teſtium procedente, non obſtat defectus citationis ad videndum illos iurare, & quare.*
44 *Pars ſciens, & permittens Teſtes examinari abſque citatione ad videndum illos iurare, non poteſt poſtea dicere de nullitate examinis ob dictum defectum.*
45 *Præſentia partis in monitione iudicii, ad videndum iurare Teſtes ſupplet defectum, & habetur pro citatione.*
46 *Teſtes ſunt recipiendi die juridico, non feriato, aliàs examen nullum.*
47 *Doctores, qui moventur iiſdem Juribus, authoritatibus & rationibus, non ſunt varii, licet in cortice verborum diverſimodè loquantur.*
48 *Tempore feriato non poſſunt fieri actus judiciarii.*
49 Antonius Maria Coratius *Corton. fuit I C. præclariſſimus, & cauſarum patronus primarius in Curia Romana.*
50 *Stylus in Curia Romana citandi ad videndum iurare Teſtes ad p. d. (quæ debet eſſe iuridica)* 30. *ſequentes dies, qui intelliguntur currentes.*
51 *Stylus Rotæ, & Curiæ ut Teſtes jurent, tàm p. d. iuridica, quàm in reliquis concurrentibus in citatione ad videndum illos jurare contentis, eſt validus, & quare.*
52 *Finis habens neceſſariam conſequentiam à ſuo principio trahitur ad illud, & principium, non finis tunc attenditur*
53 *De ſtylo Curiæ Capitolinæ Teſtes præſumuntur iuraſſe quando eorum nomina eduntur, & iuramentum retrotrahitur, ad tempus commiſſionis, ſicut examen ad tempus iuramenti.*
54 *Præſtatio iuramenti Teſtis, prout eſt quid facti, non poſſet recipi à Notario nude Miniſtro, nec recipi ubique niſi retrotrahetur ad mandatum Iudicis.*
55 *Teſtis debet iurare coram Judice in iudicio, parte præſente.*

56 *Iura-*

56 *Juramentum, & examen Teſtis à Notario, uti nudo miniſtro, de mandato judicis ubicumque receptum, eſt actus judicialis, & poteſt recipi extra judicium, & tempore feriato, prout eſt quid facti, & quare.*

57 *Stylus committendi Notario, uti nudo Miniſtro, examen, & receptionem juramentorum in forma, eſt validus, & juri conſonus.*

58 *Stylus ne Teſtes jurent ubicumque in manibus Notarii nudi miniſtri, deſcendit à ſtylo committendi Notario examen, receptionem juramentorum Teſtium in forma.*

59 *Præſtatio juramenti teſtis eſt de jure Actus judicialis, ſed cum efficitur actus extrajudicialis, ſtylo mediante non poteſt amplius dici judicialis, niſi per retroactionem ad tempus commiſſionis ad inſtar examinis.*

60 *Tempore feriato, licet non poſſint fieri actus judiciales, poſſunt fieri acta extrajudiciales.*

61 *Juramentum de jure non poteſt præſtari die feriato.*

62 *Juramentum de Jure in die feriato non poteſt recipi à Iudice in judicio, ſecus de ſtylo extra judicium à Notario, uti nudo illius Miniſtro, prout eſt quid facti.*

63 *Praxis optima Legum interpres.*

64 *Text. in c.1.* de Fer. *quod tempore feriato non poſſit præſtare juramentum, quomodo intelligendus ſecundum Canoniſtas, & Summiſtas.*

65 *Stylus juramenti à Teſte præſtati in manibus nudi Miniſtri in termino probatorio, etiam ſi dies ſint feriati valet ad inſtar ſtyli examinandi Teſtes.*

66 *De ſtylis Tribunalis A. C. eſt omnino* Saluſtio Tiberio *credendum, ſecus circa illorum validitatem, & juſtitiam & quare.*

67 Saluſtius Tiberius *addidit ejus Praxi antiquitates, & juramentum accepta à* D. Io: Bapt. Sellu *inſigni practico.*

68 *Commiſſo examine per Judicem Notario, intelligitur commiſſa receptio juramentorum, & è contra.*

69 *Teſtes jurati in termino poſſunt examinari quandocunque etiam extra terminum.*

70 *Notarius nulliter procedit ad Teſtiũ examen, niſi illud aut receptio juramentorum ſibi à judice committatur.*

71 *Si conſtat, Articulos eſſe poſitiones, eſt de illis uti poſitionibus judicandum.*

72 *Articuli cenſentur poſitiones, ſi fuit pacti præfixus terminus ad reſpondendum illis.*

73 *Articuli relevantes, etiam concurrentes objectos vel quando melius materias ſpecificant quàm primi, debent admitti.*

74 *Articuli irrelevantes, impoſſibiles, impertinentes, inveriſimiles, & non concludentes, non ſunt admiſſibiles, ſecus contrarii.*

75 *Articuli in dubio ſunt potius admittendi, quã recipiendi, & quando impertinẽtes, vel irrelevantes dicantur.*

76 *Articuli ſolent ſæpe admitti ſalvis exceptionibus, vel ſalvo jure impertinentium.*

77 *Articuli non fatentur.*

78 *Articuli dati medio juramento probante contra articulantem, etiam non admiſſi, niſi doceatur de errore.*

79 *Articuli cum clauſula, non eſſe aſtringens, nil certi contineri dicuntur.*

80 *Articulans tenetur ſpecificare materias medio juramento, ſecus parte non opponente.*

81 *Teſtis debet jurare per diem ante examen, ex Praxi.*

82 *Si judex mandat Teſtes examinari ſummariè, parte non opponente, ſufficit illos jurare in acta examinis.*

83 *In Tribunali Gubernatoris Vrbis, & aliis inferioribus ſufficit Teſtes jurare in actu examinis.*

84 *Interpres jurare debet de fideliter interpretando.*

85 *Interpres de jure non requiritur in examine Teſtium, ſecus de ſtilo Curiæ.*

86 *Parte citata non conducente Interpretem horis intimatis, valet examen ſine illo, licet parte inſtante, Teſtes poſſint deinde repeti.*

87 *Teſtes debent jurare tactis ſcripturis.*

88 *Tactus ſcripturarum non præſumitur, niſi ſcriptura appareat in actis.*

89 *Verba illa,* Teſtes juratus &c. *non probant juramentum, & quare.*

90 *Juramentum probatur ex verbis diſpoſitivis Notarii,* prout juravit, &c. *ſimilibus etiam ſi non addiderit verba,* tactis ſcripturis.

91 *Dictio, &c. comprehendit omnia, quæ ſunt de natura, & ſubſtantia actus.*

92 *Juramentum probatur ex ſola aſſertione Notarii, ſi adſit in loco hic ſtylus.*

93 *Juramentum non requirit tactum ſcripturarum ſic diſponente Statuto, nec quoad ſuis aſſentiam.*

94 *Jurandi ſolemnitas eſt de jure poſitivo, & poteſt illi à ſtatuto derogari.*

95 *Teſtis Sacerdos poteſt jurare tacto pectore.*

96 *Eques poteſt jurare ſuper Cruce ſui habitus, & juramentum probatur ex verbis depoſitivis Notarii non enunciativis.*

97 *Mors ſupplet Teſtes defectum juramenti.*

98 *Teſtium examen ſine interrogatoriis de jure validum.*

99 *Teſtes examinati ſine interrogatoriis in actis datis non probant, niſi repetantur.*

100 *Repetendi ſunt teſtes ſumptibus ejus, qui vult juvari repetitione, ſi examen aliàs eſt nullum.*

101 *Teſtes examinati ſine interrogatoriis in actis datis, vel pendente termino, ſunt repetendi ſumptibus ejus, qui illos curavit examinare ſine &c.*

102 *Repetitio teſtium, ſi interrogatoria non erant data in actis, vel erat lapſus terminum ad illa dandum ſit ſumptibus eam petentis.*

103 *Parte proteſtante teſtes non examinari ſine interrogatoriis datis, examen eſt nullum ſine illis.*

104 *Teſtis, qui omnia interrogatoria non evacuavit, vel illis reſpondere recuſavit, non probat.*

105 *Teſtis non teneatur reſpondere interrogatoriis impertinentibus, ſeu crimen continentibus.*

106 *Nemo tenetur detegere turpitudinem ſuam.*

107 *Judex remiſſionalis tenetur in omnibus ſervare formam ſibi præſcriptam in remiſſoria, aliàs examen eſt nullum.*

108 *Per dationem interrogatoriorum, pars cenſetur conceſſiſſe examini, quod facilius tunc ſanatur ex commiſſione cum clauſula arbitrio.*

109 *Datio interrogatoriorum inducit ſcientiam teſtium, & materiarum.*

110 *Interrogatoria primo loco data non faciunt ſuſtineri examen nullum, ſi alia dari poterant.*

111 *Pars citata ad dandum interrogatoria, alias videndũ examinari ſine, ſi illa non dedit, examen eſt validum.*

112 *Minor, ſi tutor citatus eſt contumax in dando interrogatoria, non reſtituitur ad illa dandum.*

113 *Interrogatoria ſuperflua, & impertinentia poſſunt à Judice reſecari, & etiam tacitè omitti.*

114 *Teſtes abſfuturi recipiuntur, etiam ſuper articulis non admiſſis, & poſſunt iurare etiam die feriata.*

115 *Teſtes abſfuturi in præſtando juramento, ſtantibus ſtylis Romanæ Curiæ, non ſunt magis privilegiati, quam alii, niſi de jure quando juramentum præſtatur coram Judice.*

116 *Teſtes abſfuturi debent jurare de veritate dicenda, & de futura abſentia & in fine examinis, de non patefaciendo eorum dicta.*

117 *Teſtes non poſſunt examinari ſuper iiſdem, vel directo contrariis poſt publicatas atteſtationes, & didicita teſtificata.*

118 *Teſtium publicatio pronuntiativa non impedit novum examen, ſi teſtificata non ſunt didicita.*

119 *Facta publicatione teſtium, pars, quæ illam petiit, præſumitur didiciſſe teſtificata niſi habeat præſumptionem pro ſe.*

120 *Publicatio facta parte invita, contradicente, proteſtante, vel abſente, illi non nocet.*

121 *Publicatio teſtium inſinuativa impedit teſtium examen ſuper eiſdem, vel directo contrariis.*

122 *Pars quæ habuit proceſſum originalem apertum præſumitur didiciſſe teſtificata, etiam ſi non ſit facta publicatio ſolemnis.*

123 *Dictis teſtium in diſputationibus diſcuſſis, præſumuntur didicita teſtificata.*

124 *Concluſio, quod teſtes non poſſint examinari ſuper iiſdem, vel directò contrariis, publicato proceſſu, vel didicitis teſtificatis, pluries fallit.*

125 *Teſtes noviter reperti, ſi de hoc cõſtat, poſſũt examinari ſuper*

Digitized by Google

ri ſuper iiſdem, vel directo contrariis, etiam poſt didicita teſtificata.

126 *Teſtes poſſunt examinari poſt didicita teſtificata, quando articuli non ſunt comprehenſi ſub primis, vel examen fit ad diverſum finem.*

127 *Teſtes poſſunt examinari, etiam in ſecunda inſtantia, quando aliquid in ſecundis articulis continetur alio modo, & magis explicitè, quàm in primis contineretur.*

128 *Teſtes examinari poſſunt ſuper materia, & ſuper articulis non in cortice tantum, ſed in ſuis eſſentia partim novis, & partim antiquis.*

129 *Teſtes examinari poſſunt ſuper materia, ſuper qua primi teſtes, nil depoſuerunt.*

130 *Teſtificata non poſſunt dici didicita, ſi teſtes nil depoſuerunt.*

131 *Teſtes producti ante publicationem factam parte lavita poſſunt examinari, etiam poſt illam, & didicita.*

132 *Teſtes poſſunt favore Eccleſiæ examinari etiam poſt didicita, conſtito de læſione, & cauſæ cognitione, ac exacta diligentia interveniente.*

133 *Teſtes poſſunt examinari, licet proceſſus ſit tantum Procuratori oſtenſus, ſecus ſi diù fuit penes principalem, & quare.*

134 *Teſtes poſt didicita poſſunt examinari ad corroborationem antiquarum probationum.*

135 *Teſtificata non dicuntur didicita de ſtylo Curiæ quando fuit tantum traditum partibus ſummarium teſtium, & quare.*

136 *Fallentiæ ad regulam, quod poſt didicita non poſſint teſtes examinari ſuper iiſdem, vel directo contrariis, remiſſivè dantur.*

137 *Teſtis recuſans ſe ſubiicere examini poteſt cogi ad id, tam in civilibus, quàm in criminalibus.*

138 *Conſanguinei, & affines non coguntur teſtificari contra conſanguineos, & affines, niſi veritas aliàs haberi non poſſit, vel in ſubſidium, cauſa cognita.*

139 *Filius contra parentes, & libertus, contra patronum, etiam volentes teſtificari, repelluntur.*

140 *Teſtis, cui obiicitur crimen per modum exceptionis, non poteſt cogi ad teſtificandum.*

141 *Frater contra Fratrem non poteſt cogi ad teſtificandum.*

142 *Clericus in criminalibus non cogitur teſtificari, ſed ſi delictum ſit atrox, Iudex debet conſulere Principem, ſi veritas aliter haberi non poſſit.*

143 *Teſtes coguntur ſubiicere ſe examini mulcta indicta, & captis pignoribus*

144 *Teſtium materia eſt ampliſſima, & de ea remiſſivè.*

De Teſtibus examinandis. Pars I. Cap. XI.

1 QUotieſcunque Poſitiones fuerint exadverſo negatæ, ſunt ut infra, reproducendæ in vim Articulorum, & ſuper eiſdem inducendi, & examinandi Teſtes ad docendum de ſolutione, aliiſque præiudicialibus. Quod ſi non fuerunt datæ Poſitiones, tunc, ad docendum de prædictis, ſunt in Actis producendi Articuli, & ſuper eis Teſtes inducendi, & examinandi, & utroque caſu citanda eſt pars adverſa, ut infra videlicet.

A. C. N.

2 Citetur NN exadverſo principalis ad dicendum contra Articulos facto datos, videndum illos ad probandum admitti, & committi Notario cauſæ examen, & receptione
A iuramentorum Teſtium in forma A, ad primam diem & poſtquam commiſſum fuerit, videndum illos iurare ſuper articulis, & tota præſenti cauſa, in eorum vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint, per totam illam, & triginta, (vel plures aut pauciores ad libitum) ſequentes
B dies, *B*, dandum Interrogatoria, & conducendum Interpretem, quatenus &c alias videndum mandari examinari ſine, ad primam diem, inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetit Articulos hodie (vel die NN.) in actis productos, & petiit, & obtinuit, ut ſupra admitti, ſi & in quantum, ſalvo iure impertinentium, & non admittendorum, ſive tamen præiudicio obligationis Cameralis, Proceſſus executivi, & Decreti facti, ac committi in forma, &c & examinari Teſtes pro diebus, & horis intimandis, omni &c.

In termino autem dictæ Citationis executæ & reproductæ, fit repetitio, ſeu productio articulorum in actis, ut infra videlicet. 3

Pro NN. contra NN.

In officio. NN. & acceptatis confeſſionibus exadverſo factis in vim iudicialis, & irrevocabilis confeſſionis, repetiit Poſitiones negatas, & aliàs ſub die NN. in actis productas, in vim Articulorum, petens &c. omni &c. Si verò non fuerunt productæ poſitiones, tunc producuntur, ſeu repetuntur Articuli in Broilardo, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. facto per compulſum produxit articulos (ſeù repetiit Articulos, aliàs ſub die NN. in actis productos) tenoris &c petens &c omni &c.

Articuli verò poſſunt fieri iuxta infraſcriptam, vel aliam ſimilem Formulam, mutatis mutandis, ſecundum facti contingentiam. 4

Formula Articulorum.

Articulos, *C*, infraſcriptos, dat, facit exhibet, & producit Procurator, & eo nomine NN in cauſa, quam habet cum NN. petens recipi, & ad probandum admitti in Curia, & extra, & ſuper eis Teſtes inducendos, ſervatis ſervandis, examinari, omni &c deducens, &c ad ſuperfluum tamen probationem non ſe aſtringens, de quo &c. ſolemniter, & expreſſè proteſtatur, omni &c. ſalvo iure &c & non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c. C

In primis hic loco Articulorum repetit omnia iura. Inſtrumenta, Scripturas publicas, & privatas &c. in quantum &c. ex quibus &c. licet &c tamen ad maiorem cautelam, & quatenus opus ſit, probare vult, & intendit, vulgati ſermone, videlicet.

1. Che la verità fù, & è, che NN. del meſe di NN. pagò in Roma ſcudi mille moneta a id. NN. Avverſario, e così &c

2. Che detto NN. avverſario ſi chiamò all'hora quieto, e pagato, e ſodiſfatto di tutto quello, che detto NN. gli doveva fino à quel giorno, e ne fece à lui la quietanza finale, e patto di non più dimandargli coſa alcuna, e così &c.

3. Che delle dette coſe ne fù, era, & è publica voce, e fama, palam &c.

Hos pro nunc, &c. ſalvo &c. non ſe tamen aſtringens &c. omni &c.

Nomina Teſtium.

NN. Romanus degens in Regione NN.
NN. Ferrarien. degens in Regione NN.
NN NN. N. NN.

Exadverſo, In termino dictæ Citationis ad dicendum contra Articulos, fit hæc proteſtatio videlicet. 5

Pro NN. contra NN.

In Officio NN dixit prædictos Articulos non admitti in præiudicium obligationis Cameralis, Proceſſus executivi, Decreti facti, & mandati relaxati, & his ſalvis, & non aliàs &c contra prætenſos Articulos dixit pro nunc generalia, verbo, ſalvo iure &c. & non examinari, niſi ſpecificatis materiis, nominibus, cognominibus, Patria, habitatione, & exercitio Teſtium medio iuramento tactis &c & dato termino competenti, & intimatis die, & hora certis ad effectum dandi Interrogatoria, & conducendi Interpretem, aliàs &c.

Et ob id pro implemento dictæ proteſtationis, ut poſſit procedi ad ulteriorem examinationem Teſtium, ille, qui produxit Articulos, ſpecificat materias, & proteſtatur ut infra, videlicet. 6

Pro NN. contra NN.

In Officio NN & medio iuramento tactis &c. ſpecificavit materias, nomina, & cognomina Teſtium, prout in Articulis, iuravit de Calumnia in forma &c. & induxit ulterius in Teſtes NN Aromatarium in Urbe degentem in Regione NN & NN Campſorem Romanum degentem in Urbe in Regione NN omni &c.

Et deinde fit intimatio, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter materiæ, nomina, & cognomina Teſtium ſunt in Actis ſpecificata, 7

Digitized by Google

D cata, *D*, & Dominus mandavit examinari Teſtes, & aliàs prout in actis, & Teſtes examinabuntur die NN. cum decem ſequentibus, de mane, hora NN. & de ſero hora NN. ideo &c. aliàs &c. Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

8 Teſtes verò inducti debent ſinguli jurare in Actis de veritate dicenda ſaltem per diem ante examen hoc modo videlicet.

Pro NN contra NN.

In Officio NN. Teſtis inductus, pro parte dicti NN.
E qui monitus &c. medio juramento tactis &c. *E*, juravit de veritate dicenda ſuis loco, & tempore ſuper Articulis, & tota cauſa, & ſuper quibus examinari contigerit, remotis &c. omni &c. Et ſic de ſingulis.

9 Quo quidem juramento à Teſte præſtito in die juridica, illa ipſa, poterit examinari, etiam in die Feriata, prout latius in obſervationibus inſra dicetur.

10 Cæterum die, & hora intimata adveniente pars comparet cum Interrogatoriis, & inducit Interpretem, ut inſra &c. videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. induxit Interpretem NN. qui juravit
F medio juramento tactis &c. *F*, de fideliter interpetando, omni &c.

11 Et ſucceſſivè examinantur Teſtes per Notarium cauſæ, cui fuit examen commiſſum, medio juramento tactis &c.
G *G*, in actu examinis reiterato, ad organum Interpretis dantis Interrogatoria, primo jurata omnia, & ſingula Interrogatoria, & deinde ad organum Interpretis Articulantis, ſuper omnibus, & ſingulis Articulis, ſuper quibus, Teſtes fuerunt inducti, ſi vero Partes de unico Interprete concordarunt pro utraque Parte, vel ob diſcordiam, vel aliàs fuit unicus à Judice deputatus, examinantur in omnibus ad organum illius, aliàs Interprete non exiſtente, ad organum Notarii. Productio verò Interrogatoriorum fit, ut inſra videlicet.

Pro NN contra NN.

12 In Officio NN. facto per compulſum produxit *Interrogatoria*, prout in folio tenoris &c. petens &c. omni &c.

13 Sed ſi pars adverſa die, & hora intimata, pro examine, non comparet cum Interrogatoriis, & Interprete, tunc expectata hora intimata, & hora ſequenti pulſata, proceditur ad ulteriora in examine abſque interprete adverſarii, & etiam abſque interrogatoriis, ſi exhibita non fuerunt, ſuper Articulis in actis datis.

14 Si verò pars, quæ inſtat Teſtes examinari, non compareт, die & hora intimata, tunc expectata hora intimata, & hora ſequenti pulſata, Pars adverſa accuſat illius contumaciam, ut inſra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. & expectata hora NN. intimata, & hora N. immediatè ſequenti pulſata, accuſavit contumaciam Partis adverſæ non comparentis cum Teſtibus aſſertis examinandis, & proteſtatus fuit non poſſe amplius pro nunc examinari, aliàs &c. omni &c.

Et ſi pars de ſero, vel de mane ſequenti poſt accuſatam primam contumaciam, adhuc in ſua contumacia perſeveret, accuſatur ſecunda contumacia ut inſra videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. & expectata hora N. intimata, & hora N. ſequente pulſata accuſavit contumaciam Partis adverſæ non comparentis, nec ducentis aſſertos Teſtes examinandos, & proteſtatus fuit, nihil fieri, niſi denuo intimato aliàs &c. omni &c.

15 Quod ſi pars remanet contumax de mane & de ſero, tunc dd duabus cõtumaciis accuſatis vel à parte, vel ab ejus Interprete Inducto, eſt neceſſaria nova Intimatio examinis pro die & hora certis non poteſt procedi ad ulteriora in examine.

16 Interrogatoria verò poſſunt fieri juxta infraſcriptam Formulam, & aliàs mutatis mutandis ſecundum facti contingentias.

Formula Interrogatoriorum.

Interrogatoria infraſcripta dat, facit, exhibet & producit Procurator, & eo nomine NN. in cauſa, quam habet cum NN. petens aſtetto Teſtes exadverſo inducendos ſuper illis in primis, & ante omnia interrogari, alias proteſtatus fuit de nullitate examil..s, *H*, & aliis licitè pro- H
teſtandis, omni &c. & vulgari ſermone.

1. S' interroghi ciaſcun Teſtimonio ſe è informato della qualità, e importanza del Giuramento, e delle pene di chi giura il falſo, non eſſendo informato à pieno, s'averta delle coſe predette, che tanto giura il falſo quello, che dice la bugia, come quello, che tace la verità, e che chi fà queſto, offende Dio, il Giudice, e l'anima propria, Ch' è tenuto alla Parte alla reſtitutione, e faccino l' altre ſolite monitioni.

2. Si interroghi ciaſcun Teſtimonio del nome, cognome, Padre, patria, habitatione, & eſercitio, ſe è ricco, ò povero à ſpeſe di chi viva, e quanto vale il ſuo, in omnibus &c. aliàs &c.

3. Se quell' Anno ſi è confeſſato, e communicato per la Paſqua, in che Chieſa, da qual Sacerdote, & alla preſenza di chi, in omnibus &c. aliàs &c.

4 Se è mai ſtato inquiſito, e proceſſato, carcerato, ò dichiarato Scommunicato, e da qual Giudice, Tribunale, e per qual cauſa, e ſe fù aſſoluto, ò condannato, e in qual pena, e ſe anco ſia Scommunicato, in omnibus &c. aliàs &c.

5. Se è parente, in che grado dell' inducente, overo Amico intrinſeco, Compagno, ò Familiare, ò Compare dell' iſteſſo, e ſe da eſſo, o da altri gli è ſtato donato, promeſſo, ò rimeſſo coſa alcuna per venirſi ad eſaminare, e che coſa, e da chi, e ſe da queſt' eſamine ſperi utile alcuno, e quale, in omnibus interrogetur de loco tempore, conteſtibus, & cauſa ſcientiæ, aliàs &c.

6. Se è mai ſtato inſtrutto: e ſe gli è mai ſtato inſegnato da perſona alcuna quello deva deporre in queſto eſamine, e da chi, e con quali parole ſia ſtato ricercato di venire ad eſaminarſi in queſta cauſa, in omnibus &c. aliàs &c.

7. Se conoſce le Parti, che litigano, da quanto tempo in quà, e con quale occaſione, e chi ſiano, e ſe habbi mai ricevuto diſpiacere, e quale da alcuna di eſſe, e da chi, e ſe habbi tenuto, ò tenga inimicitia con alcuna dell' iſteſſe Parti, e con chi, e per qual cauſa, e qual di eſſe vorria, che vinceſſe, ò perdeſſe la lite, in omnibus &c. aliàs &c.

8. Se ſia ſolito ſpeſſo eſaminarſi per altri, e ſe ſia più volte eſaminato à favore, ò contro alcuna delle Parti, che litigano, e particolarmente per l'inducente, e in qual Tribunale, e quante volte, e ſe quelli per chi ſi è eſaminato hanno vinto, ò perſo la lite, e ſe l' inducente ſi ſia mai eſaminato per eſſo teſtimonio, e quante volte, in omnibus &c. aliàs &c.

9. Se è veriſimile, che uno paghi groſſa ſomma di denari ſenza farſi far ricevuta in ſcritto, ò quietanza per l' Inſtrumento, in omnibus &c. aliàs &c.

10 Se sà, che ſia mai ſtata pagata ſomma alcuna di denaro da perſona alcuna ſenza ricevuta in ſcritto, e da chi, e dove, e quando, e quante volte, e chi ci era preſente, e come ſappia, ſe il pagamento fù fatto con ricevuta, ò ſenza, in omnibus &c. aliàs &c.

11. Che coſa ſia fama, e come lo ſappi, in omnibus &c. aliàs &c.

12. Devenlendo ad Articulos, ſuper ſingulis interrogetur de loco, tempore, & conteſtibus, & cauſa ſcientiæ, aliàs &c. Super aliis ſuppleat diligens examinatio, cum poteſtate addendi, & minuendi, omittendi, & alia interrogatoria conficiendi, ad arbitrium Domini Interpretis, omni &c.

Si verò Teſtes ſint abſuturi, ut quàm citius examinentur citatur pars adverſa, ut inſra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. ex adverſo principalis ad dicendum contra 17
Articulos facto datos, videndum illos ad probandum admitti, & committi Notario examen, & receptionem juramentorum Teſtium in formam, ad primam diem, & poſtquam commiſſum fuerit, videndum illos jurare in eorum vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint, tàm ſuper Articulis, quàm ſuper tota cauſa per totam illam, & viginti (vel plures; vel pauciores ad libitum) ſequentes dies, nec non videndum mandari examinari Teſtes abſuturos,
& jurari ſuper futura abſentia, *I* illorum, dandum interro- I
gatoria, & conducendum Interpretem, quatenus &c aliàs mandari examinari ſivè ad primam diem, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Eaccu-

Executa, & reproducta citatione ac ſpecificatis materiis, nominibus, & cognominibus teſtium, ut ſupra obtinetur Decretum videlicet.

NN. repetiit Articulos die NN. in Actis datos, & petiit, & obtinuit, ut ſupra admitti ſic, & in quantum, ſalvo jure impertinentium, & non admittendorum, committi in forma, & examinari Teſtes pro diebus, & horis intimandis.

18 In termino dictæ citationis, jurandum eſt ſuper futura abſentia Teſtium, & debent jurare tam principalis, ſeu Procurator, quàm etiam ipſi Teſtes abſuturi, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. induxit in Teſtes NN. & NN. ac juravit medio juramento tactis &c. ſuper futura abſentia illorum ab Urbe, omni &c.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. Teſtis abſuturus inductus, monitus &c. medio juramento tactis &c. juravit ſe citò ab Urbe abſuturum, & de veritate dicenda ſuis loco, & tempore, ſuper Articulis, & tota cauſa, ſemotis &c. omni &c.

A. C. N.

19 Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter materia, nomina, & cognomina Teſtium ſunt in Actis ſpecificata, & D. mandavit examinare Teſtes abſuturos, & fuit juratum ſuper futura abſentia, & aliàs prout in Actis & teſtes examinabuntur die craſtina cum duobus ſequentibus de mane, hora N. & de ſero hora N. ideo &c. aliàs &c. inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

20 Si verò Teſtes abſuturi ſunt examinandi ſuper Articulis aliàs datis, & admiſſis, citetur hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum mandari examinari Teſtes abſuturos (noviter repertos *L*, ſi
L ſint de novo reperti) & committi Notario cauſæ examen, & receptionem juramentorum Teſtium in forma, ad primam diem, & poſtquàm commiſſum fuerit, videndum illos jurare in eorum, vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint, per totam illam, & viginti ſequentes dies necnon jurandum, jurarique videndum ſuper futura abſentia illorum, dandum interrogatoria, & conducendum Interpretem, quatenus &c. aliàs videndum mandari examinari ſine ad primam diem, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

21 Sed ſi examen, & receptio juramentorum aliàs fuerit Notario commiſſa, & terminus ad videndum jurare Teſtes adhuc durat, ſufficiet citare hoc modo videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum mandari examinari Teſtes abſuturos, ac iurandum, iurarique videndum ſuper illorum futura abſentia dandum interrogatoria, & conducendum Interpretem, quatenus &c. aliàs videndum mandari examinari, ſine ad primam diem, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Et obtento Decreto, & iurato eodem die, ut ſupra, ſuper futura abſentia, & executa intimatione in forma ſolita, poterunt die immediatè ſequenti poſt Decretum factum Teſtes abſuturi examinari.

22 Cæterum ſi Teſtis de veritate informatus ſe examini ſubiicere recuſaverit, poterit ad ſe examini ſubiiciendum cogi, & citari ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. teſtis inductus ad ſubiiciendum ſe exa-
M mini, *M*, aliàs videndum gravari, & pro gravamine decerni, & relaxari Mandatum executivum, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad primam diem, Inſtante NN principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit gravari in Juliis NN. pro quolibet die, donec paruerit, & ut ſupra, niſi ad primam diem cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. Teſti inducto, qualiter Dominus relaxavit mandatum, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali ſivè, &c.

N. Notarius.

Et tunc, ſi aliquot diebus lapſis Teſtis non ſe ſubiicit examini, expeditur contra eum mandatum pro gravamine, & ſumma Judici beneviſa, & proceditur ad capturam pignorum, illorumque ſubſtantiam, donec ille tædio affectus ſe examini ſubiiciat.

Obſervationes.

EXamen Teſtium de iure civili Notario committi non poteſt, Alex. *conſ.* 104. *n.* 5. *l.* 5. nec ſine Judice poteſt Notarius recipere iuramenta, aut examen illorum, Veſtr. *in prax. lib.* 6. *c.* 2. *n.* 11. *verſ. Quamobrem.* A 23

24 Sed quidquid ſit de iure, hoc non procedit de conſuetudine, præſertim ex cauſa ob multiplicationem negociorum, & ob id de ſtylo Curiæ poteſt Judex omittere, prout quotidie obſervat Praxis, Notario actuario examen, & receptionem iuramentorum Teſtium in forma, parte tamen citata, ſaltem ad videndum committi Notario receptionem iuramentorum illorum, quæ quidem receptio una cum examine committitur Notario, ut nudo Miniſtro, ut per Text. *in clem.* 1. *de offic. deleg.* & *c. Mulieres de Judic. in* 6. tradit Abb. *in c. cum cauſam, n.* 22. *in fin. verſ. ſed ego dico, de Teſt.* & *in c. quoniam contra, n.* 30. *de probat*; latè Veſt. *in prax. d. l.* 6. *c.* 2. *n.* 11. *de ſeqq.* Farinacc. *de Teſt. q.* 77. *nu.* 137. & *ſeq.* ubi de magis communi, & in Praxi obſervata opinione teſtatur, cum aliis cumulatis per Beltramin. ad Greg. *dec.* 368. *n.* 9. & tradit idem Greg. *d. dec.* 368. *n.* 3. ubi loquitur de Judice remiſſoriali, qui poteſt huiuſmodi nudum miniſterium committere Notario, ſicut de Judice compulſoriali idem tradit Cocc. *dec.* 401. *n.* 1. quod non ſolum de ſtylo Curiæ Hyſpaniarum, & aliorum locorum fieri poteſt ex præallegatis, ſed etiam de iure, Rot. *dec.* 393. *n.* 5. *par.* 1. *recent.* cum aliis cumulatis, per Fenzon. *ad Stat. Urb. l.* 1. *c.* 71. *n.* 22. & *ſeq.* & eo magis ex cauſa, Farinacc. *d. q.* 77. *n.* 181.
quæ quidem cauſa præſumitur, etiam ſi aliàs non con- 25
ſtet de impedimento, Farinacc. *d. q.* 77. *nu.* 182. & 195. dummodo huiuſmodi nudum miniſterium committatur Parte citata, prout quotidie obſervatur in praxi, Farinac.
d. q. 77. *n.* 182. & examen, ac iuramenta prædicta; licet 26
à ſolo Notario recepta, abſque aliis Teſtibus, probant, quia cum ſint facta de Iudicis mandato, cenſentur facta ab ipſo, vel coram ipſo, licet in eius abſentia, & ob id inter acta iudicialia computantur, Innoc. *in cap quoniam contra; n.* 1. *verſ. dummodo*, & ibi Hoſt. *n.* 5. *verſ. receptio*, Abb. *n.* 29. *prope fin. verſ.* & *dummodo*, Felyn. *n.* 12. *verſ.* & *hoc intellige*, Anchar. *n.* 26. Dec. *n.* 78. *in fin.* Bero. *n.* 79. & *alii, ext. de probat*, Caſtr. *in l. unum, n.* 3. *ff. ſi cert. pet.* Sal. Tiber. *in prax. l.* 3. *c.* 7. *n.* 38. Greg. *dec.* 368. *n.* 6.

27 Eſt tamen concilium Hoſtien. *in d. c. quoniam contra n.* 5. quem Abb. *ibid. n.* 29 *in fin.* Dec. *n.* 198. ubi ſe remittit ad ea, quæ ſcripſit in ſuo *conſ.* 42. & alii ſequuntur, licet Notarius, cum aliàs ipſi in hoc non credatur, nec poſſit eſſe Teſtis in cauſa propria, Alex. *conſ.* 104. *n.* 6. *l.* 5. ubi de magis communi, Gravat. ad Veſt. *d. l.* 6. *c.* 2. *n.* 28. Vant. *de null. t. d. ſec. citat n.* 43 *verſ prout etiam Tabellioni* Sal. Tib. *d. l.* 3. *c.* 7 *n.* 38. *verſ.* & *ſi ſecus.* Afflict. *deciſ.* 317. *n.* 3.

28 Sed hoc primo non procedit de ſtylo, Farinacc. *d. q.* 77. *n.* 191. & ſignanter de ſtylo Rotæ, & Curiæ, Caputaq. *dec.* 245. *n.* 1. *p.* 2. *Rot. dec.* 699. *n.* 3. *p.* 1. *recent.* Nam in Curia antiqua, & notoria Praxis obſervat, ut credatur Notario de commiſſione ſibi data examinandi Teſtes, & recipiendi eorum iuramenta, Fenzon. *ad Stat. Urb. lib.* 1. *c.* 71. *n.* 27. Parte tamen ad id, ut ſupra, citata, ut quotidie ſervatur, Farinacc. *d. q.* 77. *n.* 191.

29 Secundo non procedit in caſu neceſſitatis, ut puta ratione officii, prout quando Notarius erat Cancellarius, & Actuarius Epiſcopi, aut alterius Iudicis, nam tunc ei creditur, Dec. *conſ.* 42. *n.* 5. *verſ.* 3. & *præcipuè*, Io. And. *in c. cum quid il* 2. *n.* 12. & *ſeq. de reg. jur. in* 6. Rot. *dec.* 79. *n.* 16. *p.* 5. *recent.*

30 Tertio non procedit, quando Teſtes iam ſunt per eum examinati, & ſcriptus Proceſſus, nam multa facta tenent, Ferret. *in rep. c. quoniam contra*, *nu.* 131. *de prob.*

ubi quod ita ſæpè vidit obſervari in Praxi.

31 Cæterum, quod Notario credatur de commiſſione ſibi data contra Hoſtien. & ſequentes tenuit Innoc. *in d. c quoniam contra in princ. de probat.* Bart. *in leg. ex ſententia circa med. verſ. induco iſtam legem, ff. de teſt. tat.* & alii, quod refert Farinac. *d. q. 77. num. 186.* quæ opinio eſt communis, & quotidie in Palatiis obſervatur, teſte Aret. *in §. Item propter inimicitias in fin. Inſt. de excuſ. Tut.* & ſignanter in Curia ex præallegatis, & in hoc creditur, Notario etiam ſine Teſtibus, cum ſit actus judicialis, Farinac. *d. q. 77. n. 191* prout pariter obſervat Praxis, & Curia.

32 Sed hoc procedit, quando Notarius id atteſtatur per actum de præſenti, ſecus id atteſtatetur per enunciativam, & ſic per actum de præterito, cum eo caſu non dicat ſe rogatum, & ideo non probet; Afflict. *dec. 317. n. 3. & q. 4.* Sal. Tib. *d. l. 3. c. 7. n. 38. verſ. & ſi ſecus.*

33 Citatio ad videndum iurare Teſtes, ſi eſt facta pro ſingulis diebus, & horis, & nullus terminus probatorius eſt præfixus, ſuſtinetur per duos dies poſt illius executionem immediatè ſequentes, Rot. *dec. 207. n. 9. p. 1. & deciſ. 52. n. 8. p.*

34 *3.* Andr. *dec. 65. n. 7.* & ſæpius † fuit deciſum, ſed ſi certus terminus probatorius fuit præfixus, ſuſtinetur ex Praxi Curialium pro integro termino probatorio, Bald. *in l. ſi quando, n. 11. C. de Teſt.* Rot. *dec. 393. n. 6. p. 1. & dec. 557. n. 7. p. 4. & dec. 277. n. 9. p. 6. recent.* Greg. *deciſ. 446. n. 5.* etiam ſi dictus terminus ſit prorogatus, quia cenſetur idem cum primo præfixo, Greg. *deciſ. 429. n. 5.* Rot. *277. n. 10. p. 6. rec.*

Sed hoc non procedit in termino de novo conceſſo, quia eſt diverſus à primo, Greg. *deciſ. 429. n. 5.*

35 Citatio autem, ad videndum jurare teſtes, eſt omninò neceſſaria. Greg. *dec. 518. n. 1.* Cavaler. *deciſ. 285. n. 1.* adeo quod ſine illa Teſtium examen eſt nullum, *c. 2. de teſt. l. ſi quando*, ubi Gloſ. Caſt. *C. de teſt.* Veſtr. *in prax. l. 6. cap. 2. n. 1.* Maran. *de ord. jud. part. 2. n. 6. princ. act. 6. n. 2.* Caval. *dec. 375. n. 1.* Greg. *dec. 268. n. 1.* Buratt. *dec. 169. n. 9. & dec. 506. n. 4.* nec eſt locus arbitrio, Buratt. *dec. 156. n. 11. & dec. 324. n. 8.*

36 Nec ſufficit citatio generalis, ſed requiritur ſpecifica, & individua, Greg. *d. deciſ. 268. n. 3.* Buratt. *dec. 324. n. 5.*

37 Primò tamen hoc non procedit, quando fuit facta citatio ad omnia ad cauſam pertinentia, Rota *deciſ. 557. n. 1. in fin. part. 4. recentior.* Beltramin. ad Greg. *deciſ. 268. n. 12.*

38 Secundò non procedit, quando Decretum admiſſionis ad probandum fuit Parti intimatum, nam in his continetur virtualiter citatio ad videndum jurare teſtes, Beltram. ad Greg. *dict. deciſ. 268. num. 12.* Andr. *deciſ. 41. n. 6.* & dicta inti-

39 matio † ſupplet defectum citationis, Rota *deciſ. 280. num. 3. poſt conſ.* Faria. *l. 2.* ubi quod ita fuit ſæpiùs deciſum, Buratt. *deciſ. 606. num. 6.* Seraph. *deciſ. 1057. num. 4.* non tamen citationis ad ſententiam, cum ſit gravis præjudicii, Rota, *deciſ. 300. num. 8. part. 2. diverſ. & deciſ. 274. n. 3. p. 1. rec.*

40 Tertiò non procedit, quando Pars dedit Interrogatoria, & fuit obtenta commiſſio ſanatoria, cum clauſula, arbitrio Judicis, quæ ſi narretur examen factum cum interrogatoriis, à Signatura paſſim concedi ſolet, ut teſta-

41 tur Sal. Tib. *in praxi l. 2. c. 14. num. 7.* nam † tunc teſtibus fides adhiberi ſolet, cum arbitrium conceſſum temperet juris rigorem, ex obſervantia Rotæ, Buratt. *dec. 118. n. 12.* Caval. *dec. 322. n. 6.* latè Ferentil. ad Burat. *dec. 118. n. 19. ſub lit. C.* ubi quod idem procedit, etiam ſi Pars dedit interrogatoria, cum proteſtatione de non conſentiendo in juriſdictione dummodo defectus juriſdictionis non ſit totalis, & dummodo interrogatoria contineant omnes excipientis defenſionem, & quidquid relevans deduci poterat contra teſtes inductos; nam aliàs non eſt locus clauſulæ, arbitrio, Put. *dec. 300. l. 2. in correct.* cum aliis allegatis per Ferentill. ad Buratt. *dec. 506. num. 11.* Et quod ſit locus clauſulæ arbitrio, quando Pars dedit interrogatoria, etiam ſi Teſtes fuerint examinati in alia inſtantia, tradit Caval. *deciſ. 240. n. 5.*

42 Quartò non procedit, quando defectus citationis eſt turpidus, nam etiam tunc ſanatur ex commiſſione cum clauſula, arbitrio, Buratt. *deciſ. 376. n. 9.*

43 Quintò non procedit, quando Partes intra eundem terminum Teſtes eodem modo produxerunt, & examinari fecerunt. Seraph. *deciſ. 857. num. 26.* Buratt. *deciſ. 204. n. 8.* ubi alias deciſiones cumulat Cavaler. *dec. 322. n. 5.* ubi quod ex hoc arguitur ſtylus, qui indubitatè attenditur ad validitatem examinis, & ne infiniti proceſſus irritentur.

Sextò non procedit data ſcientia Partis, contra quam teſtes examinantur, Seraph. *deciſ. 1049. nu. 4.* cum aliis cumulatis per Ferentill. ad Burat. *d. dec. 118. n. 19. lit. B.* 44

Septimò non procedit quando Pars, vel etiam Procurator fuit præſens in monitione Judicis ad videndum iurare teſtes, & in commiſſione examinis, quia d. præſentia ſupplet defectum citationis, Seraph. *dec. 388. n. 4.* Greg. *deciſ. 576. n. 1. & ſeq.* Rot. *dec. 79. n. 15. part. 5. recent.* Ferentill. ad Buratt. *d. dec. 118. n. 19. lit. B.* quinimò habetur pro citatione, Duran. *dec. 303. n. 7.* 45

Die autem iuridico non feriato recipiendi ſunt Teſtes, ut ſenſit Glo. *1. verſ. ſecus ergo, in Clem. 1. de offic. de leg.* Caſtren. *in l. ſi quando n. 4. C. de teſt.* Butr. *in cap. 1. n. 10. de fer.* Speculat. *de fer. lib. 2. §. ſequitur videre, num. 6. poſt med. verſ. recipi poſſunt, & ibi* Adden. *in verbo proceſſus*, Crot. *de teſt. p. 7. num. 22. & ibi* Addeo *n. 18. in verbo feriata, lit. E*, Severol. *de Remiſſ. c. 32. n. 5. & ſeq. & c. 33.* Rum. *conſ. 149. n. 21. l. 5.* Scacc. *de judic. c. 8. num. 457. & ſeq.* Farinacc. *de teſt. q. 80. oppoſ. 36. n. 55. & ſeqq.* nec poſſunt iurare in die non iuridico, Specul. *de fer. d. §. ſequitur videre, nu. 6.* Abb. *in c. 1. n. 9. de fer.* Sarnen. *in cap. 20. num. 42. de judic. in 6.* Anchar. *in c. 1. eum 6. & ibi* Cardin. *verſ. ex* Gloſ. *penult. in fi. de fer.* Roman. *in Auth. ſi quis in aliquo, num. 11. C. de eden.* Alex. *conſ. 213. lib. 2.* Monticell. *in repert. de Teſt. tit. jurare quo die, & tempore debent, Teſtes*, Lanfran. *in Prax. in §. teſtium depoſitiones, num. 15. & ibi adden.* Petr. Jacob. de Monte peſſul. *de arbit. num. 2.* Mandoſ. *commiſſ. 13. verſ. quarto quæro*, Scacc. *de judic. d. c. 8. n. 457. & ſeq.* aliàs examen eſt nullum, Seraph. *deciſ. 851. n. 9. n. 27.* 46

Et licet ex præfatis Doctoribus quidam loquantur de admiſſione, & receptione ad iurandum, ſeu delatione iuramenti, quæ fiunt à iudice, quidam verò dicant, quod Teſtis non poteſt iurare, tamen non ſunt varii, ſed ſecundi ſunt intelligendi de admiſſione Judicis, quia moventur 47

iiſdem iuribus, † authoritatibus, & rationibus, quod tempore feriatum non poſſunt fieri actus judiciarii, quibus moventur etiam primi, ut in ſuo Repert. *49. in verbo Teſtis jurat, fol. 162.* ad rota vir † bon. memor. Antonius Maria Co- 48

ratius, qui fuit J. C. præclariſſimus, ut per Adden. ad Maſſuet. *in Prax. tit. 35. de expenſ. dam. & intereſ. ad n. 8.* & in Romana Curia cauſarum Patronus primarius, cuius legali opera, & Magni Duces Etruriæ, & Dux Urbini, & alii infiniti in eorum arduis negociis, & litibus uſi ſunt, prout quinquaginta eius informationum volumina, quæ poſt ſe reliquit, omnibus proteſtantur. 49

Subdens, quod hæc conciliatio deſervit, ad ſalvandum ſtylum Rotæ, & Curiæ Romanæ, citandi ad dicendum contra Articulos facto datos, videndum illos ad probandum admitti, & committi Notario cauſæ examen, & receptionem iuramentorum teſtium in forma, ad primam diem (quæ intelligitur die iuridica) & poſt quam commiſſum fuerit videndum illos iurare ſuper dictis Articulis, & tota cauſa, in eorum vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint, per totam illam, & triginta (vel plures, vel pauciores ad libitum) ſequentes dies (qui intelliguntur de currentibus) dandum interrogatoria, & conducendum Interpretem, quatenus dare, & reſpectivè conducere intendat, aliàs videndum mandari examinari ſine ad eandem pri- 50

mam diem: nam executa citatione, † & relatione facta, Judex decernit, ut ſupra petitur, & Teſtes deinde iurant in ædibus Notarii, ubi reperti fuerint, tam in d. die prima iuridica, quàm in aliis prædictis triginta diebus currentibus, ſivè iuridicis, ſivè feriatis ſeq. 51

De quo ſtylo huius A. C. Tribunalis teſtatur Saluſt. Tiber. *in prax. l. 2. c. 13. n. 6. cum pluribus ſequentibus*, Rotæ verò licet Formul. Term. & Veſtr. illum omiſerint, quilibet certius reddi poterit ex revolutione Regeſtorum, prout de illo, ſuis temporibus, ſic redditum, ſe certum fuiſſe, teſtatur Corat. *ubi ſupra*.

Qui quidem ſtylus ex præallegatis apparet, validus, quia adeſt admiſſio huiuſmodi iuramenti facta à Judice in dict. prima die iuridica pro omnibus de ſingulis dictis triginta diebus currentibus ſequentibus, ſivè iudicis, ſivè feriatis, & ſola remanet illa proteſtatio iuramenti quæ eſt quid facti ipſius teſtis, ſicut examen, ſeu depoſitio eiuſdem & facta in dictis triginta diebus currentibus, ſi-

vè

vè juridicis ſivè feriatis dicitur facta in die juridica per
relationem, quam habet ad admiſſionem ad jurandum
à Judice factam in d. prima die juridica à qua principium
52 ſumit & dependet: † nàm ad Judicandum qualitatem
actus, quandò illius finis habet neceſſariam conſequen.
tiam à principio, debet finis ad principium trahi, & ſo-
lum principium attendi *l.3 §.ſecundo ubi* Bartol.*ff.de Mi-
nor.*idem Bar.*in l.1.ff.qui pot.in pig.hab.*Alciat *præſum-
pt.32.n.3.reg.*Afflict.*deciſ.*135.*n.5.*Seraph.*deciſ.*891 *n.9.*
53 Cui ſtylo Tribunalis A. C. confert non modicum ſty-
lus Curiæ Capitulinæ, in qua Teſtes præſumuntur juraſ-
ſe tempore, quo illorum nomina eduntur, & juramen-
tum, quod poſtea à teſte recipit Notarius de commiſſio-
ne Judicis, retrotrahitur ad tempus commiſſionis, ſicut
etiam examen ad juramentum, & commiſſionem præ-
dictam, à Judice factam in dicta prima die juridica refer-
tur, Luc.Pet.*in Prax.lib.*2.*c.*5.*n.*5.Fenzon.*ad Stat.Urb.
lib.*1.*c.*71.*n.*24.*& ſeq.*ubi quod prædicta procedunt, licet
in actis conſtet, quod teſtes non juravit tempore dictæ
editionis nominum illorum, ſed longe poſtea.
54 Aliàs ſi dicta præſtatio juramenti non traheretur ad
ſuum principium, ſcilicet ad dictum mandatum Judicis
factum in die juridica, non poſſet eadem præſtatio facti
ipſius Teſtis committi Notario, uti nudo miniſtro, nec
ab eo recipi ubicumque prout committi, & recipi poſſe
de ſtylo Romanę Curię tradidit Veſt.*d.lib.6.c.*2.*n.*12.*&
55 ſeq.*Saluſt.Tiber.*d.li.2.c.13.n.6.*Nam de jure teſtis † debet
præſtare juramentum coram Judice in judicio, præſente
Parte, ut poſt alios, quos allegat, tradit Veſtr.*dec.*2.*n.*21.
56 Et per conſequens non poſſet d. præſtatio aliqua ra-
tione dici actus judicialis, ut de ſe patet, ſed dicitur actus
judicialis, non ſolum ipſa præſtatio juramenti in mani
bus Notarii nudi miniſtri extra judicium ubicumque fa-
cta, ſed quod magis eſt, etiam examen à Notario pari-
ter nudo miniſtro quodcumque receptum, quod extra
judicium recipi poſſe, quia eſt, quid facti, tradit Rot.*dec.
27.de prob.in antiq.*Veſtr.*d.lib.6.c.*2.*n.*13.etiam tempore
feriato receptum, ut tradit Specul. *de Fer §.ſequitur vi-
dere, n.6.lib.2.*Abb.*in c.1.n.10.de fer.* Tib.*d.lib.2.c.13.n.*
8.ergo non alia ratione id de examine, prout eſt quid fa-
cti, dici poteſt, niſi quia trahitur ad ſuum principium, a
quo habet neceſſariam conſequentiam, ſcilicet ad man-
datum Judicis factum in dicta die juridica, ut per Innoc.
in c.quoniam contra n.1.verſ dummodo, & ibi Abb.*n.29.
verſ ſed ad unum.& verſ. dummodo, & n.30.& ſeq.& alii
de probat.*Veſtr.*d.lib.6.c.2.n.12.& ſeq.*cum aliis allegatis
ſupra *hac eadem par.1.c.9.lit.C. in nono requiſito, verſ.2.
quia, & cap.19 lit.A.*
57 Prætereà à primo ſtylo committendi Notario, uti nu-
do miniſtro, examen, & receptionem juramentorum te-
ſtium in forma, qui juſtos, & validus ſupponitur, prout
juſtum validum, & juri conſonum aſſerit, Veſtr.*d.l.6 n.
13.& ſeq.*Luc.Pet.*in Prax.l.2.c.5.verſ.quia Judices*,Fanz.
ad *Stat.Urb.lib.*1 *c.*71. *n.*22. qui aliàs cumulat auctorita-
58 tes, Rot.*dec.*393.*n.6.part.1.recen.* ubi quod dictus ſtylus
non eſt contra jus per *tex.in Clem.1. de offic. de leg.*cum
aliis allegatis ſupra *lit.A.*deſcendit alter ſtylus, ut Teſtes
jurent extra judicialiter in manibus Notarii nudi mini-
ſtri, in eorum, vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint,
59 & ob id, tum dicta præſtatio juramenti de jure † ſit actus
judicialis, & poſtquam dictis ſtylis mediantibus, prout
eſt quid facti ipſius Teſtis, fuerit effectus actus extrajudi-
cialis, non poſſit amplius dici judicialis, niſi per relatio-
nem, quam habet ad ſuum principium, ut ſupra, cum ſi-
cut de jure examen ad tempus juramenti refertur, ita ju-
ramentum ad tempus commiſſionis, & mandati Judicis
retrotrahi poſſit & retrotrahatur.ut per Fenzon.*ad Stat.
Urb.lib.1.c.71.n.24.& ſeqq.*Luc.Pet.*in Prax.lib.2.c.2.n.5.*
Saluſt. Tiber.*lib.*3 *c.*7.*n.*38.utique poterunt Teſtes jura-
60 re etiam in die feriata, quia licet tunc non poſſint fieri
actus judiciales, ex allegatis ſupra *in verſic. die autem
juridica*, poſſunt tamen fieri actus extrajudiciales.& qui-
dem validè ex præallegatis, qui tamen per retrotractio-
nem, ut ſupra, etiam actus judiciales dici poſſunt.
61 Et ob id non obſtat, quod non poſſit in die feriata præ-
ſtari juramentum, *cap.1.& ibi DD. de fer. l.omnes, & l.
62 dies, C.de Fer.*quia ad hæc † ex præmiſſis apparet reſpon-
ſio, nàm procedunt, & debent intelligi, prout *DD.in d.
c.1.de fer.*& alii ſupra allegati *in d.verſ.in die autem.*ſatis
clare innuunt de juramento, quod præſtatur coram Judi-
ce in judicio, & de admiſſione, quæ fit à Judice ad jura-
mentum, non autem de juramento, cujus receptio juxta
notorium ſtylum Curiæ; fuit à Judice Notario commiſſa,
&quod prout eſt quid facti ipſius Teſtis, prçſtatur in ma- 63
nibus Notarii, uti nudi Miniſtri extrajudicialiter, &
ubicumque, prout declaravit Praxis, quæ eſt optima le-
gum interpres, & magiſtra *l ſi de interpretatione, ff.de le-
gibus*, & poſt alios, quos allegat, & tradit Cagnacen. *in
repet.capit.quoniam contra, ſub n.1. de Probat.* Aſyn.*in
Prax.§.22.cap.16.limit.3.n.2.*Gonzal.*ad Reg* 8.Gloſ.6.§.
1.*n.*40 Guido Pap.*dec.*30.*n.*2. Cavaler.*dec.*117. *n.*6.nam
jura.& DD. ſuperius allegati non loquuntur in terminis
alicujus ex dictæ Romanæ Curiæ ſtylis, nec illos, aut ali-
quem ex eis ſupponunt, ſed potius contrarium.
Sed quatenus Tex.*in d.c.1.* generaliter intelligendus 64
eſſet (quod ex præmiſſis poteſt negari tàm in judiciali-
bus, quàm extrajudicialibus,) debet ſecundùm Canoni-
ſtas, & Summiſtas intelligi in judicialibus de præcepto,
in extrajudicialibus verò de conſilio, & omnes poſt *Ho-
ſtienſ.* dicuntur de conſuetudine non ſervari, ut latè tra-
dit Seraph *dec.782.num.5.& ſeqq.*
Pro inde, quidquid de abuſu dixerit Saluſt.Tiber.*d lib.* 65
2.*cap.*13.*n.*9.ſequitur quod ſtylus præſtandi juramentum,
prout eſt quid facti ipſius Teſtis, in manibus Notarii
nudi miniſtri, ubicumque extra judicium infra d. triginta
diebus ſequentibus poſt dictam diem primam juridicam,
ſivè juridicis, ſivè feriatis, ſit validus, prout ad inſtar
alterius ſtyli examinandi Teſtes, ut ſupra validum eſſe
affirmat Corat.*in loco ſupra citato.*
Siquidem de ſtylis Tribunalis A. C. eſt omnino *Salu- 66
ſtio Tiberio* credendum, uti Teſti de viſu, qui per ſpa-
cium quadraginta annorum, & eò amplius fuit A.C.No-
tarius, & in eo Tribunali plurimum verſatus, ut ex pri-
mæva ejus nudæ Praxis impreſſione de Anno 1584.*lib.*1.
*cap.*1.*& ex Formulario*, quod edidit, clarè apparet.
Cæterum illorum validitas, & juſtitia non eſt ejus ju-
dicii, idque ipſe in d.prima nudæ Praxis editione *lib.*1.*c.
1.proemiali* ingenuè faſſus fuit, licet id poſteà in ſecun-
da editione de anno 1607. omiſerit, & quamvis † in hac 67
ſecunda editione authoritates, & jura addiderit, illa ta-
men à Io:Baptiſta Sella *inſigni practico*, & in eodem A.
C. Tribunali plurimum verſato, mutuo accepit, ut idem
Corat. ubi ſupra memoriæ mandavit:
Commiſſo autem examine à Judice Notario, intelli- 68
gitur commiſſa etiam cauſa receptionis juramentorum
Pur.*dec.*258.*lib.*1.& è contrà commiſſa receptione jura-
mentorum, cenſetur commiſſum examen, Veſt.*lib.6.c.
2.n.*13.& ſufficit, † quod Teſtes jurent in termino proba- 69
torio, Caval.*dec.*275. *n.*1.quo † caſu poſſunt examinari 70
quandocumque etiam extra terminum, Saluſt.Tib.*lib.*2.
*c.*14.*n.*1.Rot.*dec.* 393.*n.6 part.1.recent.*Gregor.*dec.*327.
n.7.& ſeq. & ibi Beltramin. *n.*11. Cav.*dec.*349.*n.*5. Sine
commiſſione autem juramentorum, aut examinis Te-
ſtium, examen à Notario receptum eſt nullum, Boratt.
*dec.*169.*num.*9. ubi plures cumulat authoritates.
Articuli licet promiſcuè nominentur Articuli, & poſi- C
tiones, ut per Greg.*dec.*385.*n.*4.*& dec.*577.*n.*4. tamen ſi 71
conſtat illos eſſe Poſitiones, de eis uti de poſitionibus
eſt judicandum. Greg.*dict.dec.*577.*n.*4.cenſentur † autem 72
poſitiones, ſi fuit Parti præfixus terminus ad reſpon-
dendum illis, Gregor. *dec.*365.*n.*4.
Relevantes † ſunt admittendi tàm de jure, quàm de 73
Stylo Curiæ, Rot.*dec.*416.*n.*6 *& num.*10.*part.*5.*recent.*
etiam ſi illi concernant objectus, dummodo ſint de jure
Dantis, Rot.*dec.*661.*n.*2.*part.*2.*recent.* & quando ſpeci-
ficant materiam melius quàm primi, ſunt pariter admit-
tendi, Rot.*dec.*315.*n.*14.*part.*5.*recent.*
Irrelevantes † autem, vel impoſſibiles, vel imperti- 74
nentes admitti non debent, Rot.*dec* 349.*n* 3.*& dec.*661.*n.
1.in fin.part.3.& dec.416.n.10.part.3.recent.*nec continen-
tes inveriſimilia, Rot.*dec.*276.*n.*9 *par.6.recent.*nec illi
qui victoriã cauſę non concludunt, Rot.*dec.*177.*n.4.part.
6.recen.*ſed cõtrarii ſunt admiſſibiles.Boratt.*dec.*351.*n.*2.
Quando verò eſt dubium, an relevent, ſunt potius ad- 75
mittendi, quàm reiiciendi, Veſtr.*in Prax.lib.5.cap.*13.*n.*
7.Gravat.ad Veſtr.*d.lib.5.cap.*14.*num.*27. Rot.*dec.* 503.

num. 2. par. 2. recent. Buratt. dec. 28, num. 3. ubi quod Rota
conſuevit illos admittere. Dicuntur autem impertinen-
tes, & irrelevantes, quando continent aliquid, quod
probatum non relevat. Rot. dec. 589. n. 1. part. 2. & dec.
634. n. 3. recent. Duran. dec. 221. n. 1.

76 Paſſim admitti ſolent Articuli, ſalvis exceptionibus
Caputaq. dec. 47. part. 1. & ſalvo jure impertinentium,
ſed hoc recipit declarationem, de qua ſupra capit. 10. lit.
D, verſ. ſolet.

77 Articulans non fatetur, Io. And. in cap. fin. in princip. de
Jure jur. in 6, Alex. conſ. 80. n. 10. lib. 2. Seraph. dec. 1044.
n. 2. Greg. dec. 347. n. 15. Beltramin. ad Greg. dec. 143. n. 5.
Buratt. dec. 600. n. 10. & ibi Ferentill. n. 14. Duran. dec. 33.
n. 17. & dec. 314. n. 9. Rot. dec. 201. n. 21. part. 5. recent.

78 Sed hoc non procedit, quando ſunt in Actis dati me-
dio juramento, tactis &c. Beltramin. ad Greg. dec. 143.
num. 5. etiamſi non ſint à Judice admiſſi, Ferentill. ad
Buratt. dicta dec. 600. n. 15. tunc enim contra Articulan-
tem plenè probant, dec. 215. n. 2. niſi doceatur de errore,
Ferentill. ad Buratt. dicta dec. 600. n. 15.

79 Quando autem habent clauſulam, non ſe aſtringens,
nihil certi continere dicuntur, Rota dec. 774. n. 8. part.
1. recent.

D Articulans tenetur ſpecificare materias, & jurare con-
80 tenta in Articulis eſſe vera, Veſtr. in Prax. lib. 6. c. 2. n. 19
Hoc tamen non procedit Parte non opponente, Veſtr.
dicta lib. 6. cap. 2. num. 19. cum allegatis ſupra hac eadem
part. 1, cap. 10. lit. A.

E Teſtis debet jurare ſaltem per diem ante examen,
81 quod paſſim obſervatur, juxta notorium Romanæ Cu-
riæ ſtylum, Saluſt. Tiber. d. lib. 2. cap. 13. n. 7.

82 Sed hoc non procedit, quando Judex, Parte non op-
ponente, mandat examinari Teſtes ſummariè, nam
tunc ſufficit præſtari juramentum in actu examinis pro-
ut de ſtylo, & obſervantia hujuſmodi teſtatur Saluſt.
Tiber. in d. cap 13. n. 10.

83 Secundò, non procedit in Tribunali Illuſtriſſimi Al-
mæ Urbis Gubernatoris, prout nec in aliis Inferioribus,
in quibus Praxis obſervat in dies, ut ſufficiat præſtatio
juramenti in actu examinis ad ejus validitatem.

F Interpres jurare debet de fideliter Interpretando, Sa-
84 luſt. Tiber. lib. 2. cap. 14. n. 1. ubi quod poteſt addere Inter-
rogatoria ad cauſam pertinentia, non autem imperti-
nentia.

85 De jure communi examen eſt validum ſine Interpre-
te qui ſolum adhibetur de ſtylo Romanæ Curiæ, Beltra-
86 min. ad Gregor. dec. 331. n. 23. & ſi Pars † citata ad con-
ducendum Interpretem, aliàs videndum examinari ſi-
ne illum, non conducit diebus, & horis intimatis, exa-
men eſt validum ſine illo, etiam in locis in quibus vi-
get Stylus eum adhibendi, & ita quotidie ſervat Pra-
xis: inſtante tamen Parte Teſtes poſſunt repeti, Seraph.
dec. 1229. n. 6. ubi quod ita pluries fuit deciſum.

G Teſtes debent jurare tactis ſcripturis, Lanfranc. in
87 Prax. de Teſt. de poſſe. nu. 3. in fin. & ibi latè Cell. in addit.
in verb. tactis ſcripturis ſub lit. A Caputaq. dec. 285. n. 1 p.
3. Bocc. de Remiſ. c. 8. n. 1. ubi quod ita ſervatur, Cæſ. de
Graſ. dec. 13. n. 9. & n. 19. de Teſt. Farinac de Teſt q. 74. n.
22 nec eſt neceſſe jurare tactis Evangeliis, niſi eo caſu,
quo de Jure eſt expreſsè, ac in ſpecie ordinatum, ſed de
conſuetudine, & communi ſtylo ſufficit regulariter ju-
rare tactis quibuſuis ſcripturis, habito reſpectu ad Sacra
Dei Evangelia, Viu. in ſuo comm. opin. in verb. juramen-
tum, ubi de communi DD. opinione teſtatur.

88 Et Notarius debet ſcribere, quod Teſtis juravit tactis
ſcripturis, aliàs cum tactus ſcripturarum ſit ſolemnitas
extrinſeca, non præſumitur, niſi appareat, l. quæcunque,
§. quia Pupillo ff. de public. Gloſ. in l. ſciendum, in ver-
ba ſolemniter, ante fin. ff. de verb. oblig. Lanfr. in Prax. tit.
89 de Teſt. depoſit. nu. 4. & ſeq. & ob id † ſi Notarius tantum
ſcriberet, Teſtis juratus, &c. iſta verba, enunciativa de
præterito, non probarent juramentum, Boccac. Remiſ. d.
c. 8. n. 2. Caputaq. d. dec. 285. n. 3. part. 3. Rot. dec. 393. n. 8.
& ſeqq. dec. 704. in prima n. 1. part. 1. & dec. 277. n. 1. part.
6. recent. Greg. dec. 383. n. 8. Cavaler. dec. 415. n. 3. Buratt.
dec. 148. n. 2. & ibi latè Ferentill. n. 19. lit. A. cum id poſſit
verificari in actu de quo Notarius non ſit rogatus, quo
caſu ei non creditur, & Cavaler. deciſ. 312. num. 3. & di-
cta dec. 415. num. 3. Rot. dict. dec. 393. num 8 part. 1. recent.

Primò tamen hoc non procedit, quando Notarius at- 90
teſtaretur, fuiſſe à Teſtibus juratum per verba diſpoſi-
tiva, prout juravit &c. vel juravit in forma vel ſuo jura-
mento teſtificando dixit, vel juravit dicere veritatem, vel
per juramentum, quod præſtitit, vel quid ſimile, ex quo
appareret Teſtem juraſſe, nam tunc illa verba probarent
juramentum, licèt non fuiſſent à Notario addita illa
verba tactis ſcripturis, Seraph. dec. 857. n. 25. Cæſ. de
Graſſ. dec. 13. n. 7. & n. 15. de Teſt. Rot. dec. 393. n. 8. & ſeqq.
part. 1. & dec. 406. n. 10. p. 5. & dec. 277 n. 3. & ſeq. part. 6.
recen. Gregor. dec. 368. n. 5. Cavaler. dec. 322. n. 4. ubi alias
deciſiones cumulat, Buratt. dec. 148. n. 4. & ibi Ferentill.
latè. n. 12. & præſumitur, quod tunc Teſtis juraverit ta-
ctis ſcripturis, Veſtr. in Prax. lib. 6. c. 2. n. 21. præſertim † 91
ſi Notarius ſcripſit, quod Teſtis juravit, &c. quia illa
dictio, &c. comprehendit omnia, quæ ſunt de natura,
& ſubſtantia actus, Rot. dec. 393. n. 12. part. 1. & d. dec.
277. n. 5. part. 6. recent.

Secundò non procedit, quando in loco adeſſet ſtylus, 92
quia juramentum probaretur ex ſola aſſertione Notarii,
Rota dec. 393. n. 14 part. 1. recent. Buratt. d. dec. 149. n. 7.

Tertiò non procedit, ſi in contrarium adeſſet Statu- 93
tum, quia juramentum quoad ſui eſſentiam non requi-
ſis tactum ſcripturarum, ſed ſufficit, quod Teſtes jurent
verbis, Buratt. dec. 148. n. 10 & cum forma, † & ſolem- 94
nitas jurandi ſit de Jure poſitivo, cap. hortamur 3. quæſt.
9. poteſt huic formæ a Statuto derogari, Buratt. dict. dec.
148. num. 11.

Quartò non procedit in teſte Sacerdote, qui poteſt ju- 95
rare tacto pectore &c. more Sacerdotali, quod eſt rece-
ptum de conſuetudine omnium Curiarum, Cavaler dec.
322. n. 2. Veſtr. lib. 6. c. 2 n. 7. & ibi Cravat. num. 41. Fari-
nacc. de Teſt. q. 74. n. 24. & n. 81. & num. 82.

Quintò non procedit in Equite, qui poteſt jurare ſu- 96
per Cruce ſui habitus, & ob id ſi Notarius de hoc teſte-
tur per verba diſpoſitiva, probatur inde juramentum ſe-
cus ſi per verba enunciativa de præterito, Caputaq dec.
285. num. 4. part. 3.

Defectus autem juramenti in Teſte ſuppletur, morte 97
ipſius, & Rota dec. 587. n. 4. part. 2. recent. Cavaler. dec.
322. num. 7.

Examen Teſtium, licèt factum ſinè Interrogatoriis H
eſt de Jure validum, Dec. in capit. licet cauſam, num. 56. 98
de probat. Alex. conſ. 172. num. 9 lib. 2. Put. dec. 425. lib. 1.
cum aliis allegatis per Gregor. dec. 331. n. 17. & ibi Bel-
tram. n. 22. & dec. 351. n. 46. Ferentill. ad Burat. dec. 100.
num. 25.

Et hoc procedit, etiam ſi Pars dederit in Actis Inter- 99
rogatoria licèt tunc Teſtes non probent, niſi repeta-
tur Dec. in dict. cap. licet cauſam 56. Seraph. dec. 781. n. 4.
latè Beltramin. ad Gregor. d. dec. 331. n. 22. Ferentill. ad
Burat. d. dec. 100. n. 25. ubi † alias deciſiones cumulant 100
Repetitio autem, ſi examen eſt nullum, debet fieri ſum-
ptibus ejus, qui vult juvari repetitione, Boccac. de Remiſſ.
c. 9. n. 29. Si † verò examen eſt validum, ſed Teſtes ſunt 101
repetendi, ut quia fuerunt examinati ſine interrogato-
riis datis in Actis vel pendente termino ad illa dandum,
repetitio eſt facienda ſumptibus ejus ad cujus Inſtan-
tiam fuerunt primitus examinati ſine illis, Put. dec 366.
in correct. lib. 2. Rot. dec. 282 part. 3. diverſ. lib. 3. quod ſi
Interrogatoria non erãt in Actis data & erat elapſus ter- 102
minus ad illa dandum, repetitio fit ſumptibus petentis re-
petitionem, Fenſon. ad Statut. Urb. lib. 1. cap. 74. n. 15.

Nullum autem eſt examen factum ſine Interrogato- 103
riis, quando Pars dedit Interrogatoria in Actis cum pro-
teſtatione, ne Teſtes examinarentur ſine illis, Beltram.
ad Gregor. d. dec. 331. n. 22. Ferentill. ad Burat. d. dec. 100.
n. 26. Boccac. de Remiſſ. d. c. 9. n. 27.

Quod procedit, etiam ſi Teſtis aliqua, ſed non omnia 104
Interrogatoria evacuaverit, Buratt. dec. 183. nu. 33. &
pariter ſi Interrogatoriis reſpondere recuſavit, tunc enim
nihil probat Rot. dec. 700. n. 32. part. 2. recent. Fenzon.
ad Stat. Urb. d. c. 74. n. 19. lib. 1.

Sed hoc non procedit in Interrogatoriis Impertinenti- 105
bus, crimen, infamiam, ſeu turpitudinem Teſtis conti-
nentibus, quibus Teſtis reſpondere non tenetur, Felyn.
plures cumulans in cap. cum cauſam nu. 50. de Teſt. Fen-
.zon.

Digitized by Google

zon. *d. c.74. n.20.* Clar. *in §. fin. q.24. verſ. ſucceſſivè nate*
106 *fin.* cum † nemo reneatur detegere ſuam turpitudinem,
Alex. *in l.2. n.5. ff. de Iuriſd. omn. jud.* Boccac. *de Remiſſ.*
cap.6. n.30.
107 Judex verò ramiſſionis, cum habeat formam ſibi in re-
miſſoria præſcriptam, debet interrogare Teſtes ſuper
omnibus interrogatoriis, ſumptibus ejus, qui remiſſoriam
obtinuit, etiam ſi non adſit proteſtatio Partis, non exa-
minari ſine, aliàs examen eſt nullum ratione formæ non
ſervatæ, Boccac. *de Remiſſ. d. c.9. n.17.* Caval. *dec.254. n.*
27. etiam ſi aliqua tantum ex Interrogatoriis omiſerit,
Buratt. *dec.160. nu.10.* & ibi Ferentill. *n.27.*
108 Cæterum Pars, quæ dedit interrogatoria dicitur con-
ſenſiſſe examini, etiam ſi non fuerit citata, Caval. *dec.*
322. n.6. Burat. *dec.376. n.12* & nullitas facilius ſanatur
hoc caſu ſupervenlente Commiſſione cum clauſula *arbi-*
109 *tria*, Buratt. *dec.164. n.15.* Per † dationem namque In-
terrogatoriorum inducitur in dante ſcientia Teſtium, &
materiarum, ſuper quibus ſunt examinandi, Burat. *dec.*
110 118. *nu.* 50. non tamen † interrogatoria primo loco data
faciunt ſuſtineri examen, quando alia dari poterant,
Buratt. *dec.726. n.5.*
111 Quod ſi Pars ſuerit negligens, & citata ad dandum
Interrogatoria, & aliàs videndum mandari examinari
ſine, illa non dederit examen eſt validum, Greg. *dec.351.*
n.46. & ibi Beltram. *n.51. lit. E.* Ferentill ad Burat. *d. dec.*
100. *n.27.* Rot. *dec.276. n.6. p.5. rec.* Duran. *dec.188. n.7.*
112 adeo quod nec etiam Minor reſtituatur ad dandum inter-
rogatoria, quando Tutor citatus illa non dedit, Fenz.
ad Stat. Urb. d. c.74. n.9. l.1. niſi doceat de læſione, Feren-
till. ad Buratt. *d. dec.*100. *n.28. & ſeq.*
113 Non omitto quod interrogatoria ſuperflua & imperti-
nentia poſſunt à Judice reſecari, Glo. *in c. præſentium,*
§. Teſtes in verba interrogatoria. in fin. de Teſt. in 6. etiam
tacitè illis ommiſſis, Boccac. *de Remiſſor. c. 6. n.24. & n.*
31 ita obſervat Praxis.
I Teſtes abſuturi recipiuntur, etiam ſuper articulis, non
114 admiſſis Veſtr. *in Prax. l.5. c.15. n.2.* poſſunt jurare, etiam
die feriata, Jo. Andr. *in c.1. n.5. de fer.* Spec. *de fer. §. ſe-*
quitur videre, nu. 3. latè Celſ. ad Lanfranc. *in Prax. ſub*
tit. de Teſt. depoſit. n.15. lit. B.
115 Sed ſtantibus Stylis Curiæ committendi Notario cau-
ſæ receptionem juramentorum, & recipiendi illorum
juramenta extra judicium, ut ſupra *lit. B*, in hoc teſtes ab-
futuri non ſunt magis privilegiati, quàm cæteri, niſi de
Jure quando juramentum præſtatur in præſentia Judicis.
116 Debent Teſtes abſuturi jurare de veritate dicenda,
necnon etiam de futura abſentia, Veſtr. *l.5. c.2. n 3. in fin.*
& ulterius in fine examinis præſtare tertium juramen-
tum, de non patefaciendo eorum dicta, donec publicen-
tur, Veſtr *d. c.2. n.20.* & ibi Gravat. *n.53.*
L Teſtes poſt publicatas atteſtationes, & didicita teſtifi-
117 cata non poſſunt examinari ſuper eiſdem, vel directo
contrariis, *capit intimavit, & capit Fraternitatis de Teſt.*
Clem. fin. de Teſt. Auth. at qui ſemel, C. de probat. Gabriel.
concl. 22. n.1. de Teſt. Afflict. *dec.216. n.1* Sal. Tib. *in Prax.*
l.1. cap.14. Ferentill. ad Burart. *dec.229. num.3.* Rot. *dec.*
154. *n.1. p.4. recent.* Greg. *dec.48. n.2. dec.497. n.1. & dec.*
583. *n.1.* Duran. *dec.236. n.2.*
118 Teſtium autem publicatio eſt duplex, Alia pronunti-
ciativa, per quam Partes non didicerunt teſtificata, &
hæc, niſi teſtificata fuerit didicita, non nocet ſed poſſunt
Teſtes nihilominus examinari, Bald. *conſ.152. in princip.*
verſ. Item duplex in princ. lib.1. Alex. *conſ.84. n 4. & ſeq.*
lib.4. Gabr. *d. concl.21. n.28. de Teſt.* Sal. Tib. *d. lib.2. c.14*
n.6. Rot. *dec.136. p.3. diverſ. lib.2.*
119 Sed hoc non procedit, quando Pars, quæ intendit no-
vos Teſtes examinare, & publicationem petiit non ha-
bet aliquam præſumptionem pro ſe, quod non didicerit
teſtificata, nam aliàs facta publicatione Pars quæ Teſtes
publicari petiit, præſumitur teſtificata didiciſſe eo ipſo,
Bart. *in auth. ut quis ſemel nu.17. C de probat.* Gabr. *dict.*
concl.21. n.29. & ſeq. de Teſt. Ferentill. ad Buratt. *dec.228.*
n.23. ubi quod ita fuit deciſum in *Albanen. confinium 22.*
Aprilis 1625. coram Pirovano.
120 Cæterum ſi publicatio fuit facta Parte invita, & relu-
ctante, utique non nocet parti contradicenti, & prote-
ſtanti, vel etiam abſenti, Bart. *in d. Auth. qui ſemel n.17.*
C. de prob. Felyn. *in cap. Fraternitatis, n.9. verſ. nona quæ-*
ritur, de Teſt. Ancharan. *conſ.223. n.2.* Alex. *conſ.84. in*
princ. & nu.8. l.4 Surd. *conſ.156. nu.4. & ſeq.* Ferentill. ad
Burrat. *d. dec.228. n.23.*
Alia publicatio Teſtium dicitur inſinuativa, & iſta 121
impedit, ne Teſtes poſſint ſuper eiſdem vel directo con-
trariis examinari, Bald. *conſ.152. in princip. verſ. alia*
eſt inſinuata lib.1. dicuntur autem † didicita teſtificata, 122
quando Pars habuit in ſua poſſe proceſſum originalem
apertum, etiam ſi non ſit facta ſolemnis publicatio, Gabr.
d. concl.21. n.10. & n.31. de Teſt. Rot. *dec.154. n.2. & 3. p.*
3. recent. Greg. *dec.583. n.1.*
Procedit etiam quando ſunt diſcuſſa dicta Teſtium in di- 123
ſputationibus, & ideò tunc non poſſunt Teſtes exami-
nari ſuper eiſdem, Buratt. *dec.567. n.7.*
Principalis tamen concluſio, quod poſt publicatas at- 124
teſtationes, & didicita teſtificata non poſſint Teſtes exa-
minari ſuper eiſdem, vel directo contrariis, plures ha-
bet fallentias, &
Primò non Procedit in Teſtibus noviter repertis, dum- 125
modò hoc plenè, & concludenter probetur Hyppol. de
Marſil. poſt Bart. & alios *in l. 1. §. fin. nu.17. ff. de quæſt.*
Rot. *dec.154. n.4. p.4. rec.* Greg *dec.583 nu. 4.* ubi quod
hæc limitatio habet difficultatem.
Secundò non procedit, quando Articuli ſuper quibus 126
Teſtes ſunt examinandi, non ſunt comprehenſi ſub pri-
mis tacitè, nec expreſsè, prout nec quando Teſtes exa-
minantur ad diverſum finem, Buratt. *dec.824. n.4.*
Tertiò non procedit, quando id quod in primis Articu- 127
lis continetur, articulatur in ſecundis alio modo, & ma-
gis explicitè, & de neceſſitate probationis veniebat in
Articulis prioribus, nam tunc admittitur novum exa-
men etiam in ſecunda inſtantia, Durandus *dec.126. n.3.*
Quartò non procedit, quando Articuli, qui de novo 128
dantur non tantum in cortice, ſed in ſui eſſentia, ſunt
partim novi, partim antiqui; nam, attentis novis qua-
litatibus adjectis, non dicuntur iidem, *cap. veniens, il 2.*
de Teſt. Alex. ad Bart. *in l. per hanc, C. de Tempor. appel.*
Crot. *de Teſt. §. aggrediar nunc ſeptimam partem, nu. 54.*
Greg. *dec.494. nu.2. & ſeq.* ubi quod ſecus eſt, ſi tantum
in cortice differunt ab antiquis.
Quintò non procedit, quando Teſtes nihil depoſue- 129
runt ſuper materia, ſuper qua ſunt de novo examinandi,
Gabr. *d. concl.21 n.119. & ſeq de Teſt.* Greg. *dec.83. n. 4.*
Quia † ſi nihil Teſtes depoſuerunt, non poſſunt dici 130
didicita teſtificata.
Sextò non procedit, quando ex Teſtibus productis ali- 131
qui non fuerunt examinati, Gabr. *concluſ 21. nu. 138. de*
Teſtib. Greg. *dec 583. n.7.* ubi quod hoc procedit, dummo-
do publicatio fuerit facta parte invita, & reluctante.
Septimò non procedit favore Eccleſiæ: dummodo pro- 132
betur læſio, & interveniat cauſæ cognitio, & exacta
diligentia ob timorem ſubornationis, Caputaq. *dec.50.*
nu.5. & ſeq. p.3. Greg *dec.583. n. 6.* & ibi Beltram. *lit. D.*
alias cumulat deciſiones.
Octavò non procedit, quando proceſſus originalis 133
fuit tantum oſtenſus, vel etiam dimiſſus in manibus pro-
curatoris, ſecus ſi diù fuit penes principalem, Greg. *dec.*
497. n.4. & ibi Beltram. *latè n.8.* ubi quod hujuſmodi ſty-
lus admittitur in Curia ob præſumptam legalitatem, &
probitatem Procuratorum Romanæ Curiæ, de quorum
integritate Rota plurimum confidit, de quo ſtylo teſtan-
tur etiam deciſiones allegatæ per Seraph. *dec.688. num.2.*
quem ſecuta noviſſimè eſt Rota *in Bononien. Tranſactio-*
nis 1. Iunii 1641. coram bo. mr. Merlino.
Nonò non procedit, quando examen tendit ad corro- 134
borationem, & confirmationem antiquarum probatio-
num, Innoc. *in cap. cum dilecti de accuſ. circa fi. verſ. Iu-*
dex, & in cap. cum leg. de re jud. Bald. *in l. cunctos populos*
ta 5. oppoſ. C. de Summ. Trinit. & Fid. Catholic. Abb. *in c. de*
cætero, de Teſt. Roman. *ſingul.754.* Dec. *in cap.1. n.42. de*
Probat. Butr. & Felyn *in cap. Fraternitatis, n.11. verſ. &*
in ea quod dicitur, de Teſt. latè Gabr. *de Teſt. concl.21 nu.*
39. Natt *conſ.595. n.7.* Surd. *dec.126. nu.10. & ſeq.* Afflict.
dec.219. n.4. Greg. *dec.272. n.9. dec.581. n.12. & dec.583.*
nu.5. & ibi Beltr. *lit. D.*
Decimò non procedit de Stylo Curiæ, quando fuit 135
traditum ſolummodo ſummarium Teſtium; quia tunc

Digitized by Google

non dicuntur judicita teſtificata, ex quo non dantur in ſummario extenſæ depoſitiones, nec panduntur nomina Teſtium; Cæſ. de Graſ. *dec.* 8. *n.* 4. *de Teſt.* Seraph. *deciſ.* 688 *n.* 2. Rot. *dec.* 154. *n.* 3. *& dec.* 430. *n.* 13. *& p.* 4. *recens.* Gregor. *dec.* 467 *n.* 4. & ibi Beltram. *n.* 8 plures aliàs deciſiones cumulat, idem Greg *dec.* 583. *n.* 3. Buratt. *dec* 238. *n.* 20. ubi quod ita quotidiè in Curia ſervatur, Sal. Tib. *in Prax. l.* 2. *c.* 14. *n* 6. ubi de antiquo Stylo Tribunalium Urbis, & ſignanter Rotæ, & A. C. teſtatur.

136 Aliàs fallentias ad regulam ſupradictam ponit Card. Tuſc *lit. T. concl.* 29. Grab. *de teſt. d. concluſ* 21. & Farin *de Teſt q.* 75 ad quos in hac ſatis controverſa materia, & iudici arbitraria, quilibet in facti contingentia poterit habere recurſum.

M Teſtes, ſi ſunt renitentes in teſtimonio perhibendo, poſ-
137 ſunt cogi ad ſubiiciendum ſe examini, Gloſs *in l. ſi quando*, *in verbo*, *ſi quando*, *C de Teſt. c.* 1. *&* 2. & ibi Gloſ *verbo timore de Teſt cog.* Lanfranc. *in Prax ſub tit de Teſt. depoſit n* 42 Gravat ad Veſtr. *l.* 6. *c.* 2. *n* 26 Clar. *in* §. *fi q.* 21 *n.* 22. *verſ ſucceſſivè*, ubi dicit quod, quidquid ſit de iure, hodiè diſtinctè ſervatur, cogi Teſtes, ſivè in Civilibus ſivè in Criminalibus ad teſtificandum.

138 Sed hoc primo non procedit in Conſanguineis, & Affinibus, qui non coguntur ad teſtimonium perhibendum contra conſangineos, & Affines Bald *conſ.* 188. *Conſobrinus in fin. verſ. non obſtat l.* 4. Alex *conſ* 18. *n* 4. *& ſeqq. l.* 1. Lanfranc. *in Prax. d. tit de Teſt. depoſit. n.* 42. *verſ attende* niſi veritas aliter haberi non poſſit, Alex. *conſ.* 64. *n* 6. *verſ. hoc idem*, *l.* 1. & in ſubſidium cauſa cognita, Roman. *ſing.* 143. Apoſtill. ad Alex. *d. conſ.* 18. *n.* 5 *in verb. l.* 4. *l.* 1. Capell. Toloſ. *dec.* 3.

139 Secundò non procedit in Filio contra Parentes, & Liberto contra Patronum, qui non ſolùm non coguntur, ſed etiam, volentes teſtificari, repelluntur. Alexand. *d. conſ.* 18 *n.* 5 *lib.* 1. Lanfranc. *d. tit. de Teſt. depoſit. n.* 42. *verſ. attende.*

140 Tertiò non procedit, quando Teſti obiiciuntur crimina per modum exceptionis: quia non poteſt tunc cogi ad teſtificandum, Clar. *in d.* §. *fin. q.* 24. *verſ. ſucceſſivè*, *ante fin.*

141 Quarto non procedit in Fratre, qui non poteſt cogi ad
142 teſtificandum contra Fratrem, nec in Clerico † qui non cogitur teſtificari in Criminalibus, licet quando veritas aliter haberi non poteſt, & etiam privilegiati in cauſa Civili, abſque difficultate compellantur, Clar. *d.* §. *fin. q.* 24. *verſ, ſcias tamen*, ubi quod idem vidit etiam plerumque obſervari in Criminalibus, ſed quod in hoc caſu debet Judex conſulere Principem, quando veritas aliter haberi non poteſt & delictum eſt atrox.

143 Coguntur autem Teſtes ad ſubiiciendum ſe examini multa indicta, & captis pignoribus, aliàs ut per Gravat. ad Veſt. *d. l.* 6. *c.* 2. *n.* 26. Lanfranc. *in Prax. ſub tit. de Teſt. depoſit. n.* 42. Quando autem ſubiiciuntur examini, debet ut diximus, intimari Parti adverſæ dies & hora certa examinis, aliàs examen, tanquam factum contra Stylum Curiæ, eſſet nullum, Rot. in Roman. *ſucceſſionis* 9. *Maii* 1624. *&* 26. *Junii* 1645. *coram R. P. D. Bichia.*

144 Cæterum de hac ampliſſima Teſtium materia hæc dicta ſufficiant, cum illius non ſi capax præſens libellus, in relliquis quilibet in facti contingentia poterit adire *Præclariſſ. I. C.* Proſper Farinac. *in eius celebri tract. de Teſtibus*, in quo omnia ad hanc materiam ſpectantia mirum in modum de more enucleavit.

De remiſſoria, & Compulſoria. Cap. XII.

S U M M A R I U M.

1 *Teſtibus in partibus exiſtentibus, obtinentur literæ miſſivæ pro illis examinandis, Parte citata.*

2 *Citatio ad dicendum contra articulos, & videndum decerni literas miſſivas in partibus, eiuſque formula, & proceſſus.*

3 *Alia citatio ad dicendum contra articulos, & videndum decerni literas miſſivas in partibus loco remiſſorialium, & eius formula, & proceſſus.*

4 *Proteſtatio in termino ad dicendum contra articulos, & ad videndum decerni literas miſſivas, & eius formula.*

5 *Proteſtatio ex adverſo facta contra articulos, literas miſſivas, debet adimpleri, ac quomodo.*

6 *Cautela, quæ datur ad literas miſſivas celerius expediendas.*

7 *Citatio ad concedendum de alio Judice, & ejus formula, & proceſſus.*

8 *Citatio ad dandum liſtam confidentium, & eius formula, & proceſſus.*

9 *Concordato de Judice, vel illo ex officio deputato, expediuntur literæ miſſivæ.*

10 *Literæ miſſivæ pro examinandis teſtibus in partibus, & earum formula, & tranſmiſſio.*

11 *Articuli admittuntur, & literæ conceduntur in executivis cum clauſula, ſine præjudicio, unde opus eſt ſuperſeſſoria.*

12 *Citatio ad videndum mandari ſuper ſederi in expeditione Mandati, & ejus formula, & proceſſus.*

13 *Citatio ad videndum revocari ſuperſeſſoriam quando neceſſaria, & ejus formula, & proceſſus.*

14 *Terminus in remiſſoria, ſeù literis miſſivis præfixus pro examine, in partibus, poteſt prorogari, & quomodo prorogatio obtineatur.*

15 *Citatio ad videndum prorogari terminum in literis miſſivis contentum, & ejus formula, & proceſſus.*

16 *Termino in ſuperſeſſoria contento elapſo, poteſt alia ſuperſeſſoria obtineri, ſed hoc eſt in arbitrio Iudicis.*

17 *Literis miſſivis, vel remiſſionalibus ſimpliciter expeditis, pendente termino in ejus contento, Judicis officium quieſcit.*

18 *Terminus in remiſſoria præfixus poteſt prorogari, & eo elapſo novus terminus concedi ſed ex cauſa.*

19 *Citatio ad videndum concedi novum terminum ad probandum incumbentia, & ejus formula, & proceſſus.*

20 *Parte negligente, vel ob calumniam non exhibente literas miſſivas coram Judice de partibus, quid agendum.*

21 *Citatio ad videndum ſibi præfigi terminum ad probandum, & probatum habendum, & ejus formula, & proceſſus.*

22 *Citatio ad videndum revocari dilationem ad probandum conceſſam, & ejus formula, & proceſſus in cauſa ordinaria.*

23 *Citatio ad videndum, prævia revocatione dilationis, expediri mandatum in executivis, & ejus formula, & proceſſus.*

24 *Proceſſus remiſſorialis in partibus, quomodo inchoari, & fieri debeat.*

25 *Citatio coram Judice remiſſoriali ad videndum aperiri literas miſſivas, & illius formula, & proceſſus.*

26 *Si in loco, nec Principalis, nec Procurator reperitur tunc Judex remiſſorialis, factis diligentiis, procedit per affixionem ad Valvas.*

27 *In cauſis commiſſariis Judex remiſſorialis, ſi perſona citanda commode haberi non poſſit, factis diligentiis, procedit per affixionem, & domi dimiſſa copia.*

28 *Judex remiſſorialis quomodo procedat, ſi citandus non habet in loco domicilium.*

29 *Judex remiſſorialis in cauſa commiſſaria non poteſt procedere, niſi in diebus Regalibus, Lunæ, Mercurii, & Veneris.*

30 *Citatio ad dicendum contra literas miſſivas in actis exhibita, & eius formula, & proceſſus.*

31 *Proteſtatio in termino ad dicendum contra literas miſſivas, & eius formula.*

32 *Proteſtatio facta contra literas miſſivas impleri debet, & quomodo.*

33 *Judex remiſſorialis, quomodo ad teſtium examen procedat.*

34 *Monitorium Iudicis remiſſorialis contra Teſtes recuſantes ſe examini ſubiicere, & eius formula.*

35 *Citatio ad videndum decerni copiam proceſſus remiſſorialis, & eius formula, & proceſſus.*

36 *Citatio ad videndum collationari copiam proceſſus, & eius formula, & proceſſus.*

37 *Citatio ad videndum ſuper omnibus in proceſſu remiſſorialis contentis per D. Judicem Decretum interponi, & eius formula, & proceſſus.*

38 *Pars*,

38 Pars, ſi nolit citare in ſcriptis poterit procedere iuxta ſtylum loci, dummodo in comparationibus inſeratur totus tenor citationum.
39 Intimatio Decreti, quibus caſibus non ſit neceſſaria.
40 Quæ requiruntur in fine proceſſus remiſſorialis, & quomodo ad Curiam tranſmittendus.
41 Citatio ad videndum aperiri proceſſum de partibus, & ejus formula, & proceſſus.
42 Proteſtatio contra proceſſum remiſſorialem, & ejus formula.
43 Literæ compulſoriales, quando neceſſariæ, & quomodo obtineri poſſint.
44 Citatio ad videndum decerni literas compulſoriales generales, & ejus formula, & proceſſus.
45 Compulſoriales ſpeciales quomodo obtineri poſſint.
46 Citatio ad videndum decerni literas compulſoriales ſpeciales, & ejus formula, & proceſſus.
47 De citatione ad concordandum de Judice compulſoriali, remiſſivè.
48 Proceſſus compulſorialis in partibus quomodo inchoari, & confici debeat.
49 Citatio ad dicendum contra literas compulſoriales coram Iudice compulſoriali, eiuſque formula, & proceſſus, etiam in cauſis commiſſariis.
50 Monitorium Iudicis compulſorialis contra detinentes ſcripturas extrahendas, & eius formula.
51 Originalia ſcripturarum ſunt exhibenda coram Iudice compulſoriali.
52 Citatio ad dicendum contra Iura per compulſum producta coram Iudice compulſoriali, & eius formula, & proceſſus.
53 Proteſtatio facienda in termino ad dicendum contra jura coram Iudice compulſoriali, & eius formula.
54 Proteſtatio coram Iudice compulſoriali ex adverſo facta eſt adimplenda, ut poſſit ad jurium recognitionem procedi.
55 Intimatio, qualiter nomina teſtium ſunt in actis ſpecificata, & adimpleta proteſtatio, & eius formula.
56 Intimatione reproducta quomodo procedatur ad jurium recognitionem.
57 Citatio ad videndũ mandari extrahi copiam iurium coram Iudice compulſoriali, & eius formula, & proceſſus.
58 Citatio ad videndum mãdari collationari proceſſum coram Iudice compulſoriali, & eius formula, & proceſſus.
59 Citatio ad videndum, ſuper contentis in proceſſu compulſoriali, per Iudicem decretum interponi, & ejus formula, & proceſſus.
60 Coram Iudice compulſoriali, quot, & quibus modis procedi poſſit.
61 In fine proceſſus compulſorialis legalitas Ordinarii eſt apponenda.
62 Clauſo proceſſu compulſoriali, quid facere debeat Iudex de partibus.
63 Proceſſu ad Vrbem tranſmiſſo, citanda quomodo ſit pars coram A.C. remiſſivè.
64 De citatione ad videndum iurare teſtes remiſſivè.
65 Citatio ad videndum iurare teſtes executa, & reproducta coram delegante, durat toto tempore Remiſſoriæ coram iudice delegato, ſeu teſtium Receptore.
66 Si certum tempus eſt præfixum in citatione ad videndum jurare teſtes, & teſtes elapſo fuerunt examinati, examen eſt nullum.
67 Examen eſt nullum, ſi teſtes non ſolum depoſuerunt, ſed etiam iurarunt extra terminum.
68 Teſtes in termino ritè poſſunt examinari extra terminum, & quare.
69 Cautela utilis in materia citationis ad videndum iurare teſtes.
70 A.C. concedit literas compulſoriales, nec non literas miſſivas loco remiſſorialium ejus arbitrio, & quæ ſit differentia inter literas miſſivas & remiſſoriales.
71 Rota non concedit literas miſſivas, ſed remiſſoriales in pergameno, cum ſumptu juliorum ſeptem cum dimidio pro quolibet palmo Rotuli.
72 Remiſſoria quid ſit.
73 Remiſſoria unde dicta.
74 Remiſſio quot modis fiat & de ejus effectu.
75 Remiſſoria, ſeù literæ miſſivæ concedendæ ſunt ab A.C. etiam in cauſis executivis, cum termino competente.
76 Remiſſoria in cauſis Mercatorum nõ conceditur ad probandam ſolutionem in partibus, ſi ea infra eumdem ſolutionis terminũ debeat creditor certiorari in Curia.
77 Deciſiones Rotæ plures ſuper conceſſione remiſſoriæ emanarunt.
78 Remiſſoria olim concedebatur à Papa ſub plumbo, & cum ſigillo Auditoris, ſi erat ei in commiſſione conceſſum.
79 Innocentiana dat facultatem Auditoribus Rotæ concedendi remiſſoriales, abſque alia commiſſione.
80 Iudex remiſſorialis poteſt non ſolum examinare Teſtes, ſed etiam recipere reſponſiones ad poſitiones, & confeſſiones, & partes ad id compellere.
81 Remiſſoria, & compulſoria ſimul expedita, poteſt Iudex jura recipere, & alia facere iuxta ejus facultates.
82 Remiſſoria ſemper eſt concedenda, ſi materia, ſuper qua petitur, eſt relevans.
83 Remiſſoria, quando petitur ex juſta cauſa neceſſaria, & quando ceſſat ſuſpicio calumniæ, eſt concedenda.
84 Remiſſoria conceditur etiam data relevantia unius Articuli tantum.
85 Remiſſoria in prophanis, data relevantia, conceditur ſine fumo in quavis inſtantia.
86 Et facilius in prima inſtantia, & quare.
87 Et multo magis in tertia inſtantia, & quare.
88 Etiam in judicio reſtitutionis in integrum.
89 Remiſſoria in beneficialibus non datur de ſtylo Rotæ, niſi dato fumo de bono jure.
90 Remiſſoria in beneficialibus non datur in prima, nec in ſecunda inſtantia, niſi facta obligatione de ſtanda unicæ, & appoſitio ſequeſtro.
91 Remiſſoria nõ poſſidenti non datur, niſi renũciet ſequeſtro
92 Remiſſoria in beneficialibus conceditur in tertia inſtantia, ſicut etiam commiſſa cauſa, appellatione remota.
93 Remiſſoria in beneficialibus datur in prima inſtantia pro examinandis Senibus, & Valetudinariis nominatis in Curia, ſine retardatione proceſſus.
94 Non obſtante pendentia cauſæ attentatorum.
95 Beneficialis cauſa, quæ dicatur, & quæ prophana ad effectum obtinendi remiſſoriam.
96 Cauſa ſuper unione beneficiorum perpetua, dicitur prophana, ſecus ſuper unione ad vitam.
97 Cauſa decimarum, ad effectum remiſſorię, dicitur prophana, ſicut cauſa penſionis.
98 Cauſa Iuriſpatronatus, ſi de eo principaliter agatur, eſt prophana ad effectum remiſſoriæ, ſecus ſi de eo agatur incidenter, principaliter verò de titulo beneficii.
99 Ius metimur ex parte actoris.
100 Teſtes nulliter examinati dant fumum ſufficientem ad effectum remiſſoriæ.
101 Dummodo conveniat, & fumus non ſit extinctus ex aliis teſtibus eodem modo examinatis.
102 Teſtes de publica voce, & fama, ſeu fides Notarii, ſeù cõfeſſio revocata, dant fumum ad effectum remiſſoriæ.
103 Remiſſoria non datur ad probandum per teſtes id, quod poteſt probari per ſcripturas.
104 Secus ſi in articulis eſt quid relevans, quod in ſcripturis non continetur.
105 Et quando articulatur combuſtio Archivii.
106 Remiſſoria datur aliquando ad probandum per Teſtes, quod poteſt probari per ſcripturas, ſi ceſſat ſuſpicio calumniæ.
107 Remiſſoria datur ad recognoſcendum ſigna, & ſigilla Notariorum in Inſtrumentis contenta, & oppoſita.
108 Remiſſoria non datur ad probandum contrarium eius, quod continetur in ſcripturis.
109 Remiſſoria non datur ad impediendam immiſſionem ex Teſtamento vigore l. fin. aliàs, &c.
110 Immiſſio non retardatur, niſi per exceptiones probatas, vel incontinenti probandas.
111 Remiſſoria in calculo ferendæ ſententiæ, vel in ultimis audientiis non datur, quia præſumitur calumnioſa, ſecus ſi cauſa non eſt in termino expeditionis.
112 Remiſſoria non datur ad probandum factum ſupra centum annos, & quare n. 113.
113 Quiſque præſumitur tantum vivere uſque ad centum annos.
114 Remiſſoria fruſtra petitur ad probandum id, quod

probat^{u}m non relevant, ideò non datur.

115 *Remiſſ^{o}ria non datur, ſi adeſt vehemęns, & probabilis ſuſpicio calumniæ.*

116 *Remiſſoria conceditur dato fumo pro excluſione ſuſpicionis.*

117 *Relevantia excludit calumnia in materia remiſſoriæ.*

118 *Remiſſoria non datur, ſi teſtes degunt in locis vicinis, quia poſſunt duci ad Vrbem, vel deſtinari Notarius.*

119 *Remiſſoria non datur, quando cauſa per plures inſtantias fuit agitata in partibus, & Pars non curavit ibi teſtes examinare.*

120 *Remiſſoria non datur, ſi Pars fuit negligens in examinandis teſtibus in Curia ſi illi poſtea receſſerunt ab ea.*

121 *Ceſſante negligentia, vel dato fumo de veritate materiæ articulatæ, conceditur remiſſoria.*

122 *Remiſſoria non datur publicato proceſſus, vel didicitis teſtificatis, ad examinandum ſuper iiſdem, vel directo cõtrariis, licet Articuli in cortice verborũ videãtur novi.*

123 *Et eo minus ſi ſunt diſcuſſa dicta teſtium, vel reſolutiones factæ.*

124 *Remiſſoria non publicato proceſſu, nec diditis teſtificatis, conceditur.*

125 *Remiſſoria etiam publicato proceſſu, & didicitis teſtificatis datur, ſi Articuli continent in ſubſtantia materias diverſas à primis.*

126 *Etiam ſuper iiſdem, ſi Articuli continent magis ſpecifice id, quod fuerant antea confuſè articulatum.*

127 *Et ad effectum examinandi teſtes vigore primæ remiſſoriæ nulliter examinatos.*

128 *Remiſſoria non datur in executivis, niſi detur magnus fumus, vel damnum ſit aliàs irreparabile.*

129 *Remiſſoriæ conceſſio, & proceſſus retardatio plurimum pendet ab arbitrio Iudicis.*

130 *Remiſſoria in dubio eſt potius concedenda, quàm deneganda.*

131 *Termino remiſſoriæ conceſſæ pendente, non poteſt procedi ad ulteriora.*

132 *Remiſſoria conceſſa cum clauſula ſine retardatione, vel ſine præjudicio proceſſus executivi, Judex poteſt procedere ad ulteriora, illa non obſtante.*

133 *Remiſſoria cum clauſula, ſine præjudicio, ſolet concedi, quando Articuli ſunt irrelevantes, vel ſuſpecti.*

134 *Dato fumo ceſſat calumnia, & remiſſoria conceditur cum retardatione.*

135 *Cauſa diſcuſſa in prima inſtantia ſolet dari potenti uni ſententia, & alteri remiſſoria.*

136 *Auditor, qui debet uni dare ſentẽtiam, & alteri remiſſoriam, ſolet primo ferre ſententiam, & deinde tãquàm unus ex Auditoribus, dare remiſſoriã, & quare, & n. 137*

137 *Rota eſt unicum Tribunal, & quod Auditor facit, omnes feciſſe dicuntur.*

138 *Auditor Rotæ poteſt ante ſententiam dare remiſſoriam cum clauſula, ſine retardatione.*

139 *Remiſſoria non datur niſi ſemel, ſecus juſta ſubſiſtente cauſa.*

140 *Remiſſoria in Beneficialibus non datur hic, niſi adſit juſta cauſa, vel petens conſentiat ſequeſtro.*

141 *Iuſta cauſa eſt petẽdi novam remiſſoriam, ſi teſtes ſunt de novo reperti, vel quis fuit legitimè impeditus in executione primæ, & maximè Teſtibus primò non examinatis.*

142 *Remiſſoriam petens tenetur facere expenſas examinis, etiam quoad interrogatoria ex adverſo data, aliàs examen eſt nullum, & non fit repetitio, niſi ſumptibus illo uti volentis.*

143 *Forma in remiſſoria tradita eſt ad unguem ſervanda.*

144 *Terminus ad probandum, & reprobandum conceditur arbitrio Iudicis, ſecundum diſtantiam loci, & qualis regulariter concedi ſoleat.*

145 *Reprobatio eſt de jure permiſſa, ſed non in cauſis executivis, & ſummariis, & quare.*

146 *Reprobatio conceditur etiam in executivis, & ſummariis, quando præjudicium non eſſet reparabile, vel idem non eſſet diſcutiendum in ordinario judicio, vel caſu, quo non ſufficeret probatio imperfecta.*

147 *Terminus, ſi in remiſſoria non explicetur, intelligitur trium menſium in Provincia, ſex in Continentibus, & novem in Tranſmarinis.*

148 *Terminus currit à die conſignationis literarum portitori, & aliàs arbitrio Judicis.*

149 *Stylus circa terminum remiſſorię an, & quãdo incipiat currere in Tribunali A.C. fuit modo albus, modo niger.*

150 *Terminus hodie in Tribunali A.C. ſolet aſſignari Reo à die præſentationis literarum Judici de partibus faciendæ, & aliàs arbitrio Judicis.*

151 *Parte ultra modum negligente in exhibendo literas remiſſoriales Iudici de partibus, poteſt illi præfigi terminus ad probatum habendum, vel revocari dilatio, & expediri Mandatum.*

152 *Impoſſibilitas examinandi infra terminum præfixum excuſat.*

153 *Teſtes non ſolum jurare, ſed etiam examinari debent in termino præfixum ad examinari faciendum.*

154 *Iudex, ſicut poteſt terminum ad probatum habendum præfigere, ita etiam poteſt dilationem ad probandum conceſſam revocare.*

155 *Iudex ex juſta cauſa poteſt dilationem conceſſam revocare, & ad expeditionem cauſæ devenire.*

156 *Dilationis revocatio debet eſſe expreſſa, aliàs non cenſetur revocata per ſententiã, niſi ſententia eſſet Rotalis.*

157 *Terminus ad probandum in remiſſoria conceſſus ex cauſa poteſt prorogari, & eo elapſo novus concedi, Parte tamen citata.*

158 *Terminus in remiſſoria aſſignatus poteſt pluries ex cauſa prorogari, ſed in Curia, parte opponente, non conceditur tertia dilatio, niſi impetrato reſcripto à Papa, & cauſa cognita.*

159 *Iudex remiſſorialis ab A.C. deputatus cum facultatibus opportunis poteſt, circa examen, quicquid poteſt A.C. non tamen terminum præfixum prorogare.*

160 *Interrogatoria, quãdo teſtes ſunt examinandi à Iudice remiſſoriali, poſſunt dari in partibus, cautiùs tamen eſt in cauſis gravioribus illa exhibere in Curia, & quare.*

161 *Si teſtes non examinantur ſuper omnibus interrogatoriis à Iudice remiſſoriali, & pars de hoc fuit proteſtata, examen eſt nullum.*

162 *Teſtes examinati nulliter, repetuntur cum nova remiſſoria, ſumptibus petentis.*

163 *Iudex poteſt interrogatoria ſuperflua, & captioſa, vel impertinentia reſecare.*

164 *Literis remiſſorialibus, vel miſſivis conceſſis ad docendum de ſolutione, eſt ſuperſedendum durante termino convenienti dato in executione.*

165 *Dato fumo in executivis admittuntur exceptiones requirentes indaginem, & quæ incontinenti probari non poſſunt.*

166 *Hodie citare partem, ad intereſſendum collationi proceſſus remiſſorialis, eſt ſuperfluum, & quare.*

167 *Pro iuribus producendis non datur remiſſoria, ſed compulſoria.*

168 *Compulſoria duplex eſt generalis, & ſpecialis.*

169 *Compulſoria generalis quid ſit.*

170 *Compulſoria generalis, parte adhuc non citata in cauſa, conceditur ſine citatione, aliàs ſecus.*

171 *Compulſoria generalis non retardat proceſſum ad ulteriora.*

172 *Compulſoria generalis conceditur, etiam pendente termino remiſſoriæ.*

173 *Compulſoria generalis conceditur, ubicumque illa tendit non ad retardationem, ſed expeditionem cauſæ.*

174 *In conceſſione remiſſorię generalis non habet locũ regula l. ſivè Pars, C. de dilat. quę procedit in pronũciatione.*

175 *Compulſoria generalis conceditur, etiam tẽpore feriarum, & in cauſa commiſſaria diebus tamen iudicis.*

176 *Compulſoriam obtinere ſufficit, parte citata in Curia, ut jura probent, cautius tamen eſt citare, etiam in partibus.*

177 *Compulſoria conceſſa, parte non citata in Curia, debet citari pars in ejus exequutione.*

178 *Compulſoria ſpecialis quid ſit.*

179 *Compulſoria ſpecialis non datur, niſi parte citata, & dato fumo de relevantia jurium.*

180 *Copia Scripturæ relevantis dat fumum ſufficientem pro compulſoria ſpeciali obtinenda.*

181 *Compulſoria ſpecialis, & remiſſoria æquiparantur, & utraque retardat proceſſum.*

182 In-

Digitized by Google

182 *Incompulſoria ſpeciali præfigitur terminus, & dantur prorogationes, ſicut in remiſſoria.*
183 *Compulſoria ſecunda conceditur, quando jura fuerunt nulliter extracta.*
184 *In conceſſione compulſoriæ plurimum intrat Iudicis arbitrium*
185 *Remiſſoria, ſeù compulſoria ſpecialis, quando videatur calumniorè peti.*
186 *Tranſumptum non probat, niſi à ſuo originali, vigore compulſoriæ, ſervatis ſervandis, extrahatur*
187 *Copia inſtrumenti tradita à Notario rogato, & ab illo extracta probat abſque Compulſoria.*
188 *Tranſumptum factum à Notario ſucceſſore in Officio probat abſque alia compulſoria.*
189 *Tranſumptum factum ab Archiviſta de Scripturis Archivii probat, abſque alia compulſoria.*
190 *Archiviſtæ, vel notario ſucceſſori in officio atteſtanti, ſe eſſe talem, creditur.*
191 *Tranſumptum factum ab habente facultatem tranſumptandi Inſtrumenta Notarii mortui non indiget alia compulſoria, ut probet, & quomodo hoc intelligatur.*
192 *Tranſumptum factum antè motam litem, parte citata auctoritate Judicis ordinarii, probat ſine compulſoria, aliàs ſecus.*
193 *Sumptum ex regiſtro ſupplicationum probat ſine alia compulſoria.*
194 *Contrarium, quod non probat.*
195 *Concorda, & diſtingue.*
196 *Sumptum ex Regiſtro Bullarum in Curia probat ſine alia compulſoria.*
197 *Sumptum ex aliquo proceſſu, legitimè facto probat ad effectum jurium abſque compulſoria vigore Innocentianæ, & quando, & n 198.*
198 *Innocentiana non loquitur de juribus extractis lite pendente.*
199 *Jura extracta, abſque compulſoria probant, ſi in termino, ad dicendum contra, non opponantur generalia contra.*
200 *Iura concurrentibus adminiculis probant, licet non ſint extra vigore compulſoriæ.*
201 *Obſervantia dat robur Scripturæ, etiam informi, ideò, illa concurrente, jura non egent compulſoria.*
202 *Antiquitas ultra centum annos ſupplet defectum Scripturæ informis.*
203 *Scripturis antiquis indubitata lux veritas aſſiſtit.*
204 *Scriptura antiqua de facili iudicatur authentica.*
205 *Sola data non probat antiquitate Scripturæ, ſecus ſi antiquitam eſt coniuncta cum aliquibus aliis adminiculis*
206 *Adminiculum facit, ſi Inſtrumentum, quod Iudici oſtenditur, ex ſui facie apparet antiquum, & habet formam caracteris antiqui, & impolitam latinitatem.*
207 *Adminiculum deſumitur ex re inter aliàs acta, juxta* deciſ. Put.
208 *Data ſola quando probet antiquitatem.*
209 *Iudex compulſor non poteſt recuſari, niſi ex cauſa ardua, & tunc requiritur mandatum ſpeciale.*
210 *Si in recuſatione Iudicis appelletur ab ulteriori proceſſu non poteſt recuſatus procedere ad ulteriora.*
211 *Litera compulſoriales debent Iudici de partibus ab eo, qui inſtat pro illarum exequutione, coram Notario, & Teſtibus præſentari.*
212 *Is, contra quem obitur compulſoria, eſt citandus coram Judice compulſoriali, & quomodo.*
213 *Iudex compulſor non poteſt citare ad valvas, niſi habeat hoc in facultatibus à Iudice delegante.*
214 *Modus citandi coram delegante, ut detur compulſori facultas citandi ad valvas, qualis inolevit.*
215 *Iudex compulſor quomodo poſſit citare ad valvas, quando habet in literis inſertam hanc facultatem citandi.*
216 *Iudex compulſorialis, cui non eſt data facultas citandi ad Valvas, an, & quando, & quomodo poſſit citare domi, vel per edictum.*
217 *Judex compulſorialis, cui non eſt data facultas citandi ad Valvas, an, & quando, & quomodo poſſit citare non ſubditum abſentem, ſivè tutus pateat, ſivè non pateat acceſſus.*
218 *Delegatus ab A. C. in cauſa non commiſſaria poteſt citare domi dimiſſa copia.*
219 *Delegatus rectè procedit juxta ſtylum delegantis.*
220 *Judex compulſor quid poſſit facere non citata parte.*
221 *Compulſor debet jura compulſata diligenter inſpicere, & exemplari mandare.*
222 *Iudex compulſor præſumitur ritè proceſſiſſe, ſi Notarius teſtetur, jura fuiſſe coram eo exhibita.*
223 *Originale debet exhiberi coram compulſore, & ab illo extrahi tranſumptum quia copia copiæ non probat.*
224 *Tranſumptum tranſumpti conſervatum in Archivio publico tranſumptum, centum annis elapſis, probat.*
225 *Licet non probetur, quod tranſumptans fuerit Notarius.*
226 *Sumptum ſumpti, ſeù copia copiæ, Parte opponente probat.*
227 *Copia copiæ, concurrentibus adminiculis, & coniecturis ſufficientibus, probat.*
228 *Et eo magis concurrente obſervantia, quæ dat robur Scripturæ etiam informi.*
229 *Jura compulſata debent non ſolum exhiberi, ſed etiam recognoſci coram Judice compulſore.*
230 *Jura compulſata non eſſe recognita in partibus, poteſt opponi, etiam in Curia.*
231 *Jura antiquiſſima compulſata non egent recognitione.*
232 *Compulſor debet dare copiam compulſorię ſumptibus illius, qui eam obtinuit, aliàs, ſi copia petita non detur, compulſatio eſt nulla, nec antiquitas Scripturæ ſupplet defectum.*
233 *Copia proceſſus compulſorialis debet collationari, cum ſuo originali, & clauſula, & obſignata ad Curiam tranſmitti.*

De Remiſſoria, & Compulſoria. Pars I. Cap. XII.

SI Teſtes examinandi ſuper nova conventione, ſolutione, aliiſquè præjudicialibus, ſivè qualibet alia re, in 1
cauſa occurrente ad fundandam intentionem Actoris, vel Rei non ſunt in Curia, ſed in partibus, tunc neceſſe eſt petere, & obtinere literas miſſivas ad partes, loco remiſſorialium, pro illis examinandis, & citanda eſt Pars adverſa, ut infra, videlicet;

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad dicendum contra 2
Articulos factu datos, videndum illos ad probandum admitti in Curia, & extra, & decerni literas miſſivas, loco remiſſorialium, in partibus concordandum de Iudice, loco, loco loci, portitore, & termino infra quem &c. aliàs videndum per D deputari ex officio, &c. Necnon videndum committi Notario actuario D. Judicis deputari examen, & receptionem juramentorum teſtium in forma, ad p. d. & poſtquam commiſſum fuerit videndum illos jurare, ſuper
Articulis, & tota cauſa, ſuis loco, & tempore, *A*, in eorum, A
vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint, conſtituendum, vel ſubſtituendum Procuratorem reperibilem, & acceptantem, aliàs videndum mandari procedi per affixionem ad Valvas majoris Eccleſiæ d. loci, dandum interrogatoria, & conducendum interpretem, quatenus dare, & conducere intendat, aliàs videndum mandari examinari ſine, ad eamdem p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, ſine tamen præjudicio obligationis Cameralis, proceſſus exequutivi, Decreti facti, & Mandati relaxati, admitti articulos, ſi, & in quantum, ſalvo iure &c & committi &c. in forma, ut ſupra decerni literas miſſivas, & deputari Iudicem NN & locum NN & locum loci, Palatium ſolitæ reſidentiæ dicti D. Iudicis, cum termino unius menſis ad probandum, & quindecim dierum ad reprobandum, & ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N

Intimetur NN exadverſo principali, qualiter D. decrevit literas miſſivas, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Vel poterit pars citari ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad dicendum con- 3
tra Articulos facto datos, videndum illos ad probandum admitti in Curia, & extra, & decerni literas miſſivas, lo-
co remiſſorialium, *B*, in partibus pro teſtibus exami- B
nandis, & aliis probationibus recipiendis, concordandum de Judice, loco, loco loci, portitore, termino infra quem, necnon videndum committi Notario actuario

D. Ju-

D. Judicis deputati examen, & receptionem juramentorum teſtium in forma, ad p. d. & poſtquam commiſſum fuerit videndum, illos jurare ſuper articulis, & tota cauſa in eorum vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint, toto termino probatorio durante, conſtituendum, vel ſubſtituendum Procuratorem reperibilem, & acceptantem in partibus, aliàs videndum per D. deputari ex officio Judicem, locum, & alia præmiſſa, & mandari tranſmitti, atque procedi per affixionem ad Valvas majoris Eccleſiæ dicti loci, dandum interrogatoria, & conducendum interpretem, quatenus &c. aliàs videndum mandari examinari ſine, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, ſine tamen præjudicio obligationis cameralis, Proceſſus executivi Decreti facti & mandati relaxati, & Deputari Judicem NN & locum NN & locum loci, Palatium ſolitæ reſidentiæ dicti D Ju-
C dicis cum termino unius menſis C ad probandum, & quindecim dierum ad reprobandum, & ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. decrevit literas miſſivas, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN, principali, ſivè, &c.

N Notarius.

Articuli verò, & interrogatoria poſſunt confici, & dari juxta formulas ſuperius traditas in *cap. 11. praxim præcedente, de teſt. examin.* & aliàs mutatis mutandis, ſecundum factorum contingentias.

4 Exadverſo in termino dictæ citationis, poterit fieri hæc proteſtatio, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. dixit non admitti prætenſos Articulos, nec aliquid fieri in præjudicium obligationis Cameralis, Proceſſus executivi, & Decreti facti, ac mandati relaxati, & his ſalvis &c. & non aliàs &c. contra prætenſos articulos dixit, pro nunc generalia verbo, ſalvo jure &c. & non expediri prætenſas literas miſſivas, niſi prius concordato de judice, & ſpecificatis materiis, nominibus, cognominibus, Patria, executio teſtium, medio juramento tactis &c. ac jurato de calumnia, & de omnibus intimato, & dato termino competenti ad conficiendum interrogatoria, aliàs &c omni &c.

5 Pro cujus proteſtationis implemento, ſi antea non fuerunt ſpecificandæ materiæ, nec juratum de calumnia, erunt illæ ſpecificandæ, & jurandum, juxta tradita in *cap. præcedente de Teſt. examin n. 6 & ſeq* quinimo etiam Parte non opponente, quando dantur Articuli, debent ſpecificari materiæ medio juramento, prout in ipſis articulis, & jurari de calumnia. Teſtium verò nomina, & cognomina non ſpecificantur in Curia, quando datur remiſſoria, ſed in partibus, niſi Parte petente, in aliquibus cauſibus particularibus, & ex cauſa, tunc enim Judex concedit remiſſoriam conditionaliter, ſcilicet, ſpecificatis nominibus, & cognominibus Teſtium in Curia.

Specificatis verò materiis, & jurato de calumnia, fiet intimatio, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN exadverſo principali qualiter materiæ ſunt in actis ſpecificatæ, & fuit juratum de calumnia, & adimpleta proteſtatio, & aliàs, prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N Notarius.

6 Quod ſi quis celeriùs literas miſſivas expedire voluerit, poterit ſpecificare materias, & unico contextu jurare de calumnia in termino citationis, ad videndum decerni literas miſſivas, & eadem die omnia Parti adverſæ intimare, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. admiſit Articulos materiæ ſunt in Actis ſpecificatæ, fuit juratum de calumnia, & D decrevit literas miſſivas, & aliàs, prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius

At ſi Pars adverſa non concordaverit de Iudice remiſſoriali in partibus vel non conſenſerit in Deputato ex officio, ſed illum recuſaverit, poterit citari ad concordandum, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad concordandum de Iudice (*vel de alio Iudice in locum NN aliàs deputati vel ſuſpecti allegati, ſecundum factorum contingentias*) dandum liſtam confidentium, & diffidentium, quatenus illam dare velit, aliàs videndum per D. deputari judicem ex officio, & decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, dari liſtam cum intimatio, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. mandavit dari liſtam, & aliàs prout in actis. Ideò citetur idem ad illam dandum, quatenus &c. aliàs videndum per D. deputari Iudicem ex officio, quibuſcumque non obſtantibus ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. 8

N. Notarius.

Qua citatione executione, & reproducta, ſi pars non concordat, nec dat liſtam, obtinetur Decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra deputari Judicem NN. & locum NN & locum loci Palatium dicti Judicis cum termino unius menſis ad probandum, & quindecim dierum ad reprobandum, niſi ad primam diem cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principalis, qualiter D. deputavit Judicem, & quibuſcumque non obſtantibus, & aliàs prout in actis, Inſtante NN principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Si verò Pars concordat, deputatur Iudex, ut ſupra, de conſenſus partium, cum intimatione, vel partibus præſentibus.

Cæterum concordato de Iudice vel illo ex officio, aut aliàs deputato, expediuntur literæ miſſivæ tenoris infra ſcripti, videlicet.

Illuſtri, & admodum Excellenti D NN. Gubernatori NN *Chriſtophorus Vidman*. Prothonotarius Apoſtolicus, Vir. Sign. Sanctiſs D. N. Papæ Referendarius, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor.

Intus verò.

Illuſtris, & Admodum Excellens D. &c Coram nobis inter NN ex una, & NN ex altera partibus, de, & ſuper nonnullis prætenſionibus, controverſia vertitur, in cauſa pro parte d. NN. dati fuerunt articuli ad effectum examinandi teſtes iſtic in partibus degentes. Proinde te in Judicem ad infraſcripta peragenda, cum facultatibus opportunis, elegimus, & pro loco NN. pro loco verò loci, tuum domicilium deputavimus. Hæc tibi ſignificamus, ut Notarium tibi beneviſum, non tamen partibus ſuſpectum eligas, & depures, & citato d. NN ſeù ejus legitimo Procuratore, quatenus iſtic maneat, ſin minus per affixionem ad valvas majores Eccleſiæ loci prædicti, ad videndum committi Notario examen, & receptionem juramentorum teſtium in forma, & ad alia quomodolibet neceſſaria, & opportuna, teſtium in forma recipias, & recipi facias eoſdemque Teſtes coram te, pro parte NN. producendos, primò juxta interrogatoria ex parte dicti NN (*Deinde ſuper Articulis, quorum copias mittimus, D incluſas, vel ſi interrogatoria non dentur in Curia*) D quatenus debito a te ſtatuendo termino dentur, ſin minus ſuper articulis, quorum copiam introcluſam mittimus, tantum examines, ſeù examinari facias, poſtquam teſtes ſaltem pridie unius diei, quo examinandi ſunt, de veritate dicenda juraverint, ad quæ peragenda terminum unius menſis à die, qua hæ literæ noſtræ tibi redditæ fuerint, dinumerandum, ad probandum, & quindecim dierum ad reprobandum, aſſignamus, & aſſignavimus. Hiſque peractis dicta teſtium hujuſmodi cum toto proceſſu nemini Partium patefacta, aut oſtenſa, tuo obſignata Sigillo clauſa, quàm primum ad Nos perferenda cures, præmiſſaque, & omnia alia deſuper neceſſaria, & opportuna, facias. Hæc nobis in præſenti occurrunt ſi tibi ſimilia, vel majora, reſcribas. Vale, Datum Romæ ex Ædibus noſtris hac die &c.

Domi-

Digitized by Google

Dominationis Veſtræ Illuſtris, & Admodum Excellentis ad ſervitia paratos.

NN. Notarius. *NN. Locumtenens.*

Quæ quidem literæ, poſtquam fuerint expeditæ, ſunt ad Judicem deputatum ad partes tranſmittendæ.

11 Licet autem regulariter, dilatione pendente, Judicis officium conquieſcat. Tamen quando fuit actum via executiva, Articuli ſolent admitti, & remiſsoria, ut ſupra concedi, cum dicta clauſula, ſine præjudicio &c. Ideircò, ſi teſtes examinandi ſint, nè interim, donec compleatur examen, procedatur ad expeditionem Mandati, vel ejus executionem, neceſſe erit citare Partem adverſam, ad videndum mandati ſuperſederi, ut infra, videlicet.

A. C. N.

12 Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum man-
E dari ſuperſederi, *E*, in expeditione, & exequutione Mandati, & ſibi inhiberi, nè audeat quicquam attentare vel innovare ſub pœnis arbitrio D. & decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, ſuperſederi (*vel ſuperſederi per NN. dies arbitrio Iudicis*) niſi ad p. d. cum intimatione, & omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principalis qualiter D. mandavit ſuperſederi, & aliàs prout in actis, Inſtante NN principali, ſivè &c.

N. Notarius.

13 Quod ſi ſuperſeſſoria fuit ſimpliciter obtenta, & Reus eſt in mora probandi ſuas exceptiones, poteſt citari, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum revocari ſuperſeſſoriam nulliter, & indebitè extortam, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. revocavit ſuperſeſſoriam, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

14 Quod ſi infra menſem præfixum non poſſet in partibus compleri examen, tunc probato hoc, vel quod examen jam fuit cæptum per fidem publicam Judicis remiſſorialis, & ejus Actuarii, illaque in Actis producta, citato adverſario ad dicendum contra jura, poterit inſtari pro termini antea conceſſi prorogatione, quam A. C. ejus arbitrio poteſt concedere, non tamen majorem prima dilatione, ut infra, videlicet.

A. C. N.

15 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum prorogari terminum in literis miſſivis, loco remiſſorialium obtentis, contentum, arbitrio D. & decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN petiit, & obtinuit prorogari terminum ad alios dies 19. (vel viginti) niſi ad p. d cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. prorogavit terminus, & aliàs prout in actis, & Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Elapſa prima die juridica poſt intimationem executam tranſmittitur ad partes decretum prorogationis termini, & compleatur examen Teſtium.

16 Poterit obtineri alia ſuperſeſſoria per aliquod breve ſpatium temporis ſi terminus, in prima contentus ſit elapſus, ſed hoc eſt Judici arbitrarium, qui pro qualitate negocii poterit, prout ſibi juſtum, & æquum videbitur, illam breviorem, vel longiorem concedere, vel penitus denegare etiam primam.

Si verò literæ miſſivæ, ſeù remiſſoriales fuerunt decretæ, & expeditæ ſimpliciter, & abſque clauſulâ, ſine præjudicio, &c tunc omninò pendente termino debet officium Judicis conquieſcere. 17

Et poteſt Judex, juſta exiſtente cauſa, ſivè dilatio ſit conceſſa cum clauſula prædicta, ſivè non terminum aſſignatum nedum ut ſupra prorogare, ſed etiam, docto Parte citata de legitimo impedimento, ſeù juſta cauſa, ob quam quis non potuit, in termino præfixo, ejus incumbentia probare, novum terminum pro elapſo concedere, ut infra, videlicet. 18

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum inſtanti concedi novum terminum ad probandum, juxta formam contentam in literis miſſivis, aliàs expeditis, attento quod in termino præfixo, juſtis de cauſis legitimè impeditus, non potuit ſuas facere probationes, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. 19

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra novum terminum unius menſis ad probandum cum termino 15. dierum ad reprobandum, cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D conceſſit novum terminum, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Et elapſa prima die juridica poſt intimationem executam, tranſmittitur Inſtrumentum Decreti ad partes, & poſſunt etiam quando primus terminus eſt, ut ſupra, elapſus, obtineri novæ literæ miſſivæ, citata Parte ad videndum illas, ut ſupra decerni.

At ſi ille, qui remiſſoriam cum retardatione Proceſſus 20
obtinuit, eſſet ultra modum negligens in exhibendo literas, miſſivas, ſeù remiſſoriales coram Judice de partibus, vel ob calumniam id differret, ne interim terminus in eis aſſignatus à die præſentationis literarum Judici remiſſoriali decurrendus, efflueret, ut cauſæ expeditio in longum traheretur, ſi ille fuerit Actor, poterit citari, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum ſibi 21
præfigi terminum ad probandum, & probatum habendum, ſeù examinari faciendum, & decretum quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad primam diem, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra præfigi terminum unius menſis (*vel alium competentem Iudici beneviſum*) niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principalis, qualiter D. præfixit terminum, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

A. C. N.

Vel

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum revo- 22
cari dilationem, ſibi ad probandum conceſſam, & decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra niſi infra menſem (*& aliud tempus Iudici beneviſum.*) niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

At ſi fuerit Reus in cauſa ordinaria poterit etiam citari, ut ſupra, ſed in cauſa executiva poterit citari, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum, præ- 23
via revocatione dilationis ſibi ad probandum conceſſæ, expediri Mandatum aliàs decretum, & relaxatum, & quatenus opus ſit de novo decerni, & relaxari, quibuſcumque non obſtantibus, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

De-

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi infra quindecim (*vel aliud tempus Iudici benevisum*) cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. mandavit expediri Mandatum, quibuſcumque non obſtantibus, & alias prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Proceſſus Remiſſorialis.

24 Literæ miſſivæ loco remiſſorialium obtentæ ſunt in partibus Judici remiſſoriali exhibendæ coram Notario, & teſtibus à principali, ſeù ejus legitimo Procuratore, qui debet in Actis producere ejus Mandatum procuræ, & petere, ut ipſe Judex dictas literas recipiat, & admittat, necnon citationem contra adverſarium decernat, ad videndum dictas literas aperiri, dicendum contra, & videndum ad illarum executionem mandari procedi, ac deputari Notarium, & Nuncios, locum, dies, & horas audientiæ, ac deferri juramentum Notario, & Nunciis, de eorum officio fideliter exercendo, pro prima die juridica, hora NN. in domo ſolitæ reſidentiæ ipſius D. Judicis.

Ex tunc D. Judex dictas literas recipiet, & admittet, & mandabit citari Partam adverſam, ut ſupra, omni &c. & de his fiet publicum Inſtrumentum a Notario diverſo ab illo, cui eſt pro literarum exequutione actuarius deputandus & tunc fiet infraſcripta citatio, videlicet.

Coram NN. Iudice remiſſoriali ab A. C. deputato.

25 Citetur NN exadverſo Procurator NN. exadverſo principalis, (*vel NN exadverſo principalis*) ad videndum aperiri literas miſſivas in Actis exhibitas, dicendum contra, & ad illarum executionem juxta earum formam, & tenorem videndum mandari procedi, ac deputari Notarium, Nuncios, locum, dies, & horas audientiæ, ac eiſdem Notario, & Nunciis deferri juramentum, de fideliter exercendo eorum officium ad p. d. juridicam, hora N. in domo ſolitæ reſidentiæ d. D. Judicis, Inſtante NN. principali ſivè &c.

N. Notarius.

Citatione executa perſonaliter, vel domi, & relatione facta, illaque reproducta, obtinetur Decretum videlicet.

NN. Procurator, prout docuit per Inſtrumentum publicum, *tenoris &c.* repetiit literas miſſivas in Actis productas, & petiit, & obtinuit ut ſupra, deputari in Notarium N. & Nuncios N. & N locum, videlicet, Palatium ſolitæ reſidentiæ ipſius D. Judicis, & dies, & horas videlicet omnes dies iuridicos, non feriatos in honorem Dei, vel Sanctorum, in quibus coram A. C. ius reddi ſolet de mane, ab hora N. uſque ad N. & de ſero ab hora N. uſque ad N. cum intimatione, omni &c.

Et ex tunc Notarius, & Nuncii iurabunt tactis &c ut infra videlicet.

NN. Notarius, ut ſupra deputatus medio iuramento tactis &c. ad delationem dicti D. Judicis, iuravit de fideliter exercendo officium ſuum, omni &c.

NN. Nuncius, ut ſupra deputatus medio iuramento tactis &c. ad delationem dicti D. Judicis, iuravit de fideliter exercendo officium ſuum, omni &c.

N. N. N.

Intimetur NN. exadverſo Procuratori NN. exadverſo principalis, qualiter D. mandavit procedi ad executionem literarum, & deputavit Notarium, & Nuncios, locum, dies, & horas, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N Notarius.

26 Quod ſi in loco, nec principalis, nec eius Procurator reperiatur, tunc peti debet à Judice, ut committat Nunciis, ut faciant diligentias de illis reperiendis, & poſtquam Judex id commiſit, ſi factis diligentiis primo per unum, & deinde per duos Nuncios, iuxta ſuperius tradita, ſub *cap. 4 litt. E*, reperi minimè fuerit, relationibus factis, Judex decernet proceſſum per affixionem ad Valvas Maioris Eccleſiæ loci, iuxta formam ſibi in literis miſſivis, ſeu remiſſorialibus præſcriptam, omni &c.

Et deinde citabitur Adverſarius ad Valvas ad omnes, & ſingulos actus prædictos, ut ſupra, necnon etiam ad infraſcriptos, uſque ad completum examen, & perfectum proceſſum, & aliàs, donec aliquis pro adverſario legitimè comparuerit, quo caſu ex tunc erit ille omnino citandus, omni &c.

Non eſt omittendum, quod ſi cauſa eſt commiſſaria, de- 27
bent citationes exequi perſonaliter, ſi perſona commode
haberi poterit, ſive minus factis diligentiis, ut ſupra pri-
mò per unum, & deinde per duos Nuncios, de illa repe-
rienda, eaque non reperta, ac relationibus factis, Judex
mandabit citari domi, dimiſſa copia, & per affixionem
ad Valvas, † quod ſi nec domicilium Adverſarius ibi ha- 28
beat, eo, factis, ut ſupra diligentiis, non reperto, factiſ-
que relationibus, Judex mandabit citari per affixionem,
& aliàs iuxta formam ſibi in literis remiſſorialibus præſcri-
ptam erſi † in commiſſione A. C. directa non adſit facultas 29
procedendi ſingulis diebus, & horis, erunt deputandi tan-
tum dies Lunæ, Mercurii, & Veneris, in quibus, in cau-
ſis commiſſariis, huiuſmodi ius reddi ſolet, & in illis tan-
tum actus iudiciarii expediendi.

Delato iuramento Notario, & Nunciis, & facta intimatione, de qua ſupra, citatur, ut infra; videlicet.

N. N. N.

Citetur NN. exadverſo Procurator NN. exadverſo 30
principalis, ad dicendum contra literas miſſivas in Actis productas, & articulos in eis incluſos, videndum illas, & illos ad probandum admitti, & committi Notario cauſæ examen, & receptionem iuramentorum Teſtium in forma, & primam diem, & poſtquam commiſſum fuerit, videndum illos iurare in eorum, vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint, per totam illam, & viginti ſequentes dies (*vel aliud tempus Iudicis benevisum, intra tamen terminum literarum remiſſorialium, ſeù miſſivarum*) dandum interrogatoria, & conducendum Interpretem, quatenus &c aliàs videndum mandari examinari ſine ad primam diem, Inſtante NN principali, ſivè &c.

N Notarius.

Decretum.

NN. repetiit literas, & Articulos in Actis datos, & petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi per totam, & examinari Teſtes, pro diebus, & horis intimandis, omni &c.

Exadverſo poterit fieri hæc proteſtatio, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN Procurator, prout docuit per Inſtrumen- 31
tum publicum, *tenoris &c.* contra prætenſas literas & Articulos dixit pro nunc generalia verbo, ſalvo iure &c. & non examinari, niſi ſpecificatis materiis, nominibus, cognominibus, patria, & exercitio Teſtium, medio iuramento tactis &c. ac data copia Articulorum cum termino competenti ad conficiendum interrogatoria, quæ omninò dare intendit, & intimatio die, & hora certis, ad effectum &c. aliàs &c.

Et ob id ſi materia, nomina, & cognomina Teſtium non 32
ſunt ſpecificata in Curia, erunt in partibus ſpecificanda, iuxta Formulam ſuperiùs traditam ſub *cap 11. de teſt. exam.* & deinde facienda intimatio, videlicet.

N. N. N.

Intimetur NN exadverſo Procuratori NN. exadverſo principalis, qualiter materiæ, nomina, & cognomina Teſtium ſunt in Actis ſpecificata, & D mandavit examinari Teſtes, & aliàs prout in Actis, & Teſtes examinabuntur die NN. cum quinque ſequentibus de mane, hora N. & de ſero hora N. ideo &c. aliàs &c. Inſtante NN principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Deinde proceditur ad examen teſtium, faciendo illos iu- 33
rare ſaltem per diem ante examen in die iuridica pro maiori cautela, & aliàs ſervatis ſervandis, iuxta formam ſuperiùs traditam ſub *c. 11. de Teſt. exam*

Poteſt autem extendi examen, ut infra, & aliàs mutatis mutandis, ſecundum facti contingentiam, videlicet.

In Dei nomine amen &c. Anno &c die &c. Pontificatus &c. Anno eius &c Examinatus fuit in Palatio ſolitæ reſidentiæ infraſcripti D. Judicis, ſito in Civitate N. iuxta ſuos fines &c. per eundem D. NN. Judicem remiſſorialem ab A. C. ſeù NN. eius in civilibus Locumtenente, deputatum, ac per me NN. præſentis cauſæ Notarium deputatum, D NN. ætatis ſuæ annorum N. Teſtis pro parte NN. eiuſque Procuratoris inductus, qui fuit citatus &c. & monitis de gravitate iuramenti, ac pœnis periurii, & qui ad delationem &c. iterum, tactis ſcripturis, iuravit

juravit ad Sancta Dei Evsngelia (*vel tacto pectore, ſi ſit Clericus*) de veritate dicenda tàm ſuper interrogatoriis, quàm ſuper Articulis, & tota præſenti cauſa, remotis odio, amore, timore, lucro, &c. Et ad opportunas interrogationes dixit, & reſpondit, ut infra, videlicet.

Et incipiendo ab interrogatoriis, ad monitionem ſibi factam de gravitate juramenti, & pœnis perjurii, importantia hujuſmodi, cauſæ, pro veritate dicenda juxta primam interrogationem rectè reſpondit &c.

Juxta ſecundum de nomine, cognomine, parentibus, patria, & ætate reſpondit &c.

Iuxta tertium reſpondit &c. & ſic de ſingulis &c.

Deinde deventum fuit ad examen ſuper articulis in literis miſſivis, ſeù remiſſorialibus contentis.

Et ſuper primo Articulo ei lecto, idem Teſtis interrogatus dixit, & reſpondit. Io sò &c. & ſic de ſingulis, uſque ad ultimum &c.

Et ſi Teſtes ſe examini ſubiicere recuſent, poterunt pariter citari, & cogi ad ſubiiciendum ſe examini, & alia fieri, juxta ſuperius tradita in dicto *cap. 11. de Teſt. examin.*

Vel poterit peti, & obtineri à Judice monitorium, ſeu præceptum, per Nuncium deputatum exequendum, contra eos, *tenoris infraſcripti*, videlicet.

34 De mandato NN. Judicis remiſſorialis ab Illuſtriſs. & Reverendiſs D. A. C. ſeù NN ejus in civilibus Locum tenente ſpecialiter deputati, & ad inſtantiam NN. principalis, tenore præſentium.

Moneatur NN. teſtis inductus, quatenus ſub pœna ſcutorum NN. aliiſque arbitrio Domini (*vel ſub pœnis contentis in literis remiſſorialibus, quando adſunt*) debeat infrà triduum proximum juramentum de veriate dicenda in cauſa inter dictum Inſtantem ex una, NN. ex altera partibus, in Actis infraſcripti Notarii præſtitiſſe, & ſucceſſivè examini ſe ſubiecisse, aliaque deſuper neceſſaria, & opportuna adimplaviſſe, & præſentibus omninò paruiſſe, alioquin &c. non ſolum, ut ſupra ſed omni &c. In quorum &c. Datum &c hac die &c.

NN. Judex remiſſorialis deputatus.

Locus † Sigilli.

NN. Notarius actuarius deputatus.

Completo examine, citetur. Pars adverſa, ut infra, videlicet.

N N N.

35 Citetur NN exadverſo Procurator NN. exadverſo principalis, ad videndum decerni copiam, ſeù tranſumptum proceſſus, & omnium actorum in cauſa factorum, dictumque proceſſum copiari, & tranſumptari mandari, & quodcumque decretum deſuper neceſſarium, & opportunum fieri & interponi, ad primam diem, Inſtate NN. pricipali, ſivè &c.

N Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra omni &c.

Qua copia extra, & tranſumpto facto, citetur, ut infra videlicet.

N. N N.

36 Citetur NN. exadverſo Procurator NN. exadverſo principalis, ad viderdum mandari collationari, *F*, copiam
F proceſſus, & omnia, quæ collationanda ſunt, cum eorum propriis originalibus, & collationi intereſſendum, quatenus &c necnon videndum deputari alium Notarium, qui una cum Notario actuario dictæ collationi interſit, & collationem faciat, ac dies, & horas pro dicta collatione facienda, & decretum deſuper neceſſariam, & opportunum fieri, & interponi, ad primam diem, Inſtaote NN principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra ac deputari in alium NN. Notarium NN. & omnes, & ſingulos dies, & horas nec collatio perficiatur, cum intimatione omni &c.

N. N N.

Intimetur NN. exadverſo Procuratori NN. exadverſo principali, qualiter D mandavit collationari proceſſum, & aliàs prout in actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Collatione facta citetur Pars adverſa, ut infra, videlicet.

N. N. N.

Citetur NN. exadverſo Procurator NN. exadverſo principalis, ad videndum de, & ſuper omnibus in Proceſſu remiſſoriali contentis, & ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis per eundem D. Judicem ſuam auctoritatem & decretum impartiri, & interponi neceſſarium, & opportunum, necnon mandari claudi tranſumptum, ſeù copiam proceſſus, & omnia in Rotulo clauſula Sigillo dicti Judicis obſignari, & obſignata ad Romanam Curiam tranſmitti ad primam diem, Inſtaote NN principalis ſivè &c. 37

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit & obtinuit, ut ſupra omni &c.

Quod ſi quis nollet procedere per viam citationum in ſcriptis, prout in Curia, poterit coram Judice remiſſoriali procedere juſta ſtylum, & uſum illarum Partium, dummodo in comparitionibus, Parte citata faciendis, inſeratur totus tenor dictarum Citationum, ita quod Pars adverſa ad præmiſſa omnia, ex iiſdem Actis citata appareat. 38

Nec eſt omittendum, quod ſi Pars alicui decreto fuerit præſens, & Notarius atteſtetur, decretum fuiſſe factum Partibus præſentibus, vel dixerit in illius extenſione, Parte exadverſo præſente, tunc non eſt neceſſaria illius decreti intimatio. 39

In fine Proceſſus, ſeù copiæ Notarius ſubſcribat, & ſuum ſignum apponat. 40

Et deinde apponetur in eo atteſtatio Ordinarii, & ſeu alteriùs ſuper legalitate Notarii, quæ atteſtatio vulgò legalitas appellatur, & Judex tranſmittat ad Vrbem Proceſſum clauſum, & ſigillatum cum ſuis literis miſſivis, quibus ſignificet A. C. ſe ejus literas recepiſſe, & juxta illarum formam proceſſiſſe, & de omnibus alligatum Proceſſum, ſeù ejus tranſumptum tranſmittere &c. omni &c

Proceſſu Remiſſoriali ad Vrbem tranſmiſſo, citetur coram A. C. ſeu ejus in Civilibus Locumtenente, ut infra videlicet.

A. C. N

Citetur NN exadverſo principali, ad videndum aperiri Proceſſum de partibus in Actis exhibitum, & dicendum contra illum, & jura producta, & repetita, videndum jurare Teſtes ſuper illius, & illorum cognitione, quatenus opus ſit, admitti, committi, & mandari reſtitui, dimiſſa copia collationata ad primam diem, Inſtante NN. principali, ſivè &c. 41

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Proceſſus de partibus, & jura, hac die in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit, ut ſupra aperiri, & ſine tamen præjudicio obligationis Cameralis, proceſſus executivi, & decreti facti, admitti, G, & in quantum in Actis ſit, ut inſra videlicet.

Repetitio autem in Acti ſit ut videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. repetiit Proceſſum Remiſſorialem de partibus ad Curiam tranſmiſſum, prout in actis, & inſtetit aperiri, & admitti necnon repetiit omnia alia jura, acta, & actitata, geſta, & facta per acta mei &c. in parte tamen, & partibus &c & in quantum &c Et dixit nihil fieri niſi viſis dd Juribus de Teſtibus examinatis per D. & eo informato in dic Notarii, omni &c. 42

Exadverſo in termino dictæ citationis ad dicendum contra, poterit fieri ſolita proteſtatio, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. repetitis proteſtationibus, aliàs factis, & illis firmiter inhærendo dixit, non admitti aliqua Jura in præjudicium obligationis Cameralis, proceſſus executivi, Decreti facti, & Mandati relaxati, & his ſalvis contra prætenſum Proceſſum, & Jura, dixit pro nunc generalia verbo ſalvo jure &c. & pendente &c. & nihil fieri, niſi illis recognitis, & intimato die, & hora certis ad effectum &c. omni &c. aliàs &c.

Cæterum, ſi in partibus ad ſint aliqua Jura, & ſi ſcripturæ ad cauſam facientes, & Notarii, & qui illas penes ſe habent, recuſent eas exhibere, vel aliàs ſit neceſſe, vosdem ad dicta Jura, & ſcripturas exhibendum compellere, poterit obtineri Compulſoria, G, citando Adverſarium hoc modo, videlicet. 43
G

A. C. N.

A. C. N.

44 Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum decerni literas Compulſoriales generales ad partes, concordandum de Judice, loco, loco loci, conſtituendum in partibus Procuratorem reperibilem, & acceptantem, aliàs videndum per D. deputari Judicem, ac locum loci ex officio. & reſpectivè mandari fieri Proceſſum per affixionem ad Valvas, ad primam diem, Inſtante NN. principali. ſivè &c.

N. Notarius,

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, deputari in Judicem NN. & locum loci, Palatium ejus ſolitæ reſidentiæ, cum termino triginta dierum, niſi ad primam diem cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. decrevit literas compulſoriales, & alias prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

45 Si verò quis obtinere voluerit literas Compulſoriales ſpeciales, tunc doctus per fidem publicam, aut aliàs de exiſtentia ſcripturarum, ac producta dicta fide, aut copia ſcripturæ, &c. citata Parte ad dicendum contra Jura, citatur, ut infra, videlicet.

A. C. N.

46 Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum decerni literas Compulſoriales ſpeciales ad partes, concordandum de Judice, loco, loco loci, conſtituendum in partibus Procuratorem reperibilem, & acceptantem, aliàs videndum per D. deputari Judicem, ac locum loci, ex officio, & reſpectivè decerni Proceſſum per affixionem ad Valvas, ad primam diem, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, & deputari Judicem NN. & locum loci Palatium ejus ſolitæ reſidentiæ, cum termino 20 dierum (*vel majore, aut minore, ſecundam diſtantiam loci, arbitrio Judicis*) niſi ad primam diem, cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. decrevit literas Compulſoriales ſpeciales, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

47 Quod ſi Pars adverſa nollit concordare de Judice, vel alH leget Judicem deputatum ſuſpectum, *H*, citatur ad concordandum, ut ſupra de Judice Remiſſoriali dictum fuit.

Proceſſus Compulſorialis.

48 Expeditis literis compulſorialibus, illiſque ad partes tranſmiſſis proceditur ad illatum executionem, ut infra videlicet.

Vbicumque Aliquis obtinuit literas Conpulſoriales, debet I ipſe, vel ejus Procurator legitimus exhibere Judici I Compulſoriali coram Notario, & Teſtibus producendo in Actis mandatum procuræ (*ſi Inſtans pro executione literarum eſt Procurator*) debet petere, idem D. Judex dictas literas recipiat, & admittat, & ad illatum executionem, juxta illarum formam, & tenorem procedat, nec non decernat citationem contra Partem adverſam, ad dicendum contra dictas literas compulſoriales. & juxta illarum formam ad videndum mandari, procedi, & deputari Notarium actuarium, Nuncios, locum pro Tribunali, dies, & horas Audientiæ, ac deferri juramentum Notario, & Nunciis, de fideliter eorum officium exercendo, pro prima die juridica, hora, N. in domo ſolitæ reſidentiæ ejuſdem D. Judicis.

Ex tunc Judex dicta literas recipiet, admittet, & mandabit procedi, & fieri, ac citari, juxta petita, omni &c. Et de his omnibus deinde confici debet publicum Inſtrumentum à Notario diverſo ab eo, qui pro executione literarum eſt deputandus, ac ſucceſſivè fiet infracripta citatio, videlicet.

Coram N. N. N. Judice Compulſoriali deputato ab A. C.

L Citetur *L*. NN. exadverſo Procurator NN. exadverſo prin-
49 cipalis, ad dicendum contra literas compulſoriales in Actis productas videndum admitti, & ad illatum executionem juxta earum formam, & tenorem, mandari procedi, & deputari Notarium, Nuncios locum, dies, & horas Audientiæ, ac deferri Notario, & Nunciis juramentum de fideliter exercendo officium ſuum, ad primam diem, inſtante NN principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Qua citatione executa perſonaliter, vel domi vel per affixionem, juxta ſuperiùs tradita in Proceſſu Remiſſoriali, ac ea reproducta, relationibus factis, obtinetur decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, & deputari Notarium NN. & Nuncios NN. & NN. & locum pro Tribunali Palatium reſidentiæ ejuſdem D. Judicis, & dies, & horas, videlicet omnes dies juridicos non feriatos in honorem Dei, vel Sanctorum, de mane ab hora N. uſque ad N. cum intimatione, omni &c.

In cauſis verò Commiſſariis, in quibus, non adeſt facultas procedendi ſingulis diebus, & horis erunt tantum deputandi dies Lunæ Mercurii, & Veneris non feriati, ut ſupra dictum eſt in Proceſſu Remiſſorialia, in quibus tantum in cauſis Commiſſariis jus reddi ſolet.

N. N. N.

Intimetur NN exadverſo Procuratori NN. exadverſo principali, qualiter D. mandavit procedi ad executionem literarum, & deputavit Notarium, Nuncios, dies, & horas, ac locum pro Tribunali, & aliàs prout in actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Delato juramento Notario, & Nunciis, ac reproducta Intimatione, juxta ſuperiùs tradita in Proceſſu Remiſſoriali, Procurator cauſæ debet comparere coram Judice, & ſpecificare in Actis jura, quæ extrahere intendit, & petere contra Notarios, & Perſonas illa detinentes decerni Monitorium neceſſarium, & opportunum, illudque obtentum exequi facere per Nuncium deputatum, tenoris infraſcripti videlicet.

De mandato NN. Judicis Compulſorialis ab Illuſtriſs. 50
& Reverendiſs. D. A. C. ſeu NN. ejus in civilibus Locumtenente ſpecialiter deputati, & ad inſtantia NN. principalis, Tenore præſentium moneantur NN. & NN. omneſque alii in executione præſentium nominandi, & cognominandi, quatenus ſub pænis contentis in literis Compulſorialibus, de quibus in Actis, debeat, & quilibet eorum debeat intra triduum proximum, in Actis infraſcripti Notarii, coram eodem D. Judice, infraſcripta Jura, & ſcripturas penes eos, & quemlibet eorum reſpectivè exiſtentia, & exiſtens, videlicet (*hic ſpecificentur ſcripturæ, & jura exhibenda*) exhibuiſſe, præſentaſſe, & dimiſiſſe ad effectum tranſumptandi, & præſentibus omninò paruiſſe &c. alioquin &c. omni &c in quorum &c. Datum &c. hac die &c.

NN. Notarius. Locus † Sigilli. N. Judex Compulſorialis deputatus.

Quo Monitorio per Nuncium deputato executo, ac iuribus in Actis productis, *M*, quæ debent eſſe originalia, nam aliàs, nihil eſſet actum, *N*, citatur Pars adverſa, ut infra videlicet. 51 M N

N. N. N.

Citetur NN. exadverſo Procurator NN. exadverſo principalis ad dicendum contra Jura producta, & repetita, videndum iurare Teſtes ſuper illorum recognitione, *O*, quatenus opus ſit, & admitti, & mandari teſtitui, dimiſſa copia collationata, necnon committi Notario cauſæ examen, & receptionem Iuramentorum Teſtium in forma, ad primam diem, & poſtquam commiſſum fuerit, videndum illos iurare, in eorum, vel Notarii, domibus, & ubi reperti fuerit, per totam illam, & viginti ſequentes dies dandum Interrogatoria, & conducendum Interpretem quatenus & aliàs videndum mandari examinari, ſivè ad primã diem, Inſtante NN principali, ſivè &c. 52 O

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit Jura in Actis exhibita, in quantum &c. & petiit, & obtinuit, ut ſupra admitti ſi & in quantum &c. & examinari Teſtes, & ut ſupra, pro diebus, & horis intimandis & omni, &c.

Exadverſo poterit fieri hæc proteſtatio, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. Procurator, prout docuit, per Inſtrumen-

Digitized by Google

ſtrumentum publicum rogatum per Acta NN. prout in folio *tenoris &c.* dixit quod Nemo exadverſo comparens audiatur, niſi docto de legitimo mandato procuræ, ita quod &c. & nihil fieri, niſi ſpecificatis nominibus, cognominibus, patria, & exercitio Teſtium, medio Juramento, tactis &c. & data ſibi copia aſſertarum literarum Compulſorialium, cum competenti termino ad conficiendum interrogatoria, aliàs de nullitate &c. omni &c.

54 Nomina, & cognomina Teſtium ſunt omninò juxta ſuperiùs tradita, *ſub cap.* 11. *de Teſt. exam.* ſpecificanda, prout etiam tradenda, ſeù tranſmittenda eſt Parti copia

P literarum Compulſorialium, *P*, ſumptibus ejus, qui illas obtinuit, & facienda eſt poſtmodum Parti hæc Intimatio, videlicet.

N.N.N.

55 Intimetur NN. exadverſo Procuratori NN exadverſo principalis, qualiter nomina, & cognomina Teſtium ſunt in Actis ſpecificata, & adimpleta proteſtatio, & D. mandavit examinari Teſtes, & aliàs prout in Actis, & Teſtes examinabuntur die NN. cum tribus ſequentibus de mane, hora N. & de ſero hora N. ideo &c. aliàs &c. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

56 Succeſſivè Intimatione executa, & reproducta proceditur ad examen Teſtium, delato eis juramento, ut ſupra, de veritate dicenda, ſaltem per diem ante examen, & illo deinde reiterato in actu examinis, primò examinantur ſuper Interrogatoriis, ſi fuerint à parte tradita, & poſtea ſuper recognitione Jurium, & alia circa examen obſervantur, juxta ſuperiùs tradita, ſub *dict. cap.* 11. *de Teſt. exam.*

Juribus recognitis, & examine completo, citatur Pars adverſa, ut infra, videlicet.

N.N.N.

57 Citetur NN. exadverſo Procurator NN. exadverſo principalis, ad videndum mandari extrahi copiam Jurium in Actis productorum, illaque tranſumptari, & tranſumptata cum ſuis originalibus collationari, & quodcumque decretum deſuper neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad primam diem, Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, cum Intimatione, omni &c.

N. N. N.

Intimetur NN. exadverſo Procuratori NN. exadverſo principali, qualiter D. mandavit tranſumptari jura, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Quibus omnibus expeditis, citatur Adverſarius, ut infra videlicet.

N.N.N.

58 Citetur NN. exadverſo Procurator NN. exadverſo

Q principalis, ad videndum mandari collationari, *Q*, Proceſſum, & Jura, & omnia, quæ collationanda ſunt, cum ſuis propriis originalibus, & deputari alium Notarium, qui una cum Notario actuario dictæ collationi interſit, & collationem faciat, & dies, & horas pro collatione facienda, necnon dictorum Jurium collationi intereſſendum, quatenus &c. aliàs &c. ad primam diem, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, ac deputari in alium Notarium NN. & ſingulos dies, & horas intimandas, quouſque collatio perficiatur, omni &c.

N.N.N.

Intimetur NN exadverſo Procuratori NN. exadverſo principalis, qualiter D. mandavit collationari Jura, & Proceſſum, aliàs prout in Actis, & dicta collatio fiet N. cum tribus ſequentibus, de mane hora N & de ſero hora N. ideo &c. aliàs &c. Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta Intimatione, & collatione facta diebus, & horis deputatis, citatur Pars adverſa, ut infra videlicet.

N.N.N.

59 Citetur N. exadverſo Procurator NN. exadverſo principalis ad videndum de, & ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis, & in dicto Proceſſu compulſoriali contentis per D. Judicem compulſorialem ejus decretum, & auctoritatem neceſſariam, & opportunam impartiri, & interponi, necnon mandari claudi, & ſigillari Proceſſum ſeù tranſumptum, & omnia clauſula, & ſigillo D. Iudicis obſignata, ad Romanam Curiam deſtinari, & tranſmitti ad primam diem, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, omni &c.

Quod ſi quis noluerit procedere per viam citationum in ſcriptis juxta ſtylum Curiæ, poterit citare juxta ſtylum loci, in quo conficitur Proceſſus compulſorialis, dummodo in comparitionibus, & Inſtantiis, quæ ſunt Parte citata ad omnia in illis contenta facienda, ſpecificet totum tenorem omnium contentorum in ſupradictis citationibus, & in actis appareat ex Nuncii relationibus, quod Pars adverſa ad omnia, & ſingula præmiſſa fuerit citata. 60

In fine Proceſſus, poſt ſubſcriptionem, & ſignum Notarii, apponatur legalitas Ordinarii, aut alterius, ut ſupra dictum eſt de Proceſſu Remiſſoriali. 61

Quibus expletis, Judex Proceſſum clauſum, & obſignatum ad Romanam Curiam tranſmittat cum litteris miſſivis, in quibus ſignificet, ſe literas compulſoriales recepiſſe, & ad earundem executionem juxta illarum formam, & tenorem proceſſiſſe, & de omnibus alligatum, & incluſum Proceſſum tranſmittere. 62

Proceſſu ad Urbem tranſmiſſo, citatur Pars adverſa coram A.C ad videndum illum aperiri, & alia obſervantur, & fiunt juxta ſuperius tradita de proceſſu remiſſoriali. 63

Obſervationes.

DE citatione ad videndum jurare Teſtes, quæ omnino requiritur, ſatis dictum eſt ſupra in *cap. præcedenti ſub litera B.* A 64

Illud addi poteſt, quòd quando ſunt expediendæ literæ miſſivæ ad partes, ſi citatur in Curia ad videndum jurare Teſtes, erit hæc utilis cautela, & durabit hujuſmodi citatio toto tempore Remiſſoriæ præfixo Rot. *dec.* 175. *num.*4. *& dec.* 284. *n.*3. *par.* 2. *recentior* & etiam ſi Pars non fuerit denuò in partibus citata coram Judice delegato, vel coram Teſtium Receptore, ad videndum jurare Teſtes, erit ſufficiens dicta citatio executa, & reproducta coram Judice delegante Seraph. *dec.* 1010. *n.*3. Rot. *dec.* 686. *n.*4. *p.*11. *recen.* Andr. *dec.* 41. *num.*6. Caval. *dec.* 575. *num.*5. in quibus aliæ deciſiones cumulantur. 65

Quod ſi citatio, ad videndum jurare Teſtes, ſit facta pro certo tempore præfixo, & examen factum fuerit poſt terminum, pro quo durabat citatio, ſive illa fuerit executa coram Judice delegante, ſivè coram delegato, ſivè Teſtium Receptore, examen eſt nullum, tanquam factum ſine citatione ad videndum jurare Teſtes Greg. *dec.* 453. *n.*2. prout etiam, ſi † non ſolum Teſtes depoſuerunt ſed etiam jurantur extra terminum, examen eodem defectu laborat, ut tradit idem Greg. *dec.* 429. *n.* 5. Verbum ſi Teſtes † jurarunt in dicto termino, pro quo durabat citatio ad videndum illos jurare, ſuſtinetur examen licet fuerit factum extra terminum, quia attenditur tempus præſtiti juramenti, non autem examinis, Gravat. ad Veſt. *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 59. Saluſt. Tib. *lib.* 3. *c.* 7. *n.* 49. Rot. *dec.* 3. *de Teſt. in novo* Verall. *dec.* 285. *n.* 3. *p.* 3. Rot. *dec.* 393. *n.* 6. *p.* 1. *rec.* Greg. *dec.* 327. *n.* 7. *& ſeq.* & ibi Beltramin. *n.* 27. 66 67 68

Quilibet † igitur, dum citat ad videndum decerni literas miſſivas, ſeù Remiſſoriales, citet unico contextu, etiam ad videndum jurare Teſtes, ut toto tempore in Remiſſoria præfixo jurare poſſint: Etenim citatio ad videndum jurare Teſtes, licet ſine die, ſuſtinetur tamen toto tempore Remiſſoriæ durante ex Praxi, de qua teſtatur Rot. *dec.* 557. *n.* 8. *par.* 4. *recent.* ne ſi forte Pars ad id coram Judice Remiſſoriali amplius non citaretur, examen nullius eſſet momenti, vel ſi magis placet utatur ſecunda Formula, ſupra poſita, in qua citatur ad videndum jurare Teſtes, toto termino probatorio durante. 69

In tribunali A. C. & aliàs extra Rotam ſolent loco literarum Remiſſorialium concedi literæ miſſivæ, quæ B 70

habent

habent in omnibus eandem vim, & efficaciam, nec adeſt
alia differentia, niſi quod literæ Remiſſoriales (quas pari-
ter A.C. concedere poteſt, ſicut etiam compulſoriales, ge-
nerales, & ſpeciales eius arbitrio, Paul. V. *conſt* 28. *Eximiæ,*
§. ac literas quaſcumque) ſcribuntur in pergameno, literæ
verò miſſivæ in papiro, & hæ cum ſolito ſumptu juliorum
duodecim expediuntur juxta reformationem Sanct. me. Paul.
V. *conſt.* 71. *Univerſi*, *in taxa Notarium A. C.*

71 Sed hoc non procedit in Rota, in qua literæ miſſivæ
concedi non ſolent, ſed tantum Remiſſoriales, quæ ſcri-
buntur in pergameno, & in Rotulus, cujus palmus linea-
rum triginta, linea verò ſyllabarum decem, & octo eſſe de-
bet; Paul V. *dict. conſtit.* 71. *Univerſi ſub tit. de Not. Trib.*
Urb. §. literas Remiſſoriales, cum ſumptu Juliorum ſeptem
cum dimidio pro quolibet palmo, Paul V. *dict. conſt.* 71. *in*
taxa Notariorum Rotæ.

72 Eſt autem Remiſſoria facultas probandi, extra locum
Judici, rem in Judicio deductam, à Judice Litigatoribus con-
ceſſa, ut ait Severol. *de remiſſ. cap.* 1. *n.* 2 vel eſt dilatio ad
probandum extra Curiam, in qua fuit cauſa introducta, ut
73 per Boccac. *de Remiſſ. c.* 1. *n.* 1. & dicitur Remiſſoria, † quia
per illam Litigatores eò, ut plurimum, ad probandum re-
mitti ſolent, unde ab Initio fuerunt evocati, Severol. *de*
Remiſſ. d. c. 1. *n.* 3.

74 Eſt autem remiſſio à Judice dupliciter, vel quoad totum
negocium, vel quoad probationem tantum faciendam: pri-
mò caſu Judex, qui remittit, non remanet Judex: ſecun-
do verò remanet, & poſt modicum, cauſa in omnibus co-
ram eo requiritur, Severol. *de remiſſ. c.* 1. *n.* 1.

75 Remiſſoriæ, ſeù literæ miſſivæ loco remiſſorialium ſunt
ab A. C. concedendæ cum competenti termino ad proban-
dum, etiam in cauſis executivis, & quando agitur vigore
obligationis Cameralis, ſi Reus producit Articulos, & il-
los petat, ad probandum novam conventionem, ſeù ſolu-
tionem in partibus factam, admitti, Sal. Tiber. *in Prax.*
lib. 1. *c.* 31 *n* 5.

76 Sed hoc non procedit in obligationibus Mercatorum
Romanæ Curiæ cum Curialibus, in quibus fuit conven-
tum, ut infra certum terminum fieret ſolutio in partibus
& de ea infra eundem terminum certioraretur Creditor in
Curia, aliàs ſolutio fieret in Urbe: nam tunc non conce-
ditur remiſſoria, etiam ſi ſolutio in partibus facta allegare-
tur ut per eundem Saluſt. Tiber. *dict. lib.* 1. *cap* 31. *num.* 5.

77 Cæterum an, & quando ſit concedenda Remiſſoria,
fuit in Rota ſæpè diſputatum, ut patet ex infinitis deciſio-
nibus deſuper emanatis, ad quas in facti contingentia pote-
rit unuſquiſque recurrere.

78 Concedebatur Remiſſoria ante Innocentium Octavum à
Summo Pontifice ſub plumbo, Rot. *dec.* 33. *aliàs* 372. *de*
Teſt. in antiq. & dec. 4 *aliàs* 76. *de Teſt. in nov.* & etiam ſine
plumbo cum ſolo ſigillo Auditoris: ſi hoc erat ei in commiſ-
ſione conceſſum, Rot. *dec.* 36. *aliàs* 738. *de Teſt in antiq. &*
dec 28. *aliàs* 738. *de judic in antiq.*

79 Innocentius verò Octavus in ejus *conſt.* 10. *Finem litibus*,
ſecund. antiq impreſſ. quæ vulgo Innocentiana nuncupatur,
& Pius Quartus *conſt.* 83. *in Trono ſecund antiq. impreſſ.* de-
derunt Auditoribus Rotæ facultatem concedendi literas re-
miſſoriales, abſque alia Summi Pontificis commiſſione,
Boccac. *de Remiſſ. c.* 1 *n* 3. *& c* 2. *n* 2.

80 Hujus † Remiſſoriæ virtute non ſolum poteſt Judex Re-
miſſorialis examinare Teſtes, ſed etiam reſponſiones ad
Poſitiones, & confeſſiones recipere, & Partes ad id com-
81 pellere, Veſtr. *lib.* 6 *cap ult. n* 9. & ſi † Remiſſoria, & ſi-
mul Compulſoria fuerint obtentæ, & expeditæ, ut ſæpè
contingit, etiam Inſtrumenta, & Jura recipere, & alia
facere, juxta facultates ſibi in eis conceſſas, Veſtr. *dict. cap.*
ult num 9.

82 Regula conſtitui poteſt univerſalis, quod in omnibus cau-
ſis concedenda eſt Remiſſoria, ſi materia, ſuper qua illa
petitur eſt relevans, *l. de die*, *§. jubetur*, ubi Angel *n.* 2. *ff.*
qui ſatiſd cog. Boccac *de Remiſſ. cap.* 4. *n.* 1. *& ſeq* Mohed *dec.*
3. *de prob in fin* Caſſador. *dec* 3 *de dilat.* Veral *dec* 50 *& dec.*
67. *& dec.* 68 *part* 3. Cæſ. de Graſſ. *dec.* 3 *n* 5. *& dec* 2 *de* Rot.
dec. 120 *num* 1 *part* 2. *& dec* 647 *nu* 3. *p.* 3. *diver; lib* 3. *& in*
Feſulana Privatus 30. *Martii* 1612 *coram Sanctiſſ. D N Innoc.*
X Gegor. *deciſ.* 191 *& ſeq. & dec.* 403. *n.* 3. Andr. *dec* 38. *n.* 1.
quando petitur ex juxta cauſa, & neceſſaria, *l. Judices in*
83 *princip. verſ. ſi hoc perſpexerint, & in fin. verſ. & hoc ſi juſte,*

ubi Bald. *n.* 1: *in quinto not.* & Salic. *in princ.* ibi item nota,
quod hæc, & Caſtren *num* 3. *C. de fid. Inſtrum.* Cæſ. de Graſſ.
deciſ. 1. *n.* 9. *& ſeq. de dilat.* & quando ceſſat omnis ſuſpicio
calumniæ, Verall *d. dec.* 5, *num.* 1 *p.* 3. Caſſador. *d. dec.* 3 *n.* 1.
& ſeq. de dilat.

Et procedit, etiam data relevantia unius tantum Articu- 84
li, ut concedatur ſuper omnibus, Caſſad *dec.* 5. *n.* 9. *de ſeq.*
poſſ. & fruct. Mantic. *dec.* 312. *n.* 2. Seraph. 1364. *num.* 3. Rot.
dec. 977. *n.* 1. *p.* 1 *dec* 661. *n.* 4. *p.* 2. *dec.* 43. *n.* 2. *part.* 5. & *dec.* 177.
n. 2. *& dec.* 315. *n.* 1. *p.* 6. *recent.* *& in Neapolitana Pecunia-*
ria 3. *Julii* 1645. *coram R. P. D. Rojas*, Gregor. *dec.* 124. *n.* 3.
& deciſ. 403 *num.* 7 Burat. *dec.* 246. *num.* 10. & ibi Ferentill *lit.*
A. alias plures deciſiones cumulat, & *deciſ.* 273. *num.* 8. *&*
dec. 392. *n.* 5. *& dec.* 791. *n.* 3. *&* 824. *n.* 1 Cavaler. *dec.* 59. *nu.* 1.
& dec. 232. *num.* 1. *& dec.* 289, *num.* 2. Andr. *dec.* 38. *n.* 5. ubi de
ſtylo Rotæ teſtatur.

Et in prophanis, data relevantia, conceditur in quali- 85
bet inſtantia etiam ſine fumo, Boccac *de Remiſſ. c.* 4. *n.* 7.
Caputaq. *dec.* 68. *part.* 3. Mantic. *dec.* 374. *n.* 2. Rot. *dec.* 315. *n.*
3. *p.* 5. *& dec.* 266. *n.* 1. *part.* 6. *recent.* Greg. *deciſ.* 174. *n.* 2. *&*
dec 403. *n.* 3.

Et facilius in prima inſtantia, quia durum eſt, quod 86
cauſa in prima inſtatia diſcutiatur in Curia, & tollatur fa-
cultas probandi in partibus, Gregor. *dec.* 403. *n.* 4. Burat. *dec.*
821. *num.* 1. *&* 2.

Et multò magis in tertia inſtantia, nè probationes coan- 87
guſtentur, Cavaler. *dec.* 289. *num.* 4.

Et etiam in judicio reſtitutionis in integrum, Verall. *dec.* 88
67. *n.* 1. *part.* 3. Cavaler. *dec.* 170. *n.* 2. *& dec.* 425. *n.* 3. *& dec.*
469. *n.* 1. in quibus alias deciſiones cumulat.

Primò tamen principalis concluſio ſuperius firmata non 89
procedit in Beneficialibus, in quibus de ſtylo Rotæ non
conceditur, niſi dato fumo de jure, Boccac. *de Remiſſ. cap.*
3. *num.* 23. *& cap.* 4. *num.* 3. Seraph. *dec.* 555. *num.* 4. Rot. *deciſ.*
661. *num.* 1. *in fin part.* 2. *recentior.* Coccin. *dec.* 165. *num.* 6. *&*
dec. 246. *num.* 1. Gregor. *dec* 262. *n.* 4. Burat. *dec.* 23. *num.* 4. *&*
dec. 28. *n.* 4. nec † datur in prima, nec in ſecunda inſtantia, 90
niſi, ſacta obligatione de ſtando unicæ & appoſito ſeque-
ſtro, Saverol. *de Remiſſ. cap.* 17. *n.* 1. Boccac. *de Remiſſ. cap.*
4. *num.* 9. Caputaq. *dec.* 56. *& dec.* 57 *p.* 3. Puteus *dec.* 42. *& dec.*
54. *num.* 3. *lib.* 1. Seraph. *dec.* 555. *n.* 3. Rot. *dec.* 919. *part.* 3. *di-*
verſ lib. 3. *& dec.* 134. *num.* 1. *& dec.* 661. *n.* 1. *par.* 2. *recent.* Coc-
cin. *dec.* 165. *n.* 5. *& dec.* 246. *n.* 3. 1. Cavaler. *dec.* 271. *n* 1. non
poſſidenti vero non datur, niſi renunciet ſequeſtro, ſi fue- 91
rit ad ejus favorem lata Sententia, Severol. *de Remiſſ. c.* 17.
n. 1. Rot. *d. dec.* 919. *par.* 3. *diverſ lib.* 3.

Sed benè conceditur Remiſſoria in Beneficialibus in ter- 92
tia inſtantia, Puteus *dec* 54. *num.* 3 *lib.* 1. Seraphin. *dict. dec.*
555. *nu.* 3. Rot *dec.* 43 *num* 4 *par* 5 *recent.* Burat. *dec* 28. *n.* 1.
& commiſſa cauſa appellatione remota, Burat. *dec.* 24. *n.*
10. *& dec* 816. *n.* 4.

Cæterum, ſi Teſtes ſint ſenes, & valetudinarii pro no- 93
minatis in Curia tantum, non pro aliis datur Remiſſoria,
etiam in prima inſtantia in Beneficialibus, abſque aliqua
obligatione, & fumo: & hoc ratione periculi mortis, nè
probationes pereant, ſine tamen retardatione Proceſſus,
Puteus *deciſ.* 305. *lib* 2. etiam † non obſtante pendentia cau- 94
ſæ Attentatorum, Boccac. *de Remiſſ. c.* 4. *n* 11 *& n.* 12. Cau-
ſa † autem Beneficialis dicitur alia, in qua agitur de titulo 95
Beneficii in re, vel ad rem, tàm in petitorio, quàm in poſ-
ſeſſorio: Cauſa vero prophana, ad effectum obtinendi Re-
miſſoriam, dicitur quælibet alia, in qua de titulo Beneficii,
ut ſupra non agatur, Gloſſ. *in Clement.* 2. *in verbo beneficius*,
& ibi Card. *n* 16 *& ſeq. de jud* Severol. *de Remiſſoria, c.* 17. *n.* 2.
& ſeq. Gonzal. *ad reg.* 8. *in proœm.* *§.* 2. *n.* 65 Greg. *dec.* 403. *n.*
2. Beltramin *ad eund. deciſ.* 184. *n* 7. ubi ; quod id procedit, 96
etiam ſi cauſa fuerit ſpiritualis, & fori Eccleſiaſtici, & quod
ideo ſi agatur de Unione perpetua Beneficiorum, cauſa dici-
tur prophana, Sever. *de Remiſſ. d. c.* 18. *n.* 3. Bellam *dec.* 617.
Gonzal. *d. §.* 2. *n.* 67. Seraph. *dec.* 1315. *n.* 9. *& ſeq.* ubi ſecus dici-
tur in Unione ad vitam, & ſic temporali, Gregor. *dec.* 562.
n. 2. & ibi Beltramin. *lit. A* Cavaler. *dec* 472. *n.* 4. prout etiam 97
cauſa Decimarum dicitur prophana ad effectum Remiſſo-
riæ, Severol. *d. c.* 17. *n* 3. ubi idem tradit etiam de Penſio-
ne Eccleſiaſtica, Put. *dec.* 324. *in fi. lib* 2. *in correct.* Rot *de-*
ciſ. 677. *num* 1 *part.* 1. *recen* Gregor. *deciſ.* 174. *n* 1. & cau-
ſa Juriſpatronus ad dictum effectum pariter dicitur cau-
ſa prophana, Archill. *deciſ.* 18. *de Jurepat.* Cæſ. de Graſſ.
deciſ.

Digitized by Google

dec. 2. *num* 9. *de dilat.* quod procedit ſi de eo principaliter
agatur, ſecus ſi principaliter agitur de titulo Beneficii inter
Proviſos, ſeu Præſentatos, & incidenter de Jure patrona-
tus, quia tunc reſpectum dicti tituli, cauſa non eſſet ad di-
ctum effectum cenſenda prophana, ſed beneficialis, Seraph.
dec. 555. *n* 3 *& dec* 990. *n* 3 Beltramin ad Greg. *dec.* 174. *n* 7.

99 Quandò verò reſpectu unius agitur de titulo, non au-
tem ex parte Alterius, jus metimur ex parte Actoris, *l. t.*
§. ir qui ff. ſi pars, hæred. petat. Bellamer. *d. dec.* 617. Seraph.
d. dec. 990 *num* 4. ubi quod idem vulgarum eſt in Rota, Bel-
tramin ad Greg. *dec* 174. *num.* 7. *verſ. in hac autem materia*,
Rota *in Feſulana Prioratus* 30. *Martii* 1612. *coram Sanctiſ.*
D. N. Innocentio X.

100 Fumum autem ſufficientem præbent Teſtes nulliter
examinati, Boccac. *de Remiſs. cap.* 4. *n.* 3. ubi de Stylo Ro-
tæ teſtatur, Farin. *de Teſt. q.* 77. *cap.* 1. *nu.* 32. *in fin.* Rot. *dec.*
661 *n* 1 *part.* 2. *& deciſ.* 315. *n* 3. *part* 5. *recent.* Greg. *dec.* 163.
num. 1. *& ibi* Beltram *n.* 19. *& dec.* 562. *num.* 4. *& ibi* Beltram.
101 *n* 6. Buratt. *dec.* 68 *n.* 3. *& ibi* Ferentill. *lit. B. num.* 5. *dec.* 824.
num. 8. Dummodo conveniant, & dictus fumus non ſit ex-
tinctus ex aliis Teſtibus exadverſo eodem modo examina-
102 tis, Buratt. *dec.* 273. *n.* 3. *& ſeq.* Et † Teſtes de publica vo-
ce, & fama, ſeù fides Notarii, ſeu confeſſio licet tam-
quam erronea revocata, pariter dant fumum, ut per Boc-
cac *dict. cap.* 4 *num.* 3.

103 Secundo principalis concluſio ſuperius firmata non pro-
cedit, quando quis vellet probare per Teſtes id, quod po-
teſt probari per ſcripturas, nam tunc Remiſſoria non
conceditur, Severol. *de Remiſſoria, cap.* 9. *n.* 4. Aegid. Bella-
mer. *dec.* 9. ubi de Stylo Rotæ, & Curiæ teſtatur: Rota
dec. 17. *de Teſt. in nov. dec.* 304. *n.* 4. *& dec.* 694. *n.* 3. *part.* 3. *rec.*
Cavaler. *dec.* 87. *nu.* 1. Buratt. *dec.* 829. *nu.* 4. *& dec.* 877. *nu.* 3.

104 Sed ſi in Articulis eſt aliquid relevans, quod in ſcri-
pturis non contineatur, bene ad id probandum concedi-
tur Remiſſoria, *l fin. C. de Fid.* Rot. *dec.* 46. *de Teſt. in antiq.*
& dec. 17. *de Teſt. in nov. & dec.* 304. *nu.* 4. *& dec.* 694. *nu.* 3.
p 3 *recent.* Cavaler. *dec.* 271 *num.* 5. Andr. *dec.* 38. *nu.* 3.

105 Prout etiam quando articulatur combuſtio Archivii,
Rot. *dec.* 718. *n.* 4. *part.* 4. *recent.* Cavaler. *dec.* 368. *nu.* 2. Fe-
rentill. ad Burratt. *dec.* 180. *n.* 12.

106 Quinimò datur aliquando Remiſſoria, etiam ad pro-
bandum id quod continebatur in ſcripturis, Cæſar. *de Graſſ.*
dec. 2. *num.* 11. *de dilat.* Cavaler. *dec.* 271. *num.* 5. Ferentill.
ad Buratt. *dec* 180. *n.* 12. *in fin.* ubi quod hoc procedit, ceſ-
ſante ſuſpicione calamniæ, quo caſu Rota non ſolet co-
anguſtare probationes, *& ad dec.* 587. *num.* 8. Bertramin.
ad Gregor. *dec.* 253. *n.* 3. ubi alios cumulat. & *in fin.* ſubdit,
quod, ceſſante calamnia, conceditur Remiſſoria, etiam ad
probandum per Teſtes, quod poteſt probari per ſcripturas,
quia cum probatio poſſit fieri etiam per Teſtes, non debet
coanguſtari ad ſcripturas.

107 Licet autem regulariter non detur Remiſſoria ad pro-
bandum, quod poteſt per Inſtrumenta probari, benè ta-
men conceditur ad probandum, & recognoſcendum ſigna,
& ſigilla Notariorum in Inſtrumentis appoſita, & con-
tenta, Severol. *de Remiſſ. c.* 10. *n.* 5. Boccac. de *Remiſſ. cap.*
4. *n* 21. Rot. *dec.* 6. *de probat. in nov.* Capuraq. *dec.* 59. *n.* 2.
p. 3. Saluſt. Tiber. *in Prax. l.* 3. *c.* 7. *num.* 45.

108 Tertiò non procedit, quando Remiſſoria aperitur ad
probandum per Teſtes contrarium ejus quod conſtat ex
ſcripturis, Bellam. *dec.* 9. Seraph. *dec* 1460. *num.* 3. Rot.
dec. 235. *n* 3. *& dec* 384. *num.* 2. *part.* 4. *& dec.* 319. *num* 18.
par. 6. *recent.* Buratt. *dec.* 351. *num.* 1. *& dec.* 864. *n.* 1. Duran.
dec. 452. *num.* 6.

109 Quartò non procedit ad impediendam immiſſionem
ex Teſtamento, vigore *legis fin. C de Edict. divi. Adrian.*
toll. Seraphin. *deciſ.* 1364. *num* 1. Rot. *deciſ.* 212. *num.* 7. *&*
dec. 424. *num.* 3 *par.* 1. *& dec.* 306. *num.* 3. *part.* 6. *recent.* Ca-
valer. *dec.* 208. *num* 3. Gregor. 1. *dec* 367. *num.* 1. & ibi Bel-
110 tramin. *nu.* 3. quia † ad impediendam immiſſionem non
admittuntur exceptiones, niſi probatæ vel incontinenti
probandæ, *DD. in l. fin. C. de Edict. divi. Adrian. toll.* Rot.
d dec 212. *num.* 7. *p.* 1. *recent.*

111 Quintò non procedit in calculo ferendæ ſententiæ, quia
tunc cenſetur calumnioſè petita Remiſſoria, Greg. *dec.*
356. *num.* 85. ſicut quando petitur in ultimis Audientiis,
ex eadem præſumpta calumnia denegatur, quaſi petita
ad differendam cauſæ expeditionem, *leg. non ignorat*, ubi

Petri Ridolph. Part I.

Bald. *in princip. C. de fruct. & lit. exped.* Bellamer. *deciſ.* 427.
Rot. *dec.* 424. *n.* 4 *p.* 1. *& dec.* 693. *n.* 3 *p* 3. *recent.* Seraphin.
dec. 1450. *num.* 1. Andr. *dec.* 38. *nu.* 6. ubi quod ſecus eſt quan-
do cauſa non eſt in termino expeditionis.

Sextò non procedit, quando agitur de probando factum 112
ſupra centum annos, Seraph. *dec.* 1450. *num.* 2. Rot. *dec.*
271. *num.* 7 *p.* 5. *rec.* quia † cum quis præſumatur tantum vi- 113
vere uſque ad centum annos, *leg. fin. C. de ſacroſanct. Ec-
cleſ. c. in præſentia de Sponſal.* Alciat. *de præſumpt. reg.* 1.
præſumpt. 44. *n.* 1. Gabriel *de præſumpt concl.* 16. *n.* 1. ubi de
Communi non eſt veriſimile Teſtes reperiri, Beltram. ad
Greg. *dec.* 298 *num* 12. Rot. *dec.* 266. *n.* 17. *& ſeq. p.* 6 *rec.*

Septimò non procedit, quando petitur remiſſoria ad 114
probandum id quod probatum non relevat, *l. ad probatio-
nem, C. de probat.* Mohed. *dec* 5. *aliàs* 199. *nu.* 6. *de probat.*
Verai. *dec.* 66 *p.* 3. Caſſad *dec.* 2. *de dilat.* Greg. *dec.* 584 *n.* 3.
Rota *dec.* 589. *n* 1 *p* 1. *& dec.* 111. *num.* 8. *part.* 6. *recent.*

Octavò non procedit, quando adeſt vehemens, & pro- 115
babilis ſuſpicio calumniæ, Ægid. *dec.* 625. *in fin.* Mant.
dec. 61. *n.* 5. *& dec.* 312 *n* 9. Buratt. *dec.* 555. *n.* 9. *& n* 11. *&*
dec. 824 *n* 9. Rot. *in Firmana Penſionis* 22. *Maii* 1642. *co-
ram. R. P. D. Bichio.*

Sed ſi petens Remiſſoriam dat aliquem fumum per 116
excluſionem ſuſpicionis conceditur Remiſſoria Rota *dec.*
693. *num.* 4. *part.* 3. *rec.* Greg. *dec.* 414. *n* 2 *& ſeq.* & ibi Bel- 117
tram. *n.* 13 *& dec.* 8 . *n.* 6. *in fin.* ubi quod relevantia ex-
cludit calumnia, Ferentill. ad Burat. *dec.* 23. *lit. A. nu.* 13.
in fin.

Nonò non procedit in locis vicinis, quia Teſtes poſ- 118
ſunt conduci ad Vrbem, vel deſtinari Notarius ad locum,
in quo Teſtes degunt, Boccac. *de Remiſs. cap* 3. *n.* 41. ubi
dat cautelam in Beneficialibus, ut fiat commiſſio Audi-
tori Rotæ directa, cum facultate deſtinandi Notarium
ad loca vicina, in quibus Teſtes morantur, ſed ſi Teſtes
eſſent debiles, ſenes, mulieres, impediti, Illuſtres, vel
ſimiles, non eſſent ad Vrbem evocandi, *c ſi quis Teſtium
de Teſt.* Boccac. *de Remiſſoria, c.* 2. *n.* 4. A. C. verò hujuſ-
modi commiſſione non egeret, nam poſſet præmiſſa fa-
cere vigore ſuarum ordinariarum facultatum, non tamen
in Beneficialibus, in quibus, juriſdictionem non habet,
ex allegatis ſupra *cap.* 1. *lit. E verſic. non habet*, niſi in ca-
ſibus ibidem exceptuatis.

Decimò non procedit, quando cauſa fuit per plures in- 119
ſtantias agitata in partibus, & pars ſuper materia, de qua
agitur teſte examinare non curavit nam Remiſſoria tunc
cenſetur calumnioſè petita, & non conceditur, Caſtren.
in l. de die, §. Tutor, nu. 7. *ff qui ſatiſd. cogant.* Gravat. ad
Veſte. *in Prax. lib.* 6. *c. ul. n* 22. Saluſt. Tib. *lib.* 3. *c.* 7. *n* 48.
ubi † quod nec etiam datur Remiſſoria ei, qui fuit negli- 120
gens in examinandis Teſtibus in Curia, illi poſtea receſſe-
runt ab eo, Boccac. *de Remiſſoria, c.* 3. *num.* 32. Verall. *dec.*
63. *num.* 1 *part.* 3 Duran. *dec.* 462. *nu* 2.

Sed ſi ille, qui petit Remiſſoriam, obtinuerat Senten- 121
tiam favorabilem in partibus non egebatur Remiſſoria, &
ſic ceſſat negligentia, & per conſequens calumniæ timor
prout etiam ſi detur fumus, quod materia articulata
ſit vera conceditur Remiſſoria utroque caſu, prout
utramque limitationem in Sacro Palatio practicatam ab
antiquo fuiſſe, teſtatur Duran. *dec.* 462. *n* 45. *& ſeq.*

Vndecimò non procedit, quando publicato Proceſſu, 122
& didicitis teſtificatis, dantur Articuli, qui licèt appa-
reant primò aſpectu novi in cortice verborum, tamen in
effectu, & rei veritate, continent eaſdem materias cum
primis, vel directò contrarias; nam tunc Remiſſoria ad
huc denegatur, latè Greg. 497. *num.* 2. *& ſeq.* ubi quo id 123
ſignanter procedit poſt diſcuſſa dicta Teſtium, & reſolu-
tiones factas, quo caſu præſertim cavendum eſt, nè ſuper
eiſdem vel directò contrariis concedatur novum examen,
Buratt. *dec.* 163. *nu.* 3. & ibi Ferentill. *lit. C.* Rot. *dec.* 266.
num. 14. *p.* 6. *recent.*

Sed non publicato Proceſſu, nec didicitis teſtificatis, 124
benè conceditur Remiſſoria, etiam ſuper eiſdem, Buratt.
dec. 314. *num.* 4.

Quinimò, & publicato Proceſſu, & didicitis teſtificatis 125
datur ſi Articuli continent materias in ſubſtantia diverſas
à primis, Greg. *dec.* 192. *nu* 2. Buratt. *dec.* 392. *nu.* 2. prout
† etiam ſuper eiſdem, ſi Articuli contineant magis ſpe- 126
cificè, id quod fuerat antea confusè articulatum, Rot.

H *dec.*

Digitized by Google

*dec.183.n.2.&ſeq.p.4.& dec.286.n.13.p.6.recent.*Caval.
dec.466.n.3. Buratt. *dec.814. n.3.* & noviſſimè fuit deci-
ſum *in Faventina Beneficii 27.Iani 1644.coram R.P.D.*
127 *Cerro*, & ad eff.ctum examinandi Teſtes nulliter exa-
minatos vigore primæ Remiſſoriæ: quia tunc ceſſat ti-
mor ſubornationis,Bocc.*deRemiſſ.c.4.n.36.*Rot.*dec.11.de
Prob.in nov.& d.13.de Teſt in nov.*Cavaler.*dec.425.nu.2.*
128 Duodecimò non procedit in executivis, Coccin.*dec.*
122.n.3 ſed ſi detur magnus fumus,vel damnum alias eſ-
ſet irreparabile,conceditur Remiſſoriam etiam in execu-
tivis prout de fumo tradit, Seraph.*dec.298.n.3.* Rot. *dec.*
276.n.12.p.9.recent. & de damno irreparabili, Coccin.
dict. dec.122.n.3. & Rot.*d.dec.276.n.13.p.6.recent.*
129 Conceſſio autem Remiſſoriæ, & retardatio Proceſſus
plurimum ab arbitrio Iudicis dependet, Severol.*de Re-
miſs.c.17.num.9.in fin. & c.18.n.1.& 3. & c.27.n.2.in fin.*
Boccac.*de Remiſs.c.6.n.18.* Mantic.*dec.312.n.20.* Rot.
dec.134.n.2.p.2.recent.
130 Et in dubio potiùs eſt concedenda, quam deneganda
Buratt.*dec.656.n.5.* etiam ad partes minus longinquas,
prout de Stylo Rotæ teſtatur Buratt.*d.dec.314.n.2.*
131 Illa verò conceſſa, ejus termino pendente impeditur
proceſſus ad ulteriora, *l.3.C.de dilat.*Severol.*de Remiſſ.*
*c.27.n.1.*Boccac.*de Remiſſ.cap.6.n.18.*Saluſt. Tib.*in Prax.l.*
3.c.7.n.39.ante fin.& n.44. Rot.*dec.334.n.3.p.3.recent.*
132 Sed hoc non procedit, quando fuit conceſſa contra
Inſtrumentum Guarantigiatum, cum clauſula, ſine re-
tardatione Proceſſus, Burat.*dec.246.n.11.* & ibi Feren-
till.*lit.A.*vel ſine præjudicio proceſſus executivi,aut alte-
rius, de quo agitur, nam tunc Iudex poteſt procedere ad
ulteriora, illa non obſtante, Severol. *de Remiſs.cap.*
27.n.2. Paleot.*dec.718.p.3.diverſ.l.3.* Rot.*dec.282.*
n.3.p.1.& dec.234.n.5.p.5.recent.
133 Solet autem ſignanter concedi cum dicta clauſula,
quando Articuli ſunt irrelevantes, vel de calumnia ſu-
ſpecti, Boccac. *de remiſſ.c.4.n.46.* Rot.*dec.581.n.3.* ubi
etiam, quod ita in ſimilibus Rota conſuevit, *p.1.recent.*
134 Sed ſi datur fumus, ex quo calumnia excluditur con-
ceditur Remiſſoria cum retardatione, Caſſad. *dec.2.&*
*dec.3.de dilat.*cum aliis allegatis *ſupra in octava fallen-*
135 *tia, verſ.ſed ſi Petens.* Quando † verò cauſa eſt diſcuſſa
In prima inſtantia, ſi Remiſſoria petatur, ſolet dari uni
Sententia, & alteri Remiſſoria, Boccac. *de Remiſſ.c.*
4.nu.47. Rot.*dec.322.p.3.diverſ.l.3.* prout commiſſa
cauſa appellatione remota, quando breve eſt juſtifica-
tum, datur uni Remiſſoria, & alteri Immiſſio, Rota *in*
Ulisbonen. Beneficii. 4.Junii 1618. coram Sanctiſſ. D.N.
136 *Innoc.X.* quo caſu † Auditor Rotæ Judex commiſſarius
ſolet priùs ferre Sententiam, nè illius prolatio impedia-
tur à Remiſſoriæ expeditione: & deinde idem Auditor,
non uti Judex commiſſarius, cum *jam* ſit functus officio
137 ſuo, ſed tanquam unus ex Auditoribus Rotæ † Remiſ-
ſoriam concedit, & cum Rota ſit unicum Tribunal,
quod unus ex eis fecit omnes feciſſe dicuntur,Greg.*dec.*
369.n.1.& ibi Beltramin.*lit.A.*alias deciſiones cumular,
ex quibus dicta deciſio Gregorii canonizatur, cum aliis
allegatis *ſupra cap.7.lit.M.verſ.Clerici Cameræ.*
138 Poſſet etiam Auditor ante Sententiam concedere Re-
miſſoriā cum clauſula ſine retardatione, à quo caſu poſ-
ſet nihilominus ferre ſententiam, ut per Severol.*de Re-
miſ.d.c.27.n.2.*Seraph.*d.1292.n.3.*cū aliis ſupra allegatis.
139 Remiſſoria autem ſemel conceſſa non ſolet regulari-
ter iterum concedi: ſed hoc non procedit, ſtante juſta
cauſa, Sarnen. *dec.83.lib.1.* Put.*dec.4.de dilat.*Boccac.
de Remiſſ.c.3.n.27. Rot.*dec.348.n.8.p.1.recent.*Buratt.
dec.816.n.1.& in dicta Faventina Beneficii 27.Junij 1644
140 *coram R.P.D. Cerro.* In † cauſa verò Beneficiali pariter
bis Remiſſoria non conceditur, niſi adſit juſta cauſa,
vel illam Petens conſentiat relaxationis Sequeſtri,Bocc.
de Remiſſoria, dict.c.3.n.5.& ſeq.
141 Et erit juſta cauſa, ſi Teſtes non fuerint de novo reper-
ti Buratt.*dec.816.n.1.* vel ſi ille qui habuit primam Re-
miſſoriam, fuit legitimè impeditus in illius executione,
Boccac. *d.c.3.n.27.& ſeq.* præſertim, ſi vigore primę Te-
ſtes non fuerunt examinati, Rot.*d.dec.348.n.8.p.1.rec.*
142 Et tenetur Petens Remiſſoriam facere expenſas exa-
minis, etiam quoad Interrogatoria ex adverſo data, aliàs
ſi Interrogatoria omittantur, ex eo, quia Petens Re-
miſſoriam nolit ſolvere mercedem pro examine juxta
interrogatoria, examen eſt nullum, Cavaler. *dec.254.*
n.2.& ſeq. nec repetitio Teſtium nulliter examinato-
rum deberet fieri niſi ſumptibus uti volentis repetitione
Boccac. *de Remiſſ.d.c.9.n.29.*
Non omitto quod forma in Remiſſoria tradita eſt ad 143
unguem ſervanda, aliàs examen, illa non ſervata re-
manet nullum defectu juriſdictionis, Cavaler. *dec.154.*
n.1.& 2.dec.410.n.5. Greg. *dec.5.n.1.& dec.518.n.2.*
Buratt. *dec.118.num.18.*
Terminus ad probandum in litteris Remiſſorialibus, C
ſeù miſſivis eſt duorum menſium, & unius menſis ad 144
reprobandum Teſtium perſonas, & aliàs, habita ratio-
ne diſtantiæ loci, major vel minor dilatio arbitrio Ju-
dicis concedi ſolet, Severol.*de Remiſſ.c.24.n.3.*Boccac.
de Remiſſ.c.7.num.4. Severol. Tib.*in Prax.lib.3.c.7.num.*
39. & non rarò ſolet A.C. concedere tempus unius
menſis ad probandum, & quindecim dierum ad repro-
bandum, ſi loci diſtantia id deſideret.
Et licèt regulariter reprobatio ſit de jure permiſſa, 145
*cap.præſentiam, de Teſt.l.ſi quis Teſtibus, C.de Teſt.*in
cauſis tamen executivis, ſeù ſummariis, in quibus non
requiritur plena probatio: ut per Aret.*in cap.veniens, il
2.col.9.verſic. & quia hic* Innoc. *de Teſt.* Maraut. *de ord.*
Iud.part.9.principali, act.13.de repul.Teſt.n.19. vel non
videtur neceſſaria conceſſio dilationis ad reprobandum,
Saluſt.Tib.*l.3.c.7.n.39.*vel non videtur concedenda Ma-
raut.*de ord.judic.par.4.princ.diſt.9.n.63.&d.par.6.prin-
cipali,act.13.de repa.Teſt.n.19.*Grav.ad Veſt.*l.5.c.ale.n.36*
Sed hoc non procedit, quando idem non eſſet poſtea 146
diſcutiendum, vel præjudicium non eſſet reparabile in
judicio ordinario, Romana *ſing.388.& ibi* Addeu. Co-
var.*pract.q.57 n.4.verſ.7.eſt in eadem*, Capyc.*dec.55.n.*
*5.*Celſ.ad Lanfranc. *in Prax. de depoſ. Teſtium n.83. in
verbo neutri, lit.B.* nec in caſibus in quibus non ſufficit
imperfecta probatio, Aret. *in d.c. veniens, col.9. verſ.
& per ea quæ dicta ſunt*, quem cæteri ſupra citati alle-
gando, & ad eum ſe remittendo, ſequuntur *de Teſt.*
Cæterum ſi nullum tempus in Remiſſoria fuerit præ- 147
fixum, intelligitur præfixum prout de Jure, quod eſt
trium menſium ſi Remiſſoria concedatur in eadem
Provincia, ſex menſium in Provinciis continentibus, &
novem menſium in tranſmarinis, *l.1.& l.nec de ſtatu,
Cod.de dilat.c.fin.§.ſpatium 3.quæſt.3.*Severol.*de Remiſſ.
c.24.num.2.*Ægid. *dec.127. verſ. ſed dicebant.*
Currit autem terminus præfixus à die conſignationis 148
literarum Remiſſorialium Portitori regulariter, Boccac.
de Remiſſ.c.7.n.10. Sal. Tib. *in Prax. l.3.c.7.n.39. &*
*c.11.*Buratt.*dec.501.n.2.*& aliàs prout Judex, in hac ma-
teria ipſi arbitraria, currere ſtatuerit, Boccac.*d.c.7.n.10.*
Cæterum in Tribunali A.C. ſtylus hujuſmodi modo 149
fuit albus, modo niger, nam olim ſolebat d. terminus,
ſivè Actori, ſivè Reo aſſignari à die conſignationis li-
terarum Portitori decurrendus, deinde fuit ab ea Pra-
xi receſſum, & cæpit Actori præfigi à die conſignatio-
nis litterarum Judici Remiſſoriali in partibus faciendę,
Reo verò à die decretarum literarum decurren. prout
teſtatur Sal. Tib. *Prax.lib.3.c.11.*
Sed hodie non rarò ſolet, etiam Reo aſſignari à die 150
præſentationis litterarum Judici in partibus faciendæ,
decurren. & aliàs prout Judex arbitratus fuerit.
Quod ſi Pars, quæ Remiſſoriam obtinuit, fuerit, 151
ultra modum negligens in exhibendo literas hujuſmodi
coram Judice Remiſſoriali, tunc poterit citari ad
videndum ſibi præfigi terminum ad probandum, &
probatum habendum, vel ad videndum revocari dilatio-
nem, vel ad videndum, prævia revocatione dilationis,
expediri Mandatum, quibuſcumque non obſtantibus
juxta Formulas ſuperius traditas, nam Judex, ex juſtis, &
rationabilibus cauſis animum ſuum moventibus, po-
teſt terminum ad probandum, & probatum habendum,
ſeù examinari faciendum præfigere juſta trad. per Gra-
vat. ad Veſtr.*l.6 c.2.n.60.& ſeq.*
Si tamen Teſtes examinandi degerent extra locum, 152
in quo exequitur Remiſſoria in partibus longinquis,
tunc ad eas terminus hujuſmodi ad examinari faciendū
non extenderetur, quia impoſſibilitas examinandi, infra
terminum præfixum (ſi illa exiſteret) excuſaret juxta
trad.

Digitized by Google

trad. per Papien. *in form. Prod. Inſtr. in termino*, *n.* 3. ubi
153 Adden. *in verb. terminus*, ſubdunt † quod, quando termi-
nus antedictus præfigitur, Teſtes regulariter non ſolùm
debent jurare, ſed etiam examinari infra terminum,
Gravat. ad Veſt. *d. l.* 3. *cap.* 2. *num.* 60.

154 Et non ſolùm Judex poteſt terminum ad probatum
habendum præfigere, ſed etiam dilationem ad proban-
dum conceſſam revocare, Vant. *de nullit. defect. juriſd.
ord. n.* 159. Gravat. ad Veſtr. *lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 3. Card. Tuſc.
in ver. Dilatione, *concl.* 441. *n.* 15. Caſſad. *dec.* 19. *n.* 1. *in fi.
& n.* 2. *de Appell.* Rot. *in Nucerina Hæreditatis*, 13. *No-*
155 *vembris* 1595. *coram bo. me. Iuſto*, Revocatio † verò fie-
ri debet ex juſta cauſa, Ioan. Andr. *in addit. ad* Spec. *de
dilat.* § 1. *n.* 23. *circa in verbo ſpatium*, Soccin. *reg.* 93. *limit.*
18. Gravatt. ad Veſtr. *lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 3. Caſſad. *dict. deciſ.* 9.
n. 1. *in fin. & n.* 2. ubi cauſa erat, nè liberetur biennium, &
ob id ſi Iudex videt, dilationem petitam eſſe calumnio-
ſam poteſt illam iuridicè revocare, & ad expeditionem
cauſæ procedere, Soccin. *d. reg.* 93. *limit.* 13. Gabr. *de dilat.
concl.* 1. *n.* 23. Saluſt. Tiber. *d. l.* 3. *c.* 11. *in fin.*

156 Debet autem revocatio eſſe expreſſa, nec cenſeretur
per Sententias alias revocata, niſi Sententia eſſet Ro-
talis, Rot. *in d. Nucerina Hæreditatis*, 13. *Novembris*
1595. *coram bo. mem. Iuſta*.

157 Si verò in termino ad probandum in Remiſſoria aſſi-
gnato, quis non potuerit ejus incumbentiam probare,
poterit ei ex juſta cauſa concedi prorogatoria, Severol.
de Remiſſ. c. 25. *n.* 1. Sal. Tiber. *d. l.* 3. *c.* 7. *n.* 39. ubi quod A.
C. primò termino ad probandum elapſo, ſolet, etiam
novum terminum ex cauſa concedere, Parte tamen ad
id ſemper citata, ad *l. unoquoque*, *ff. de re jud.*

158 Et poteſt ex cauſa terminus ſemel, vel pluries proro-
gari Severol. *de Remiſſ. c.* 25. *n.* 2. Boccac. *de Remiſſ. c.* 7. *n.*
22. ubi quod ceſſante calumnia id eſt Judici arbitrarium
& ita obſervari teſtatur, ſed in Curia, parte contradicen-
te, non conceditur tertia prorogatio, niſi impetrato re-
ſcripto à Summo Pontifice, & cauſa cognita, Parte ci-
tata, Severol. *de Remiſs. d. c.* 25. *n.* 2. *& n.* 6. ubi de hujuſ-
modi obſervantia teſi tur.

159 Cæterum Judex Remiſſorialis ab A. C. deputatus,
ſtantibus illis verbis in litteris miſſivis contentis videli-
cet *cum facultatibus opportunis* poteſt in termino ſibi aſ-
ſignato cogere Teſtes ad ſubiiciendum ſe examini, eoſ-
que gravare, necnon committere Notario examen, &
receptionem juramentorum, & alia facere quæ idem A.
C. ſeù ejus Locumtenentes facere circa examen poſſent,
non tamen terminum, ut ſupra, præfiſum examini pro-
rogare, & obſervat Praxis.

D Interrogatoria, quando Teſtes ſunt examinandi in
160 partibus poſſunt dari in Curia, vel in partibus, coram
Judice Remiſſoriali ad libitum, ſed in cauſis gravioribus
cautius videtur, illa in Curia exhibere, nè poſtea coram
Judice Remiſſoriali ſuper illorũ admiſſionem aliqua (uti
aliquando evenire ſolet) oriatur difficultas, prout hoc ca-
ſu dari in Curia, conſulit Severol. *de Remiſs. cap.* 29 *n.* 3.

161 Producens interrogatoria proteſtatur ſemper coram
Judice Remiſſoriali, examinari Teſtes primò juxta illa,
& non examinari ſine, ſed obſervari formam in litteris
Remiſſorialibus traditam, aliàs de nullitate, nam hoc
caſu, ſi Teſtes non fuerint examinati ſuper omnibus in-
terrogatoriis, examen erit nullum, defectu juriſdictio-
162 nis, Boccac. *de Remiſs. c.* 8. *n.* 8. & † erit neceſſe illos re-
petere cum nova Remiſſoria, ſumptibus petentis, quod
fieri poteſt hoc caſu, etiam publicato Proceſſu Boccac.
de Remiſs. c. 9. *n.* 28. *& ſeq.*

163 Poteſt tamen Judex, coram quo Interrogatoria fue-
runt exhibita, ſi videt aliqua ſuperflua, captioſa, & im-
pertinentia reſecare, Felyn. *in cap. per tuas n.* 2. *verſ. con-
ſiderant, de Teſt.* quem ſequitur, Boccac. *de Remiſs. c.* 6. *n.*
24. & etiam tacitè omittere, Felyn. *in d. c. per tuas n.* 2.
verſ. ſecundus quando, Ruin. *conſ.* 35. *n.* 4. *verſ. non obſtat
etiam l.* 4. Boccac. *de Remiſs. d. c.* 6. *n.* 24. *& n.* 32.

E Iudex, conceſſis litteris Remiſſorialibus, ſeù miſſivis
164 loco illarum, ad docendum de ſolutione, ſeù nova con-
ventione in partibus facta, debet ſuperſedere pendente
termino conveniente dato ratione diſtantiæ loci, ut tra-
165 dit Saluſt. Tiber. *in Prax. l.* 1. *c.* 3. *n.* 6 & † eo magis quando
datur fumus, quia tunc etiam in executivis admittun-

tur exceptiones requirentes altiorem indaginem & quæ
incontinenti probari non poſſunt, Seraph *dec.* 298. *n.* 3.

In Citatione ad videndum mandari collationari Pro- F
ceſſum, poſſent ommitti illa verba, *vel non dictæ collatio- 166
ni intereſſendum, quatenus, &c.* quæ recenſet. Veſtr. *l.* 6. *c.
ult. n.* 7. *& ſeq.* ubi tradit formulam Proceſſus fabricandi
coram Iudice Remiſſoriali, Nam cum hoc Iudices de-
legantes in eorum litteris Remiſſorialibus, ſeù miſſivis,
apponat illa verba, *dicta Teſtium cum toto Proceſſu ne-
mini patefacta, aut oſtenſa, tuo obſignata Sigillo clauſula,
quam primum ad nos perferẽda cures*, ut ſupra in formu-
la litterarum miſſivarum apparet, non videtur Pars in-
tereſſe poſſe collationi, cum ſit obſervanda forma in
Remiſſoria tradita, & ob id ſuperfluum, & fruſtrato-
rium videtur, Partem adverſam ad intereſſendum colla-
tioni citare quidquid dixerit Veſtr. *d. c. ult. n.* 10 *verſ. at
ubi denique, & poſt eam.* Sal. Tib. *l.* 3 *c.* 7. *n.* 47. *& ſeq.*

Licet pro Inſtrumentis, & Juribus producendis Re- G
miſſoria non concedatur, ut ſupra, *ſub lit. B. in* 2. *fallentia* 167
deductum fuit, datur nihilominus pro illorum exhibitio-
ne dilatio, cum facultate compellendi illa penes ſe Deti-
nentes, ad exhibendum, quæ facultas, vulgo Cõpulſoria
appellatur, Severol. *de Remiſſ. c.* 10. *n.* 4. Boc. *de Remiſſ. cap.*
3. *n.* 6. *& ſeq.* Veſtr. *in Prax. lib.* 6. *c.* 1. *n.* 11. *verſ. quod ſi quis.*

Compulſoria autem eſt duplex, videlicet generalis, & 168
ſpecialis, Veſt *in Prax. lib.* 6 *c.* 1. *num.* 11. Sal. Tib. *lib.* 3.
cap. 7. *n.* 43. *& ſeq.* Severol. *de Remiſſ. dec.* 3. *n.* 3. *& ſeq.*

Compulſoria generalis, quæ pro omnibus, & ſingulis 169
ſcripturis ad cauſam facientibus extrahendis, concedi-
tur, ut per Veſt. *lib.* 6. *c.* 1. *n.* 14 cujus Formulam ponit Sa-
luſt. Tib. *in Prax. lib.* 4. *fol.* 445. Parte non citata paſſim
concedi ſolet, Rot. *dec.* 42. *de Prob. in antiq.*

Sed hodie obſervatur, quod parte adhuc non citata 170
in cauſa, conceditur Compulſoria ſine Citatione, ſed
poſt citationem executam; licet concedatur in quacum-
que Parte judicii, tamen, quidquid dicat Veſtr. non con-
ceditur ſine Partis citatione, & etiam obſervari in Curia
A. C. teſtatur Saluſt. Tiber. *in Prax lib.* 3. *c.* 7. *n.* 42. *& ſeq.*
& † hæc non retardat proceſſum ad ulteriora in cauſa, 171
Veſtr. *d. l.* 6. *c.* 1. *n.* 12. Sal. Tiber. *d. l.* 3. *c.* 7. *n.* 44. Duran. *dec.*
376. *n.* 7. Et † conceditur etiam pendente termino Remiſ- 172
ſoriæ, Put. *dec.* 160. *lib.* 1. & † ubicumque tendit non ad 173
retardationem; ſed ad exceptionem cauſæ, Put *d. dec.* 160.
& dec. 162 *lib.* 1. & † ob id in hoc caſu non eſt locus regu- 174
læ *l. ſivè pars*, *Cod. de dilat.* quod pendente termino, Judi-
cis officium conquieſcat, Sal. Tib. *d. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 39. Put.
d. dec. 160. ubi quod *d. l. ſivè pars*, procedit † in pronun- 175
ciatione, quinimò conceditur etiam tempore feriato, &
etiam ſi cauſa ſit commiſſaria diebus tamen juridicis,
Saluſt. Tib *d. c.* 7. *n.* 44 Rot. *dec.* 758. *n.* 5. *in fin. p.* 3. *div. l.* 3.

Conceſſa autem Compulſoria, Parte citata in Curia 176
Jura extracta probant, etiam parte non citata in par-
tibus, Rot. *dec.* 43. *de Prob. in antiq* Cautius tamen eſt, ut
etiam in partibus citetur, ut, ſubdit Rot. *ibidem.*

Sed ſi conceſſa eſt Parte non citata in Curia, Jura non 177
ſunt in forma probante, niſi citetur Pars in illius execu-
tione, Rot. *dec.* 4. *de fid. inſtr. in antiq.*

Compulſoria verò ſpecialis, quæ datur pro certa ſpe- 178
ciali ſcriptura extrahenda, & exhibenda, Veſt. *d. l.* 6. *c.*
1. *n.* 12. Duran. *d. dec.* 366. *n.* 1. cujus formulam tradit Sa-
luſt. Tib. *in Prax. lib.* 4. *fol.* 448. non † ita de facili conce- 179
ditur, & niſi Parte citata, & datu judicio, ſeù fumo
ſufficienti, de relevantia, pro excluſione ſuſpicionis ca-
lumniæ, Veſt. *d. l.* 6. *c.* 1. *n.* 12. Saluſt. Tib. *d. lib.* 3. *cap.* 7. *n.*
44. Duran. *dec.* 376. *n.* 3.

Fumus autem ſufficiens videtur dari, ſi exhibeatur co- 180
ram Judice copia ſcripturæ, de qua agitur, de cujus rele-
vantia appareat, Veſt. *d. l.* 6. *c.* 1. *n.* 12. Duran. *d. dec.* 376.
n. 1. *& ſeq.* Buratt. *dec.* 555. *n.* 1. Nam Compulſoria ſpecia- 181
lis, & Remiſſoria æquiparatur, Veſtr. *d. cap.* 1. *n.* 12. *& ſeq.*
Buratt. *d. dec.* 555. *n.* 5. & ideo compulſoria ſpecialis retar-
dat proceſſum, & expeditionem cauſæ, ſicut Remiſſoria,
Sal Tib. *d. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 44. ubi † quod in Cõpulſoria ſpecia- 182
li præfigitur terminus, & datur prorogationes, ſicut in Re-
miſſoria, Veſtr. *d. l.* 6. *c.* 1 *n.* 12. Duran. *d. dec.* 376. *n.* 7. *ad fin.*

Quinimo etiam Compulſoria ſecunda conceditur, 183
quando jura vigore primæ fuerunt nulliter extracta, Bu-
ratt. *d. dec.* 555. *n.* 12. & † cum in conceſſione Compul-

ſoriæ ut plurimum agatur de dilatione, plurimum intrat arbitrium Judicis Gloſ. *in cap. preterea in verbo pleaè de dilat.* Veſtr. *d. l. 6. c. 1 n. 13. verſic. & tam quæſtio.*

185 Videtur autem calumnioſè peti Remiſſoria, quando Jura extrahenda ſunt nulla, vel quis vigore Compulſoriæ generalis nihil extraxit, ut per Boccac. *de Remiſſ. c. 3. n. 7* prout quando quis poteſt vigore Compulſoriæ generalis jura extrahere, & petit ſpecialem, Duran. *dictæ dec. 376. n. 7.*

186 Eſt autem neceſſaria Compulſoria pro extrahendo tranſumpto, ſeu copia Inſtrumenti, ſeu alicujus Scripturæ originalis: nàm tranſumptum, ſeù copia non probat, niſi vigore Compulſoriæ à ſuo originali, ſervatis ſervandis, extrahatur, *cap. ſi ſcripturam, de fid. Inſtrum.* Bald. *in Authen. ſi quis aliquo, num. 1. & ibi alii traduat Cod. de eden* Roman. *conſ. 336 n. 2.* Veſtr. *in Prax. l. 6. c. 3. num. 11. verſ. quod ſi quis* Rota *dec. 36. de Probat. in antiq.* Put. *dec. 159 n. 4. l. 1. & dec. 422. verſ. & fuit dictum l. 3.*

187 Sed hoc primo non procedit in Notario rogato de Inſtrumento, quia copia ab illo extracta probat, abſque alia Compulſoria Bart. *in Auth ſi quis in aliquo, n 3 Cod. de eden.* Abb. *in c. Albricus, n. 5. verſ. & in hoc, de Teſt.* Fel. *in cap fin. n. 5. & n. 7 de fid. inſtr.* Rota *dec. 4. de fid. inſtr. in antiq & dec. 1. n. 1. de fin. inſtr. in nov. & in Peruſina Beneficiorũ 4. Decembris 1619. coram bon. mem. Remboldo.*

188 Secundò non procedit in tranſumpto facto à Notario ſucceſſore in officio, Bart. *in l. ſi quis ex Argentariis 6 in §. 1. ſub n. 3. verſ. ſed per hanc ff. de eden* Dec. *in Auth. qui in aliquo, n. 26. C. de eden.* Guid Pap. *dec 118. in princ,* Verall. *dec. 244. num. 3. p. 2.* Rot. *dec. 389. nu. 1 p. 1. recent. & dec. 107. n. 2. poſt conſ. cetm* Farinac. *lib. 2. & in Anconitana de Fanellis 21. Maii 1618. coram bon. m. Vbaldo,* Cavalet. *dec. 351. n. 3. & dec. 518 n. 5. in fin.*

189 Tertiò non procedit in tranſumpto facto ab Archiviſta de ſcripturis Archivii, Rota *dec. 27. n. 1. & dec. 245. n. 2. part. 2 recent. & in Peruſina Beneficiorum 4. Decembris 1619. coram bo. mem. Remboldo,* Cavaler. *dec. 351. num. 1.*

190 & creditur † Archiviſtæ, vel ſucceſſori in officio atteſtante ſe eſſe talem Rot. *d. dec. 27. num. 1. & deciſ. 145. n. 3. p. 2. recent.*

191 Quartò non procedit in tranſumpto facto ab habente facultate tranſumptandi Inſtrumenta Notarii mortui, Verall *deciſ. 351. n. 2. & ſeq. part. 2.* Rot. *in Anconitana de Fanellis 21. Maii 1618 cor. bo. mem. Vbaldo,* dummodò habeat hujuſmodi licentiam, & facultatem ab habente juriſdictionem, & poteſtatem illam concedendi, Put. *dec. 159. num. 1. lib. 1.* prout de habente facultatem à Statuto tradit Seraph. *dec. 1236. n. 2.*

192 Quintò non procedit in tranſumpto facto auctoritate Judicis ordinarii ante motam litem, Parte citata, *c. fin.* & ibi DD *& præcipuè* Fely. *n. 6. & ſeq.* ubi multipliciter limitat, & declarat *de fid. inſtr.* Gabr. *de ritat. concl. 1. nu. 136* ſecus parte non citata, Put. *dec. 4. de fid. inſtr.* prout etiam ſecus lite pendente, nàm tunc eſt neceſſaria compulſoria, Rota *dec. 75. n. 6. & ſeq. p. 4. recent.*

193 Sextò non procedit in ſumpto ex regiſtro Supplicationum, Bellen. *de carit ſub fid. 113 n 9 fol. 166* Rebuff. *in Prax. in 3. part. Signat. in verbo, datum apud, num. 5. fol. 1286.* Creſcen *dec. 2. de fid. inſtr.* Adden ad Rot. *deciſ. 28. de Prob. in antiq.* Put. *deciſ. 231. l. 3. & deciſ. 24. de fid. inſtrum* Rot. *dec. 219. n. 4 p. 3 diverſ. l. 3.* & quod, juxta modernum Stylum Curiæ, ſumptum ex regiſtro ſupplicationum probet in Curia tradit Mandoſ. *ſuper reg. de non jud juxta form. ſuppl. to. 2. q. 6. n. 4.* Duran. *dec. 265. n. 2.*

194 Contrarium, quod ſumptum ex regiſtro ſupplicationum non probet, tradit Staphil. *de lit.* Grat. *verſ. concedatur autem fol. 140.* Bellen. *de charti. ſubſid. quæſt. 113. num. 6* Rot *dec. 28. de Prob. in antiq & dec. 10 de fid inſt in antiq.* Bellamer. *dec. 257.* Rot. *dec. 407. num. 3. p. 1. recent.* Duran. *dec. 765. n. 14. & ſeqq.*

195 Concorda has opiniones diſtinguendo, Nàm aut agitur ad effectum regulæ de non judicando juxta formam ſupplicationis, & procedit ſecunda opinio negativa, quod ſumptum non probet, cum enim in hoc caſu non probet ſupplicatio originalis, ergo nec ſumptum ex ea quomodocumquè extractum probavit, aut agitur ſemota dicta regula de non judicando juxta formam ſupplicationis, tunc procedit prima opinio affirmativa, quod ſumptum probet ſicut originale, Mandoſ. *ſuper d. reg. de non judic. juxta form. ſupp. tom. 2. quæſt. 6. n. 2. fol. 47.* Rebuff. *in Prax. ubi ſupra n 2, & n. 5.* & ſic aut ſumus in caſu, in quo non probat ſupplicatio originalis, vel in quo ſumptum diſcordat ab originali, aut literæ non ſunt expeditæ, & tunc ſumptum non probat, aut in aliis caſibus, & tunc ſumptum probat quoad omnes effectus etiam canonizationis gratiæ, juxta modernum ſtylum Curiæ, ut dictas deciſiones omnes concordando, poſt alios declarat Duran. *d. dec. 265. n. 14. & ſeq.*

Septimò non procedit in ſumpto ex regiſtro Bullarum quod probat in Curia, Staphil. *de lit. grat. & juſt. verſ. utrum autem, fol. 143.* Mandoſ. *ſuper. d. reg. 27. de non judic. tom. 2. quæſt. 6. n. 3. & ſeq.* Rot. *dec. 28 de Prob. antiq. & dec. 10. de fid. inſtr. de antiq.* Verall. *dec. 321. p. 3.* Rot. *in Peruſina Beneficiorum 4. Decembris 1619. coram bon. mem. Remboldo,* Duran. *dec. 365. n. 3.* & de tranſumpto ex regiſtro Apoſtolico, quod faciat fidem, tradit etiam Buratt *dec. 337. n. 30.* 196

Octavò non procedit in ſumpto ex aliquo Proceſſu legitimè confecto, quia ad effectum Jurium probat, Verall. *dec. 351. n. 5. & ſeq. part. 2.* Rot. *in Peruſina Beneficiorum 4. Decembris 1619. coram bo. mem. Remboldo,* Nàm quando Jura ſunt ante litem benè extracta, habet locum Innocentiana, Verall. *dec. 101. n. 3 part. 2.* Quæ ſignanter procedit, quoties Jura ſunt etiam recognita, & non dubitatur de veritate, & fide regiſtratorum, ut tunc illius vigore ſit adhibenda fides juribus regiſtratis, etiã in proceſſu de partibus, Verall. *dec. 351. n. 5. part. 2.* Rot. in *Lucen. partionis, 22. Ianuarii 1604. corã bon. memor. Card. Millino.* 197

Cæterum jura extracta ex proceſſu inter alios fabricato in alia cauſa, lite pendente, non probant vigore Innocentianæ, quia Innocentiana non loquitur lite Pendente Verall. *dec. 101. n. 4. l. 2.* ubi quod aliàs ità fuit deciſum *in Tiraſonen. Canonicatus coram Domino Achille.* 198

Nonò non procedit, quando in termino productionis citata parte ad dicendum contra, non fuerunt ſaltem oppoſita generalia contra, Verall. *dec. 234. n. 2. p. 3.* Put. *dec. 159. n. 2 lib. 1. & dec. 4. de fid. inſtr. cum aliis allegatis ſupra hac eadem part. t. c. 3. lit. V.* 199

Decimò non procedit concurrentibus adminiculis, nam tunc probat etiam ſcriptura informis, *l. inſtrument. 1. Cod. de probat.* Verall. *dec. 234. n. 2. lib. 1.* Ricc. *dec. 198. n. 2. verſ. & multo magis part. 1.* Put. *dec. 210. n. 7. & dec 336. n. 4. & ſeqq. & dec. 359. l. 2.* Seraph. *dec. 1192. n. 2.* Rot. *dec. 543. in princ. part. 4. diverſ. & dec. 389. n. 3. part. 1. recent.* & in *Barco. juriſpatronatus, 27. Ianuarii 1645. coram R. P. D. Peutingero,* Caval. *dec. 79. n. 2. & dec. 142. n. 1. & n 4.* 200

Vndecimò non procedit ſtante obſervantia, quæ dat robur ſcripturæ, etiam informi, *l. 1. & 2. & leg. ſi veritas C. de fideic.* Bart. *inter conſ.* Bald. *conſ. 400. n. 3. verſic. non obſtat, lib. 3.* Aymon *conſ. 65. n. 15. & conſ. 501. n. 4.* Ricc, *dec. 198. nu. 3. p. 1.* Seraph. *dec 1192. nu. 2 & dec. 1239. n 4.* Rot. *dec. 543. part. 4. diverſ. & dec. 482. n. 3. p. 1. & dec. 18. n. 1. p 2. recent.* Coccin. *dec. 128 n 7.* Cavaler. *dec. 122. n. 4. & ſeq.* Buratt. *dec. 243. n. 6.* Rot. *in Aſculana juriſpatronatus 24. Februarii 1616. coram bon. mem. Cardin Veroſpio, & in Barco. juriſpatronatus, 27. Ianuarii 1645. coram R. P. D. Peuntingero, & ſæpius in aliis.* 201

Duodecimò non procedit, inſtante antiquitate ſcripturæ ſupra centum annos, quæ antiquitas ſupplet defectum ſcripturæ informis, Rub. Alexand. *conſil. 10. n. 8. & ſeqq* Dec. *conſ. 36. nu. 2. & nu. 6.* Covar qui alios cumulat *pract. quæſt. cap. 21. n. 7.* Scripturis † enim antiquis indubitata lux veritatis aſſiſtit, ut inquit Bald. quem ſequitur Gregor. *dec. 434. n. 9.* & † ſcriptura antiqua de facili judicatur authentica, Cavaler. *dec. 122. nu. 3.* 202 203 204

Nec relevat, quod ſola data non probet antiquitatem *Put dec. 186 lib. 3* Quia procedit quando antiquitas deducitur ex ſola data ſcripturæ, ſed quando antiquitas eſt conjuncta cum aliquibus aliis adminiculis, tunc data probat antiquitatem, Put. *dec. 449. lib. 1. & dec. 186. lib. 3.* idem Put. *dec. 9. de fid. inſtr.* cum aliis cumulatis per Beltramin. ad Greg. *dec. 393. num. 5.* latè Ferentill ad Buratt. *dec. 290. num. 12. lit. C.* ubi † quod pro adminiculo deſervit, ſi Inſtrumentum oſtendatur Judici, & ex ſui facie appareat antiquum, & legale, necnon forma characteris antiqui, & impolita latinitas deſumitur etiam admini- 205 206

Digitized by Google

207 minicul um ex re inter alios acta juxta *dec.* Put. quem †
208 ſequitur Buratt. *dec.543. nu 5.* quinimò † ſi oſtenditur
Judici originale, quod in ſui facie, ex oculari inſpectio-
ne tunc ſubiecta Iudici, appareat antiquum, & legale,
ſola data probat, eo caſu, antiquitatem, Beltramin.
ad Gregor. *dec.393. n.5. in fin.* Ferentill. ad Buratt. *dec.*
290.*n.15.lit.B.verſ.probat tamen antiquitatem ſola data.*
H Non poteſt Judex compulſor de ſtylo Curiæ recuſari,
209 Verali *dec.168. nu.1.part.1.* niſi † ex cauſa ardua; Ve-
rall *dec.238. n.3.part.1.* & tunc requiritur Mandatum
ſpeciale ad allegandum ſuſpectum, Verall. *d. dec.168 n.1.*
cum aliis allegatis ſupra *cap 7. lit. P. verſ. ad allegandum,*
210 & ſi in † recuſatione appellatur ab ulteriori proceſſu, &
procedatur nihilominus ad ulteriora, omnia inde ſecuta
ſunt nulla, & attentata, Verall. *dec.172.n.1.part.1.* Ro-
ta *in Romana prætenſi fideicommiſſi de Strozziis, 17. Fe-
bruarii 1645. coram R. P. D. Cerro.*
I Literæ compulſoriales debent in partibus ab eo, qui
211 inſtat pro illarum executione, Judici compulſoriali co-
ram Notario, & Teſtibus præſentari, Veſtr. *in Prax.
lib.6. c.1. n.14.* ubi tradit formulam proceſſus conficiendi
coram Judice compulſoriali.
L Debet equidem is, contra quem fuit petita, & obten-
212 ta compulſoria, citari coram Judice compulſore per-
ſonaliter, aut domi, dimiſſa copia, non autem ad Val-
vas Duran. *dec.32. num.11.*
213 Sed hoc non procedit, quando compulſor habet ex-
preſſè inſertum in facultatibus à Judice delegante, ut
poſſit citare etiam ad Valvas Duran. *d. dec.32. num.12.* Et
214 † ideo inolevit Praxis citandi coram delegante ad con-
ſtituendum, (vel ſubſtituendum, ſi citatur Procura-
tor) in partibus Procuratorem reperibilem, & accep-
tantem, aliàs videndum mandari procedi per affixionem
ad Valvas, juxta tradita per Veſtr. *in Prax lib.6.c.1.n.13*
& inſerendi in literis dictam facultatem, juxta tradita
per eumdem Veſtr. *d. lib.6. cap.1.n.14* Duran *dec.32.n.12.*
215 Sed in hoc plenius videtur diſtinguendum, nam aut in
literis compulſorialibus inſerta eſt facultas citandi ad
Valvas, parte citata coram Judice delegante ad conſti-
tuendum in partibus Procuratorem reperibilem, & ac-
ceptantem, prout quotidie fieri ſolet, & tunc factis dili-
gentiis, in loco, in quo exequenda eſt compulſoria, de re-
periendo perſonam principalis, aut ejus Procuratoris,
primo per unum, & deinde per duos Nuncios, juxta ſu-
perius tradita *ſub cap.4* nemine reperto, Judex decernet
proceſſum domi dimiſſa copia, Clem. *cauſam, de elect.*
Veſtr. *lib.7 cap.1. n.14.* Buratt. *dec.606. n.9.* Quod ſi citan-
dus non habeat ibi domicilium, tunc facti diligentiis, ut
ſupra, etiam de domicilio reperiendo, Judex decernet pro-
ceſſum per affixionem ad Valvas, juxta facultates ſibi in
dictis literis præſcriptas, Veſtr. *d. lib.6.c.1.n.14.* Duran.
d. dec.32. n.15.
216 Aut in literis compulſorialibus non eſt inſerta facul-
tas citandi ut ſupra, ad Valvas, & tunc aut pars fuit ci-
tata coram Judice delegante ad conſtituendum in parti-
bus Procuratorem reperibilem, & acceptantem, & poſt
judicium inchoatum pars citata ſe abſentavit, & factis
diligentiis, ut ſupra, de reperiendo Adverſario, & ejus
Procuratore in loco, in quo eſt exequenda compulſoria,
nemine reperto, Judex pariter mandavit citari Adver-
ſarium domi dimiſſa copia juxta text. *in cap. ſi Adverſa-
rius de eo qui mitt. in poſſ.* Rot. *dec.1. nu.4. de fid. inſtr. in
nov.* Burat. *dec.606. n.9.* & ſi ibi domicilium non habet,
decernet proceſſum generaliter per Edictum, *capit. fin.
de dol. & cont.* Rot. *d. deciſ.1. n.4. verſic poteſt, & verſic qui-
bus rationibus,* ubi de obſervantia Rotæ teſtatur, *de fid.
inſtr. in nov.* Veſtr. *d. lib.6. c.1. n.14.* ubi loquitur de proceſ-
ſu compulſoriali, *& cap. ult. n.7.* ubi loquitur de proceſſu
remiſſoriali, Mohed. *dec.8. aliàs 334 de Fid. inſtrum.* Aut
Pars non eſt citata, nec judicium inchoatum, & tunc aut
citandus eſt ſubditus Judicis citantis ratione domicilii, &
factis diligentiis, ut ſupra, de reperiendo ejus perſonam,
& illius Procuratoris, Judex, nemine reperto, decernet
citari domi dimiſſa copia, vel ſi domum habet in remo-
tis, per Edictum in Valvis Eccleſiæ majoris loci, in quo
eſt exequenda compulſoria, affigendum, *clem cauſam, de
elect.* Mohed. *dec.8. aliàs 334. de fid. inſtrum* aut citandus
217 † non eſt ſubditus citantis ratione domicilii, & tunc de-
bet Judex decernere citationem ad locũ, in quo citandus
habet domicilium, ſi tutus pateat acceſſus & ſi factis dili-
gentiis, ibidem nec ipſe, nec ejus Procurator reperiatur,
citatio erit exequenda domi dimiſſa copia, vel ſi domus ſit
in remotis, per affixionem ad Valvas Eccleſię majoris il-
lius loci, Clem. *cauſam, de elect.* Mohed. *d. dec.8. aliàs 334.
de fin. inſtrum.* Rot. *dec.52. de reſcrip. in nov.* ſi verò ad lo-
cum in quo citandus degit, tutus non pateat acceſſus con-
ſtito de non tuto acceſſu, vel ſi citandus non eſt certus,
Judex poterit procedere per Edictum publicum, juxta
Text. *in d. Clem. cauſam, de elect.* & juxta ſuperius tra-
dita hac eadem *par.1.c.3. & c.4.*

Advertendum tamen eſt, quod Delegatus ab A. C. in 218
cauſa non commiſſaria, valide poterit citare domi di-
miſſa copia, juxta ſtylum Tribunalis A. C. de quo ſupra
cap.5. lit. C. Nam † delegatus rectè procedit juxta ſtylum 219
delegãtis, Jaſ. *in l. & ſi prætor n.1. ff. de off. ejus,* Puteus *dec.
152. n.1. lib.1. in correct.* Burat. *dec 170. n.13. & dec.606. n.8.*

Parte autem non citata, poteſt Judex compulſor tan- 220
tum deputare Notarium, Nuncium, & locum Tribuna-
lis, quia hoc non infert parti aliquod præjudicium, Bu-
ratt *d. dec 606. num.1. & ſeq.*

Debet Iudex compulſor jura compulſata diligenter M
inſpicere, & ſi ea in nulla ſui parte vitiata videt, exem- 221
plari mandare, ut fuit dictum in Anconitana, *ſeu Auxi-
manæ florum, apud* Buratt. *deciſ.290. n.1.*

Sed ſi Notarius atteſtetur, jura fuiſſe exhibita coram 222
Iudice, præſumitur pro Iudice compulſore, quod ritè, &
rectè proceſſerit, ut in terminis reſpondendo ad *d. dec.*
Burat. in qua aderat defectus exhibitionis jurium coram
Iudice quam (quidem exhibitionem requirit *text. in cap.
fin. de fid. inſtrum.*) declaravit, Rot. *dec.76. nu.7. cum plu-
ribus ſeq. part.6. recent.*

Inſtrumentum, ex quo elicitur tranſumptum vigore N
compulſoriæ, debet eſſe originale, nam tranſumptũ tran- 223
ſumpti, ſeù copia copiæ non probat, Verali. *dec.234. n.1.
part.1.* Put. *dec 159. n.4 lib.1. & dec.425. & dec.435. lib.3.*
Seraph. *dec 485. n.1.* latè Ferentil. ad Buratt. *d. dec.290. n.
13. lit. D.* ubi, plura cumulãdo, probat, hoc procedere, etiã
ſi copia, ſeù primũ trãſumptũ eſſet ſolemniter extractũ.

Sed hoc Primò nõ procedit in tranſumpto antiquo, con- 224
ſervato in Archivio publico, & trãſumptato centum an-
nis elapſis. Put. *dec.20 de fid. inſtr.* cui † etiam adhibetur fi- 225
des, quã vis hoc caſu non probetur, quod trãſumptans fue-
rit Notarius, Dec *conſ.36 n.3.* Put. *dict. dec.20. de fid. inſt.*

Secundò non procedit Parte non opponente, Verall.
dec.234. n.2. part.3. Ric. *dec.198. n.1. & ſeq. part.1.* cum 226
aliis allegatis ſupra *lit. G verſ.9. non procedit.*

Tertiò non procedit concurrentibus adminiculis, & 227
conſecturis ſufficientibus ad inducendum animum Iudi-
cis ad illi credendum quia tunc, cum probationes ſint ar-
bitrariæ, etiam ſimplex hujuſmodi ſcriptura informis
probat, *l. inſtrumenta domeſtica, C de probat.* Verall. *dec.
234. n.5. part.1.* Ric. *dec.198. n.2. verſic. & eo magis part.1.*
Cavaler. *dec.79. n.2. & ſeq.* Et eo magis, † ſi cum admini- 228
culis concurat etiam obſervantia, quæ dat robur ſcriptu-
rę etiam informi, Ric. *d. dec.198. n.3. par.1.* qui loquitur in
copia copiæ, cum aliis allegatis ſupra *lit G. verſ.11. non
procedit,* & ego obtinui in facto *in Corton. Capellæ, corã R.
P. D. Prato per acta Archivii Romanæ Curię de anno 1631.*

Iura compulſata non ſolum debent, ut ſupra, coram O
Iudice exhiberi, ſed etiam debent recognoſci, aliàs tran- 229
ſumptum eſſet nullum, Gonzal. *ad reg.8. Gloſ.64. n.12.*
Veſtr. *in Prax. lib.6. c.1. n.14. verſ. his omnibus;* Verall *dec.
4. n.1. & dec.5. n.5. & ſeq. part.3.* Put. *dec.440. n.3 lib.5.* Rot.
*in Lacen. portionis, 17. Ianuarii 1604. coram bo. mem. Card.
Millino,* ubi † quod de hoc poteſt opponi in Curia etiam ſi 230
non fuiſſet oppoſitum in partibus, Buratt. *dec 290 n.4. &
ſeq.* ubi quod id ſignanter procedit, Parte opponente, &
quod ideo inolevit Praxis citandi Partem, ad videndũ ju-
rare Teſtes ſuper jurium recognitione, quatenus opus ſit.

Sed hoc non procedit, in caſibus, in quibus recogni- 231
tio non eſt neceſſaria, prout in antiquiſſimis, Put. *dec.
151 lib.1. & dec.15. de fid. inſtrum* Rot. *dec. 27. num.2.
p.5. rec.* cum aliis allegatis ſupra hac eadem, *p.1. c.5. lit. L.*
Iudex compulſor debet dare copiam compulſoriæ ſum-
ptibus ejus, qui illam obtinuit, Duran. *dec.6. nu.4. & ſeq.* P
Ferentill. ad Buratt. *dec.555. nu.17.* aliàs ſi copia fuiſſet 232

petita, & non tradita, compulſatio eſſet nulla Duran. *d. dec.6.n.2.* Ferentill. ad Burat. *d. dec.555.n.16.* nec antiquitas ſcripturæ quicquam relevaret ad ſupplendum defectum nullitatis compulſationis, Duran. *d. dec.6.n.14.*

333 Completo proceſſu compulſoriali debet tranſumptum, ſeù copia collationari cum ſuo originali, Veſtr. *in Prax. d. lib.6.c.1, n.14* Buratt *d. dec.606.n.11.* ac proindè cum ſolita legalitate Ordinarii claudi, & ſigillis obſignari, & à Iudice compulſoriali ad Romanam Curiam tranſmitti, Veſtr. *d. lib.6.cap.1.num.14.* prout idem tradit de Proceſſu remiſſoriali Jacob. Butrig. *in l. Judices*, Cod. de *fid. inſtr.* Veſtr. *d. lib.6.c.ult.n.10.*

S U M M A R I U M.

De Appellationibus. Cap. XIII.

1 *Is, contra quem lata eſt ſententia, habet remedium appellationis.*
2 *Appellatio eſt interponenda coram Judice à quo infra decem dies à die latæ Sententiæ, vel, ſi citatio non fuit perſonalis, à die notitiæ.*
3 *Appellatio viva voce nõ poteſt interponi, niſi incõtinenti.*
4 *Appellatio viva voce, & ejus formula.*
5 *Appellatio in ſcriptis, & ejus formula.*
6 *Judex parti appellanti reſpondet de Apoſtolis, vel dat terminum juris, & quomodo.*
7 *Terminus juris appellanti datus à Judice quid ſit.*
8 *In termino juris dato, redeundum eſt pro Apoſtolis, & Judex debet illis reſpondere, & quomodo.*
9 *Cedula appellationis à definitiva Sententia, & ejus formula.*
10 *Ab interlocutoria, vim definitivæ nõ habẽte, neceſſe eſt appellare in ſcriptis, & exponere cauſã gravaminis.*
11 *Cedula appellationis ab interlocutoria, & ejus formula.*
12 *Alia cedula appellationis ab interlocutoria, & ejus formula.*
13 *Cedula appellationis à gravamine, & ejus formula.*
14 *Appellatio à termino proſervato infra decem dies interponenda eſt, quando citatio fuit ad ſententiam perſonaliter executa, & quare.*
15 *Interpoſitio appellationis à termino proſervato, & ejus formula, ac reſponſio Iudici.*
16 *Cedula appellationis à termino proſervato, & quatenus contra, & ejus formula.*
17 *Appellatio ſine cedula in executivis, & ejus formula, & reſponſio Iudicis.*
18 *Judice non admittente appellationem, ſeù dante refutatorios, neceſſe eſt adire Præfectum Signaturæ pro ſuperſeſſoria obtinenda.*
19 *Citatio ad videndum mandari ſuper ſederi, coram Præfecto Signaturæ, & ejus formula, & proceſſus.*
20 *Ut cauſa in plena Signatura diſcuti poſſit, quid agẽdũ.*
21 *Citatio coram Referendario ad dicendum cauſam, quare commiſſio proponi, & ſignari non debeat in Signatura, & ejus formula, & proceſſus extrajudicialis.*
22 *Die Martis ante Signaturam neceſſe eſt informare Præfectum, & votantes illius in voce, & in ſcriptis.*
23 *Ponens debet in informatione facti ejus, qui adit ſignaturam, adnotare manu propria,* Proponam, *aliàs cauſa non proponeretur.*
24 *Actor, ſi ejus defectu, poſt intimationem executam, cauſa non proponitur, tenetur reficere parti informanti ſcuta quatuor pro expenſis.*
25 *Die Iovis fit ſignatura coram Eminentiſſ. Præfecto, in qua commiſſiones ſignandæ ſignantur, non ſignandis rejectis.*
26 *Signaturam adire volens poteſt ſuperſeſſoriam à Præfecto obtinere, & quomodo.*
27 *Fides à Ponente ſuper propoſitione cauſæ facienda, & ejus formula.*
28 *Commiſſio in cauſa Rotali ſcut. 500. excedente, & ejus formula.*
29 *Commiſſio in cauſa non Rotali ad ſcut. 500. non aſcendente, & ejus formula.*
30 *Commiſſio cum narrativa in cauſa Rotali, & ejus formula.*
31 *Commiſſio cum narrativa in cauſa non Rotali, & ejus formula.*
32 *Commiſſio appellationis à gravamine, & ejus formula.*
33 *Commiſſio appellationis ab interlocutoria, & ejus formula.*
34 *Signatura quando reſcribat in cauſis pecuniariis, quæ in ea proponuntur.*
35 *Decreto nullo, vel iniuſto exiſtente, ſignatura admittit appellationem, & quomodo Referendarius ſignet hoc caſu commiſſionem.*
36 *Primus Reviſor affert commiſſionem Præfecto ſignaturæ, qui eam ſignat, & quomodo.*
37 *Secundus Reviſor affert commiſſionem Regenti Cancellariæ, qui eam ſignat & quomodo.*
38 *Magiſter curſorum fert commiſſionem ad Bancham curſorum, ponit in ea diem, & adnotat in ſuo libro.*
39 *Pars, quæ obtinuit reſcriptum favorabile à ſignatura, ſoluta mercede Mag. curſorum, commiſſionem in capſa Iudicis inferri, & à Notariis extrahi, & diſtribui curat.*
40 *Decreto juſto, & valido exiſtente, ſignatura reſcribit cum clauſula* ſine præjudicio.
41 *Iuſtitia, & validitate Decreti clara non exiſtente, ſignatura reſcribit, cum clauſula,* ſi quid exequendum, vel ad legitimã, *& ſic aufert executionẽ Iudici à quo.*
42 *Clauſulæ, cum quibus ſignatura reſcribit, adduntur de ordine illius in corpore commiſſionis à Referendario, & deinde commiſſio ſignata reponitur in capſa, & diſtribuitur.*
43 *Citatio ad dicendum contra commiſſionem in Actis exhibitam, & ejus formula, & proceſſus.*
44 *Menſarius eſt Notarius cauſæ, donec alteri commiſſionem diſtribuat, & quomodo debeat pars citari in cauſis commiſſoriis.*
45 *Cauſa appellabili exiſtente, non eſt neceſſe adire plenam ſignaturam, & quomodo tunc appellationis commiſſio ſignetur, & à quibus.*
46 *Pars, quæ ſententiam obtinuit, ſi timet commiſſionem tranſire ſub Bancha, curet obtinere* nihil tranſeat.
47 *Nihil tranſeat, & ejus formula.*
48 *Obtento* nihil tranſeat, *commiſſio non poteſt expediri, niſi citata parte coram Reviſore.*
49 *Citatio coram Reviſore ad dicendum, cauſam quare commiſſio expediri non debeat, & ejus formula, & proceſſus extrajudicialis.*
50 *Reviſor in cauſis pecuniariis relaxat aliquando commiſſionem cum clauſula, non tamen vigore obligationis cameralis, aut alterius proceſſus executivi, ita ut aliàs inhibitio non afficiat.*
51 *Commiſſionem obtinens à Reviſore cum clauſula, non tamen vigore obligationis Cameralis, aut proceſſus executivi, ita ut &c. debet adire Signaturam, ac ſi commiſſio eſſet rejecta, & quare.*
52 *Referendarius mandat aliquando, coram ſe citari partem, & quare.*
53 *Citatio coram Referendario ad dicendum cauſam, quare commiſſio ſignari non debeat in Camera, & ejus formula, & proceſſus.*
54 *Commiſſio exadverſo extorta via ordinaria ſine clauſula poteſt ſcribi, uti præinſerta, & reformari, parte citata in plena Signatura.*
55 *Commiſſio reformatoria præinſerta, & ejus formula in Signatura proponenda parte citata.*
56 *Pars, quæ in plena Signatura reportavit reſcriptum contrarium, non poteſt iterum audiri, niſi factis præinſertis, ac depoſito ſcutorum quatuor pro expenſis, & obtenta licentia ab illius Præfecto.*
57 *Commiſſio reformatoria ſecundo loco præinſerta, & ejus formula.*
58 *Si pars, quæ fecit depoſitum, obtinet in Signatura, illud recuperat, alias cõſignatur parti adverſæ pro expẽſis.*
59 *A. C. poſt appellationem interpoſitam, antequam pars adeat Signaturam, aliquando audit, & reponit à decreto.*
60 *Decretum quoad partem tranſit in judicatum, ſecus quoad Iudicem: niſi ſit lata ſententia per cedulam, vel commiſſa cauſa appellationis.*
61 *Signatura aliquando mandat A.C. oretenus, ut reponat vel iterum audiat, vel alium deputet, prævia reſponſione a decreta.*
62 *Signatura poteſt adiri obtenta ſuperſeſſoria pro appellatione, vel repoſitione, vel alterius deputatione.*

63 Com-

Digitized by Google

63 *Commiſſio ſuper deputatione alterius Judicis, in Signatura proponenda, parte citata, & ejus formula.*
64 *Commiſſio pro repoſitione à Decreto, & e us formula.*
65 *Signatura mandante aliquid oretenus A.C citanda eſt pars ad id coram eo.*
66 *Citatio coram A C. met ad videndum reponi, & concordandum de alio Judice, & eius formula, & proceſſus.*
67 *Citatio ad dandum liſtam confidentium, & ejus formula, & proceſſus.*
68 *Citatio ad videndum reponi à quocumque decreto præjudiciali, juxta mentem Signaturæ, & ejus formula, & proceſſus.*
69 *Si non conſtat de appellatione ſaltem legitima, obſervantur quatuor termini ad docendum de illa.*
70 *Citationes quatuor ad docendum de appellatione, & eius legitima proſecutione, & illarum formulæ, & proceſſus.*
71 *Servatis quatuor terminis, ſi pars non docet de appellatione, & eius legitima proſecutione, citatur ad videndum taxari expenſas, vel in quarto termino, vel ſeparatim.*
72 *Citatio ad videndum taxari expenſas, & ejus formula, & proceſſus.*
73 *Mandatum, in prolatione ſententiæ non relaxatum, poteſt relaxari in executione illius.*
74 *Citatio ad docendum de appellatione quarto pro quarta, & videndum taxari expenſas, & pro illis, & contentis in ſententia relaxari mandatum, & ejus formula, & proceſſus.*
75 *Citatio ad videndum taxari, & relaxari mandatum pro expenſis continentibus ſummam appellabilem, debet fieri diviſim à citatione ad videndum relaxari mandatum pro contentis in re judicata, quæ poteſt fieri etiam de per ſe poſt quartum terminum.*
76 *A.C. vigore ſuarum facultatum poteſt exequi ſententias à ſe latas, etiam ſi ſit Judex commiſſarius; alii Judices ſecus niſi obtenta executoriali.*
77 *Commiſſio executorialis, & ejus formula, & reſcriptum.*
78 *Sententia in ſecunda, & tertia inſtantia confirmata quid addendū in executoriali, & quomodo Signatura reſcribat.*
79 *Sententia confirmatoria lata inter cives, & incolas quid narretur in executoriali, & quomodo Signatura reſcribat.*
80 *Citatio ad dicendum contra commiſſionem, & ejus formula, & proceſſus.*
81 *Citatio ad docendum contra, & repetitio Juriumfacienda, ſi opus ſit.*
82 *Citatio ad videndum ſibi præfigi terminum ad docendum de appellatione. iuxta formam commiſſionis, & eius formula, & proceſſus.*
83 *Citatio ad videndum taxari expenſas, & pro illius & contentis in ſententia, relaxari mandatum, & eius formula, & proceſſus in cauſa commiſſaria.*
84 *Reproducta intimatione poteſt expediri mandatum pro contentis in ſententia, ſed non pro expenſis continentibus ſummam appellabilem, niſi poſt decem dies, & quare.*
85 *Pars citata ad docendum de appellatione debet citare ad dicendum contra commiſſionem, vel commiſſione non expedita, docere de diligentiis coram Judice à quo.*
86 *Copia commiſſionis præſentata Præfecto Signaturæ, vel Cancellariæ Regenti, ſufficit ad docendum de diligentiis, & excuſat à deſertione ſi producatur coram Judice à quo.*
87 *Proteſtatio fieri ſolita in productione præſentatæ in actis Iudicis à quo, & eius formula.*
88 *Præſentata in actis exhibita habet appellans terminum 30. dierum à die ſubſcriptionis illius ad committendum cauſam appellationis.*
89 *Si infra terminum primæ præſentatæ commiſſio non poſſit expediri, poteſt fieri alia præſentata quo caſu habet appellans alium terminum, donec in eo commiſſio expediatur, & Iudici præſentetur.*
90 *Actis coram Iudice commiſſario infra bienalum non transportatis, obtinetur reſcribi eidem à Signatura, ut ſuam moderetur inhibitionem.*
91 *Commiſſio ſuper moderatione inhibitionis ob non tranſportationem actorum infra biennium, & eius formula, & reſcriptum.*
92 *Commiſſione præſentata Iudici ad quem, citanda eſt pars ad dicendum contra illam.*
93 *Citatio ad videndum ſibi præfigi terminum ad tranſportandum acta, eius formula & proceſſus.*
94 *Citatio ad videndum moderari inhibitionem, & remitti cauſam, & eius formula, & proceſſus.*
95 *Actis tranſportatis, quando Pars citetur, remiſſivè.*
96 *Actis in cauſa appellationis coram A.C. introductæ, non tranſportatis infra biennium, citatur Pars coram eo, ad videndum moderari, abſque alia commiſſione.*
97 *Citatio coram A.C. ad videndum moderari inhibitionem, attento lapſu biennii, & eius Formula, & Proceſſus.*
98 *Actis in termino præfixo coram A.C. non tranſportatis, inhibitio remanet moderata, illis verò tranſportatis, A.C. procedit in meritis cauſæ ad ulteriora.*
99 *In cauſis Commiſſariis inſtante lapſu biennii, eſt obtinenda prorogatio Fatalium.*
100 *Commiſſio prorogationis Fatalium, & eius Formula, & reſcriptum.*
101 *Commiſſio eſt exhibenda, citata Parte ad dicendum contra.*
102 *Citatio ad videndum prorogari Fatalia, & eius Formula, & Proceſſus.*
103 *Rota, ſi cauſa reſtitutionis in integrum in prima, vel alia commiſſione etiam ſit ei commiſſa, audit ſuper meritis & bono Iure, non obſtante lapſu Fatalium, & quadriennii*
104 *A.C. tranſportatis actis in cauſa appellationis, & conſtita de bono Jure, non attendit lapſum Fatalium, aut quadriennii ex Praxi.*
105 *Termino Iuris, vel alio dato ad redeundum pro Apoſtolis, Appellatus poteſt amputare protractionem litis.*
106 *Citatio ad videndum ſibi reſponderi de Apoſtolis, & eius Formula, & proceſſus.*
107 *Si actus fuit vigore obligationis Cameralis, & Iudex determinuum Iuris poteſt appellatus, Parte citata, curare ut Iudex det refutatorios juxta ſolitum.*
108 *De Formulis Cedularum, & Commiſſionum appellationis in poſſeſſoriis, & aliis cauſis remiſſivè.*
109 *Appellatio quid ſit.*
110 *Appellationis remedium competit etiam de iure naturali.*
111 *Appellationis defenſio, ut dixit Rota, non eſt deneganda, etiam Diabolo, ſi eſſet in iudicio.*
112 *Appellatio eſt de genere permiſſorium & datur regulariter in omnibus cauſis, niſi reperiatur prohibita.*
113 *Caſus ſexaginta, in quibus appellatio prohibetur, & quis eos refert, & ſequatur*
114 *Sunt alii caſus vſque ad centum viginti in quibus appellatio prohibetur, & quis eo referat.*
115 *A decreto A.C. ſummam ſcutorum 20. monetæ non excedente, non datur appellatio.*
116 *Ubi appellatio non admittitur ſtatim ſit executio, ſi mandatum fuit iam relaxatum, aliàs ſecus, & nu. 117*
117 *Mandato non relaxato in ſententia, non poteſt fieri executio, niſi denuo ad id citata Parte, ac illo ſervatis ſervandis expedito.*
118 *Appellatio eſt interponenda infra decem dies.*
119 *Tempus decem dierum ad appellandam currit de momento ad momentum.*
120 *Momentum vigore Innocentianæ non attenditur in ſtatu Eccleſiaſtico, ſed ſufficit appellare in quolibet parte ultimæ diei decenni.*
121 *Appellatio eſt interponenda infra decem dies à die Sententiæ latæ, ſeù decreti facti, etiam ſub conditione, niſi, & quare.*
122 *A Sententia excommunicationis lata ſub conditione ſufficit appellare infra decem dies à die exiſtentis conditionis.*
123 *Præſens decreto, ſeù ſententiæ, vel citatus perſonaliter non appellat; niſi infra decem dies à die latæ ſententiæ, vel facti decreti.*
124 *Verus contumax regulariter non appellat; ſed hoc non ſemper procedit.*
125 *Verus contumax in non veniendo in Rota, & Curia, & ſtatu Eccleſiaſtico poteſt appellare infra decem dies à die latæ ſententiæ.*
126 *Verus contumax quis ſit.*
127 *Contumax fictus poteſt appellare infra decem dies à die habitæ notitiæ, quis ſit fictus contumax.*
128 *Citatus perſonaliter, qui Procuratorem conſtituit, & deinde ſe abſentavit; etiam ſi poſtea citetur per contradictas, non poteſt appellare, niſi à die latæ ſententiæ.*
129 *Audiretur tamen iſto caſu per viam reſtitutionis in integrum.*
130 *Citatus domi dimiſſa copia, ſi habuit notitiam citationis mediante intimatione, & de hoc conſtet in actis non poteſt*

appellare, niſi infra decem dies à die latæ ſententiæ.
131 Intimatione facta autoritate Iudicis iuxta ſtylum. A.C. non eſt neceſſe inſerere tenorem ſententiæ, ſecus ſi intimatio non eſt facta authoritate Iudicis.
132 Appellatio eſt interponenda coram Iudice.
133 Non ſufficit dimittere Cedulam appellationis, in manibus Notarii.
134 Si Iudicis præſentia haberi non poteſt, ſufficit præſentare appellationem coram Notario, vel coram Iudice ad quem, vel coram honeſtis viris.
135 Sufficit de ſtylo, quod Cedula appellationis adnotetur à Notario in actis ſub illis verbis, coram D. meque &c. dummodo infra legitima tempora à Notario legatur Iudici.
136 A. C. de ſtylo admittit appellationem à ſententiis de partibus, licet illa non fuerit interpoſita coram Iudice à quo, dummodo appelletur coram ipſo A.C. & quare,
137 Appellatio viva voce ſufficit dummodo lata Sententia incontinenti, Iudice adhuc ſedente, interponatur, dicendo appello.
138 Ab interlocutoria neceſſe eſt appellare in ſcriptis, cum viva voce ab ea appellare non ſit ſatis.
139 In appellatione ab interlocutoria viva voce emiſſa, ſuperflua eſt clauſula, ſaluo iure appellandi in ſcriptis.
140 Diligentia appellandi viva voce poteſt aliquando prodeſſe, & aliquando obeſſe, ideo cautus debet eſſe appellantis patronus.
141 In Curia ſemper ferè ſolet appellatio interponi in ſcriptis, etiam à definitiva.
142 Appellatione viva voce emiſſa, cum clauſula ſalvo jure, tempus proſequendi, ſeu fatale videtur currere à die interpoſitionis illius, & quare.
143 Contrarium tenent plures.
144 Concorda primo, quod aut prima appellatio eſt valida, & attenditur, aut prima eſt invalida, vel interpoſita ab Interlocutoria, & tunc ſecus.
145 Concorda ſecundò. quod aut in ſecunda appellatione non fuit deductum aliquid diverſum à prima, & tunc attenditur prima, aliàs ſecus.
146 Concordat tertiò, quod aut ſumus in terris Eccleſiæ, & ibi ſervatur Jus Canonicum, & tunc attendetur ſecunda opinio contra Bart. quæ eſt communis Canoniſtarum, aut in terris Imperii, & ibi ſervatur Jus Civile. & tunc attenditur prima opinio Bart communis Legiſtarum.
147 Opinio Bart. quod Fatale curat à die primæ Appellationis viva voce emiſſæ cum clauſula, ſalvo iure &c. ut Jaſ. teſtatur, eſt communis tàm Legiſtarum, quàm Canoniſtarum.
148 Si non conſtat, an Appellans voluerit proſequi primam, vel ſecundam Appellationem, cautius eſt in dubio ſupponere opinionem Bart. quod Fatale currat à prima Appellatione viva voce emiſſa, & quare.
149 Fatale videtur, ſecundum aliquos, computandum à die ſecundæ Appellationis, quia hoc eſt utilius Appellanti ob intereſſe longioris vitæ Appellationis.
150 Sed iſtud intereſſe, vel non adeſt vel non eſt conſiderabile, & non attenditur.
151 Contrarium quod in Sententia, & appellatione attendatur intereſſe ſi adeſt, defendit Jaſon
152 Diſtingue aut in Sententia, & Appellatione adeſt intereſſe pecuniarium, & illud attenditur, aut adeſt intereſſe longioris vitæ Appellationis, & tunc ſecus.
153 Cautela eſt, ne quis poſſit bis appellare, ut ſtatim prima Appellatione interpoſita, Judex reſpondeat de Apoſtolis dimiſſoriis, & ſic abdicet à ſe iuriſdictionem.
154 Apoſtoli quid ſint, & ad quid Appellanti concedantur à Iudice à quo.
155 Apoſtoli unde dicti.
156 Iudices de quibus Apoſtolis in Curia ſoleant, ut plurimum reſpondere.
157 Refutatorii Apoſtoli quando dari ſoleat, & quis ſit illorum effectus.
158 Refutatoriis datis, Appellans habet annum, ex cauſa biennium, & per viam reſtitutionis in integrum triennium, ad cauſam Appellationis committendam, & finiendam.
159 Reverentiales Apoſtoli in formam. quando dari ſoleant Appellanti, quis ſit illorum effectus, & unde dicti.
160 Reverentialibus in forma datis habet Appellans tempus, ſivè expreſſè, ſivè tacitè præfixum, decem dierum ad cauſam Appellationis committendam.
161 Cauſa in termino decem dierum, poſt datos Reverentiales in forma non commiſſa, Appellatio remanet deſerta.
162 Teſtimoniales Apoſtoli, quando dari ſoleant, quis ſit illorum effectus, & cur ita dicti.
163 Teſtimonialibus datis, habet Appellans terminum unius anni ad cauſam Appellationis committendam.
164 Teſtimoniales Apoſtoli proprie dicuntur, quando quis ob Iudicis abſentiam appellat coram publicis, aut honeſtis viris, & Notarius de hac diligentia teſtatur, & fidem facit per publicum Inſtrumentum
165 Appellans, cui à Notario ſunt dati Teſtimoniales, reverſo Iudice, non cogitur eum adire, aut Apoſtolos ab eo petere.
166 Iudex etiam, ſi non vult Appelationem admittere, nec denegare, poteſt dare Teſtimoniales. quo caſu appellatio cenſetur admiſſa vel rejecta, prout de Jure.
167 Apoſtolorum genera tria alia ſunt, ultra, prædicta. & quæ.
168 Dimiſſorii Apoſtoli qui ſint, quem operentur effectum, & unde dicantur.
169 Reverentiales Apoſtoli qui ſint, unde dicantur, & in quibus differant Reverentiales ſimpliciter dati, à Reverentialibus datis cum illo adiuncto, in forma &c.
170 Verbum, in forma, in reſponſione Apoſtolorum Reverentialium quid ſignificet.
171 Dimiſſorij, & Reverentiales Apoſtoli differunt, & in quibus, & quando dentur.
172 Conventionales Apoſtoli qui, & unde dicantur.
173 Terminus Iuris quid ſit, & quando dari ſoleat à Iudice Appellanti.
174 Terminus Iuris currit à die Appellationis interpoſitæ, tàm Iudici, quàm Parti
175 Apoſtoli infra terminum Iuris ſunt inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè petendi, quod poteſt fieri, etiam unico contextu dummodo expreſſe & ſpecialiter.
176 Apoſtoli ſunt pars Appellationis, & illorum petitio eſt de Appellationis ſubſtantia.
177 Apoſtoli poſſunt dari à Iudice, etiam non petiti, quo caſu Appellatio ſuſtinetur, licet, ſi non ſint petiti illos dare non teneatur
178 Quod Iudex dederit Apoſtolos probatur ex admiſſione Appellationis, & termini ad proſequendum præfixione.
179 Iudice Appellationi deferente, non eſt amplius neceſſe comparere coram eo, ad petendum Apoſtolos.
180 Apoſtoli dari debent in ſcriptis ſed Romana Curia parum curat de hoc, & quare.
181 Apoſtolos petere ſat eſt in termino Iuris, hoc eſt triginta dierum a Iudice dato
182 Appellans, qui non redit pro Apoſtoli in termino iuris, cenſetur renunciaſſe appellationi, nec poteſt quis excuſari, niſi conſtito de diligentiis factis.
183 Impedimentum non ſufficit, quando quis etiam eo ceſſante, fuit negligens.
184 Dato termino Iuris ſimpliciter non poteſt appellanti redire pro Apoſtolis, niſi in fine termini, ſed dato termino Iuris & interim &c poteſt redire quandocuaque.
185 Cauſa appellationis in termino Iuris commiſſa, non eſt neceſſe redire amplius pro Apoſtolis, dummodo fuerint aliquando ante petiti
186 Appellans in Curia, petitis Apoſtolis, poteſt Iudicem impetrare, etiam non expectata reſponſione de illis.
187 Ius defert appellationi à definitiva, & terminum ſtatuit, etiam reſponſione de Apoſtolis non expectatam.
188 In commiſſione ſolet apponi clauſula termino Iuris &c. non obſtante: ita quod pro Apoſtolis redire non teneatur, attento, quod à definitiva.
189 Clauſula, termino Iuris &c. ita ut pro Apoſtolis redire non teneatur, non eſt de neceſſitate quando Ius defert appellationi, ſed ad cautelam apponenda.
190 Sufficit quod commiſſio in termino Iuris perveniat ad Bancum Curſorum licet non ſit ad hoc Iudici præſentata.
191 Rota aliquando rotat.
192 Iudex tenetur Petenti de Apoſtolis reſpondere, aliàs poſſet puniri.
193 Iudice tacente, Appellans non tenetur amplius redire pro Apoſtolis, & quare.
194 Iudex non reſpondens de Apoſtolis amittit juriſdictionem, & nulliter ad ulteriora procedit.
195 Appellatione interpoſita ab Interlocutoria, & Apoſto-

lis

Digitized by Google

lis non petitis, Iudex ritè procedere poteſt ad ulteriora.

196 *Appellatione ab Interlocutoria interpoſita ſine ſcriptis, ſeu fruſtratoria exiſtente, Judex poteſt ad ulteriora procedere.*

197 *Judex datis refutatoriis poteſt ad ulteriora in cauſa procedere.*

198 *Appellatione à gravamine interpoſita Iudex à quo recuperat juriſdictionem amiſſam, ſi Appellans ſuccumbit, & Judex ad quem cauſam ad eum remittat.*

199 *Proceſſus factus à Judice à quo, pendente termino Juris an valeat, ſunt opiniones diverſæ.*

200 *Proceſſus factus à Judice à quo, pendente termino Juris eſt nullus, ſi fuit appellatum à definitiva.*

201 *Dilutione pendente Judicis officium conquieſcit.*

202 *Proceſſus factus à Judice à quo, poſtquàm Judex ad quem inhibuit, eſt nullus, etiam ſi fuit appellatum à gravamine, vel Interlocutoria.*

203 *Appellatione ipſo Jure nulla exiſtente, Proceſſus factus à Judice à quo, etiam termino Juris pendente, valet.*

204 *Proceſſus factus à Judice à quo pendente termino Juris, ſi Appellans, etiam ab Interlocutoria, deinde obtinuit, eſt nullus, ſecus ſi Appellans ſuccubuit.*

205 *Validitas Proceſſus facti à Judice à quo, pendente termino Juris, donec Appellans ab Interlocutoria obtineat, vel ſuccumbat, pendet à futuro eventu.*

206 *Ut Proceſſus factus à Judice à quo, pendente termino Juris, valeat, quando fuit appellatum ante definitivam, cautela eſt, ut citetur Appellans ad videndum ſibi reſponderi de Apoſtolis.*

207 *In Curia ab A.C. prout ab Auditore Rotæ, & quolibet Papæ delegato, appellatur ad Papam.*

208 *A Vicario Urbis, & ejus Locumtenentibus, & à Vicegerente appellatur ad Papam.*

209 *A Gubernatore Urbis, & ejus Locumtenentibus appellatur ad Papam, ſi non agitur de intereſſe Fiſci, alias ad Cameram.*

210 *Papa pro faciliori Supplicantium expeditione Signaturam Gratiæ, & Signaturam Juſtitiæ inſtituit, & utrique Cardinalem Præfectum, ac Prælatos Referendarios præfecit.*

211 *Papa olim in utraque Signatura manu propria reſcribebat, ſed poſtea à munere reſcribendi de Jure ſe revocavit, & vices ſuas Cardinali Præfecto Signaturæ Juſtitiæ conceſſit.*

212 *Reſcripta Cardinalis Præfecti Signaturæ Juſtitiæ habent eamdem virtutem, ac ſi eſſent à Papa manu propria exarata.*

213 *Cardinali Præfecto dicenti Placet D.N.PP. creditur, & factum ab eo cenſetur factum authoritate Papæ.*

214 *Cardinali Præfecto Signaturæ Juſtitiæ dicenti conceſſum in præſentia D.N PP. creditur, quando commiſſio eſt ſignata per conceſſum.*

215 *Rota non ſolet revocare in dubium poteſtatem Signaturæ Juſtitiæ, etiam ſi præceſſerit commiſſio manu Sanctiſſimi ſignata.*

216 *Signatura Gratiæ, & Signatura Juſtitiæ fuerunt diviſæ tempore Alexandri VI. nàm ante diverſimode procedebatur.*

217 *In cauſis parvæ ſummæ Signatura non reſcribit, ſed datur recurſus à Locumtenente Vicarii ad Viceſgerentem, & ab eo ad Vicarium.*

218 *In Curia Gubernatoris adeſt Judex recurſus, ad quem datur recurſus à Sententia Locumtenentis infra decem dies, & ab illo ad Gubernatorem.*

219 *A Camera, & illius Decano, & Clericis, in plena Camera tantum Collegialiter juriſdictionem habentibus, datur appellatio ad cameram.*

220 *Cauſa ſemel effecta Curialis numquàm committitur extra Curiam.*

221 *Cauſa ſemel Curialis effecta à ſolo Papa, non autem à Signatura, poteſt committi extra Curiam.*

222 *Cauſa effecta Curialis non deſinit eſſe Curialis, niſi ex magna, & urgenti cauſa, potius facti, quàm juris.*

223 *Cauſa ſemel Rotalis effecta nunquā deſinit eſſe Rotalis, ſed cauſa appellationis à Sententia Unius committitur alteri Auditori, qui diverſos Reſponſales habet.*

224 *Cauſa ſemel effecta Cameralis, nunquam deſinit eſſe Cameralis, ſed cauſa appellationis à Sententia unius committitur à Camera alteri Clerico.*

225 *A Cardinali Camerario, Theſaurario, Præſidibus, & Cameralibus quibuſcumq; appellatur ad Cameram.*

226 *A Judicibus Ripæ, & Ripettæ ad Præſidem Riparum, & à Dohanariis ad Præſidem Dohanarum, qui ſine voto Cameræ cauſam expediunt, datur appellatio.*

227 *A Judicibus Mareſcialli, & Soldani Urbis appellatur ad A.C. & ad Gubernatorem Urbis.*

228 *A Judice Fabricæ S. Petri ſemel ad Congregationem Fabricæ appellatur.*

229 *A Judice Burgi, & Judicibus Romanæ Curiæ (Vicario, Gubernatore, & Senatore exceptis) appellatur ad A.C.*

230 *A Cardinali Camerario, & Camera non appellatur ad A.C. & quare.*

231 *A Theſaurario, Præſidentibus, & aliis Cameralibus non appellatur ad A.C. & quare.*

232 *Appellans à Sententia lata ſeù Decreto facto à Theſaurario, vel ejus Miniſtris non auditur, niſi facto depoſito, quando agitur de debito Cameræ.*

233 *A Prætore Urbano, & Collateralibus appellatur ad Capitaneum appellationum.*

234 *A Capitaneo appellatur ad Senatorem, niſi ſit locus Statuto de duabus conformibus, quod locum habet in omnibus Curiis inter Cives, & Incolas.*

235 *A Senatore appellatur ad Capitaneum, ſed ſi Senator, vel Capitaneus ſit ille, qui altàs ſententiavit, cauſa deciditur de voto Conſultoris eligendi.*

236 *A Magiſtris Juſtitiariis, & omnibus Judicibus Capitolinis appellatur ad Capitaneum.*

237 *In caſu non appellabili in Curia Capitolina datur recurſus per viam querelæ ad Conſervatores Urbis.*

238 *A Conſulibus Agriculturæ datur tantum reviſio juxta diſpoſitionem Statuti.*

239 *A Conſulibus Aromatariorum appellatur ad Capitaneum, ac etiam ad Gubernatorem, & ad Decanum Cameræ.*

240 *A Magiſtris Viarum appellatur ad Præſidem Viarum.*

241 *A Magiſtris Viarum, & Camerario, ſimul ſententiam ferentibus, appellatur ad Cameram tantum.*

242 *A Conſervatoribus Urbis delegatis Papæ in cauſis eis commiſſis appellatur ad Papam.*

243 *A Vicariis Baſilicarum non datur appellatio, ſed recurſus primò ad Judicem ad id deputatum, deinde ad Eminentiſs. Archipresbiterum.*

244 *Læſus valde à Judicibus Baſilicarum poteſt adire Signaturam Sanctiſſimi.*

245 *A Judicibus Locorum piorum, Cardinalem Protectorem habentium, non datur appellatio, ſed recurſus, primò ad Judicem ad id deputatum, deinde ad Eminentiſs. Protectorem.*

246 *Gravatus a Protectore loci Pii, & ejus Judicibus poteſt adire Signaturam Sanctiſſimi.*

247 *Judex deferens appellationi, etiam in caſu non appellabili, non poteſt ad ulteriora in executione ſuæ Sententiæ procedere.*

248 *Judex deferens appellationi in cauſa non appellabili non facit eam appellabilē quoad præjudicium Partis.*

249 *Judex admittens Appellationem cum clauſula, ſi, & in quantum, in cauſa non appellabili, non facit eam appellabilem.*

250 *Clauſula, ſi, & in quantum operatur, quatenus de Jure, & non alias.*

251 *Judex dando Reverentiales in forma, in cauſa non appellabili non facit eam appellabilem.*

252 *A Iudicibus locorum Piorum, Cardinalem Protectorem non habentium, appellatur ad Papam, quo caſu poteſt adiri Signatura Iuſtitiæ, & quare.*

253 *In cauſis Cameralibus Signatura Juſtitiæ non reſcribit.*

254 *In cauſis Capitolinis Signatura Juſtitiæ non reſcribit, niſi ſuper reſtitutione in integrum ob lapſum Dilationum, vel Fatalium.*

255 *Signatura Sanctiſſimi ex cauſa reſcribit in omnibus cauſis, & quare.*

256 *A definitiva Sententia appellandum eſt in ſcriptis.*

257 *A definitiva incontinenti poteſt appellari ſine ſcriptis, viva voce.*

258 *Ab Interlocutoria, & gravamine non poteſt appellari,*

niſi

Digitized by Google

niſi in ſcriptis, tàm de Jure Canonico, quàm Civili.

259 *Ab Inteelocutoria, habente vim definitivæ, poteſt appellari, etiam incontinẽti viva voce, ſicut à definitiva.*

260 *Appellatio in ſcriptis quæ dicatur, & quæ ſint de illius eſſentia.*

261 *Nullitas quid, & unde dicatur.*

262 *Poteſt dici de nullitate uſque ad teiginta annos ultra.*

263 *Omnis actio peæſcribitne ſpatio tesginta annorum.*

264 *Quando agitur de periculo Animæ poteſt agi, & dici de nullitate in perpetuum.*

265 *Nullitas per modum exceptionis poteſt peoponi, etiam ultra triginta annos, & quare.*

266 *Actu ipſo Juee nullo exiſtente, poteſt dici de nullitate in perpetuum; niſi aliàs ſpacio triginta annorum ſolemnitas præſumatur.*

267 *De nullitate defectu Juriſdictionis, vel Mandati dici poteſt, uſque ad mille annos.*

268 *Poteſt dici de nullitate ultra trigiuta annos, Statuto, vel conſuetndine ſic diſponente.*

269 *Poteſt dici de nullitate principaliter, & incidenter.*

270 *Quot, & quibus modis poſſit dici de nullitate principaliter.*

271 *Quot, & quibus modis poſſit dici de nullitate incidcnter.*

272 *Inſtontia etiam nullitatis de Jure Civili eſt triennalis, de Jure verò Canonico perpetua.*

273 *Couſa nullitatis, per viam actionis in Judicio deducta, efficitur deſerta ſpacio triginta annorum.*

274 *Inſtantia nullitatis pee viam actionis, unà cum appellatione deducta, eſt eadem cũ inſtantia appellationis.*

275 *Nullitate, & iniuſtitia ſimul propoſitis; poteſt ſupeȓ utraque ſimul ad ulteriora procedi, niſi Pors inſtet prius cognoſci de nullitate.*

276 *Sententia notoriè iniuſta, & nulla non poteſt Parte opponente confirmari, aliàs proceſſus eſt nullus, non cognitos prius de nullitate.*

277 *Sententia nulla poteſt, Parte non opponente, confirmari, & ex tunc noa poteſt amplius dici nulla, ſi Sententia confirmons tranſivit in iudicatum.*

278 *Nullitas quomodo differt ab Iniuſtitio, & quot, & quibus modis Injuſtitia accipi poſſit.*

279 *Nullitos quot, & quibus modis accipi poſſit.*

280 *Sententia nulla dicitur etiam iniuſta.*

281 *Omne nullum dicitur iniuſtum.*

282 *Nullo eſt major iniuſtum.*

283 *Sicut poteſt appellari à Sententia notariè injuſta, ſic etiam à Sententia nulla.*

284 *Notoria iniuſtitia eeddit Sententiam nullom.*

285 *Sententia, quæ omnino caeet probationibue, & ſic non juſtificatur ex actis, eſt notoriè iniuſta, ex quo readitur etiam nulla.*

286 *Rota non admittit illam opinionem, & quod Judex poſſit moveri ad judicondum extea acta, & quare.*

287 *Injuſtitia adeo notoria, ut aliquo colore velari nõ poſſit, eeddit Sententiã nullam, ſecus ſi non ſit illa notoria.*

288 *Seatentia, quæ ex probationibns antiquis non iuſtificatur, ex novis non poteſt juſtificari, eſt nulla, ſecus ſi ſaltem poſſit juſtificari ex novis, & agatur de illa non exequenda, ſed ſuſtinenda.*

289 *Seutentia Excommunicotionis debet iuſtificari ex iiſdem actis.*

290 *Sententia lota in Salviono, ut intret Ægidiana, debet juſtificari ex eiſdem actis.*

291 *Si agatur de Sententiæ exeeutione, illa debet iuſtificari ex eiſdem actis.*

292 *Mandatum executivum, ut illius executioni locus ſit, debet iuſtificari ex eiſdem actis.*

293 *Ad effectum executionis non habet locum eegula, non deducta deducam, non peobata probabo, ſed Sententia notoriè iniuſta ex eiſdem remanet etiam nulla.*

294 *Sententia, quæ non iuſtificatur ex Actis, eſt notoriè injuſta, & etiom nulla, ſi expreſſè per modum cauſæ diſpoſitivę ſe refert ad Acta, aliàs ſecus.*

295 *Injuſtitio notoria æquiparatur nullitati, & diſpoſitum in una cenſetur diſpoſitum in altera.*

296 *Sententia iniuſta non eſt propriè nulla, & quare.*

297 *Sententia iniuſta eſt nulla minus propriè, & ſecundum quid, vel per comparationem.*

298 *Appellatio ab interlocutoria de Iure Civili non datur.*

299 *Appellatio ab Interlocutoria de Iure Canonico detur, ſed non ſuſpendit niſi Iudex ad quem inhibeat.*

300 *Appellotio de Iure Canonica hodie ab Inteslocutoria non datur.*

301 *Appellatio detur ab Interlocutoria inferente gravamen irreparabile per definitivam.*

302 *Gravamen ſufficit, quod ſit iereparabile pro parte, vel non poſſit reparari ſine magna difficultate, ab hoc ut ab Interlocutoria poſſit appellari.*

303 *Peonuncia de reſpondendo libello, vel non, de procedendo, vel non ſuper eo, non obſtantibus oppoſitis, ex adverſo, infert gravamen iteeparabile.*

304 *Pronuncia iniuſta de procedendo ad ulteeioea, ſivè reiiciat exceptionem dilatoeiom, ſivè peremptoriam, infert geavamen ireeporabile.*

305 *Peremptoria exceptio repellens à limine poteſt opponi, & probari etiam ante litem conteſtatam.*

306 *Omnis exceptio, quæ concludit Actori actionem non competeee ipſo Iure, de Iure communi impedit litis ingreſſum, & proſecutionem.*

307 *Quatuordecim alii caſus, in quibus Interlocutoria infert geavamen irreparabile.*

308 *Appellatio datue ab Interlocutoria vim definitivæ habente.*

309 *Caſus, viginti, & unus relati per modum exempli, in quibus Interlocutoria habet vim definitivæ.*

310 *Appellatio datur ab Interlocutoria tangente negocium principale, & eius ſubſtantiam, prout quod quis ſit Minoe, Prodigus, vel alias inhabilis.*

311 *Appellatio datur ab Interlocutoria inſceente difficultatem ciica deciſionem couſæ.*

312 *Appellatio datur ab Interlocutoria, quando exprimitur, & probatur juſta cauſa.*

313 *Appellatio ab interlocutoria debet inteeponi in ſcriptis, & exprimi in ea cauſa gravaminis, etiã de Iure Civili.*

314 *Cauſa in ſcriptis in Appellatione ab Interlocutoria non expreſſa decem diebus elapſis Sententia tranſit in judicatum.*

315 *Cauſa, licet in Libello, ſeu Cedula appellationis non ſit expreſſa, poteſt tamen exprimi quandocunque infra decem dies.*

316 *Decem requiruntur in appellatione ab Interlocutoria, & quæ.*

317 *Interlocutoria eſt, quæ non terminat negatium principale, ſed aliam Sententiam poſt ſe expectat.*

318 *Appellari poteſt ab Interlocutoria vim definitivæ habente abſque alia expreſſione cauſæ.*

319 *Interlocutoria, habens vim definitivæ, in omnibus definitivæ æquiparatur.*

320 *Inteelocutoeia dicitue habere vim definitivæ, quando terminat negocium, de quo agitur.*

321 *Appelari poteſt ab Interlocutoria abſque expreſſione cauſę quando cauſa geovaminis eſſet manifeſta, & conſiſteret in mero Jure, aut Juris præſumptione.*

322 *Appellari poteſt ab Interlocutoria, abſque expreſſione cauſæ, quando ex actorum, vel Sententiæ lectura cauſa apparet notoria.*

323 *Cauſa quare ſit in Appellatioae ab interlocutoria exprimenda, & nu. 324*

324 *Rotio generalis, ob quam cauſo eſt in Appellotione ab interlocutoria inſerenda.*

325 *Cauſa exprimenda in Appellatione interlocutoria, debet continere damnum irreparabile per definitivam.*

326 *Appellatio de Jure Canonico detur à quolibet gravamine ex cauſa eetionabili.*

327 *Cauſa eationabilis, ut detue Appellatio de Iure Canonico à quolibet gravomine, hodie debet eſſe gravamen irreparabile.*

328 *Reiectione exceptionis relevãtis, ob gravomen irreparabile, datur Appellatio, probata exceptionis veritate.*

329 *Etiam ſi reiectio ſit tacita, nàm poteſt appellari ob ulteriori proceſſu.*

330 *A reiectione probationum eelevontium, etiam tacita, ob geavamen ierepaeabile, datue Appellatio.*

331 *A denegatione prorogationis termini dati ad ſubiiciendum ſe examini, ratione gravaminis irreparabilis datue Appellatio.*

332 *Iudice in couſa obligationis Comeralis via ordinaria*

pro-

Digitized by Google

procedente, eſt incontinenti appellandum ab ulteriori proceſſu, ob gravamen irreparabile.

333 *Appellatio à gravamine eiſdem modis regulatur, quibus appellatio ab Interlocutoria inferente gravamen, quod debet eſſe irreparabile utroque caſu.*

334 *Appellans à gravamine, & aliis quibuſcunque gravaminibus non auditur, nec Signatura reſcribit, niſi ſuper gravamine ſpecificato.*

335 *Appellatio à Sententia, ſeu Decretò de quo non conſtat, non datur, nec valet.*

336 *Appellari poteſt à termino habito pro ſervato cum clauſula quatenus contra, de Stylo Rotæ, & Curiæ, & quare.*

337 *Terminus pro ſervato coram Ordinariis, & Delegatis eorum & ad univerſitatem cauſarum, durat decem diebus; ideo utilis eſt cautela appellare ab eo coram eis, & quare, & nu. 338.*

338 *Sententia fingitur lata die termini habiti pro ſervato, & ſub illa die reponitur.*

339 *Terminus pro ſervato in Rota durat quindecim, & in ultima audientia triginta diebus, & coram aliis delegatis Papæ ultra annum, ideo neceſſe eſt ab eo appellare coram illis infra decem dies, & quare.*

340 *Quicunque Iudices, etiam delegati, in Curia tenetur declarare terminos habitos pro ſervatis infra decem dies, exceptis Auditoribus Rotæ, quia ad id tenentur infra quindecim, & in ultima Audientia infra triginta dies.*

341 *In Curia ſat eſt, quod Judex Appellanti à termino pro ſervato ad terminum Juris, ut poſſit deinde ſubſcripta Sententia congruis Apoſtolis reſpondere.*

342 *Citatus perſonaliter debet appellare infra decem dies à die termini pro ſervato, ſed non ita citatus, poteſt appellare à die notitiæ, niſi doloſe latitet, vel id non præmittat, vel poſt primam citationem perſonalem recedat.*

343 *Appellatio in parte, & partibus non devolvit cauſam niſi quoad partes contrarias, ſi Sententia eſt lata per capita ſeparata.*

344 *Sententia unicum caput, vel plura connexa habente clauſula in parte & partibus, vel quatenus contra in appellatione nihil operatur.*

345 *De clauſula, itaut pro Apoſtolis redire non teneantur, remiſſivè.*

346 *A re ectione Appellationis eſt iterum appellandum, & quare*

347 *De Præfecto Signaturæ Iuſtitiæ remiſſivè.*

348 *Nullitates ex tribus ſunt inſanabiles, & quæ.*

349 *Rota non attendit nullitates, niſi ſint ex tribus.*

350 *Signatura Iuſtitiæ non ſanat nullitates ex tribus, & quare.*

351 *Signatura, licèt non ſanet nullitates ex tribus, ex cauſa tamen relaxat rigorem Juris, reſcribendo cum clauſula,* Arbitrio.

352 *Nullitates ex tribus per clauſulam, Arbitrio, non ſanantur.*

353 *Nullitates ex tribus claræ non ſanantur per clauſulam, Arbitrio, ſecus ſi ſunt turbidæ, vel non totales.*

354 *Defectus Citationis ſanatur per comparitionem Citati, vel ejus Procuratoris, & quare.*

355 *Defectus juriſdictionis ſanatur per prorogationem illius de conſenſu Partium, etiam tacito ſi incompetentiam non ignorant.*

356 *Iuriſdictio, quæ non eſt, prorogari non poteſt, ſicut nec id, quod non eſt.*

357 *Non entium nullæ ſunt partes.*

358 *Defectus mandati ſanatur conjecturis: maximè ſi quis enunciatur Procurator, cum relatione ad Notarium rogatum, de mandato, & diem certam.*

359 *Mandatum præſumitur ex ſolutione facta Procuratorio nomine, & quare.*

360 *Mandatum præſumitur eo magis ex pluralitate ſolutionum cum diuturnitate temporis, & ſumma notabili.*

361 *Mandatum præſumitur ex productione Iurium, niſi ſimus in perſona domeſtica, quæ præſumitur Jura ſurripuiſſe.*

362 *Mandatum ex ſcientia, & patientia, & multo magis ex præſentia Principalis, præſumitur non obſtante revocatione, & proteſtatione, Neminem audiri.*

363 *Mandatum ex impenſa ſaltem unius ducati, præſumitur niſi ſimus in eo, qui habet intereſſe, vel poteſt conſequi commodum ex illo actu.*

364 *Mandati defectus aliquando ſanatur per ratihabitionem.*

365 *Nullitates, quæ non ſunt ex tribus, de facili in Curia ſanantur per viam reſcriptorum*

366 *Nullitates, quæ non ſunt ex tribus, fuerunt ſublatæ à reformatione Pii IV ideo ad illas ex tribus reſtringitur commiſſio.*

367 *Cauſæ valoris quingentorum Florenorum ſunt Rotales & in Rota committendæ.*

368 *Cauſa infra valorem quingentorum in Rota forsè commiſſa proceditur in ea ſummariè, prout in Beneficialibus.*

369 *Cauſa valoris ducatorum quingentorum eſt Rotalis.*

370 *Sufficit, ut cauſa ſit Rotalis vel quod aſcendat ad valorem ſcutorum quingentorum, vel auri, vel monetæ.*

371 *Cauſæ prophanæ ultra montes non ſunt in Rota committendæ, niſi aſcendant ad valorem mille aureorum).*

372 *Cauſæ quæ reſpectu valoris non ſunt Rotales, committuntur Prælato extra Rotam, dummodo excedatur valorem ducatorum ſexdecim de Camera.*

373 *Signatura in cauſis valorem ducatorum ſexdecim de Camera non excedentibus, non reſcribit.*

374 *Valor ducati non eſt ſemper idem.*

375 *Cauſa Beneficialis non debet committi in Rota niſi fructus Beneficii excedant annuum valorem ducatorum 24. auri de Camera.*

376 *Cauſa Beneficialis non committitur in Curia Prælato extra Rotam, niſi fructus Beneficii aſcendant ad annuum valorem ducatorum decem auri de Camera.*

377 *Cauſa Beneficialis, quando fructus Beneficii non aſcendunt ad annuum valorem decem ducatorum auri de Camera, remittitur ad partes, licet, Parte non opponente poſſit committi Prælato in Curia extra Rotam.*

378 *Clauſula,* quam, & quas, *in commiſſione Appellationis operatur, ut Judex poſſit pronunciare, prout in prima.*

379 *Clauſula, quam, & quas, in commiſſione Appellationis effectu communi, operatur, ut quælibet Pars poſſit procedere, prout in prima inſtantia.*

380 *Etiam non producta Appellatione, vel non conſtito de ea, vel de Sententia, à qua fuit appellatum, præſertim ſi adſit etiam clauſula cum toto negotio principali.*

381 *Clauſula quam, & quas, non operatur non tranſportatis actis prioris inſtantiæ.*

382 *Tranſportatio actorum non eſt neceſſaria, quando inchoatur judicium omninò novum, & cauſa non introducitur per viam Appellationis.*

383 *Tranſportatio integra actorum eſt neceſſaria in cauſis Eccleſiaſticis, ſecus in prophanis.*

384 *Clauſula, quam, & quas, operatur, ut ex tranſitum de una via ad aliam non intret refectio expenſarum.*

385 *Clauſula, quam, & quas, operatur, ut poſſit ferri Sententia, etiam ſuper cauſa probata, licèt non expreſſa.*

386 *Et quod cenſeatur omne Jus competens in judicium deductum.*

387 *Et quod omnis cauſa, ad ſpeciem poſtea deducta, in commiſſione contineatur.*

388 *Clauſula quam, & quas, non operatur, à ſcitata Parte ad deſcendum contra commiſſionem, obſervatis terminis ſubſtantialibus, & intentione Agentis ad ſpeciem deducta.*

389 *Clauſula, quàm, & quas comprehendit ſub ſe cauſam Appellationis, attamen negocium principale, & tàm petitorium quàm poſſeſſorium.*

390 *Clauſula,* cum incidentibus, *operatur, ut lis cenſeatur introducta, tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio.*

391 *Clauſula, quàm, & quas, comprehendit cauſam iactationum ex remedio l.* diffamari.

392 *Et cauſas etiam movendas, & futuras circa idem negocium, itaut Impetrans poſſit quandocunque ſpecificare, quas vult.*

393 *Clauſula, quam, & quas, comprehendit Appellationem à Sententia nondum lata, ſi fuit poſtea ab ea lata appellatum infra decem.*

394 *Non tamen operatur circa rem diverſam.*

395 *Clauſula, quam, & quas operatur, ut Iudex, deſerta Appellatione. poſſit procedere, ut in prima, & eo magis ſi adeſt etiam clauſula,* cum toto negocio principali.

396 *Clauſula, quam, & quas operatur, ut deſerta Appellatione ab Interlocutoria, vel definitiva ſuperincidente, poſſit Judex procedere in negocio principali, prout in prima,*

Digitized by Google

ma, ſecus deſerta Appellatione à definitiva lite ſuper negocio principali, & quare.
397 Clauſula, quam, & quas, ſi in commiſſione adeſt, etiam clauſula, de, & ſuper præmiſſis, ſiat reſtrictive.
398 Clauſula, quam, & quas, non reſtringitur, quando additur clauſula occaſione præmiſſorum, vel rebuſque aliis &c.
399 Clauſula, quam, & quas, ſi addatur in commiſſione, rebuſque aliis in Actis deducendis, non extenditur ultra expreſſa in commiſſione, & poſtea in Actis deducta.
400 Clauſula, quam, & quas non mutat naturam judicii cœpti, nec facit de Reo Actorem.
401 Reus, qui deſerta Appellatione, vult uti clauſula quam, & quas, in alia lite, licet connexa cum prima, in ſecunda erit Actor.
402 Rota in quibus diebus fiat.
403 Rota Martiniana quando fiat, & unde dicatur.
404 Rota Corduben quando fiat, & unde dicatur.
405 In Rota, & coram Prælatis extra eam in cauſis commiſſariis non obſervantur termini, niſi die Lunæ, Mercurii, & Veneris.
406 Clauſula, cum facultate citandi, inhibendi, ſingulis diebus, & horis, in commiſſione quid operetur.
407 Facultas citandi ſingulis diebus, & horis ſolet concedi Prælatis extra Rotam, non Auditoribus Rotæ, & quare.
408 Dies feriati in honorem Dei, vel Sanctorum, & creationis & coronationis Summi Pontificis habetur pro exceptuatis in clauſula, cum facultate citandi ſingulis diebus, & horis.
409 Summus Pontifex Romanus vices Dei gerit in terris, appellatur Sanctiſſimus, nec maior eſt in terris Sanctitate ſua.
410 Facultas procedendi ſingulis diebus, & horis non derogat Feriis generalibus, niſi de illis fiat mentio ſpecialis, nec illis derogatur, niſi in cauſis extra Rotam.
411 Derogari Feriis generalibus, quando ſoleat in cauſis commiſſis Prælatis extra Rotam.
412 Clauſula, itaut pro Apoſtolis redire non tenetur, non operatur, quòd cauſa Appellationis non commiſſa infra triginta dies, & Sententia non tranſeat in judicatum.
413 Reſtitutio in integrum quid ſit.
414 Reſtitutio in integrum alia eſt Gratiæ, & alia Iuſtitiæ, & quæ ſit Gratiæ, & quæ Iuſtitiam concernat.
415 A conceſſione reſtitutionis in integrum gratioſa non datur Appellatio, & quare.
416 Reſtitutio in integrum, prout de Jure, conceditur, à quolibet Iudice ordinario, & ab eius conceſſione datur Appellatio.
417 A.C. & alii Iudices Curiæ ad evitandos circuitus, non pronunciant ſuper reſtitutione in integrum, ſed in meritis ad favorem illam Petentis, ſi ei de Jure competit, quo caſu reſtitutio habetur pro conceſſa
418 Iudices Curiæ, dum vident reſtitutionem petitam non competere, moderantur Inhibitionem emanatam, vel procedunt ad executionem rei judicatæ, quo caſu illa dicitur denegata
419 Reſtitutio in integrum ad appellandum debet apertis verbis concedi, ſi eſt concedenda, antequàm in negocio principali pronuncietur.
420 Reſtitutio in integrum poteſt peti principaliter, & incidenter.
421 Reſtitutio in integrum principaliter petita requirit libellum, & ſolemnitates judicii ordinarii, ſecus petita incidenter.
422 Reſtitutio in integrum principaliter non poteſt peti, niſi coram Iudice ordinario competente, vel Delegato à Principe, vel ad univerſitatem cauſarum.
423 Signatura Iuſtitiæ paſſim committit cauſa reſtitutionis in integrum, prout de Jure.
424 Reſtitutio in integrum incidenter poteſt peti, coram quibuſvis Iudicibus, ſive ordinariis, ſive delegatis.
425 Reſtitutio in integrum dicitur ſignanter petita incidenter, quando petitur per viam exceptionis, vel replicationis.
426 Petitio reſtitutionis in integrum requirit Mandatum ſpeciale.
427 Ad petendam reſtitutionem in integrum incidenter non requiritur Mandatum ſpeciale.
428 Procurator non poteſt etiam incidenter ſine ſpeciali Mandato petere reſtitutionem in integrum adverſus Interlocutoriam ſuper incidenti latam, & per lapſum decendii in judicatum tranſactum.
429 Clauſula, & omnia alia faciendum, etiam ſi talia forent, quæ Mandatum exigerent magis ſpeciale, comprœhendit ſub ſe Mandatum ſpeciale, etiam in caſibus in Mandato non expreſſis.
430 Tutor, & ſimiles habentes adminiſtrationem à lege, poſſunt petere reſtitutionem in integrum, abſque Mandato ſpeciali.
431 Pater, legitimus adminiſtrator, poteſt petere pro Filio reſtitutionem in integrum abſque Mandato ſpeciali, ſecus eſt in aliis Conjunctis.
432 Reſtitutio in integrum datur Minoribus viginti quinque annis.
433 Reſtitutio in integrum datur Eccleſiis, locis piis, Univerſitati, & Fiſco ex edicto Minorum.
434 Reſtitutio datur Furioſis, Prodigis, & aliis miſerabilibus Perſonis ex eodem edicto Minorum.
435 Decrepiti, connumerantur inter Perſonas miſerabiles & ob id competit eis reſtitutio in integrum.
436 Majoribus datur reſtitutio in integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi juſta cauſa.
437 Ruſtico, qui non potuit conſulere Peritiores, datur reſtitutio in integrum
438 Militibus, in expeditione conſtitutis, datur reſtitutio in integrum.
439 Mulieribus faciliùs, & in Curia Eccleſiaſtica, & ubi agitur de Dote Viduis egenis datur reſtitutio in integrum.
440 Pauperibus, & Egenis datur reſtitutio in integrum, & quomodo hoc caſu reſcribat Signatura.
441 Cohæredi Minoris in re individua datur reſtitutio in integrum, ſecus in re dividua.
442 Reſtitutio in integrum non datur ſine iuſta cauſa.
443 Minor ætas, & æquipollentia, ut impedimenta mentis, vel corporis, favor publicus, & Privilegium, ſunt iuſtæ cauſæ reſtitutionis in integrum.
444 Cauſa quæ comprehenditur ſub clauſula generali, ſi qua mihi &c. eſt iuſta cauſa reſtitutionis in integrum.
445 Paupertas eſt iuſta cauſa reſtitutionis in integrum.
446 Abſentia eſt iuſta cauſa reſtitutionis in integrum.
447 Ignorantia eſt juſta cauſa reſtitutionis in integrum.
448 Bonum Jus in negocio principali, de quo conſtat ſaltem ſummariè, eſt juſta cauſa reſtitutionis in integrum.
449 Iniuſtitia Sententiæ etiam non notoria, eſt juſta cauſa reſtitutionis in integrum.
450 Ad commiſſionem cauſæ reſtitutionis in integrum ſufficit ſemiplena, ſed, ad victoriam totalem reportandum, eſt neceſſaria plena probatio.
451 Nullitas Sententiæ eſt iuſta cauſa reſtitutionis in integrum.
452 Nulla eſt major iniuſtitia, quam nullitas.
453 Læſio ſaltem enormis eſt juſta cauſa, & fundamentum reſtitutionis in integrum.
454 Sine læſione non datur reſtitutio in integrum etiam Perſonis privilegiatis.
455 Minor, licèt non reſtituatur Adverſus Sententiam, & omiſſa in declinatoriis, & dilatoriis non probata læſione; tamen reſtituitur in peremptoriis exceptionibus ex ſolo lapſu temporis, vel negligentia.
456 Reſtitutio in integrum; quæ datur Minori, & Æquiparatis, differt ab ea quæ datur Maiori ex clauſula generali, ſi qua mihi, &c. & in quibus.
457 Læſio enormiſſima eſt juſta cauſa reſtitutionis in integrum contra tranſactionem.
458 Reſtitutio in integrum debet peti, & terminari infra quadriennium.
459 Quadriennium incipit currere à die læſionis.
460 Quadriennium incipit currere à die ultimæ Sententiæ, quæ lædit.
461 Quadriennium currit à lapſu decem dierum ad appellandum.
462 Quadriennium currit à lapſu decem dierum poſt datos reverentiales in forma, aliàs illis non datis, à lapſu anni, vel biennii dati ad proſequendum appellationem.
463 Minori currit quadriennium à die quo factus eſt major.
464 Iuſto impedimento ſeù cauſa rationabili exiſtente datur reſtitutio in integrum, etiam poſt quadriennium.
465 Lapſus quadriennii non obſtat, Sententia notoriè injuſta exiſtente ex eiſdem Actis.

466 Con-

Digitized by Google

466 *Conſtito de læſione enormiſſima datur reſtitutio in integrum, etiam quadriennio elapſo.*

467 *Læſio enormiſſima conſideratur habita ratione totius patrimonii ſubſtantiæ, non rei, de qua agitur, & quomodo hoc procedat.*

468 *Si non agitur de recuperando ablato, ſed de acquirendare denegata per rem judicatam, datur reſtitutio in integrum, probata læſione enormiſſima, lapſo quadriennio, habita ratione rei denegatæ, & quare.*

469 *Quadriennii lapſus de Stylo Rotæ, & Curiæ non attenditur, docto de læſione enormiſſima.*

470 *Princeps, conſtito de bono Jure, poteſt concedere reſtitutionem in integrum, non obſtante lapſu quadriennii.*

471 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali ob juſtam cauſã datur, non obſtante lapſu quadriennii, & quare.*

472 *Conſtito de bono Jure, lapſus quadriennii de Stylo Curiæ non attenditur.*

473 *Reſtitutio in integrum principaliter petita non impedit executionem factam, ſeu cœptam.*

474 *Limita ut non procedat, quando res adhuc manet ſub controverſia, & Sententia fuit lata cum præſuppoſito, quod, ex aliis probationibus factis in contrarium, non videtur ſubſiſtere.*

475 *Executio de Stylo Rotæ non retardatur per petitionem reſtitutionis in integrum, ſi fuit præventum in petitione executionis.*

476 *Executio de ſtylo Rotæ dicitur cœpta per relaxationem Mandati, ac per decretas, & relaxatas executoriales,*

477 *Executio in Rota dicitur cœpta ex relaxatione mandati, aut executorialium poſt Sententiam, ſecus ex relaxatione Mandati in ipſa Sententia, & quare.*

478 *Executoriales in Rota trahunt ſecum executionem excommunicationis, & non requirunt executionem facti, ſicut mandata aliorum Tribunalium.*

479 *In Tribunalibus extra Rotam non dicitur præventum in executione ex ſola relaxatione, aut expeditione Mandati, aut petitione executionis.*

480 *In Tribunalibus extra Rotam reſtitutio in integrum ſuſpendit executionem niſi ſit præventum in executione reali, captis pignoribus.*

481 *Et quid in hoc obſervatur in Curia Capitolina, attenta diſpoſitione Statuti Vrbis.*

482 *Et quid in aliis Tribunalibus, ſi Pars extorſiſſet commiſſionem, non facta mentione de executione cœpta, & emanaſſet Inhibitio.*

483 *Reſtitutio in integrum non retardat executionem obligationis Cameralis.*

484 *Executio decreti facti in Judicio executivo per reſtitutionem in integrum non retardatur.*

485 *Exceptio reſtitutionis in integrum clara, & probata retardat executionem obligationis Cameralis, ſecus ſi ſit turbida, & requirat indaginem.*

486 *Exceptio clara, & probata in omni Judicio impedit executionem.*

487 *Judicio reſtitutionis in integrum pendente, datur manutentio antiquiori Poſſeſſori in qualibet inſtantia; præſertim re judicata turbida, vel notoriè injuſta detecta.*

488 *Signatura Juſtitiæ in prophanis committit cauſam reſtitutionis in integrum, prout de Jure, ſed in Beneficialibus reſtituit cum clauſula,* parito judicato.

489 *In reſtitutionis in integrum materia ad quos recurrendum.*

490 *Appellati à Decreto juſto, & valido in cauſis obligationis Cameralis, poſſeſſionis, penſionis, litterarum Cambii, Apoſtolicarum, & ſimilium Signatura reſcribit clauſula,* ſine præjuditio.

491 *Clauſula ſine præjudicio operatur, ut cauſa Appellationis cenſeatur commiſſa ad effectum tantum devolutivum, non ſuſpenſivum.*

492 *Clauſula ſine præjudicio præſervat juriſdictionem Judicis à quo, ut poſſit procedere ad ulteriora in executione.*

493 *Clauſula ſine præjudicio non impedit, quin Judex appellationis via ordinaria procedendo revocet injuſtè geſta per Judicem à quo, & quare.*

494 *Validitate, & juſtitia decreti turbida exiſtente quomodo Signatura reſcribat.*

495 *Clauſula,* ſi quid exequendum, *retardat executionem donec de juſtitia decreti cognoſcatur.*

496 *Clauſula, ſi quid exequendum, aufert juriſdictionem Judici à quo, & illam tribuit Judici ad quem.*

497 *Clauſula, ſi quid exequendum, operatur, ut Decretum debeat juſtificari non ex noviter deductis, ſed ex eiſdem actis.*

498 *Si Reus aliquid de novo deducit coram Judice appellationis, licet etiam Actori nova iura deducere contra ea, quæ de novo à Reo excipiuntur, non obſtante clauſula,* ſi quid exequendum.

499 *Volens executionem, à clauſula,* ſi quid exequendum, *præſervatam, impedire, poteſt etiam ex noviter deductis ſuam intentionem fundare.*

500 *Clauſula,* ſi quid exequendum, *præſervat viam executivam, quatenus executioni locus ſit, conſtito de Juſtitia mandati.*

501 *Decretum ad effectum executionis debet juſtificari ex eiſdem actis, ſed ad effectum confirmationis poteſt juſtificari etiam ex noviter deductis.*

502 *Clauſula,* ad legitimam, *aufert juriſdictionem Judici à quo, & illam tribuit Judici ad quem, ut ipſe exequatur, prout de Jure, quatenus ex eiſdem actis executioni locus ſit.*

503 *Clauſula,* ad legitimam, *Iudici directa, mandat Iudici, ut procedat in executione juxta diſpoſitionem Juris.*

504 *Legitimum eſt illud, quod eſt ſecundum diſpoſitionem Legum, & Canonum.*

505 *Clauſula,* ſi quid exequendum *operatur, ut Judex debeat plenè guſtare de bono Jure, & ſi videt Decretum juſtum, & validum executionem permittere, aliàs illud revocare.*

506 *Clauſula,* ad legitimam, *operatur, ut Judex guſtet aliqualiter de bono Jure, ut valeat Decreti executionem permittere, quod ſi videt illud nullum, vel injuſtum, nec debeat permittere executionem, nec ad ulteriora in meritis procedere, niſi alia juriſdictio ei tribuatur.*

507 *Verba Reſcripti tantum valent, quantum ſonant, & ſunt ſtrictiſſimè intelligenda.*

508 *In Reſcriptis omiſſum dicitur neglectum, & narrata, & petita reſtringuntur per conceſſionem, & Signaturam.*

509 *Signatura, ſeu Reſcriptum ipſiuſmet Papæ potius, quam Regentis Cancellariæ attendi debet.*

510 *Signatura Juſtitiæ Papam repræſentat, & ejus nomine reſcribit, & quomodo.*

511 *Signatura Juſtitiæ reſcriptum debet intelligi, prout de Jure.*

512 *Regens Cancellariæ quomodo reſcribat.*

513 *Si Regens Cancellariæ aliquid omittit in extenſione Reſcripti, debet attendi Signatura Cardinalis Præfecti, quæ cenſetur Signatura Papæ.*

514 *Omnia in commiſſione non deleta, & addito in extenſione verbo, ut petitur, omnia petita, non deleta, cenſentur conceſſa.*

515 *Si Regens Cancellariæ in extenſione declarat Reſcriptum Signaturæ, debet attendi Signatura Regentis, & quare.*

516 *Decreto nullo, & injuſto exiſtente, Signatura ſolet committere cauſam appellationis ſimpliciter ad utrumque effectum.*

517 *Commiſſio Judici præſentata non efficitur communis utrique parti, niſi Adverſario citato ad dicendum contra illam.*

518 *Si facti ſunt plures actus, ex quibus patet Impetrantem uſum fuiſſe commiſſione impetrata, illa efficitur communis, abſque alia citatione ad dicendum contra.*

519 *Antequam commiſſio efficiatur communis Impetrans poteſt pœnitere, ea non uti.*

520 *Adverſarius non poteſt, invito Impetrante, uti commiſſione adhuc non effecta communi.*

521 *Si Impetrans uſus eſt commiſſione, vel citavit ad dicendum contra illam: Adverſarius ea uti poteſt ipſo invito, & illius virtute procedere ad ulteriora.*

522 *Citatio ad dicendum contra commiſſionem eſt neceſſaria ad firmandam juriſdictionem Judicis.*

523 *Si utraque Pars uſa eſt commiſſione excitatoria juriſdictionis, non eſt neceſſaria citatio ad dicendum contra illam.*

524 Commiſſa in Rota cauſa appellationis à declaratoria A.C. ſi commiſſio fuit reformata, & reſcriptam A.C. ut procederet ad ulteriorem executionem, poteſt A.C. procedere, etiamſi coram Auditore Rotæ cui commiſſio reformatoria eſt præſentata, non fuerit citata Pars ad dicendum contra illam.

525 Sufficit quod terminus, ad dicendum contra commiſſionem, fuerit ſervatus in terminis ſubſtantialibus, ut Sententia ſuſtineatur, & quando hoc procedat.

526 In Citatione, ad dicendum contra, debet inſeri tenor commiſſionis, & quare.

527 Tenor commiſſionis non eſt neceſſario inſerendus in citatione, ſi Citatus comparuit, & quare.

528 Si Pars eſt præſens, vel parum diſtans, arbitrio judicis, non eſt de neceſſitate inſerendus tenor commiſſionis in citatione ad dicendum contra.

529 Si Citatus poteſt de facili habere notitiam commiſſionis, vel in eo eſt notitia conjecturata, non eſt neceſſe in Citationi, ad dicendum contra inſerere commiſſionis tenorem.

530 Stylus Romanæ Curiæ inſerendi tenorem commiſſionis in citationibus exequendis extra Curiam, non autem in Curia, eſt validus.

531 Citatio ad dicendum contra Commiſſionem inducit præventionem.

532 præſentatis diverſis commiſſionibus diverſis Rotæ Auditoribus ſuper eadem cauſa, ille remanet Iudex, cui fuit primo loco præſentata commiſſio.

533 Citationes in cauſis Commiſſariis debent eſſe perſonales, & ſignanter de Stylo Rotæ.

534 Si Citandus latitat, vel non reperitur ejus Perſona, factis diligentiis, proceditur per affixionem, & domi dimiſſa copia.

535 Nuncius debet domi relinquere, vel affigere, vel publicare coram Servis & Vicinis citationem, nam ad notitiam Latitantis tunc pervenire præſumitur, ſecus quando eſt abſens.

536 Curſor referens ſe feciſſe citationem, cenſetur feciſſe perſonaliter, licet non exprimat, de ſtylo Curiæ.

537 Citatio ad hodie per totam debet eſſe perſonalis, aliàs non valet.

538 Citatio ad hodie per totam intelligitur pro hora Audientiæ.

539 Procurator, vel impetrans tenetur adnotare nomen, & cognomen à tergo commiſſionis in forma ſignandi, & quare.

540 Commiſſia ſignatur à Cardinali Signaturæ præfecto, & Cancellariæ Regente, & adnotatur in libris à primo, & ſecundo Reviſore, & quomodo.

541 Libri primi, & ſecundi Reviſoris non probant.

542 Magiſter Curſorum apponit manum à tergo commiſſionis, & adnotat in ejus libro, quando eam recipit, & facit punctam in margine adnotationis, quando eam in Capſa reponit.

543 Liber Magiſtri Curſorum de per ſe non probat, & quare.

544 Ad deſertionem cauſæ evitandam non ſufficit, quod commiſſia pervenerit ad Banchum Curſorum infra legitima tempora, licet non ſit repoſita in Capſa, & Judici præſentata.

545 Decem dies dantur ad inchoandum, non ad finiendam proſecutionem cauſæ appellationis.

546 Sufficit quod commiſſia reſtitutionis in integrum, ut dicatur præventum in illa petenda, & evitetur executio eminde petita, pervenerit ad Banchum Curſorum.

547 Adverſarius eſt citandus, ad dicendum contra commiſſionem infra terminum Juris, annum, aliàs appellatio remanet deſerta.

548 Fatale appellationis eſt annus, & ex cauſa biennium, niſi Judex à quo ex cauſa illum breviaverit.

549 Fatale appellationis per viam reſtitutionis in integrum ex clauſula generali, eſt triennium.

550 Primus, & ſecundus annus dantur à lege, & tertius à Iudice

551 Fatale in Curia eſt biennium indiſtinctè, & quare.

552 Fatale, ut ſit biennium in Curia, neceſſe eſt, ut in primo anno citetur Pars ad dicendum contra commiſſionem, & procedatur ad Inhibitionem.

553 Primum fatale in Curia currit à die interpoſitæ appellationis.

554 Appellatione interpoſita in partibus ad Curiam, fatalia non currunt, niſi à die, qua veriſimiliter potuit cauſa appellationis committi.

555 Appellanti in partibus ad Curiam ſufficit arrepto itinere in termino præfixo ad proſequendum, aliàs termino non præfixo ei, à Lege datur annus, & ex cauſa biennium ad cauſam committendam.

556 Fatalia non currunt pendente termino ad appellandum, & quare.

557 Fatalia non currunt pendente judicio ſuper attentatis, niſi Appellans ſuccubuerit.

558 Fatalia non currunt introducta cauſa in Conſiſtorio Principis.

559 Fatalia non currunt, recurſu de Jure competenti diligenter habito ad Signaturam, Parte citata.

560 Fatalia non currunt pendente termino Remiſſoriarū.

561 Fatalia non currunt, ſi Remiſſoria decreta ab Appellante non fuit expedita, ſecus ſi illa non fuit expedita ab Appellato.

562 Fatalia currunt tempore Sede vacantis, quia tunc Jus non redditur.

563 Fatalia non currunt Impedito facto Partis, vel mixtim.

564 Fatalia non currunt Impedito facto Principis.

565 Fatalia non currunt tempore nullitatis durante.

566 Fatalia non currunt in petitorio, lite pendente ſuper poſſeſſorio.

567 Fatalia non currunt in Curia Capitolina, Conſultore electo, niſi à die acceptationis illius, & Intimationis factæ Parti.

568 Fatalia non currunt Mediolani pendente cauſa in Senatu.

569 A.C. poteſt revocare Decreta etiam definitiva, etiam quoad partem in judicatum tranſacta.

570 Decreta definitiva tranſeunt in judicatum quoad Partem, non quoad Iudicem.

571 Quid agendum quando Judex reponit in executivis, & non executivis remiſſivè.

572 Omnes Iudices Romanæ Curiæ, tam ordinarii, quam delegati ſolent de ſtylo Curiæ reponere ab eorum decretis.

573 In Curia ſemel, & pluries poteſt per viam repoſitionis procedi, & quare.

574 Iudices Curiæ ſolent facere decreta ſub conditione, niſi, audita parte denuò audiendi.

575 Appellatione interpoſita ſolent Iudices Curiæ reponere de ſtylo cum ſola intimatione.

576 Auditor Rotæ, cui commiſſa fuit cauſa appellationis cum facultatibus A.C. licet poſſit procedere executivè, non tamen poteſt reponere, & quare.

577 Judex qui pronunciavit per Cedulam, non poteſt reponere, cum ſit functus officio ſuo.

578 Judex à quo non poteſt reponere, poſt quàm Judex ad quem inhibuit.

579 Judex à quo non poteſt reponere commiſſa cauſa appellationis à Signatura, etiamſi ſit commiſſa cum clauſula ſine præjudicio, & quare.

580 Judex à quo, poſtquam detulit appellationi, non poteſt reponere niſi de Partium conſenſu, vel de conſenſu appellantis, re integra.

581 Ordinarius, qui nulliter ſententiavit poteſt de nullitate ſuæ Sententiæ cognoſcendo, iterum ſententiare.

582 Judex delegatus non poteſt ſuam Sententiam nullam revocare, nec iterum ſententiare, quia eſt functus officio ſuo.

583 Delegatus ad univerſitatem cauſarum æquiparatur Ordinario, & ideo poteſt ſuam Sententiam nullam revocare, & ideo poteſt ſuam Sententiare.

584 Executor, ad tradendam poſſeſſionem, poteſt de nullitate ſuæ Sententiæ cognoſcere, & iterum ſententiare.

585 Delegatus, qui ſententiavit contra formam Reſcripti, non eſt ad huc functus officio ſuo, & ob id poteſt iterum ſententiare.

586 Executor ad providendum de Beneficio, qui nulliter ſententiavit, poteſt iterum ſententiare.

587 Dele-

587 *Delegatus, qui non ſententiavit ſuper toto, ſi nulliter proceſſit, poteſt iterum ſententiare, & quare.*

588 *Judex delegatus in Beneficialibus poteſt pronunciare, Beneficium fore debitum, ſed non de eo providere.*

589 *Auditor Rotę, cui commiſſa eſt cauſa Beneficialis, poteſt etiam conferre, & de Beneficio providere, abſque nova commiſſione.*

590 *Appellans, ſi agitur de executione ob deſertionem, debet citari ad docendum de proſecutione, & dicendum cauſam, quare non ſit facienda executio.*

591 *De ſtylo Curiæ ſervantur quatuor termini ad docendum de appellatione, & ejus legitima proſecutione.*

592 *Si executio ob deſertionem facienda ſit à Delegato ſolet virtute executiva loco quatuor terminorum, præfigi brevis terminus ad docendum de appellatione, & ejus legitima proſecutione, & quomodo deinde ad executionem procedatur.*

593 *A.C ſive proceſſerit, ut ordinarius, ſive ut delegatus, non indiget executorialis, ſed ſervatis quatuor terminis ad docendum de Appellatione, ad ulteriorem executionem procedit, & quomodo.*

594 *A.C. habet facultatem cognoſcendi quaſcumque cauſas, etiam commiſſarias, & eſt executor quarumcumque ſententiarum per quoſvis Judices, & ipſos Rom. Pontifices pro tempore exiſtentes, latas.*

595 *Terminis ad docendum de Appellatione non ſervatis, executio facta contra ſtylum, non ſubſiſtit.*

596 *Terminis ad docendum de appellatione ſi agitur de executione trium conformium, vel ſententia inappellabilis non ſunt neceſſarii, ſed citatur ad videndum taxari expenſas.*

597 *Termini ad docendum de appellatione, ſi agitur de executione Rei judicatæ ob appellationem non interpoſitam, vel non proſecutam infra legitima tempora, ſunt omninò neceſſarii.*

598 *Executoriales decretæ in Rota non ſervatis quatuor terminis ad docendum de Appellatione ſunt invalidæ.*

599 *Executoriales decretæ in Rota, non ſervatis quatuor terminis ad docendum de Appellatione valent, ſi in actis clarè conſtat de re judicata ob appellationem non interpoſitam.*

600 *Commiſſa cauſa, Appellatione remota, quatuor termini ſervati pro executione ſententię latæ in negocio principali, in quo Pars fuit condemnata in Expenſis, deſerviunt pro Expenſis, & ſufficit citatio ad videndum illas taxari.*

601 *Victus Victori tenetur ad expenſas.*

602 *Juſta cauſa litigandi excuſat ab expenſis.*

603 *Juſta cauſa non excuſat, quando expenſæ petantur jure actionis.*

604 *Obligatus ad expenſas, ex ſtipulatu, vel in forma Cameræ tenetur ad eas, etiam ſi non fuit condemnatus in illis.*

605 *Condemnatio in Expenſis requiritur, quando illæ petantur officio Judicis, ſecus ſi jure actionis via executiva.*

606 *Expenſæ debitæ jure actionis ſemper peti poſſunt ſivè ſit finita per Sententiam, ſive per tranſactionem, ſive per quietantiam.*

607 *Juſta cauſa excuſat ab expenſis, quando quis, ſtatim, ac videt, ſe malum jus fovere, cedit liti, ſecus ſi perſeverat uſque ad finem.*

608 *Juſta cauſa litigandi non attenditur in Curia, ut in ſupremis Tribunalibus.*

609 *Sententia revocata ex noviter deductis, qui illam obtinuerat, excuſatur ab expenſis, etiam in ſupremo Tribunali.*

610 *Mendax, qui obtinuerat ſententiam, condemnatur in expenſis etiamſi Sententia revocanda ſit ex noviter deductis.*

611 *Juſtæ cauſæ litigandi, quæ ſint remiſſivè.*

612 *Victus non præſumitur habuiſſe juſtam cauſam litigandi.*

613 *Expenſæ de jure non debentur, niſi in fine litis.*

614 *Expenſæ factæ in cauſa Attentatorum ſunt reficiendæ antequam de negocio principali cognoſcatur.*

615 *Si Expenſæ factæ ab eo, qui paſſus eſt attentata, ſunt extrajudiciales, ſufficit depoſitum julii unius cum oblatione ſolvendi reſiduum, facta liquidatione.*

616 *Ad validitatem taxationis expenſarum, quę requirantur.*

617 *Expenſis taxatis, requiritur ſuper earum veritate, & quantitate juramentum partis, & decretum Judicis alias taxatio non valet.*

618 *Juramentum de ſtylo Notariorum, extenditur in termino ad videndum taxari, & valet taxatio licèt illud aliunde non appareat.*

619 *Super expenſis factis extra litem taxandis, juramentum eſt apparenter præſtandum.*

620 *A taxatione expenſarum non datur appellatio, & quare.*

621 *A condemnatione in expenſis licet appellare, niſi ſententia tranſiſſet in judicatum, vel expenſæ eſſent contumaciales, vel condemnatio eſſet facta in ultima ſententia inducente rem judicatam.*

622 *Ab exceſſiva taxatione expenſarum datur appellatio.*

623 *In appellatione ab exceſſiva expenſarum taxatione debet exprimi quantitas exceſſus, vel alia juſta cauſa, aliàs appellatio non valet.*

624 *Appellatio ab exeſſiva expenſarum taxatione non datur, niſi ſemel.*

625 *Succumbens ex juramento judiciali, & litis deciſivo tenetur ad expenſas.*

626 *Succumbens ex juramento judiciali ſuppletorio non condemnatur in expenſis.*

627 *Succumbens ex juramento ſuppletorio ſi habet teſtem, aut pręſumptionem pro ſe non tenetur ad expenſas aliàs ſi agatur de ejus facto proprio, ad illas tenetur, ſecus ſi agatur de facto alieno.*

628 *Judicis ordinarii poſſunt exequi eorum ſententias in judicatum tranſactas, abſque alia executoriali.*

629 *Judices delegati non poſſunt eorum Sententiam in judicatum tranſactas exequi abſque commiſſione ſpeciali.*

630 *Delegatus Principis poteſt exequi ſuam ſententiam, abſque executoriali.*

631 *Delegatus à Principe, habet ad annum exequendam ſuam ſententiam.*

632 *Delegatus Papę, etiam ſi ſit auditor Rotæ, in Curia non exequitur ſuam ſententiam abſque executoriali ob præſentiam Principis.*

633 *Auditores Rotæ hodie habent ampliores facultates & poſſunt exequi eorum Sententias abſque executorialis.*

634 *Delegatus Papæ extra Curiam poteſt exequi ſuam Sententiam abſque Commiſſione executoriali.*

635 *A.C hodie habet facultatem exequendi quaſcumque Sententias, per quoſcumque Ordinarios, & Delegatos, tàm in Curia, quàm extra latas.*

636 *A.C. ſicut hodie poteſt exequi Sententias aliorum ita, & proprias etiam ſi proceſſerit, ut delegatus.*

637 *Appellatione deſerta executio rei judicatæ fit à Judice à quo ſi cauſa alteri non ſit commiſſa.*

638 *Cauſam appellationis coram A.C. introducta, ſi acta non tranſportentur, inſtante lapſu biennii, præfigitur Parti terminus ad tranſportandum quo elapſo, & illis non tranſportatis, moderatur inhibitio, & executio à Judice à quo, ſecus illis tranſportatis.*

639 *Cauſa appellationis, introducta in Curia vigore Commiſſionis, inſtante lapſu biennii, actis tranſportatis, obtinetur executorialis, & ſervatis ſervandis iuxta illius formam fit executio à Judice ad quem.*

640 *Actis non tranſportatis, infra biennium, cauſa remanet deſerta.*

641 *Actis non tranſportatis, inſtante lapſu biennii obtinetur committi eidem Iudici ad quem, ut prefixo brevi termino ad tranſportandum acta eoque elapſo, & illis non tranſportatis integris ſuam moderetur inhibitionem.*

642 *Actis tranſportatis inſtante lapſum biennii obtinetur committi eidem Iudici, ut præfixo brevi termino ad docendum de appellatione, & cauſis reſtitutionis in integrum, ac nihil quod relevet docto, expenſas taxet, & exequatur.*

643 *Actis in termino, citata parte, præfixo non tranſportatis, moderata remanet inhibitio, & fit executio à Iudice à quo, aliàs ſecus.*

644 *Commiſſio præfixionis termini ad tranſportandum Acta non obtinetur, niſi circa menſem ante lapſum biennii, vel eo lapſo.*

645 *Statutum Vrbis de duabus conformibus, eſt deciſivum, & obſervatur in omnibus Curiis Vrbis, inter Cives, & Incolas, & Diſtrictuales.*

646 *Duæ conformes vigore Stat. Vrbis habent vim leium, &* factum

faciunt rem judicatam, & in illis habet locum Clem. culumniis de re jud.

647 *Statutum Urbis, eſt Papale, & ligat Clericos Romanos, & Diſtrictuales.*

648 *Diſtrictuali appellatione veniunt etiam Clerici ſicut appellatione Civium veniant etiam Monaci.*

649 *Clerici etiam veniunt appellatione Civium ſicut Monachi.*

650 *Stat. Urbis comprehendit Civitates diſtrictus Eccleſiaſticos, Eccleſias, Clericos, Prælatos, Collegia, Univerſitates, Societates, Hoſpitalia, & bona Eccleſiaſtica, & multo magis Incolas.*

651 *Curialis, Scolaris, & Præfectus Arcis dicuntur Incolæ ex cohabitatione decennali, emptione bonorum, & contractu Matrimonii.*

652 *Diſtrictuales ſub Statuto Urbis fuerunt judicati, qui habitarunt in diſtrictu per ſpacium decem, & octo annorum.*

653 *Statutum Urbis non comprehendit Exteros.*

654 *Judex ad quem, quoad Proceſſum fabricatam coram Judice à quo debet obſervare ſtatuta ordinatoria Judicis à quo.*

655 *Quoad proceſſum factum coram Judice ad quem ſunt ſervanda ſtatuta ordinatoria Judicis ad quem.*

656 *Clauſula,* Conſtito de tribus conformibus, *intelligitur de validis.*

657 *Statutum* de duabus conformibus *intelligendum eſt de juſtis, & validis.*

658 *Judex appellanti à definitiva in Curia ſolet dare Reverentiales in forma hoc eſt tempus decem dierum ad cauſam committendam.*

659 *In termino Reverentialium ſufficit docere de impedimentis, vel diligentiis in committendo cauſam appellationis.*

660 *Appellanti in partibus ad Curiam ſufficit in termino præfixo arreptio itineris ad Curiam, Appellanti verò in Curia quælibet diligentia in termino ad cauſam committendam.*

661 *Decem dies non dantur ad proſecutionem finiendam ſed incboandam.*

662 *In dubio pronunciandum eſt pro non deſertione prout facit Rota*

663 *Ad docendum de diligentiis ſufficit adire Præfectum Signaturæ, vel Regentem Cancellariæ, & exibere in Actis fidem alterius iſtorum, vel Prælati Signaturæ, vel Reviſoris quod commiſſio fuerit in tempore præſentata.*

664 *Si cauſa eſt diſcutienda in Signatura, ſufficit fidee Ponentis, qui teſtetur ſe commiſſionem habere in manibus, ad docendum de diligentiis.*

665 *Copia commiſſionis præſentata Præfecto Signaturæ vel Regenti Cancellariæ, in termino Reverentialium, & in Actis Judicis à quo producta excuſat à deſertione licet poſtea decemdium labatur.*

666 *Præſentata prorogat tempus ad committendam Appellationem per menſem, hoc eſt triginta dies à die, qua Regens in ea manum appoſuit.*

667 *Præſentata, ſtylo Curiæ oſſiſtente, & authoritate Papæ introductum fuit, ne cauſæ appellationum ſæpe deſertè remanerent.*

668 *Præſentata non excuſat à reditu pro Apoſtolis, nec relevat, quando Judex dedit terminum Juris, quominus quis pro illis redire teneatur.*

669 *Impeditus non dicitur qui potuit de facili ſibi conſulere, & impedimentum removere.*

670 *Præſentata ante datos Reverentialee in forma, nihil relevat, ſecus poſtea.*

671 *Cauſa appellationis infra terminum Juris commiſſa, non eſt locus deſertioni, etiam ſi pro Apoſtolis reditum non fuerit dummodo illi fuerint in Appellatione petiti.*

672 *Si Regens Cancellariæ abſens, vel impeditus non poteſt diem præſentationis in copia Commiſſionis adnotare fit de hoc proteſtatio coram Notario qui de hoc conficit Inſtrumentum & ſufficit.*

673 *Legitimè impedito, qui actam expedire non valet dilatio eſt duplicanda.*

674 *Limitata materia Præſentatæ, in qua dilatio, uſu, & neceſſitate ſic exigente, prorogatur ad tempus triginta dierum, & ſic triplicatur.*

675 *Cauſa* Gienn. ſcolaſticæ *fuit habita pro deſerta, quia poſt præſentatam Commiſſio ſtetit per vigintiſeptem dies, antequam perveniret ad banchum Curſoris:*

676 *Regens Cancellariæ olim, datis Reverentialibus in forma, poterat habita de hoc fide ab actuario Judicis, a quo commiſſionem per ſe ſignare, & ad banchum Curſoris tranſmittere, unde ſtylus arbitratus eſt, tempus decem dierum Reverentialium ſufficere ad commiſſionem expediendam & ad banchum Curſoris tranſmittendam.*

677 *Deciſio Putei eſt mendoſa, & ob id animadverſio Scaccia confunditur.*

678 *Nullibi probatur, quod in Curia fuerit in uſu aliqua Præſentata, quæ tempus ad cauſam committendam poſt datos Reverentiales in forma ad alios decem diee prorogaverit.*

679 *Brevi, & facilis via expediendi Commiſſionee, cum ſolo Signatura Regentis, receſſit ab Aula.*

680 *Regens Cancellariæ Commiſſionee ſubrogationis Judicum, nec etiam ſolus expedit.*

681 *Hodie prorogatio Reverentialium in forma ad tempus alterum 30. dierum à die Præſentatæ eſt omninò neceſſaria.*

682 *Citatio ad videndum ſibi reſponderi de Apoſtolis quare introducta.*

683 *Citatio ad videndum ſibi reſponderi de Apoſtolis, quando neceſſaria.*

684 *Diſpoſitio* c. oblatæ de ap. *non habet locum in Curia.*

685 *Videtur eſſe in arbitrio Appellati citare ad videndum ſibi reſponderi de Apoſtolis, vel ſiet expediat, committere cauſam appellationis exadverſo interpoſitæ, non obſtante termino juris.*

886 *In cauſa appellabili committenda extra Curiam non videtur neceſſaria citatio ad videndum ſibi reſponderi de Apoſtolis.*

687 *Cauſa appellationis, exadverſo interpoſitæ in partibus, non poteſt committi, niſi poſt ſex menſes, juxta ſtylum Signaturæ.*

688 *Judices de partibus de quibus Apoſtolis reſpondere ſoleant, & quando Appellanti ſufficiat ſola arreptio itineris ad deſertionem evitandam.*

689 *Sigiſmundus Scaccia I.C. Romanus uberrimum, & elegantem tractatum de Appellationibus compilavit.*

De Appellationibus. Pars I. Cap. XIII.

QVotieſcumque ſivè Actor, ſivè Reus contrariam Sententiam, ſeu Decretum definitivum, aut illius vim habens, reportaverit, aut Judex gravamen irreparabile per difinitivam, eorum alteri intulerit, poterit, ſentiens ſe læſum, aut gravatum, recurrere ad Appellationis, *A*, remedium. 1 A

Eſt autem interponenda † Appellatio coram Judice à quo, infra decem dies à die latæ Sententiæ, ſeù facti decreti, vel ſi citatio non fuit perſonalis, à die habitæ ſcientiæ, ut latius infra in obſervationibus declarabitur, *B*, numerandos, alias Sententia, ſeu Decretum tranſit in judicatum. 2 B

Poteſt appellari viva voce, & in ſcriptis, ſed viva voce Appellatio non poteſt interponi, niſi incontinenti, & à definitiva, adnotatur autem in Broliardo ab Actuario, ut infra, videlicet. 3

Pro NN. contra NN.

Coram Domino, *C*, meque, &c. NN. Procurator à prætenſa definitiva Sententia, ſeu Decreto definitivo per R. P. D. NN. lata, ſeu facto, de, & ſuper (*exprimatur res controverſa*) ſentiens ſe læſum, & gravatum, incontinenti appellavit ad Sanctiſs. D. N. Innocentium Papam Decimum ejuſque Sanctum Sedem Apoſtolicam, viva voce, *D*, ſalvo jure appellandi in ſcriptis, *E*, Proteſtans interim, nihil innovari, alias, &c. non ſolum, ut ſupra, ſed & omni alio meliori modo, &c. C 4 D E

In ſcriptis verò coram Judice à quo appellatio interponitur, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN. 5

Coram D. meque, &c. NN. & à prætenſa Sententia (*ſeù Decreto definitivo relaxationis Mandati, ſeu Decreto vim definitivæ habente, ſeu ab alio gravamine quod debet exprimi, ſecundum facti contingentiam*) inhærendo appellationi, aliàs viva voce interpoſitæ (*ſi illa interpoſita fuit*) appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris &c. Petens &c. omni &c.

In

Digitized by Google

6 In cuius quidem proteſtationis, ſeù interpoſitionis Appellationis pede, Notarius adnotat reſponſionem, quam
F facit Iudex de Apoſtolis, F, & ſi fuit actum vigore obligationis Cameralis, vel aliàs cauſa non eſt appellabilis, Iudex dat Refutatorios, ſi verò eſt appellabilis, vel dat terminum Juris, vel Reverentiales, vel Teſtimoniales, quæ quidem adnotatio in Actis ſcribitur à Notario his verbis, videlicet.

Cui D. dedit terminum Iuris, & interim &c. omni &c *vel*

Cui D. dedit Refutatorios in forma &c. omni &c. *vel*

Cui D dedit Reverentiales in forma &c. omni &c. *vel.*

Cui D dedit Teſtimoniales in forma &c. omni &c.

7 Terminus Iuris, eſt Menſis à Lege Iudici datus ad liberandum, de quibus Apoſtolis Appellanti ſit reſpondendum, & ob id, ſi Iudex huiuſmodi dilatione vti voluerit, & dederit, vt ſupra terminum Iuris, infra dictum menſem redeundum eſt coram eo pro Apoſtolis, & petitio, & reſponſio ſcribenda eſt à Notario in Broliardo prout infrà, videlicet.

Pro N N. contra N N.

8 Coram D meq; &c. NN. In termino Iuris aliàs ad redeundum pro Apoſtolis conceſſo, inhærendo Appellationis aliàs interpoſitæ, Petiit inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè, prout in Cedula aliàs data, ſibi de Apoſtolis reſponderi Proteſtans &c. alias &c. omni &c.

In cuius inſtantiæ, ſeu proteſtationis pede adnotatur à Notario reſponſio Iudicis, ut infra, videlicet.

Cui D. dedit Reverentiales in forma &c. (*vel alias ſecundum facti contingentiam*) omni &c.

Cedula Appellationis à Deſinitiua.

9 A quadam aſſerta definitiva Sententia, ſeu Decreto definitivo, aut illius vim habente per R.P.D N.A. C. Locumtenentem lata, ſeu facto, ut dicitur, ad aſſertum favorem NN. contra NN. de, & ſuper certa pecuniarium ſumma (*vel alia re controverſa exprimenda ſecundum facti contingentiam*) rebuſque aliia Procurator, & eo nomine NN. ſenties ſe læſum, & grauatum, & in futurum magis lædi, & grauari timens &c. ab illa, ſeu illo, ac toto Proceſſu deſuper fabricato ad Sanctiſſimum Innocentium Papam Deci-
G mum, G. eiuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam, In his
H ſcriptis, H, prouocat, appellat, & æquè principaliter de
I nullitate, I, dicit. Petens ſemel bis tertiò, ſæpè, ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus hæc appellatio non admitteretur ab illius non admiſſione; & à toto prætenſo vlteriori proceſſu, iterum prouocat, & appellat, toties, quoties &c. itaut ſit vltimus in appellando, Proteſtans appellationem ſuam vltimo loco remanere debere &c. & per ſe non ſtare &c. & interim &c. illa pendente nihil innovari, aliàs de nullitate, & attentatis &c. non ſolum, ut ſupra ſed & omni alio meliori modo &c.

10 Quod ſi appellatio interponenda ſit ab Interlocutoria,
L L, vim definitivæ non habente, eſſe omninò neceſſe appellare in ſcriptis & exponere cauſam grauaminis, & Cedula tunc poteſt fieri, ut infra, videlicet.

Cedula Appellationis ab Interlocutoria.

11 Illuſtriſſ. D. Quàmuis coram D. V. Illuſtriſſ. pro parte NN. fuerint oppoſitæ exceptiones præſcriptionis, compenſationis, & litis finitæ (*ſeu alia, ſecundum facti contingentiam*) contra NN. Aduerſarium, & non potuiſſet procedi ad vlteriora, nihilominus, quia ad vlteriora procedi mandauit, illis, & quibuſcunq; non obſtantibus idcircò Procurator, & eo nomine dicti NN. ſentiens ſe læſum, & grauatum in reiectione dictarum exceptionum, & timens magis lædi impoſterum, à pronuncia de procedendum ad vlteriora ſtante reiectione dictarum exceptionum quæ vti releuantes proceſſum impediunt, & omninò diſcuti debent, alijsq; grauaminibus, & toto vlteriori proceſſu, In his ſcriptis, ad SS. D. N. Innocentium Papam X. eiuſq; Sanctam Sedem Apoſtolicam, provocat, appellat, & æquè principaliter, de nullitate dicit Petens inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, &c. quatenus &c. à non admiſſione, & à toto prætenſo vlteriori proceſſu, iterum, toties, quoties appellat, & ſibi de Apoſtolis reſponderi petit, itaut appellatio eius vltimo loco remaneat, de quo &c. & pendente &c. nihil innouari, aliis proteſtatus fuit de nullitate, & attentatà, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Alia Cedula Appellationis ab Interlocutoria.

Illuſtriſſ. D. Licèt Articuli, pro parte NN. Aduerſarii exhibiti, non eſſent admittendi per D. V cum ſint impertinentes, & irreleuantes; tamen, quia fuerunt admiſſi, Procurator, & eo nomine NN. ſentient ſe læſum, & grauatum, ratione dictæ irreleuantiæ, & ob id timens impoſterum magis lædi, & grauari, à dicta admiſsione, aliiſque grauaminibus illatis; ac toto vlteriori proceſſu, in his ſcriptis, ad SS. D. N. Innoc. Papam X. eiuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam appellat, prouocat, & æquè principaliter de nullitate dicit, Petens ſemel, bis, tertiò, ſæpè, ſæpius, ſepiſſimè, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus appellatio non admittatur, quod non credit, à non admiſſione, ac toto prætenſo ulteriori proceſsu, iterum, & toties, quoties ad eundem, ut ſupra provocat, & appellat, & ſibi de Apoſtolis reſponderi petit, itaut ſit ultimus in appellando, Apoſtolos petendo, & interim; &c. ſub tutela, &c. appellatione pendente nihil innovari, alias proteſtatur de attentatis, & aliis licitè proteſtandis, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c. 12

Cedula appellationis à Gravamine.

Illuſtriſs. D. Licet D. V. Illuſtriſſima debuiſſet concedere Superſeſsoriam, & admittere Articulos pro Parte NN. exhibitos contra NN. Adverſarium, ex quo obtinlir, ſe ſolutionem prætenſæ pecuniarum ſummæ incontinenti probaturum (*vel inſeratur id, alias quis probare intendebat, vel alias juſta cauſa, ſecundum facti contingentiam*) & interim bona fides non patitur, ut idem per D. NN. adverſarium bis exigatur, Nihilominus quia hæc denegavit, & alias dictum NN. multipliciter gravavit, Procurator, & eo nomine dictum NN. ſentiens ſe læſum, & timens impoſtarum magis lædi, à prædi-
ctis omnibus gravaminibus, M, totoque ulteriori pro- M
ceſſu, in his ſcriptis, provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit ad Sanctiſſimum Dominum N. Innocentium Papam X. eiuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam, Petens, ſæpe ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus &c. à non admiſſione, ac toto pretenſo ulteriori Proceſſu, iterum ac toties quoties ad eundem appellat, ac de Apoſtolis ſibi reſponderi petit, itaut ſit ultimus in appellando, &c. & pendente, &c. proteſtatus fuit, nihil innovari, aliàs &c. & per ſe non ſtare &c. & non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c. 13

Verum quoniam, quando citatio ad Sententiam fuit perſonaliter executa, Sententia, ſeu Decretum definitivum tranſit poſt decem dies in rem judicatam; ideo ſi fuiſſet habitus terminus pro ſervato, poſſet contingere, quod Sententia ferretur, in ultima die termini, videlicet, die decima poſt Citationem executam, & quod Pars infra decennium de Sententia contra ſe lata, ſeu Decreto facto, notitiam non haberet, quo caſu, ob non interpoſitionem appellationis infra decendium, Sententia, ſeu Decretum in rem iudicatam tranſiſſet, cum maximo Partis præjudicio 14

Idcircò, ſi quis cautius agere voluerit, non ſolum coram A. C. aliis Judicibus, quando citatio fuit perſonaliter executa, & terminus habitus pro ſervato ſed etiam, ſignanter in Rota, in qua terminus pro ſervato eſt quindecim, & in ultima anni audientia, ante vocationes generales, triginta dierum poterit à termino hujuſmodi pro ſervato habito, & quatenus contra, appellationem interponere, appellare, ac reſponſionem de Apoſtolis obtinere, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

Coram D. meque, &c. NN. in termino, &c. inſtetit ſententiari ad eius (*ſeu eius Principalis*) favorem, alias à termino pro ſervato habito, & quatenus contra, &c. appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris, &c. Petens &c. omni, &c. 15

Cui D. dedit terminum Juris, & interim, &c. omni, &c.

Lata verò Sententia, ſeù facto Decreto, Redeunti pro Apoſtolis dabit Judex, vel Refutatorios vel Reverentiales, in forma; vel alios ut dictum eſt ſupra, prout ſibi de jure videbitur reſpondendum, concedet.

Digitized by Google

Cedula appellationis à termino pro ſervato.

16 Illuſtriſſime D. Licèt D. V. non potuiſſet, nec debuiſſet, nec poſſit, nec debeat aliquam Sententiam ferre, ſeù Decretum facere, aut ad aliquem actum præjudicialem, contra infraſcriptum Inſtantem devenire in cauſa, & cauſis, quæ coram D. V. Inter eundem NN. & NN. vertuntur, nihilominus à termino, ut dicitur pro ſervato, N, habito, & quatenus contra, & non aliàs aliter, nec alio modo, &c. Procurator, & eo nomine dicti NN. ab illa, & omnibus inde ſequentibus gravaminibus illatis, & inferendis, ad Sanctiſſimum D. N. Innocentium Papam Decimum, ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam, in his ſcriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, Petens eius appellationem admitti, ſibique ac Parti ſuæ ſemel, bis, tertio, ſæpè, ſæpiùs, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantiùs, inſtantiſſimè de Apoſtolis reſponderi, & quatenus appellatio non admitteretur, quod non credit, à non admiſſione, ac toto prætenſo ulteriori proceſſu ea, qua decet reverentia, iterum, & toties, quoties ad eundem provocat, & appellat, ac ſibi de Apoſtolis, ut ſupra, reſponderi petiit, itaut pro illis
O amplius redire non teneatur *O*, & quoties fuerit denegata admiſſio, & dictorum Apoſtolorum conceſſio, toties provocatum, & pro Apoſtolis inſtatum cenſeatur, ut ſupra,
P itaut ſit ultimus in appellando, *P*, & Apoſtolos petendo, de quo prout etiam de omnibus licitè proteſtandis, ſolemniter, & expreſſè proteſtatur, & interim pendente, &c. nihil innovari, aliàs de nullitate, & attentatis, non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo &c.

Cæterum in cauſis executivis poteſt etiam appellari ſine Cedula, ut infrà, videlicet.

17 Pro NN. contra NN.

Coram D. meque, &c. NN. à prætenſo Decreto diffinitivo, ad favorem NN. per R. P. D. N. facto ſentiens ſe læſum, &c. ad Sanctiſſ. D. N. Innocentium Papam Decimum, ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam, in his ſcriptis appellat, provocat, & de nullitate dicit, Petens, &c. ſibi reſponderi de Apoſtolis, &c. & interim, &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni, &c.

18 Cui D. dedit refutatorios in forma, omni, &c.

Verum quando Judex non admittit appellationem à gravamine, vel denegatione Superſeſſoriæ, vel admiſſione Articulorum, vel Decretorum Mandati relaxati, ut ſupra, ſed dat Refutatorios, qui ſemper dari ſolent, quando non appellatur à definitiva in cauſis executivis, & ſummariis, & ubicumque non datur appellatio ſuſpenſiva, tunc ad effugiendum proceſsum ad ulteriora, neceſse eſt adire Eminentiſs. & Reverendiſs. D. Signaturæ Juſtitiæ
Q Præfectum, *Q*, ſivè eius D. auditorem, & allegatis rationibus opportunis, petere ab eo Superſeſsoriam, ad effectum diſcutiendi in plena Signatura, an, & quomodo appellationi locus ſit; quo caſu ſit infraſcripta citatio, videlicet.

Eminentiſſimo Signaturæ Iuſtitiæ Præfecto, ſivè, &c.

19 Citetur N. exadverſo principalis ad videndum mandari ſuperſederi uſque ad primam (*vel ſecundam*) Signaturam proximam, & ſibi inhiberi ad ſtatim, ſeu ad primam diem, & interim quandocumque nè audeat aliquod Mandatum ſuſcipere, aut ſuſceptum exequi facere (*vel ad examen Teſtium, aut ad ulteriora in cauſa procedere, vel aliquid aliud facere, ſecundum facti contingentiam*) aut quid quam prorſus innovare, vel attentare, ſub pænis ſcut. 500. & aliis arbitrio Domini, & Decretum deſuper neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi, ad ſtatim, ſeu ad primam diem, & interim, &c. Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citationa coram Eminentiſſimo Præfecto, ſivè ejus Auditore, & allegatis rationibus gravaminis à Iudice à quo illati, ſi rationes videntur relevantes, ſolet concedere Superſeſſoriam, & facere Decretum quod à Notario in pede citationis extenditur, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad primam diem, cum Intimatione, omni, &c.

Eminentiſſimo Signaturæ Iuſtitiæ Præfecto, ſivè, &c.

Intimetur NN. exadverſo principalis, qualiter D. mandavit ſuperſederi, ſeù inhibuit, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Vt autem cauſa hujuſmodi in plena Signatura diſcutiatur neceſſe eſt adire unum ex Romanæ Curiæ Prælatis utriuſque Signaturæ Sanctiſſimi D. N. Papæ Referendarii, & petere ab eo, ut cauſam in prima (*vel ſecunda*) Signatura proxima diſcutiendam, proponere velit, & eo cauſam acceptante, tradere illi Commiſſionem in forma ſignandi antea confectam, cum appoſitione nominis Procuratoris cauſæ à tergo in parte ſuperiori, & deindè citare Partem adverſam, coram eo, ſaltem per octo dies ante Signaturam traſmittendo eidem Adverſario vna cum citatione, copiam Commiſſionis ſignandæ, ut infra videlicet. 20

Signaturæ Juſtitiæ.

R. P. D. NN.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad comparendum coram D. & dicendum cauſam, quare Commiſſio cujus copia ſibi tranſmittitur, proponi, & ſignari non debeat in prima proxima Signatura Juſtitiæ, & informandum, quatenus, &c. aliàs videndum illam proponi, & ſignari etiam altera tantum Parte informante, Inſtante NN. principali, ſivè, &c. 21

Et ſucceſſivè, cum Signatura ſemper ſoleat fieri in die Jovis, debet fieri intimatio Parti adverſæ ſaltem die Lunæ, & ſic ſaltem per duos dies ante, qualiter D. cauſam omnino proponet, ut infra, videlicet.

Signatura Juſtitiæ.

R. P. D. NN.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. in prima proxima Signatura Juſtitiæ omninò proponit Commiſſionem, cujus copia ſibi fuit aliàs tranſmiſſa, ideo, &c. aliàs, &c. Inſtante NN. principali, ſivè &c. 22

Citatione, & intimatione, ut ſupra executis neceſſe eſt in die Martis ante Signaturam informare omnes Prælatos votantes Signaturæ qui ſont duodecim, & etiam Eminentiſſimum Præfectum, ſeu ejus auditorem, & in voce, & in ſcriptis, in facto, & in Jure, & tradere Omnibus informationes opportunas cum ſummariis Jurium, & Teſtium, & ſecundum facti contingentiam obtento prius per Actorem † à D. Ponente ſcribi ſuper informatione facti eius manu, ut vulgo dicitur, *il proponam*, ut infra videlicet.

Proponam dia Jovis in primo, vel in ſecundo turno NN.

Nam aliàs, *Proponam*, pro parte eius, qui Signaturam adit, non obtento, ut ſupra, & eius copia in aliis informationibus, quæ dantur ſingulis Votantibus non adnotata, cauſa non proponeretur, & ſi poſt Intimationem ut ſupra executam, is, qui Signaturam adit, non informaret, vel aliàs eius defectum cauſa non proponeretur tenetur alteri Parti informanti ad expenſas factas in informando, quæ ſolent manu Regia non expectato fine litis taxari in ſcutis quatuor monetæ ab Eminentiſſimo Præfecto, ſeu eius Auditore, & pro illis ab altero eorundem decerni, & relaxari Mandatum, executivam, juxta Reformationem fel. record. Pauli V. 24

Die verò Jovis de mane fit Signatura Juſtitiæ coram Eminentiſſimo Præfecto, & ſingulæ cauſæ à ſuo ponente proponuntur, & à Votantibus decidentur, & ſecundum hanc deciſionem Eminentiſſimus Cardinalis prefectus Signaturæ reſcribit, & ſignat Commiſſiones ſignandas, non ſignandis rejectis. 25

Nec omitto, quod ſuperſeſſoria, de qua ſupra, obtinetur ab Eminentiſſimo Præfecto, ſivè eius Auditore, habita fide à Ponente, quod cauſam proponet, ut infra, videlicet. 26

Eminentiſſimæ, & Reverendiſſimæ D. Habeo in manibus Commiſſionem in prima (*vel ſecunda*) proxima Signatura Juſtitiæ in cauſa NN. inter NN. & NN. proponendam; ideò, ſi placet, concedere Superſeſſoriam. Datum hac die NN. &c. 27

D. V. Eminentiſſimæ, & Reverendiſſimæ.

Humillimus Servus NN.

Commiſſio in cauſa Rotali ſcuta 500. excedente Romana.

Beatiſſime Pater. Dignetur S. T. cauſam, & cauſas Appellationis, & appellationum, nec non nullitatis, & nul- 28

Appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & R nullitatum ex tribus, *R*, iniquitatis, & notoriæ iniuſtitiæ, infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum à definitiva Sententia, ſeù Decreto definitivo, ut dicitur lata, ſeu facto per D. A. C. ſeu R. P. D. N. ejus in Civilibus Locumtenentem in prima inſtantia, ad aſſertum favorem NN. contra devotum S. V. Oratorem NN de, & ſuper certa pecuniarum ſumma ſcuta 500. excedente S *S*, attentatorum, & inovatorum, quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de Jure, una cum omnibus incidentibus, dependen. emergen. annexis, conne- T xis, ac toto negocio principali, ac quam, & quas, *T*, idem Orator habet, & vovet, & habere, & movere vult, & intendit contra eundem NN. omnemque aliam perſonam, pro eo in judicio legitimè comparentem, &c. alicui ex Veſtri Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditoribus (*ſeu alicui S. V. Palatii Auditori, ſeù Locumtenenti*) audiendas, cognoſcen. diciden. fineq. debito terminan. committere, & mandare, cum facultatem citandi inhibendi, quos, quibus quoties, ubi, & quando opus fuerit, etiam per edictum, conſtito ſummariè &c. Præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque Statum, & merita cauſæ pro plenè ſufficienter expreſſis habendo.

Commiſſio in cauſa non Rotali ad ſcuta 500. non aſcendente Romana.

29 Beatiſſime Pater. Dignetur S. V. cauſam, & cauſas Appellationis, & appellationum, nullitatis, nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ iniuſtitiæ, & attentatorum, & innovatorum quorumcumque, necnon reſtitutionis in integrum prout de jure, infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum à quadam Sententia, ſeu Decreto definitivo per D. A. C. lata, ſeu facto in prima inſtantia ad aſſertum favorem NN. contra devotum S. V. Oratorem NN. de, & ſuper certa pecuniarum ſumma ſcuta 25. excedente, rebuſque aliis &c. cum omnibus incidentibus, &c. dependen. emergen. &c annexis, connexis, ac toto negocio principali, ac quam & quas, &c. alicui Romanæ Curiæ Prælato audiendas, cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, ſingulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis, præterquam in honorem Dei fe- V riatis, *V*, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, termino Juris, &c. itaut pro Apoſtolis ampliùs re- X dire non teneatur, attento, quod à definitiva, &c. X Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, &c. pro plenè, &c.

Alia Commiſſio cum narrativa in cauſa Rotali Romana.

30 Beatiſſime Pater. Joannes Titius adverſarius egit coram D. A. C. vigore aſſertæ apocæ Camerali obligationi vallatæ, triginta ab hinc annis, & ultra confectæ, contra devotum S V. Oratorem NN. pro prætenſa ſumma ſcutor. mille, & licèt pro parte Oratoris fuerit oppoſita præſcriptio Statuti Vrbis, ultra præſcriptionem Juris communis, & non ſit veriſimile, quod Adverſarius, ſi fuiſſet revera creditor, tandiù ejus creditum petere diſtuliſſet, nihilominus idem Judex non minus nulliter, quàm iniuſtè contra Oratorem Mandatum executivum pro dicta prætenſa ſumma decrevit, & relaxavit. Dignetur igitur S. V. cauſam, & cauſas Appellationis, & appellationum hujuſmodi, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ iniuſtitiæ à dicto definitivo Decreto infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis Z in integrum, prout de jure, &c. Z, una cum omnibus inciden. dependen. annexis, connexis, ac toto negocio principali, & quam, & quas, &c. alicui S. V. Sacri Palatii Apoſtolici Auditori audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties opus fuerit, Conſtitutionibus Apoſtolicis, Stylo Palatii cæteriſq; contrariis non obſtantibus quibuſcumque Statum, &c pro plene, &c.

Commiſſio cum narrativa in cauſa non Rotali Romana.

31 Beatiſſime Pater, Introducto judicio ad inſtantiam N. N. Adverſarii coram R. P. D. N. A. C. Locumtenente contra devotum S. V. Oratorem NN in prima inſtantia, de, & ſuper prætenſa pecuniarum ſumma ſcutorum trecentorum quinquaginta monetæ, pro pretio venditionis domus, de qua agitur, idem Orator docuit de ſolutione fere totius dictæ ſummæ, prout de Juribus in Actis productis apparet; ſed quia idem Judex nihilominus pro dicta integra ſumma ſcutorum 350. contra Oratorem Mandatum executivum decrevit, & relaxavit, fuit per Oratorem ad S. V. infra legitima tempora appellatum, Dignetur igitur S. V. cauſam, & cauſas appellationis, & Appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ iniuſtitiæ infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcumque ac reſtitutionis in integrum, prout de Jure, &c. una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negocio principali, & quam, & quas, alicui Romanæ Curiæ Prælato audiendas cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties ſingulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis præterquàm in honorem Dei feriatis, Conſtitutionibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque Statum &c. pro plenè &c.

Commiſſio Appellationis ab Interlocutoria Romana.

Beatiſſime Pater Vertente lite, & cauſa coram R. P. D. 32
A C inter devotum S. V. Oratorem NN & NN. Adverſarium, de, & ſuper prætenſa ſumma ſcuta mille excedente rebuſq; aliis in Actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latiùs deductis, licèt idem Judex Articulos pro Parte dicti NN. Adverſarii exhibitos admittere non debuiſſet, cum non ſint relevantes, nec ad cauſam pertinentes, ſed tantùm ad intricandam, & protelandam litem producti quia in illos admiſit, ob id dictus Orator ad S. V. appellavit. Dignetur igitur S. V. cauſam, & cauſas Appellationis & appellationũ hujuſmodi necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus iniquitatis, & notoriæ iniuſtitiæ, infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitorum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcunque ac reſtitutionis in integrum, prout de Iure, cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negocio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Rotæ Auditori, ſeù Locumtenenti audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. comittere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, Statum, &c. pro plene, &c.

Commiſſio Appellationis à Gravamine Romana.

Beatiſſime Pater Licèt R. P. D. A. C. debuiſſet Arti- 33
culos pro parte NN. devoti S. V. Oratoris contra NN. Adverſarium exhibitos, admittere, ac Superſeſſoriam concedere, ex quo idem Orator obtulit, ſe incontinenti ſolutionem ſcutorum ducentorum exadverſo petitorum probaturum, quia tamen dictos Articulos reiecit, ac Superſeſſoriam denegavit, & aliàs multipliciter Oratorem gravavit, & bona fides non patitur, ut bis idem exigatur præſertim quod quis offert ſe probaturum incontinenti; idcirco dictus Orator à prædictis gravaminibus, ac toto ulteriori proceſſu ad S. V. appellavit. Dignetur igitur S V. cauſam, ac cauſas Appellationis, & appellationum hujuſmodi, necnon nullitatis, nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ iniuſtitiæ, infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, attentatorum, & innovatorum quorumcumque ac reſtitutionis in integrum prout de iure, &c. una cum omnibus ejus inciden. depend. emergen. annexis, connexis, ac toto negocio principali, quam, & quas, &c. alicui Romanæ Curiæ Prælato audiendas cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare cum poteſtate citandi inhibendi, quo quibus, quoties, ſingulis diebus, & horis, feriatis, & non feriatis, ita ut ſingulis diebus, & horis in hujuſmodi cauſa procedi poſſit, præterquam in honorem Dei feriatis, Conſtitutionibus Apoſtolicis Stylo, Palatii cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque Statum, &c. pro plene, &c.

Signatura igitur Juſtitiæ in cauſis, quæ in ea propo- 34

nontur ſi non conſtat de aliquo gravamine, reſpondet
AA nihil reſcribendum, ſi verò conſtat de gravamine, *AA*,
aut reſpondet pro Appellatione ſimpliciter, aut cum
clauſula ſine præjudicio, aut cum clauſula, *ſi quid exe-
quendum*, aut cum clauſula *ad legitimam*.
35 Si Decretum eſt nullum, vel injuſtum, admittit Appel-
lationem ſimpliciter, & tunc utriſque Signaturæ Referen-
darius, qui cauſam propoſuit, apponit in capite ſiniſtro
commiſſionis hæc verba, videlicet. Ex Signatura Parte
audita, vel ex Signatura V. P. informante. in capite verò
dextero apponit ejus nomen videlicet NN. & in pede
36 capitis ſiniſtri ſcribit verbum † *Placet* & deinde tranſ-
mittit d. Commiſſionem ad primum Reviſorem, quem
vulgò, Todeſcum, appellant, qui quidem Reviſor illam
affert Eminentiſs. Signaturæ Juſtitiæ Præfecto, & hic eam
ſignat hoc modo, videlicet. *Placet Domino Noſtro Papæ*,
N. Card. N. Succeſſivè dictus Reviſor commiſſionem
37 ſic ſignatam, † ac diligenter perſpectam, & corre-
ctam, ac in ſuo libro adnotatam, conſignat ſecundo Re-
viſori, hic illam diligenter inſpectam affert Illuſtriſs. D.
Cancellariæ Regenti, qui in ea apponit nomen Judicis
futuri illius cauſæ, & illam ſignat hoc modo, videlicet, *de
Mandato D. N. Papæ, audiat Mag. NN. citet, inhibeat,
procedat, ut petitur, & juſtitiam faciat*; & poſtquam
dictus ſecundus Reviſor illam ſic ſignatam in ſuo libro
38 adnotavit, conſignat eandem Magiſtro Curſorum,
qui fert illam ad Bancbum Curſorum, & hic apponendo
diem à tergo illius manu propria, adnotat eam in ſuo li-
39 bro, † & tunc Pars, quæ reſcriptum favorabilem obti-
nuit, ſoluta Curſorum Magiſtro competenti mercede, il-
lam in Capſa Judicis, in ea aſſignata, inſerti curat, ac de-
inde à Notariis Menſariis, ad quos ſpectat, è Capſa ex-
trahi, ac Officium deferri, & Judici præſentari, ac Nota-
rio illius cauſæ futuro diſtribui, & conſignari.
40 Si verò Decretum apparet juſtum, & validum, tunc Si-
gnatura reſcribit cum clauſula *ſine præjudicio legitimæ
executionis*, & ſic admittit appellationem, tantum ad ef-
fectum devolutivum, non autem ſuſpenſivum.
41 At ſi juſtitia, ac validitas Decreti non ſit adeo clara,
ſed pariatur difficultates, Signatura reſcribit cum clau-
ſula, *ſi quid exequendum*, vel cum clauſula, *ad legitimam*,
quo caſu executio aufertur Judici à quo, & transfertur,
in Judicem ad quem, ad hoc, ut ille, ſi Decretum ex eiſ-
dem actis juſtum, & validum appareat, exequatur, ſin
minus cauſa Appellationis cognoſcat.
42 Quæ quidem clauſulæ adducuntur de ordine Signaturæ
à Referendario, qui cauſam propoſuit in Corpore Com-
miſſionis, quæ deinde ſignatur, & in Capſa Judicis poni-
tur, & à Notario Menſario, ut ſupra diſtribuitur, ac dein-
de citat Pars adverſa coram Judice ad quem, ut infra vi-
delicet.

R. P. D. N N.

Romana Pecuniaria.

43 Citetur NN. exadverſo principalis, ad dicendum con-
BB. tra commiſſionem, *BB.* in Actis exhibitam; nec non vi-
dendum illam admitti, & juxta illius formam, & teno-
rem mandari procedi, & inhiberi ad primam diem, In-
ſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Commiſſionem in Actis præſentatam, &
petiit, & obtinuit, ut ſupra, omni &c.
44 In cauſis hujuſmodi Commiſſariis in Rota vertenti-
CC. bus Citationes debent exequi perſonaliter, *CC*, Et ſi
Commiſſio non eſt adhuc Notario diſtributa, in pede ci-
tationis dicitur Menſarius Notarius, poſtquàm verò
Menſarius illam diſtribuit, apponitur ibidem nomen
Notarii, cui fuit diſtributa. In cauſis verò Prælato extra
Rotam commiſſis, citationes pariter deberit eſſe perſo-
nales, ſed Notarius ſemper eſt ille, qui pro tempore eſt
Cuſtos Archivii Romanæ Curiæ ſcriptorum, & citatur
per Acta Archivii præfati.
45 Cæterùm ſi cauſa appellabilis, & non eſt neceſſe
DD adire plenam Signaturam, fit commiſſio in forma ſignan-
di *DD.* & fertur Referendario, qui apponit in parte
dextera ſuperiori illius nomen proprium, & in pede par-
tis ſiniſtræ verbum, *Placet*, & deinde Commiſſio, ſic ſi-
gnata ponitur in Capſula primi Reviſoris, qui illam re-
viſam, & deinde ab Eminentiſs. D. Cardin. Signaturæ
Præfecto, ut ſupra, ſignatam, conſignat ſecundo Reviſori
Illuſtriſs. D. Cancellariæ Regentis ſubſtituto, & iſte ean-
dem reviſam, & ab Illuſtriſſimo Regente ſignatam, ut ſu-
pra, conſignat Magiſtro Curſorum, à quo inſtante Parte,
ponitur in Capſa Judicis, *EE*, ut ſupra. EE
Aliquando Pars, quæ ſententiam obtinuit, timens, ne 46
Commiſſio tranſeat, ut ſupra, ut vulgò dicitur, *ſotto la
Bancha*, curat obtinere, *Nil tranſeat*, ab Eminentiſs.
Cardinali Præfecto, tenoris videlicet. 47

Eminentiſs. & Reverendiſs. D.

Romana Pecuniaria.

Nihil tranſeat per NN. contra NN. attento quod
fuit Actum vigore obligationis Cameralis & niſi citatio
NN. principali, ſivè NN. Procuratorem, hac die, &c.

N. Cardinalis N.

Si hoc, *nihil tranſeat*, ab Eminentiſs. Signaturæ Præfe- 48
cto ſubſcriptum, fuerit à Parte datum Commiſſionum
Reviſori, erit neceſſe citare coram iſto Partem, quæ
illud dedit, ut infra videlicet.

Commiſſionum Reviſore.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad dicendum cau- 49
ſam, quare Commiſſio expediri, & relaxari non debeat,
& informandum, quatenus, &c. aliàs videndum illam
expediri, & relaxari, quibuſcumque non obſtantibus, ad
p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.
Et fit intimatio de ordine Reviſoris, videlicet.

Commiſſionum Reviſore.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. re-
laxavit Commiſſionem quibuſcumque non obſtantibus,
& aliàs prout in Actis, inſtante NN. principali, ſivè
&c.
Non rarò ſolet in cauſis hujuſmodi pecuniariis Revi- 50
ſor relaxare Commiſſionem cum clauſula in illius cor-
pore addita videlicet. *Non tamen vigore obligationis Ca-
meralis, aut alterius proceſſus executivi, ita ut Inhibitio non
afficiat quatenus ſit actum vigore obligationis Cameralis,
aut alterius proceſſus executivi*, unde † ſivè Reviſor rejì- 51
ciat Commiſſionem omninò, ſivè dictam clauſulam in
corpore addat, utroque caſu neceſſe eſt adire plenam
Signaturam; ut ſuperiùs dictum eſt; nam aliàs, ſtante di-
cta clauſula inhibitio non afficeret, & Adverſarius poſ-
ſet exequi facere Mandatum, ſi Judex à quo dediſſet reſu-
tatorios.
Non omitto quod aliquando Referendarius antequàm 52
ſignet Commiſſionem (*quod rarò accidit*) mandat
citari Partem coram eo, ad effectum videndi; an Com-
miſſio ſit ſignanda in Camera, & tunc citatur Pars adver-
ſa, ut infra videlicet.

R. P. D. N N.

Romana.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad dicendum
cauſam, quare commiſſio ſignari non debeat in Camera,
& informandum, quatenus, &c. alias videndum illam
ſignari, etiam altera tantùm Parte informante, ad p.
d. inſtante NN. principali, ſivè &c.
Et fit intimatio de ordine Referendarii, videlicet.

R. P. D. N N.

Romana.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. ſi- 53
gnavit Commiſſionem, & aliàs prout in Actis, Inſtante
NN. principali, ſivè &c.
Si verò aliquis abſque ulla clauſula Commiſſionem ap- 54
pellationis via ordinaria, ut vulgò dicitur, *ſotto la Ban-
cha*; juxta ſuperius tradita, extorſiſſet, & Pars, cui illa eſt
præjudicialis, intenderet eam reformari, eſſet neceſſe adi-
re plenam Signaturam, Parte citata juxta ordinem ſupe-
rius traditum, & facere copiam Commiſſionis exadverſo
extortæ cum ſuis reſcriptis in forma ſignandi, & poſt eam
addere Commiſſionem reformatoriam, videlicet.
Beatiſſime Pater. Si NN. in præinſerta pro Oratore 55
nominatus S. V. expoſuiſſet, prout non ſine dolo tacuit,
quod devotus S. V. Orator NN. obtinuit à R. P. D. A. C.
decerni, & relaxari Mandatum vigore obligationis Ca-
meralis, quæ appellationem ſuſpenſivam non admittit,
& quod jam eſt cæpta executio, utique præinſertam non
extorſiſſet, ſed quia falſus Precator debet impetratis ca-
rere, ſupplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus,
ut di-

Digitized by Google

ut dignetur, eidem NN. cui præinſerta eſt directa, ut in cauſa, & cauſis huiuſmodi, ac ſi præinſerta eſſet ſignata cum clauſula, ſine præjudicio legitimæ executionis & obligationis Cameralis procedat, committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus quoties, Conſtitutionibus, Stylo Palatiis cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque Statutum, &c. pro plenè.

Hæc præinſerta in forma ſignandi datur D. Referendario, qui illam proponit in plena Signatura, utraque parte informante, vel parte citata, iuxta ordinem ſuperiùs traditum.

56 Quod ſi forte Pars obtineret in plena Signatura Commiſſionem reformari, & cum d. clauſula *ſine præiudicio, &c.* reſcribi, & altera Pars eſſet gravata, & vellet iterum audiri in plena Signatura, debet obtinere licentiam ab Eminentiſs. Præfecto, addncendo ei rationes gravaminis ſibi à Signatura illati, ob quas petit iterum audiri, Qui Eminentiſs. facto per partem, quæ vult iterum audiri, depoſito ſcutorum quatuor in Sac M. P pro expenſis reficiendis in caſu ſuccumbentiæ, & conſignata eidem Eminentiſs. Cedula Sacr. M. P. continente depoſitum dictæ ſummæ, concedit, *ſi ei videtur rationi conſonum*, licentiam, ut cauſa ab eodem D Referendario, qui aliàs eam propoſuit, reproponatur. Tunc qui vult iterum audiri, facta copia ambarum dictarum commiſſionum cum ſuis reſcriptis in forma ſignandi, addit in pede illarum in eadem forma commiſſionem reformatoriam, ut infra videlicet.

57 Beatiſſime Pater. Si NN. in ſecundo loco præinſerta pro Oratore nominatus S. V. expoſuiſſet. prout non ſine dolo tacuit quod aſſerta obligatio Cameralis, cuius vigore egerat coram R. P. D. A. C. fuerat antea vulnerata per Sententiam abſolutoriam, & ob id perperam egit, & Mandatum ab A. C. decerni, & relaxari extorſit via executiva, quæ nullo modo ei competebat, eoque magis quia pendebat cauſam Appellationis ab eo à prima Sententia interpoſita. qua ſtante nihil erat innovandum, utique ſecundo præinſertam non extorſiſſet. Verum quia Pater Sancte, æquum non eſt, ut falſus peccator gaudeat impetratis, ſupplicat igitur humiliter S V. Orator antedictus, ut dignetur eidem NN. cui primo præinſerta eſt directa, ut in cauſa, & cauſis huiuſmodi ac ſi ſecundò præinſerta non emanaſſet, procedat committere & mandare cum facultate citandi & inhibendi, quos, quibus, quoties, Conſtitutionibus Apoſtolicis, Stylo Palatii cæteriſque contrariis, non obſtantibus quibuſcumque, Statum &c. pro plenè, &c.

58 Et propoſita iterùm cauſa in plena Signatura, parte citata, vel utraque parte informante, ſi pars quæ fecit depoſitum obtinet, illud recuperat, ſin minus conſignatur Parti adverſæ pro expenſis in Signatura factis.

59 Evenit aliquando, quod A. C. poſt appellationem coram eo interpoſitam, antequam Pars adeat Signaturam,
iterùm audit Partes ſuper meritis cauſæ, & cognita juſti-
FF tia decreti, ſeù illius nullitate, reponit, *FF*, ab eo ci-
tata parte, ut ſupra *cap. 8. de exceptionibus*, dictum fuit.

60 Quòd facere poteſt etiam ſi decretum, quoad Partem tranſiſſet in judicatum, cum nihilominus A. C. poſſit ab illo reponere, nam quoad Judicem in judicatum non tranſiit, niſi pronunciaſſet per Cedulam, & ſic functus eſſet officio ſuo, vel commiſſa fuiſſet cauſa Appellationis.

61 Quòd ſi nihilominus A. C. reponere nolit, adiri poteſt Signatura pro repoſitione, vel ſignatura, edita pro appellatione, mandat eidem A. C. oretenus, ut reponat, vel prævia repoſitione à decreto, iterum audiat, vel A. C. met, ut prævia repoſitione aliam deputet, & in his judex debet omninò exequi mentem Signaturæ.

62 Interpoſita ergo appellatione coram A. C. & obtenta ſuperſeſſoria ab Eminentiſs. Signaturæ Præfecto, aditur Signatura, vel pro appellatione, ut ſupra vel pro repoſitione vel pro alterius deputatione, prout in ſequentibus Formulis Commiſſionum videlicet.

Commiſſio pro alterius Judicis deputatione. Romana.

63 Beatiſſime Pater exponitur humiliter S. V. pro parte devoti illius Oratoris N. N. quod introducta lite contra eundem Oratorem coram R. P. D. A. C. ad inſtantiam NN. prætenſi creditoris in ſcutis quingentis monetæ occaſiones pretii Vineæ licet Orator oppoſuerit exceptionem compenſationis, & docuerit, ſe eſſe ex alia parte creditorem ejuſdem NN. adverſarii in ſimili ſumma occaſione mutui, & ejus creditum ſit pariter. privilegiatum, & Camerali obligatione vallatum. Nihilominus A. C. rejecta dicta exceptione compenſationis, Mandatum ad favorem Adverſarii nulliter, & iniuſtè relaxavit. Supplicat igitur idem Orator S. V. ut dignetur committere, & mandare R P. D. A. C. met, ut prævia repoſitione à decreto prædicto, alium deputet, cum facultatibus opportunis, necnon cum poteſtate citandi, inhibendi, d. quos quibus, quoties, Conſtitutionibus, ſtylo Palatii cæteriſque contrariis, non obſtantibus quibuſcumque Statutum &c. pro plenè, &c.

Commiſſio pro repoſitione Romana.

Beatiſſime Pater. Licet. R. P D. A. C. non potuiſ- 64
ſet, nec debuiſſet decernere literas miſſivas in partibus loco Remiſſorialium, ad inſtantiam NN contra devotum S. V Oratorem NN. ex quo idem adverſarius intendit examinare ſuper eiſdem, & directo contrariis, quod facere non poteſt cum didicerit teſtificata, & habuerit, in manibus originalem proceſſum examinis Teſtium apertum, & publicatum, tamen quia hoc non attento dictas literas decrevit Suplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur oretenus eidem A. C. ut ab hujuſmodi decreto Oratorem reponat, committere & mandare cum facultate citandi inhibendi, quos quibus quoties, Conſtitutionibus, ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque: Statum &c. pro plene, &c.

Tunc Signatura mandavit oretenus A. C. met, ut præ- 65
via repoſitione, alium deputaret, & citatur coram eo ut infra videlicet.

A C. Met.

Citetur NN exadverſo principalis ad videndum In- 66
ſtantem reponi à quocumque prætenſo decreto præjudiciali relaxationis mandati per NN. facto, & concordandum de alio judice, ac dandum liſtam confidentium, quatenus, &c aliàs videndum per D. deputari ex officio, juxta mentem Signaturæ, ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra reponi, & dari liſtam, cum intimatione, omni &c.

A. C. Met.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. repo-
ſuit, & mandavit dari liſtam confidentium, & aliàs prout
in actis, ideò citetur idem ad dandum d. liſtam, † aliàs 67
videndum per D deputari Judicem ex officio, quibuſ-
cumque non obſtantibus, ad primam diem, inſtante NN.
principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, ut ſupra, & obtinuit deputari Judicem, NN. cum intimatione, omni &c.

A. C Met.

Intimetur NN exadverſo principali, qualiter D. deputavit Judicem, & alias prout in Actis, inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Si verò Signatura Mandavit ſimpliciter reponi, citatur, ut infra videlicet

A C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum In- 68
ſtantem, reponi à quocumque decreto præjudiciali, juxta mentem Signaturæ, & decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad primam diem, Inſtante NN. principali ſivè, &c.

N Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra niſi ad primam diem, cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. repoſuit, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Cæterum in cauſa appellabili, ſi appellatio non fuerit 69

interpoſita, vel fuerit minus legitimè interpoſita, vel non conſtet de ejus legitima proſecutione, tunc elapſis decem diebus datis ad appellandum, obſervantur infraſcripti quatuor termini ſubſtantiales, & citatur Appellans, ut infra videlicet.

A. C. N.

70 GG Citetur NN. exadverſo principalis, ad docendum de appellatione, ejuſque legitima proſecutione, *GG*, primo pro prima dilatione ad primam diem, inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. accuſavit contumaciam partis adverſæ, & petiit, ut ſupra, & obtinuit ſervari ſecundò pro ſecunda, omni &c.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad docendum de Appellatione, ejuſque legitima proſecutione ſecundo pro ſecunda dilatione, ad primam diem, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. accuſata contumacia partis adverſæ petiit, ut ſupra, & obtinuit, ſervari tertio pro tertia, omni, &c.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad docendum de appellatione, & ejus legitima proſecutione tertio pro tertia dilatione ad primam diem, Inſtante NN. principali, omni &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. accuſavit contumaciam partis adverſæ, & petiit, & obtinuit ſervari quarto pro quarta, omni, &c.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſu principalis ad docendum de appellatione, ejuſque legitima proſecutione quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione ad primam diem, Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N Notarius.

Decretum.

NN. accuſavit contumaciam partis adverſæ, & obtinuit ut ſupra, omni, &c.

71 His quatuor terminis, ut ſupra, ſervatis poteſt ritè procedi ad mandati, ſeu rei judicatæ executionem, niſi pars doceat de appellatione, ac legitima proſecutione, ut ſupra, & citatur ad videndum taxari, & moderari expenſas, vel unico contextu in dicta quarta citatione, vel ſeparatim, ut infra videlicet.

A. C. N.

72 HH Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum taxari, & moderari Expenſas *HH*, & taxatas, & moderatas ſolvendum, aliàs videndum decerni, & relaxari mandatum executivum ad primam diem, Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Et exhibita liſta expenſarum, illiſque liquidatis à Notario actuario, obtinetur decretum videlicet.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad primam diem, cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. relaxavit mandatum, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

73 Sed ſi agitur de executione Decreti, ſeu Sententiæ, & rei judicatæ in cujus prolatione non fuerit relaxatum mandatum, tunc ſi expenſæ non continent ſummam appellabilem, quæ in A. C. Tribunali eſt ultra ſcuta viginti monetæ, citatur ut infra, videlicet.

A. C. N.

74 Citetur NN. exadverſo principalis, ad docendum de Appellatione, ejuſque legitima proſecutione, quarto pro quarta, & ſuper abundanti dilatione, nec non videndum taxari, moderari expenſas, taxatas, & moderatas ſolvendum, & tàm pro illis, quàm pro contentis in Sententia, & re iudicata decerni, & relaxari mandatum executivum, & aliud quodcumque reſpectivè neceſſarium, & opportunum ad primam diem, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Exhibita liſta expenſarum, & facta liquidatione à Notario ut ſupra, obtinetur Decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra niſi ad primam diem cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſu principali, qualiter Dominus relaxavit Mandatum, & aliàs prout in actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Quæ quidem citatio ad videndum taxari Expenſas, & 75
relaxari Mandatum, ſi Expenſæ excedant ſummam ſcutorum viginti monetæ, & ſic contineant ſummam appellabilem, debet fieri diviſim à citatione ad videndum relaxari Mandatum pro contentis in Sententia in vim rei iudicatæ, quæ poteſt etiam fieri coniunctim, vel diviſim à citatione ad docendum de Appellatione quarto pro quarta, & prout melius cauſæ Patronus ſibi expedire iudicaverit, ne aliàs, facta mixtura, decretum efficeretur appellabile, quam quidem praxim ſuper taxatione Expenſarum magis diffusè conſpicere licebit inferius *part*. 2. *c*. 14. *nu*. 38. & *ſeqq*.

Nec A. C. pro executione ſuæ Sententiæ indiget alia 76
Commiſſione, cum id facere poſſit vigore ſuarum ordinariarum facultatum, tanquam iudex ordinarius, etiam in illis cauſis, in quibus eſt delegatus.

Sed alii Judices Commiſſarii in Romana Curia, ob præſentiam Principis, non exequuntur ſuas Sententias, niſi obtenta infraſcripta executoriali, *II*, & ſpeciali commiſſione videlicet. II

Romana.

Beatiſſime Pater, introducto iudicio coram NN. in 77
prima inſtantia pro parte devoti illius Oratoris NN. contra NN. de, & ſuper conſequutione ſcutorum NN (*vel alia re, ſecundum facti contingentiam exprimenda*) idem Orator Sententiam favorabilem reportavit, quæ ob non appellationem in tempore interpoſitam, vel ob non proſecutionem, vel ob lapſum fatalium tranſitum fecit in iudicatum, Verum quia P. S. parum eſſet Sententias obtinere, niſi debitæ demandarentur executioni, Supplicat igitur S. V. Orator antedictus ut dignetur eidem NN. ut, præfixo aliquo brevi, & competenti termino eidem Adverſario ad docendum de appellatione, eiuſque legitima proſecutione, & nihil quod relevet docto Expenſas in huiuſmodi cauſa factas taxet, & moderetur, & dictam Sententiam legitimæ executioni demandet committere, & mandare, cum poteſtate citandi, inhibendi, quos quibus, quoties, Conſtitutionibus, ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque Statutum, &c. pro plenè, &c.

Reſcriptum Signaturæ.

De Mandato D. N. PP. Idem Judex præfigat exequatur, ut petitur, & juſtitiam faciat.

Placet D. N. Papæ, Cardin. N.

Et ſi Decretum, ſeù Sententia fuit confirmata in ſe- 78
cunda, vel tertia inſtantia, additur in commiſſione, *quæ Sententia fuit ab N in ſecunda*, & *N. in tertia* (ſeu alia) *inſtantia confirmata* ſeu *quæ fuit primo loco ab N & ſecundo loco ab N. confirmata*, & ſolet Signatura reſcribere cum clauſula, *dummodo non ſit alteri commiſſa*, Cauſa verò in plena Signatura diſcuſſa ſolet reſcribere cum clauſula, *conſtito de tribus conformibus, vel quod aliàs executioni locus ſit*, &c.

Si verò ſit lata Sententia inter Cives, & incolas dici- 79
tur in Commiſſione, *quæ fuit ab N. confirmata*. & cum agatur interſaciunt cives, & incolas duę habent vim trium, & rem judicatam, ex diſpoſitione Statuti Urbis, *LL*. & LL
tunc Signatura reſcribit cum clauſula, *conſtito, quod ſit locus Statuto, vel aliàs executioni*, &c.

Qua commiſſione obtenta citatur, ut infra videlicet.

R. P. D. NN.

Romana.

Citetur NN. exadverſu principalis, ad dicendum con- 80
tra Commiſſionem, nec non videndum admitti, & juxta illius formam, & tenorem mandari procedi, ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè &c.

Decre-

Digitized by Google

Decretum.

NN, repetiit Commiſſionem executorialem in actis exhibitam, & petiit, & obtinuit ut ſupra, omni, &c.

81 Deinde citata Parte, ſi opus ſit, ad dicendum contra jura, & repetitis, & admiſſis iuribus, & in quantum citatur, ut infra videlicet

R.P.D N.N.

Romana.

82 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum ſibi præfigi terminum ad docendum de appellatione, ejuſque legitima proſecutione, iuxta formam commiſſionis ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, ut ſupra, & obtinuit præfigi terminum duorum dierum, cum intimatione, &c.

R. P. D. NN.

Romana.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. præfixit terminum, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Succeſſivè elapſis dd. duobus diebus, citetur, ut infra, videlicet.

R. P. D. NN.

Romana.

83 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum taxari, & moderari Expenſas, & taxatas, & moderatas ſolvendum, & tàm pro illis, quàm pro contentis in ſententia, & re iudicata, decerni, & relaxari Mandatum executivum, & aliud neceſſarium, & opportunum, ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Et producta Notula expenſarum, factaque illarum liquidatione à Notario obtinetur decretum videlicet.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, cum intimatione, omni &c.

R. P D. NN.

Romana.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. relaxavit Mandatum, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

84 Executa, & reproducta intimatione, poteſt accipi Mandatum pro contentis, in Sententia, pro expenſis vero, ſcuta viginti monetæ excedentibus, conſtituentibus ſummam appellabilem pro qua Signaturæ reſcribit, non poteſt accipi Mandatum, niſi poſt decem dies datos ad appellandum ab exceſſiva taxatione, aliàs executio facta infra decem dies eſſet nulla. Sed ſi Expenſæ non continent ſummam appellabilem, poteſt accipi Mandatum, etiam pro illis reproducta ut ſupra intimatione.

85 *E*xadverſo Pars citata ad docendum de appellatione ut ſupra, ſi cauſa Appellationis fuit commiſſa, debet citare coram Judice ad quem ad dicendum contra commiſſionem, & inhiberi, vel ſi adhuc commiſſio non eſt expedita, prout ſæpè occurrit, quando judex dat Reverentiales in forma, in cauſa appellabili, cum ſit fere impoſſibile cauſam appellationis committere infra decem dies, & ſic infra terminum Reverentialium, cautela eſt paſsim frequentata, ut infra dictos decem dies doceat de diligentiis in committendo cauſa appellationis, ne aliàs cauſa illis elapſis tranſiret deſerta, docetur autem de diligentiis hujuſmodi coram iudice à quo, ut infra, videlicet.

86 Fit copia Commiſſionis, & præſentatur Eminentiſs. Signaturæ iuſtitiæ Præfecto, vel Illuſtriſs. D. Cancellariæ Regenti, qui illam manu propria ſubſcribit, ut infra, videlicet.

MM Præſentata, *MM.* dies (*verbi gratia*) prima Junii.

Quæ quidem Commiſſionis copia, poſtquàm fuit, ut ſupra ſubſcripta cum adnotatione diei præſentationis illius, vocatur Præſentata, & eſt tantæ efficaciæ ut ſufficiat ad docendum de diligentiis in committendo cauſam appellationis, poſtquam eſt in actis Judicis à quo exhibita, & ſic ad deſertionem appellationis evitandam, productio autem illius fit, ut infra videlicet.

87 Pro NN contra NN.

In officio N N. ad docendum de diligenti in committendo Cauſam appellationis, facto produxit copiam Commiſſionis Illuſtriſs D. Cancellariæ Regenti præſentatam ſub die N N. & ab eo ſubſcriptam, prout in folio tenoris &c. proteſtans per ſe non ſtetiſſe, nec ſtare, &c. & nihil innovaſſi aliàs &c. omni &c.

Præſentata in actis exhibita, habet Appellans illius virtute terminum unius menſis, ſeù triginta dierum, à die ſubſcriptionis, & præſentationis eiuſdem Illuſtriſs. Regente factæ numerandum, ad cauſam Appellationis committendam, Quod ſi nec infra dictum menſem cauſa committi 88

poſſet, facta alia Præſentata ſimili & illa in Actis exhibita, ut ſupra habebit Appellans terminum alterius menſis, donec in effectu Commiſſio ſignata habeatur, & Judici cui eſt directa præſentatur, prout in caſibus, in quibus commiſſio ob legitima impedimenta non potuit in termino primi menſis, ſeu primæ Præſentatæ penitus expediri, obſervatum vidi. 89

Sed ſi coram Iudicem Commiſſario acta infra biennium non traſportarentur, quia inhibitio vigore Commiſſionis emanata moderari ſine ordine Signaturæ non valet, petitur exadverſo, & obtinetur à Signatura committi eidem Judici ad quem, ut ſuam moderetur inhibitionem, ut infra videlicet. 90

Romana.

Beatiſſime Pater. Lata Sententia, ſeù facto Decreto in prima, (*ſeu alia*) inſtantia ab N N. ad favorem N N. devotis S. V. Oratoris contra N N. de, & ſuper certæ pecuniarum ſumma ſcuta N N. excedente rebuſque aliis &c. quæ, ſeu quod ob non proſecutionem infra biennium tranſitum fecit in rem judicatum, ob id licet dictus NN. debuiſſet d. ejus Sententiam executioni demandare, quia tamen ob aſſertam inhibitionem R.P.D.NN. vigore Commiſſionis, ut dicitur emanatæ ad inſtantiam N N. Adverſarii retardatur. Supplicat igitur S. V. Orator antedictus, ut dignetur eidem N N. ut prefixo Parti adverſæ aliquo brevi, & competente termino eius arbitrio moderando, ad tranſportandum acta eo elapſo, & actis non tranſportatis, tuam moderetur inhibitionem, & cauſam ad Judicem à quo remittat, Actis verò tranſportatis, præfixo eidem Parti adverſæ alio brevi, & competente termino ad Docendum de appellatione, ejuſque legitima proſecutione; & cauſis reſtitutionis in integrum, eo elapſo, & nihil quod relevet docto expenſas taxet, & moderetur, dictamque Sententiam, ſeu Decretum legitimæ executioni demandet, & mandatum quæcumque in præmiſſis quomodolibet neceſſaria, & opportuna, decernat, & relaxet, committere, & mandare cum poteſtate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties, conſtitutionibus Apoſtolicis, Stylo Palatij, cæteriſque, contrarijs non obſtantibus quibuſcumque, Statum, &c. pro plenè, &c. Reſcriptum ſignaturæ. 91

De mandato D. N N. P. P. idem Judex præfigat exequatur ut petitur, & juſtitiam faciat.

Placet D. N. Papæ N. Card. N.

Qua commiſſione judici ad quem præſentata, citatur coram eo Pars adverſa ad dicendum contra Commiſſionem in actis ultimo loco exhibitam, & juxta illius formam videndum mandari procedi, ut ſupra *n.* 80. 92

Et deinde citatur eadem Pars adverſa, ut infra videlicet.

R.P.D.N N.

Romana pecuniaria.

Citetur N N. exadverſo principalis, ad videndum ſibi præfigi terminum ad tranſportandum acta juxta formam Commiſſionis, ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè &c. 93

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra præfigi terminum quindecim dierum (*ſeu maiorem vel minorem, prout Judex arbitratus fuerit*) cum intimatione, omni, &c.

R.P.D.N N.

Romana Pecuniaria.

Intimetur N N. exadverſo principali, qualiter D præfixit terminum ad tranſportandum acta, & aliàs prout in Actis, inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Quod ſi acta non fuerint in termino aſſignato tranſportata, citantur ut infra, videlicet.

R. P. D. NN.

94 Romana Pecuniaria.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum moderari inhibitionem, & remitti cauſam ad Iudicem à quo iuxta formam commiſſionis, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit & obtinuit, ut ſupra juxta formam commiſſionis, cum intimatione omni, &c.

R. P. D. NN.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. moderatus fuit inhibitionem, & aliàs prout in actis, Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

95 Actis verò tranſportatis citatur, ut dictum eſt ſupra de NN commiſſione executoriali, NN. *ſub n 8. & ſeqq*

96 Sed ſi cauſa appellationis fuit introducta coram A C vigore ejus ordinariarum facultatum, & acta infra biennium non fuerint tranſportata, quia ipſe pro moderatione ſuæ inhibitionis, dum proceſſit uti ordinarius non indiget alia commiſſione, ſervatis quatuor terminis ad docendum de appellatione, ut ſupra ſervari ſolitis, citatur coram eo pars adverſa, ut infra videlicet.

A C N.

97 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum moderari inhibitionem attento lapſu biennii, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi infra decem, *aut longiorem, vel breviorem terminum arbitrio Iudicis*, cum intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D moderatus fuit inhibitionem, & aliàs prout in actis, Inſtante NN. principali ſivè &c.

N. Notarius.

98 Quo termino elapſo, ſi pars acta non tranſportavit inhibitio remanet moderata, ſi verò acta in dicto termino vel alio forſan prorogato, tranſportavit, A. C. audit, & cognoſcit de meritis cauſæ, & confirmat, vel revocat, vel exequitur ſententiam Iudicis à quo, ſecundum facti contingentias, prout juſtitia ſuadet, ut ſuo loco dicetur.

99 Illud etiam eſt advertendum in cauſis commiſſariis, quod ſi acta ſunt tranſportata, & inſtant, lapſus biennii, oecceſſe eſt obtinere à Signatura propagationem fatalium, nè aliàs cauſa tranſiret deſerta, & obtinetur, ut infra, videlicet.

Romana.

100 Beatiſſime Pater, Introducta cauſa appellationis pro parte Devoti S V. Oratoris NN. ab aſſerta ſententia, ſeù decreto definitivo lato, ſeu facto per NN. in prima (*ſeu alia*) inſtantia ad aſſertum favorem NN. adverſarij coram R. P. D. NN. de, & ſuper certa pecuniarum ſumma ſcutorum NN. excedente, rebuſque aliis, & quia Orator ob varios caſus impeditus infra biennium cujus lapſus inſtat, proſequi non potuit, aut poteſt Supplicat humiliter S V. Orator antedictus, ut dignetur eidem R. P. D. NN. ut fatalia nunquam, *vel ſemel, ſi aliàs fuerunt prorogata*, prorogata quatenus durent, ſuo arbitrio proroget, quatenus verò lapſa ſint, Oratorem adverſus eorum lapſum in integrum prout de Jure, reſtituat, committere, & mandare cum facultatibus in alia commiſſione tributis neceſſariis, & opportunis necnon citandi inhibendi quos quibus quoties conſtitutionibus, ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſque, ſtatum &c pro pleno &c.

101 Reſcriptum Signaturæ.

De mandato D. N. Papæ idem Iudex proroget, teſtituat, ut petitur, & Juſtitiam faciat.

Placet D. N. Papæ N. Card N.

Et exhibitam in actis commiſſione, ac citata parte ad dicendum contra illam, ut ſupra *n*. 43. citatur ut infra videlicet.

R. P. D. NN.

Romana.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum prorogari fatalia, juxta formam commiſſionis, ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè &c. 102

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, ut ſupra, & obtinuit prorogari fatalia ad alios ſex menſes, juxta formam commiſſionis, omni &c.

Verum in Rota, ſi in prima commiſſione appellationis vel alia, ſit etiam commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum, prout de jure, ſemper quis poteſt audiri ſuper meritis cauſæ, & obtinere, ſi conſtat de bono iure, non obſtante quocumque lapſu fatalium, & etiam non obſtante lapſu quadriennii, nam hujuſmodi lapſus non attenditur in Curia. 103

Similiter in cauſis appellationum coram A. C. vigore eius ordinariarum facultatum introductis tranſportatis, actis, & conſtito de bono iure, nec biennii, ſeu fatalium nec quadriennii lapſus attenditur, & ita quotidie obſervatur in Praxi. 104

Denique non ommitto cautelam, quæ datur quando pendente termino iuris, aut alio ad redeundum pro Apoſtolis dato, appellatus vult amputare protractionem litis, & expedire commiſſionem, nam poterit citare appellantem, ut infra, videlicet. 105

A. C. N.

Citetur NN. ex adverſo principalis, ad videndum ſibi reſponderi de Appoſtolis, OO, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius. 106 OO

Decretum.

NN. petiit, ut ſupra. Et tunc D. dedit NN. appellanti Reverentiales in forma (*ſeu alias ſecundum facti contingentiam*) cum intimatione, omni &c,

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. reſpondit de Apoſtolis, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Signanter autem, ſi fuiſſet actum vigore obligationis Cameralis, & Iudex appellanti dediſſet terminum iuris, & interim &c. prout aliquando evenire vidi, ſi appellatus vult procedere ad ulteriora in executione quam citius fieri poſſit, & amputare protractionem litis, poterit citare adverſarium appellantem, ad videndum ſibi de Apoſtolis reſponderi, & inſtare apud Iudicem, ut det Apoſtolos refutatorios, qui ſemper in ſimilibus dari conſueverunt, quibus à Iudice datis, niſi pars obtineat à Præfecto Signaturæ ſuperſeſſoriam, ut ſupra *n*. 19. vel aliud obſiſtat, poterit appellatus, ſine metu attentatorum, procedere ad executionem mandati. 107

Cæterum formulæ cedularum, & commiſſionum appellationis in poſſeſſoriis, & aliis cauſis ponentur infra in ſecunda, & tertia parte, & ſuis locis in quibus de materiis opportunis tractabitur, ex quibus, & aliis ſupperius poſitis, poterunt, mutatis mutandis ſecundum factorum contingentias fieri cedulæ, & commiſſiones cum narrativa, vel ſine, prout caſus requiret, & materia ſubiecta ſuadebit in omnibus cauſis. 108

Obſervationes.

Appellatio in terminis, de quibus agitur, nihil aliud eſt quàm à minori Iudice ad maiorem provocatio *l*. 1. *ſ. ſi quis in appellat. ff. de appellation*. & hæc eſt communis, & receptiſſima appellationis definitio, ut teſtatur Rebuff. *in tract. de appel. in præf. n* 2. *fol*. 898. quem refert, & ſequitur S. acc, *de appell. lib*. 3. *c* a. *q*. 1. *art*. 1. *n*. 5. ad ſuperiorem enim eſt appellandum, non verò ad inferiorem nec etiam ad parem, *c*. *Romana*, §. *debet de appel. in* 6. plenè Surd. *conſ*. 106. *num*. 9. *& ſeqq*. *l*. 1. & eſt appellatio remedium contra venenum iniuſtæ ſententiæ *d. l* 1. *ff. de appel*. Oldrad. *conſ*. 255. *n*. 5. *verſ. præterea*, Grav. ad Veſtr. *lib*. 3. *c*. 5 *n* 51. Scace. *de appel q*. 3 *n*. 1. Braz. *dec*. Bonon 68. *n* 6. & defenſio competens oppreſſis contra iniuſtitiam, & iniquitatem Iudicis *cap. cum ſpeciali*, *§ porrò de appel*. *d. l*. 1. *de appell*. Marant. *de ord. Iud. in p. ult. art* 2 *n* 236. etiam de Iure naturali, Io. Andr. *l. in cap. ſin. n*. 13 *de appell*. *in* A 109 110

in 6. Alex *conſ* 113 *viſo Themate num.* 1. *l.* 5. Scacc. *de appel q* 59. *n* 3 Gravat ad Veſtr. *d l.* 3. *c.* 5. *n.* 55 & ob id non eſt deneganda, etiam Diabolo, pro juſtitia, ſi eſſet in judicio, *c cum inter*, *§. porro de exception.* Pariſ. *conſ.* 28. *n.* 11. *l.* 4. Rot. *dec* 16. *n* 3. *de Dol & contum. in nov.*

111 Appellatio eſt genere permiſſorum, & datur in omnibus cauſis regulariter, *l à Proconſulibus*, *l & in maioribus*, *C. de appel. cap omnis oppreſſus* 2 *q* 6. Bart. *conſ.* 165. *q* 1. *lib* 5. Roman. *conſ.* 261 *ſuper eo*, *n* 4 ubi Manduſ *ſub lit D. dat concordantes*. Alex. *d conſ.* 113 *n.* 13 Specul *de appel. l.* 2 *§ in quibus in princ. & n.* 5. Card. *conſ* 27 *quoniam*, *a* 3. *in fin. verſ* 1. *per regulam*, Veſtr. *in Prax lib.* 7. *c.* 3 *n.* 1. Scacc. *de appel q* 5. *n.* 1. *& q* 16. *n* 1 *& n* 4.

112 Hæc tamen regula, ut DD præallegati ſubdunt, tunc demum procedit, quando appellatio non reperitur prohibita, caſus autem in quibus illa regulariter prohibetur, ſunt plures.

113 Primus caſus eſt à ſententia Principis, ſecundus à ſententia Concilii generalis. Tertius à ſententia cœtus Cardinalium. Quartus à ſententia Senatus Quintus à Sententia Iortis. Sextus à ſententia Dictatoris. Septimus à ſentensia decem virorum. Octavus à ſententia Præfecti prætorio. Nonus à ſententia Legati de latere. Decimus à ſententia parlamenti. Decimus primus à ſententia curiæ ſupremæ Franciæ. Decimus ſecundus à ſententententia Conſilii Neapolis. Decimus tertius à laudo arbitri, & arbitratoris. Decimus quartus à laudo Epiſcopi. Decimus quintus à ſententia Patriarchæ. Decimus ſextus à ſententia Auditoris proceſſuum. Decimus ſeptimus à ſententia Conſiliariorum Principis. Decimus octavus à ſententia Univerſitatis ſtudii Pariſienſis. Decimus nonus à ſententia Iudicum Palatii Imperatoris. Vigeſimus à ſententia Executoris. Vigeſimus primus à ſententia conformi aliis duabus præcedentibus. Vigeſimus ſecundus, quando appellationi fuit renunciatum. Vigeſimus tertius à ſententia lata contra verum contumacem. Vigeſimus quartus à ſententia lata in notoriis. Vigeſimus quintus à mandato de aperiendo Teſtamento. Vigeſimus ſextus à ſententia lata in iudicio poſſeſſorio de Iure Civili. Vigeſimus ſeptimus à ſententia lata pro alimentis futuris. Vigeſimus Octavus à ſententia lata in cauſis piis ad illarum favorem. Vigeſimus nonus à ſententia lata in iudicio executivo pro executione. Trigeſimus ab executione ſententiæ. Trigeſimus primus à ſententia lata de Conſilio Sapientis. Trigeſimus ſecundus à ſententia Iudicis dati cum libero arbitrio. Trigeſimus tertius à ſententia Rectoris contra ſuum Officialem. Trigeſimus quartus à ſententia lata ad favorem Cæſaris, ſivè Fiſci. Trigeſimus quintus à ſententia condemnante ad ſolvendum Decimas. Trigeſimus ſextus, à ſententia nulla. Trigeſimus ſeptimus à Statuto generali. Trigeſimus octavus ab omiſſa Expenſarum condemnatione. Trigeſimus nonus à ſententia Excommunicationis ſeu interdicti Quadrageſimus ab impoſitione pœnæ Iuris. Quadrageſimus primus à futuro gravamine. Quadrageſimus ſecundus à decreti Epiſcopi in Viſitatione. Quadrageſimus tertius à decretis factis à maiore parte Capituli. Quadrageſimus quartus à Contracto. Quadrageſimus quintus à condemnatione Tutoris, ſeu Adminiſtratoris ad reddendam rationem. Quadrageſimus ſextus à condemnatione de cavendo de damno infecto. Quadrageſimus ſeptimus à ſententia demolitionis poſt novi operis nunciationem. Quadrageſimus octavus à ſententia contra Hæredem putativum in interdicto ſuorum bonorum. Quadrageſimus nonus à ſententia ſuper nominatione ſeu electione ad manus Quinquageſimus à Sententia ſuper iuramento delato. Quinquageſimus primus à ſententia Calculatoris. Quinquageſimus ſecundus, quando appellatio eſſet frivola. Quinquageſimus tertius à ſententia ad favorem Legatarii, vel Fideicommiſſarii præſertim in Tribunali A. C in quo de ſtylo obſervatur opinio *Angeli*, ſcilicet, quod pro legato competat via executiva, ut ſupra, *cap.* 1. *lit. B. verſic. Cæterum pro Legato*. Quinquageſimus quartus, quando periculum eſt in mora. Quinquageſimus quintus ab eo, quod procuratum fuit fieri. Quinquageſimus ſextus à ſententia lata in cauſis parvulis. Quinquageſimus ſeptimus à ſententia. Vicarii Urbis in cauſis à quinque ducatis infrà. Quinquageſimus octavus à ſententia Senatoris, & Collateralium Urbis in cauſis à decem ſcutis infrà Quinquageſimus nonus in cauſis non excedentibus valorem ſexdecim ducatorum auri de Camera, juxta ſtylum Signaturæ. Sexageſimus in cauſis Neapolis non excedentibus valorem duarum unciarum. Sexageſimus primus à ſententia pro funeralibus. Sexageſimus ſecundus à ſententia de conficiendo inventarium. Sexageſimus tertius ab interlocutoriis. Sexageſimus quartus in cauſis criminalibus.

Hos cauſus reſpectivè referunt, & ſequuntur, Specul. *de appel. d.* 5. *in quibus*, *n* 1. *& ſeqq.* Rebuff. *ſuper Conſtit. intr de appel. art.* 7 *gloſ.* 2. *fol* 914. Maran. *de ord Iud. part.* 3. *ſextæ, & ult. partis principalis act.* 2. *n.* 535. *& ſeqq.* Vigel. *in Method. Iur. Pontif l.* 2. *c.* 18. *de appell. verſ.* 2. *cauſæ ex qua fol.* 196. Veſtr. *d. l.* 7. *cap.* 3. *n.* 2. *& ſeqq.* Gonzal. Suar. de Paz *in prax. tom.* 1. *part* 5. *c.* 3. §. 12. *n.* 130. Card. Tuſc. *pract concl. to.* 1. *à concl.* 402. *uſque concl.* 420. Moſcatel. *in prax. l.* 1. *p.* 7. *in gl. condemnando*, *n.* 40. *verſ. ſed quid de taxatione*, cum aliis latiſſimè per Scacc. *de appell. d. q.* 16. *& q.* 17. *per tot.* ubi multipliciter limitat, & declarat, ad quem ob id in facti contingentiam erit recurrendum.

Sunt etiam alii caſus in quibus non datur appellatio, quorum non nullos refert. Contard. *in l. unica*, *in* 5. *notab. nu.* 18. *& ſeq. Cod. ſi de momen. poſt. agat.* & alii plures, quos uſque ad numerum centum viginti recenſet Nicell. *de concord.* Gloſſ. *cap.* 6. 114

A ſententia verò, ſeù decreto A C. ſummam ſcutorum viginti monetæ non excedente, non datur appellatio, & ita quotidie obſervatur, Sal. Tib. *in prax. l.* 2. *c.* 22 *n.* 12. 115

Cæterum ubi appellatio non admittitur ſtatim, fit exequutio, poſt Maran. tradit Contard. *in d. l. unica n* 9. *C. ſi de mon. poſſ agat.* & quidem ſine metu attentatorum, Rot. *in Senogallien. ſupplimenti ligitimæ* 17. *Maii* 1645. *coram R. P. D. Dunozetta Decana.* 116

Quod procedit attento uſu Romanæ Curiæ exequendi, mediantibus litteris executorialibus, ſeu mandatis executivis, vel aliis in Decretis, ſeù ſententiis relaxatis: ſecus ſi mandatum in ſententia decretum, & relaxatum non fuerit, nam tunc neceſſe eſſet, iterum citare partem ad videndum decerni, & relaxari mandatum in vim ſententiæ latæ, & demum obtento Decreto, & facta intimatione opportuna, expedire mandatum ſervatis ſervandis, & eius vigore ad executionem deinde procedere Saluſt. Tiber. *in prax. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 27. *& ſeq.* 117

Appellatio interponenda eſt à ſententia, ſeu decreto Judicis à quo, infra decem dies, *cap. cum dilecti*, *§. ſi verò in fin. de elect. cap. ſignificaverunt*, *§. mandamus*, *de Teſt. c. quod ad conſultationem*, *§. taliter*, *de re iud. Auth. hodie*, *C. de appel.* Marant. *de ord. iud. in* 3. *part.* 6. *par. princ. act.* 2. *n.* 202. Veſtr. *l.* 7. *c.* 3. *n.* 19. *verſ. hodie verſ.* Lancellot. *de at. tent. append. c.* 12. *limit.* 50. *n.* 37. *ſeqq.* Saluſt. Tib. *lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 3. latè Scacc *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 12. *n.* 2. B 118

Et licet tempus dd. decem dierum currat de momento ad momentum, Bartol. *in l.* 1. *§. dies*, *ff. quando appell. ſit*, cum aliis latè congeſtis per Scacc *de appellat. d. q.* 12. *n.* 49. 119

Nihilominus ex Conſtitutione Bullæ Innocentianæ, quæ non ſolum in Rota, & Curia Romana, ſed etiam in toto Statu Eccleſiaſtico ſervatur, non attenditur d momentum, ſed ſufficit appellare in ultima die decenoii, & in qualibet d. ultimæ diei parte, Veſtr. *in prax. lib.* 7. *c.* 3. *n.* 26. Scacc. *de appell. d. q.* 12. *n.* 53. *& ſeq.* Saluſt. Tiber. qui etiam de inveterato ſtylo Tribunalis, A. C. teſtatur, *in Prax. lib.* 2. *c.* 25. *n.* 1. *verſ. & licet.* 120

Et eſt adeò verum, quod appellatio ſit coram Judice à quo interponenda infra decem dies à die latæ ſententiæ, ſeu facti Decreti numerandos, ut hoc procedat, etiam in ſententia conditionali, & in Decretis, quæ quotidie fiunt ab A. C. & aliis Romanæ Curiæ Iudicibus ſub conditione, niſi ad primam diem, vel niſi infra tres, niſi infra decem, aut aliud tempus Judici benevisum, ea ratione, quia ſententia, ſeu Decretum ſtatim incipit gravare, & per illam conditionem non pendente ſententia, ſeu Decretum, ſed tantum illius actus, & executio, *l.* 2. *§. biduum in fin. ff. quand. appell. ſit*, cum aliis allegatis per Veſtr. *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 21. Saluſt. Tib. *in prax. lib.* 2. *c.* 25. *n.* 1. *& c.* 39. *n.* 1. Lancell. *de attent. appel. pend. d. c.* 12. *limit.* 50. *n.* 504. *& ſeq.* Scacc. *de appell. d. q.* 12. *n.* 551. Rot. *dec.* 675. *n.* 3. *part.* 1. *diverſ.* 121

Sed hoc non procedit in ſententia excommunicationis 122

lata

Digitized by Google

lata ſub conditione, nam ab ea ſufficit appellare infra decem dies à die exiſtentis conditionis, Lanccell. *de atten. d. c. 12. lim. 22. & lim 23. n. 40.* Socc. *reg. 497. terminus decem dierum in 2. fallent.* Scacc. *de appell. d. q. 12. n 113.* Sal. Tiber. *d. lib. 2. c. 29. n. 2.*

123 Concluſio tamen, quod appellandum ſit infra decem dies à die latæ ſententiæ, ſeu facti decreti, recipit declarationem, ut procedat de eo, qui fuit præſens decreti factioni, vel ſententiæ prolationi, vel etiam quando quis fuit perſonaliter citatus, Veſtr. *d. lib. 7. c. 3. n. 21. in princ. & verſ. in iſtis terminis*, Scacc. *de appell. d. q. 12. num. 8. ver. primus caſus*, Rot. *deciſ. 758. numer. 3. diverſ. lib. 3*

124 Nec non etiam in eo, qui perſonaliter citatus, fuit verus contumax licèt enim verus contumax regulariter non appellet, ex latè congeſtis per Scacc. *de appell. q. 17. lim. 3. n. 1.* Fenzon. ad Stat. Urb. *lib 1. cap. 168. n. 21.* hoc tamen multipliciter limitatur per Scacc *poſt alios d. q. 17. lim. 3 n. 8. & ſeqq.*

125 Et ſignanter, non habeat locum in Rota nec in Curia
Romana, nec etiam in Statu Eccleſiaſtico, in quo omni
prorſus difficultate remota, verſus contumax in non veni-
endo appellare poteſt, dummodo appellet infra decem dies
à die latæ ſententiæ, ex cumulatis per eumdem Scacc. *d q.*
126 *17 lim. 3. n. 10. & per* Fenzon. *ad Stat. Urbis, lib. 1. cap. 168. n.*
19. & ſeq ubi quod verus contumax eſt ille, qui perſonali-
ter citatus non comparuit, Rot *deciſ. 16. n. 1. de dolo, & cont.*
in nou. Marant. *d. act. 2. n 285.* Gravat. ad Veſtr. *d. lib. 7.*
c. 2. n. 53. cum aliis per eum allegatis,

127 Cæterum fictus contumax, qui vel fuit citatus per edictum, vel contradictas, vel domi dimiſsa copia, poteſt appellare infra decem dies a die habitæ notitiæ, Soc. *reg. 397. Terminus decem dierum*, Oldrad. *conſ. 130. n. 12.* Ang. *conſil. 302. viſis, n. 4.* Veſtr. *lib. 7 c. 3. n 21. verſ. quid ſi*, & ibi Gravat. *n. 52. & ſeq.* Lancellot. *de attent. appel. pend part. 2. c. 12. lim 30. n. 142. & ſeqq.* Fenzon. *ad Stat. Urb. d. c. 168. n. 18. & n. 22. & ſeqq.* Rot. *deciſ. 511. n. 3. lib. 2. & dec. 28. lib. 3. part. 3.* dixit latè Scacc. *de appell. d. q. 12. n. 13.*

128 Hoc tamen primò non procedit, quando quia fuit citatus perſonaliter, & conſtituit Procuratorem, & ambo deinde ſe abſentarunt, tunc enim, licet fuerit poſtea citatus per audientiam contradictarum, debet appellare infra decem dies à die ſententiæ, ex quo eſt verus contumax, nec auditur appellans à die habitæ notitiæ, Rota *deciſ. 16. in fin. de dol. & cont. in nou.* Chirogha *deciſ. 156. n. 1.*

129 Lancell. *de att. dict. cap. 12. lim. 50. n. 47.* ubi † quod appellans iſto caſu eſſet audiendus per viam reſtitutionis in integrum.

130 Secundo non procedit, quando citatus domi dimiſſa copia, habuit notitiam citationis executæ, & de hoc conſtat in actis, nam tunc debet appellare à die latæ ſententiæ, ſicut contumax verus, quæ ſcientia ſignanter colligitur, ſi ultra citationem fuit ſententeptia de mandato Judicis intimata, prout quotidie ſolent intimari decreta de mandato A. C. & aliorum Rumanæ Curiæ Judicium, tunc enim appellandum eſt a die intimationis executæ, nam licèt quis non præſumatur habuiſse notitiam citationis executæ domi, dimiſsa copia, ſecus tamen eſt, quando fuit etiam executa intimatio, & ſic adeſt actus geminatus, Soc. cin. *dict. reg. 397. Terminus decem dierum in 2. fall.* Lancell. *de attent. appellat. pend. d. cap. lim. 50. numer. 156. & ſeqq.* Chaſsanen. *dec. 19. citatus ad domum*, Scacc. *de appellat. quæſt. 12. num. 25. & ſeqq. nu. 31.* Ubi inſert, bonum eſſe
131 ſtylum A. C. decernendi mandata executiva, niſi ad pri-
mam diem cum intimatione, quo caſu cum fiat inti-
matio authoritate judicis, non eſt neceſse, quòd in ea te-
nor ſententiæ inferatur, & ſufficiunt illa verba in fine in-
timationis, *& aliàs prout in actis*, ad hoc ut tempus ad ap-
pellandum currat à die executæ intimationis ſecus eſset in
intimatione facta ſine authoritate, & juſſu Judicis, nam
tunc totus tenor ſententiæ eſset inſerendus, aliàs intimatio
non afficeret ad d. effectum.

C Appellatio eſt interponenda coram Judice, *l. 1. §. dies,*
132 *ff. quando appell fit, cap. biduum 2. q. 6. c. ut debitus de ap-*
pell Scac. *de appell. q 4. art. 5. n. 38. & q 6. n. 1. In Salerni-*
tana Contributionis 12. Maii 1614. coram bon. mem R. Ar-
chiepiſcopo Seleucien. Cocc. *dec 234. n. 3.* Rot. *dec. 396. nu. 3*
& deciſ. 394. n. 2. part. 2. & deciſ 722. n. 2 part. 3. recent. ubi
133 de laudabili ſtylo Rotæ, & aliorum Urbis Tribunalium
teſtatur, & quod ob id non ſufficit, Cedulam appellationis dimittere in manibus Notarii, Caval. *dec. 495. num 2.* ubi alias deciſ. cumulat. Ferentil ad Buratt. *deciſ. 202. num. 5.*

Hoc tamen non procedit, quando Judicis præſentia ha- 134
beri non poteſt, tunc enim ſufficit præſentare appellatio-
nem coram Notario, *ex doctr.* Bald. *in auth. quæ ſupplicatio,*
n. 3. C. de princ Imper. offer. quam ita declarat. Gravat. ad
Veſtr. *lib. 7 c 3. n. 58, verſ. cæterum.* & poſt alios Rot. *in*
Salernitana Contributionis, 14. Novembris 1614. coram bon.
mem Seleucien quæ eſt dict. dec. 594. num. 3. part. 2. recent.
Ferentill ad Buratt. *d deciſ 202. num 5.* ubi quod hoc caſu
poteſt etiam appellari coram Judice ad quem, vel coram
honeſtis Viris.

Præterea concluſio ſuperius firmata declaratur multi- 135
pliciter per Scacc, *d q. 6.* & ſignanter *ſub num 40.* ut ſatis de
ſtylo dicatur interpoſita appellatio coram Judice a quo,
etiam ſi Cedula appellationis ſit data Notario cauſæ
in officio in abſentia Judicis, dummodò infra legitima tem-
pora d. Notarius illam Judici legat, ſive poſtea, dum ipſe
eam legit, pars appellans ſit præſens, ſivè abſens, & ita in
praxi obſervari teſtatur, & dummodo etiam productio hu-
juſmodi Cedulæ adnotetur in actis ſub illis verbis, *coram D.*
meque, &c. prout quotidie ſervat praxis

Affert etiam Scacc *d. num 40.* aliam declarationem in 136
Appellationibus a Sententiis de partibus, à quibus A C de
ſtylo admittit appellationem, etiam ſi illa non fuerit inter-
poſita coram Judice à quo, cujus rei ſuperius idem Scacc.
q. 3. num. 12. reddit rationem, quia appellatio interponitur
ex ipſo recurſu ad A. C. & coram eo producitur Sententia
de partibus, & ab ea interponitur appellatio, cujus vigore
datur Inhibitio, ſicque conſtat de Appellatione, & ita quo-
tidie obſervat Praxis.

Appellatio viva voce à deffinitiva Sententia interponi D
debet apud Acta incontinenti poſt latam Sententiam, di- 137
cendo, *appello*, Judice adhuc pro Tribunali ſedente, & ſic
interpoſita ſufficit, alias non valet, *l. 1. ff de Appellat l.*
litigatoribus, C. de Appell. Specular. *de Appell lib. 2. §. qua-*
liter in prin. Franc. *in cap. ut debitus, in 7. q. n. 16. de Appell.*
Ang. *conſ. 267. n 1. verſ. hoc præmiſſo.* Maran. *de ord. jud.*
in 3. par. 6. par. princ. art. 2 num. 124. Veſtr. *in Prax. l. 7.*
cap. 3. n. 28. & ibi Gravat. *n. 60.* Scacc *de Appell. q. 4. n.*
15. & ſeq. Coccin. *dec. 265. n. 2.* Duran. *deciſ. 217. n. 6. &*
deciſ. 297. num 1.

Hoc tamen non procedit in interlocutoria, à qua non po- 138
teſt appellari viva voce, ſed neceſſe eſt appellare in ſcriptis,
c. cordi, de Appell in 6. Maran *d part. 3. ſexta part. prin.*
art. 2. n 126 Caſtren. *conſ. 270 ſuper primo, n 1. verſ. ſu-*
per 2 lib. 1. Veſtr. *d. lib. 7 c. 3. n 28.* Capyc. *dec 34. nu.*
50 Rot *deciſ. 2. n. 8 par. 2. diverſ.* Duran *dec. 217. n. 8.*
quod non ſolùm procedit de Jure Canonico, ſed etiam de
Jure Civili, Bart. *in l. eius qui, n. 4. verſ. 1. quæro. ff de Ap-*
pell. recip ubi quod ita obſervat conſuetudo, latè Scacc. *de*
Appell. d. q 4. n. 9. & n. 17. & † ob id in Appellatione ab 139
Interlocutoria viva voce emiſſa ſuperflua, & fruſtratoria
eſt illa clauſula, *reſervato iure appellandi, in ſcriptis.* Fran.
in d. cap. ut debitus, q. 7. n. 16. verſus finem, quem refert &
ſequitur, Scacc. *de Appellat. dict. q. 4. num. 9. verſ. inferò in*
hac extenſione.

Cæterum hæc diligentia appellandi viva voce in conti- 140
nenti, licèt poſſit aliquo caſu prodeſſe, prout ſi dubitaretur
an cauſa eſſet appellabilis, vel executio timeretur nam poſ-
ſet cum ea appellatione Superior adiri, & inhibitio obtine-
ri, vel ſi Judex appellationi deferret, nihilominus poteſt
etiam nocere, quia ab ea currere fatalia incipiunt, ut poſt
Bal. & Felyn. quos allegat, & ſequitur Luc. Pet. *in Prax.*
lib. 5. c. 1. n. 4. & ſeq ad quem ſe refert. Scacc. *de Appell.*
q 4. art. 1. nu. 17 & ob id, valdè cautus debet eſſe cauſæ
Patronus, & ſubtiliſſimè quid ſibi expediat perpendere,
ut ſubdit idem Luc Per. *d. c. 1 num 6* Unde † non mirum, 141
quòd in Curia fere ſemper ſoleat in ſcriptis appellari, ſivè
ab interlocutoria, ſivè à diffinitiva, Veſtr. *dict. lib. 7. cap.*
3. num. 28.

Si quis intra decendium de Jure ad appellandum conceſ- E
ſum Appellationem viva voce, ſalvo jure appellandi 142
in ſcriptis, emiſſam, in ſcriptis redegerit, an tempus,
ſeu fatale ad proſequendam cauſam Appellationis de-
beat a prima incontinenti viva voce emiſſa, an à ſecuda
in ſcri-

in ſcriptis interpoſita computati, & videtur, quod à prima currere incipiat, quia prima eſt valida, & Sententiam reſcindit, Juriſdictionem ſuſpendit, & ad Superiorem devolvit, & ſecunda trahitur ad primam, Bartol. in l. cum Procurator, §. ſi Dominus n. 4. ff. de nov. oper. nunc. quem ſequitur Bald. in l. appell. n. 6. C. de Appell. & clarius c. 430. n. 4. lib. 3. Abb Panor. in c. dilecto, n. 12. de app. Cuman. in d. l. Procurator, n. 3. ubi quod d. reſervatio nihil operatur, Add. ad Dec in c. bonæ memoriæ, n. 68. in verb. ſed Bart. lit. B. ubi quod opinio Bartol. non ſolum eſt communis, ſed etiam vera, & quæ obſervatur in practica, quicquid dicat ibi Dec. & Bald. ſibi contrarius in c. 1. §. ſancimus, n. 4. quo temp. Mil inveſt. pet. deb. in uſibus feud. & ob id verba, Bald. in d. §. ſancimus n. 4. non habere ſaporem, quia revera Sententia per primam Appellationem viva voce interpoſitam, eſt reſciſſa, tradit Caſtr. in l. 1. §. libelli, n. 6. ff de App. eandem Bart. opinionem tenet Caſtr. c. 7. n. 2. ff. verſ. per prædicta dico, & conſ. 270. n. 2. lib. 1. ubi quod ſecundum opinionem Bart. conſuluerunt præſtantiſſimi Doctores, Honoſrius de Perufio, Antonius de Butrio, & Petrus de Ancharano, quos ipſe aliàs eſt conſulendo, & legendo ſecutus eandem Bartol. opinionem latè defendit Rom. conſ. 41. n. 4. & ſeq. & ubi Mandoſ. in addit. in verbo dicendum ſub lit. C. contrariis reſpondet, & latius diſputat, & tuetur Marant. de ordin. Iud. in d. 3. part. 6. prin. act. 2 n. 132. ubi de veriori, & magis communi teſtatur, & n. 133. & ſeqq. omnia contraria tollit, quem ſequitur Gravat ad Veſtr. dict. lib. 7. c. 3. n. 62. ubi de receptiori.

143 Contrarium tenent Jaſ. in d. l. cum Procurator, § ſi Dominus, n. 13 & ibi Alex. n. 18. & ſeq ubi de communi, & conſ 64 n. 5. lib. 6. ubi de veriori, & magis communi, Dec. in cap. bonæ n. 68. de App. ubi de communi Canoniſtarum, Salic. in l ſi quis libellos, n. 3. & ſeqq. C. de App. Luc. Pet. in Prax. lib. 5 cap. 1. n 9.

144 Sed videtur diſtinguendum, quod aut prima Appellatio eſt valida, tunc illa eſt attendenda, & ſecunda trahitur ad primam quam in ſcriptis redigit, & ita procedat prima opinio Bart. & Marant. verior, & magis communis, Aut prima Appellatio eſt invalida, vel interpoſita ab interlocutoria, & tunc poteſt ſalvari ſecunda opinio Alex. & ſequacium, quæ quidem diſtinctio colligitur ex trad. per Mandoſ. ad Rom. d. conſ. 41. ſub lit. C. Capic. dec. 34. n. 10. Marant. d act. 2. n. 132 & ſeqq.

145 Vel dici poteſt, quòd Aut in ſecunda Appellatione nihil fuit de novo deductum, ſed appellatum ad eundem Judicem, ad quem fuerat appellatum in prima, & tunc attendenda ſit prima Appellatio, & ſatale ab ea currere incipiat, quia non reperitur hoc caſu Jure cautum, quod Appellans poſſit variare, & variatio videtur fruſtratoria, & ſic procedat prima opinio Bart. in d. §. ſi Dominus Bald. d. conſ. 430. n 4 l. 3. & Marant. d. act. 2. n. 134. & n. 139. Aut in ſecunda fuit aliquid deductum diverſum à prima, quia fuit appellatum ad alium Judicem diverſum, vel aliàs prima Appellatio fuit immutata, & tunc procedat ſecunda opinio, Nam variatio in hoc caſu eſt permiſſa, & aliquid operatur, Bald. d. conſ. 430. n. 4. lib. 3. Roman d. conſ 41. n. 4. verſ. item & ſecundum intellectum Gloſ. Abb in d conſ. dilecto, n. 12. verſ. prædicta, Marant. de ordin jud d. act. 2. n. 134. & n. 139. & in hunc ſenſum poteſt intelligi, quod poſt Butr. & Abb. in d c dilecto n. 13 de App. tradit Alex. d. conſ. 64. n. 5. lib. 6. quod tempus currat à die ſecundæ Appellationis interpoſitæ in ſcriptis, ſaltem quando Appellans non repetit idem, quod in prima Appellatione, ſed diverſum, & ſic quando ſecunda Appellatio eſt diverſa à prima & de hac diverſitate evidenter, vel etiam ex conjecturis apparet, aliàs ſecus, prout etiam idem videtur voluiſſe, Salic. in d l. ſi quis libello, n. 4. verſ. quid igitur dicendum, quem Alex. & alii pro ſecunda opinione allegant, & ſequuntur, dum ipſe aſſerit, quod infra decem dies, ad appellandum à lege conceſſos, Appellans poteſt variare, & primam Appellationem immutare, ergo ſi non variavit, nec primam immutavit, quinimò primæ Appellationis dicta repetiit, attendenda erit prima Appellatio, & ab ea current fatalia.

146 Vel tertiò forte dici poteſt quòd cum Dec. in d c. bonæ, n. 68. de Appell. dicat communem eſſe opinionem Canoniſtarum contra Bart. licet in Terris Imperii, & in locis, ubi ſervatur Ius Civile, eſſet præferenda opinio Bartoli, & Legiſtarum, nihilominus in terris Eccleſiæ, & ubi ſervatur Jus Canonicum, eſſet præferenda opinio Canoniſtarum, etiam ſi contraria opinio Legiſtarum eſſet magis communis, Grat. conſ. 119. n. 6. & ſeq. per doctrinam Bar. & DD. in l. privilegia, C. de Sacr. Eccleſ. & aliorum quos refert, & ſequitur, Grat. d. reſp. 119. n. 6. & ſeq.

Sed iſtud Grat. reſponſum confunditur ex eo, quia ipſe præſupponit communem opinionem Canoniſtarum, 147 eſſe contra Bart. prout teſtatur Dec. & tamen quàm plurimi Canoniſtæ tenent, & ſequuntur opinionem Bar. contr. Dec quos refert, & ſequitur Jaſ. in d. l. cum Procurator, §. ſi Dominus, n. 10. ubi ideo teſtatur, quod opinio Bart. eſt communiter recepta, tàm à Legiſtis, quàm à Canoniſtis, ff. de nou. oper. nunc.

Et opinioni Bartol. in propoſito adſtipulatur etiam 148 Butr in d. cap. dilecto, n. 17. verſ. per quæ apparet, de Appell. quem ſequitur ibi, Abb. Panorm. num. 13. quod ſcilicet, ſi appellans, qui ſibi facultatem appellandi in ſcriptis reſervaverat, non facit in ſecunda appellatione mentionem de prima, vel ejus tenore, & ſic ex conjecturis non conſtat, an ipſe voluerit proſequi primam, vel ſecundam, in dubio cautius eſt ante factum præſupponere opinionem Bartol. ob defectum intereſſe, quod in hoc caſo non adeſt in appellante, ut etiam ibi tradit Abb. n. 12. quem cum Bart. in hoc caſu tenere, ſcribit Franc. in cap. tua nobis, col. 5. verſ. ultima dubitatio, ibi, quid autem ſi de conjecturis non apparet, de appell. prout etiam cum Bartol. quod non recedatur à prima appellatione per ſecundam, tenet Archidiac. in c. biduum, n. 6. verſ. & eſt hic expreſſum 2. q. 6. ut refert Butr. in d c. dilect. n. 17. ver. per quæ apparet.

Et licet Franc. ibidem ſequatur opin. Imol. in d. §. ſi Dominus, n. 6. & Roman. n. 3. qui aſſerunt, quod ſicut ab initio, ſi conſtat de mente appellantis, illa debet ſervari, ita in dubio videtur, quod debeat fieri interpretatio, prout eſt illi utilius; eſt autem utilius appellanti, quod tempus computetur à die ſecundæ appellationis in ſcriptis, ob intereſſe longioris vitæ appellationis, quia habet majus tempus ad proſequendum, igitur videtur tenendum contra Bart. & ſequaces, quod tempus non debeat à prima appellatione viva voce, ſed à ſecunda in ſcriptis computari. 149

Nihilominus iſtud intereſſe, vel non adeſt, ut ſupra, vel 150 ſi adeſt Alex. in d. §. ſi Dominus, n. 11. defendendo Bart. reſpondet rationi eorum, quod ſcilicet iſtud intereſſe longioris vitæ non eſt conſiderabile, & non attenditur in appellatione per doctrinam Gl. in l. quib. idem, ff. de verb oblig.

Sed rurſus contra Alex. inſurgit Jaſ. in dict. §. ſi Dominus, n 11. replicando quod doctrina Gloſſ. in dict. l quibus idem, procedit in ſtipulatione, in qua non attenditur aliud intereſſe, quàm pecuniarium, ſecus eſt ſententia, & appellatione, in qua intereſſe non attenditur, ut per Bart. in d. §. ſi Dominus n. 7. verſ. item quia, per tex. in leg. poſthumus, § ſi quis ex his, ff de inoffic. teſtam. ergo ſubdit Jaſ. ſi Sententiæ, & appellationi accedat intereſſe, qualecumque illud ſit, attenditur. 151

Cæterum Bartol. contra Jaſ. benè defendi poſt cum 152 eodem Bartol. diſtinguendo conſequentiam Jaſonis: nam aut ſententiæ, & appellationi accedit intereſſe pecuniarium, & tunc illud attenditur, qualecumque ſit, aut accedit intereſſe longioris vitæ appellationis, & tunc ſecus, quia Jaſ. hoc non probat, nec repetitur Jure cautum, quod illud debeat attendi, quinimò non eſſe attendendum ſuadet tex. in l. Pater qui caſtrenſe, in fin. ff. de caſtr. pecul. Gloſ. in d l. quibus idem, quam ibi Bart. comprobat, ff. de verb. oblig Alex. in d. § ſi Dominus, nu. 11. Mandoſ. ad Roman. d. conſ. 41. in verbo dicendum, ſub lit. C.

Non omitto cautelam, quam DD. tradunt, nè quis 153 poſſit his appellare, ut ſtatim ſecuta prima appellatione, Iudex illam admittat, reſpondendo de Apoſtolis dimiſſoriis, quia tunc abdicat à ſe iuriſdictionem, qua devolata ad Superiorem per dictam admiſſionem non poteſt amplius ſecundæ appellationi deferre, Cepoll. caut. 19 3. num. 2. Bald. in l. eos §. Apoſtolos, verſ. quæro nunquid, C. de Appell. Dec. in d. c. bonæ mem. n 72 de appell & hanc opinionem tenuit maior pars DD. de Rota ut teſtatur Bilignet. deciſ. 23. nu. 4 de appell licet ipſe pro primam opinionem contra Rotam defendere conetur.

Apoſtoli ſunt literæ Dimiſſoriales, ſeù miſſivæ quibus F
Judex à quo teſtatur Superiori, ſeu Judici ad quem de 154
appel-

Digitized by Google

appellatione à ſua ſententia interpoſita, an, & quomo-
do appellans fuerit ab ejus juriſdictione dimiſſus, & con-
ceduntur appellanti, ut cum illis ſe Judici ad quem præ-
ſentare, & de prædictis ei fidem facere poſſit, Spec. de
appell. lib. 4. §. ſequitur videre, cum rubr. de Apoſtol. ſeu
libell. dimiſſ. in fin. prin. & n. 10. Præpoſ. in c. ut debitus,
n. 5. de appel. Suar. in Prax. to. 1 par. 6. in probem. nu. 41.
Veſtr. lib. 7. c. 3. n. 32. & ibi Gravat. n. 66. Scac. de appel. q.
155 13. n. 1. & † dicuntur ab Apoſtellin, quod eſt mittere,
Veſtr. d. lib. 7. c. 3. n. 32. Scac. d. q. 13. n. 1. Marcheſ. de com-
miſſ. par. 2. tit. de apoſt. petit. & conceſ. n. 3. & ſeq. & n.
8. fol. 3. & ſeq. ſec. nov. impreſ.
156 Apoſtoli, de quibus ut plurimum ſolent Judices, re-
ſpondere in Curia, aut ſunt Refutatorii, aut ſunt Re-
verentiales in forma, aut ſunt Teſtimoniales.
157 Refutatorios dare ſolent Judices, ubicumque fuit
actum vigore obligationis cameralis, & in cauſis exe-
cutivis, & ſummariis, & alias ubicumque appellatio
venit reiicienda, & tunc per dationem hujuſmodi Apo-
ſtolorum appellatio non cenſetur admiſſa, nec Judex
habet manus ligatas, ideò poteſt ad libitum ad ulterio-
ra procedere, Specul. de appell. d. §. ſequitur, nu. 6. lib. 4.
Veſt. in Prax. lib. 7. c. 3. n. 32. & ibi Gravat. n. 66. Habet
158 tamen appellans hoc caſu tempus unius anni ad com-
mittendam cauſam appellationis, eamque finiendam,
ex cauſa biennium, & per viam reſtitutionis in inte-
grum triennium, Scacc. de appell. q. 17. n. 2.
159 Reverentiales in forma dare ſolent Judices in Curia,
ubicumque fuit à definitiva appellatum, & venit appel-
lationi deferẽdum, etiam ſi Judex ſit aliqualiter dubius,
an appellationi ſit deferendum, & tunc quia Judex de-
fert, appellatio cenſetur admiſſa, & abdicata juriſdictio.
Dicuntur autem Reverentiales ob reverentiam Summi
Pontificis, ad quẽ in Curia appellatio interponitur, Spe-
cul. de appel. l. 4 §. ſequitur, n. 8. Veſt. in Prax l. 7. c. 3. n. 32
latè Scac. de appel q. 13. n. 18. & q. 14. n. 7 & n. 12. & ſeq.
160 Et habet tunc appellans tempus quod illi unico con-
textu a Judice præfigitur, quando dat Reverentiales in
forma decem dierum ad cauſam appellationis commit-
tendum, Veſt. in Prax. l. 7. c. ult. n. 2 Rot. dec. 66. de appel.
in nov. Put dec. 371. lib. 2. Scac. de app. q. 14. n. 7. & n. 12. &
ſeq. Bur. dec. 171 n. 3. quinimò datis Reverentialibus in
161 forma terminus decem dierum ad cauſam committen-
dam, eo ipſo cenſetur præfixus, Lanceli de atten. appel.
pend. c. 12. in prefat. n. 59. & ſeq. Scac. de appel. d. q. 14. n.
7. circa med. verſ. & quod, Bur. d. d. 171. n. 4. Et † cauſa in
d. termino non commiſſa, remanet deſerta appellatio,
Bur d. dec. 171 n. 4. & dec. 226. n. 1. & n. 3. & dec. 764. n. 1.
162 Teſtimoniales dare ſolent Judices, quando appellatio
eis admittenda non videtur, nec deneganda, & ob id po-
teſt Judex, qui dat Teſtimoniales procedere ad ulteriora.
Dicuntur autem Teſtimoniales ex eo quia, teſtificatur
de Appellatione coram Judice, aut eo abſente coram
Notario, aut aliis honeſtis, aut fide dignis Perſonis in-
terpoſita, Spec. de appel. d. l. 4 §. ſequitur n. 1. poſt med. &
n. 11. cum aliis cumulatis per Scac. de appel. q. 13. n. 6. Et
163 † habet hoc caſu Appellans terminum unius anni ad
cauſam Appellationis committendam, March. de Com-
miſſ. p. 2. ſub tit. de Apoſt. pet. & conceſ. n. 55. fol. 7. ſec. nov.
imp. Put. dec. 371. lib. 2. Scac. de appell. q. 14. n. 2. & n. 66.
164 Et licet propriè Apoſtoli teſtimoniales dicantur,
quando quis in abſentia Judicis appellat coram publicis
aut honeſtis Viris, cum proteſtatione quod libenter ap-
pellaret coram Judice ſi adeſſet, & ab eò Apoſtolos pe-
teret, prout in Cedula, quam præmanibus habet, &
propterea requiſit Notarium ibidem præſentem, ut de
ſua diligentia fidem faciat, & de Apoſtolis, reſpondeat,
qui Notarius debet dare Teſtimoniales & de prædictis
publicum conficere Inſtrumentum, Veſtr. in Prax. lib. 7.
c. 3. n. 32. & poſt Mandoſ & alios latius tradit, Scacc. de
165 appell. d. q. 15. n. 7. & ſeq. ubi † quod Appellans reverſo
Judice non cogitur eum adire, nec Apoſtolos petere ſe-
cundum cõmunem opinionem, quę ſervatur in Praxi.
166 Nihilominus etiam Judex quando coram eo appella-
tur, & non vult appellationem admittere, nec denegare
dare ſolet Teſtimoniales (prout ſignãter bo. me. Coccinus
& bo. mem. Pirovanus Sac. Rotæ Decani ſæpè facere con-
ſueverunt) quo caſu, cum hæc Apoſtolorum reſponſio

reguletur à Jure, aut de Jure appellatio erat admitten-
da, & de Jure cenſetur admiſſa, & cauſat attentata,
Mantic. deciſ. 521. nu. 5. aut de jure non erat admitten-
da, cenſetur dati refutatorii, & appellatio de jure re-
jecta, & ita paſſim obſervat Praxis, & Curia.
Sunt ultra prædicta alia tria Apoſtolorum genere, 167
nam alii dicuntur Dimiſſorii, alii Reverentiales ſim-
pliciter, alii Conventionales.
Dimiſſorii dicuntur Apoſtoli, quos dat Judex quan- 168
do appellationem admittit, & dicuntur dimiſſorii, quia
Judex deferendo appellationi, dimittit Appellantem
à ſua Juriſdictione. Spec. de Appell. in d. §. ſequitur n.
1. verſ. alii dimiſſorii, Marcheſ. de Commiſſ. part. 2.
ſub. tit. de Apoſt. petit. & conceſſ. n. 56. fol. 7. Veſtr. d. lib.
7. c. 3. n. 32. latè Scac. de appell. q. 13. n. 10.
Reverentiales dicuntur Apoſtoli, quos dat Judex 169
deferendo appellationi, ob reverentiam Superioris, dif-
ferunt autem Reverentiales dati à Judice ſimpliciter
abſque adiuncto, ab illis, qui dantur addito illo verbo
in forma &c. Nam quando dantur Reverentiales ſim-
pliciter abſque adiuncto, nullus terminus à Judice præ-
figitur ad cauſam committendam, & propterea Appel-
lans habet ſpatium unius anni ad committendam cau-
ſam appellationis, ſed quando ſunt dati Reverentiales
in forma &c. ut dati ſolent in Curia, Judex eo ipſo præ-
figit terminum decem dierum ad cauſam Appellationis
committendam, & propterea Appellans habet tantum-
modò terminum decem dierum à die interpoſitionis ap-
pellationis numerandos, ad cauſam Appellationis com-
mittendam, latè Scac. de appell. q. 14. n. 4. & ſeqq. cum
aliis ſupra allegatis.
Illud autem verbum in forma &c. deſignat quod Ju- 170
dex defert appellationi, quatenus fuerit interpoſita a
definitiva infra decem dies, & à Perſona legitima, alias
dat refutatorios, Veſt. in Prax. lib. 7. c. ult. n. 2. Grav.
ad Veſt. d. l. 7. c. 3. n. 69. Caſſad. dec. 7. n. 5. de appell. ubi
de ſtylo Palatii teſtatur, Mar. de Commiſſ. part. 2. ſub.
tit. de Apoſt pet. & conc. n. 45 f. 7. Scac. de app. d. q. 14. n. 7.
Et ulterius differunt inter ſe Apoſtoli Dimiſſorii, & 171
Reverentiales, quia Dimiſſorii dantur in caſu certo,
quando † Judex eſt certus, quod appellationi ſit deferen-
dum, Reverentiales verò quando Judex dubitat, an ap-
pellationi ſit nec nè deferendum, quo caſu ob reveren-
tiam Superioris debet potius appellationi deferre, ut
poſt Franc. quẽ allegat, docet Scac. de appel. d. q. 13. n. 18.
Conventionales denique dicuntur Apoſtoli quando 172
Judice refutante, vel tacente Pars ipſamet defert appel-
lationi, & dicuntur conventionales, quia Partes in-
ter ſe conveniunt ſuper admiſſione appellationis, Spec.
de appel. d. lib. 4. §. ſequitur. n. 1. Veſt. d. l. 7. c. 3. n. 32. v. ulti
den. q; conventionales, Scac. de appel. d. q. 13. n. 3. & ſeqq.
Sæpè tamen Judex ſi ſit dubius an appellatio ſit ad- 173
mittenda, vel reiicienda dare ſolet terminũ Iuris, quod
ſpatium eſt unius menſis, ſeu triginta dierum a Iure con-
ceſſum Iudici ad deliberandum, de quibus Apoſtolis ſit
reſpondendum, ac etiam Parti Indultum ad Apoſtolos
petendum, & redeundum pro illis, l. Judicibus, C. de
appel c. ab eo de appell. in 6. Veſt. in Prax. lib. 7. c. 3. n.
33. & ibi Gravat. n. 63. Specul. de appell. lib. 4 §. ſequitur
ſub rubr. de Apoſt. n. 13. Felin. in cap. perſonas, n. 1. verſ.
& ſi dicitur de appel. Marcheſ. de Commiſſ. par. 2. tit. de
Apoſt. petit. & conceſſ. n. 24. & n. 31 2. ſecun. nov. impreſſ.
Dutan. deciſ. 86. num. 11. & deciſ. 217. num. 9.
Et incipiunt currere iſti triginta dies à die interpoſi- 174
tæ appellationis tam Judici, quàm Parti, Marcheſ. de
Commiſſ. d. par. 2. tit. de Apoſt. petit. n. 26. Rot. deciſ. 5. de
appell. in nov. ubi quod ita ſervat Palatium, Scac. de
appell. q. 13. n. 83. ubi de communi, & hæc opinio, quic-
quid ſit de Jure, paſſim recipitur, & obſervatur in
Praxi, Scacc. d. q. 13. num. 83. verſ. Praxis tamen.
Et non ſolùm Apoſtoli infra dd. triginta dies peti de- 175
bent inſtanter c. ab eode appell. in 6. Clem. 2. de appell.
Spec de appell. l. 1 § ſequitur ſub rubr. de Apoſt. n. 12. &
ſeqq. Grav. ad Veſt. lib 7. c. 3. n. 63 & ſeq. Suar. in Prax.
to. 1 p. 6 in probem n. 4. Scac. de appell. q. 13. n. 24. & n. 25.
& ſeq. Sed etiam pluries, & inſtantiſſimè, quod tamen
hodie ſufficit, ſi fiat unico contextu, Clem. 2. de appell.
Spec. de appell. lib. 4 §. ſequitur n. 12 & nu. 14. Veſtr. in
Prax.

Digitized by Google

Prax. lib. 7. c. 3 n. 15. & ibi Gravat. *n* 64. Scacc. *de appell. d. q. 13. num. 25 & ſeqq.* & expreſsè, & ſpecialiter, Buratt, *deciſ. 556. n. 2.* aliàs Appellans præſumitur ſuæ appellatio-
ni renunciaſse, *c. ab eo de appell. in 6.* Gravat. ad Veſte. *d. lib. 7. c. 3. num. 64.* Scacc. *de appell d. q. 13. num 24. in*
176 *ſecunda illat.* Caval. *dec. 194. numer. 1.* Nam † Apoſtoli
ſunt pars appellationis, Rot. *dec. 70. numer. 3. de appell. in nou.* Marcheſ. *de Commiſſ. d. part. 2 ſub. tit. de Apoſt. pet. n. 34. fol. 5.* Scacc. *de appel. q. 13. nu 24* quinimò & illorum
petitio eſt de Appellationis ſubſtantia, Gravat. ad Veſtr. *d. lib 7 c. 2. n. 63.* Beltram. ad Greg. *deciſ. 573. n. 14.* Ferentill. ad Buratt. *dec 556. n. 13.*
177 Non tamen appellatio remanet nulla, non petitis Apo-
ſtolis, ſi Judex illos dedit, licet non fuerint petiti, Specul. *de appell lib. 4 §. ſequitur, ſub rubr. de Apoſt. num. 9* Rot. *deciſ. 46. de appell. in nou.* Scacc. *de appel. q. 13. num. 28* Rota *in Piſana legati 19. Februarii 1590. coram bon. mem. Bubalo*, & licet ſi non fuerint petiti, illos dare non tenentur, Scacc. *d. q. 13 n. 24. in prima illat.*
178 Quod verò Judex Apoſtolos dederit, probatur ex eo ipſo,
quod appellationem admiſit, & terminum ad illam proſequendam præfixit, Specul. *de appell. lib. 4. §. ſequitur n 9.* Scacc *d. q. 13 n. 37* Rot. *in d. Piſana legati 19 Februarii 1590 coram bon. mem. Bubalo.*
179 Nec quando Judex detulit appellationi, eſt amplius ne-
ceſse ad Apoſtolos petendum coram eo comparere, Seraph. *dec. 565. n. 3.* cum aliis cummulatis per Beltram. ad Greg. *dec 573. n. 15* & Ferentill. ad Buratt. *dec. 556. n 14.*
180 Et debent Apoſtoli dari in ſcriptis, licet quando petun-
tur etiam in ſcriptis ad majorem cautelam petantur, ut per Specul. *de appell. d. lib 4. §. ſequitur, nu. 15.* ſed Curia Romana parum curat de iſta datione Apoſtolorum propter præſentiam Judicum à quo, & ad quem, Specul. *in d §. ſequitur, num. 9.*
181 Et multo minus neceſſe eſt, quod petantur in libello
appellationis, ſed ſatis eſt illos petere in d. termino trigin. ta dierum, Specul *in d §. ſequitur, n. 15.* Gravat. ad Veſte. *d. lib 7. c. 3. n. 63.* Scac *de appell d. q. 13. nu. 38. & ſeq.*
182 Non ſolum autem Apoſtoli ſunt, ut ſupra petendi, ſed
in dicto Juris termino tedeundum eſt pro illis, aliàs Appellans cenſeretur ſuæ appellationi renunciaſſe, *c. ab eo de appell. in 6. Clem. 2. §. ſimiliter de appell* Buratt *deciſ. 546. nu. 9. & dec. 823. nu 1.* Greg *dec. 573. nu. 1.* & ibi Beltram. *num. 12.* Nec impedimentum aut negligentia Procuratoris excuſat et Appellantem, niſi ipſe feciſſet ſuas diligentias Buratt *dec 743 n. 1. & ſeqq.* Ferentill. ad Buratt. *d. dec. 556.*
183 *nu. 8 & ſeq.* Beltram. ad Greg. *d. dec. 593. nu. 13.* Quia † non
ſufficit impedimentum, quando quis etiam eo ceſſante fuit adhuc negligens, & negotium non expedivit nec diligentiam aliquam adhibuit, Buratt. *d. dec. 743. n. 1. & ſeqq.*
184 Cæterum, ſi Judex dederit ſimpliciter terminum Juris
redeundum eſt pro Apoſtolis in fine menſis, & termini, ſed ſi dederit terminum Juris, & interim &c. prout ſacere ſolent Judices Romanæ Curiæ, tunc non tenebitur Appellans cuſtodire ultimum temporis, & termini momentum, ſed poterit pro eis redire, durante d. terminn 30. dierum, interim quandocumque Felyn. *in cap perſonas, nu 1. verſ. & ſi dicatur de appellat.* Veſtr. *d. lib 7. cap. 3. n. 34.*
185 Sed ſi cauſa appellationis in d. Juris termino commiſſa
fuerit, non remanebit deſerta, etiamſi quis pro Apoſtolis non redierit, Scacc. *de appell. q. 14. nu. 26.* Verall. *dec 38. p 1.* cum aliis congeſtis per Beltram. ad Gregor *d dec. 573. n 14.* Marcheſ. *de commiſſ. par. 2. ſub. tit. de Apoſt. petit. & conceſſ. n. 34. fol. 5. & 6.* Rot. *in Segobricen. Parochialis a Decembris 1605. n. 1. coram clar. me Card Pamphilio Seniore*, impreſſ. apud Marcheſ *d. p. 2. tit. de Apoſt. petit. a. 1. fol. 11. ſecun. nov. impreſſ.* dummodo Apoſtoli fuerint petiti ſaltem quando appellatio fuerit interpoſita, ſecus ſi numquam fuerint petiti, Duran. *dec. 43 n. 4.* Beltram. ad Greg. *dec. 572. nu. 14.* Ferentil. ad Buratt. *d dec. 556. n. 12.*
186 Nam in Curia Appellans à definitiva, petitis Apoſtolis
etiam non expectata de illis reſponſione poteſt Judicem impetrare, Scacc. *de appell. q. 14. n. 26.* Duran. *d. dec. 93 n. 5.*
187 Jus † etenim hujuſmodi appellationis à definitiva defert,
& terminum ſtatuit, ac propterea poteſt ſtatim proſequi, d. reſponſione non expectata, Scacc *d q 14. nu. 26. verſ. ratio*, Duran. *d. dec. 43. nu. 6.*
188 Et licet regulariter ſoleat hoc caſu apponi in commiſſio-
ne illa clauſula, termino Juris, aut alia reſponſione data, itaut pro Apoſtolis amplius redire non teneatur, attento quod à definitiva aliiſque contrariis non obſtantibus, Marcheſ. *de Commiſſ. d. part. 2. tit. de Apoſt. petit. nu. 58. & ſeq. fol. 8.* ubi de hoc reddit rationem
Nihilominus quando Lex ipſa appellationi defert, non 189
eſt in Commiſſione d. clauſula neceſſaria, ſed ſolum pro majori cautela apponenda, Lancell *de attent. p. 2 c. 13. n. 28. & ſeqq.* Scac. *de appel q. 14. n. 26.* Dur. *d. dec. 43 nu 7.*
Quinimò ſufficit quod Commiſſio in d Juris termino per- 190
venerit ad Banchum Curſoris, ut eam præſentet, quia ex hac ſatis dicitur conſtare de diligentia, licet adhuc non fuerit Judici præſentata, Caſſad. *dec. 3 de appel.* Creſ. *dec. 1. & dec. 8. n. 1.* licet † ut ibi dicitur, Rota, in hoc aliquan- 191
do notaverit, Scac *de appell. d. q. 14. nu. 14.* Rot. *dec. 790. nu. 1 lib. 3 p 3. diverſ* Duran. *d. dec. 43 n. 8.*
Non omitto, quod Judex Petenti tenetur omninò de 192
Apoſtolis reſpondere; aliàs faceret contra leges, & poſſet puniri etiam ſi eſſet dubium, an appellatio ſit admittenda, Veſtr. *in Prax l. 7 cap ult. nu 1.* Marcheſ. *de Commiſſ. dict. par. 2. de Apoſt petit. n. 43. fol. 6.* Scacc. *d. q. 13. nu. 106. verſ. Et hoc.* Unde † ſi de Apoſtolis non reſpondet, ſeù ta- 193
ceret, Appellans non teneretur ulterius pro Apoſtolis redire, quia cenſeretur illos denegaſſe Veſtr. *d lib. 7. c. 3 n. 34. & n. 36.* Scacc. *de appell q. 13. art. 6. n. 56. & ſeq* Quinimò Judex hoc caſu juriſdictionem amitteret, & Proceſſus 194
ab eo poſtea factus eſſet nullus, Clem. *quamvis, §. quod ſi Judex de appell. juncto cap. ab eo de appell in 6.* Specul. *de appell. lib 4. §. ſequitur, ſub rubr. de Apoſt. nu. 15. verſ. item nota* Gravat. ad Veſtr. *d. lib. 7. c. 3. n. 70.* Scacc. *de appell. q. 13 n 51.* Rot. *dec 57. aliàs 406. in ſecundo dub. ſub nu 3. de appell. in nov.* Capell. Toloſ. *dec. 322.* Marcheſ. *de Commiſſ. p. 2. ſub tit. de Apoſt. petit. & conceſſ. n. 63 fol. 8.*
Sed hoc primò non procedit, ſi Apoſtoli non fuerunt 195
petiti, & appellatio fuit interpoſita ab interlocutoria, *c. 2. de dol. & cont in 6* Capell. Toloſ. *d. dec. 322. in fin*
Secundò non procedit, quando appellatio interpoſita ab 196
interlocutoria eſt fruſtratoria reſpectu formæ datæ à Jure, prout quando fuit interpoſita ſine ſcriptis, Aufrer. ad Cappell. Toloſ. *d. dec. 322.* Marcheſ. *de Commiſſ part. 2 ſub d. tit. de Apoſt. petit. n 63. verſ. ſi verò fol* 8. Biſignet. *dec. 18 n. 4. de appell* Gravat. ad Veſtr. *d lib. 7. c. 3. n. 80 in fin.*
Tertiò non procedit, quando Judex dedit ſaltem refuta- 197
torios *cap. ut ſuper, ubi not in Gloſs. ult. de appell. in 6.* Gravat. ad Veſtr. *d. lib. 7. c. 3. n. 70.* Bellam. *dec. 231. Si à tribus verſ. ſed conſtat*, Caſſad. *d. dec. 9. nu. 2. de appell.*
Quartò licet Judex non reſpondens de Apoſtolis, ut ſu- 198
pra juriſdictionem amittat, nihilominus, ſi Appellans à gravamine poſteà in appellatione ſuccumbat, & Judex ad quem cauſam remittat, Judex à quo iuriſdictionem recuperat, ſivè illam, ut ſupra amiſerit ob non reſponſionem de Apoſtolis, ſivè etiam ob delationem appellationi, Biſignett *dec. 22. n. 1 de appell.*
Autem proceſſus factus à Judice à quo pendente termino 199
Juris à lege vel ab homine dato, ſi nullus, vel validus, ex diverſas opiniones *DD. poſt.* Lancell. *de Attent.* refert Scacc. *de appell. q. 13. nu. 75.*
Sed videtur ſic poſſe breviter diſtingui, Quod Aut fuit 200
appellatum à definitiva, & Proceſſus eſt nullus, *cap. non ſolum in princ de appell* Franc. *in cap. ut ſuper n. 4. de appell.*
Ubi † quod dilatione pendente officium Judicis conquie- 201
ſcit, Scacc. *de appel q. 13. n 76.* ubi ponit regulam generalem, *& n. 91. verſ. prima opinio.* Aut fuit † appellatum à grava- 202
mine ſeu ab interlocutoria, & tunc Aut Judex inhibuit, & Proceſſus factus à Judice à quo poſt inhibitionem eſt nullus, *cap. non ſolum de appell* Franc. *in d. c. ut ſuper nu. 4. de appell.*
Aut † non inhibuit, & tunc Aut appellatio eſt ipſo iure nul- 203
la, & Proceſſus Judicis à quo eſt validus, cum etiam ſi Apoſtolos dediſſet, nihil relevarent, Biſignett. *dec. 18. n. 4.* Aut † 204
appellatio non eſt ipſo iure nulla, & tunc ſuppoſita pendentia appellationis, & termini iuris, Aut Appellans poſtea obtinuit in cauſa Appellationis, & Proceſſus Judicis à quo eſt nullus, *dict. cap. non ſolum de appell.* Franc *in d. cap. ut ſuper, n 4. verſ. ſed ſi conſideretur*, Scac. *de appell. d. q 13 n. 91. verſ. prima opinio*, Aut appellans ſuccumbit, & Proceſſus Judicis à quo remanet validus, *d. cap non ſolum de appell.* Franc. *in d. cap. ut ſuper n. 4.* Scac. *q. 13. num. 81.* & † clarius tradit 205
idem Scacc. *d. q. 13. n. 91. verſ. prima opinio*. Medio autem
tempore

tempore donec Appellans obtineat, vel ſuccumbat Proceſſus factus à Judice à quo non debet dici nullus ipſo jure, ſed ſtat in ſuſpenſo, & nullitas, vel validitas pendet à futuro eventu, ut poſt Franc. & Scacc. *ubi ſupra* colligitur etiam ex Beliam. *dec. 62. verſ cave & verſ. ſed procedit*, Et ſecundum hanc ultimam diſtinctionem videtur intelligenda communis opinio, de qua per Vant. *de Nullit. defect. juriſd. ord. n.* 159. poſt Boer. *dec.* 256. *n.* 7.

206 Si quis autem cautius agere voluerit, quando Adverſarius appellavit ante definitivam, poterit d. Iuris termino pendente, antequam aliquis ulterior actus fiat, illum citare ad videndum ſibi reſponderi de Apoſtolis, & curare quod Judex det reſutatorios, & dilationes revocet, nam tunc Proceſſus coram Judice à quo fabricatus erit omninò validus juxta cautelam, quam Praxis obſervat, & de qua per Vant. *de Null. defect. juriſd. ord n. 59 poſt* Caſſad *dec. 9. n. 2. de appell.* ubi quod hæc eſt optima cautela in quocumque Tribunali.

G In Romana Curia ab Auditore R. C. Apoſtolicæ, &
207 ejus Locumtenentibus, ex quo coram eis vertuntur, cauſæ intereſſe particularum Perſonarum tangentes, prout etiam ab Auditore Rotæ, ſeù Sac. Palatii Apoſtolici, & à quocumque Delegato Papæ appellatur ad Papam Scacc. *de appell. q 8. n. 16 & n. 20. & n. 144.*

208 A Vicario Papæ, & ejus Locumtenentibus, & Vicegerente pariter appellatur ad Papam, Scacc. *de appell. d. q. 8. num. 130. & ſeqq.*

209 A Gubernatore Urbis, ejuſque Locumtenentibs ſimiliter appellatur ad Papam, ſed ſi agitur de intereſſe Fiſci, appellatur ad Cameram ex diſpoſitione Bullæ Pii Quarti, Scacc *de appell. d. q. 8. n.* 242.

210 Pro faciliori hujuſmodi, & aliorum ſupplicantium, expeditione inſtituit Summus Pontifex duo Auditoria, videlicet Signaturam Gratiæ, & Signaturam Juſtitiæ, in quarum prima quæ Gratiam, in ſecunda quæ Juſtitiam concernunt poſtulari, & expediri ſolent, & utrique Signaturæ Prælatos Juriſperitos, qui utrique Signaturæ Referendarii appellantur, & quorum non eſt certus numerus, præſecit, necnon etiam Cardinalem utrique præpoſuit, quorum alter Signituræ Gratiæ, alter Signaturæ Juſtitiæ Præfectus vocatur, & extra ordinem de per ſe levioria concedit, Veſtr. *in Prax. lib.* 1. *capit.* 3. *num.* 1. & *ſeq.*

211 Olim Summus Pontifex in utraque Signatura manu pro-
pria reſcribebat, ſed poſt modum à munere reſcribendi de
Jure ſe penitus revocavit, & Cardinali Signaturæ Juſtitiæ
212 Præfecto vices ſuas delegavit. Et † hodie reſcripta Cardi-
nalis Signaturæ Juſtitiæ Præfecti, ex diſpoſitione Conſti-
tutionis Pauli Tertii habent eamdem vim, & virtutem,
ac ſi eſſent manu propria ipſius Papæ exarata, & conſcri-
213 pta in omnibus, per omnia, Veſtr. *d lib.* 1. *c.* 3. *n.* 2. Et †
creditur Cardinali Præfecto dicenti *placet. D N. Papæ*,
Seraph. *deciſ.* 493. *n* 6. Duran *dec* 132. *n.* 9. ſicut dicenti,
214 *Conceſſum in præſentia D. N. Papæ*, quando Conceſſio eſt
ſignata per conceſſum, Seraph. *deciſ.* 857. *num* 13. Durant.
215 *deciſ.* 132 *num* 8. & *num* 9. ubi † quod Rota non conſuevit
revocare in dubium poteſtatem Signaturæ Juſtitiæ, etiam
ſi præceſſerit commiſſio ſignata manu Sanctiſſimi.

216 Fuerunt autem hæ duæ Signaturæ diviſæ tempore Alexandri Sexti, de Anno 1492. ad Pontificatum evecti, nam antea diverſimodè procedebatur, Marcheſ. *de Commiſſ. p.* 1. *ſub tit de S. D. N. Papæ referend. cap* 1 *n.* 47. *fol* 8

217 Verum quoniam Signatura in cauſis parvæ ſummæ non reſcribis, ideo in caſibus, in quibus ob id non datur Appellatio à Sententia Locumtenentis Eminentiſſ. Cardinalis Vicarii, datur recurſus ad Viceſgerentem, qui eſt Iudex ejuſdem Tribunalis repræſentans perſonam Vicarii, & à Viceſgerente datur recurſus ad Eminentiſſimum Vicarium, Scacc. *de Appell. dict. q. 8. n. 13. & ſeq.*

218 In Curia verò Gubernatoris ad eſt Iudex recurſus ad quem in cauſis in quibus non datur Appellatio à Sententia Locumtenentis Gubernatoris, datur recurſus, & ab illo iterum datur recurſus ad Illuſtriſ. D. Gubernatorem, qui aliquando huiuſmodi cauſas per ſe ipſum, & ut plurimum per alium ab eo deputandum expedire conſuevit, iuxta eius ordinarias facultates, qui recurſus infra decem dies peti debet, & petitus executionem non retardat, donec citata Parte fuerit admiſſus iuxta notoriam Praxim illius Tribunalis, & diſpoſita per Sixtum V. *conſt.* 72. *In ſublimi ſecun. nou. impreſſ.* Scacc. *de Appell. q. 8. num.* 43.

A Camera verò Apoſtolica, Decano, & Clericis Cameræ, qui nullam habent Juriſdictionem uti ſinguli, ſed tantum Collegialiter in plena Camera, unde unus non poteſt, niſi de voto aliorum cauſam expedire, etiam ſi illi cauſa à Papa commiſſa foret, datur Appellatio ad ipſammet Cameram, Scacc. *de Appell. dict. quæſt.* 8. *nu* 145 & *ſequentibus*. 219

Et ideo ſicut cauſa ſemel effecta Curialis non committitur amplius extra Curiam, Staphil. *de lit. Grat. & iuſt. verſ. quando appellatur*, & *ſeqq. fol.* 171. & *ſeq.* Veſtr. in *Prax. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 12. Rot *dec.* 43. *de Appell. in nou* Niſi † po- 221
ſtea Summo Pontifici aliter placuerit, cum à ſolo Papa, qui
omnia poteſt, non autem à Signatura Juſtitiæ id fieri poſſit,
Marcheſ. *de Commiſſ. tact. & tact. p.* 3. *§ unico, num* 19. *fol.*
364. *ſecun. nou. impreſ.* quia numquam † deſinit eſſe Curia- 222
lis, Marcheſ. *d. part.* 3. *de Commiſſ. tact. & tact.* *§ unico*, *n*
17 & *ſeq fol.* 364. niſi fortè aliquando ex magna, & urgenti
cauſa potius facti, quàm juris, de qua per Staphil. & Veſtr.
ubi ſupra. 220

Et ſicut cauſa ſemel effecta Rotalis non committitur amplius extra Rotam, & non deſinit eſſe Rotalis, ſed cauſa Appellationis ab unius Auditoris Sententia committitur alteri Auditori, qui diverſos habet Correſponſales, votantes, ut poſt alios tradit Scac. *d. q. 8. n.* 20 223

Sic cauſa ſemel effecta Cameralis nunquam deſinit eſse Cameralis, ſed ſi ab unius Clerici Senteotia appellatur, committitur ab eadem Csmera alteri Clerico per Turnum, Scacc. *de Appellat. dict. quæſt.* 8 *n.* 146 & *ſeq.* 224

Similiter ab Eminentiſſ. Cardinali Camerario, & ejus Auditore, ſeu Locumtenente, à Theſaurario S. D. N. Papæ, & illius Auditore, à Præſidibus Dohanarum, Annonæ, Graſciæ, Riparum, & aliis Clericis Præſidibus, & Gubernatoribus Camerariis Commiſſario Cameræ, & aliis quibuſcunque Cameralibus appellatur ad Cameram, quæ cauſam uni ex Clericis diſtribuit, ſeu committit, Scacc *de Appellat. quæſt.* 8. *n.* 148. *uſque ad n.* 153. 225

A Judicibus verò Ripæ, & Ripetæ appellatur ad Præſidentem Riparum, ſed à Dohanerio & Dohsuerio Patrimonii appellatur ad Præſidentem Dohanarum, qui quidem Præſides, licet ſint Cameræ Clerici, cauſas tamen huiuſmodi, uti Judices ordinarii, de per ſe abſque voto Cameræ expediunt, Scacc *de appellat dict. quæſt.* 8 *num.* 129 & *num.* 145. 226

A Judice Mareſcalli Urbis, ſeu Curiæ Sabellorum, & à Judice Soldani Romanæ Curiæ ſeu Turris nonæ, appellatur ad A C & ad gubernatorem Urbis. Veſtr. *in Prax. lib.* 2. *c.* 14. *n* 1 & *c.* 15. *n* 1. Cherub. *in comp* Bull. *ſuper conſt.* 26. Greg XIII. *Dum rectè ſcol.* 1. latè Scacc. *de Appel. d. q.* 8 *n.* 128 ubi quod gubernator in Appellationibus à Iudice Mareſcialli de facto intromitti. 227

A Judice Fabricæ S. Petri ſemel tantum ad Congregationem Fabricæ appellatur, Cherub *in Compend. Bull. ſuper conſt.* 2 *Clem.* 7. *Admonet. ſcol.* 1. 228

A Gubernatore Burgi appellatur ad A. C. quia ad eum appellatur ab omnibus Iudicibus Romanæ Curiæ (Vicario gubernatore, & Senatore exceptis, hodie tamen Tribunal Burgi deletum eſt, ſicut etiam Curia Sabellorum) undè eum gubernator Burgi non ſit in facultatibus A. C. exceptuatus, remanet ſub regula, Veſtr. *in Prax. lib.* 2. *c.* 4. *num.* 4. Scacc *de Appel dict q.* 8 *n.* 141. 229

Regula tamen quod ad A. C. appellatur ab omnibus Romanæ Curiæ Iudicibus (Vicario, gubernatore, & Senatore exceptis) Primò non procedit in Eminentiſſ. Cardinali Camerario, à quo appellatur ad ipſam Cameram *ex præallegatis*, quia eum Auditor Csmeræ ſit Auditor ipſius Camerarii ex allegatis *ſub c. 1. lit. A.* & ſe Cameræ Auditorem in omnibus diplomatibus vocet, abſurdum eſſet, quod à Camera & Cardinali Camerario, qui eſt caput ipſius Cameræ, ex allegatis ſupra *d. c. 1. lit A.* appellaretur ad proprium Auditorem, & ſic ad inferiorem quia appellatio datur ab inferiore ad Superiorem, non è contra Scacc. *de Appel. d q.* 8. *n.* 152. 230

Secundo non procedit in Theſaurario, Præſidibus, & aliis Iudicibus Cameralibus, tum quia iſti ſunt Camerales, & ſic pars Cameræ, tum quia in eorum Sententiis, & Decretis agitur, ut plurimum de intereſse Cameræ concernen- 231

Digitized by Google

cetrentibus, & ob id ad totam, & plenam Cameram,
non autem ad illius Auditorem, coram quo tantum de in-
tereſſe Particularium diſceptatur, ab eis datur Appellatio
ex allegatis.

232 Nec à Sententia lata, ſeù Decreto facto à Theſaura-
rio, vel ejus Miniſtris audirur Appellans niſi facto prius
actuali depoſito penes Sac. Montem Pietatis, aut alium
idoneum Depoſitarium, præſertim ſi agatur de debito Ca-
meræ. Scacc. *de Appell. d. q.* 8. *n*. 131.

233 A Sententia Prætoris Urbani, ſeù Senatoris Urbis, &
ejus Deputati,& Collateralium appellatur ad Capitaneum
appellationum, etiam ſi ſis lata de voto totius Aſſertamen-
ti, Stat. Urb. *lib.* 1. *c.* 52. *& c.* 166. Scacc. *de Appell. q.* 2.
n. 22. *& q.* 8. *n*. 136. *& ſeqq. &. n.* 140.

234 A Sententia verò Capitanei appellatur ad Senatorem,
niſi adſint duæ conformes, quæ in Curia Capitolina ha-
bent vim trium, & faciunt iudicatam, ex diſpoſitione
Statuti, quod in omnibus Curiis, inter Cives, & Incolas,
& diſtrictuales Urbis, eſt obſervandum, Stat. Vrb. *lib.*
1. *cap*. 180.

235 Et à Senatore ad Capitaneum, niſi ſint duæ conformes,
ut ſupra, ſed ſi Senator, vel Capitaneus ſit idemet, qui
aliàs in cauſa ſententiavit, cauſa deciditur de voto conſulto-
ris eligendi, Stat. Vrb. *lib.* 1. *c.* 180. *c.* 181. *c.* 182. *& cap.* 187.
Scacc. *de Appellat. d. q.* 8. *num.* 136. *& ſequentibus uſque ad
num.* 141.

236 A Magiſtris Juſtitiariis, ſeu Judicibus limitum, & dam-
norum datorum, nec non Conſulibus Artium, & ab om-
nibus Judicibus Capitolinis datur appellatio ad Capita-
neum appellationum, ea diſpoſitione Stat. Vrb. *d. lib.* 1.
cap. 166. *& lib.* 3. *cap.* 40. *in fin. princ.* Scacc. *de appellat.
quæſt.* 2. *n.* 22. *& q.* 8. *n.* 132.

237 In caſu verò non appellabili datur recurſus per viam quæ-
relæ ad Conſervatores Vrbis, ex diſpoſitione Stat. Vrb.
lib. 1. *cap.* 15. *& cap.* 40. Scacc. *de appellat. dict. q.* 8. *num.*
134.

238 A Conſulibus agriculturæ non datur appellatio, ſed tan-
tum reviſio ex diſpoſitione Stat. agriculturæ. Scacc. *de
appell. d. q.* 8. *num.* 133.

239 A Conſulibus Aromatariorum non ſolùm datur Appel-
latio ad Capitaneum, ut ſupra, etiam ad Gubernatorem
Vrbis, & ad Cameræ Apoſtolicæ Decanum, & ita quo-
tidie obſervat Praxis.

240 A Magiſtris viarum datur appellatio ad Capitaneum,
ſed hoc receſſis ab Aula, & ad Præſidem viarum, qui eſt
241 unus ex Cameræ Apoſtolicæ Clericis. Si † verò Magiſtri
viarum, una cum Cardinali Camerario ſententiam ferant,
& cauſam decidant, datur appellatio ad Cameram tantum,
à qua de facili primo loco committitur viarum Præſidi, &
juxta hanc recentiorem Praxim intelligendus eſt Scacc. *de
Appell. d. q.* 8. *num.* 135.

242 A Sententiis conſervatorum Vrbis appellatur ad Papam,
quia ſunt illius Delegati in cauſis eis commiſſis, Cherub.
comp. Bull. ſuper conſtit. 10. Iulius Tertius *ad hoc ſchol.* 1.

243 A Judicibus, ſeu Vicariis Eminentiſſimorum Archipre-
sbyterorum Baſilicarum S. Petri, Sancti Ioannis Latera-
nenſis, & Sanctæ Mariæ Maioris non datur appellatio,
nec ob eorum ampliſſimas facultates, Signatura Juſtitiæ
in cauſis ad Juriſdictionem ipſorum ſpectantibus reſcribit,
ſed bene ab eis datur recurſus, primo loco ad Iudicem re-
curſus ad id deputatum, ſecundo verò loco ad Eminentiſ-
ſimum Archipresbyterum, qui alium Iudicem deputat,
firmò ſemper remanente Notario, & in cauſis graviori-
bus ſæpè ſolet deputare Auditorem Rotæ extra Rotam,
qui tamen ſine voto aliorum coadiutorum cauſam non
decidit.

244 Verum tamen, ſi quis in cauſa magni momenti à præ-
dictis omnibus valde læſus reperiatur, poterit adire Signa-
turam Sanctiſſimi, ſeu Gratiæ, quæ ex cauſa reſcribit in
omnibus cauſis cuiuſvis Tribunalibus, quibuſcunque Facul-
tatibus, & Privilegiis non obſtantibus, & ita paſſim obſer-
vatur in Praxi.

245 A Judicibus locorum Piorum, Cardinalem Protectorem
habentium, ſimiliter non datur appellatio, quia Prote-
ctores ſolent habere in facultatibus, nè ab eorum ſententiis
poſſit appellari, prout Protector Sanctæ Marthæ habet
hujuſmodi facultatem à Julio III. conceſſam, quam con-
firmavit Greg. XIV. *Conſt.* 52. *Salubrem, ſecun non imp.*

Sed bene ab eorum quoque ſententiis datur recurſus, primo
loco ad Judicem recurſus ad id deputatum, deinceps verò
in caſu, in quo de Jure recurſus admittendus eſt, ad Emi-
nentiſſimum Protectorem, qui alium Iudicem deputat, fir-
mo, ut ſupra, remanent Notario † Poſſes etiam gravatus 246
à Protectore, eiuſque Iudicibus adire Signaturam Sanctiſſi-
mi, nam Signatura Iuſtitiæ, nec etiam in his cauſis appo-
nit manus.

At ſi Judex deferret ſimpliciter appellationi ex adverſo 247
interpoſitæ in caſu non appellabili, ligaret ſibi manus, nec
poſſet ſuam ſententiam exequi, *cap cum Appellationibus, §
ſi verò*, ubi Gloſ *in verb. remittenda, de appell in* 6. Cherub
ſuper d. Conſt 52. Greg. XIV *ſcol.* 2. Burrat. *deciſ* 271 *n* 3.
& alii, quos cumulat Ferentill ad eundem Burat. *deciſ* 556.
n. 15 *& num.* 17.

Sed hoc primo non procedis, quoad præjudicium Partis, 248
quia non facit cauſam appellabilem, Gabr. *conſil.* 34 *n* 3.
& n. 5. *& ſeqq lib* 1.

Secundò non procedit, quando Judex appellationem ad- 249
miſit, cum clauſula, ſi, & in quantum de Jure ſit admit-
tenda, Gabr *dict conſt.* 34 *num* 9. *& num* 10. *lib.* 1. & alii,
quos cumulat Cherub *ſuper d. Conſt* 52. Greg XIV. *ſcol.* 2.
& Ferentill. ad Buratt. *deciſ.* 575. *num* 9. Nam † admiſſio 250
cum d clauſula operatur, quatenus de Jure d. appellatio
fuiſſet admittenda, & non aliàs, Marant. *de ord. Jud. in* 3.
par. 6 *par princ act* 2 *num* 200. cum aliis cumulatis ſupra,
cap 5. *lit* R. Gabr. *d conſ.* 34 *num* 9 *lib.* 1 latè Scacc *de ap-
pell quæſt.* 17 *lim* 6 *memb.* 7. *n.* 100.

Tertiò non procedis, quando Judex non dediſſet Reve- 251
rentiales ſimpliciter, ſeu Reverentiales in forma, ſub qui-
bus ob illud verbum, in forma, continentur refutatorii,
quatenus appellatio non eſſet de Iure admittenda Veſt. *in
Prax. lib.* 7 *cap. ult num* 2. cum aliis cumulatis ſupra, *ſub
lit. F. verſ illud autem verbum*, latè Ferentill. ad Buratt. *d.
dec.* 556. *nu.* 56. Cherub *in d. comp.* Bull *ſuper. dict. Conſt.* 52.
Greg XIV. *ſcol* 2.

A Judicibus verò aliorum locorum Piorum, Protecto- 252
rem non habentium, appellatur ad Papam, & poteſt adiri
Signatura Juſtitiæ in cauſis coram eis vertentibus, quæ in
eis reſcribit, cum Protectore non exiſtente, ceſſet ratio
Privilegiorum, & Facultatum, de quibus ſupra, & ita ob-
ſervat Praxis.

In cauſis quoque Cameralibus, ob ampliſſima privilegia 253
Cameræ Apoſtolicæ conceſſa, Signatura Juſtitiæ non re-
ſcribit, Scacc. *de appell. q.* 8. *n* 153.

In cauſis verò Capitolinis Signatura Juſtitiæ tantùm re- 254
ſcribit ſuper reſtitutione in integrum ob lapſum dilationum
Statutariarum, vel fatalium, & hujuſmodi non autem in
cæteris, Scacc. *d. q.* 8. *n.* 155. *& ſeq.*

Sed Signatura Sanctiſſimi ex cauſa reſcribit in omnibus, 255
quia Papa eſt ſuper omnia Tribunalia, & omnia poteſt.

Appellatio à Sententia definitiva debet interponi in ſcri- H
ptis, *leg* 1. *§ fin.* ubi Bartol. *num.* 4 *ff de Appellat.* Marant. 256
de ordin. jud in 3. *part* 6. *partis prin. act.* 2. *numer.* 124.
Lanfranc. *in Prax. ſub tit de Interlocut. & Appell. n* 116.
verſ. ubi autem Veſtr *lib.* 7 *cap.* 3. *num* 28 Fenzon. *ad Stat.
Vrb. lib.* 1. *cap.* 168. *n* 9. Duran. *deciſ* 217 *num* 7.

Sed hoc non procedit, quando appellatur ex intervallo, 257
ſecus ſi appelletur incontinenti, Nam tunc non eſt neceſ-
ſe appellare in ſcriptis, ſed poteſt appellari viva voce *leg* 2.
ff de Appellat Lanfranc. *in dict. tit. de Interlocut. & Appell.
numer* 156. Scacc. *de Appell. q* 5. *numer.* 55 *& ſeq.* Duran.
dict deciſ. 217. *numer.* 7 cum ſuis allegatis ſupra *ſub lit. D.*
† Ab interlocutoria verò, & Gravamine non poteſt appel- 258
lari viva voce, ex allegatis ſupra *lit D. verſ. hoc tamen*, ſed
debet omnino appellari in ſcriptis, ſivè appelletur inconti-
nenti, ſivè ex intervallo, *c. eod. de Appell. in* 6. Bald. *conſ.* 44.
numer. 6. *verſ ſuper quinto lib.* 3. Caſtr *conſil* 237. *viſo pun-
cto col.* 2 *num.* 5. *verſ. reſpondetur*, *lib* 2. Marant. *de ord.
Jud d act.* 2. *num* 126. Caſſad *d deciſ.* 5. *num.* 2. *& ſeq.
poſſ & fract* Guid Pap. *deciſ.* 56. *num* 2 *verſ. cum ab ipſa*,
& ibi Adden. Lanfranc. *d. tit de interlocut. & Appell. num.*
516 Fenzon. *ad Stat. Vrbis dict. lib.* 1. *cap* 168 *n* 53 Rot.
deciſ 2. *num* 8 *part.* 2 *diverſ.* non ſolum de Jure Canonico,
ſed etiam de Jure Civili, Marant. *dict. act* 2. *num.* 126.
Fenzon. *dict. capit.* 168 *num* 10 Scac. *de Appell. d q.* 4. *n.*
9. *in princip. & verſ. contra* & ita ſervari in Curia Romana
tradit, Veſtr. *in Prax. dict. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 28.

Sed hoc

259 Sed hoc non procedit in Appellatione ab Interlocutoria, habente vim definitivæ, à qua poteſt appellari viva voce, ſicut à definitiva, cui illa in omnibus æquiparatur, Franc. *in cap. ut debitus*, *q. 7. num. 16. in fin. de Appell.* Butr. *conſ. 6. num* 4. Roman. *conſ. 41. in princ.* & ibi Mand. *ſub lit. B.* Marant. *de ord. jud. ind. 3. part. 6. partis princ. act. 2. n* 130. Scac. *de appell. d. q. 4. num.* 12. Fenzon. *ad Stat. Vrb. d. l. 1. c. 168. num.* 11. *& ſeq.*

260 Dicitur autem Appellatio in ſcriptis, quando datur Libellus, ſeu Cedula appellationis Rot. *deciſ. 2. numer.* 20. *part. 2. div.* non eſt tamen de eſſentia, ut in appellatione huiuſmodi illa verba *in his ſcriptis*, inſerantur, Scacc. de *Appell. d. q. 4. num. 5. verſ. non tamen*, Rot. *dec. 2. num. 19. & ſeq. part. 2. div.*

1 Nullitas eſt ius, ſeu commune auxilium, ad actum irri-
261 tandum competens Vant. *de null. tit. quid ſit nullitas n. 1. & ſeq.* Scacc. *de Appellat. quæſt. 19. rem. 1. concl. 5. num. 1.*

Et dicitur à ſuo primitivo, Nullus, Nullus vero deſcendit à non, & ullus, ſeu non aliquis Vant. *d. tit. quid ſit nullitas*, *& unde dict. num. 18. & ſeq.*

262 Poteſt autem de Nullitate dici, uſque ad triginta annos, ſed non ultra, Marant. *de ord. jud. in 3. p. 6. partis prin. act. 1. num. 157.* Veſtr. *in Prax. lib. 8. capit. 1. num. 10.* & ibi Gravat. *num.* 30. Vant. *de nullit. ſub tit. quot. & infra quod temp. num. 8. verſ. ſi verò* Scac. *de Appell. q. 19. rem. 1. concl. 7. n. 1.* Rot. *deciſ. 156. n. 8. dec. 512. n. 3. & dec. 591. n. 4. part. 2. rec.* Coccin. *deciſ. 437. n. 11. & deciſ. 396. n. 3.*

263 Cum omnis † actio dicto tempore præſcribatur, Rot. *deciſ. 240. num. 17. part. 5. rec.*

264 Sed hoc Primò non procedit, quando agitur de periculo Animæ, nam tunc poteſt agi, & dici de nullitate in perpetuum, Marant. *de ord. jud dict. act. 1. num.* 154. Vant. *in dict. tit. quot. & infra quod temp. num.* 8. Gravat. ad Veſtr. *dict. lib. 8. cap. 1. num.* 30. Scacc. *de appell. d. q. 19. rem. 1. concl. 7. num. 2.*

265 Secundò. Non procedit, quando Nullitas deducitur per viam exceptionis, nam omnes exceptiones ſunt perpetuæ, Veſtr. *d. l. 8. cap. 1. num.* 10. & ibi Gravat. *n.* 30. Vant. *de nullit. d. tit. quot. & int. quod temp. n.* 8. Scacc. *q. 19. rem. 1. concl. 7. n.* 8. Rot. *deciſ. 240. n. 18. & ſeqq. q. 5. rec.*

266 Tertiò. Non procedit quando actus eſt ipſo iure nullus, nam tunc perpetuò poteſt de nullitate dici, *l. quæ ab initio ff. de reg. jur.* Gravat. ad Veſtr. *d. lib. 8. c. 1. n.* 30. Vant. *d. tit. quot. & int. quod temp. n.* 8. Scacc. *d. q. 19. rem. 1. concl. 7. n. 3.* ubi *in verſ. ſecundus caſus*, id declarat, non habere locum quando ſpacio 30. ann. præſumitur actus ſolemnis cum Beneplacito Apoſtolico, aut alia ſolemnitate extrinſeca, nam tunc ultra 30. annos non poteſt dici de nullitate.

267 Quarto. Non procedit, quando Nullitas eſſet defectu Juriſdictionis vel mandati, Nam poteſt tunc dici de nullitate uſque ad mille annos, Vant. *d. tit. quot. & inter. quod temp. num.* 8. Scacc. *dict. q. 19. rem. 1. concluſ. 7. num. 3. verſ. confirmatur.*

268 Quintò. Non procedit Statuto, vel conſuetudine aliter diſponente, Scacc. *d. rem. 1. concl. 7. num. 5.*

269 Et poteſt Nullitas dupliciter in Judicio proponi, & deduci, ſcilicet principaliter, & acceſſoriè, ſeù incidenter, Vant. *de nullit. tit. quot. & quib. mod. null. ſub. n. 1.* Veſtr. *lib. 8. c. 1. n. 2.* Scac. *d. q. 19. rem. 1. concl. 3. n. 1.*

270 Principaliter nullitas rurſus duobus modis deducitur, ſcilicet principaliter de per ſe prout quando petitur Sententiam nullam pronunciari, & æquè principaliter expreſſim vnà cum appellatione, prout quando quis dicit Sententiam nullam, & ſi qua eſt appellat, ut poſt alios docet, Scacc. *d. q. 19. rem. 1. concl. 3. num. 3. & num. 4.*

271 Incidenter autem nullitas poteſt deduci quatuor modis. Primò ſub ipſa Appellatione, quia appellatio continet in ſe tacitè, etiam cauſam nullitatis. Secundò quando Pars petit iterum pronunciari ab eodem Iudice, aſſerendo primam Sententiam nullam. Tertiò quando opponitur excipiendo contra petitam executionem Sententiæ. Quartò quando agitur de nullitate notoria, quæ ſemper cenſetur incidenter deducta, latè Scac. *de Appell. d. q. 19. rem. 1. n. 21. & n. 18. & ſeq.*

272 Nullitatis autem in Iudicio deductæ Inſtantia, ſi nullitas eſt de per ſe principaliter, vel æquè principaliter in Judicio deducta de Jure Civili eſt triennalis, ſicut ſunt aliæ inſtantiæ: Nam non reperitur per aliam legem præfixam quam per *l. properandum*, *C. de jud.* Veſtr. *in Prax. l. 8. capit. 1. n.* 10. Marcheſ. *de Commiſſ. null. ſanat. part. 3. §. 4. n. 79. fol.* 148. Scacc. *de appell. q. 15. n.* 261. De Jure verò Canonico, quia aliæ inſtantiæ ſunt perpetuæ, hæc quoque erit perpetua Veſtr. *d. l. 8. cap. 1. n.* 10. Marcheſ. *de Comiſſ. null. ſanat. part. 3. §. 4. n. 80. fol.* 248.

Cum tamen jus dicendi de nullitate præſcribatur ſpatio 273
triginta annorum, ad inſtar aliarum actionum, ex allegatis ſupra *num. 261. & ſeqq.* cauſa quoque Nullitatis, per viam actionis in Judicio deducta, ſpacio triginta annorum efficietur deſerta. Franc. *in cap. dilecto qu. 58. de appell.* Rot. *deciſ. 591. num. 4. & deciſ. 617. num. 3. part. 2. recent.* Buratt. *deciſ. 163. nu. 1. ubi* Ferentill. *lit. A* Alias deciſiones cumulat, idem Buratt. *deciſ.* 823. *num.* 9. ubi alias deciſiones allegat.

Si verò Nullitas fuit deducta in Judicio incidenter, & 274
acceſſoriè ad Appellationem, per viam tamen actionis, tunc inſtantia Nullitatis eſt eadem, cum inſtantia Appellationis, adeò quod deſerta cauſa, ſeù inſtantia Appellationis ſit etiam deſerta inſtantia Nullitatis, Franc. *in cap. dilecto col. 5. verſ. 3. modo de Appell.* Veſtr. *d. lib. 8. cap. 1. num.* 10. Vant. *de Nullit. tit. quot. & int. quod tempus n. 8. verſ. quicquid tamen*, Covar. *pract. quæſt. capit. 24. num. 7. verſ. quid ſi deſerta ſit*, Scac. *de Appell quæſt. 15. num.* 101. *& num. 202. verſ. Secus*, *& quæſt. 17. limit. 2. num. 331. verſ. Et ideo.*

Propoſita autem Nullitate, & Iniuſtitia Sententiæ ſi- 275
mul poteſt ſuper vtraque in ſimul ad ulteriora procedi, niſi dicens de Nullitate inſtet prius de illa cognoſci, antequam de Juſtitia, & negocio principali cognoſcatur, tunc enim, Parte opponente debet Judex prius de illa cognoſcere, ſecus Parte non opponente, Vant. *de Nullit. tit. quot. & quibus mod. nullit. n. 15. verſ. intellige*, Rot. *deciſ. 46. num. 2. part.*
1. recent. Coccin. *deciſ. 206. nu. 1. & ſeq.* ubi † alias deciſiones 276
allegat, nec Sententia notoriè iniuſta, & nulla poteſt, Parte opponente, confirmari, Cavaler. *deciſ.* 203. *num.* 7. alias ſi Judex dicta proteſtatione non obſtante, procederet ad ulteriora ſuper negotio principali, non cognito prius de Nullitate, Proceſſus eſſet nullus, Cæſar. de Graſſ. *deciſ. 11. num. 3. & ſeqq. de re jud.* Put. *deciſ* 72. *lib.* 3. Rot. *in Tiburtina adminiſtrationis Tutelæ*, 18. *Martii 1611. cor. bon. mem. Patriarcha Hyeroſolymitano, impreſſ. apud* Marcheſ. *de Commiſſ. null. ſanat. p. 3. §. 2. dec. 12. n. 5. fol. 49. ſecun. nou. impreſſ.* quod tamen Vant. ubi ſupra *n.* 16. intelligit, habere locum, ſi etiam fuit appellatum ab ulteriori proceſſu.

Cæterum, ſi Parte non opponente de Nullitate Senten- 277
tia fuerit confirmata, non poteſt amplius illius Nullitas allegari, Rot. *deciſ. 512. num. 1. part. 2. recen.* quod procedit, ſi Sententia confirmans tranſitum fecit in rem judicatam, aliàs ſecus, ut declarat, Rot. *d. deciſ. 512. num. 2.*

Differt nullitas ab iniuſtitia, ſicut ſpecies à genere, & 178
ſicut ſpecies à ſpecie. Nam Iniuſtitia poteſt accipi duobus modis, ſcilicet, large, & in genere, & ſtrictè, ac propriè, & in ſpecie. Largè, & in genere ſumpta compræhendit ſub ſe, non ſolum id quod eſt contra jus Partis, & ſic non rectè factum, ex quo reſultat iuſtitia in ſpecie, propriè, & ſtrictè ſumpta, ſed etiam id quod eſt contra Jus, ſeu contra Juris ſolemnitatem, & ſic non rite factum, ex quo reſultat Nullitas. Strictè verò, propriè, & in ſpecie iniuſtitia non compræhendit ſub ſe, niſi id quod eſt contra jus Partis, Jaſ. *in l. lecta nu. 16. per tot. & ſignanter verſ. tertio adverte*, *ff. ſi cert. pet.* Rot. *in Rom. Domus*, *ſeu Cenſus 21. Aprilis. & 16. Iun. 1606. coram bo. me. Card. Sacrato*, *impreſſ.* apud Marcheſ. *de Commiſſ. Appell. in Curia part. 1. deciſ. 1. numer. 1. & ſeqq. fol. 229. & fol. 230. ſecun. nou. impreſſ.*

Rurſus Nullitas quoque dupliciter accipi poteſt, ſcili- 279
cet propriè, & ſimpliciter, & minus propriè, & ſecundum quid, Propriè & ſimpliciter Nullitas dicitur id, quod eſt tantummodo contra Juris ſolemnitatem, Minus propriè verò, & ſecundum quid Nullitas dicitur id, quod eſt principaliter contra jus Partis, & per conſequens etiam contra Juris ſolemnitatem, prout eſt illa Nullitas, quæ reſultat ex Iniuſtitia patente, quæ alio nomine vocatur etiam Nullitas per comparationem. Contard. *in l. 1. lim. 9. n. 48. C. ſi de mom. poſſeſſ. agat.*

Ex qui-

Digitized by Google

280 Ex quibus Primò infertur, quod Sententia, nulla dici-
tur etiam iniuſta, Socc. *conſ.* 255. *num* 4. *lib.* 2. Corn. *conſ.*
281 315. *num.* 4 *lib.* 3. quia † omne nullum dicitur etiam iniu-
ſtum Jaſ. *in l. lecta n.* 16. *verſ.* 3. *adverte, ff. ſi cert. pet.* Covar.
in rub de Teſtam. par. 1. *n.* 4. *& ſeq.* Corn *d. conſ.* 315. *n.* 4.
in fin lib. 3. Rot. *in Rom. Domus* 21. *Aprilis* 1606 *coram bo.*
memor. Card. *Sacrato impreſſ.* apud Marcheſ. *ubi ſupra deciſ.*
282 2. *numer.* 1. *fol.* 229. quinimò † nulla eſt maior iniuſtitia,
quam Nullitas, Innoc. *in capit. dilecte de Appell.* Bellamer.
dec. 343. Vant. *de Nullitate tit. quid ſit nullit. & unde dicta*
num 20. Contard. *in d. l. unic. lim.* 7. *nu* 13. *& num.* 15. *C. ſi*
de mom poſſ. agat. Scacc. *de Appel. q.* 17. *lim.* 19. *num.* 4. *verſ.*
283 *Sed notoria.* Sub † quo numero ideò defendit, quod ſicut à
Sententia notoriè iniuſta, ſic etiam à Sententia nulla po-
teſt appellari.

284 Secundò infertur, quod notoria, ſeù evidens iniuſtitia
reddit Sententiam nullam, Felyn. *in cap inter cæteros, n.*
10. *de re iud.* Rob. *conſ.* 6. *num* 38. *lib.* 3. Contrad *in dict.*
leg. Unica, lim 9. *n* 45. *&* 46. *& ſeq.* ubi de magis communi,
de obſervantia fori Capitolini, & etiam Rotæ, teſtatur:

285 Et ob id Sententia, quæ caret omninò probationibus, &
quæ non juſtificatur ex actis eſt notoriè iniuſta, ex quo red-
ditur etiam nulla, Mant. *deciſ.* 211. *numer.* 6. ubi loquitur
in Sententia lata ſine ullis probationibus, Cæſ. de Graſſ.
deciſ. 11. *num.* 4. *de re iud.* Seraph. *deciſ.* 965. *nu.* 10. *& dec.*
261. *num.* 5. ubi teſtatur, Sententiam, quæ non iniuſtifi-
catur ex actis, ex inveterata Rotæ obſervantia eſſe nullam,
Buratt. *deciſ.* 329. *n.* 2. Greg. *dec.* 209. *n.* 4. ibi Tertia nulli-
tas ſeù notoria iniuſtitia. Cavaler. *deciſ.* 20. *nu.* 4. *& num.* 5.
ubi loquitur de Sententia totaliter probationibus carente
juxta magis communem opinionem, de qua per Gabr. *de*
286 *Sent. concl.* 9. *numer.* 5. Quia † Rota non admittit illam opi-
nionem, quod Judex poſſit moveri, ad judicandum extra
acta, Honeſtati enim tanti Tribunalis convenit, quod
ſemper in actis de Juſtitia appareat, juxta tradita per Se-
raph. *deciſ.* 377. *nu.* 10. Beltram. ad Gregor. *dec.* 1. *n.* 15.

287 Sed hoc Primò procedit, quando iniuſtitia eſſet adeo no-
toria, ut aliquo colore velari, & offuſcari non poſſit, ſecus
ſi non ſit ita notoria, Buratt. *dec.* 251. *n.* 6. *& n.* 7. ubi quam-
plurimas cumulat auctoritates, & Rotæ deciſiones.

288 Secundo procedit, quando Sententia ex actis antiquis,
vel novis probationibus non juſtificatus, nec juſtificari po-
teſt, ſecus ſi juſtificetur, vel juſtificari poſſit ex aliis, &
non agatur de illa exequenda, ſed ſuſtinenda, Put. *d.* 391.
in correct. Seraph. *dec.* 701. *n.* 3. *& dec.* 734. *n.* 5. *& n.* 6. cum
aliis cumulatis per Buratt. *d. deciſ.* 252. *n.* 20. *& ſeq.*

289 Ex quo infertur, quod ſi agatur de Sententia Excommu-
nicationis quæ debet ex eiſdem actis juſtificari, Seraph. *d.*
290 *dec.* 701. *n.* 3. Buratt. *deciſ.* 760. *n.* 1. *& ſeqq.* vel † de Sen-
tentia lata in Salviano, quæ ad effectum, ut intret Ægi-
diana ſimiliter debet juſtificari ex eiſdem, Seraph. *d. deciſ.*
701. *n.* 3. *& dec.* 377. *n.* 20. ubi Apoſtilla ſubdit quod ita fuit
etiam reſolutum *in Beneventana Notariatus* 16. *Martii*
1562. *coram bon. memor. Groperio, & in Firmana Attentato-*
rum 11. *Ianuarii* 1577. *coram bon. me. Robuſterio.* Mantic. *dec.*
2913 26. *n.* 8. Rot. *dec.* 28. *part.* 1. *recent.* vel † de executione
Sententiæ, quæ ad dictum effectum non poteſt niſi ex iiſ-
dem juſtificari, Seraph. *deciſ.* 279. *n.* 5. Rot. *dec.* 386. *n.* 2.
292 *part.* 1. *diverſ.* Buratt. *deciſ.* 584. *n.* 6. vel etiam † de exce-
ptione Mandati executivi, quod pariter ex eiſdem juſtifi-
cari, debet *l. illicitas. §. veritas, ff. de offic. Præſ.* Rot. poſt
Zacch. *de oblig. Cam. deciſ.* 136. *n.* 8. & poſt Pacif. de Salv.
deciſ. 53. *n.* 1. *& ſeq. ſecun. ant. impreſſ.* & poſt Cen. de Cenſ.
dec. 255. *num.* 6. Duran. *dec.* 81. *n.* 1. Saluſt. Tib. *in Prax.*
293 *lib.* 1. *c.* 27. *num.* 4. Cum executionis non habeat locum
regula, *leg. per hanc. C. de temp. appell.* ſcilicet non de-
ducta deducam, non probata probabo, utique ſi Mandatum,
ſeù Sententia eſſet notoriè iniuſta ex eiſdem actis rema-
neret per conſequens, etiam nulla *ex præallegatis*.

294 Tertiò deinde Regula, quæ habet, quod Sententia,
quæ cum non iuſtificetur, ex actis, uti notoriè iniuſta ſit,
etiam nulla procedit, quando Sententia ſe refert expreſſis
verbis, & modum cauſæ diſpoſitivæ ad acta, alias ſecus
ſi ſe ad acta, ut ſupra, non referat ſecundum magis com-
munem opinionem, de qua per Alex. *in l. Præſes* 27. *num.*
2. *ff. de re jud.* & afflic. *dec.* 28. *num.* 8. quam in hoc caſu
ſervat Rota, Put. *dec.* 401. *in princ. lib.* 1. Cocc. *dec.* 88.
num. 5. Rot. *dec.* 178. *num.* 1. *& ſeq. part.* 2. 1. *cent.* cum aliis

cumulatis per Burat. *d. dec.* 251. *numer.* 13.

Et licet iniuſtitia notoria æquiparetur Nullitati, & diſ- 295
poſitum in una cenſeatur etiam diſpoſitum in altera Natt.
conſ. 217. *n.* 3. Rol. *conſ.* 6. *n.* 37. *l.* 4. Menoch. *conſ.* 211. *n.* 83.
lib. 3. Fenzon. *ad Stat. Urb. lib.* 1. *c.* 92 *n.* 18. Mantic. *dec.* 33.
n. 2. Seraph. *dec.* 493. *n.* 2. Rot. *dec.* 178. *n.* 1. *part.* 2. *rec.* Coc.
dec. 78. *n.* 4 Rot. poſt Fenzon. *ad Stat. Urb. dec.* 56. *verſ. ſu-*
per hoc conſideraruat. Greg. *dec.* 200. *nu.* 4. *& dec.* 330. *n.* 4.
Nihilominus † Sententia iniuſta non eſt propriè nulla, quia 296
nullum ſimile eſt idem, Rot. *dec.* 178. *n.* 2. *part.* 2. *recent.* Sed
† bene eſt nulla minus propriè, & ſecundum quid, Contard. 297
in l. Unica, lim. 9. *numer.* 48. *Cod. ſi de mom. poſſ. agat.* vel
etiam ut Alii dicunt, per comparationem, *ex præallegatis*,
Afflict. *d. dec.* 38. *num.* 9. quem declarat, Contard. *in d. l.*
1. *limit.* 9. *nu.* 48. *in fin.*

Appellatio ab Interlocutoria de Jure Civili non datur *l.* 1. L
ff. de appell. recip. Dec. *in cap. ut debitus, nu.* 14. *de Appell.* 298
Marant. *de ordin. jud. in* 3. *par.* 6. *part. prin. act.* 1. *n.* 6. Gravat.
ad Veſtr. *in Prax. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 6. Scacc. *de Appell. q.* 17.
lim. 47. *memb.* 1. *nu.* 1.

Sed hoc Primo non procedit de Jure Canonico, Nam, 299
eo Jure inſpecto, licet appellare ab Interlocutoria, *c. cordi*
de appell in 6. Scac. *de Appel q.* 17 *limit.* 47. *membr.* 1. *n.*
73. Sed appellatio non ſuſpendit, niſi Judex ad quem inhi-
beat, *c. non ſolum de Appel in* 6. Maran. *de ord judic. in d.*
3. *part.* 6. *partis princ. act.* 1. *nu.* 6. latè Scacc. *de appel. q.* 17.
lim. 47. *memb* 1. *n* 73.

Verum tamen hodie, nec etiam de Jure Canonico, ab 300
Interlocutoria poteſt appellari, Conc. Trid. *ſeſſ* 24. *c.* 20. *de*
reform. Reg Cancell. 37. *de non Appell. ant. definit.* Scacc. *de*
Appel. quæſt. 17. *lim.* 6. *memb.* 3. *num.* 18 *& lim.* 47. *mem.* 1.
num. 79. *& num* 89.

Secundo non procedit in Interlocutoria inferente Grava- 301
men irreparabile per Diffinitivam, *d. l.* 2. *ff. de Appell. recip.*
Gravat ad Veſtr. *lib* 3. *c.* 10. *num.* 6. Scacc. *de appell. q* 17.
lim. 6 *mem.* 7 *num* 20 *& n* 40. *& ſeq.* ubi quod omnes ita
conveniunt, *& lim.* 47 *mem.* 1. *n.* 84. Rot. *deciſ.* 79. *n.* 1.
par 3. *rec* Concil. Trid. *ſeſſ.* 24 *c.* 20. *de Reform. Reg. Can-*
cell. 37. *de non appell. ante definit.* & † hoc habet locum etiam 302
ſi Gravamen ſit pro parte reparabile, ſed non in totum,
vel etiam ſi poſſit reparari, ſed cum magna difficultate,
Scacc. *d. lim.* 6. *memb.* 8. *n.* 2. *verſ. confirmatur, & n.* 3. *&*
ſeq. & d. lim. 47. *memb.* 1. *n.* 86.

Interlocutoriæ autem inferentes Gravamen irreparabi- 303
les ſunt.

Primò Pronuncia de reſpondendo, vel non reſpondendo
libello, vel procedendo, vel non procedendo ſuper eo,
non obſtantibus oppoſitis ex adverſo. Secundò † pronun- 304
cia iniuſtitia de procedendo ad ulteriora, ſive reiiciant
exceptionem dilatoriam oppoſitam, ut incompetentiæ
Judicis, legitimationis Procuratoris, vel Tutoris, ſive
reiiciat peremptoriam, ut præſcriptionis claræ & li-
quidæ, aut aliam ſimilem peremptoriam, quæ in vim
dilatoriæ opponi poteſt, ſivè reiecto ſit expreſſa, ſivè ta-
cita, ſivè ſervet exceptiones oppoſitas in fine Litis, ſivè
non, Nam † peremptoria repellens à limine Judicii po- 305
teſt opponi, & reprobari, etiam ante Litem conteſta-
tam, Caſtren *conſ.* 166 *viſis actis n.* 1. *in fin. verſ. nec primo*
Iudicet lib 2. & † omnis exceptio, quæ concludit, Actori
actionem non competere ipſo Iure, de Jure communi
Impedit litis ingreſſum, & proſecutionem *leg. ſi Pupilli, §.*
videamus. ff de neg. geſt. cap. 2. *de lit. conteſt. in* 6. Bart. *in*
l. Nam, & poſtea in princ. nu. 8. *ff. de jure iur.* Specul. *de ex-*
cept. l. 1. *§. dicto, de dilator, n.* 40. *verſ. eſt & alias*, cum aliis
cumulatis per Roman. *conſ.* 466. *videtur num.* 3. *verſ. clarum*
eſt autem. Caſtrenſ. *conſil.* 221. *Antequam num* 5. *verſic.*
ad ultim lib. 2. Socin. *conſil.* 38. *Pro deciſione num.* 3. *verſic. cum*
ergo de Jure, lib. 1. Vide tamen in Criminalibus, Cancer.
variar. reſolut. part. 2. *cap.* 5. *de Sono emiſſo, num.* 78. *& ſeq.*
Tertiò, † Conceſſio dilationis Reo, tempus Inſtantiæ exce-
dentis. Quartò, Denegatio Copiæ. Quintò, Admiſſio Ter- 307
tii non docentis, de Jure ſuo ad impediendam executionem.
Sexto, Non admiſſio exceptionis Litis pendentiæ, ſeu præ-
ventionis. Septimò Pronuncia ſuper non admiſſione Procu-
ratoris, Tutoris, vel alterius Comparentis. Octavò pronun-
cia ſuper competentia, vel incompetentia Iudici. Nonò pro-
nuncia continens, deferendum eſſe appellationi, quod habet
etiam locum in rejectione illius, à qua poteſt incontinenti

by Google

appellari. Decimò pronuncia continens ob exceptionem oppoſitam non eſſe procedendum ad ulteriora, quod habet locum etiam in pronuncia revocatoria alteriùs de novo procedendo, quæ mandat procedi. Decimo primò pronuncia articulos eſſe, vel non eſſe admittendos, quod habet locum, etiã in admiſſione, vel rejectione tacita, dummodo Judex gravaverit, admittendo non admittendos, & impertinentes, vel è contra non admittendo admittendos, & pertinentes. Decimo ſecundò pronuncia continens comparationem literarum faciendam, vel non. Decimo tertiò Decretum de torquendo. Decimo quartò Decretum Capturæ. Decimo quintò, Appellationis rejectio, ſeu pronuncia continens, Appellationem non eſſe admittendam. Decimo ſextò quælibet interlocutoria lata poſt definitivam, quæ ſexdecim exempla cum ſuis explicationibus latius tradit, Scacc. *de appel. quæſt. a 7. limit. 47. membr. 1. à n. 9. uſque ad n.* 168. ideò ad eum in facti contingentia poterit haberi recurſus.

308 Tertiò non procedit in interlocutoria vim definitivæ habente, à qua datur appellatio, Veſtr in Prax *lib. 7. cap.* 2 *n* 4. Marant. *de ord. jud. in 3 part. 6 part prinz. act* 2 *nu.* 130. Gravat. ad Veſtr. *lib* 3 *cap.* 10. *n.* 6 *verſic. item quando Sententia, & n.* 9 Fenzon *ad Stat Urb. lib.* 1 *cap* 168. *n* 12 Scacc *de appel q.* 17. *limit.* 47 *membr* 1 *n.* 171 ubi quod ita obſervatur in Tribunali Auditoris Cameræ, quod ita etiam obſervat Signatura, Rot. *dec.* 79 *n* 3. *par.* 3. *recent* Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20 *de reform Regul Cancel* 47. *de non appellat ante Definit.*

309 Interlocutoriæ autem vim definitivæ habentes, relatæ, per modum exempli ſunt.

Primò Sententia lata ſuper revocatione attentatorum.

Secundò pronuncia lata ſuper competentia, vel incompetentia Judicis.

Tertiò pronuncia ſuper juramento per Actorem Reo dando, vel referendo.

Quartò Interlocutoria qua quis mulctatur.

Quintò Sententia declarans Hæreditatem non fuiſſe aditam, ſtantibus probationibus, reſervato jure latius probandi.

Sextò Sẽtentia, quia pronſiciatur non poſſe tertiò appellari.

Septimò pronuncia ſuper deſertione Appellationis, ſeù quod appellatio ſit deſerta.

Octavò præceptum factum à Judice in confeſſum vel convictum, ut ſolvat.

Nonò abſolutoria cum clauſula, rebus ſic ſtantibus.

Decimò pronuncia de non procedendo ad ulteriora ob exceptionem peremptoriam.

Decimo primò, Interlocutoria ſuper exequutione Inſtrumenti.

Decimo ſecundò pronuncia, quod Contumax habeatur pro confeſſo, & convicto.

Decimo tertiò, Sententia quæ admittit ad ceſſionem bonorum, ut fuit in Signatura reſolutum.

Decimo quartò, Sententia, quod cauſa ſit, vel non ſit compromittenda.

Decimo quintò pronuncia, rem potuiſſe vel non potuiſſe alienari, ſeu Minorem eſſe in integrum reſtituendum.

Decimo ſextò, Sententia conſervationis indemnitatis.

Decimo ſeptimò explanatio puncti facta à Judice pro tranſmiſſione cauſæ ad conſilium ſapientis.

Decimo octavò ſecundum Decretum.

Decimo nonò, Abſolutoria ab obſervatione Judicii.

Vigeſimò, pronuncia continens, minorem ætatem eſſe probatam, vel non in cauſa reſtitutionis in integrum.

Vigeſimo primò omnis Interlocutoria, quæ non expectat aliam Sententiam poſt ſe; latè Scacc *de appel. q.* 17. *limit.* 47 *membr* 1. *à num.* 172. *uſque ad num.* 215. ubi multipliciter explicat, & declarat, ideò ad eum in facti contingentia erit recurrendum.

310 Quartò non procedit in Interlocutoria, quæ tangit negocium principale, & illius ſubſtantiam prout ſi quis pronuncietur Major, vel Minor, vel Prodigus, vel alias inhabilis *l. intra utile ff. de Minor* Gravat. ad Veſtr. *lib.* 3. c. 10 *n.* 6. Scac. *de Appell, q.* 17. *lim* 47. *membr.* 1. *n.* 168.

311 Quintò non procedit in interlocutoria inferente difficultatem circa cauſæ deciſionem, Scacc *de appell. d. q.* 17. *lim.* 47 *memb.* 1. *num.* 215.

312 Sextò non procedit quando in appellatione exprimitur, & probat una cauſa, Scac. *de appel d. q.* 17. *lim.* 47. *memb.* 1. *n* 217.

313 Ex hac ſexta fallentia inferri poteſt quod appellatio ab Interlocutoria, non ſolùm debet interponi in ſcriptis, ſed etiã exprimi in ea in ſcriptis cauſa Gravaminis, *c. cordi de appell. in* 6. Clem. *Appell de Appell.* Marant *de ordin. jud. in* 3. *part* 6. *partis princ. act.* 2. *n* 141. Lanfranc. *in Prax tit Interloc & appell. n* 118. Gravat. ad Veſtr. *lib* 3 c. 10 *n* 9 *& lib.* 7 *c.* 3. *n* 45. Saluſt. Tib *in Prax l.* 2. *c.* 29. *n.* 3. Caſſad *dec.* 5 *n* 2. *de ſeq. poſſ & fruct.* Scacc *de appell q* 4. *n.* 30. *& ſeqq. & q.* 17. *lim.* 47. *membr.* 1. *n* 82 *& n.* 84. ubi quod procedit etiam de jure Civili, Nam ſine Gravamine non datur appellatio, & videtur fieri injuria Judici, qui alias ante definitivam non eſt
functus officio ſuo, Saluſt. Tib. *d lib.* 2. *c.* 29. *n.* 3 Cauſa † 314
verò in appellatione non expreſſa, decem diebus elapſis Sententia tranſit in rem judicatam, Marant. *de ordin. jud. in d.* 3 *p.* 6. *partis prin. act.* 2. *n.* 172. Gravat. ad Veſtr. *d lib.*
7. *c.* 3 *n.* 45. Poteſt † tamen cauſa in appellatione exprimi in- 315
tra dictos decem dies, licet, quando fuit interpoſita appellatio in Libello, ſeù Cædula appellationis expreſſa non fuerit, Franc. *in c. ut debitus, q.* 15. *de appell.* Marant. *in d.* 3. *p* 9 *p princ act.* 2. *n.* 142. Grav. ad Veſtr. *d. l.* 7. *c.* 3 *n.* 55.

316 Et denique decem in appellatione ab Interlocutoria ſunt neceſſaria, videlicet. Primò Gravamen. Secundò Gravamen legitimum. Tertiò cauſa Gravaminis vera. Quartò cauſa Gravaminis expreſſa. Quintò quod petitio, vel exceptio fuerit rejecta vel non admiſſa. Sextò quod ideo fuerit appellatum, quia petitio, vel exceptio fuerit rejecta vel nõ admiſſa. Septimò quod appellatio in ſcriptis redigatur. Octavò petitio apoſtolorum. Nonò ſi appellatus id petierit; quod Partes veniant inſtructæ, Decimò ut infra decem dies provocetur, Roman. *conſ.* 501. *n.* 1. Marcheſ *de Commiſſ. tit de Commiſſ. Appellatio diverſ par prima, §. primo, n* 64. *& ſeq fol.* 532. *& de commiſſ. appell. ab interlocut. p.* 1. §. 1. *n.* 165 *fol.* 1210. *ſecundum nov. impreſſ* Saluſt. Tiber. *in Prax lib.* 2. *c* 29. *n.* 3.

317 Eſt autem Interlocutoria de qua agitur, quæ non terminat negocium principale, ſed aliam poſt ſe expectat Sententiam, Bart. *in l. quid. juſſit n.* 7. *ff. de re jud.* Saluſt. Tiber. *d lib.* 2. c. 29 *n.* 3. *in fin.*

Sed hoc primò non procedit in Interlocutoria vim defi- 318
nitivæ habente, Nam ab ea poteſt appellari abſque alia cauſæ expreſſione, Marant. *de ord. jud. in d* 3 *p* 6. *partis prin. act* 2. *n.* 145. Franc. *in cap. ut debitus, q.* 14. *de Appell.* Gravat. ad Veſtr. *l.* 3. c. 10. *n* 6. *& l* 7. *c.* 5. *n.* 44. Scacc *de appell. q* 17. *lim.* 47. *memb.* 1. *n.* 171 Rot. *deciſ.*
79 *n.* 3 *p.* 3. *rec.* Etenim † definitivæ in omnibus æquiparan- 319
tur, Scacc. *de appell. q.* 4 *n.* 56. Fenzon. *ad Stat. Urb. l.*
1. *c.* 168. *n.* 12. *& c.* 174. *n.* 8. Dicitur † autem habere vim 320
definitivæ, quando terminat negocium de quo agitur, Rot. *deciſ.* 79. *n.* 3. *p* 3. *recent.*

321 Secundò non procedit, quando cauſa gravaminis appareret manifeſtè, & conſiſteret in mero jure, aut juris præſumptione, Nam etiam tunc valet appellatio abſque cauſæ expreſſione, Bald. *in l. Minoribus n.* 7. *C. de his quib. ut in dig.* Franc. *in c. ut debitus, q.* 11. *de Appell.* Marant. *de ord jud d act.* 2. *n.* 144. Caſſad *deciſ.* 5. *n.* 2 *& n* 4. *de ſeq. poſſ. & fruct.* Scacc. *q.* 17. *lim.* 47. *mem.* 1. *n.* 216.

322 Tertiò non procedit, quando ex actis, vel ex lectura Sententiæ cauſa notoriè appareret; nàm tunc illius expreſſio in appellatione non eſt neceſſaria, Imol. *in Clem. appellanti n.* 4. *de appell.* Marcheſ. *de commiſſ. appell. ab Interloc part.* 1, §. 1, *n.* 142 *fol.* 1214.

323 Ratio autem cur in appellatione ab Interlocutoria ſit exprimenda cauſa, eſt illa, quia hujuſmodi appellatio debet juſtificari ex eiſdem actis factis coram Judice a quo neque in hoc eſt locus regulæ, *l. per hanc, C. de temp. appel.* ut probatur in Clem. *appellan. de appel.* & tradit Bart. *in l. ait Prætor, n.* 4. *ff. de Minor.* Marcheſ. *de commiſſ. Appel. ab interloc. p.* 1. § 1. *n.* 84. *fol.* 1208. *& n.* 141 *& ſeqq. fol* 1213. Gravat. ad Veſtr. *l.* 1. c 10. *n.* 8. Rot. *deciſ.* 386. *n.* 1. *& ſeq. part.* 3. *lib.* 3 *diverſ.*

324 Sed alia ratio magis generalis eſt, quia Judex ante definitivam non eſt functus officio ſuo, & ob id Appellatio ab Interlocutoria dicitur odioſa, tamquam derogans juriſdictionis ordinariæ, habens oculos tantum ad retroacta ex quo ab ea tantum appellatur, ſi contra Legem ſit pronunciatum, & ideo debet inſerri cauſa in Appellatione, ut appareat quòd fuerit appellatum ab injuria, Bart. *in l. ait Prætor, n.* 3. *ff. de Minor.* Marcheſ. *de commiſſ. appell, ab Interlocut. p.* 1 §. 1, *n.* 83, *& ſeq fol.* 1208.

325 Cauſa autem gravaminis, quæ ut ſupra eſt exprimenda debet continere tale damnum, quod per definitivam reparari non poſſit, alias nihil relevaret, Caſtren.

concil.

Digitized by Google

conſil. 194. *in princ. viſo puncto*, & *conſ.* 236. *viſo puncto, n.*
2. *verſ. ad ſecundum*, *lib.* 2 Gravat. ad Veſtr. *lib.* 3. *c.* 10.
n. 6. Scacc. *de appell q.* 17. *lim.* 6. *memb.* 7 *num.* 40. & *ſeq.*
cum aliis allegatis ſupra *verſ* 2. *non procedit interlocutoria*
inferens gravamen, *num.* 301.

N Appellatio à gravamine datur de jure Canonico, *cap.*
326 *ſuper eo*, *il ſecondo de appell.* Dec. *in cap. ut debitus*, *num.*
14. *de appell.* Gravat. ad Veſtr. *in Prax lib.* 3. *c.* 10. *num* 6.
quinimò a quocumque gravamine, concurrente rationabili
cauſa de jure Canonico appellare licet, Rot. *dec.* 79. *num.* 1.
part. 3. *recent.*

327 Cauſa autem rationabilis hodie, etiam de Jure Canonico,
debet continere tale gravamen, quod per definitivam reparari non valeat Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *de reform.*
Reg. Cancell 17. *de non appell. ante de fin.* quo caſu, etiam
de jure Civili, appellatio admittitur, Rot. *d. deciſ.* 79. *n.*
2. *in fin par.* 3. *recent.*

328 Ex quibus infertur, Primò quod à denegatione admiſſionis, ſivè à rejectione exceptionis relevantis, ex qua
gravamen irreparabile reſultat, datur appellatio, tenetur tamen appellans veritatem exceptionis probare, Marcheſ. *de commiſſ appellat ab Interloc. par.* 1. §. 1 *num.* 145.
329 *fol* 1214 Scacc. *de appel. q.* 11 *nu* 61. & *ſeqq.* & idem † procedit in rejectione exceptionis relevantis tacita,
nam poteſt appellari ab ulteriori proceſſu, Marcheſ. *de commiſſ. appel. diverſ. part.* 1 §. 2. *num* 26. *fol.* 1351. Rot.
dec. 444. *n.* 5 *part.* 1. *diverſ.* Seraph. *dec* 383. *n.* 8. & *ſeq.*

330 Secundò ſimiliter quia a rejectione Teſtium, vel probationum relevantium ſivè tacita ex quo pariter inde gravamen irreparabile oritur, datur appellatio, Gravat. ad
Veſt. *lib* 3. *cap.* 10. *num.* 6 Marcheſ *de commiſ. appell. ab Interloc part.* 1. §. 1. *num.* 145. *in fin. fol* 1214. Scacc *de appell. q.* 17 *lim.* 6. *memb* 7. *num.* 41 & *lim* 47. *memb.* 1 *num*
139. & *num.* 141. Olaſc. *dec.* 25. *num.* 14. Rot. *d. deciſ.*
79. *num* 2. *part.* 3. *rec.*

331 Tertiò quod à denegatione etiam prorogationis termini dati ad ſubjiciendum ſe examini obeadem irreparabilia gravaminis rationem appellatio conceditur, Rot.
dec. 79. *num.* 1. *part.* 3. *recent*

332 Quartò quòd ſi actum fuit vigore oblationis Cameralis,
& Judex intendat procedere via ordinaria, ab hoc irreparabili gravamine eſt incontinenti appellandum ab ulteriori
proceſſu, Marcheſ. *de commiſſ. appell. ab oblig Cam part.*
2. §. 1 *num* 80 *fol.* 699.

333 Verum quoniam appellatio à Gravamine iiſdem modis regulatur, quibus appellatio ab interlocutoria inducente Gravamen, quod utroque caſu debet eſſe irreparabile
per definitivam, ideo ſuperius dicta in hoc decimotertio
capite, & ſignanter *ſub lit. L. num* 298. & *ſeq.* ſufficiant
pro caſu Gravaminis in facto contingente, a quo appellare ſit neceſſe.

334 Non tamen omitto, quod licet appellans a certo Gravamine ſoleat ſuper addere clauſulam, *nec non ab aliis quibuſcunque Gravaminibus &c.* tamen non auditur, niſi ſuper Gravamine expreſſo, & ſpecificato, *cap* 1. & 2. *de Libell. oblat.* Rot. *dec.* 2. *de appellat. in nov.* Veſtr. *in prax.*
lib 3. *cap.* 10. *num.* 1. & *ſeqq* & ibi Gravat. *num* 9. *lit.*
C. Marcheſ. *de commiſſ appel. ab Interlocut. part* 1. §. 1. *n.*
95. & *ſeq fol.* 120. Nec Signatura conſuevit niſi ſuper dicto ſpecificato, & expreſſo Gravamine, reſcribere,
Veſtr. *d lib* 3. *cap.* 10. *num* 2. Marcheſ, *de commiſſ ab Interloc. d. part.* 1. §. 1. *num* 99 *fol.* 1209. *ſecun. nov. impreſſ.*

N Licet à Sententia, ſeù Decreto, de quo non conſtat,
335 non detur appellatio, & appellationis commiſſio tunc
non ſubſiſtat Cæſ. de Graſ. *dec.* 2. *num.* 1. & *ſeq. de Reſcript.* Cavaler. *dec.* 2. *num.* 6.

336 Nihilominus hoc non procedit, quando terminus fuit
habitus pro ſervato; nam tunc, ne decem diebus elapſis
ſententia ſubſcribenda in judicatum fortè tranſiret, poteſt
de ſtylo Rotæ, & Curiæ Romanæ à dicto termino pro ſervato habito cum clauſula, *quatenus contra &c* appellari,
& cauſa appellationis committi Veſtr. *in Praxi lib* 7. *cap.*
3. *nu.* 29. *verſ. amplius*, Scacc. *de appellat quæſt* 12. *num.*
8. *quæſt.* 14 *num.* 9. Rot. *dec.* 391. *num.* 3. *part.* 3. *diverſ.*
lib. 3. & *dec.* 722. *num.* 1. *part.* 3. *recent.*

337 Quæ quidem cautela non ſolum eſt utilis in cauſis vertentibus coram Judicibus ordinariis, & eorum Delegatis,
& ſubdelegatis, nec non etiam coram Delegatis ad univerſitatem cauſarum, coram quibus omnibus, etiamſi
dicti Ordinarii procederent, ut Delegati terminus pro
ſervato durat tantum ſpacio decem dierum, Scacc. *de Appell. d. qu.* 12. *num* 8. cum plerumque quando Cedula ſubſcriptus, finis decendii inſtet, Veſtr. *d. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 338
9. *verſ. amplius*, & Sententia fingatur lata die termini habiti pro ſervato & ſub illa die Notario actuario reponatur,
& lata adnotetur, Scacc. *de appell. d q.* 14. *num.* 9. & *ſeq.*
Rot. *dec.* 705. *num.* 4 *part.* 3 *diverſ. l* 3.

Sed, & eò magis utilis, & neceſſaria eſt in Sacro Rotæ 339
Auditorio, in quo terminus pro ſervato eſt quindecim dierum, & in ultima anni audientia unius menſis, & eo amplius in cauſis vertentibus coram aliis Delegatis, & ſubdelegatis Papæ, coram quibus terminus hujuſmodi poteſt durare ultra annum; unde poteſt contingere, quòd ſententia
ſubſcribatur poſt decem dies, quo caſu, cum nihilominus
fingatur lata die termini habiti pro ſervato, ſub quo à Notario reponi, & adnotari lata in actis conſuerit, & d. præſumptio ſit juris, & de jure nec admittat probationem in
contrarium, niſi appellatio infra decem dies à die termini habiti pro ſervato, & ſic latæ ſententiæ, reperiretur interpoſita, illa tranſiſſet in rem judicatam, ut per Scacc.
de appell. d. q 12 *nu.* 8 & *q* 14 *nu* 9 & *ſeq.*

Cæterum in Romana Curia omnes, & quicumque Ju- 340
dices, ſivè ſint ordinarii, ſivè Delegati Papæ, & ſivè procedant, ut Ordinarii, ſivè uti Delegati, etiam Prælati in
cauſis in officio Archivis Romanæ Curiæ eis commiſſis, tenentur terminos hujuſmodi pro ſervatis habitos aperire, &
declarare infra decem dies exceptis tantummodo Auditoribus Sacri Palatii Apoſtolici, qui dictos terminos pro ſervatis habitos declarare infra quindecim dies, & in ultima
anni audientia infra menſem omninò tenetur, Paul. V.
d Conſt. 71. *Univerſi agri*, *verſ. item Sententiæ*, & *verſ.*
Judices quicunque, cum aliis allegatis, ſupra *c.* 8. *lit. S.*
nu. 255. & *ſeqq.*

Unde in Curia Romana ceſſat abſurdum, de quo per 341
Scac. *de appell qu* 14. *nu.* 11. Nàm ſatis erit, quod Judex
appellatione interpoſita à termino habito pro ſervato, det
terminum Juris, qui eſt unius menſis, ante cujus lapſum
ſententia erit jam ſubſcripta, & ob id tunc benè poterit,
ſecundum facti contingentiam, de Apoſtolis opportunè
reſpondere, ut per eundem Scac. *d. q.* 14. *num.* 11. *in fin.*
verſ. adverte.

Regula tamen, quod ſit appellandum infra decem dies
à die termini pro ſervato habiti, & ſic ſententia lata, non 342
eſt perpetua; nam procedit, quando quis fuit ad ſententiam perſonaliter citatus, ſecus ſi fuerit citatus domi dimiſſa copia, vel per contradictas, vel per Edictum, vel
per diligentias, nàm tunc à die habitæ notitiæ appellare
poterit, niſi citatus per Contradictas fuerit ab initio cauſæ
perſonaliter citatus, & receſſerit, vel quis doloſè non permittat, ſe perſonaliter citari, latè Scacc. *d appell d q.* 12.
nu. 2. *verſ. primus caſus*, & *ſeqq* cum aliis allegatis ſupra
hoc eodem cap. 13 *lit. B verſ. Cæterum fictus contumax*, &
ſeq nu. 127 & *ſeqq*

Si verò quis appellaverit in parte, & partibus contrariis,
& non aliàs &c. tunc appellatio devolvet cauſam tantum 343
quoad partes contrarias, non autem quoad favorabiles,
ſi ſententia lata fuit per capita ſeparata, Veſtr. *in prax.*
lib. 7. *c.* 3. *num* 30 Marcheſ *de commiſſ. appellat ab exceſſ.*
p. 1. §. 1. *num* 47. *fol.* 1240. Secus † ſi unicum tantum caput, vel plura ſimul connexa capitula contineat; nam 344
tunc devolveret totum negocium ad Superiorem, ſeu Judicem ad quem, & clauſula, *parte*, & *partibus*, nihil
relevaret, Veſtr. *d. l.* 7 *cap.* 3. *nu.* 30. & idem juris eſt
de appellatione cum clauſula, *quatenus contra*, Nam ſi
pro media fuit obtentum, & ſententia habet unicum
capitulum, vel plura capitula connexa, appellatio ſuſpendit totam cauſam, & devolvit, adeo quod in nihilo exequi poteſt, Lancell. *de attent appell pend. p.* 2. *c.* 12 *lim.* 2.
nu. 26. Boer. *dec.* 73 *nu* 5 & *nu.* 6.

De clauſula, *ita ut pro Apoſtolis redire non teneatur* aliquid O
dictum eſt ſupra *lit. F. verſ. Nam in Curia*, *n* 186.

A rejectione appellationis ab Interlocutoria eſt iterum 345
appellandum, alias Judex poſt illius rejectionem benè ad P
definitivam procedere poteſt, Marcheſ. *de commiſſ. appell.* 346
ab Interloc p. 2. §. 2. *nu.* 144. *fol.* 1214. & ita quotidie obſervatur in Praxi.

De Eminentiſſimo Signaturæ Juſtitiæ Præfecto dictum Q

347 eſt ſupra *cap. 7. lit. O. num.* 118. & hoc eodem *c.* 13. *lit. G,*
verſ. pro facilitori, *& ſeq. n.* 210. *& ſeqq.*
R Nullitates ex tribus, ſcilicet defectu citationis, Juriſ-
348 dictionis, & mandati, ſunt inſanabiles, Marcheſ. *de*
commiſſ. nullitat. ſanat. p. 3. *§.* 3. *n.* 10. *fol.* 62. prout in ſpe-
cie de nullitate defectu citationis tradit Rot, *dec.* 273. *nu.*
1. *& ſeq. & n.* 3. *& dec.* 272. *n.* 2. *& n.* 4. *p.* 4. *recent.* Greg.
deciſ. 417. *n.* 2. Cavaler. *dec.* 35 *n.* 1. *& dec* 396 *n.* 6. de Nul-
litate defectu juriſdictionis, Rot, *d dec.* 272. *n* 4. *& n.* 6 *p* 4.
& dec, 91. *n.* 2. *par.* 6. *rec.* Cavaler. *dec.* 40. *n.* 1. *& ſeq. & dec.*
63. *n.* 2. *& dec.* 396. *n.* 3. Buratt. *dec.* 324. *n.* 9. & de Nullitate
defectu Mandati, tradit Rot. *d. dec* 272. *n.* 4 *& n.* 6. *& d. dec.*
312. *n.* 2. *& ſeq. p.* 4. *recent.* Cavaler. *dec.* 396. *n.* 2 *& n.* 6.
349 Has tantum tres Nullitates attendit ſupremum Rotæ
Auditorium, Rot. *dec.* 333. *n* 2. *part.* 4. *recent.* quæ, per Si-
350 gnaturam Juſtitiæ nunquam ſanantur, nam ſanatio earum
Gratiam concernit, quæ ceſſat in illo Sac. Tribunali,
in quo ſtrictè, Juſtitia dictante, reſcribitur, Marcheſ. *de*
commiſſ. null. ſanat. p. 3. *§.* 3. *n.* 32. *fol.* 62. Beltram. ad
Greg. *dec.* 189. *n.* 8. Buratt. *dec.* 871. *n.* 7.
351 Solet nihilominus Signatura in his caſibus ex cauſa
rationabili relaxare Iuris rigorem, reſcribendo cum clau-
ſula *Arbitrio Rotæ, ſeu Iudicis*, Creſ. *deciſ.* 4. *num.* 3. *de*
Teſt. Rota *deciſ.* 658. *n.* 1. *part.* 1. *& deciſ.* 430. *n.* 1. *part.* 3.
recent. cum aliis cumulatis per Beltram, ad Greg, *d. dec,*
189. *num.* 8.
352 Cæterùm Nullitates ex tribus, nec etiam ſanantur
per clauſulam, *Arbitrio*, prout de nullitate defectu cita-
tionis tradit Rot. *d. dec,* 272. *nu.* 1, *& deciſ.* 315. *num.* 4.
p. 4. *recent.* Cavaler. *dec* 53. *num.* 1, *& deciſ.* 396. *nu.* 1. *&*
6 Greg *dec* 416. *n,* 2. & de nullitate defectu juriſdictionis
tradit Rota *d. deciſ,* 272. *n* 5 *& n* 5. Cavaler *dec.* 40. *n.* 1.
& deciſ. 6 : *num.* 1. *& ſeqq* Buratt. *deciſ.* 364 *n.* 8 *& dec.*
871 *n* 9. & de nullitate defectu mandati tradit Rota *deciſ.*
271. *n* 6. *& deciſ.* 311, *n.* 2. *& ſeq p.* 4 *recent.* Cavaler *dec,*
396 *n* 6 Buratt. *deciſ* 689. *num* 8.
353 Sed hoc proceditur quando Nullitates ſunt claræ, Rot.
deciſ 619 *n* 1 *part* 6. *recent.* ſecus ſi Nullitates ſunt turpi-
dæ vel non ſunt totales, nàm tunc ſanantur ex dicta clau-
ſula Veſtr. *in Prax. lib.* 5. *cap* 13. *nu,* 2 *lib.* 7. *cap* 1. *n* 6.
Rot. *deciſ* 680 *n.* 4. *p.* 2. *& dec* 395. *nu.* 1 *p.* 5. *recent.* & in
ſpecie quod nullitas defectu citationis ſanetur, quando
defectus eſt turpidus, tradit Rota *deciſ* 680. *n.* 4. *part.* 12.
recent Buratt. *dec.* 376 *num.* 9 & idem quando defectus
non eſt totalis, tradit Rota *deciſ.* 409 *nu* 1 *p* 1 *recent.*
& de nullitate defectu Juriſdictionis, quando defectus
eſt turpidus, vel non eſt totalis, tradit Creſ *deciſ* 1. *de*
fer. Rota *d deciſ* 680. *nu* 4 *p* 2 *recent & deciſ* 122. *n.* 3.
poſt. conſ crim. Farinace *lib* 3. Coccin. *dec* 423 *in princ &*
num. 1 Cavaler. *dec* 63 *nu* 3. *verſ. Nec dixerunt*, & de
nullitate defectu mandati, quando defectus eſt turpidus
vel non eſt totalis, tradit Creſ *deciſ.* 8 *in fin. de re jud.*
Rota *dict. dec* 680. *n* 4. *part.* 2. *& deciſ.* 312. *n.* 3. *part.*
4 *rec.* Andr. *dec.* 28 *n.* 4 *& n.* 11.
Præterea defectus citationis ſanantur per comparitio-
354 nem citati, vel ejus legitimi Procuratoris, ex quo fi-
nis citationis eſt comparitio, Greg. *dec.* 27. *n.* 3 *& dec.* 94.
n 6. cum aliis cumulatis per Beltram. ad Greg *d. dec.* 27.
n 9. & per Ferentill. ad Buratt. *dec* 727. *n.* 8. *& ſeqq.*
355 Defectus verò Juriſdictionis per prorogationem illius,
de partium conſenſu, tollitur, & ſanantur, *l.* 1. *C. de Iu-*
riſd. omn. judic. Veſtr. *in Prax lib.* 5. *cap.* 13 *nu.* 4 ubi quod
id procedit, etiam in conſenſu tacito, dummodo Partes
incompetentiam non ignorent, Ægid. *dec.* 25. *licet con-*
ſenſus, Coccin. *dec.* 135. *n.* 4. Buratt. *dec* 381. *n.* 6. *& dec.*
825. *n* 5. *in fin. & ſeqq.*
356 Sed hoc non procedit, quando quis nullam habet Ju-
riſdictionem, quæ ob id prorogari, nullatenus poteſt *l.*
privatorum, C. de iuriſdict omn iud. Jaſon. *l: ſi per erro-*
rem, n. 1 *ff. eod tit.* Bald. *in l generaliter, n* 2. *C. de Epiſc.*
& Cleric. Soccin *in c propoſuiſti, n* 43. *ver comperit. de for.*
compet Caſte. *conſ.* 2. *n.* 3. *lib* 2 Maran. *de ord iud part* 4.
princ. diſt 12. *n.* 12 ubi quod id, quod non eſt, prorogari non
357 poteſt, Ægid. *dec.* 15. *Licet conſenſus*, & denique non En-
tis nullæ ſunt qualitates, *l. eius qui in Provincia ff. ſi cert pet.*
358 Defectus denique Mandati ſummovetur, & ſanatur Ju-
ris præſumptionibus, & conjecturis, Cavaler. *dec.* 182.
n. 7. *in fin.* Greg. *deciſ.* 44. *n.* 1. præſertim ſi quis enunciatur

Procurator cum relatione ad Notarium rogatum, &
certam diem, & eo magis in antiquis, Creſcent. *dec.* 7. *n.*
4. *de probat.* Caſſad. *dec,* 3. *n.* 4. *de Proc.* cum aliis alle-
gatis ſupra *cap.* 3. *lit.* G *verſ. aliquando*, Prout † ex ſo- 359
lutione facta procuratorio nomine, cum nemo præſu-
matur iactare ſuum, Rota *dec.* 2. *de cauſ. poſſ. & propr.*
Ant. Mar. Papazon. ad Rot. *dec.* 39. *n* 3. *de Proc. in nou.*
Greg. *dec.* 311. *n.* 5. *& ſeq.* & eo magis concurrentibus ad- 360
miniculis, prout eſt pluralitas ſolutionum, cum diutur-
nitate temporis, & ſumma notabili, Greg. *dec.* 275 *n.*
4 & ibi Beltram. *n* 19 Et † ex productione jurium, Ro- 361
man. *conſ.* 416. *n.* 10. *& ſeqq. & n* 13. Caſſad. *dec.* 3. *n.* 5.
de Proc. Put. *deciſ.* 214. *lib* 3. Duran *deciſ* 9. *n.* 14. quod
tamen non procedit in perſona domeſtica, quæ præſu-
mitur Jura ſurripuiſſe, Roman. *conſ.* 446 *num* 13. cum
aliis allegatis ſupra *cap.* 3. *lit. G. verſ. & denique*, & ex 362
ſcientia, & patientia Principalis, Rot *dec.* 2. *de cauſ. poſſ.*
& propr. in antiq. Caſſad. *dec.* 3 *nu* 5 *de Proc.* Put *deciſ.*
214. *lib* 2. & eo magis ex ejuſdem Principalis præſentia,
Rot. *dec.* 39. *de Proc. in nov.* Greg. *dec* 44 *n.* 2. *& ſeqq* non
obſtante revocatione, quia cenſetur conſtitutus de novo,
ex allegatis ſupra *d. c* 3. *lit C. verſ. Ex præſentia*, & non
obſtante proteſtatione, Neminem audiri, niſi docto de
legitimo mandato procuræ, Seraph *dec.* 923. *num.* 3.
Beltram. ad Greg *dec.* 330 *n.* 5 Et † ex impenſa alicu- 363
jus conſiderationis Caſſad *d deciſ.* 3. *num.* 4. *de Proc.* Se-
raph. *d. dec* 633. *nu.* 2. Cavaler. *deciſ* 83 *n.* 5 *& dec* 590.
n 10. *in fin* Duran. *dec.* 9. *nu.* 24. Saltem unius Ducati,
quæ eſt ſumma conſiderabilis in privato, juxta *dec* Put.
329. *lib.* 2 *incorrect* quam ſequitur Rota *dec* 440. *n.* 6 *in*
fin. p. 2. *recent.* quod tamen non procedit in eo, qui ha-
bet intereſſe in cauſa, vel poteſt ex illo actu commo-
dum conſequi ex allegatis ſupra *c.* 3. *lit.* G *verſ. Vrgens*
autem.
Sanantur etiam aliquando defectus Mandati per ratifi- 364
cationem. Rot. *dec.* 39. & ibi Papaz *n* 2 *de Proc in nov.*
Aliæ vero Nullitates, quæ non ſunt ex tribus, magis 365
de facili in Romana Curia ſanantur per viam reſcriptorum,
Vant *de Nullitat ſub. tit. quib mod ſent null reparet nu.*
125. quinimò cæteræ nullitates *ex reform fælic record* 366
Pii IV. fuerunt ſublatæ, ideo ad ſupradictas tres, ſcili-
cet Citationis, Juriſdictionis, & Mandati reſtringitur
Commiſſio: Marcheſ. *de commiſſ. appellat in Curia p.* 1.
c. 4. *num* 20 *fol.* 195.
Cauſæ valoris quingentorum Florenorum auri ſunt S
Rotales & in gradu Appellationis, aut alias in caſus 367
Commiſſionis, ſunt in Rota committendæ, Staphil. *de*
lit. Grat. verſ ſecundus, quando cauſa eſt ardua. fol. 138.
Mandoſ. *in forma* 3 *commiſſ. in verbo valoris*, quòd ſi
fortè cauſa infra valorem quingentorum Florenorum com- 368
miſſa in Rota reperitur, in illa procederetur ſummariè
prout in beneficialibus, *Innoc VIII Conſt* 10. *Finem*
litibus, ſecund. antiq. impreſſ. quæ hodie Innocentiana
vocatur.
Verùm quia Floreni aurei in deſuetudinem abierunt 369
inductum eſt, ex antiqua obſervantia, ut cauſa ſit Ro-
talis; ſi ad valorem ducatorum quingentorum aſcen-
dat, Mandoſ. *in dict form* 3. *commiſſ. in verbo valoris*, *&*
in verbo attenta gravitate, Marcheſ. *de Commiſſ. Appell. in*
Cur. part. 1. *c.* 5. *n* 35. *fol* 209. Et † licet Nonnulli volue- 370
rint, quod ad hoc ut cauſa ſit Rotalis, debeat aſcendere ad
valorem quingentorum ducatorum auri de Camera: nihi-
lominus ſufficit, quod vel aſcendat ad valorem ſcutorum
quingentorum monetæ, Marcheſ. *de Commiſſ. Appell. in*
Curia dict. c. 5. *n.* 35. vel ad valorem ſcutorum quingento-
rum auri prout de verius, & obſervata opinione in Signa-
tura, & in Praxi teſtatur, Marcheſ *de commiſſ avoc. cauſ.*
p. 2. *§.* 11 *num* 44. *fol* 179 *ſecun. nov. impreſſ.*
Sed hoc procedit in cauſis prophanis citra Montes, 371
ſecus eſt in cauſis prophanis ultra Montes, quæ non ſunt
committendæ in Rota, niſi aſcendat ad valorem ſcuto-
rum mille auri, Marcheſ. *de commiſſ. avoc. cauſ part.* 2.
§. 1. *n.* 45. *fol* 276.
Aliæ verò cauſæ, valoris in ſorte infra dictam ſum- 372
mam, committuntur extra Rotam alicui Judici, ſeu Præ-
lato Romanæ Curiæ, dummodo excedant valorem ſex-
decim ducatorum auri de Camera. Nam † Signatura 373
in cauſis à ſexdecim ducatis de Camera infrà non reſcribit,
ex Con-

ea Conſtitutione *fel. record. Pii V.* & communi Praxi, &
obſervantia, Saluſt. Tiber. *in Prax. lib. 2. cap. 12. num 10.*
& ſeqq. Marcheſ. *de commiſſ. avoc. cauſ. part. 2. §. 4. nu. 47.*
374 *fol.* 277. Scacc. *de appell. q. 17. limit. 43. n. 1.* Ubi † quod
valor ducati non eſt ſemper idem: & ob id in caſu occur-
renti eſſet videndum, quantum valet tempore appella-
tionis.

375 Cauſa verò Beneficialis Rotalis judicatur, & in Rota
committitur, ſi Beneficium de quo agitur, reddat fru-
ctus anni valoris ducat. vigintiquatuor auri de Cameræ
excedent. prout quotidie exprimi ſolet in Commiſſio-
nibus, & Praxis obſervat, & adeſt Motus proprius,
Sanct. Mem. Clem. VIII. Anno 10. ſui Pontificatus, omneſque
propterea cauſas Beneficiales dictum valorem annuum ex-
cedente eſſe in Rota committendas, declaravit *Sanctiſſ. D.*
N. Innoc. X. in Signatura Gratiæ. *4. Aprilis 1645. in una*
Cuſentina Parochialis, proponente *R. P. D. à Valle*.

376 Et licèt Marcheſ. *de commiſſ. devolut. cauſ. ad Rom. Cur.*
p. 3. §. 1. n. 36. fol. 366. videatur aſſerere, ſufficere, quod cau-
ſa hujuſmodi ſit valoris decem ducatorum auri de Ca-
mera exceden. tamen loquitur de cauſis Cameralibus, non
Rotalibus in ſpecie.

Aut ergo fructus Beneficii, ſunt anni valoris ducat.
24. auri de Camera exceden. & cauſa eſt omninò Rotalis
Aut anni valoris ducat. decem auri de Camera; vel di-
ctum valorem excedent. & cauſa eſt Curialis, & commit-
titur extra Rotam alicui Romanæ Curiæ Prælato. Aut
377 † fructus Beneficii non aſcedunt ad annuum valorem de-
cem ducatorum auri de Camera, & cauſa remittitur
ad partes *ex præ allegatis*, Poteſt tamen, nemine contradi-
cente etiam committi in Curia alicui Prælato extra Ro-
tam, Marcheſ. *de Commiſſ. devolut. cauſ. ad Rom. Cur. p. 3.*
§. 1. n. 3. fol. 366.

378 Clauſula *quam, & quas &c.* poſita in commiſſione ap-
pellationis operatur, ut poſſit procedi, & Judex poſſit,
pronunciare, prout in prima inſtantia, Mart. *de clauſ. p.*
1. clauſ. 120. n. 1. & ſeq. Mareſc. *var. reſolut. lib. 1 c. 20. n.*
6. & ſeqq. Achill. *dec. 14. n. 1. & dec. 17. in fin. de reſcript.*
Seraph. *dec. 1241. n. 1.* Rota *dec. 546. n. 1. & dec. 731. n.*
5. p. 2. recen. & in Senogallien. *Prædii 28. Iunii 1643. cor.*
R. P. D. Melzio, Buratt. *dec. 241 n. 6. & dec. 226. n. 12. &*
dec. 815. n. 16. Duran. *dec. 61. n. 4.* Kodr. *dec. 44. n. 9.*

379 Et quòd qui commiſſionem impetravit, ita etiam is,
contra quem fuit impetrata, poſtquam commiſſio eſt
effecta communis per citationem, ad dicendum contra
illam poſſit pariter, prout in prima inſtantia procedere,
Mart. *dicta clauſul. 120. n. 3.* Marcheſ. *var. reſol. d. l. 1. c.*
20. n. 9. & ſeq. Rot. *dec. 254 n. 1. part. 1. diverſ.* Buratt.
dec. 405. n. 1. & ſeq. & ibi Ferentill. *n. 16.*

380 Quod procedit, etiam non producta appellatione, vel
non conſtito de ea, præſertim ſi in Commiſſione adſit,
etiam clauſula, *cum toto negocio principali*, Mart. *dict. clau-*
ſul. 110. n. 1. Achil. *dec. 14. n. 1. de reſcript. & deciſ. 22 de*
Appellat. Mareſc. *var reſol. dict. lib. 1. cap. 20. num. 6. &*
n. 8. Marcheſ. *de Commiſſ. Appellat. in Rom Cur p. 1 c. 5.*
nu. 68. fol. 201. & etiam non conſtito de Sententia, Ma-
reſcott. *dict. lib. 1. cap. 20. n. 6.* Marcheſ. *de commiſ. Ap-*
pell. in cur. dict. cap. 5. n. 68. Rot. *dec. 74. lib. 2. part. 5.*
diverſ. ubi quod ita quotidie practicatur.

381 Sed prædicta procedunt, tranſportatis actis, aliàs ſe-
cus, quia Signatura, & Rota intelligunt, ut poſt Conci-
lium Tridentinum d. clauſula, non operetur non tranſ-
portatis actis prioris inſtantiæ, Mart. *d. clauſ. 120. nu. 4.*
Mareſc. *var. reſol. d. l. 1. cap 10. n. 19 & ſeqq.* Ferentill. *ad*
Buratt. *dec. 51. n. 7. & dec 405. n. 17.* Beltram. ad Gregr.
dec. 330. n. 4. ubi plures cumulat deciſiones.

382 Si verò judicium, quod inchoatur, eſt omninò novum
& non fuit introducta cauſa per viam appellationis, tunc
actorum tranſportatio non eſt neceſſaria, Mareſc. *dil.*
1. cap. 20. numer. 20. Beltram. ad Greg. *dec. 320. num. 4.*
Cavaler. *dec. 119. num 1.*

383 Prout non eſt neceſſaria integra actorum tranſportatio
in cauſis prophanis, ſed benè in Eccleſiaſticis, in qui-
bus locum habet diſpoſitio Scac. Conc. Trid. ex latè con-
geſtis per Ferentil. ad Burat. *d. dec. 405. n. 18. & ſeqq.*

384 Operatur ulterius clauſula, *quam, & quas*, ut ex tranſitu
de una via ad aliam non intret refectio expenſarum. Se-
raph. *dec. 630. n. 6.* Greg *dec. 270. n 5.* & ibi Beltram. *n. 11.*

alias deciſiones cumulat, Duran. *dec. 60. num. 46.* Et
† quod poſſit ferri Sententia, etiam ſuper cauſa probata, 385
licet non expreſſa, & formaliter deducta, Rota, *deciſ.*
256 n. 1. part. 1. diverſ. & dec. 30. n. 30. part. 5. rec. Duran.
dec. 60. num. 16.

Et ne cenſeatur omne Ius competens in judicium dedu- 386
ctum, Pontan. *de Spol. lib. 1. c. 4. n 18.* Mart. *de clauſ p. 1 clauſ.*
120. n. 7. verſ. hæc clauſula, Rota 254. *n. 1 part. 1. diverſ.*
Greg. *dec. 448. n. 1.* Duran. *dec. 60. n. 33. & n. 46.*

Et quod omnis cauſa, ad ſpeciem poſtea deducta, in 387
commiſſione contineatur, Rot. *dec. 84. n. 5. part. 6. recent.*

Ad hoc autem, ut clauſula hujuſmodi operetur, requi- 388
ritur citatio Partis ad dicendum contra commiſſionem,
& obſervatio terminorum ſubſtantialium, & deductio ad
ſpeciem, Mareſc. *var. reſol. lib. 1. c. 20. n 18.* Mart. *de clauſ.*
d. p. 1. clauſ. 120. n. 10. verſ. declara, Marcheſ. *de Commiſ.*
Appell. Roman. *Cur. p. 1. c. 1. n. 66. fol. 201.* Rota *in Napoli-*
tana reſciſſionis Concordiæ Veneris 15. Iunii 1601. cor bo. me.
Card. Lancellotto, ubi quod deductio ad ſpeciem ſatis
facta intelligitur, quando adeſt narrativa in ſuperiori par-
te commiſſionis, quæ declarat intentionem Agentis.

Compræhendit ſub ſe dicta clauſula, non ſolum cau- 389
ſam Appellationis, ut per Franc. *in c oblatæ, 57. n. 8. verſ.*
ſecundo limita, & verſ. & quibus, de Appell. Mandoſ. *in*
1. form. commiſſ. verbo quam, & quas, Rota *dec. 34. de re-*
ſcript. in nov. Buratt. *dec. 226. n. 5.* Cavaler. *dec. 292. n. 2.* ſed
etiam negocium principale, Mart. *d. clauſul. 120 n. 15.* Ca-
valer. *dec. 291. n. 10.* & petitorium, & poſſeſſorium, Mart.
d. clauſ 110. n. 14. Rot *dec. 455 n 2. p 2 rec* Caval. *dec.*
200. n. 5. & dec. 475. n. 1. Andr. *dec. 44. n 7. & ſeq.*

Præſertim, ſi ultra dictam clauſulam, *quam, & quas*, ad- 390
ſit etiam clauſula, *cum incidentibus*, quæ ſimiliter efficit,
ut lis cenſeatur, & ſit introducta in petitorio, & poſſeſſo-
rio, Rot. *dec. 426. n. 2. p. 4 rec.* Caval *d dec. 200. n. 5. in fin.*

Comprehendit etiam clauſula, *quam, & quas*, cauſam 391
jactationum, & moleſtationum ex remed. *l. diffamari, C.*
de Ingen & manumiſſ. Achil. *dec. 22 de Appellat.* Cæſ. de
Graſſ. *dec. 1. n. 2. & ſeq. de iud.* Marcheſ. *de commiſſ. appell.*
in Roman. *Cur p. 1. c. 5. n 60. fol 200. de commiſſ. iactation.*
& iactat p 3. §. 1. n. 25. fol. 328. Mar. *de clauſ p. 1. clauſ.*
120. n. 16 verſ. & ideo, & n 20. verſ in contrarium.

Et cauſas motas, & movendas, & etiam futuras circa 392
idem negotium, Adden. ad Rot. *dec. 18. nu 2 de reſcript. in*
nov. Burat. *dec. 226. nu. 5. & ſeq.* Rota *dec. 781. n 4. p 3. rec.*
itaut Impetrans poſſit quandocumque ſpecificare, quas vult,
Marcheſ. *de commiſſ appell. in Roman. Cur. p. 1. c 5 nu. 63.*
fol. 200. Rota *d. dec. 789. n 3.* Cavaler. *dec. 187. n 5.* Buratt.
dec. 226 nu 6. & ſeqq. & nu. 11. Ubi † quod compræhendit 393
etiam appellationem interponendam à Sententia nondum
lata, ſi, poſt illius prolationem, fuit deinde infra decem
dies ab ea appellatum, ut per Rotam *dict. dec. 789. num.*
2. & num. 6. Buratt *d. dec 226 n. 2. & n. 12.*

Non autem operatur dict. clauſula circa rem diverſam 394
Mart. *dict. clauſ. 120 n 20.*

Deſerta verò appellatione, poterit Judex vigore dict. 395
clauſulæ, *quam, & quas*, procedere prout in prima, in ne-
gocio principali, præſertim ſi adeſt etiam alia clauſula,
unà cum toto negocio principali, Marcheſ. *variar. reſ. lib. 1.*
c. 20. n. 8. Mart. *dict. clauſ. 120. n 2* Buratt. *dec. 226. n. 12.*

Sed hoc non procedit, quando deſerta eſt appellatio 396
interpoſita ad interlocutoria, vel à diffinitiva ſuper aliquo
incidente, nàm tunc remanet decidendum negocium prin-
cipale, ſecus quando deſerta eſt appellatio interpoſita à
definitiva lata ſuper negocio principali; nàm tunc ſen-
tentia tranſit in judicatum, & clauſula, *quam, & quas*,
nihil operatur, cum nihil aliud remaneat decidendum,
& cauſa appellationis cum negocio principali ſit unum,
& idem, ut ſepius fuit deciſum, & plures ad id deciſio-
nes cumulat Mareſc. *var reſolut lib. 1. cap. 20. num. 17.*
Mart. *dict clauſula 120. num. 12. & num. 13.* & invit
Gregor. *dec. 399. num. 7.* & ibi Beltram. *lit C.*

Stat tamen clauſula, *quam, & quas*, & aliquando re- 397
ſtrictivè, prout, quando in commiſſione adeſt etiam clau-
ſula, *de, & ſuper præmiſſis*, nàm tunc ad præmiſſa reſtringi-
tur, Mart. *d. clauſ. 120. n. 3. & n. 16. verſ. dic verum*, Ma-
reſc. *var. reſolut. lib. 1. c. 20 nu. 3.* Rot. *dec. 87. n. 2. par.*
4. recentiores, & in Neapolitana reſciſſionis Concordiæ 15.
Iunii 1601. coram. bo. me. Cardinali Lancellotto.

398 Sed hoc non procedit, quando additur clauſula, *& oc-
caſione præmiſſorum vel rebuſque aliis:* nam tunc non ſtat
ſestrictivè, ſed poteſt deduci omne jus, Matt. *dict. clauſ.*
120. *nu.* 6. *& ſeq. & num.* 18. Mareſc. *var. reſolut. d. c.* 20.
nu. 1. Rot. *in d. Neapolitana reſciſſionis Concordiæ, coram
bo. m.* Cardinali Lancellotto.

399 Quod ſi adhuc fuerit additum, *rebuſque aliis in actis de-
ducendis*, non poterit, ultra expreſſa in commiſſione, & poſt-
modum in actis deducta extendi, Rot. *d. dec.* 87. *a.* 2. *p.* 4. *rec.*

400 Denique hæc clauſula, *quam, & quas*, non mutat ju-
dicium, nec naturam judicii jam cæpti, nec facit de Reo
Actorem, Mohed. *dec.* 5. *nu.* 1. *& ſeq de judic.* Mandoſ,
in form. 9. *commiſſ. in verbo quam, & quas*, Matt. *d clauſul.*
120 *n.* 20. *verſ. in contrarium*, Marcheſ, *de commiſſ. appell.
in cur. p.* 1. *c.* 5. *n.* 69. *fol.* 201.

401 Sed hoc non procedit, quando deſerta appellatione,
qui erat Reus, vult uti d. clauſula in alia lite, licèt con-
nexa cum prima, nam in hac ſecunda erit Actor, Achil. *dec.*
7. *de appell.* Marcheſ. *de commiſſ. appellat.* in Rom. *cur. p.*
1. *c.* 5. *num.* 63. *fol.* 200.

V. Rota non fit, niſi die Lunæ, & Veneris, ſed quando in
402 altero ex iſtis duobus diebus incidit feſtum, fit Rota die
403 Mercurii. Si † verò omnes dicti tres dies alicujus heb-
domadæ ſint feriati, quod ratò accidit, fit Rota die
Sabbati, quæ Rota Martiniana, à fæl. record. Martino V.
illius inſtitotore, nuncupatur.

404 Nunquàm tamen fit Rota die Veneris proxima ſe-
quenti poſt feſtum Sanctiſſimi Corporis Chriſti, ob im-
pedimenta Proceſſionum, & Puntificalium functionum,
ſed ejus loco fit Rota die Mercurii dictum feſtum præ-
cedente, quæ appellatur Rota Cordubenſis à bo. me. Cor-
duba Rotæ Auditore, illius inventore.

405 Proindè in Rota non obſervantur termini, niſi die-
bus Lunæ, Mercurii, & Veneris, qui ſunt tres dies juri-
dici, tàm in Rota, quàm coram Prælatii extra Rotam in
cauſis Commiſſatiis, Marchel. *de commiſſ. appell. in Cur p.*
1. *cap.* 5. *n.* 286. *fol.* 223 Veſtr. *in Prax. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 5.
Saluſt. Tib. *lib.* 1. *cap.* 51. *num* 5.

406 Unde ad hoc ut poſſit procedi ſingulis diebus, & ho-
ris, apponitur clauſula in commiſſione, videlicet, *cum
facultate citandi, inhibendi ſingulis diebus, & horis feria-
tis præterquam in honorem Dei feriatis*, Marcheſ, *de com-
miſſ appel in Cur. d par.* 1. *c* 5 *n.* 286. *fol.* 223.

407 Sed hæc clauſula non ſolet concedi, niſi in cauſis
commiſſis Prælatis, extra Rotam, nam Rota non fit niſi
in diebus, de quibus ſupra, & Auditor non poteſt aliquid
facere ſine voto aliorum Coadiutorum, præcedente, vel
iacto verbo in Rota.

408 Cæterum, licet d. clauſula non exciperentor dies fe-
riati in honorem Dei, vel Sanctorum, nihilominus ha-
beretur pro exceptuatis, ſicut pro exceptuatis haben-
409 tur dies Creationis, & Coronationis Summi Pontificis,
qui Dei, & Salvatoris noſtri vices in terris gerit, & San-
ctiſſimus appellatur, cum non ſit in toto Terrarum
Orbe alius Sanctitate ſua Major, & ita poſt Mandoſ qui
de ſtylo, & obſervantia Romanæ curiæ teſtator Inſot. *n.*
13. *commiſſ. derog. fer. verſ. accedit*, quod in caſu noſtro
tradit Marchel. *de commiſſ. derog. fer. part.* 5. §. 1. *n.* 77. *&
n.* 388 *& fol.* 389.

410 Nec etiam per dd. verba intelligitur derogatum fe-
riis generalibus, niſi de illis in derogatione fuerit facta
mentio ſpecialis, quæ tamen derogatio à Signatura non
conceditur, niſi in cauſis commiſſis Prælatis extra Ro-
tam, Marcheſ. *de commiſſ. derog. fer par.* 3 § 1. *n.* 65. *& ſeq.
411 fol* 386. *& ſeq & a.* 98. *& ſeq. fol* 392. nec conceditur, niſi
ea cauſa rationabili, vel de conſenſu partium, & non ab
initio, ſed multis diebus elapſis in cauſis, quæ dilationem
non patiuntur, & quę de facili poſſunt expediri, Marcheſ. *de
commiſſ. derog. fer. par.* 3. §. 2. *n.* 69 *& a* 70. *fol.* 387. *& fol.* 388.

X Clauſula, *ita ut pro Apoſtolis redire non teneatur*, exeu-
412 ſat quidem à reditu pro Apoſtolis, ſed non operatur,
quod niſi infra viginta dies cauſa appellationis com-
mittatur, ſententia non tranſeat in judicium, Caſſad,
dec. 4 *de appell.* Lantell. *de attent. penden. term.* A poſt *per c.*
13. *n* 28. *p.* 1. Marcheſ. *de commiſſ. appell.* in Rom. *Cur. p.* 1.
c. 5. *nu.* 288. *fol.* 223. de qua clauſula aliquid dictum fuit,
etiam ſupra *lit. F. verſ. nam in Curia n.* 186. *& ſeq.*

Z Reſtitutio in integrum eſt in priſtinum ſtatum repoſitio,
quod ſi minor. §. *reſtitutio*, & ibi Bart. *& DD. ff. de minor.* 413
Maran. *de ord. iud. in* 3. *p.* 6. *par. princ. act.* 2. *n.* 77. Maur.
de reſtit. in integr. c. 1. Cavaler. *dec.* 180. *num.* 3. & hæc eſt
communis receptiſſima reſtitutionis in integrum defini-
tio, de qua teſtatur Odd. *de reſt. in integr. part.* 1. *q.* 1. *art.*
4. *n.* 32. *& ſeq. & n.* 44. *& ſeq.*

Reſtitutio in integrum duplex eſt, alia Gratiæ, alia 414
Juſtitiæ, Gratiæ, ſeu gratioſa eſt illa, quæ à ſolo Principe
ex ejus pietate, & clementia conceditur, Juſtitiæ verò,
ſeu prout de iure, eſt illa quæ ex iuſta cauſa, & de iure ve-
nit concedenda Marcheſ. *de commiſſ reſt. in integr. par.* 2 §.
1. *n.* 67. *& ſeq. fol.* 102. Odd. *de reſt. in integr. par.* 1. *q.* 1. *art.*
15, Scacc. *de Appell q.* 19. *remed.* 2 *n* 26. *& ſeqq.*

A conceſſione reſtitutionis in integrum gratioſa non po- 415
teſt appellari, quia à ſententia Principis appellatio non con-
ceditur, *l.* 1 *ff. à quib. appell non lic.* Marchel. *de commiſſ reſt. in
integr. d. par.* 2. §. 1. *n.* 97. Scacc. *de appell. q.* 16. *lim.* 1. *n.* 1.

A conceſſione verò reſtitutionis in integrum prout de iu- 416
re, quæ poteſt concedi à quolibet Judice ordinario *l. in cauſæ
la* 2. § *fin. ff. de* Minor. Odd. *de reſt. in integr. q.* 32. *ar.* 3. *n.* 28.
verſ. contrarium, cum aliis cumulatis per Scacc. *de appell. q.*
20. *remed.* 1. *n.* 28 benè datur appellatio March *de commiſſ. reſt.
in integr d p.* 2 §. 1. *n.* 97. Scacc. *de appell. q.* 17. *lim.* 47.
mem 8. *n.* 169. *& q.* 19. *rem* 2. *n.* 132. Saluſt. Tiber. *l.* 2.
c. 9. Papaz. ad Rot. *dec.* 7 *n* 5. *in fin. de reſt in integr. in nou.*

Et ob id Praxis Romanæ Curiæ diu obſervata etiam 417
in Rota, & coram A. C. ad evitandos circuitos, & mate-
riam appellationis, ac per tres conformes ſuper reſtitu-
tione in integrum procedendi amputandum induxit, ne
ſuper reſtitutione in integrum pronuncietur, ſed quod,
ſi illa eſt de iure, concedenda, tacitè intelligatur conceſ-
ſa per proceſſum ad ulteriora, ſi Judex poſtea in meritis
cauſæ ad favorem ejus, qui reſtitui petiit, pronunciat.
Veſtr. *in Prax. l.* 8. *c.* 3 *n.* 17 Papaz. ad Rot *dec.* 7. *n.* 5. *de re-
ſtit in integr. in nou.* Sal. Tib. *d lib.* 2. *c.* 9 Odd *de reſt in in-
tegr. part.* 1. *q.* 33. *art.* 4. *n.* 35 Scacc. *de appell. q* 19 *remed.*
2. *n* 132. *& ſeq.* Cæſ de Graſ *dec.* 3. *n.* 13. *de reſtit. in inte-
gr. & dec.* 4. *n.* 1. *& ſeq. de appell.* Mantic, *dec.* 315. *n.* 5.
Rot. *dec.* 13. *n.* 1. *part.* 2. *recent.*

Si verò Judex videt petitam reſtitutionem in, in- 418
grum non competere, tacitè ad ulteriora procedit, &
vel moderatur inhibitionem, ſi illa emanavit, vel ad exe-
quutionem rei iudicatæ procedit, quo caſu abſque alia
pronuncia ſuper non conceſſione dicitur reſtitutio dene-
gata, Marcheſ. *de commiſſ. reſt in integr. par.* 2. §. 1. *n.* 98.
fol. 102. Veſtr. *lib.* 8. *c.* 3. *n.* 17. Cæſ. de Graſſ *d dec.* 3 *n* 13.
de reſtit. in integr. & dec. 4. *n.* 2. *de appella:*. Mantic. *d dec.*
315 *n.* 5. Rot. *dec.* 13. *n.* 1. *part.* 2. *recent.*

Sed hæc haud facilè poſſunt accommodari reſtitutio- 419
ni in integrum ad appellandum, nam tunc Judex, priùs
quam procedat in negocio principali, debet concedere
apertis verbis reſtitutionem in integrum ad appellandum,
& poſtea debet interponi appellatio ut infra decem dies
à die conceſſæ reſtitutionis, ut per Veſtr. *l.* 8. *c.* 3. *n.*
18. Scacc *de appell. q.* 19. *remed* 2 *n.* 80. *& n.* 184.

Poteſt autem in integrum reſtitutio peti dupliciter, 420
principaliter videlicet, & incidenter Ferett. *conſil.* 42. *lib.* 2.
n 5. *& ſeq.* Luc. Pet. *in praxi lib* 5 *c.* 1. *n.* 5 Veſtr. *in prax. l.*
8. *c* 3 *n.* 19. Fenzon ad Stat. Urb. *lib.* 1. *c.* 50. *n* 4. Rot.
dec. 3. *n.* 1. & ibi Papazon *n.* 6. *de reſtit. in integr. in nou.*
Scacc. *de appel. q.* 19 *rem.* 2. *n.* 45.

Si petitur principaliter, requiritur in eo judicio libellus, 421
& litis conteſtatio, cum aliis ſolemnitatibus Judicii ordina-
rii, Veſtr. *lib.* 8. *c.* 3. *n.* 19. Saluſt. Tib. *in prax. lib.* 1. *cap.* 9.
verſic. ſuper modo Scacc. *de appell. q.* 19. *remed.* 2. *n.* 48.

Si verò petitur incidenter, proceditur ſummariè ſine
ulla ſolemnitate Veſtr. *de lib.* 8 *c.* 3. *n.* 19. Gargiar. *patro-
cin.* 63. *n.* 1. Rota *dec.* 3. *de reſt. in integr. in antiq.* Scacc.
de appell. d. q. 19. *rem.* 2. *n.* 43.

Principaliter reſtitutio in integrum peti debet coram 422
Judice ordinario competente, vel Delegato à Principe,
vel ad Univerſitatem cauſarum *l. fin. C. ubi*, & apud
quem, Luc. Pet. *in Prax. lib.* 7. *c.* 2. *n.* 3. Odd. *de reſt in in-
tegr. q.* 32. *art.* 3. *nu.* 28. *& act.* 6. *n.* 54. Scacc. *de Appell.
q.* 19. *rem.* 2. *nu* 48. *& ſeq. & nu.* 50 *& num.* 56. Fenzon.
ad Stat. Urb. lib. 1. *cap.* 50. *num.* 5. nam † alii Delegati 423
non poſſunt principaliter in integrum ſine ſpeciali Commiſ-
ſione reſtituere, unde Signatura Juſtitiæ paſſim committit
cauſas

Digitized by Google

cauſas reſtitutionis in integrum; prout de jure, & Delegatus procedit, Scacc. *d. quæſt. 19. rem. 2. n. 44. & ſeq & n. 52.*

424 Incidenter verò peti poteſt in integrum reſtitutio coram quibuſcumque judicibus, ſivè Ordinariis, ſivè Delegatis, *l. fin. C ubi, & apud quem*, Luc. Pet. *d. lib. 7. cap. 1. n. 4.* Odd. *de reſt. in integr. q. 31. art. 6. n. 55. verſ. aut loquimur*, Saluſt. Tib. *d. lib. 2. cap. 9. in fin* Scacc. *qui de communi teſtatur, d. q. 19. rem. 1. n. 45. & ſeqq.*

425 Signanter autem dicitur incidenter peti, quando petitur per viam exceptionis, vel replicationis, Luc. Pet. *d. lib. 7 cap. 1. n. 4.* Marcheſ. *de commiſſ. reſt in integr. p. 1. §. 2. n. 57. fol. 69.* Gargia *patroc. 63. nu. 2.* Ægid. *dec. 308.* Fenzon. *ad Statut. Urb. lib. 1. c. 50. n. 45.*

426 Ad petendam in integrum reſtitutionem requiritur mandatum ſpeciale, *l. illud §. fin. ff. de Minor* Bart. *in l. Titius n. 3. ff. de liber. & poſth.* Luc. Pet. *d. lib. 7. c. 1. n. 13.* Ferret. *conſil. 42. il 2. n. 51.* Papaz. ad Rot. *dec. 3. n. 6. de reſt. in integr. in nov.* Marcheſ. *de commiſſ. reſt. 25. in int. p. 2. tom. nu. 56. fol. 96.* Saluſt. Tib. *lib. 2. c. 11. nu. 1. & ſeq.* Odd. *de reſt. in integr. q. 31. art. 25. n. 48.* Fenzon. *d. l. Stat. Urb. l. 1. c. 50. n. 6.* Caſſad. *dec. 1. n. 3. de Proc.* Rot. *dec. 33. n. 3. p. 3. rec.* Ferentill. ad Burat. *dec. 190. n. 8.*

Sed hoc primò non procedit, quando reſtitutio in integrum petitur incidenter, Gloſ. *in c. ſciſcitata in verb. poſtulavit*, & ibi Abb. *n. 5. & ſeq. de reſt. in integr.* Romani
427 *ſingul. 126.* Marcheſ. *de commiſſ. reſt. in integr. d. p. 2. §. 1. n. 56.* Luc. Pet. *in Prax. l. 7. cap. 1. n. 13.* Fenzon *ad Stat. Urb.*
428 *lib. 2. cap. 50. n. 8.* niſi † Procurator petere reſtitui adverſus interlocutoriam, ſuper incidenti latam, per lapſum decem dierum in judicatum tranſactam, Io. Andr. *in c. coram Felicis, n. 5 de reſtit. integr.* Abb. *in c. ſciſcitata n. 6. de reſt. in integr.* Rot. *d. ſing. 126.* ubi aſſerit, ſe ita in facti occurrentia pronunciaſſe.

429 Secundò non procedit quando mandatum ſpecialem comprehenditur ſub generali, prout quando qui conſtituit Procuratorem ad tranſigendum, ſeù aliud expreſſum, quod mandatum ſpeciale requirit, & poſteà ſubdit clauſulam generalem, *necnon ad alia omnia faciendum etiamſi talia forent, quæ mandatum exigerent ſpeciale*, nam tunc ſub d. clauſula generali comprehenditur Mandatum ſpeciale, etiam in caſibus non expreſſis in mandato, *c. qui ad agendum de Proc. in 6* Odd. *de reſt. in integ. q. 31. a. 1. 2. n. 92. & ſeq* Fenzon. *ad Stat Urb. lib. 1. c. 50. n. 8. verſo & multo magis.* Caſſad. *dec. 1. n. 3. de Procur.* Mantic. *dec. 1. 1. n. 2.*

430 Tertiò non procedit in Tutore, Curatore, & ſimilibus, qui habent adminiſtrationem à lege, Abb. *in d. c. ſciſcitata n. 6. de reſt. in int.* Luc. Pet. *l. 7. c. 1. n. 14.* Cald. *l. ſi Curat. in verbo implorandum, n. 19. C. de integr. reſt. Minor.* Pro-
431 ut † nec etiam in parte legitimo Adminiſtratore Filii, qui ſimili modo poteſt pro Filio ſuo petere reſtitutionem in integrum, abſque ſpeciali Mandato, quod non poſſunt alii Conjuncti, pro conjunctis Abb. *in d. c. ſciſcitata, n. 6. de reſt. in integr.* Cald. *in d. l. ſi Curatorem in verbo implorandum, n. 8.* Fenzon. *ad Stat. Urb. d. lib. 1. c. 50. n. 8.*

Alias limitationes, uſque ad ſexdecim, tradit, Odd. *de reſt. in integr. q. 35.* ad quem in facti occurrentia poterit haberi recurſus.

432 Conceditur in integrum reſtitutio Primo Minoribus 25. annis, Marant. *de ord. jud. in 3. p. 6. par. princ. act. 2. n. 78.* Odd. *de reſt. in integr. q. 2.*

433 Secundò conceditur æquiparatis ipſis Minoribus videlicet Eccleſiis, Hoſpitalibus, & locis piis, necnon Communitati, Univerſitati, ſeù Reipublicæ, ac Fiſco ex eodem edicto Minorum Maran. *in d par. 36. par. prin. in act. 2. n. 83. & ſeq.* Odd *de reſtit. in integr. q. 3. art. 4. & ſeq & art. 9. & ſeq.*

434 Tertiò aliis æquiparatis in eodem edicto Minorum ſcilicet Furioſis, Prodigis, mutis, Surdis, infirmis perpetuo morbo laborantibus, & aliis miſerabilibus perſonis, Odd. latè *de reſt. in integr. q. 3. art. 1. & ſeq.*

435 Quartò Decrepitis, qui ſunt connumerati inter Perſonas miſerabiles, Cald. *in l. ſi Curatorem, in verbo Minorib. nu. 66 C. de integr. reſtit. Minor.* Odd. *de reſt. in integr. dict. quæſt. 3. art. 3. num. 8. & ſeqq.*

436 Quintò Majoribus ex clauſula generali, *ſi qua mihi juſta cauſa eſſe videbitur, l. 1. & tot. tit. ff. ex quib. cauſ. Maior.* Marant. *d. art. 2. num. 80.* Odd. *de reſtit. in integr. quæſt. 8. per tot.*

437 Sextò Ruſtico, qui non potuit conſulere Peritiores, Marant. *d. act. 2. num. 89.* Odd. *de reſtit. in integr. d. q. 9. art. 1. & ſeqq.*

438 Septimò militibus in expeditione conſtitutis Marant. *d. act. 2. n. 88.* Odd. *de reſtit. in integr. q. 9. art. 2. & ſeq.*

439 Octavò Mulieribus facilius, quam Viris, necnon in Curia Eccleſiaſtica, & ubi agitur de Dote, ac Viduis egenis, Odd. *de reſtit. in integr. q. 10. art. 6. n. 27. & ſeq. & numer. 34. & ſeqq.*

440 Nonò pauperibus egenis, Odd *de reſt. in integr. q. 3. art. 3. nu 14. & ſeqq.* Veſtr. *in prax. lib. 8. c. 3. n. 12.* ubi quod Signatura hoc caſu loco clauſulæ, *parte judicato*, mittit reſcribit cum clauſula *dimiſſa poſſeſſione tantum reſervatis fructibus, & expenſis in fine litis.*

441 Decimò, majori cohæredi, & litis conſorti minoris in ſe individua, ſecus in dividua, Phan *de invent. p. 1. n. 31. fol. 32.* Odd. *de reſtit. in integr. q. 46. art. 3. & ſeq.* Afflict. *dec. 213.* & ibi Urſil. *n. 1.* Rot. *dec. 1. n. 4. p. 2. recent.*

442 Non conceditur tamen in integrum reſtitutio ſine ulla cauſa; ſunt autem juſtæ cauſæ reſtitutionis in integrum.

443 Primò minor ætas, & ejus æquipollentiæ, ut impedimenta mentis, vel corporis in furioſis, & aliis perpetuo morbo laborantibus, & miſerabilibus, necnon favor publicus, & privilegium Eccleſiæ, locorum piorum, Reipublicæ, & Fiſci, de quibus latè *de reſt. in integr. q. 2. & quæſt. 3. & ſeqq.*

444 Secundò quælibet juſtæ cauſæ, quæ comprehenditur ſub clauſula generali, *ſi qua mihi juſta cauſa eſſe videbitur, l. 1. & tot. tit. ff. ex quib. cauſ. Maior* Staphil *de lit. grat. verſ. quando eſt lata una ſententia fol. 163.* Odd *de reſt. in integr. tot. quæſt. 8.*

445 Tertiò paupertas, Staphil. *de lit. Grat. verſ. ſed ſi per contradictas fol. 142.* Caſſad. *dec. 9. n. 2. & ſeqq. de Appell.* Put. *deciſ. 446. lib. 2.* Odd *de reſtit. in integr. d. q. 3. art. 3. nu. 3. & ſeq.*

446 Quartò Abſentia de qua latè Odd. *q. 5. art. 3. & ſeq.*

447 Quintò Ignorantia, Odd. *de reſtit. in integr. q. 8. art. 9. n. 41 verſ. contrarium*, ubi quod omnes ità tenent, Mauri *de reſtit. in integr. c. 68 cum ſeqq.* Rota *dec. 164. n. 4. & dec. 343. n. 1. part. 1. recent.* Cavaler. *dec. 94. n. 2. & dec. 141. n. 3.* ubi de communi, *& dec. 151. n. 1.*

448 Sextò Bonum jus in negocio principali, Ægid. *deciſ. 38 poſt. med. verſ. ſicut cum petitur*, Put. *dec. 6. & dec. 7. de reſtit. in integr.* Rot. *dec. 272. n. 1. & ſeq. part. 3. l. 3. diverſ.* Gregor. *dec. 339. n. 1.* Duran. *dec. 237. n. 2.* & debet de hujuſmodi bono jure conſtare ſaltem ſummariè, ad hoc ut reſtitutio in integrum poſſit obtineri Ægid. *d. deciſ. 38 poſt med. verſ. cum petitur*, Rota *dec. 154. n. 9. par. 5. recent.* Duran. *deciſ. 137 num. 9.*

449 Septimò Injuſtitia Sententiæ Benintend. *dec. 85. num. 6. & n. 8.* Seraph. *dec. ſ. 245. num. 2.* Rot. *dec. 333. num. 1. par. 4. recent.* Gregor. *dec. 459. nu. 2.* Cavaler. *dec. 165. nu. 1.* Rot. *dec. 1. nu. 2. & deciſ. 40. num. 1. par. 6. recent.* etiam, ſi injuſtitia non ſit notoria, Cel. de Graſſ. *dec. 10. nu. 12. de reſtud.* Rota *dec. 351. nu. 4. part. 1. diverſ.* Seraph. *dec. 151. n. 2.* Mantic. *deciſ. 315. num. 7.* Rot. *deciſ. 492. num. 1. part. 2. & deciſ. 635. num. 4. part. 1. & deciſ. 343. nu. 1. part. 6. recent.* Caval. *dec. 164. nu. 1.* Beltram. ad Gregor. *dec. 429. nu. 12.* Buratt. *dec. 92. nu. 3. deciſ. 399. nu. 1. deciſ. 452. num. 6. dec. 585. num. 11. & deciſ. 622. num. 4. & dec. 681. nu. 1.* ubi quod ità quotidie ſervat Rota.

450 Ad introductionem autem, & commiſſionem cauſæ reſtitutionis in integrum non eſt neceſſaria plena probatio, ſed ſufficit ſemiplena, Buratt. *dec. 323. n. 4.* ſed ubi agitur de reportanda totali victoria, & retractandis ſententiis, & re judicata, ſunt neceſſariæ probationes plenæ & concludentes, cum tunc non agatur de removendo ſolo obſtaculo, quod jam fuit per commiſſionem remotum, Bur. *d. dec. 123. num. 4. & ſeq. & dec. 428. num. 1.*

451 Octavò nullitas ſententiæ, Rot. *dec. 333. num. 1. par. 4. & dec. 1. num. 2. & dec. 40. num. 1. part. 6. recent.* nulla eſt
452 enim major injuſtitia † quam nullitas, Ægid. *dec. 343.* Vant. *de Nullit. ſub tit. quid ſit null. num. 20.*

453 Nonò læſio ſaltem enormis, *c. pen. de reb. Eccleſ. non alien.* Ægid. *dec. 38 circa med. verſ. quod quartum*, Gabr. *concl. 1. de reſt. in integr.* Cavaler. *dec. 149. num. 1. & dec. 316. num. 1.* Rot. *dec. 217. num. 2. part. 6. recent.* læſio

K 4 namque

namque eſt fundamentum reſtitutionis in integrum, Rot. *deciſ.* 154. *num.* 1. *part.* 9. *recent.* Duran. *deciſ.* 137 *n.* 1. &
454 *dec* 459. *num.* 1 & † ſine læſione non conceditur reſtitutio, etiam Perſonis privilegiatis, *c.* 1. *de reſt. in integr. lib. quod ſi Minor*, §. *non ſemper*, *ff de minor.* Ægid. *deciſ.* 38. *circa*, *med. verſ. quoad quartum*, Rota *dec.* 199 *nu.* 1 & *ſeq. par.* 4. *recent.* Duran. *deciſ.* 310. *n* 1. Cavaler. *dec.* 194 *n.* 3. ubi quod ſine læſione non datur reſtitutio Eccleſiæ, nec Minori, nec Fiſco

455 Sed hoc procedit, quando Minor petit reſtitui adverſus ſententiam, ſecus ſi petat reſtitui adverſus ea, quæ ſententiam præcedere ſolent, & adverſus omiſſa exceptiones, vel probationes, ſeu allegationes, tunc enim licet non reſtituatur, quoad omiſſa in declinatoriis, & dilatoriis, bene tamen reſtituitur, abſque alia probatione læſionis, in exceptionibus peremptoriis ex ſolo temporis lapſu, vel negligentia, Veſtr. *in Prax. lib.* 8. *c.* 3. *n.* 7.

456 Differentia tamen eſt inter reſtitutionem in integrum quæ datur Minori, Eccleſiæ, Æquiparatis ex dito Minorum, & illam, quæ datur Maiori ex juxta cauſa, & clauſula generali, *ſi qua mihi*, nam Minori, & Æquiparatis datur reſtitutio, probata minori ex ætate, æquipollentia, & læſione, at Maioribus ex juſta cauſa, & clauſula generali, non datur, niſi, ultra læſionem probent juſtum impedimentum, ſeu aliam juſtam executionis cauſam, Veſtr. *d. lib* 8. *c.* 3. *n* 6.

457 Decimò læſio enormiſſima denique eſt juſta cauſa reſtitutionis in integrum contra Tranſactionem, Put. *deciſ.* 21. *de reſtit. in integrum*, Rot. *dec* 354. *part.* 3. *lib.* 3. *diverſ.*

458 Debet peti in integrum reſtitutio infra quadriennium nam eo lapſo non datur *cap.* 1. *de reſtit. in integr. in* 6. *l. fin. C. de temp. in integr. reſtit.* Veſtr. *lib.* 8. *c.* 3. *n.* 14. & *n.* 23. & *ſeq.* Rot. *deciſ.* 2. *de reſtit. in integr. in nov.* & ibi Papazon. *n.* 5 & *ſeq.* & *deciſ.* 276. *n.* 3 & *ſeqq. par.* 3 *lib.* 3 *diverſ.* Buratt. *deciſ.* 77 *n.* 8. & *deciſ.* 404. *n.* 4 Rota *deciſ.* 592. *n.* 6. *part.* 2. *recent.*

459 Et non ſolum peti, ſed petita etiam infra dictum quadriennium terminari, Clem. 1. *de reſt. in integrum d. lib. fin. C. de temp. in integr. reſt.* Veſtr *in Prax. d. l.* 8. *c.* 3. *n.* 22. Rota *deciſ.* 13. *n.* 2. *p.* 2. & *dec.* 233. *n.* 4. *part.* 7. *recent.*

Incipit currere dictum quadriennium à die læſionis Clem. 1. *in verb. à tempore læſionis*, *de reſt. integr.* Gloſ. *in c.*
460 3. *in verbo*, *jure Minoris*, *de reſt. in integr.* quod ſi petatur adverſus ſententiam, incipit currere à die ſententiæ, Io Andr. *in c.* 1. *n.* 4. *verſ. poſt contractum*, *vel ſententiam*, *de reſt. in integr. in* 6. Cæſ. de Graſſ. *dec.* 3. *n.* 5. *de reſtit. in integr.* Odd. *de reſtit. in integr. part.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 6. *n.* 66. & ſi ſint plures ſententiæ, incipiet currere à die ultimæ, quæ lædit, & ſuccedit loco primæ Veſtr. *d. lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 14. Rot.
461 *deciſ.* 2. *de reſtit. in integr. in nov.* quod † ſi petatur ad appellandum, ſi non fuit appellatum currit à lapſu decem dierum, Io Andr. *in d. c.* 1 *num.* 4. *de reſt. in integr. in* 6. Cæſ.
462 de Graſ *deciſ.* 3. *n.* 4. *de reſtit. in integr.* Poſt † appellationem verò interpoſitam currit à lapſu decem dierum, poſt datos Reverentiales in forma, &c quando cauſa non fuit commiſſa, & remanſit deſerta, Caſſad. *deciſ.* 4. *num.* 1 *de appell.* Caputaque *deciſ.* 31. & *deciſ.* 32. *part.* 1. vel ſi non fuerunt dati reverentiales in forma, &c. à lapſu anni, vel biennii dati ad proſequendum appellationem, juxta tradita per Rot. *deciſ.* 233. *n.* 1. & *ſeq. par.* 7 *recent.* Clem. 1. *de reſt. in integr. l. fin. C. de temp. reſt. in integr.* Rot. *deciſ.* 13. *n.* 2. *par.* 2. *recent.* cum aliis cumulatis per Rotam
463 *deciſ.* 233. *num.* 4. *part.* 7. *recent.* Minori † verò non incipit currere, niſi à die, quo factus eſt maior, *l. fin. C. de temp. reſtit. in integr.* Gloſ. in Clem. 1. *in verb. à tempore*, *de reſt. in integr.* & *in c.* 3. *in verb. jure Minoris*, *de reſt. in integr.* Veſtr. *d. lib.* 8. *c.* 3. *num.* 14. Rot. *dec.* 132. *n.* 7 *p.* 2. & *dec.* 11 *n* 7. *par.* 3. *recent.* Buratt. *deciſ.* 73. *n.* 22.

464 Sed concl. quod reſtit. in integr. non datur poſt quadrien. Primò non procedit juſto impedimento, ſeu juſta, & rationabili cauſa exiſtente: nam tunc datur, etiam poſt quadriennium *cap.* 1. *de reſtit. in integr. in* 6. *l. fin. Cod. de tem reſtit. in integr.* Veſtr. *d. lib.* 8. *c.* 3 *n.* 14.

465 Secundò non procedit, quando Sententia eſt notoriè iniuſta ex eiſdem actis, Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 15. *n.* 8. *in fin. de præben.* Ferentill. ad Buratt. *dec.* 404. *num.* 9.

466 Tertiò non procedit, quando conſtat de enormiſſima læſione, *cap.* 1. *de reſtit. in integr. in* 6. Soccin. *conſ.* 166 *n.* 14. *lib.* 2. Achill. *dec.* 6. *de in integr. reſtit.* latè Ferentill. ad Buratt. *d. dec.* 404. *n.* 10. Rota. *dec.* 284. *n.* 56. *par* 6. *recent.*

Et licet quoad conſiderandam enormiſſimam læſionem 467
habenda ſit ratio, non ad rem, de qua agitur; ſed ad totam Patrimonii ſubſtantiam, Soccin. *d. conſ.* 166 *num.* 24 & *ſeq. lib.* 2. Achill. *d. deciſ* 6. *de in integr. reſt.* cum aliis cumulatis per Rotam. *d. deciſ.* 284. *num.* 50. *par.* 6. *recent.*

Hoc † tamen habet locum, quando agitur de recupe- 468
rando ablato per rem iudicatam, ſecus ſi non agitur de recuperando ablato, ſed de acquirendo illud, quod fuit denegatum per rem iudicatam, nam tunc datur reſtitutio docto de enormiſſima læſione, non obſtante lapſu quadriennii, nec in caſu eſt coſideranda læſio, reſpectu Patrimonii remanentis, quod non fuit læſum, ſed reſpectu rerum, quæ per rem iudicatam fuerunt denegatæ, in quibus tantum, & non in toto Patrimonio remanente, hoc caſu concurrit læſio, Rot. *d. deciſ.* 184. *num.* 61. &
ſeqq. part. 6 *recent.* ubi quod † hoc etiam caſu procedit 469
id, quod dici ſolet, ſuprema Tribunalia non attendere lapſum quadriennii, prout de Stylo Rotæ, & Curiæ hujuſmodi lapſus non attenditur.

Quartò non procedit, quando conſtat de bono Jure 470
& reſtitutio in integrum impetratur à Principe, nam Princeps, ſi ei conſtat de bono Jure, poteſt etiam poſt quadriennium illam concedere, quod locum ſibi vendicat, etiamſi Princeps dixerit, fiat iuſtitia, ſi lapſum quadriennii non ignoravit, Rota *dec.* 276. *in fin. n.* 7. *p.* 3. *lib.* 1. *diverſ.* Mantic. *deciſ.* 315 *n.* 2. & *ſeq*

Quintò non procedit, quando reſtitutio in integrum 471
datur ex clauſula generali ob juſtam cauſam, quia cum tunc quadriennium ab initio non currat, ſi aliter diceretur, eſſet dare reſtitutionem ad reſtitutionem obtinendam contra tex. in *l. interdum*, *ff. de Minor.* & *l prima*, *C. ſi ſæp. in integ. reſt. poſt.* Rot. *dec.* 360. *n.* 13. & *ſeq. p.* 6. *rec.*

Sextò denique non procedit de Stylo Curiæ, in qua, 472
conſtito de bono Jure, quadriennium non attenditur, & datur reſtitutio in integrum illo non obſtante, Simonett. *deciſ.* 76. *ad potendam*, quem ſequitur Rota *in Bergomen. legati* 29 *Ianuarii* 1610. *coram bo. mr. Ottembergo*, Buratt. *dec.* 452 *n.* 7 *deciſ.* 555 *n.* 8. & *deciſ.* 604 *n.* 17. Ferentill. ad Buratt. *d deciſ.* 404. *n.* 11. Rot. *d. dec.* 284. *n.* 5. *p.* 6. *recent.* in quibus aliæ deciſiones cumulantur.

Petita vero principaliter in integrum reſtitutio non 473
impedit executionem factam, ſeu iam cœptam, Lanceil. *de Attent. part.* 2. *c.* 18. *n.* 117. & *ſeq.* Scacc. *de Appell. q.* 19. *rem.* 2. *n.* 110. & *ſeqq.* ubi quod ita obſervat Praxis, Saluſt. Tiber. *in Prax. l.* 2. *c.* 11. *n.* 3. Marchel. *de Commiſſ. reſtit. in integr. part.* 2. §. 11 *num.* 70 *fol.* 138 & §. 3 *num.* 152. *fol.* 183. Bemnuend. *dec.* 95. *nu.* 25. Rota *in Cornetana Pecuniaria* 4. *Iunii* 1601. *coram clar. mem. Cardinali Pamphilio*, *impreſſ.* apud Saluſt. Tiber. *d. lib.* 2. *cap* 11. *fol.* 95. Beltraminus ad Gregor. *dec.* 258 *n.* 10. Ferentill. ad Burat. *deciſ.* 268. *n.* 6. *lit.* C. Rota *dec.* 138 *n.* 11. *p* 2. *recent.* Buratt. *dec.* 597. *n.* 4. ubi quod ita paſſim eſt in Rota receptum, Cavaler. *dec.* 153. *num.* 1. & *ſeq.* ubi † hoc limitat, non procedere, 474
quando res adhuc manet ſub controverſia, & ſententia fuit lata cum aliquo præſuppoſito, quod ex aliis probationibus factis in contrarium non videtur ſubſiſtere.

Quinimò de Stylo Rotæ ſufficit, quod fuerit præven- 475
tum in petitione executionis, ad hoc ut executio non retardetur per ſupervenientem Commiſſionem, ſeu petitionem reſtitutionis in integrum, Put. *dec.* 10 *de reſtit. in integr.* & *dec.* 383 *lib.* 2. Cæſ. de Graſſ. *dec.* 1. *nu.* 14. *de reſtit. in integr.* Rot. in Ferrarien *bonorum*, 26 *Iunii* 1615. *coram Sanctiſſimo D. N. Innocent. X.* & *in Barbaſtren. decimarum*, 10. *Novembris* 1623. *cor. Eminentiſſimo D. Cardinali Ubaldo*, qui de Stylo Rotæ teſtatur, Ferentill. ad Buratt. *dec.* 268. *lit.* C. & *dec.* 945. *lit.* A. Gregor. *deciſ.* 120. *n.* 18 Buratt. *dec.* 949. *num.* 5. Cavaler. *dec.* 281. *n.* 1. & *deciſ.* 495. *n.* 5. ubi quod hanc opinionem ſemper ſequuta eſt Rota, Duran. *deciſ.* 190. *n.* 2 & *ſeqq.* Rota *dec.* 264 *n* 4. *part.* 7. *recent.*

Cœpta etiam dicitur executione, de Stylo Rotæ per 476
relaxationem mandati Rota *dec.* 545. *nu* 5. *part.* 1. *recent.* & *in dict. Cornetana Pecuniaria*, 4. *Iunii* 1601. *coram clar. memor Cardinali Pamphilio*, *impreſſ* apud Saluſt. Tiber. *dict. lib.* 2. *c.* 11. & per decretas, relaxatas executoriales,

Rota

Digitized by Google

Rot. *dec.* 138. *num.* 2. *part.* 3. & *dec.* 248. *num.* 4. *part.* 3. *recent.* Buratt. *deciſ.* 597. *num* 4. & *deciſ.* 268 *num.* 3. & *ſeq.* ubi de notorio, & inveterato Stylo Rotæ teſtatur, cum aliis cumulatis per Beltramin. ad Gregor. *deciſ* 458 *numer.* 10. ut per Ferentill. ad Buratt. *dec.* 268. *lit.* C. ubi quod ita paſſim tenet Rota, quam opinionem in ſententiis Rotalibus ſequitur etiam Signatura, Marcheſ. *de commiſſ. Appell. ab exeq.* Brev. *part.* 1. c 2. *num,* 19. *fol.* 398. Beltram. ad Gregor. *d. deciſ,* 458. *num,* 10 Ferrentill, ad Buratt. *d. d. deciſ.* 268. *lit.* C. *in fin.*

477 Veruntamen hoc procedit in Rota, quando fuit relaxatum mandatum, aut fuerunt decretæ, & relaxatæ executoriales extra, & poſt ſententiam, in quibus terminis Deciſiones loquuntur, non autem quando mandatum fuit tantum relaxatum in ipſa Sententia, aliàs enim cum in ſententiis ſemper poſſint, & ſoleant hujuſmodi mandata relaxari, penitus deſtrueretur via petendæ, & obtinendæ reſtitutionis in integrum, Rota *in Bononien. Cenſus* 11. *Decembris* 1602. *coram bon. memor. Iuſto,* quæ *eſt deciſ.* 6. *impreſſ.* apud Marcheſ. *de Commiſſ. ſuper* Attent. *part.* 2 §. 2. *fol.* 60. & tradit idem Marcheſ. *de commiſſ. Appell ab*
478 *exequut.* Brev. *part.* 1. *cap* 3. *num* 18. & *ſeq.* ubi † reddit rationem differentiæ, nam in Rota exequutoriales trahunt ſecum exequutionem Excommunicationis, & non requiritur exequutionem facti, ſicut mandata aliorum Tribunalium, Beltram. ad Greg. *deciſ.* 458 *num.* 10. Ferentill ad Buratt. *deciſ.* 268, *lit* C.

479 Sed procedunt in ſupremo Rotæ Tribunali, nam in aliis Tribunalibus extra Rotam non dicitur, præventum in executione ex ſola illius petitione, ſed relaxatione, aut expeditione Mandati, Saluſt Tiber *in Prax. lib.* 2. c. 11. *n.* 3. Ferrentill. ad Buratt. *d. deciſ.* 945 *lit. A. verſ. Sed extra*
480 nam † reſtitutio in integrum ſuſpendit executionem, ſicut cauſa Appellationis, & ea pendente nihil eſt innovandum, Buratt. *deciſ.* 504. *n.* 3. & ibi Ferrentill. *n.* 13. *lit.* B. Niſi fuerit præventum in exequutione reali, Rota *deciſ.* 64 *nu.* 1. *part.* 2. *recent.* Ferentill ad Buratt. *d. deciſ.* 945. *lit.* A. *verſ. Secus autem,* Scacc *de appell q* 19. *rem* 2. *num.* 110. & *ſeqq.* ubi quod ita ſervat Praxis cum aliis allegatis ſupra *verſ. petita verò principaliter.* Dicitur autem præventum in executione reali captis pignoribus, Saluſt. Tib. *d. lib.* 2. *n.* 3. ubi de antiqua obſervantia Signaturæ, in cauſis extra Tribunal Rotæ vertentibus, teſtatur.

481 In Curia tamen Capitolina, ſtante diſpoſitione Statuti, ſi reſtitutio in integrum fuit principaliter petita, & executio non ſit irretractabiliter conceditur inhibitio ſine præiudicio trium conformium, & rei iudicatæ, ſive exequutio fuerit cœpta, ſivè fuerit tantum petita, Statut. Urb. *lib.* 1. c. 30. Scacc. *de Appell. q* 1. *rem* 2. *n.* 154.

482 At in aliis Tribunalibus, ſi cœpta executione reali, Pars adverſa extorſiſſet Commiſſionem non facta in ea mentione de executione jam cœpta, & illius vigore emanaſſet inhibitio, non poſſet ad ulteriora procedi, ſed eſſet neceſſe adire Signaturam, & obtinere reformationem dictæ Commiſſionis, & reſcriptum cum clauſula *parita judicato, vel non retardata ulteriori exequutione,* vel *ſine præiudicio ulterioris exequutionis,* Lancellott. *de Attent. part.* 2. c. 18. *n.* 119 Scacc. *de Appellat q.* 29. *rem.* 2 *n.* 112.

483 Obligatio verò Cameralis ſicut non admittit Appellationem ſuſpenſivam, ſic non retardatur illius exequutio per reſtitutionem in integrum, Zacc. ad Galleſ. *de oblig. Camer. q.* 37. *nu.* 57. & *ſeqq.* Rot. *poſt eumdem* Zacch. *dec.* 32. *nu.* 1. & *nu.* 15 & *dec.* 134 *nu.* 4. Greg. *dec.* 120 *num.* 17. & *dec.* 406. *nu* 2. Buratt. *dec.* 945. *nu.* 4. quod eo magis procedit, quando juxta opinionem, quam ſervat Rota fuit præventum in petitione executionis, Rot. *dec.* 198. *nu.* 7. *in fin. poſt, conſ. crim.* Farin. *lib.* 2. Buratt. *d. dec.* 945. *nu.* 5. Greg. *dec.* 120. *nu* 18.

484 Prout nec etiam retardatur per reſtitutionem in integrum executio decreti facti in judicio executivo, Barz. de Guarentig. *q.* 21. *verſ. ſi verò ſit petita,* Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 18. *nu.* 122. & *ſeq.* Marant. *de ord. jud in* 3. *part.* 6. *par. prin. act.* 1. *nu.* 99 *fol.* 170. Marcheſ. *de Commiſſ. reſt. in integr. part.* 2 § 3. *nu.* 147 *fol.* 184. Afflict. *dec.* 356. *num.* 1. & *ſeq.*

485 Verum Concluſio non procedit, quando exceptio reſtitutionis in integrum eſſet clara, & probata, ſed bene quando eſſet turbida, & requireret altiorem indaginem, Gregor *dec.* 120. *nu* 17. nam † omnis exceptio, quando eſt 486
clara, & probata, admittitur ad impediendam exequutionem, licet aliàs non eſſet admittenda, quòd procedit in omni iudicio; ex latè congeſtis ſupra hac eadem *part.* 1. *cap* 8. *lit* N. *verſ.* 16. *denique omnis exceptio nu.* 225.

Non ommitto, quod in gradu reſtitutionis in integrum, 487
eo iudicio pendente datur manutentio antiquiori poſſeſſori adverſus rem iudicatam, Caſ. de Graſſ *dec* 4. *in fin. de cauſ. poſſ & prop.* Buratt. *dec.* 604. *num.* 14. & *ſeq* & in qualibet Inſtantia, *cap. cum teneamur de Appell.* Rot. *deciſ* 132. *n.* 11. *par.* 7. *recent.* prout etiàm ſi detegatur notoriè iniuſta, Rota *dec.* 131. *nu.* 11. *part.* 7. *recent.*

Denique licet Signatura Juſtitiæ in prophanis reſtitutionis 488
in integrum cauſam committat, ut ſupra cum clauſula, *prout de jure*, non tamen huiuſmodi cauſam committit in Beneficialibus, ſed ipſa gratioſè in integrum reſtituit cum clauſula, *parito iudicato*, latè Scacc. *de Appell. qu.* 19. *remed.* 2. *n.* 118. & *ſeq.* ubi rationem diverſitatis aſſignat.

Cæterum in hac ſatis ampla reſtitutionis in integrum 489
materia ad *Joannem Mauritium, Franciſcum de Caldas, Pereyra, & Sfortiam Oddum*, qui de illa copioſos tractatus redidere quilibet in facti occurrentia in reliquis liber patebit aditus.

In cauſis executivis ſi petitur committi cauſam Appel- AA
lationis, Aut decretum, à quo appellatum extitit vali- 490
dum, & iuſtum ex actis apparet, Aut illius iuſtitia, & validitas redditur turbida, Aut conſtat de illius notoria nullitate, & iniuſtitia.

Primò caſu Signatura reſcribit cum clauſula *ſine præjudicio legitimæ executionis*, prout de Commiſſione appellationis à decreto facto vigore obligationis Cameralis, tradit Galeſ. *de oblig. Cam q.* 37. *n.* 8. & *n.* 10. & *ſeqq. f.* 214 Saluſt. Tib *in Prax, lib* 1. c 27. *nu.* 4. Scacc. *de Appell q.* 17. *lim.* 6. *memb.* 7. *nu.* 23 *verſ. hanc eamdem praxim & lim.* 9. *nu.* 51. & *ſeq.* de Commiſſione Appellationis in poſſeſſoriis, & à Sententiis latis ſuper re, quæ celeritatem deſiderat, Scacc. *d. q.* 17 *lim* 6. *memb* 7 *nu.* 22. & *ſeq. verſ. in Praxi, & verſ. hancque eandem Praxim*, & de Commiſſione Appellationis à decreto mandati obtento virtute litterarum Cambii, tradit Marcheſ *de Commiſſ Appell. ab oblig. Camer. part.* 1. § 2 *nu.* 208. *fol.* 810. & de commiſſione Appellationis à Sententia exequutionis litterarum Apoſtolicarum, tradit Seraph. *dec.* 1484. *nu.* 2, & *ſeq.*

Et operatur huiuſmodi clauſula, quod cauſa Appellatio- 491
nis ſit tantum commiſſa ad effectum devolutivum, non autem ſuſpenſivum, Scacc. *d q* 17 *lim* 6. *memb.* 7 *nu* 22. & *nu* 24 & *lim.* 9. *nu.* 51. & *ſeq.* & *q.* 9 *rem.* 2. *nu* 78. & ob id
† præſervat iuriſdictionem Judicis à quo, itaut ille poſſit 492
ad ulteriora procedere in executione, nec valeat aliquomodo à Judice ad quem impediri, Saluſt. Tiber. *lib.* 1. c. 27. *n.* 4. Scacc. *de Appell. dicta q* 19. *remed.* 2. *n.* 78. Staphil. *de lit grat verſ quando committi, fol* 176. Marc. *de Clauſ. part.* 1 *clauſ.* 259. *nu* 9. Seraph. *dec.* 247 Rot. *in Placentina fideicommiſſi Lunæ* 22 *Junii* 1602. *coram bon. mem. Penia*, & *dec.* 417. *n.* 2. *p.* 5. & *dec.* 8. *nu.* 1. & *nu.* 13. & *dec.* 313 *nu* 5. *p.* 6. *recent.* Cavaler *dec.* 4. *nu.* 3.

Hoc tamen non procedit Judicem cauſæ appellatio- 493
nis, quin in cauſa ordinariè procedendo, revocet iniuſtè geſta per Judicem à quo nam d. clauſula tantùm præſervat legitimè geſta, non autem id, quod fuit nulliter, & iniuſtè factum, Rot. *in Romana Caſalis* 24. *Novemb.* 1581. *coram fel. rec. Clem.* 8. & *in d. Placentina Fideicommiſſi* 22. *Iunii* 1592. *coram bon. mem. Penia*, Seraph. *dec.* 885. *num.* 2.

Secundo caſu, aut Signatura reſcribit cum clauſula 494
ſi quid exequendum, &c. vel cum clauſula, *ad legitimam.*

Clauſula *ſi quid exequendum* auſert juriſdictionem Ju- 495
dici à quo, & illam tribuit Judici, ad quem, Marchel. *de commiſſ. appell. ab oblig. Camer. p.* 1. §. 1. *n* 132 *fol.* 705. Saluſt. Tiber. *d. lib.* 1. c. 27 *n* 4 Scacc. *de appell q* 16 *remed* 2.
num 77. & *ſeqq.* & retardat executionem † donec de ju- 496
ſtitia decreti cognoſcatur, Marcheſ. *de Commiſſ appell. ab oblig Cam. p* 1. §. 1. *n.* 130 & *ſeq fol.* 705. Saluſt. Tib *in prax. lib.* 1 c. 26 *n* 4 Rot *poſt Pacif. de Salu dec* 53 *ſecundum antiq. impreſſ.* Coccin. *dec* 218. *numer,* 3.

Nec poteſt decretum, ſtante hac clauſula, juſtificari, ex 497
noviter deductis, Saluſt. Tib. *d lib* 1. c 27 *n* 4 Rot *dec.* 100. *n.* 26. & *ſeq.* & *dec.* 445 *in fin p.* 2. *diverſ & in Anconitana.*

Digitized by Google

nituaa Boaeeum 21. Maii 1603. esram bon. mem. Juſto, Seraph. *dec.279. num.5.* Cavaler. *dec. 165. nu. 5. & ſeq. dec.173. nu.1. & dec.564. n.1. & dec.414. nu.2.*

Sed bene debet juſtificari ex ejuſdem actis, Mart. *de Clauſ. p.1. clauſ.169. n.2. & ſeq.* Marcheſ. *de comm. appel. ad oblig. Cam. p.1. §.1. n.142. & n.146. fol.706.* Caval. *dec.* 173. *nu.1.* Coccio. *dec.46. nu.4.* Ferentill. ad Buratt. *dec.* 231. *n.8. & dec.640. n.17.* ubi plures Deciſiones cumulat.

498 Sed hoc Primò non procedit, quando Reus aliquid de novo deducit coram Judice appellationis, nam tunc licitum eſt etiam Actori nova jura deducere, ad elidendum ea, quæ noviter à Reo excipiuntur: non autem ad elidendum exceptionem ab eo in prima inſtantia oppoſitam, prout in terminis hujus clauſulæ, *ſi quid exequendum*, ſæpius fuit deciſum, & patet ex deciſionibus cumulatis per Caval. *dec.* 173. *n.5.* Beltram. ad Greg. *dec.581. nu.12.* & per Ferentill. ad Buratt. *dec.* 231. *n.9. & dec.650. nu.19.*

499 Undè ſequitur, quod volens exequutionem à dict. clauſula præſervatam impedire, poſſit non ſolum ex eiſdem actis, ſed etiam ex noviter deductis ſuam intentionem fundare, Mart. *de Clauſ. p.1. clauſ.169. n.3.* Marcheſ. *de Commiſſ. appel. ab oblig. Cam. d. p.1. §.1. n.143. in fin.* Mareſc. *var. reſolut. lib. 2. c. 121. nu. 21.* Rota *in Anconitana Bonorum 21. Maii 1603. coram bon. mem.* Juſto. Coccin. *dec.56. nu.5. cum aliis cumulatis per* Ferent. ad Buratt. *dec.231. n.8. & dec.650. n.18.*

500 Et denique hæc clauſula præſervat viam executivam & impedit effectum appellationis ſuſpenſivum, quatenus ex eiſdem actis executioni locus ſit, ut conſtito de juſtitia mandati, procedatur ad illius executionem, Marcheſ. *de commiſſ. appell. ab oblig. Cam. p.1. §.1. num. 130. & ſeqq. fol.705.* Rot. poſt. Zacch. *de oblig. Camer. dec.12. nu. 4.*

501 Secundò quod dictum eſt ſupra decretum debere juſtificari ex eiſdem actis procedit ad effectum executionis *ex præallegatis*, non autem ad effectum confirmationis, nam tunc intrat regula, non deducta deducam, non probata probabo, & habetur ratio omnium etiam, poſt decretum productorum, Seraph. *dec.279. num.5.* Buratt. *dec.251. n.12. & dec.564. n.6.*

502 Clauſula, *ad legitimam*, non differt à clauſula *ſi quid exequendum*, quia ipſa quoque aufert juriſdictionem Judici à quo, & illam tribuit Judici ad quem ſecundum Stylum, & obſervantiam Romanæ Curiæ, ut ipſa in primis, & ante omnia exequatur, prout de Jure ex ejuſdem actis, quatenus legitimæ executioni locus ſit,
Scacc. *de Appell. q.19. remed. 2. an.78. in princ. & verſ.*
503 *in hac controverſia*, Nec verba *ad legitimam*, † Judici
directa aliud ſignificant, niſi ut juxta Juris diſpoſitionem exequi curet. Odd. *de reſtit. in integr. q 43. art.1.*
504 *n.8.* quia legitimum eſt † illud quod eſt ſecundum diſpoſitionem legum, & Canonum, *l. legitima* ubi Gloſ. *in verbo legitima, ff. de pact. l. actus legitimi*, ubi Gloſſ. *ff. de reg. jur. cap. cum, quæ* ubi Gloſ. *in verba morem, & cap. conſanguinei*, ubi Abb. *de Sent. & re jud.* Alex. *conſ.75. viſis, & diligenter perſpectis, n.1. verſ. & appellatione, & nu.4.* & ibi *Apoſtilla, in verbo legitimus lib.1.*

505 Sed licet in his nulla ſit differentia inter dictas clauſulas, & utroque caſu ſit neceſſaria tranſportatio actorum, & decretum juſtificari debeat ex eiſdem, & non ex noviter deductis, ut ſupra, ad hoc ut poſſit ad executionem juridicè procedi. Subeſt nihilominus in reliquis aliqua diſcrepantia, nam clauſula, *ſi quid exequendum*, extenditur *ſi quid exequendum in primis, & ante omnia ſequatur, ſin minus cauſam Appellationis cognoſcat*, cujus virtute Judex ad quem debet planè guſtare de bono Jure, & juſtitia decreti, & tunc demum, ſi videt illud juſtum, & validum debet abſque alio decreto ad evitandos circuitus Appellationum executionem permittere, quod ſi videt illud iniuſtum, etiam ex noviter deductis, ut ſupra poteſt abſque nova commiſſione illud revocare, & ob id hoc caſu debet ad ulteriora in negocio principali tacitè ad dict. circuitum evitandum procedere, Marcheſ. *de Commiſſ. Appellat. ab oblig. Camer. part.1. §.1. nu.133. fol.705.*

506 Clauſula verò, *ad legitimam*, tantum extenditur *ut procedat ad legitimam exequutionem*, & non requirit adeò exactam cauſæ cognitionem, ſicut clauſula, *ſi quid exequendum*, ad hoc ut poſſit ad ulteriora in exequutione procedi, ſed ſufficit, quod Judex ad quem adhibendo aliqualem cauſæ cognitionem, guſtet ſuperficialiter de bono Jure, & juſtitia decreti, ad hoc ut valeat illius executionem, ut ſupra permittere, quod ſi videt decretum nullum, vel iniuſtum debet ab illius executione abſtinere, quinimmo non debet executionem hoc caſu permittere, & cum nec etiam poſſit, virtute dictæ clauſulæ, cauſam Appellationis cognoſcere, debet inſuper abſtinere à Sententiæ ſeù Decreti revocatione, ac proceſſu ad ulteriora in meritis, & negocio principali, niſi in corpore Commiſſionis, & ulterius in reſcripto, ſeu ſignatura illius, adſint alia verba iuriſdictionem, etiam in negocio principali, dum non ſit legitimæ exequutionis locus, tribuentia, ut quotidie obſervat praxis.

Undè infertur, quod ſi in Commiſſione addita fuerit 507
ſecunda pars videlicet, *vel ſi magis placet, committatur N.N. ut procedat ad legitimam exequutionem*, & Commiſſio fuerit ſignata per verba *placet D.N. Papæ, de 2. parte*, iudex tantum poterit exequi, caſu quo legitimæ exequutioni locus ſit, at in negocio principali, nullatenus poterit procedere, etiamſi executioni locus non fuerit, nàm verba reſcripti ſunt ſtrictiſſimè intelligenda, & tantum valent, quantum ſonant, *cap. ſignificante de reſcript. l.1. in fine, ff. de conſtit. pecun.* Abb. *in cap. Rodulphus nu. 1. de reſcript.* Caputaq. *dec. 251. num.3. part.1.* Rot. *dec.416. n.8. part. 4. recent.* Greg. *dec.34. n.2. & ſeqq.* Buratt. *dec.51. nu. 3. & ſeq.* Et † ob id omiſſum 508
dicitur neglectum, & narrata, & petita reſtringuntur, & limitantur per conceſſionem, & Signaturam, Rota *dec. 629. nu.2. part.3. recent.* Buratt. *dec.88. nu.2. & ſeq.*

An autem ſit magis attendanda Signatura Papæ, ſeu 509
Cardinalis Præfecti, vel Regentis Cancellariæ, eſt
diſtinguendum; Nam aut reſcriptum eſt Signaturæ
Gratiæ, & ſic ipſiuſmet Summi Pontificis, qui ſignat
per illa verba *Placet I.* & tunc Signatura Papæ, & non
Regentis eſt ſemper, & præcipuè attendenda, Seraph.
922. *num 4.* Rota *dec.330. num 16. part. 3. recent.* Aut
† agitur de reſcripto Signaturæ Juſtitiæ, quæ Papam 510
repræſentat, Rot. *dec. 102. n. 7. part. 9. recent.* & eius
nomine reſcribit, Rot. *dec. 189. num.16. par.6. recent.* per
illa verba, videlicet. *Placet. D.N. Papæ I. Card. Sarchettas*, cujus † reſcriptum, & juſſio debet intelligi, 511
prout de Jure, Rot. *dec.52. n.7. part. 7. rec.* & † tunc 512
aut regens Cancellariæ, qui in Commiſſione ante di-
ctum reſcriptum Cardinalis Præfecti manum ſuam ap-
ponit hoc modo extendendo; videlicet. *De mandato D.
N. Papæ audiat N.N. citet, inhibeat, procedat, ut petitur, & juſtitiam faciat*, & † alias mutatis mutandis, ſe- 513
cundum facti contingentias, in huiuſmodi extenſione
reſcripti aliquid ommitti, & debet attendi Signatura
Cardinalis Præfecti, cui eſt data poteſtas, & quæ ſigna-
tura Papæ cenſetur, cum non ſit in facultate regentis in-
ferioris, ad extendendum præpoſiti, tollere, aut reſtrin-
gere conceſſa à Principe Superiore, Mandoſ. *in forma
commiſſ. in verb. ſummariè citra modum verſ. quæro an
in commiſſione, & verſ. ſed magis eſt dubium, fol.36* bene
Caſſad. *dec.7. de reſcript.* quem ſequitur Rota *in Romana Spoleti domus 19. Junii 1579. coram bon. me.* Rabeo, ubi
quod omnia in commiſſione non deleta cenſentur con-
ceſſa, & Papazon ad Rotam *dec.28. n.5. & 6. de reſcript.
in nov.* ubi quod ſi in extenſione fuit additum verbum, 514
ut petitur, cenſentur conceſſa omnia petita non delata;
aut regens Cancellariæ declaravit in extenſione reſcri-
ptum Signaturæ Juſtitiæ, prout ſi quis ſimpliciter petat
aliquid fieri in Commiſſione, & Signatura † reſpondeat 515
quod Judex procedat, *ut petitur*, & regens poſtea in ex-
tenſione addat, *& juſtitiam faciat*, attenditur Signatura
regentis, quæ declarat reſcriptum Signaturæ Juſtitiæ, ut
intelligatur quatenùs id, quod petitur, ſit de Jure, *juxta
tradita per* Creſ. *dec. 1. alias 47. de reſcript.* quam ita in-
telligit Seraph. *d. dec.922. n.4.* & ſequitur Rot. *dec.330. n.
15. par. 3. rec.* Ferentill. ad Buratt. *dec.621. n.26. in fin.* ubi
dicit, hæc notanda eſſe in praxi, regens namque in illo
caſu nihil addit, vel minuit, ſed tantum declarat, quod
reſcriptum Signaturæ Juſtitiæ, quæ non reſcribit niſi

de

de jure, *ex præallegatis*, prout de jure intelligatur.

516 Tertio caſu ſolet Signatura reſcribere pro appellatione ſimpliciter, abſque ulla clauſula, & tunc Appellatio cenſetur admiſſa ad utrumque effectum, & perinde eſt, ac ſi ab initio appellatio habuiſſet effectum ſuſpenſivum, Rot. *dec.*134. *n.*7. *part.*6. *recent.*

BB Licet Commiſſio fuerit Judici præſentata, nihilomi-
517 nus antequam pars adverſa fuerit citata ad dicendum contra Commiſſionem, illa non efficitur communis utrique Parti Butr. *in cap. ſuper litteris, n.*22. *verſ. quia advertè, de reſcrip.* Rot. *dec.*705. *n.*8. *p.*3. *& dec.*30. *n.*20. *p.*5. *& dec.*343. *n.*4. *p.*6. *rec.* Buratt. *dec.*138. *n.*4. *& dec.*405. *n.*2. *& ſeq.* & ibi Ferentil. *n.*23. *& dec.*524. *n.*11. Cavaler. *dec.*509. *n.*1. Beltramin. ad Gregor. *dec.*552. *n.*8.

518 Sed hoc non procedit, quando fuerunt facti plures actus, ex quibus conſtat impetrantem uſum fuiſſe Commiſſione impetrata, ut conciliando deciſiones contrarias, dixit Rot. *in Hiſpalen. Præeminentiarum* 16. *Decembris* 1618. *coram bon. mem.* Ubaldo, relata per Beltram. ad Greg. *d. dec.*552. *n.*7.

519 Ante verò quàm Commiſſio eſt effecta communis, Impetrans poteſt penitere, & illa non uti, Felyn. *in rubr. de reſcript. n.*3. ubi de receptiori, Butr. *in d. cap. ſuper litteris, n.*22. *verſ. qui advertè*, ubi quod ita practicaretur, Ægid. *dec.*456. Rot. apud Marcheſ. *de commiſſ. in pract. par.*1. *c.*3. *dec.*4. *& dec.*5. *nu.*1. *fol.*172. Buratt. *dict. dec.*138. *n.*4. ubi alias cumulat auctoritates, & Deciſiones, *& dec.*524. *nu.*11.

520 Unde Adverſarius invito Impetrante, ea uti non poteſt, Alex. *in l. ſi quis Major. nu.* 4. & ibi Jaſ. *nu.* 14. & Alciat. *n.*38. Cod. *de tranſact.* Alex. *conſ.*34. *n.*3. *lib.*1. Rot. apud Marcheſ *p.*1. *de Commiſſ. in pratic. dec.*4. *n.*1. *& dec.*5. *n.*1. *fol.*172. Buratt. *dec.*138. *n.*4.

521 Poſtquam autem quis uſus fuit ut ſupra, commiſſione impetrata, vel Adverſarium, ad dicendum contra illam, ut ſupra, citari curavit, non eſt amplius pœnitentiæ locus, cum commiſſio jam ſit effecta communis, & ob id Adverſarius etiam invito impetrante, illa uti poteſt, *c.*1. & 2. *de mutuis petit.* Staphil. *de litter.* Grat. *verſ. advertendum, tamen, ubi, ſtante iſta Commiſſione, fol.*143. Rot. *dec.*17. *n.*4. *& ſeq. de dol. & contum. in nov.* & contra illum, ad ulteriora citando, procedere etiam per contradictas, Papazon. ad Rot. *dec.*34. *nu.*2. *de reſcript. in nov.* Beltram. ad Gregor. *d. dec.*552. *n.*8. Rot. apud Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. part.*2. *§.* 2. *dec.*1. *nu.*3. *fol.*194.

522 Eſt autem citatio, ad dicendum contra commiſſionem omninò neceſſaria ad firmandum Judicis juriſdictionem alias ſententia inde ſubſequuta ſit nulla, Saluſt. Tiber. *in prax. lib.*2. *c.*43. Caſſad. *dec.*7. *n.*9. *de appell*, Seraph. *dec.*845. *n.*1. Coccin. *dec.*169. *nu.*4. *& dec.*319. *nu.*7. Rot. *dec.*325. *n.*1. *par.*1. *recent.*

523 Sed hoc primò non procedit, quando utraque pars uſa eſt commiſſione præſentata, & commiſſio eſt excitatoria juriſdictionis, quia tunc commiſſio eſt effecta de actis Coccin. *d. dec.*169. *n.*7.

524 Secundò non procedit, quando lata fuit ab A. C. declaratoria incurſus cenſurarum, & commiſſa cauſa appellationis in Rota, & inhibitum: nam tunc, ſi commiſſio fuit à Signatura reformata, & reſcriptum, ut A. C. procederet ad ulteriorem exequutionem, commiſſione Auditori Rotæ præſentata, poteſt A. C. ad ulteriora procedere, etiam ſi coram Auditore Rotæ non fuerit citatum ad dicendum contra dictam commiſſionem reformatoriam, in quibus terminis procedit *dec. Caputaq.* 324. *p.*1.

525 Tertiò non procedit, quando terminus hujuſmodi fuerit ſervatus, & ſaltem in terminis ſubſtantialibus; nam tunc ſi nihil fuit productum de novo, ſed tantum fuerunt producta antiqua acta, ſententia ſuſtinetur, Saluſt. Tiber. *d. lib.*2. *c.*42. *in fin. n.*1. Rota *in Bracbar. de Granfeis* 19. *Novembris* 1602. *coram bon. me. Cardinali Sacrato impreſſ.* apud Saluſt. Tiber. *d. lib.*2. *c.*42. *fol. mihi* 254. Coccin. *dec.*319. *n.*8. alias licet ſententia ſalvaretur à nullitate, non tamen poſſet ſalvari ab iniuſtitia, quia non juſtificaretur ex actis, niſi eſſet tantum fundata in diſpoſitione juris, Rota *in dict. Bracharen. de Granfeis cor. bon. mem. Cardinali Sacrato*, Cocc. *dec.*319. *n.*9.

Debet omninò in citatione ad dicendum contra inſeri tenor commiſſionis, ut citatus poſſit reddire certus de juriſdictione citantis, Rot. *dec.*93. *n.*1. *part.*2. *recent.* Greg. *dec.*127. *nu.*1. & ibi Beltram. *ſub lit. A. in princ.* 526

Sed hoc primò non procedit, quando citatus comparuit, nam tunc poteſt de facili certificari, Beltram. ad Greg. *dec.*127. *nu.*9. 527

Secundò non procedit, quando pars eſt præſens, vel in loco parum diſtante, Rot. *dec.*93. *n.*4. *& dec.*99. *n.*1. *p.*2. *recen.* ubi dicitur quod diſtantia quindecim milliarium ad hunc effectum viſa eſt modica, cum id ſit Judici arbitrarium. 528

Tertio non procedit, quando citatus poteſt de facili habere notitiam commiſſionis, ut in *dict. dec.*69. *nu.*1. *par.*1. *par.*2. *recent.* Greg. *dec.*137. *n.*1. *& ſeq.* vel in citato eſt notitia veriſimilis, & conjecturata, Rot. *d. dec.* 93. *n.*2. *par.*2. *recent.* Greg. *dec.*127. *n.*1. 529

Ex quibus infertur ad validitatem ſtyli Romanæ Curiæ inſerendi tenorem commiſſionis in citationibus, quæ tranſmittuntur, exequendæ extra curiam, non autem in illis, quæ exequuntur in curia, ut paſſim obſervat praxis. 530

Non ſolùm autem citatio ad dicendum contra commiſſionem firmat juriſdictionem, ut ſupra, ſed etiam inducit præventionem, adeò quod ſi in una, & eadem cauſa fuerint à diverſis perſonis præſentatæ diverſæ commiſſiones diverſis judicibus, ille remanet judex coram quo fuit præventum, & citatum ad dicendum contra commiſſionem, Glol. *in cap. ut debitus* 59. *in verbo aſſignatu, de appell.* Mandoſ. *in form.* 20. *commiſſ. q.*3. *fol.*68. Caſſad. *dec.*5. *num.*1. *& ſeq. de reſcript.* Rot. *dec.*289. *nu.*3. *& ſeqq. par.*6. *recent.* ubi quod hoc procedit, etiamſi unus ex dictis Judicibus ſit Auditor Rotæ, alius verò extra Rotam. 531

Sed hoc non procedit in Rota inter ejus Auditores, nam præſentatis diverſis commiſſionibus diverſis Auditoribus ſuper eadem cauſa, ille remanet Judex, cui fuit primò loco præſentata commiſſio tàm vigore antiqui ordinis Vicecancellarii, quam virtute Innocentianæ conſtitutionis, quæ inter duos, vel plures Auditores attenditur in Rota, Mandoſ. *d. form. in commiſſ. in verb. Commiſſi, & quæſt.*3. *fol.* 67. *& ſeq.* Dec. *in cap. Paſtoralis, n.*12. *& nu.* 16. *& ſeq. de reſcript. & conſil.* 689. *n.* 1. *& ſeq.* Rot. *deciſ.* 6. *de reſcript. in antiq.* Caſſad. *dec.* 5. *de reſcript.* Rot. *dict. dec.*289. *n.* 1. *& ſeq. & num.* 5. *par.* 6. *recent.* 532

Citationes in cauſis Commiſſariis debent eſſe omni- CC
nò perſonales, Saluſt. Tiber. *in prax. lib.*1. *cap.*51. *n.* 533
3. *& num.* 5. *& lib.* 2. *c.*41. *num.* 1. *in princ.* Rot. *dec.* 495. *num.* 3. *part.* 4. *recent.* & ſignanter de ſtylo Rotæ, *dec.* 606. *num.* 8.

Sed hoc non procedit, quando citandus latitat, vel non repetitur perſonaliter, nam tunc facta diligentia, primo per unum, deinde per duos Curſores, Judex decernit proceſſum per affixionem ad valvas Curiæ, & domus ſolitæ habitationis citandi & in Acie Campi Floræ, Saluſt. Tiber. *lib.*2. *c.* 42. vel per affixionem ad Valvas curiæ, & in Acie Campi Flore, & domi dimiſſa copia, Saluſt. Tiber. *lib.* 2. *cap. deciſ. ibi impreſſam ſub n.* 2. cum aliis allegatis ſupra *cap.* 4. *lit. D.* 534

Et debet Nuncius relinquere, vel domi affigere, vel publicare publicè, & palam coram Servis, & Vicinis citationem, eoſque certiorare, ut ſic ad notitiam Latitantis pervenire valeat, Rota *deciſ.* 30. *num.* 27. *& ſeq. part.* 6. *recent.* præſumitur in iſtis caſibus latitans habere citationis notitiam, licet ſecus ſit, quando eſt abſens à Civitate, Rota *d. dec.*130. *num.* 33. *& ſeq. part.* 6. *recent.* 535

Quando autem Curſor non refert, ſe feciſſe, citationem perſonaliter, ſi tamen dicit ſe feciſſe, cenſetur de ſtylo Romanæ Curiæ perſonaliter feciſſe, niſi addat, domi dimiſſa copia, prout de hoc ſtylo teſtatur Rot. *dec.* 561. *num.* 14. *part.* 1. *recent.* 536

Eſt etiam neceſſaria citatio perſonalis, quando ſit ad hodie per totam, nam alias citatio ad hodie per totam, domi dimiſſa copia, eſt nulla, Saluſt. Tiber. *in prax. lib.* 1. *cap.* 51. *num.* 13. Seraph. *dec.* 1115. *verſ. maximè, ſub num.* 2. Rota *dec.* 233. *num.* 10. *& ſeq. part.* 7. *recent.* 537

Digitized by Google

538 Hæc tamen citatio legitimè, ut ſupra exequuta non
arguit, non poſſe fieri ſententiam, niſi in ultima ho-
ra diei, ſed intelligitur pro hora audientiæ, & ita ob-
ſervat Praxis in Curia, Seraph. *dec.* 5115. *num.* 2. Rot.
dec. 199. *num.* 11. *part.* 3. *recent.*

DD Commiſſio in forma ſignandi ſcribi ſolet minutis
539 characteribus, in cujus ſiniſtro capite à tergo debet
Procurator, vel qui illam impetrare intendit, ejus
proprium nomen, ac cognomen, manu propria adno-
tare ut citari poſſit, caſu quo commiſſio veniret refor-
manda, Paul. V. *in reform. Trib. Urb. conſt.* 71. *Uni-*
verſi agri, circa fin.

540 Hæc ab utriuſque Signaturæ Referendario, & poſt-
modum ab Eminentiſs. Cardinali præfecto Signaturæ
Juſtitiæ ſignata, adnotatur à primo Reviſore in ejus
libro, in quo tantum nomen Diœceſis, & nomen,
ac cognomen Oratoris, ac diem, quo illa fuit ſigna-
ta, adnotare ſolet, prout etiam illam eodem modo
in ejus libro adnotat ſecundus Reviſor, poſtquam in
ea Illuſtriſſimus Cancellariæ Regens Judicem appo-
541 ſuit, & reſcriptum, ut ſupra extendit. Cæterum †
iſti libri primi, & ſecundi Reviſoris nihil probant, nec
aliquam fidem faciunt Scac. *de appel. q.* 14. *num.* 38.
verſ. ſic adverte, Veral. *dec.* 31. & *dec.* 32. *part.* 1. ubi
loquitur de libro Baccodi, tunc Reviſoris.

542 Magiſter verò Curſorum, poſtquam commiſſionem,
à ſecundo Reviſore expeditam recepit, adnotat à ter-
go Commiſſionis ejus propria manu diem, in qua illa
ad Banchum Curſorum pervenit, Burat. *dec.* 226. *nu.*
4. & inſuper adnotat in ejus libro diem, in quo eam
recepit, nomen Diœceſis, & nomen, & cognomen O-
ratoris, ad inſtar dictorum Reviſorum, & quando com-
miſſio reponitur in capſa Judicis, cui eſt directa, fa-
cit puntum in margine dictæ adnotationis ejus libri, ex
quo deſignat commiſſionem fuiſſe in capſa repoſitam;
543 Verum tamen † dictus liber Magiſtri Curſorum ſolus
nihil probat ex identitate rationis allatæ per Rot. *dec.*
n. 2. *part.* 3. *lib.* 3. *diverſ.* ubi loquitur de libro *Marti-*
ni Lupi tunc Reviſoris commiſſionum, quia ſcilicet
ex dictis libellulis non apparet, ſuper quo fuerit data
commiſſio, & poteſt eſſe ſuper alia cauſa, unde non
probat hoc eſſe, *l. duo ſunt Titii ff. de teſt. tutel. l. non*
hoc, C. unde legit. l. neque natales, & leg. Ma-
trem, C. de probat.

EE Ad deſertionem cauſæ evitandam ſat eſt, quòd Com-
544 miſſio pervenerit ad Banchum Curſorum infra legitima
tempora, ut puta infra decem dies poſt datos reveren-
tiales in forma, vel aliàs in tempore antequam cauſa
poſſit dici deſerta, licèt non fuerit in capſa repoſita, &
Judici præſentata, Caſſad. *dec.* 4. *de appel.* Put. *dec.* 379.
lib. 1. *in correct.* Mantic. *dec.* 276. *n.* 2. Scacc. *de appellat. q.*
545 14. ubi quod † dicti decem dies dantur ad inchoandam
proſequutionem, non ad finiendam, cum aliis allegatis
ſupra *lit. F. verſic. quinimò*, & *per* Duran. *dec.* 190. *n.* 5. &
546 *ſeqq.* ubi quod idem † dicendum erit de Commiſſione
reſtitutionis in integrum, ut dicatur præventum in illa
petenda, ad effectum citandi executionem exinde pe-
titam, quia in effectu reſtitutio in integrum regulari-
ter non differt ab appellatione.

547 Si tamen infra terminum juris, Annum, non fuerit
Adverſarius citatus ad dicendum contra Commiſſio-
nem, cauſa, non obſtante quod Commiſſio, ut ſupra,
ad Banchum Curſoris pervenerit, vel etiam fuerit in
capſa repoſita, & Judici præſentata, remanebit deſer-
ta, Rota coram Thom. Faſtol. *dub.* 27. Lancel. *de Atten-*
tat. appellat. pend. c. 12. *in Præfat. num.* 50. Achil. *dec.*
31. *de appell.* Rot. *dec.* 156. *nu.* 1. & *n.* 2. *p.* 2. *recent.*

548 Fatale etenim Appellationis eſt Annus, & ex cauſa
biennium, Auth. *ei qui appel. C. de temp. appel. c. cum*
ſit Romana, de appel. ubi quod id procedit, niſi fortè Ju-
dex à quo ex juſta cauſa reciſius tempus fuerit mode-
ratus, Clement. *ſicut de appel.* Veſtr. *in prax. lib.* 3. *c.* 5.
nu. 2. & *lib.* 7. *c. ult. n.* 7. Caſſad. *dec.* 6. *n.* 8. *de appel.* Scacc.
de appel. qu. 15. *n.* 27. & *ſeq.* Mantic. *dec.* 276. *n.* 2. Burat.
dec. 170. *nu.* 20. Rot. *dec.* 233. *nu.* 2. & *ſeq. par.* 7. *recent.*
549 & † per viam reſtitutionis in integrum ex clauſula ge-
nerali, *ſi qua mihi juſta cauſa*, &c. eſt triennium, la-
550 tè Scacc. *de appel. d. q.* 15. *n.* 8. ubi † quod primus, & ſe-
cundus annus dantur à lege, tertius verò per viam re-
ſtitutionis in integrum à Judice.

In Curia verò fatale eſt indiſtinctè Biennium, etiam 551
impedimento, aut cauſa aliqua non probata, quia ob
multiplicitatem negociorum præſumitur, Veſtr. *d. lib.*
7. *c. ult. n.* 9. *verſ. quam conceſſionem*, Scacc. *d. q.* 15. *nu.*
151. Caſſad. *dec.* 6. *de appell. nu.* 8. *verſ. in Curia tamen*,
Put. *dec.* 154. *nu.* 3. *lib.* 2.

Dummodò in primo anno fiat aliud, & ſaltem cite- 552
tur Adverſarius, ad dicendum contra Commiſſionem,
& videndum ſibi inhiberi, Faſtol. *d. dub.* 37. Veſtr. *d. lib.*
3. *c.* 5. *n.* 2. & ibi Gravat. *n.* 6. & *lib.* 7. *c. ult. nu.* 9. *verſ.*
quod tamen, Lancell. *de attent. appell. pend. d. c.* 52. *in*
præf. n. 49. & *ſeq.* Scacc. *de appell. q.* 35. *nu.* 34. & 151.
ubi quod ſufficit, quod fuerit infra annum citata pars
ad dicendum contra Commiſſionem, & factus aliquis
alius actus, & *nu.* 153. Achil. *dec.* 11. *de appel.* ubi quod
ſufficit fuiſſe proceſſum ad citationem, & inhibitionem,
Put. *dec.* 154. *n.* 3. *lib.* 2. Caſſad. *d. dec.* 6. *n.* 8. *verſ. dummo-*
do, de appel. Rota *in Pampilonen. de Jaaſi* 14 *Decembris*
1598. *coram bon. mem. Litta, impreſſ.* apud Saluſt. Tib.
lib. 5. *cap.* 10. *fol.* 342. & *dict. dec.* 156. *nu.* 1. *par.* 2. *recent.*
ubi quod ad evitandam deſertionem, non ſufficit cita-
rio ad videndum compulſari.

Incipit autem in Curia currere primum fatale Appel- 553
lationis, ſeu terminus Juris, Annus, à die interpoſitæ
Appellationis, & non à die impetratæ Commiſſionis,
Clem. *ſicut appellationem de appel.* Lancel. *de attent.*
appel. pend. d. c. 12. *in præfat. nu.* 47. Marcheſ. *de Com-*
miſſ. prorog. fatal. part. 3. §. 1. *nu.* 46. *fol.* 401. Scacc. *de*
appel. q. 15. *nu.* 173. Put. *dec.* 56. *lib.* 2.

Sed hoc non procedit in appellatione interpoſita in 554
partibus ad Curiam, quia tunc fatalia non incipiunt
currere à die appellationis interpoſitæ, ſed à die, qua
veriſimiliter potuit cauſa appellationis committi, Lan-
cell. *de Attent. appell. pend. d. c.* 12. *in præfat. num.* 48.
Marcheſ. *de Commiſſ. prorog. fatal. par.* 3. §. 1. *num.* 70. &
ſeq. fol. 403. Scacc *de appel. d. q.* 15. *n.* 75 Put. *dec.* 11. *de*
appel. & *dec.* 147. & *dec.* 150 *lib* 5. *in correct.* idem Scaccia
de appel. q. 14. *n.* 48. ubi † quod ſi à Judice à quo fuit Ap- 555
pellanti præfixus terminus ad proſequendum, ſufficit
in illo termino arreptio itineris ad Curiam: ſi verò
dict. terminus non fuit præfixus, Appellans habet
annum ad committendum cauſam appellationis, & ex
cauſa biennium, *cap. oblatæ, c. perſonas, & cap. ſe-*
quenti, de appellat. Marcheſ. *de Commiſſ. appell. vigor.*
cap. oblatæ, par. 2. §. *antea, num.* 24. *fol.* 402. Scacc. *de*
appell. d. quæſt. 14. *nu.* 49.

At ex fatalium termino diverſa tempora, in quibus il- 556
la non currunt, deducuntur, nàm Primò non currunt
fatalia pendente termino ad appellandum, Seraph. *dec.*
938. *nu.* 13. cum non incipiant, niſi à die appellationis
interpoſitæ, vel à die quo cauſa appellationis commit-
ti potuit, *ex ſupra allegatis.*

Secundò non currunt pendente judicio ſuper Atten- 557
tatis, Mantic. *dec.* 99. *nu.* 3. Seraph. *dec.* 797. *num.* 2. &
dec. 393. quod tamen non procedit, quando appellans
ſuccubuit, Rota *dec.* 156. *nu.* 4. *p.* 2. *recent.*

Tertiò non currunt, ſi cauſa fuit introducta in Con- 558
ſiſtorio Principis, *l. cum attentioribus*, § *ſi tamen*, *C. de*
tempor. appell. Scac. *de appel. q.* 15. *n.* 131. & *ſeq.* Seraph.
deciſ. 997. *n.* 8. Rota *dec.* 416. *nu* 4. *in fin. p.* 4. *recent.*

Quartò non currunt pendente recurſu de Jure com- 559
petente diligenter habito ad Signaturam parte citata,
Rota *d. dec.* 516. *n.* 4. & *ſeq. p.* 5. *recent.*

Quintò non currunt pendente tempore Remiſſoria- 560
rum, Seraph. *dec.* 372. *num.* 2.

Sed hoc non procedit, ſi remiſſoria decreta non fuit 561
ab appellante expedita, Verall. *dec.* 12. *num.* 1. & *ſeqq.*
part. 2. ſecus ſi non fuit expedita remiſſoria decreta ab
appellato, quia, ob impedimentum ab eo proveniens,
fatalia non currunt Verall. *dec.* 11. & *dict. deciſ.* 12.
num. 2. *cap.* 3. *part.* 2.

Sextò non currunt tempore Sedis vacantis, quia 562
tunc jus non redditur, Lancell. *de Attent. appell. pend.*
part. 2. *cap.* 12. *in præfat. num.* 51. Scacc. *de appell.*
q. 15. *num.* 131. *prope fin.* Caputaque. *dec.* 365. *Fatalia*
Sede vacante, lib. 1. *In manuſcript.* Seraph. *dec.* 362. *n.* 2.

Septi-

Digitized by Google

563 Septimò non currunt, quando quis fuit impeditus
facto Partis adverſæ, vel mixtim, Verall. *dec.* 51.
*nu.*1. *& ſeq. & dec.*53. *nu.* 1. *& ſeq. par.* 2. latè Scacc. *de
appel. q.*15. *nu.*61. *& ſeq. & n.*105. *& ſeq.*
564 Octavò non currunt, quando quis fuit impeditus fa-
cto principis, Scacc. *de appell. d. q.* 15. *num.*131. *in fin.*
Verall. *d. dec.*170. *nu.*1. *p.*2.
565 Nonò non currunt tempore nullitatis durante, Burat.
dec. 170. *num.* 19.
566 Decimò non currunt in petitorio, lite pendente ſu-
per poſſeſſorio, Rota *dec.*312. *n.*3. *p.* 5. *recent.*
567 Undecimò non currunt in Curia Capitolina conſul-
tore electo, iuxta formam Statuti Urbis, niſi à die
qua Conſultor acceptavit, & acceptio fuit parti inti-
mata, Rota *dec.*594. *nu.*3. *part.*3. *recent.*
568 Duodecimo non currunt Mediolani pendente cauſa
in Senatu, Rota *dec.*4 *n.*6. *par.*3. *recent.*
FF Auditor Cameræ poteſt non ſolum revocare ſuam
569 Interlocutoriam, ſed etiam ipſam revocationem, licet
decreta hujuſmodi ſint definitiva, vel vim definitivæ
habentia, & quoad Partem tranſitum fecerint in rem
judicatam, ut dicunt Doctores, & quotidie obſervat
Praxis, Saluſt. Tib. *in prax. lib.*1. *cap.*53. *n.* 1. *& ſeqq.*
570 ubi † quod hujuſmodi decreta, licèt tranſeant in judi-
catum quoad partem, ſecus tamen eſt quoad Judicem,
Mandoſ. *in formul.*9. *commiſſ. in verbo admittat.* Veſtr.
*prax. l.*8. *c.*4. *nu.*6. Galleſ. *de oblig. Camer. q.* 36. *nu.*57.
571 *& ſeq. ubi ſub nu.*13. dat modum † quid agendum, quan-
do Judex procedit, Partem à gravamine reponendo, in
executivis, & non executivis Scac. *de appell. q.* 17. *lim.*
47. *memb.*1. *n.*31. *& q.*19. *rem* 1. *concluſ.*6 *n.*37. Ferentili.
ad Buratt. *dec.* 752. *n.*9 *& ſeq* Rota apud Marcheſ. *de
Commiſſ. nullit.* Sanat *p.*3. §. 5. *dec* 4. *fol.*43.
572 Et non ſolum A. C. ſed etiam alii Romanæ Curiæ
Judices ſolent quotidie ab hujuſmodi Interloquutoriis,
& Decretis reponere, prout de Romanæ Curiæ uſu,
& Stylo hujuſmodi teſtatur Saluſt. Tiber. *in prax. lib.*
1. *cap.* 27. *num.* 12. Veſtr *d. lib.* 8. *cap.*4. *num.*6 Galleſ.
d. q. 36. *num.* 57. *& ſeq.* & non ſolum Judices ordinarii,
ſed etiam Delegati id facere poſſunt, Saluſt. Tiber. *d.
lib.* 1. *cap* 64. *num.* 3. *in fin.* Veſtr *d. lib.*8. *cap.*4. *num* 6.
563 & † non ſolum ſemel & bis poteſt per viam repoſitionis
procedi, ſed etiam pluries, & quoties opus fuerit, nam
in Curia non obſervatur opinio Dyn. *& ſequacium in
l. quod juſſit, ff. de re jud.* ſed potior eſt opinio Raynerii
de Foroliv. quem ſequitur Cuman. *in d. leg. quod juſſit*,
Mandoſ. *in d. form.* 9. *in verbo admittat*, Galleſ. *de ob-
lig. Camer. d. quæſt.*36. *num.* 29. Signanter † autem præ-
574 dicta locum habent, quando Interlocutoriæ, & decre-
ta hujuſmodi continent conditionem, niſi ad p. d. vel
niſi infra tres, aut ſimilem, nam tunc Judex animo
denuò Partem audiendi facere hæc decreta videtur,
575 Saluſt. Tiber. *d. lib.* 1. *cap* 53. *num.* 6. & † appellatione
per Partem interpoſita, ſolent, etiam de Stylo Curiæ,
fieri hujuſmodi repoſitiones cum ſola Intimatione abſ-
que alia Citatione, teſte Buratt. *dec.* 627. *num.* 6.
576 Sed hæc primò non procedunt in Auditore Sacri Pa-
latii Apoſtolici, cui in gradu appellationis commiſſa
fuit cauſa cum facultatibus A. C. nam licèt ipſe vigore
facultatis ſibi in Commiſſione attributæ, poſſit pro-
cedere exequutivè, non tamen poteſt, tamquam A.
C. ſubrogatus à Decreto reponere, quia cauſa Appel-
lationis diverſificat inſtantiam, & in hoc non cenſetur
ei per hujuſmodi commiſſionem facultas concesſa, te-
ſte Coccin. *dec.* 78. *num.* 9. *& ſeq.*
577 Secundò non procedunt, quando Judex pronunciaſ-
ſet in ſcriptis per Cedulam, nam tunc non poteſt repo-
nere cum ſit functus officio ſuo, Saluſt. Tib. *d. lib.* 1.
cap. 53 *num.*7.
578 Tertiò non procedunt, poſtquàm Judex ad quem
legitimè inhibuit, Scac. *de Appell. quæſt.* 17. *lim.* 47.
memb. 1. *num.* 38.
579 Quartò non procedunt, poſtquàm cauſa Appellatio-
nis fuit commiſſa à Signatura, etiam ſi illam commi-
ſerit cum clauſula, *ſine præjudicio legitimæ executio-
nis*, licèt enim tunc Judex à quo poſſit procedere ad
ulteriora in executione ſui Decreti, non tamen po-
teſt illud revocare, nec ab illo tempore, ſed ſi videt
illud injuſtum, debet ab ulteriori executione abſtinere
cum enim in eo Signatura, quæ Papam repræſentat,
manus appoſuerit, inferior ſe amplius ingerere non po-
teſt, nec debet.
Quintò non procedunt, poſtquam Judex à quo de- 580
tulit appellationi, cum à ſe abdicaverit juriſdictionem,
niſi id fuerit factum de conſenſu partium, aut de con-
ſenſu appellantis re integra, Scac. *de appell. d q.*17 *limit.*
47. *membr.* 1, *num.* 41. *& num.* 43. *verſ. contra*, *& nu.*
44. *& ſeq.*
Sicut autem A. C. & quilibet Judex ordinarius Ro-
manæ Curiæ poteſt, ut ſupra à Decretis, & interlo- 581
quutoriis reponere, ſic etiam poteſt quilibet Ordina-
rius, qui nulliter ſententiavit, de nullitate ſuæ ſen-
tentiæ cognoſcendo iterùm ſententiare, *l.*1. *in fin. C.
de ſenten.* Saluſt. Tib. *d. lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 3 Innoc.
in cap. in literis, *num.* 1. & ibi DD. *de offic. de leg.*
Vant. *de nullit. defect. juriſd. ordin. num.* 114. *verſ.
quæ tamen. ibi fallit etiam in Ordinario* Rot. *dec.* 16.
num. 1. *in fin. & num.* 2. *de re jud. in nov.* Scacc. *de
appell. q.* 19. *rem.* 1. *concl.* 6. *num.* 73. *& num.* 79. *&
ſeq.* Capic. *dec.*3. *num.* 36.
At Judex delegatus non poteſt ſuam ſententiam nul- 582
lam revocare nec iterum ſententiare, quia ſive benè,
ſivè malè, functus eſt officio ſuo, *l. ſi ut proponis in
prima*, *Cod. quom. & quan. Jud.* Innoc. *in d. cap. lit-
teris n.* 3. & ibi DD. *de offic. Deleg.* Saluſt. Tiber. *in
prax. lib.* 1. *c.* 53. *num.* 3. Rot. *d. dec.* 16. *n.* 3. *de re jud.
in nov.* latè Scacc. *de appell. q.* 19. *rem.* 1. *num.* 61. *& n.*
100. *verſ. contra iſtam.*
Sed hoc primò non procedit in Delegato ad univerſi- 583
tatem cauſarum quæ æquiparatur Ordinario, Maran.
de ord. jud. p. 4. *princ. diſt.* 5. *n.* 57. Saluſt. Tiber. *lib.* 1.
cap. 53. *n.* 3. *in fin.* cum aliis cumulatis per Scacc. *de ap-
pellat. q.*19. *rem.* 1. *concl.* 6. *n.* 99.
Secundò non procedit in executore ad tradendam 584
poſſeſſionem, Zabarell. *conſ.*75 *per tot.*
Tertiò non procedit quando delegatus ſententiavit 585
contra formam reſcripti, quia tunc functus non eſt of-
ficio ſuo, Scacc. qui alios cumulat, & de communi
teſtatur *d. q.* 19. *rem.* 1. *concl.* 6. *n.* 105.
Quartò non procedit in executore ad providendum 586
de beneficio, & ſic in extrajudicialibus reſpicientibus
Gratiam, Innoc. *in c.*1. *de Sent. & in re jud. c. in litteris
n.* 3. *&* ibi Canoniſtæ, *de offic. Deleg.* Anch. *in c. exami-
nata*, *n* 4. *verſ & per proviſionem de iud.* Scacc. *de ap-
pell. quæſt.* 19. *remed.* 1. *concluſ* 6. *num.* 100. *ſignanter
verſic. reſponden.*
Quintò non procedit, quando delegatus non Judica- 587
vit ſuper toto, quia tunc non eſt perfectè functus officio
ſuo Bart. *in l. ſi ut proponis*, *la prima*, *ſub n.* 3. *Cod.
quom. & quand.* Scac. *de appel. d. q.*19. *rem.*1. *concl.*6. *n.* 108.
In cauſa verò Beneficiali Judex delegatus poteſt pro- 588
nunciare, Beneficium fore alicui debitum, ſed non po-
teſt de eo providere, *c. ſuper eo*, *ubi gloſſ. in verbo or-
dinet*, *& Canoniſtæ tradunt de offic. Deleg.*
Sed hoc non procedit in Auditoribus Sacri Palatii A- 589
poſtolici, ſeù Rotæ qui poſſunt etiam conferre, ſeù de
Beneficio providere, *Clem. Auditor de reſcript.*
Practica communis eſt, quod appellans, quando
agitur de executione ob deſertionem appellationis, 590
citatur ad docendum de proſecutione appellationis, &
dicendum cauſam quare ſententiam executioni deman-
dari non debeat Bartol. *in leg.* 1. *num.* 9. *in fin. ff. nil. no-
var. appell. pend.* Caſtr. *in leg. Præſes* 27 *in fin. & ibi
etiam* Ales. *nu.*6 *ante fin. verſ & practica eſt ff. de re iud.*
Sed de Stylo Curiæ obſervantur quatuor termini, ad 591
docendum de appellatione, ejuſque legitima proſecu-
tione, primò pro prima, ſecundò pro ſecunda, tertiò pro
tertia, quartò pro quarta, & ſuperabundanti dilatione,
ſinguli, ad p. d. Veſtr. *in prax. lib.* 5. *cap.*10. *verſic. ad do-
cendam de appellatione*, *fol.* 104. *& lib.* 8. *cap. ult. n.* 7.
verſ. verum ſi vigore, ubi reddit rationem, *& n.* 13. *verſ.
etſi commiſſio* Vant. *de null. defect. proceſſ. n.* 61. *fol.* 259.
Mandoſ. *in formul. Commiſſ.*23. *in verbo ſervati quatuor
terminis*, Saluſt. Tiber. *in prax. l.* 2. *c.* 24. *n.* 14. *& ſeq.*
Scacc. *de appell. q.* 11. *n.* 200. *verſ. aut enim.*
Aliquando tamen, prout quando exequutio eſt 592
facien-

Digitized by Google

facienda a Judice delegato, qui ſententiam exequi non po-
teſt ſine Commiſſione executoriali, & reſcripto ſpeciali,
loco dictorum quatuor terminorum, petitur, & obtine-
tur committi eidem, ut præfiao parti adverſæ aliquo bre-
vi, & competente termino ad docendum de appellatione,
ejuſque legitima proſecutione, ac cauſa reſtitutionis in
integrum, elapſo, & nihil quod relevet, docto expenſas
taxet, & moderetur, & tàm pro illis, quàm pro conten-
tis in ſententia, & re judicata, mandata quæcumque ne-
ceſſaria, & opportuna decernat, & relaxet, & exequa-
tur, &c quo caſu, citato prius Adverſario, ad dicendum
contra commiſſionem, & deinde ad videndum ſibi præfi-
gi dictum terminum juxta formam commiſſionis, obtine-
tur præfigi ad ſecundam cum intimatione, Mandoſ. *in d. form. commiſſ.* 23 *in verbo ſervatis*. Veſtr. *in prax. d.* 8.
cap. ult num 8. *& num* 13. Saluſt. Tiber. *l.* 2. *cap. l.* 25.
num. 4. *& ſeq.* & ſucceſſivè nihil quod relevet, docto, ci-
tatur ad videndum taxari, & moderari expenſas, ut ſu-
pra, Veſt. *in prax. lib.* 8 *cap ult num.* 54 Saluſt. Tiber.
d. lib. 2. *cap.* 25. *num.* 3. *& num* 9. Mandoſ. *in d. form.* 23.
in verbo omnes, & ſingulas expenſas.

593 Sed hac commiſſione A. C. non indiget, ſivè proceſ-
ſerit in cauſa ut ordinarius, ſivè ut delegatus, ſed utroque
caſu, ſervatis dict. quatuor terminis ad docendum de ap-
pellatione, ejuſque legitima proſecutione, rurſus coram
eo citatur pars ad videndum taxari & moderari expenſas,
& taxatas & moderatas ſolvendum alias videndum tàm
pro illis, quàm pro contentis in ſententia & re judicata,
relaxari mandatum in ſententia decretum Saluſt. Tiber.
d. cap. 25. *num.* 3.

594 Tum quia A. C habet in ſuis ordinariis facultatibus po-
teſtatem cognoſcendi quaſcunque cauſas etiam Commiſſa-
rias in quibus habetur, ut Ordinarius, Greg XIII. *Conſt* 59.
ad generis, in Bul. *antiq. fol* 1271. Greg. XIV. *in ejus Conſt. ad generis* impreſſ apud Saluſt. Tiber. *in prax. fol.* 513.
Paul. V. *Conſt* 28 *Eximiæ*, Sal. Tiber. *in prax. lib.* 2. *c.*
25 *n* 6. Tum quia vigore earundem facultatum, eſt exe-
cutor quarumcunque ſententiarum latarum per eum, &
ejus Locumtenentes, ſeù quoſuis alios Judices, etiam de-
legatos, & Sacri Palatii Apoſtolici Auditores & ipſos
Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, Greg. XIII.
in d. Conſt. 55. *ſecundum aut. imp* Gregor. XIV. *in d. Con-ſtis ad generis*, Paul. V. *de conſt* 28 *Eximia*

595 Terminis autem ad docendum de appellatione, ut ſu-
pra non ſervatis, executio facta contra ſtylum, qui ha-
bet vim legis non poteſt ſubſtineri *ex ſuperius allegatis*.

596 Sed in hoc eſt diſtinguendum. Nam aut agitur de exe-
cutione trium conformium, aut alterius ſententiæ, ſeu
Decreti inappellabilis, & tunc dicti termini non ſunt ne-
ceſſarii, & non ſervantur, ſed citatur adverſarius, ad vi-
dendum taxari, & moderari expenſas, Veſt. *lib.* 8. *cap. ult. n.*
53 *& ſeq* Scac *de appell. quæſt.* 11. *nu.* 200. *verſ aut agitur*.

597 Aut tractatur de executione rei judicatæ ob non inter
poſitam appellationem, vel illam non proſecutam infra
legitima tempora, & tunc dicti termini ſunt omninò neceſ-
ſarii Scac. *d. q.* 11. *nu.* 200. *verſ. aut enim*, cum aliis allega-
tis ſupra, *verſ ſed de ſtylo Curiæ, num* 591.

598 Cæterum ſi executoriales fuerint in Rota decrete non
ſervatis dd. quatuor terminis, erunt invalidæ ſimiliter
ex ſuperius allegatis.

599 Sed hoc non procedit, quando adeſt res judicata ob non
interpoſitam appellationem infra legitima tempora, &
in actis claré conſtat de re judicata, quia à die latæ ſen-
tentiæ parte perſonaliter citata, vel aliàs à die ſcientiæ,
uſque ad diem appellationis interpoſitæ, undecim, vel plu-
res dies effluxerunt, Rota *in nullius juriſdictionis Mercu-rii* 12. *Novembris* 1550. *coram bo mem. Achile de Graſſis*,
quam refert, & ſequitur Mandoſ *in* 3. *form Commiſſ.* 13.
in verbo, citatione præcedente, verſ. igitur primo quæro,
ibi *concluſerunt R. P. DD. de Rota*, Scacc. *de Appel. q.* 11.
num, 201. *fol*, 227.

600 In caſu etiam, quo cauſa commiſſa fuerat appellatio-
ne remota, ſi dicti quatuor termini, pro executione ſen-
tentiæ latæ in negocio principali, in qua adſit condemna-
tio in expenſis fuerunt ſervati, deſerviunt pro expenſis, &
ſufficit ſola citatio ad videndum taxari, & moderari
expenſas, Veſtr. *in prax. lib.* 8. *cap. ult. num.* 5. Duran.
dec, 130. *nu.* 2. Ferentill. ad Burrat. *dec.* 921. *num* 18.

Victus tenetur Victori ad expenſas, *l. properandum*, *§. ſi-* HH
ve autem alterutra, & ibi DD. C. *de jud. l. eum quem temere*, 601
ff. de jud. & ibi D D. Stat. *Vrb. l.* 1. *cap.* 196. Covar. *pract.*
d. cap. 27. Rebuf. *de damn. expenſ. & intereſs. art.* 2. *gloſ.* 1.
num. 7. *& ſeq.* Rot. *dec.* 730. *num.* 3. *part.* 5. *diverſ. & dec,*
370 *num.* 9. *part.* 5. *recent.* Bucatt. *dec.* 921. *num.* 1. Du-
ran. *dec.* 313 *num.* 9.

Solet tamen victus ab expenſis excuſari, quando ha- 602
buit juſtam cauſam litigandi, *l. qui ſolidum*, *§. etiam ff. de leg.* 2. Jaſ. *in l. properandum*, *§. ſive autem alterutra*, *num.*
3. *& num.* 8. *C. de judic.* Pariſ. *conſ.* 643. *lib.* 3. Alex. *conſ.*
37. *num.* 34. *l.* 2 Nat. *conſ.* 142. *num.* 24. Aſin. *in prax. §.*
2. *lim.* 1. *num.* 1. *& ſeq.* Veſtr. *in prax. lib.* 8. *cap.* 2. *num.*
10. & ibi Gravat. *num.* 20. *& ſeq* Put. *dec.* 373. *num.*
1. *l.* 1. *in correct.*

Sed hoc primò non procedit, quando expenſæ petuntur 603
jure actionis ex ſtipulatu, vel aliàs, quia tunc juſta cauſa
ab eis excuſat, Gloſ. *in §. oportet*, *in verbo ſolo*, *ibi ni-ſi ſint petitæ*, *in auth. de judic.* Jaſ. *in l. properandum*, *§. ſi-ve autem*, *num.* 3. *verſ. niſi tales*, *& num.* 4. *C. de judic.*
Cephal. *conſ.* 265. *num.* 25 *lib.* 2. Alex. *conſ.* 37 *num.*
34. *l.* 2. Nat *conſ.* 143 *num* 9. *lib.* 5. Aſin. *in prax. §.* 32.
in ſublimit. 1. *ad primam lim num.* 1. *& ſeq & limit.* 3. *num.*
3. *verſ modo ſtante*, Luc. Pet. *in prax. lib.* 9. *cap.* 1. *tit. de Expenſ. num.* 1. *& ſeq.* Covar. *pract. quæſt. cap.* 27. *num.*
3. *verſ. hæc tamen ſexta limitatio*, Card. Tuſc. *lit. E. concl.*
625. *num.* 85. Fenzon. ad Statut. *Vrb. cap.* 196. *num.*
55. *& num.* 45.

Quinimò quando quis ad expenſas ex ſtipulatu, ut ſu- 604
pra, vel etiam in forma Cameræ ſe obligavit, tenetur
ad illas, etiam ſi non fuerit in expenſis condemnatus, Fe-
deric. de Sen. *conſ* 139. *verſic. ſi vero Expenſæ*, *in fin.* Co-
var. *pract. q.* 2. *cap.* 27. *num.* 5. *verſ ſed & vera ſunt*, Luc.
Pet. *in prax. d l.* 9. *tit de expenſ. num.* 2. Card. Tuſc. *lit.*
E. concl. 628. *num.* 20.

Nam condemnatio requiritur, quando debent expenſæ 605
officio Judicis, quæ regulantur juſta tea. *in l. terminato*,
C. de fruct. & lit. expenſ. ſecus quando debentur, petuntur
vigore obligationis Cameralis, vel aliàs jure actionis,
quia tunc proceditur per viam relaxationis mandati via
executivæ, etiam ſi in ſententia, ſeu mandato in principali
negocio obtento de expenſis nulla fuerit facta mentio, Sa-
luſt. Tiber. *lib.* 4. *cap.* 44. *num.* 1. Prout etiam magiſtra-
liter diſtinxit Rota *in Romana expenſarum*, *Lunæ* 26.
Martii 1654 *coram bon mem. Patriarcha Manzanedo* & quo-
tidie in A. C. Tribunali obſervat praxis.

Et hæc vendicant ſibi locum, ſive lis ſit finita per ſen- 606
tentiam, ſeu relaxationem mandati, ſive per tranſactio-
nem, ſive per quietiantia, nam promiſſa, & debita jure
actionis ſemper peti poſſunt, *l Mulier §. ſi rem ubi gloſſ.*
in verbo fortaſſis, *de leg* 3. Rodet. *ad dec.* Guidopap. *dec.*
55. Capell. Toloſ. *dec.* 5 Aſin *in prax. §.* 32. *amplia.* 12.
num. 1. laté Luc Pet *in prax. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 8.

Secundò non procedit, quando quis ſtatim ac videt ſe 607
malum jus ſavore, non cedit liti, & non agnoſcit bonam
fidem, ſed perſeverat uſque ad finem, nam tunc veriſi-
mile eſt quod etiam ſi à principio habuiſſet notitiam veri-
tatis, & ſe malum jus ſavore, nihilominus temerè litigaſ-
ſet prout poſtea fecit. & experientia rerum magiſtra do-
cuit Dec. *conſ.* 140. *in* 2. *dubio*, Roman. *ſing.* 401. Dec.
in l. quis in alterius, *ff de reg. jur.* Rebuff. *de damn. ex-penſ. & intereſſ gloſſ.* 1. *num.* 14. *& ſeq.* ubi quod ita obſer-
vat uſus forenſis Cuman. Bald: Novell. *& alii* quos refert,
& ſequitur Cardin. Tuſc. *tom.* 3. *concl.* 638. *num* 4. Gui-
dop. *deciſ.* 436 *num.* 56. *verſ. ſed pone*, *per l ſi quis inficia-tur*, *ff. depoſ. & l cum quem temere in princip. de jud.* ubi
etiam ſubdit, quod ita tenet Bartol. & ſervat Curia Par-
lamenti in judicando.

Tertiò non procedit in Curia, & ſupremis Tribuna- 608
libus, nàm in illis juxta cauſa litigandi non attenditur,
dum quis ſuccubuit, prout exemplificando in Tribunali
Rotæ, tradit Caſſad *d. dec.* 12. *num.* 2. *de reſcript.* Veſtr.
lib 8. *cap.* 2. *num.* 10. Charta *dec.* 1. *num.* 4. Verall. *dec.*
340. *num.* 4. *part.* 1. Put. *deciſ.* 373. *num.* 2. *lib.* 3. *in cor-rect.* Rot. *deciſ* 352. *num.* 4. *part.* 1. *diverſ.* Coccin.
dec. 56. *n.* 6. Buratt. *dec.* 449. *num.* 8. Ferentill. ad Buratt.
dec. 922. *num* 9. niſi † quando Sententia ex noviter de-
ductis veniret revocanda, nam tunc, qui illa obtinuerat
excu-

Digitized by Google

excuſaretur ab expenſis, etiam in ſupremo Tribunali, Veſtr. *in prax. d. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 10. Verall *d. dec.* 340. *num.* 4. Coccin. *dec.* 56 *num.* 6 Cavaler. *dec.* 191. *num.* 3.

610 Rot. *dec.* 730. *num.* 1 *p.* 1. *diverſ. ubi ſub num.* 2. dicitur, † quod hoc non habet locum, quando is, qui obtinuit Sententiam pro ſe fuit mendax, tunc enim propter mendacium condemnandus eſt in expenſis, etiam ſi Sententia ſit revocanda ex noviter deductis, ut per Aſin. *in Prax.* §. 32. *cap.* 2. *ampl* 21 & Afflict. *dec.* 126. *in fine*.

611 Quæ autem ſint iuſtæ cauſæ litigandi, tradunt late Jaſ. *in d. l properandam*, §. *ſive autem alterutra*, *num.* 7. & *ſeqq. C. de jud.* Aſin. *in Prax.* §. 31. *cap.* 1. *lim.* 2. & *ſeq.* Carpan. *ad* Stat. Mediolani *cap.* 55. *in verbo propter iuſtam cauſam*, *num.* 112. ubi decem, & ſeptem cauſas enumerat, Menoch. *de arbitr. Iud. caſu* 177 Lanfranc. *in c quoniam contra*, *num.* 682. & ibi Adden *ſub lit. A. de probat.*

612 Sed quando quis fuit victus in cauſa non præſumitur habuiſſe aliquam iuſtam cauſam litigandi, Galgan. ad *Stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 196. *col.* 7. *num.* 50. & ibi etiam Fenzon. *ſub num.* 56. plures cumulat auctoritates.

613 De iure autem expenſæ non debentur niſi in fine litis, Verall *dec* 341 *part.* 1. Cavaler. *deciſ.* 191. *num.* 2.

614 Sed hoc non procedit in expenſis factis in cauſa attentatorum, nam cum attentata ſint in primis, & ante omnia purganda expenſæ in cauſa attentatorum factæ non ſolum ſunt taxandæ ſed etiam reficiendæ, antequam de negocio principali cognoſcatur, *c bonæ de appell.* Rota *dec.* 5. *de dol & cont. in nov.* & *dec.* 37. *de Sent. & re iud. in antiq.*

615 Aſin. *in Prax.* §. 32 *cap.* 16. *fol.* 219. niſi † ſint expenſæ extraiudiciales factæ ab eo, qui paſſus eſt attentata, nam tunc ſufficit depoſitum unius iulii, cum oblatione ſolvendi reſiduum, poſtquam de illis conſtiterit, & facta liquidatione, Angel. *in leg.* 4 §. *ait Prætor ff. de re iud.* Greg. *deciſ.* 503. *num.* 1.

616 Ad validitatem taxationis expenſarum requiritur liquidatio Notarii actuarii, & citatio ad videndum taxari, in qua iudicialiter relata conſuevit Iudex apponere manum ſcribendo, *Taxamus*, ſubinde exhibita Cedula expenſarum, quas Notarius, abſque expenſis Procuratoris, & Advocati, liquidavit, ſolet Iudex iuſta ſummam liquidatam, niſi aliter ei viſum fuerit, taxare, ut per Sal. Tiber. *l.* 2. *cap* 44 *num.* 3.

617 Et ulterius poſtquam expenſæ ſunt ut ſupra, liquidatæ, & taxatæ requiritur, etiam iuramentum Partis ſuper illarum veritate, & quantitate, ac demum Sententia liquidatoria, ſeù decretum Judicis, *cap. conſtitutis*, *de Procur. gloſ. in cap. cum veniſſet*, *in verbo reſtitueret*, *de eo qui mitt. in poſſ gl. in cap* 1. *in* §. *adiicientes in verbo docuit*, *de elect in* 6. Veſtr. *lib.* 8. *c. ult. num.* 15. Aſin. *in Prax. d.* 32. *cap.* 7. Ferentill. ad Burat. *dec.* 921. Fenzon. *ad Stat Vrb l.* 1. *cap.* 196. *num.* 115 & *ſeq.* Duran. *dec.* 385. *num.* 7 Rot. *dec.* 177. *num* 3 *p.* 7. *rec.* aliàs ſine dicto iuramento taxatio eſt nulla, *l. Sancimus. C. de iud. c. cum veniſſent*, *ubi gl. in verbo reſtituere*, *de eo, qui mitt. in poſſ.* Veſt *lib.* 8. *cap. ult. num.* 15. & ibi Gravat. *num* 36. Ferentill. ad Burat. *dec.* 921. *n* 22. Rota *dec* 177. *n.* 4. *part.* 7. *recent.*

618 Sed hoc iuramentum de ſtylo Notariorum extenditur in termino ad videndum taxari, & moderari, expenſas, & taxatio valet, licet dictum iuramentum aliunde de per ſe non appareat, Veſt. *lib.* 8. *c. ult. num.* 15. Ferentill. ad Burat. *dec.* 921. *num* 22. Rot. *dec.* 177. *num.* 5. *part.* 7. *rec.* ubi quod de Stylo Curiæ dictum Juramentum non præſtatur apparenter.

619 Verum hoc non procederet in aliis expenſis quæ eſſent factæ extra litem, nam tunc ſi illæ eſſent taxandæ, neceſſè eſſet, quod Juramentum huiuſmodi præſtaretur apparenter, Rot. *d. dec.* 177. *p.* 6. *recent.*

620 A taxatione autem expenſarum non datur appellatio, *l. fin. ibi vel minus quam oportuerat iuſſu eſt*, *ubi* Bart., *num.* 2 *C. quando provoc. non eſt neceſſ.* quia eſt executio, à qua appellare non licet Veſt. *in Prax. lib.* 7 *cap* 3 *num.* 9. Gravat. ad Veſt. *lib.* 8 *c ult nu.* 35 Scac. *de appel q.* 17. *lim* 10. *n.* 58.

621 Sed bene licet appellare à condemnatione in expenſis, Scacc. *de appell. q.* 17. *l* 21. *num.* 56. niſi Judex condemnaſſet in expenſis, decem diebus elapſis poſt latam Interlocutoriam in iudicatum tranſactam, vel niſi expenſæ eſſent contumaciales, vel denique niſi condemnatio eſſet facta in ultima Sententia, quæ inducit rem iudicatam, quod ſignanter procedit de Stylo Curiæ, ſeu vigore Statuti Vrbis, Scacc. *d q* 17. *lim.* 21. *n* 65. & *ſeq. n* 72. & *ſeqq.*

622 Prout etiam datur appellatio ab exceſſiva expenſarum taxatione, *l. ab executione*, *C. quorum appell. non recip.* Veſtr. *in Prax. lib.* 7. *cap* 3. *num.* 9. Gravat. ad Veſtr. *lib.* 8. *c. ult. num.* 36. Ferentill. ad Buratt. *d. dec.* 921. *num.* 19. Saluſt. Tiber. *d. lib.* 2. *cap.* 44 *num.* 4. & *ſeq.* Rot. *dec.* 100. *n* 30. *verſ obſtat*, *p.* 1. *diverſ.* & *dec.* 221. *n.* 4. *p.* 7 *recent.*

623 Sed non valet appellatio, niſi in ea exprimatur quantitas exceſſus, vel alia iuſta cauſa, Clem. *appellanti de appell.* Veſt. *in Prax. lib.* 7. *cap.* 3. *num* 12. Gravat. ad Veſtr. *lib* 8. *cap. ult. num.* 36 Fenzon. *ad Stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 196. *num.* 105. Ferentill. ad Buratt. *d. dec.* 921. *num* 20. Rota *dec.* 100. *num.* 30. *verſ. non obſtat p.* 1. *diverſ.* Duran. *dec.* 150. *num* 3.

624 Non tamen eſt licitum ab huiuſmodi exceſſivitate appellare, niſi ſemel. Veſtr. *d. l.* 7. *cap.* 3. *num.* 12. Scacc. *de appellat. q.* 17. *lim.* 10. *num.* 69. Pius VI. *Conſtit.* 83. *In trono*, § & *à liquidatione*, *ſecun. antiq. impr.* Paul. V. *in reform. Tribun. Vrb. Conſt.* 71. *Vniverſi agri*, §. *à liquidatione.*

625 Non omitto, quod ſuccumbens ex iuramento iudiciali & litis deciſivo tenetur ad expenſas DD. *in l admonendi, ff. de iureiur.* Rebuf. *de expenſ. damn. & intereſ. art.* 1. *gl* 1. *n* 18.

626 Sed non ſic ad illas tenetur Succumbens ex iuramento ſuppletorio Actori delato, nam tunc Succumbens non condemnatur in expenſis, Bald. *in Auth. generaliter*, *n.* 8. *C. de Epiſc. & Cleric.* Alex. *conſ.* 183. *num.* 15. *lib.* 6. Marſil. *ſingul.* 485. *Nemini*, Lanfranc. *in c. quoniam contra*, *n.* 682. *ante fin. de probat.* Rebuff. *de expenſ. damn. & intereſſ. art.* 1. *gloſſ.* 1. *n* 28.

627 Sed eſt diſtinguendum, Nàm aut Reus ſuccumbens ex Juramento ſuppletorio habet ſaltem unum Teſtem, vel aliquam præſumptionem pro ſe, & tunc non tenetur ad expenſas *ex prææallegatis*, aut non habet aliquem Teſtem, ſeu aliquam præſumptionem pro ſe, & tunc, aut agitur de eius facto proprio, & condemnatur in expenſis, nàm nimis temerè litigavit non habens aliquam coniecturam pro ſe; Bald. *in dict. Auth. generaliter*, *num.* 8. *C. de Epiſc. & Cler.* Alex. *d. conſil.* 183 *num.* 15. *lib.* 6. Lanfranc. *in d. cap. quoniam contra n.* 682. Marſil. *d. ſingul* 485. Aut agitur de facto alieno, & tunc excuſatur ab Expenſis, Bald. *in dict. Auth. generaliter*, *num.* 8. *C. de Epiſc. & Cler.* Lanfranc. *in d. c. quoniam contra n.* 682. *de probat.*

628 Judices ordinarii, prout ſunt A.C. Vicarius, Gubernator, & ſimiles, poſſunt exequi eorum Sententias in judicatum tranſactas, abſque alia exequutoriali, & Commiſſione ſpeciali, Maran. *de ord. iud. part.* 4. *prin. diſtin.* 5. *num.* 43. Saluſt. Tiber. *in Prax lib.* 2. *cap.* 25. *n* 6 Scacc. *de appell q.* 11. *n.* 173. *verſ. Contraria*, & *n.* 174.

629 Secus eſt in Judicibus delegatis, quia iſti ſine ſpeciali Commiſſione, eorum Sententias executioni demandare minimè poſſunt, *l. à divo Pio in princ. ubi* Bart. *num.* 14. & *alii*, *ff. de re iud.* Maran. *de ord. Iud p* 4. *prin. diſt* 5. *n.* 43. *fol.* 41 Felin. *in c. ſi quis contra*, *num.* 6. *verſ.* Gl. *penul. de for. compet.* & *in c. ſignificaſti*, *num.* 1. *ubi de commani*, *de offic. de leg.* Scacc. *de appell. q* 11. *num.* 179 etiam ſi delegati ſint Judices ordinarii, Scacc. *q.* 11. *num.* 117. *verſ. extende ſecundo.*

630 Sed hoc Primò non procedit in Delegato à Principe, *l. fin. in fin C. de iudic. cap. quærenti de offic. Deleg. c. ſignificaſti*, *ubi* Gloſ. *in verb. ordinarius*, *de offic. Deleg.* Bart. *in l. à divo Pio*, *in prin. num* 2 *ff. de re iudic.* Maran. *de ord. iud. d. part. princ. diſt.* 5. *num.* 43. Mandoſ. *de Commiſſ. form* 23. *in verbo cauſarum Auditori*, Saluſt. Tiber. *lib.* 2 *cap* 25 *num* 6. Fenzon. *ad Stat. Vrb. l.* 1. *cap.* 196. *num* 68. & *ſeq* ubi quod hoc locum ſibi vendicat tam de

631 Jure Canonico, quàm de Jure Civili, & habet annum ad exequendum ſuam Sententiam, *c. quærenti*, *de offic. delegat.* Bart. *in l. à divo Pio*, *in prin. nu.* 2. *de re iud* Rot. *dec.* 39. *de re iud in antiq.* Caſſad *dec.* 3. *n.* 3 *de dol. & contum.*

632 Verumtamen hæc fallentia poteſt habere locum extra Curiam, nam in Curia Delegatus Papæ non exequitur ſine Commiſſione executoriali ob præſentiam Principis, Saluſt Tiber. *in Prax. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 6. etiamſi Delegatus eſſet Auditori Rotæ, Mandoſ. *de Commiſſ. in d. form* 23. *in verbo cauſarum Auditori verſ. contrariam concludendum*, Rot. *dec.* 39. *de re iud. in antiq.* Caſſad *dec.* 13. *n.* 4.

de.

Digitized by Google

de reſcipt. & dec. 3. num. 3. in fin. de dol. & contum. Scacc. *de appell. q. 21. num. 175.*

633 Secundò hodie non procedit in Auditoribus Rotæ, nam,
quicquid ſit de Jure communi, & antiquo ſtylo Curiæ ex
præallegatis, hodie Auditore Rotæ habent ampliores fa-
cultates, quam antea ut advertit, Scacc. *d. q. 21. nu. 175.*
in fin. Nam Pius IV. *in ſua conſtit. 83. in tomo 5. 1. fol. 771.*
ſecun. antiq. imp. conceſſit Auditoribus Rotæ facultatem
exequendi eorum Sententias, abſque nova Commiſſione,
prout Iudices ordinarii exequi, & facere valent, quod fuit
etiam confirmatum *ex reform. Sanctiſſimi ſub tit. de Aud.*
Rot. *verſ poſſit etiam Auditor.* Paul. V. *Conſtit. 71. Vniverſi*
agri, Buratt. *dec. 94. num. 7. & dec. 890. numer. 1.* Duran.
dec. 190. num. 9.

634 Tertiò non procedit extra Curiam in Delegato Papæ
qui poteſt exequi ſuam Sententiam ſine alia ſpeciali Com-
miſſione *Quærenti de offic. Deleg.* Scacc. *de appell. q. 21.*
num. 178. cum aliis allegatis ſuper *verſ. ſed hoc Primo non*
procedit, *num. 630.* quia ceſſat tunc ratio præſentiæ Prin-
cipis de qua ſupra *in verſ Veruntamen*, *num. 632.* Scacc. *d.*
q. 21. num. 78.

635 Quartò non procedit in Auditore R. C. A. nam quic-
quid dicat Scacc. *d. q. 11. num 174. verſ. ſecus autem & nu.*
167. verſ. ſub reſtringe ſecundo, hodie A. C. habet facula-
tem exequendi ſententias latas per quoſcumque Iudices ſi-
vè Eccleſiaſticos, ſivè Sæculares, ſivè ordinarios, ſivè
Delegatos, ſivè Sedis Apoſtolicæ legatos, ſivè in Curia,
ſivè extra Curiam, prout latiùs legitur in eius ordinarii
facultatibus, Gregor. XII. *Conſt. 55. ad generis ſecun. an-*
tiq impreſſ. Gregor. XIV. *in Conſt. generis*, *apud* Saluſt.
Tib. *impreſſ l. 4. & noviſſime* Paul. V. qui dat ei etiam di-
ctam facultatem exequendi dictas ſententias latas extra
636 Curiam, *Conſt. 28. Eximinæ in §. 15.* & † ſicut poteſt
exequi ſententias aliorum, ita etiam poteſt exequi ſenten-
tia proprias, ſivè proceſſerit ut Ordinarius, ſivè ut Dele-
gatus, nam quo ad huiuſmodi exequutionem, attentis eius
ordinarii facultatibus, habetur ut Ordinarius, *ex allegatis*
ſupra lit. GG. *verſic. ſed hac commiſſione A. C. non indiget*, *n.*
593. Saluſt. Tiber. *d. lib 2. cap. 25. n. 6.* Tradita verò per
Scacc. poſſunt procedere in aliis, qui non habent has ordina-
rias facultates, & illis circumſcriptis.

637 Cauſa autem appellationis deſerta, & quando eſt
alias executioni locus ſit executio rei iudicatæ aliquando à
Judice à quo, aliquando verò à Judice ad quem, nam ſi
cauſa Appellationis alteri non ſit commiſſa, executio ſit
à Iudice à quo *lib. 2. ubi* Gloſs. *in verb. executioni, C.*
638 *de tempor. Appell.* Sal. Tib. *l. 2. c 24. num. 14.* Sed † ſi
cauſa Appellationis ſit coram aliquo Iudice Appellatio-
nis ordinario, prout coram A. C. introducta in Curia,
& ille inhibuit, tunc inſtante lapſu biennii, ſi facta
non fuerunt tranſportata coram eo, citatur pars ad vi-
dendum moderari Inhibitionem, attento lapſu biennii,
& obtento decreto moderationis, niſi infra quindecim,
aut aliud tempus Judici beneviſum, ſi acta adhuc in dicto
termino non fuerit traſportata, utique exequutio fiet à Iu-
dice à quo, actis verò tranſportatis A. C. cognoſcit de meri-
tis cauſæ, & vel confirmat, vel revocat, vel exequitur
Sententiam Iudice à quo, ſervatis de iure ſervandis, pro-
ut Juſtitia expoſtulat, niſi cauſa fuerit Alteri commiſſa,
ut quotidie ſervat Praxis.

639 Cæterum cauſa Appellationis introducta in Curia co-
ram aliquo Judice vigore Commiſſionis tunc inſtante lapſu
biennii, ſi acta fuerunt coram eo tranſportata, obtinetur
Commiſſio exequutorialis, & ſervatis terminis ſeruandis,
de quibus ſupra *lit. GG. verſ. aliquando*, *numer. 59.* ſit
exequutio a Judice ad quem, iuxta formam Commiſſio-
nis, Gloſ. *in cap. Paſtoralis*, *§. Præterea*, *in verbo diſ-*
ſcuſſa, *de offic. Deleg.* Veſt *lib. 8. cap. ult. n. 9. verſ. ſed hodie*,
Saluſt. Tiber. *in Prax. lib. 2. c. 25. numer. 14.* Scacc. *de ap-*
pell. q. 21. numer. 1. 72.

640 Quod ſi acta non fuerint tranſportata, quia ob non tran-
ſportationem actorum cauſa remanet deſerta, Marcheſ.
de Commiſſ. ſuper deſert. p. 2. §. 1. n. 16 fol. 70. inſtante
641 † lapſu biennii, obtinetur committi eidem Judici ad
quem, ut præfixo Parti adverſæ aliquo brevi, & compe-
tenti termino ad traſportandum acta, illo elapſo, & actis
integris non tranſportatis, ſuam moderetur inhibitionem
Marcheſ. *de Commiſſ. ſuper deſert. p. 2. §. 1. num. 21. fol. 70.*

Actis † verò tranſportatis, præfixo eidem Adverſario alio 642
brevi, & competenti termino ad docendum de appellatio-
ne, eiuſque legitima proſecutione, & cauſis reſtitutionis
in integrum, nihil quod relevet, docto, Expenſas taxet,
& moderetur, & exequatur, ut ſupra dictum fuit; *ſub lit.*
GG. numer. 592.

Et ſi pars citata, ad dicendam contra commiſſio- 643
nem in termino poſtea, iuxta formam Commiſſionis,
præfixo, acta non tranſportaverit, moderata inhibitione,
executio erit facienda à Judice à quo, alias ſecus, *ex præ-*
allegatis.

Illud non omitto, quod commiſſio præfixionis termi- 644
ni ad tranſportandum acta non ſolet obtineri, niſi per men-
ſem circiter ante lapſum biennii, vel biennio elapſo, ut quo-
tide obſervatur in Curia.

Statum Vrbis de duabus conformibus, *lib. 1. cap. 180.* LL.
eſt deciſorium, & obſervatur in omnibus Curiis, etiam co- 645
ram A. C. & in Rota inter cives, & incolas, & Diſtrictua-
les, Scacc. *de appel. q. 18. num. 12.* Fenzon. *ad Stat. Vrb. d.*
lib 1. c. 180. n. 4. Rot. *dec. 452. in prin & n. 1. p. 1. diverſ. &*
poſt. Pacif. de Salu. *dec. 237 nu. 2. & poſt* Fenzon. *ad Stat.*
Vrb. dec. 3. Coccin. *dec. 427. n. 2* Caval. *dec. 387 n. 2.* Rot.
dec. 137. n. 2. p. 5. & dec. 292. n. 4. p. 6. recen.

Vndè *Clem. ut calumniis*, *de re jud.* diſponens, tres ſen- 646
tentia conformes eſſe exequendas, non obſtante obie-
ctiones nullitatis, habet locum pariter in duabus con-
formibus, quæ vigore Statuti conſtituunt rem iudica-
tam, & habent vim trium, Fenz. *ad Stat. Vrb. d. c.*
180. n. 5. ubi quod ita tenent Authores graviſſimi Bu-
ratt. *dec. 130. n. 3.*

Et cum ſit Statutum Papalem, comprehendit etiam cle- 647
ricos Romanos & Diſtrictuales, Rot. *dec. 552. numer 2.*
p. 1 diverſ & in Romana Hæreditatis, *ſeu Cenſus*, *8. Iu-*
nii 1588. coram bon mem Card. Platta, Nam † Diſtri- 648
ctualium appellatione veniunt etiam Clerici, ſicut ap-
pellatione civium veniunt etiam Monachi, Alex. *in*
l. in Provinciali, *§. ſi in publico*, *numer 12. de nou. oper.*
nunc. Felyn. *in Eccleſia Sanctæ Mariæ*, *num 69. verſ.*
3. quæro de Conſt. quinimò † Clerici veniunt etiam ap- 649
pellatione Civium, ſicut Monachi, Alex. *in d. §. ſi*
in publico, *numer. 11. & numer. 12.* ubi de communi
opinione teſtatur.

Præterea dictum Statutum comprehendit etiam Ci- 650
vitates in diſtrictu Vrbis exiſtentes, Seraph. *dec. 1161.*
Cavaler. *dec. 616. num. 2.* & tanquam Papale etiam
perſonas Eccleſiaſticas, & Eccleſias, Rot. *deciſ. 380.*
numer. 1. & ſeq part. 1. recent. & poſt Fenzon. *ad Stat.*
Vrb. & dec. 1. & dec. 3. Cavaler. *d. dec. 616. numer.*
3. & ſeq. Buratt. *deciſ. 577. numer. 2. & ſeq.* & Cle-
ricos, & Prælatos Rot. poſt Fenzon. *d. dec. 3.* & Col-
legia, Vniverſitates, & Capitulum, Rot. *dec. 380. nu.*
2. part. 1. recent. Beltram. ad Greg. *dec. 576. numer.*
18. Rota poſt Fenz. *ad Stat. Vrb. dec. 1.* Cavaler. *dec.*
567 numer. 2. & Societates, Hoſpitalia, Collegia, &
perſonas, & bona Eccleſiaſtica, Rot. *poſt* Fenzon. *ad*
Stat. Urb. dec. 2.

Et multò magis comprehendit Incolas, Rota *in dict.* 651
Romana Hæreditatis coram bon. mem. Card. Platto, & dec.
537. numer. 2. p. 5. recent. ubi ſub nu. 11. dicitur, quod Cu-
rialis, Scolaris, & præfactus Arcis dicuntur Incolæ ex co-
habitatione decennali; ſi concurrunt emptio bonorum, &
contractus Matrimonii.

Et Diſtrictuales qui ad hunc effectum fuerunt judicati 652
qui habitarunt in diſtrictu Vrbis infra 40. milliaria per ſpa-
cium decem, & octo annorum, Cæſar. de Graſſ. *deciſ. 51.*
de probat.

Non tamen hoc Statutum comprehendit Exteros, cum 953
ex illius diſpoſitione ſit tantum ſervandum inter Cives, In-
colas, & Diſtrictuales in omnibus Curiis, etiam in Rota,
Scacc. *de Appell. q. 18. n. 12.* Rot. *dec. 452. num. 1. & n. 6.*
p. 1. diverſ.

Cæterum Judex ad quem, quod ad proceſſum fabrica- 654
tum coram Judice à quo, & admiſſionem appellationis,
debet obſervare Statuta ordinatoria Iudicis à quo, Scacc.
d. q. 18. numer. 1. & ſeqq. & numer. 10. illat. 2. quo verò † 655
ad proceſſum factum coram judice ad quem, ſunt ſer-
vanda Statuta ordinatoria judicis ad quem Scac. *d. q.*
18. numer. 13 & ſeqq.

Et ſi-

656 Et ſicut clauſula, *conſtito de tribus conformibus* intelligitur
de validis, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re jud.* Marcheſ. *de
Commiſſ. null. ſanat. p. 3. §. 4. n. 29. fol. 142. & ſeqq.* Mart. *de
Clauſ. part 1. clauſ. 19. num. 11.* ubi Rota deciſiones cumu-
lat, & *clauſ. 163.* Mareſc. *var. reſolut. lib. 1. cap. 86. n. 30.*
Ferentill. ad Buratt. *dec. 577. n. 7.* Rot. *dec. 39. n. 1. p. 7. rec.*

657 Ita etiam Statutum de duabus conformibus debet intelligi
de juſtis, & validis, Rot. *dec. 662. n. 3. part. 1. recent* Fe-
rentill. ad Buratt. *d. dec. 567. n. 6* Rot. poſt Fenzon. *ad Stat.
Urb. dec. 2. verſ. data enim*, ubi quod Statutum præſup-
ponit hanc validitatem, & juſtitiam Sententiarum, Du-
ran. *dec. 199. n. 13.* Rota *dec 292. n. 10. p. 6. rec.*

MM Quoniam in Curia, Appellatione interpoſita à defini-
658 tiva, Judex reſpondendo de Apoſtolis ſæpè ſolet dare Re-
verentiales in forma, quo caſu appellans habet tantum-
modò terminum decem dierum ad committendam cauſam
appellationis, *ex allegatis ſupra lit. F. verſic. Reverentiales
in forma, n. 159. & ſeqq.*

659 Ideò ad appellationis deſertionem evitandam, de Stylo
Curiæ introductum fuit, ut ſufficiat in d. termino docere
de impedimentis, vel diligentiis in committendo Appel-
lationis cauſam, Veſtr. *in Prax lib. 3. c. 5. num. 4. lib. 7.
c. ult. num. 5.* Beltram. ad Greg. *dec. 573. num. 14.* Feren
till. ad Buratt. *dec. 764. lit. A.* Creſc. *deciſ. 8. num. 5 de ap
pellat.* Caſſad. *dec. 4. de appell.* Buratt. *dec. 571. n. 6.* Rota
*in Romana Nullitatis deliberationis 16. Junii 1641. coram R.
P. D. Ghiſilerio.*

660 Ob id ſicuti in Appellationibus, quæ in partibus interpo-
nuntur, ſufficit in termino præfixo arripere iter ad Cu-
riam, ita in appellationibus interpoſitis in Curia, quæli-
bet diligentia in termino ad cauſam committendam ad-
hibita, ſufficiens eſt, Veſtr. *d. l. 7. c. ult. num. 5.* Creſcen.
d. dec. 8. num 3. & ſeq. de appell. Caſſad. *d. dec. 4. de ap
661 pell.* Put. *dec. 228 lib. 1.* Buratt. *dec. 171. num. 6.* nam † di-
cti decem dies dantur non ad proſequutionem appellationis
finiendam, ſed tantùm inchoandam, Creſ. *d. dec. 8. nu.
3 & ſeq.* Caſſad. *d. dec. 4. de appell.* Marchel. *de commiſſ.
662 ſuper deſert. cauſ. p. 2. §. 1 num. 38. fol. 72.* & † in dubio ſem-
per eſt pronunciandum pro non deſertione, prout facit
Rota juxta doctr. Caſtr. *in l. 1. num. 3. ff. ſi quis caut.* Creſ.
d. dec. 8. num. 2. Caſſad. *d. dec. 4. in fin. de appell.* Buratt.
dec. 226. num. 17. Rot. *in Romana nullitatis deliberationis,
6. Junii 1642. coram R. P. D. Ghiſilerio.*

663 Ad docendum autem de hujuſmodi diligentiis ſat eſt adi-
re Eminentiſs. Signaturæ Præfectum, vel Eminentiſſi-
mum Vicecancellarium, ſeù ejus Locumtenentem, vide-
licet Illuſtriſſimum Regentem Cancellariæ, Creſcent. *d.
dec. 8. num. 15.* Caſſad. *dec. 4. n. 2. de appell.* & exhibere
in actis fidem alterius illorum de dictis diligentiis, Lancell.
de Attent. appell. pend. in præfat. cap. 12. num. 65. & ſeqq.
vel fidem Prælati Signaturæ, vel Reviſoris, quod Com-
miſſio fuit in tempore præſentata, Buratt. *d. dec. 171. n. 6.*
Ferentill. ad Buratt. *d. dec. 764. lit. A. n. 3.*

664 Et quando eſt cauſa diſcutienda in plena Signatura, ſuffi-
cit fides Prælati Ponentis, qui atteſtetur, ſe commiſſionem
habere in manibus in Signatura proponendam, Buratt. *d.
dec. 171. n. 6.*

665 Solet autem, ut plurimum, ad docendum de dictis dili-
gentiis, Præſentari Præfecto Signaturæ, vel Vicecan-
cellario, aut ejus Locumtenenti, ſcilicet Regenti Can-
cellariæ, copia commiſſionis ſignandæ, in qua alter ex
iſtis, & ut plurimum Regens Cancellariæ, ſolet diem
præſentationis in copia commiſſionis ſibi in termino exhi-
bitæ manu propria apponere, verbi gratia, *præſentata
die prima Junii*, quæ quidem copia ſic ſubſcripta appella-
tur Præſentata, & eſt tantæ virtutis, ut facta infra termi-
num Reverentialium in forma, & in actis Judicis à quo
producta, excuſet à deſertione Appellationis, non obſtan-
te lapſu decendii, Veſtr. *in prax lib. 3. c. 5. n. 4. & lib. 7. c. ult. n.
5.* Lancell *de Attent. appell pend. c. 12. in præfat. n. 65. & ſeqq.*
Marchel. *de offic Vicecanc. & Cancell Regen. p. 1. c. 4. n. 28. fol.
181. & de Apoſt. petit & conceſ. p. 2. c. 1 n. 35. fol. 6.* Scacc. *de ap-
pell q. 14. n. 36.* Creſc. *dec. 8. n. 5. de appell.* Caſſad. *d. dec. 4.
de appellat* Beltram. ad Greg. *dec. 573. n. 14.* Ferentil. ad
Buratt. *dec. 764. n. 3*

666 Et prorogat præſentata tempus ad committendam Appel-
lationis cauſam per menſem, à die, qua Cancellariæ Re-
gens in ea, ut ſupra manum appoſuit, Marcheſ. *de offic.
Vicecancell. & Cancell. Regen. p. 1. c. 4. n. 28. fol. 181. & de com-
miſſ. ſuper deſert cauſ. p. 2. §. n. 39. & num. 40. fol. 72.* Lan-
cell. *de Attent. appell pend. in præfat. c. 12. num. 64. & ſeqq.*
Scacc, *de appell. q. 14. n. 37.* Ferentill. ad Buratt. *deciſ.
764. num. 4.*

Nàm cum commiſſio antequam ſignata, & expedita 667
perveniat ad Banchum Curſoris, tranſeat per manus tot
Reviſorum, & officialium, quorum quilibet antequam
illam expediat, per plures dies apud ſe retineat, non po-
teſt in termino decem dierum commiſſio regulariter ad di-
ctum Banchum devenire, ob id, nè cauſæ appellatio-
num ſæpe deſertæ remanerent, fuit, Stylo Curiæ aſſi-
ſtente, introductum ex autoritate Papæ, qui omnia po-
teſt, Vicecancellario, & Cancellariæ Regenti indultum,
ut ex præſentatione Commiſſionis, ſeu ejus Copiæ coram
altero eorum in d. termino decem dierum, ad alios tri-
ginta dies dictum tempus prorogatum ad cauſam appel-
lationis committendam, cenſeretur, Marcheſ. *de offic
Vicecancell. & Cancell. Regen. part. 1. num. 30. & nu.
35. fol. 182.*

Sed licet præſentata excuſet, ut ſupra, à deſertione 668
quando Judex dedit Reverentiales in forma, non tamen
excuſat à reditu pro Apoſtolis, nec relevat in aliquo,
quando Judex dedit tantummodo terminum Iuris, tunc
enim appellans nihilominus pro Apoſtolis redire om-
ninò tenetur ne cauſa alias deſerta remaneret, Marcheſ.
*de Apoſtol. petit. & conceſſ. p. 2. cap. 1. n. 35. verſ. ſecus, & n.
36. fol. 6.* Beltram. ad Greg. *dec. 573. n. 14.* Rota *in Peruſina
de Vbaldis, 17. Iunii 1576. coram clar. me Card. Pamph ſe-
niore impreſſ. apud* Marchel. *de apoſt. petit. part. 2. cap. 1. de-
ciſ. 4. fol. 13. & in Forolivien. de Torellis, 7. Novembris
1607. coram bon. mem. Card. Marquemontio, impreſſ. apud*
Marcheſ. *de Commiſ. ſuper deſer cauſ p. 2. c. 1. dec. 4. fol. 79.*
cum aliis allegatis per Ferentill. ad Buratt. *deciſ 556. num.
10*, cum † non dicatur impeditus qui de facili potuit ſi- 669
bi conſulere, & impedimentum removere, *l. qui poteſt,
ubi not. ff. de reg. jur.* Marcheſ. *de Apoſt. petit. d. part 2. c. 1.
n. 35. fol. 6.* Rota *in d. Peruſina de Vbaldis, apud* Marcheſ.
de Apoſt. petit. p. 2. c. 1. dec. 4. n. 2. fol. 13.

Quinimmò nec etiam judicaret Præſentata facta ante 670
tempus ſeù etiam antequam per Judicem dati fuerint
Apoſtoli Reverentiales in forma, illa enim poſt datos
Reverentiales, ut ſupra à deſertione excuſat, ex rationi-
bus deductis per *Collect deciſionum apud* Rotam *deciſ. 41.
verſ. mihi verò de appell. in nov.* Rot. *in d. Peruſina de Vbal-
dis apud* Marchel. *de Apoſt petit p. 2. cap 1. deciſ. 4 num. 2.
fol. 13.* cum aliis cumulatis per Ferentill. ad Buratt. *d. deciſ.
764. n. 5.* Buratt. *dec. 556. n. 1.*

Quamviſtamen Præſentata, & diligentiæ Præfatæ 671
ad nihilum deſerviant, quando à Judice tantum fuit datus
terminus juris *ex ſupra allegatis*, nihilominus ſi Apoſtoli
fuerunt in appellatione petiti, & cauſa appellationis infra
terminum juris commiſſa, non erit locus deſertioni,
etiamſi pro Apoſtolis reditum non fuerit, Beltramin. ad
Gregor. *dec. 563. n. 14.* Buratt. *dec. 556. n. 6.* & ibi Ferentill.
n. 11. cum aliis allegatis ſupra *lit. F. verſic. cæterum ſi Judex,
n. 184. & verſ. ſed ſi cauſa, n. 185.*

Cæterum ſi Regens Cancellariæ eſſet abſens vel impedi- 672
tus, & ob id non poſſet diem præſentatæ commiſſionis,
ut ſupra, adnotare datur cautela, ut fiat de hoc proteſta-
tio, & de proteſtatione rogetur Notarius, qui de ea confi-
ciat Inſtrumentum, hæc enim erit diligentia ſufficiens ad
Appellationis deſertionem evitandam, ut tradit Veſtr. *in
prax. lib. 7 c. ult. n. 5.* Caſſad. *dec. 4. n. 2. de appell.* Lancell. *de
attent. appell. pend. c. 12. in præfat. n. 64* Scacc. *de appel.
q. 14. n. 41.*

Licèt autem natura Dilationis ſit, ut ſi legitimè impedi- 673
ctus actum expedire non valeat, dilatio ſit ei tantum dupli-
canda, ex allegatis per Scac. *de appel. d. q. 14. n. 37. verſ.
contra hunc Stylum*, Nihilominus † quod in hac materia 674
præſentatæ Dilatio prorogetur ad tempus unius menſis
à die Præſentatæ, ut ſupra, fuit de Stylo inductum,
& auctoritate Papæ, qui omnia poteſt, indultum,
Marcheſ. *de offic. Vicecanc. d. p. 1. c. 4. num 31. fol. 182.* &
quidem ſumma ratione, quia dum per manus tot Reviſo-
rum, & officialium commiſſio tranſit, ſæpè oritur impedi-
mentum, adeo quod tempus triginta dierum in ea expe-
dienda, ſit omninò neceſſarium, ut experientia rerum

magiſtra docuit, & advertit etiam, Scacc. *de appell. d. q. 14. n. 37. verſ. bis non obſtantibus*, & ita ſæpius obſervavi, & obſervari vidi, ſine aliqua contradictione.

675 Nec refragatur Put. *deciſ.* 389. *lib.* 2. dum aſſerit quod in Giennen. Scholaſtriæ, fuit habita pro deſerta cauſa, quia poſtquam commiſſio fuerat Regenti Cancellariæ præſentata, ſteterat per vigintiſeptem dies, antequam perveniret ad Banchum Curſoris.

676 Etenim tempus decem dierum ad cauſam Appellationis committendam ſolum datur, quando fuerunt à Judice dati Reverentiales in forma, quo caſu animadverſione dignum eſt, quod Regens Cancellariæ, habita fide Notarii Actuarii Judicis à quo, in calce Commiſſionis, quod fuerint dati Apoſtoli Reverentiales in forma, poteſt ipſe abſque Referendario, & abſque Præfecto Signaturæ, & abſque alicujus Miniſtri reviſione Commiſſionem ſignare, & immediatè ad Banchum Curſorum tranſmittere. Unde, quia hæc eſt via brevis, & facilis, Stylus arbitratus fuit id tempus decem dierum eſſe congruum ad cauſam appellationis committendam, & commiſſionem ad Banchum Curſoris tranſmittendam, & Iudici præſentandam, ut advertit, Scacc. *d. q. 14. num. 37. verſ. bis non obſtantibus*.

677 Et in his terminis, procedit *dict. dec.* Put. 389. *lib* 2. quod clarè patet ex illius lectura, dum ibi *ſub num.* 2. dicitur, quod quis non dicitur proſequi cauſam Appellationis debita diligentia, niſi penes Regentem, loco Vicecancellarii quis inſteterit pro Signatura Commiſſionis obtinendæ, & ad Curſores perferendæ intra decem dies poſt Appellationem interpoſitam, & ſic poſt datos Reverentiales in forma: eſt enim legendum infra decem dies, *ut in d. Giennen Scholaſtriæ* apud Put. *dec.* 379. n. 2. *lib.* 2. *in correct.* & non intra vigintidies, ut loquitur in *eadem deciſione* Put. 389. n. 3. *lib.* 2. *ſecun. antiq. impreſſ.* quæ in hoc, & in pluribus eſt mendoſa, & patet ex Put. *deciſ.* 369 *lib.* 2. *in correct.* Ex qua confunditur animadverſio, Scacc. *de appell. q.* 14 *num.* 37. *verſ contra hunc Stylum*, *ibi, unde ſenſatè*, dum dicitur, quod Put. *deciſ.* 389. *n.* 3. *l.* 2. videtur ſenſatè loqui, quod quis penes Regentem Cancellariæ pro commiſſione ab eo ſignanda, & ſignata ad Banchum Curſorum tranſmittenda infra viginti dies poſt Appellationem interpoſitam inſtare debet, ne alias cauſa remaneat deſerta, ac ſi Put. *deciſ.* 389. apertè diceret, quod ſi commiſſio poſt præſentatam non expediatur infra illos decem dies, qui cum primis decem diebus, datis cum triennio Reverentialium in forma à die Appellationis interpoſitæ, conſtituunt numerum viginti dierum, cauſa efficitur deſerta, quaſi præſentata hoc caſu facta in termino Reverentialium prorogaret tempus decem dierum ad committendam cauſam Appellationis ad alios decem dies.

Confunditur, inquam, hæc animadverſio Scacc. quia non viginti, ſed decem dies eſt legendum, ut patet ex eodem, Put. *dec.* 379. n. 3. *lib* 3. *in correct.*

678 Et ob id nec ex *d. deciſ.* Put. nec aliunde probatur, quod in Curia fuerit unquam in uſu aliqua Præſentata, quæ tempus ad cauſam committendam poſt datos Reverentiales in forma ad alios decem dies prorogaverit, ſed cum in d. caſu via committendi cauſam Appellationis eſſet adeo facilis, & brevis, cauſa in termino Reverentialium, & ſic decem dierum, abſque alia Præſentata, erat omninò committenda, & Commiſſio ad Banchum Curſorum ſignata perferenda, ut ex *d. dec.* Put. 379. *n.* 2. *l.* 2. *in correct.* ſatis clarè apparet.

679 Cœterum hæc brevis, & facilis via expediendi Commiſſiones, cum ſola Signatura Regentis, receſſit ab aula,
680 † & Ego, recentioribus hiſce temporibus, non vidi
nec audivi à ſolo Regente alias Commiſſiones expediri, niſi ſubrogationis Judicum in locum Abſentium, vel Impeditorum, quas nec etiam hodie ſolus amplius expedit.

681 Unde cum, ſublata hac via breviori, non ſuperſit ad Commiſſiones expediendas, niſi alia via ordinaria adeundi Referendarium, Reviſores, Præfectum Signaturæ, & Regentem etiam Cancellariæ, dicta prorogatio ad tempus aliorum 30. dierum à die Commiſſionis, ſeu illius Copiæ Regenti, ut ſupra, præſentatæ, eſt omninò neceſſaria, ut advertit etiam Scacc. *de appell. d. q.* 14 *n.* 37. *verſ. bis non obſtantibus in fin.* & ita paſſim obſervat Praxis, & Curia abſque ulla controverſia.

De Commiſſione Exequutoriali ſatis dictum eſt ſupra NN
ſub lit. II.

Praxis Romanæ Curiæ induxit Citationem ad viden- OO
dum ſibi reſponderi de Apoſtolis, ad hoc ut Appellans 682
pro illis citius redire teneatur, & litis protractio tolleretur, Marcheſ. *de commiſſ. vig. cap. oblat p.* 2. *§.* 5. *n.* 18. *fol.* 405. *ſecundum non. impr.* Scac. *de appel q.* 13. *art* 8. *n.* 13.

Quæ quidem citatio videtur neceſſaria, quando cauſa 683
non eſt appellabilis, ut poſſit ad ulteriora in exequutione procedi, ſine metu attentatorum, necnon etiam in
cauſa appellabili committenda in Curia; nam tunc Appel-
latus, ſi ei expediat, poteſt prævenire Appellantem † in 684
committendo cauſam Appellationis, cum in Curia diſpoſitio *cap. oblatæ, de appell.* non habeat locum. Marcheſ. *de Commiſſ. vig. cap. oblat par. §.* 5 *n.* 55. Scac. *de appell d. q.* 13. *a* 83. *verſ. verum*.

Sed potius in hoc caſu videtur eſſe in arbitrio appella- 685
ti, an vellit citare Appellantem, ad videndam ſibi reſponderi de Apoſtolis, vel cauſam appellationis ex adverſo interpoſitæ, ſi ei ita expediat committere, etiam termino juris pendente, cum tunc Pars ipſa appellata videatur appellationi deferre, & poſſit etiam addere in Commiſſione, & obtinere dum clauſula, *non obſtante termino juris &c. ita ut Appellans pro Apoſtolis redire non teneatur; de qua dictum eſt ſupra lit. F. verſ. nam in Curia*, n. 186. *& ſeq. & lit X. n.* 412.

Cæterum in cauſa appellabili committenda extra cu- 686
riam, citatio ad videndum ſibi reſponderi de Apoſtolis, non videtur aliquid operari, nam extra curiam habet locum diſpoſitio *d. c. oblatæ de appell.* undè appellatus nec in termino juris ad redeundum pro Apoſtolis poteſt, præ-
venire appellantem, nec cauſam Appellationis ex adverſo 687
interpoſitæ committere, niſi ſaltem poſt ſex menſes, juxta Stylum Signaturæ, & quando Judex à quo de Apoſtolis reſpondiſſet, nihilominus nec iſto caſu arctaretur appellans ad cauſam appellationis citius committendum infra decem
dies, prout in curia, nam † Judices de partibus non dant Apo- 688
ſtolos reverentiales in forma, ſed vel reverentiales ſimpliciter, vel alios Dimiſſorios, in quibus caſibus appellans haber annum ad cauſam committendam, & ſi Judex appellanti terminum breviorem conſtitueret, ſufficeret in illo ſola arreptio itineris ad Curiam *ex allegatis ſupra lit. E E. verſ. ſed hoc non procedit num.* 554 *& ſeqq.*

De hac ampliſſima appellationum materia uberrimum 689
& elegantem tractatum compilavit Sigiſmundus Scac. *I. C. Romanus*, ideò in reliquis ad illum in facti occurrentia poterit haberi recurſus, non enim omnia poteſt hic praxis libellus complecti, & continere.

S U M M A R I U M.

De Executione mandati. Cap. XIV.

1 *Reus omni remedio deſtitutus poteſt confugere ad refugium Miſerorum, ſuſcipiendo terminum ad ſolvendum à lege Debitoribus miſerationis gratia conceſſum.*
2 *Terminus ad ſolvendum quid ſit.*
3 *Judices Romanæ Curiæ terminum ad ſolvendum decem dierum concedunt, excepto A.C qui terminum* 30. *dierum dare poteſt.*
4 *Terminus ſimpliciter ſuſcipiendus, & ejus Forma.*
5 *A.C. concedit terminum triginta dierum, etiam condemnatis in aliis Tribunalibus Urbis, ut in formula, ſed parte citata.*
6 *Citatio ad videndum inhiberi, attenta ſuſceptione termini, & ejus Formula, & Proceſſus.*
7 *Terminus ſuſcipi debet per acta Notarii cauſæ coram eodem Judice, qui fecit Decretum, nec alia citatio tunc requiritur.*
8 *Debitor, ſuſcipiens terminum coram diverſis Judicibus, citandus eſt ad videndum moderari.*
9 *Citatio ad videndum moderari terminum, & illius Formulæ, & Proceſſus.*
10 *Terminus* 30. *dierum non poteſt ſuſcipi niſi ſemel, ideò hic ſuſceptus moderatur parte citata.*
11 *Allegantı terminum fuiſſe in alio Tribunali ſuſceptum, incumbit onus probandi.*

ta *Cee-*

12 *Creditor Pauper obtinet reduci terminum ad viginti, vel quindecim dies, ſi agitur de parua ſumma.*

13 *Citatio ad videndum moderari terminum attenta parua ſumma, & eius Formula, & Proceſſus.*

14 *Terminus nulliter ſuſceptus non refragatur, ſed citata parte proceditur ad executionem, & n. 15.*

15 *Citatio ad videndum mandari exequi mandatum, non obſtante termino nulliter ſuſcepto, & eius Formula, & Proceſſus.*

16 *Suſpectus de fuga, ſuſcipiens terminum, citatur ad cauendum.*

17 *Citatio ad cauendum de ſoluendo in fine termini, & eius Formula, & Proceſſus in Tribunali A.C. earò contingere.*

18 *Termino elapſo, ſi Mandatum non fuit expeditum vigore Decreti, poteſt expediri etiam vigore termini.*

19 *Virtute Mandati ſer. ſer expediti poteſt obtineri Sequeſtrum.*

20 *Sequeſtrum vigore Mandati executiui, & illius Formula.*

21 *Sequeſtro executo, quando Debitor principalis, & Sequeſtratarij citentur.*

22 *Citatio ad conſignandum, conſignarique videndum pecunias ſequeſtratae, & eius Formula, & Proceſſus.*

23 *Sequeſtratarij nihil opponentibus, expeditur Mandatum gratioſum contra eos.*

24 *Mandatum gratioſum contra Sequeſtratarios, & eius Formula.*

25 *Proteſtatio Sequeſtratarij nihil habentis in manibus, & eius Formula.*

26 *Creditore probante, Sequeſtratarium habere pecunias Debitoris penes ſe, eſt exequendum Mandatum gratioſum domi dimiſſa copia.*

27 *Citatio ad docendum, ſe paruiſſe Mandato gratioſo, & eius Formula, & Proceſſus.*

28 *Contra Sequeſtratarium, qui à Debitore principali poteſt via executiua conueniri proceditur executiue, alias eſt agendum via ordinaria.*

29 *Citatio. quæ fit ad conſignandum, conſignarique videndum pecunias, res, & bona ſequeſtrata, & ejus Formula & proceſſus.*

30 *Mandatum gratioſum contra Sequeſtratarium pro conſignatione pecuniarum, & bonorum, & eius formula.*

31 *Sequeſtratario recuſanti parere Mandato gratioſo, fit intimatio eiuſdem Mandati, & deinde illo citato, expeditur contra eum Mandatum executiuum, & proceditur ad executionem*

32 *Si pecuniæ à Sequeſtratario conſignandæ non ſufficiunt, proceditur ad ſubbaſtationem bonorum in depoſitaria conſignatorum.*

33 *Citatio ad videndum reuocari Sequeſtrum & ejus Formula, & proceſſus.*

34 *Sequeſtri minus legitimè facti obtinetur reuocatio abſque alia cautionem.*

35 *Sequeſtro executo ſuper fructibus Montium, & Creditore ſatisfacto, extrahuntur partitæ ad probandam ſatisfactione.*

36 *Citatio ad videndum deſtinari Notarium, ad effectum extrahendi partitas, & ejus formula, & proceſſus.*

37 *Citatio ad præſtandum patientiam in extractione partitarum, & ejus formula, & proceſſus, quando habens libros extractionem non permittit.*

38 *Debitor docens, Creditorem fuiſſe iam ſatisfactum obtinet ſer. ſer reuocationem ſequeſtri*

39 *Sequeſtrum vigore mandati omnibus conceditur, ſed pro aſſecuratione iudicij in Tribunali A.C. non conceditur niſi in aliquibus caſibus Iudici beneuiſis, docto de credito, & iurato de metu.*

40 *Proteſtatio pro obtinendo ſequeſtro pro aſſecuratione iudicij, & eius formula.*

41 *Sequeſtrum pro aſſecuratione iudicij, & ejus formula.*

42 *Bona ſequeſtrata pro aſſecuratione Iudicij non conſignantur, niſi ſequeſtrante declarato vero & legitimo creditore ſer. ſeruandis.*

43 *Mandatum ſuſpicionis fugæ ab A.C aliquando conceditur docto de credito, & iurato de metu, ſed ab ejus locumtenentibus non conceditur.*

44 *Proteſtatio pro obtinendo Mandato ſuſpicionis fugæ, & ejus formula.*

45 *Mandatum ſuſpicionis fugæ quod abſque citatione concedi ſolet, & ejus formula.*

46 *Captus, uti ſuſpectus de fuga, qui non cauet de ſtando iuri & iudicatum ſoluendo, carceratur donec caveat ſi verò caueat, non moleſtatur, donec creditor obtineat Sententiam ſauorabilem.*

47 *Mandatum ſuſpicionis fugæ aliquando conceditur Parte citata.*

48 *Citatio ad cauendum de ſtando iuri & iudicatum ſoluendo & eius formula, & proceſſus.*

49 *Mandatum ſuſpicionis fugæ, quomodo expediatur, quando pars fuit citata.*

50 *Arreſta contra carceratos non conceduntur, niſi iuxta reformationem Sanctiſſimi, virtute Mandati execu. eius ſer. ſer. relaxati.*

51 *Arreſtum virtute Mandati executiui, & eius formula.*

52 *Creditor, qui obtinuit Mandati ſi non vult procedere per viam Sequeſtri, poteſt procedere per viam executionis contra perſona, & bona obligata.*

53 *Citatio ad concordandum de executore, ad effectum faciendi diligentias de reperiendo perſonam, aut bona Debitoris ſuper quibus poſſit fieri executio, à quo inuenta, & eius formula, & proceſſus.*

54 *Proteſtatio, & productio diligentiarum, ſeu fidei Executoris contra obligatum in forma Cameræ cuius formæ extenſio eſt neceſſaria ad effectum Cenſurarum, etiamſi ſit conſenſum in Mandatum vnica &c.*

55 *Citatio ad videndum extendi formam Cameræ, & ſe in iuris ſubſidium declarari excommunicatum, & ejus formula, & proceſſus.*

56 *Citatio ad videndum relaxari Literas declaratorias, & ejus formula, & proceſſus.*

57 *Cedulones, qui pro ſumma taxata ſcuta 25 excedente conceduntur, & ejus formula.*

58 *In cauſis Penſionum poteſt quis excommunicari, etiam pro quolibet termino non ſoluto, & parvo etiam infra ſummam ſcut. 25. & quare*

59 *Excomunicatus, citata parte, obtinet abſolui cum reincidentia.*

60 *Citatio ad videndum abſolui à cenſuris in honorem feſtiuitatum. & eius formula. & proceſſus.*

61 *Citatio ad videndum abſolui à cenſuris, & eius formula, & proceſſus.*

62 *Abſolutio à cenſuris ex cauſa, vel noua productione, poteſt obtineri longior etiam ad beneplacitum.*

63 *Debitor petens ab executoribus ducitur ad carceres, & non relaxatur donec ſoluat vel caveat.*

64 *Debitor qui carceratus non eſt ſoluendo ſolet à Viſita, vel à carcerum Præſide obtinere dilationem citata parte.*

65 *Citatio ad videndum concedi dilationem, & eius formula, & proceſſus.*

66 *Dilationes, & executiones dependent ab arbitrio Viſitæ & Præſidis, & ab eorum Decretis non datur appellatio.*

67 *Debitor carceratus, ſi eſt miſerabilis, poteſt docto de paupertate, citare aduerſarium ad præſtandum ſibi alimenta.*

68 *Citatio ad præſtandum alimenta, attenta paupertate, & eius formula, & proceſſus.*

69 *Creditore non præſtante alimenta taxata à Carcerum Præſide, Debitor eximitur è carceribus.*

70 *Contra obligatum in forma Cameræ executio perſonalis, & vnico contextu realis ſuper mobilibus, vel ſtabilibus fieri poteſt.*

71 *Executor mobilia in executione capta conſignat in depoſitaria Vrbana ad effectum ſubhaſtandi.*

72 *Tenens portam clauſam, nè fiat executio ſuper mobilibus, citatur ad tenendum portam apertam.*

73 *Citatio ad tenendum portam apertam, & eius formula, & proceſſus*

74 *Mobilibus non exiſtentibus, vel non ſufficientibus pro ſatisfactione creditoris fiet executio ſuper immobilibus, & quomodo.*

75 *Inſtrumentum executionis ſuper ſtabilibus, & ei formula.*

Digitized by Google

76 Executor facta executione ſuper ſtabilibus, facit de illa relationem Officialibus Depoſitariæ Urbanæ, & ad quid.
77 Lex dat Debitoribus condemnatis, & confeſſis terminum ad ſolvendum.
78 Dilatio, ſeu terminus ad ſolvendum quid ſit.
79 Dilatio quatuor menſium debitoribus à lege data poteſt à judice prorogari, & arctari ex iuſta cauſa.
80 In confeſſis quadrimeſtre fuit à conſuetudine reductum ad decem dies de iure communi, & ex diſpoſitione Statuti.
81 Habens terminum ad ſolvendum tenetur cavere de ſolvendo in fine termini, etiamſi ſit ſolvenda, alias poteſt capi.
82 Debitor antequam capiatur, citari debet ad cavendum de ſolvendo in fine termini.
83 Suſpectus de fuga poteſt capi, etiamſi non conſtituatur in mora per citationem ad cavendum, de ſolvendo in fine termini.
84 Debitor valdè dives non tenetur cavere de ſolvendo in fine termini.
85 An Creditor ex ſuſceptione termini poſſit damnum pati nec ne, Judex pro ſuo arbitrio iudicabit.
86 Condemnato ex depoſito non datur quadrimeſtre ad ſolvendum, quia ſtatim tenetur ſolvere.
87 Fruſtratoriè appellanti currit quadrimeſtre à die primæ ſententiæ, aliàs currit à die confirmationis.
88 Condemnatur à Judice, à quo non datur appellatio, non habet quadrimeſtre.
89 In cauſa alimentorum, vel reſtitutionis in integrum minoris, Judex exequitur ſententiam infra quadrimeſtre.
90 Condemnato per interlocutoriam non datur quadrimeſtre ad ſolvendum.
91 Appellatione deſerta non datur debitori quadrimeſtre, niſi à die latæ ſententiæ.
92 Condemnato per ſententiam arbitratoris non datur quadrimeſtre ad ſolvendum.
93 In actione reali non datur quadrimeſtre, ſed ſi res non poteſt reſtitui, ſtatim datur dilatio arbitrio Judicis dummodo condemnatus det cautionem de ſolvendo æſtimationem, ſi res non reſtituatur.
94 Reus in criminali condemnatus ad reſtituendum Fidejuſſoris non habet quadrimeſtre, prout nec ejus fidejuſſor pro eo ſolvens.
95 Condemnatis in cauſa criminali non datur quadrimeſtre ad ſolvendum, ex juſta cauſa tamen eſt aliquando ſuperſedendum in executione.
96 Judices Romanæ Curię quibuſcumque debitoribus condemnatis, & confeſſis ſolent dare terminum decem dierum, excepto A C. qui dat terminum decem dierum, & n. 97.
97 Praxis notoria in Tribunali A C. ad ſupplendam dilationem decem dierum uſque ad triginta, adinvenit, quod debitor fatendo debitum ſuſcipiat in ſe cenſuras, & mandatum.
98 Dilatio triginta dierum, olim, cenſuræ, appellata, terminus nuncupatur poſt Pii V. reformationem.
99 Solus A. C. in Romana Curia concedere poteſt terminum triginta dierum agnoſcentibus debitum.
100 Olim elapſo tempore cenſurarum ſuſceptarum uno contextu Judex relaxabat mandatum, & cenſuras, & Excommunicationem fulminabat.
101 Hodie elapſo termino triginta dierum, mandatum contra bona, & perſonam obligati abſque Excommunicatione conceditur, nec proceditur ad cenſuras, niſi in ſubſidium iuris factis diligentiis, etiam in loco deſtinatæ ſolutionis
102 A. C. ex iuſta cauſa, vel ſi agatur de parva ſumma, aut creditor ſit pauper ſolet reducere terminum triginta dierum ad viginti, aut quindecim dies, ejus arbitrio.
103 Terminus eſt purè ſuſcipiendus, alias non valet.
104 Termino elapſo actor abſque alia citatione vigore mandati proſequitur executionem, nec alio novo iudicio opus eſt.
105 Termino elapſo in tribunali A C. poteſt expediri mandatum vigore termini, & fieri executio abſque alia citatione, ſecus in aliįs Tribunalibus, in quibus citatio requiritur.
106 Termino pendente nihil eſt innouandum.
107 Termino etiam tantum ſuſcepto pendente, adhuc nil innouandum.
108 Terminus de ſtylo Tribunalis A.C nemini, petenti, & debitum agnoſcenti, ſolet denegari.
109 Terminus in Tribunali A. C. conceditur etiam obligatis in forma Cameræ, & conuentis in Saluiano.
110 A. C. poteſt concedere terminum, etiam conuentis in aliįs tribunalibus, etiam ſi debitor illius ſuſceptionem renunciauerit.
111 Hodie in tribunali A. C. Debitor citatus non tenetur cavere de ſoluendo in fine termini, niſi ſit ſuſpectus de fuga, & tunc ſuſpicione probata.
112 Suſcipiens terminum fatetur ſe verum debitorem, & agnoſcit debitum.
113 Suſceptio termini inducit confeſſionem debiti, renunciationem cuilibet exceptioni, approbationem debiti, & omnium antea geſtorum.
114 Suſceptio termini non ſanat nullitatem proceſſus.
115 Termini ſuſceptio per errorem, & ex falſa cauſa nihil operatur.
116 Vbi poteſt præſumi alia cauſa, quam approbationis debiti, debitum per termini ſuſceptionem non dicitur approbatum & ſolutum poteſt repeti.
117 Sequeſtratio alia voluntaria, alia neceſſaria.
118 Sequeſtratio voluntaria quid ſit, & vnde dicta.
119 Sequeſtratio voluntaria priuat poſſeſſione.
120 Si in materia Sequeſtrationis voluntariæ in ſpecie nil actum fuit, quod poſſeſſio transfiret in ſequeſtrum, licet illa non inuetur vnus contra alium deponentem, proderit tamen victori contra alios, alias ſecus.
121 Sequeſtratio petita cum clauſula ſine præiudicio iurium in petitorio, & poſſeſſorio, non priuat petentem ſua poſſeſſione.
122 Sequeſtratio non priuat poſſeſſione, quando actum fuit, vt cauſa cuſtodiæ tantum cenſeatur facta depoſitio.
123 Sequeſtratio neceſſaria, quæ fit Iudicis auctoritate, quid ſit.
124 Sequeſtratio neceſſaria regulariter non priuat aliquem ſua poſſeſſione.
125 Sequeſtrum in dubio cenſetur appoſitum cauſa cuſtodiæ, non animo priuandi poſſeſſione, etiam ſi pars conſentiat ſequeſtro, & quare.
126 Sequeſtratio neceſſaria priuat poſſeſſione, ſi conſtat, quod Judex habuerit animum priuandi.
127 Sequeſtratio neceſſaria priuat poſſeſſione, quando poſſeſſio eſt attentata.
128 Sequeſtrum appoſitum à Iudice vigore Clem. 1. de ſeq. poſſ. & fruc. priuat poſſeſſione.
129 Sequeſtratio neceſſaria priuat poſſeſſione, quando poſſeſſio eſt turbida.
130 Sequeſtrum propriè ſuper mobilibus, minus propriè verò etiam ſuper ſtabilibus apponi dicitur.
131 Sequeſtrum apponitur tàm in prophanis, quam in beneficialibus, & tàm in corporalibus, quàm ſuper incorporalibus, & ſpiritualibus.
132 Sequeſtrum in beneficialibus appoſitum durat vſque ad finem litis.
133 Super ſtabilibus loco ſequeſtri ſolet concedi inhibitio de non alienando, quæ eſt eiuſdem virtutis.
134 Sequeſtrum poteſt fieri ſuper fructibus, qui ſunt partes immobilis.
135 Sequeſtres qui ſint, & ad quæ teneantur.
136 Sequeſtratarįj tenentur in ſine ad reſtitutionem rerum actione depoſiti.
137 Si vnus tantum depoſuit, & per victorem ſtat; quominus lis finiatur, poteſt agi contra Sequeſtratarium præſcriptis verbis.
138 Contra Sequeſtrem agitur executiuè, ſicut contra Depoſitarium
139 Omne ſequeſtrum eſt depoſitum, ſed non è contra.
140 Contra Sequeſtrem debitorem debitoris, ſi debitori contra eum non competit via executiua, non poteſt executiuè procedi.
141 A ſequeſtrationibus non eſt inchoandum.
142 Sequeſtratio, eſt regulariter de iure prohibita, tamquam odioſa.

Seque-

143 Sequeſtratio voluntaria eſt de jure permiſſa, non tamen iuſſa.
144 Sequeſtratio non contentioſa ad iuris conſeruationem facta etiam judicis poteſtate, eſt de iure permiſſa.
145 Lata ſententia in Curia in cauſa beneficiali ſequeſtrum ſuper fructibus Beneficij, eſt de iure opponendum
146 Sententia prolata habita in Curia in cauſa beneficiali fit locus Clementinæ, & apponitur ſequeſtrum ſuper fructibus beneficij.
147 Poſſeſſor beneficij niſi ſe obliget de ſtando vnicæ, & etiam conſentiat ſequeſtro, non poteſt obtinere Remiſſoriam.
148 Sententia, quæ habet præſumptionem contra ſe, non operatur, vt ſuper fructibus beneficij ſit apponendum ſequeſtrum
149 Sententia lata in curia habet maiorem præſumptionem pro ſe, quam ſententia de partibus, & ideo fit locus Clementinæ, & ſequeſtro, licet ante latam ſententiam in Curia ſint latæ contrariæ ſententiæ in partibus
150 Sententia lata in petitorio fit locus Clementinæ, etiam contra eum, qui antea obtinuerat in poſſeſſorio, & quare.
151 In dubio melior eſt conditio Poſſidentis, & non eſt locus ſequeſtro.
152 Lata ſententia in Curia non apponitur ſequeſtrum ſuper fructibus beneficij, quando poſſeſſor eſt triennalis.
153 Habens vitioſum ingreſſum, non defenditur à regula de triennali, & ob id data contra eum ſententia in Curia fit locus ſequeſtro, & Clementinæ.
154 Sententia lata pro alio, vel nulla defectu iuriſdictionis, vel non definitiua exiſtente, non eſt locus ſequeſtro, aut Clementinæ.
155 Sequeſtratio non eſt prohibita, ſi probetur dilapidatio vel ſuſpicio dilapidationis.
156 Is, contra quem petitur ſequeſtrum, ob dilapidationis ſuſpicionem eſt citandus, niſi periculum ſit in mora.
157 Sequeſtrum contra poſſidentem ſtabilia, & eum, cuius qualitas ſiniſtram ſuſpicionem excludit, non conceditur ante ſententiam.
158 Sequeſtratio poſſeſſionis nullæ, vel etiam attentatæ omnino ſequeſtrandæ, eſt de iure permiſſa.
159 Sequeſtratio poſſeſſionis hinc inde turbida eſt permiſſa, ſecus, ſi conſtat de poſſeſſione alterius præſertim clara.
160 Sequeſtratio poſſeſſionis vacantis eſt de iure permiſſa, cum nemini fiat iniuria
161 Sequeſtratio eſt permiſſa, quando alias fructuum recuperatio difficilis, vel executio difficilior redderetur.
162 Sequeſtratio, quando res eſt litigioſa ob timorem ſcandali, ne Partes veniant ad arma, eſt de iure permiſſa.
163 Si clare conſtat de poſſeſſione alterius, ille eſt manutenendus, etiamſi adſit timor, quod Partes veniant ad arma.
164 Sequeſtratio pro executione ſententiæ, vel mandati eſt omnino licita
165 Alii unde: im caſus, in quibus ſequeſtratio eſt de iure permiſſa.
166 Sequeſtrum obtinere prætendens, debet docere, ſe illud petere in caſu permiſſo & exceptuato.
167 In caſibus in quibus ſequeſtratio eſt prohibita, admittitur tamen deſcriptio, & inuentarium, ſed iudex his debet eſſe cautus.
168 Cautio eſt medicina ſequeſtri.
169 Sequeſtratio eſt inducta in defectum non idoneæ cautionis.
170 Sequeſtrum contra eum qui dedit idoneum Fideiuſſorem non eſt concedendum.
171 Sequeſtrum factum pro executione ſententiæ, vel mandati ad effectum ſolutionis, non reuocatur cautione, ſed eſt neceſſaria ſolutio
172 Sequeſtrum in caſu Clem. 2. de ſequeſt. poſ. & fructuum reuocatur cautione.
173 Sequeſtratio non reuocatur cautione in caſibus in quibus à lege præcipitur.
174 Sequeſtrum factum de mandato Principis, aut alterius ſuperioris cautione non reuocatur.
175 Sequeſtrum factum appellatione pendente, non tollitur ſatiſdatione
176 Sequeſtrum obtentum ob timorem ſcandali non tollitur ſatiſdatione.
177 Sequeſtrum non reuocatur cautione, lata ſententia inter competitores inter ſe litigantes, ſecus ſi litigarent contra tertium
178 Sequeſtrum inter perſonas inter quas ſatiſdatio non cadit, non tollitur cautione.
179 Sequeſtrum non tollitur cautione, quando conditio alterius efficeretur deterior, prout ſi poſſeſſio erat vacans, vel poſſet in alium transferri.
180 Sequeſtrum factum contra obligatum in forma Cameræ non reuocatur cautione.
181 Sequeſtrum emanatum contra obligatum in forma Cameræ, de ſtylo Curiæ tollitur data idonea cautione in forma depoſiti ſecundum Saluſt. Tibert. ſed hic reprehenditur Zacchia.
182 Sequeſtrum emanatum virtute obligationis Cameralis, & crediti liquidi, & claui, & rei iudicatæ, vel mandati illius vigore relaxati, non reuocatur niſi ſolutione.
183 Sequeſtrum emanatum vigore crediti non clari, nec liquidi, in dubio poteſt tolli, cautione mediante.
184 Sequeſtrum conceſſum vigore crediti omnino illiquidi reuocatur, præſtita ſola iuratoria cautione.
185 In illis cauſis beneficialibus in quibus A. C. procedit non poteſt decernere ſequeſtra niſi iuxta formam Clemen. & prouiſo, quod cultus diuinus manuteneatur, animarum cura exerceatur, & onera ſupportentur ex fructibus.
186 A. C. poteſt concedere ſequeſtra, tantum Parte citata, & cauſa cognita niſi adſit metus fugæ, vel dilapidationis, & de his præſtatur iuramentum.
187 Antiqua conſuetudo relaxandi ſequeſtra contra iuris tramitem in tribunali A. C. moderata.
188 Sequeſtrum obtentum contra Suſpectum de dilapidatione ſi non eſt iuſtificatum, eſt inſtante Parte iuſtificandum, aliàs debet reuocari.
189 Sequeſtrum ſpecie executionis.
190 De cautione in forma depoſiti, quando ſufficit ad reuocationem ſequeſtri emiſſue.
191 Facultas excommunicandi, & coercendi per cenſuras Eccleſiaſticas, ortum habuit ab ampliſſima poteſtate ligandi & ſoluendi quam Chriſtus Petro eius in terris Vicario, & ſucceſſoribus tradidit.
192 Poteſtas excommunicandi eſt actus iuriſdictionis qui à ſummo Pontifice in Epiſcopos, & Prælatos transfunditur.
193 Epiſcopi iuriſdictionem non aliunde quam à ſummo Pontifice habuerunt, etiam ab initio Eccleſiæ naſcentis.
194 Cenſura quoad poteſtatem eſt de iure diuino, quo vero ad formam de iure poſitiuo Pontificio introducta.
195 Facultas coercendi per cenſuras à ſummo Pontifice in A. C. quomodo influit.
196 Cenſura pluribus modis, ſed in præſenti pro correctione eccleſiaſtica accipi debet
197 Cenſura eccleſiaſtica quid ſit.
198 Cenſura eccleſiaſtica cur pœna ſpiritualis dicatur.
199 Cenſura eccleſiaſtica quid ſit ſecundum Nauarrum.
200 Cenſura ſeu ſpiritualis correctio eſt triplex, ſcilicet Excommunicatio ſuſpenſio, & interdictum.
201 Excommunicatio quid ſit.
202 Excommunicatio vnde dicatur.
203 Excommunicatio eſt major pœna, quam Eccleſia imponere ſoleat
204 Excommunicatio alia major, alia minor, & quid ſit major, & minor excommunicatio.
205 Excommunicatio alia judicialis alia extraiudicialis.
206 Excommunicatio alia à Canone, alia ab homine.
207 Excommunicatio alia publica quæ anullat geſta ab excommunicato ratione publici officij, alia occulta quæ ea non annullat.
208 Excommunicatio alia generalis, alia ſpecialis.
209 Anathematizatio an, & in quibus differat ab excommunicatione.
210 Suſpenſio quid ſit, & quos operetur effectus.
211 Suſpenſio alia iuris, alia hominis.
212 Suſpenſio alia propria, alia impropria, alia Major, alia Minor alia quoad ſe, alia quoad alios, alia quoad ſe, & alios.

213 *Suſpenſio alia officii, & beneficii ſimul, alia officii tantum, vel partis ejus, aut pertinentis ad illud.*
214 *Suſpenſio ab officio quid ſit, & quid ſuſpenſio à Beneficio.*
215 *Interdictum Eccleſiaſticum quid ſit.*
216 *Interdictum univerſale quid ſit, & quid ſingulare unius loci, & quid unius perſonæ.*
217 *Interdictum quotuplex ſit, ſecundum* Navarrum.
218 *Interdictum locale tantum quid ſit, & quotuplex.*
219 *Interdictum perſonale tantũ quid, & quotuplex ſit.*
220 *Interdictum locale, & perſonale ſimul quid ſit.*
221 *Cenſura Eccleſiaſtica non poteſt ligari, niſi Homo mortalis baptizatus habens Superiorem.*
222 *Hebræi Turcæ, & ſimiles, etiam Catechumeni non poſſunt Excommunicari, aut Cenſura ligari.*
223 *Hebræi, Pagani, & ſimiles percutiendo Clericum non incidunt in Canon.* Si quis ſuadente Diabolo.
224 *Judæus, & ſimiles quomodo poſſint per indirectum quodammodo excommunicari.*
225 *Papa nullũ habet Superiorẽ, & à nemine judicatur.*
226 *Papa eſt ſupra legem, & canones, & concilium.*
227 *Papa excommunicari, aut ab homine, aut à Jure, & cenſuris ligari non poteſt.*
228 *Angeli, anima ſeparata à corpore, animal irrationale, & Dæmones excommunicari, aut cenſuris ligari non poſſunt.*
229 *Civitas, Univerſitas, Collegiũ, Capitulum, & ſimiles qui non ſunt homines, non poſſunt excommunicari.*
230 *Perſona vera habens animam rationalem baptizatam poteſt tantum excommunicari, non autem perſona ficta per repreſentationem.*
231 *Juſtus non debet pati pro peccatore.*
232 *Praxis Excommunicandi Univerſitatem, Collegiũ, vel Capitulum, quando conſtat, omnes de Univerſitate, Collegio, vel Capitulo eſſe culpabiles traditur.*
233 *Univerſitas, licet non poſſit excommunicari, poteſt tamen interdici, vel ſuſpendi.*
234 *Suſpenſio ſolis Clericis, interdictum etiam Laicis convenit & ſicut poteſt quis ſuſpendi ſine propria culpa, ita interdici pro alterius.*
235 *Hæretici, & Schiſmatici ſunt ipſo jure excommunicati, & poſſunt iterum ad terrorem excommunicari, prout fit quotannis in Bulla Cœnæ Domini.*
236 *Excommunicatio licet reiterata, unica abſolutione tolli poteſt, & quare.*
237 *Excommunicari quis non poteſt, niſi præcedente perſonali Citatione, ſeu Monitione, vel intimatione.*
238 *Excommunicari quis poteſt abſque Citatione perſonali, quãdo quis comparuit ſaltem per Procuratorẽ.*
239 *Contra perſonaliter ab initio Citatum, à Curia recedentem poteſt procedi per contradictas.*
240 *Male abſolutus ſi agitur de illo reincidendo, non eſt de neceſſitate perſonaliter citandus.*
241 *Si citatio venit ad notitiã Citati, & notitia eſt certa, & indubitata, non requiritur alia perſonalis citatio.*
242 *Latitans, vel is ad quem tutus non patet acceſſus, poteſt citari domi dimiſſa copia, & per affixionem, vel ſi domum non habet per edictum.*
243 *Obligatus in forma Cameræ poteſt citari coram A. C domi dimiſſa copia, vel per contradictas, vel per diligentias, & per affixionem, & ſic citatus etiam excommunicari.*
244 *Excommunicari quis non poteſt, niſi trina monitione præmiſſa.*
245 *In ſuſpenſione, & interdicto requiritur trina monitio ſicut in excommunicatione.*
246 *Monitio trina debet continere ſpatium ſex dierum, videlicet duorum dierum pro qualibet monitione, ſeu termino.*
247 *Trina monitio, ſi neceſſitas aliter expoſtulet, nõ requiritur in excõmunicatione, ſeu cenſura Eccleſiaſtica.*
248 *Contumax notorius poteſt excommunicari, abſque alia monitione.*
249 *In Excommunicatione lata à lege, vel Canone, trina monitio non requiritur, ſecus in lata ab Homine.*
250 *In excommunicatione non eſt neceſſaria trina monitio, quando periculum eſt in mora.*
251 *Monitio trina non requiritur in Excommunicatione pro futuris culpis, & quare.*
252 *Excommunicatio pro futuris culpis ferri dicitur, quando quis conſentit, ut Judex eum excommunicet, niſi infra certum tempus ſatisfecerit Creditori.*
253 *Quando pactum efficitur cauſa immediata obligationis, quis non poteſt, ſe ad pœnam Excommunicationis obligare, ſecus ſi cauſa obligationis immediata non efficitur pactum, ſed ipſa contumacia.*
254 *Pro futuris culpis non poteſt quis excommunicari nulla præcedente cauſa, ſecus ſi dici poteſt cauſa præceſſiſſe.*
255 *Stylus Curiæ A. C. apponendi ſingulis diebus nomina in Broliardo, unde involverit, & quare, n. 256.*
256 *Relaxatio Cenſurarum eſt Decretum definitivum, quod debet ferri in ſcriptis.*
257 *Excommunicatio, quæ fertur à Lege, Canone, vel Statuto, poteſt ferri pro futuris culpis.*
258 *Excommunicatio generaliter ab Homine, pro futuris culpis, tunc ferri poteſt, quando culpa, vel offenſa præceſſit, ni impoſterum admittatur, vel reintegretur.*
259 *Cauſa rationabili exiſtente, poteſt ab homine fieri Excommunicatio pro futuris culpis, ſecus ſi nec culpa, nec offenſa, nec cauſa præceſſit.*
260 *Prælatus regularis excommunicare poteſt Religioſum ſuum abſque trina monitione, & quare.*
261 *In interdicto, ſuſpenſione, & Excommunicatione poſitis non ad medelam, ſed ad pœnam, trina monitio non requiritur.*
262 *In Excommunicatione lata pro defenſione Juriſdictionis Excommunicantis non requiritur trina monitio, ſi ille proceſſit extrajudicialiter, uti pars, non ut Judex in judicio.*
263 *Quando adeſt prohibitio, vel monitio alicujus futuri à lege, vel ab homine, non requiritur in excommunicatione trina monitio.*
264 *Excommunicatio lata pro manifeſta offenſa contra præſentem non requirit trinam monitionem.*
265 *Contumacia, ſeu delicto manifeſto exiſtente, poteſt quis, abſque trina monitione, excommunicari.*
266 *Excommunicatio, lata virtute obligationis Cameralis in ſubſidium Juris trinam monitionem non requirit, & quid hoc caſu obſervet Praxis.*
267 *Decretum niſi infra tres, videtur loco trinæ monitionis, vel unius pro tribus, ut validius ad Cenſurarum fulminationem procedi poſſit.*
268 *Præceptum Judicis, quod continet in ſe obligatio Cameralis, videtur loco trinæ monitionis inferenda Sententia Excommunicationis illius vigore.*
269 *Et lapſis tribus diebus in decreto contentis obtinetur relaxari, & expediri literas declaratorias, & Affigi Cedulones.*
270 *Obligans ſe in forma Cameræ conſentit, ſe poſſe pro executione excommunicari, ſed Excommunicatio non fertur, niſi extenſa in forma Cameræ citata parte, etiam ſi ſit conſenſum in Mandatum unica &c. & niſi in ſubſidium Juris.*
271 *Pro debito, aut pœna pecuniaria ex diſpoſitione Concilii Tridentini non poteſt quis, niſi in Juris ſubſidium, excommunicari.*
272 *Diligentiæ, ut poſſit procedi ad Excommunicationem in Juris ſubſidium, fieri debent in locis deſtinatæ ſolutionis.*
273 *Cenſuras vigore obligationis Cameralis ſolus A. C. fulminare poteſt.*
274 *Sunt plures perſonæ, contra quas A. C. non ſolet vigore obligationis Cameralis cenſuras fulminare.*
275 *Epiſcopi, Prælati, & in dignitate conſtituti non ſolent excommunicari, ſed interdici, vel ſuſpendi à Divinis, licèt, ſi ſint obligati in forma Cameræ, attento eorum conſenſu, non videatur eorum Dignitati fieri injuria.*
276 *In Curia contra Epiſcopos, Prælatos, & magnates litteræ declaratoriæ etiam in juris ſubſidium, non conceduntur, niſi facto verbo cum Sanctiſſimo, & de illius mandato.*
277 *Mulieres virtute obligationis Cameralis non ſolent excommunicari.*

278 Mi-

278 *Miſerabilis pauper effectus ſine ſua culpa, obligatus in forma cameræ, non ſolet excommunicari, ſecus ſi eius culpa talis effectus ſit.*

279 *Ceſſante contumacia, Excommunicatio contra Debitorem ferri non ſolet.*

280 *Sententia excommunicationis lata contra inopem probata inopia poteſt, uti iniuſta, revocari.*

281 *Infantes, Mentecapti, & ſimiles infantibus æquiparati, non poſſunt excommunicari vigore obligationis Cameralis, & quare:*

282 *Pupillus doli capax in forma cameræ validè obligatus poteſt excommunicari illius vigore.*

283 *Obligatus in forma Cameræ effectus furioſus; non videtur poſſe excommunicari, cum non contemnat id, ad quod tenetur.*

284 *Furioſus eſt veluti infans, qui quicquid videt, & facit, ignorat.*

285 *Sine dolo, contumacia, vel mora non fertur contra aliquem Excommunicatio.*

286 *Furioſus ſatis ſuo furore torquetur.*

287 *Afflictio non eſt addenda afflicto.*

288 *Excommunicatio operatur, ut Excommunicatus repellatur à liminae Iudicii.*

289 *Excommunicato non eſt concedenda Manutentio.*

290 *Excommunicatus poteſt ſe defendere.*

291 *Clericus perſeverans per annum in Excommunicatione, poteſt privari beneficio.*

292 *Limita ut non procedat, quando Clericus fuit excommunicatus ob cauſam pecuniariam.*

293 *Ab Excommunicatione lata in Curia non datur abſolutio, niſi cauſa cognita.*

294 *A cenſuris latis in Curia de Stylo Rotæ non datur abſolutio ad cautelam, niſi conſtet de nullitate.*

295 *A cenſuris latis in partibus commiſſa cauſa Appellationis, & nullitatis in Rota, ſemper Rota ſolet ad cautelam ab illis abſolvere.*

296 *Rota non abſolvit à Cenſuris ſine commiſſione ſpeciali.*

297 *A. C poteſt à Cenſuris, abſque alia commiſſione quoſuis penitus abſolvere, vigore ſuarum facultatum.*

298 *Abſolutio in honorem feſtivitatum cum reincidentia poſt Feſta, datur, etiam de Stylo Rotæ.*

299 *Abſolutus cum reincidentia, elapſo tempore per quod abſolutus fuit ipſo iure remanet, ut antea, excommunicatus abſque alia declaratione.*

300 *Excommunicatus ſub conditione, niſi infra tres, aut decem ſatisfecerit, illa pendente non eſt excommunicatus.*

301 *Abſolutio vigore Bullæ Cruciatæ non iuvat, niſi poſt ſatisfactionem, & in foro Conſcientiæ tantum.*

302 *Abſolutio vigore Bullæ Cruciatæ operatur, ut ſic abſolutus poſſit ſuſcipere Sacramenta.*

303 *Petens abſolvi non fatetur ſe excommunicatum, niſi ex eius narrativa probata remaneat excommunicatio.*

304 *Petens abſolui à Cenſuris tenetur iurare de ſtando mandato Eccleſiæ ſuper illa excommunicatione.*

305 *Petens abſolvi ab excommunicatione lata pro contumacia iudiciali, ad partis inſtantiam, tenetur præſtare Fideiuſſorem, vel pignora.*

306 *Petens abſolui ab excommunicatione lata pro contumacia iudiciali, ſi agitur de expenſis factis occaſione dictæ contumaciæ, tenetur ſatisfacere, vel præſtare Fideiuſſorem, vel pignora.*

307 *Abſolutus ſervans promiſſa, non abſolvatur amplius, niſi dato idoneo Fideiuſſore.*

308 *Si dubitatur. quod excommunicatus non ſervet iuramentum, non ſufficit, quod petens abſolui præſtet iuratoriam cautionem.*

309 *Petens abſolui, quando agitur de reſtituenda poſſeſſione aliàs ſequeſtrata, tenetur cavere cum Fideiuſſore, vel pignore.*

310 *Excommunicatus ob manifeſtam contumaciam non abſolvitur, niſi ſatisfaciat.*

311 *Excommunicatus ob manifeſtam offenſam, ſeu crimen, quod principaliter reſpicit partem adverſam, non abſolvitur, niſi ſatisfaciat, ſecus ſi crimen ſit principaliter contra Deum.*

312 *Pauper qui ſatisfacere non poteſt, petens abſolvi præſtat illam cautionem, quam poteſt, de ſatisfaciendo, cum pervenerit ad pinguiorem fortunam.*

313 Staphil. delit. Grat. fol. 157. verſ. ſed ego diſtinguerem, *confuſè, & contra textum locutus fuit.*

314 Orao. deciſ. 115. num. 6. poſt Zacch. de oblig. Camer. *videtur confundi, & quo caſu eius dictum ſalvari poſſit.*

315 *Excommunicatus, ob debitum, vigore privilegii obligationis Cameralis, non abſolvitur niſi aliquando per menſem cum reincidentia, ſi debitum eſt clarum, aliàs ſi non eſt clarum, abſolvitur ad beneplacitum.*

316 *Excommunicatus pro debito omninò illiquido, iuſtificato, abſolvitur, abſque cautione, vel abſolutio non eſt neceſſaria.*

317 *Cenſuræ debent ex eiſdem actis, non ex noviter deductis, iuſtificari.*

318 *Debitor carceratus non relaxatur, niſi ſoluto debito, vel data oblatione in forma depoſiti, quod procedit de Stylo Tribunalis A. C.*

319 *Iuriſdictio carcerum præſidis, per relaxationem carcerati à carceribus, expirat, & merita cauſa ſunt à ſuo Iudice cognoſcenda.*

320 *Decem caſus in quibus Viſitatores carcerum Urbis ex reform. San. memor.* Paul. V. *habent facultatem relaxandi Debitores à carceribus eorum arbitrio.*

321 *Socius præſertim omnium bonorum non tenetur niſi in quantum facere poteſt, deducto, ne egeat,*

322 *Socius qui negat ſe Socium, vel doloſè verſatur, & Fideiuſſor, vel Hæres Socii, non gaudent privilegio, nè teneantur, niſi in quantum facere poſſunt.*

323 *Patroni, eorumque liberi, & parentes, niſi ius Patronatus ſit amiſſum, non tenentur, niſi in quantum facere poſſunt.*

324 *Parentes in infinitum à liberis conventi, & Milites in expeditione, non tenentur, niſi in quantum facere poſſunt.*

325 *Maritus conventus ab Uxore & Uxor à Marito conventa pro quovis contractu, non tenetur, niſi in quantum facere poſſunt.*

326 *Socer conventus in iudicio à Nuru, vel à Genero pro dote, conſtante Matrimonio, non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, ſecus Matrimonio ſoluto.*

327 *Filii eiuſdem Matrimonii hæredes viri conventi pro reſtitutione dotis, non tenentur, niſi in quantum facere poſſunt, ſecus eſt in filiis ex alio matrimonio, & in hærede non ſuo.*

328 *Procurator, vel defenſor Mariti, eo vivente, non tenetur niſi in quantum facere poteſt; ſecus Marito mortuo, & num.* 330.

329 *Fideiuſſor eius, qui non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, ſi quaſi defenſor iudicium ſuſcepit, gaudet eodem privilegio, nè teneatur ultra, quàm facere poſſit.*

330 *Defendere quid ſit, & in quo ſiat durior conditio Procuratoris, ſeù Defenſoris, quam Domini.*

331 *Fideiuſſor eius, qui non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, quando principalis comparet, & opponit exceptionem ex perſona ſua non tenetur, niſi in quantum facere poteſt: ſecus ſi Principalis non ſuſcipit in ſe iudicium, niſi Fideiuſſor illud in ſe ſuſcipiat, uti defenſor.*

332 *Clericus non tenetur, niſi in quantum facere poteſt.*

333 *Conventus ex cauſa donationis non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, deducto, nè egeat, & deducto ære alieno, niſi convenietur ab eo, qui fuit delegatus.*

334 *Donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum valere, qua ratione, diſputando, defendi poſſit contra communem.*

335 *A communi Doctorum opinione in iudicando non eſt recedendum.*

336 *Maritus conventus ab Uxore pro dote, non tenetur niſi in quantum facere poteſt.*

337 *Maritus, qui dolo fecit, quominus facere poſſet, conventus ab Uxore non gaudet privil. nè teneatur, niſi in quantum facere poteſt.*

338 *Privilegiata, qui dolo fecerunt, quo minus facere poſſent, non gaudent privilegio, nè teneantur, niſi in quantum facere poſſunt.*

339 *Qui mentitur in eo quod eſt cauſa beneficii, non eſt beneficio dignus*

340 *Maritus ingratus, prout qui inſidiatus fuit vitæ Uxoris, ab ea conventus non gaudet privilegio ne teneatur, niſi in quantum facere poteſt.*

341 *Privilegati omnes ob ingratitudinem amittunt privilegium ne teneantur, ultra quam facere poſſunt.*

342 *Ingratus amittit etiam alimenta, & id quod iure naturæ detur.*

343 *Maritus non gaudet privilegio, ne teneatur, niſi in quantum facere poteſt, quando Uxor eſt æquè pauper.*

344 *Pauper poteſt in carceribus detineri ab æquè paupere, licet non præſtet alimenta.*

345 *Privilegium Mariti, & aliorum qui non tenentur niſi in quantum facere poſſunt, non tranſit ad hæredes, niſi ſint filii eiuſdem Matrimonii hæredes Viri conventi pro dotis reſtitutione.*

346 *Senex ſeptuagenarius pro debito civili capi non poteſt perſonaliter.*

347 *In executione primò capiuntur mobilia, & ſemoventia, ſecundò ſtabilia, tertiò nomina Debitorum, quartò executiuntur bona Fideiuſſoris, & denique accipitur perſona Debitoris.*

348 *In obligatione Camerali, vel Guarantigiæ poteſt incipi à captura perſonæ, & fieri executio realis, & perſonalis, nulla facta diſcuſſione bonorum, aut Confideiuſſorum.*

349 *In obligatione Camerali admittitur variatio de uno ad alium, de Principali ad Fideiuſſorem, de eo ad rem, & de perſona ad rem.*

350 *Executio perſonalis ex urbanitate non fit contra Prælatos, & Viros, illuſtres, ac Mulieres honeſtas licet obligatio Cameralis etiam contra eos gaudeat eius privilegio.*

351 *Præſumitur pro executione quod ſit ritè, & rectè facta,*

352 *Actus præſumitur factus, prout validè fieri debuit, & quod præceſſerint neceſſaria, & opportuna.*

353 *Semper in dubio ſumenda interpretatio pro validitate actus, adeo quod Neganti validitatem incumbat onus probandi.*

354 *Executio nulla quando conſtat de bono iure, & eſſet denuo facienda, ſuſtineri debet ad evitandos circuitus.*

355 *Executio nulla, conſtito de bono iure, poteſt ſuſtineri in vi compulſiva, ſecus in vi expulſiva, quia tunc ſpoliatus eſt ante omnia reſtituendus, niſi notoriè conſtet per ſententiam de non iure ſpoliati.*

356 *Executio nulla conſtito de bono iure ſuſtinetur ſecundum opinionem gloſſæ ſequacium, ſed ſecundum opinionem Caſtrenſis unico contextu eſt revocanda, & exinde ſer. ſer. de novo concedenda.*

357 *Opinio Caſtren. quod executio nulla ſit revocanda & de nova incontinenti facienda, quando conſtat de bono iure, & quod ſi executio non eſſet facta, eſſet facienda, ad nil aliud deſervire videtur niſi ad gravandas partes in expenſis.*

358 *Executio non eſt facienda contra tertium, ſed procedendum contra eum via ordinaria.*

359 *Executio poteſt fieri contra tertium, qui iniuſtè poſſidet.*

360 *Executio poteſt fieri contra tertium, quando bona fuerunt in eum alienata lite pendente, in quo recurrendum eſt ad diſtinctionem ſuperius traditam.*

361 *Debitor omni remedio deſtitutus, ſi habet pecunias in promptu, poteſt tradendo illas Executori, utramque executionem evitare.*

De executione Mandati. Pars I. Cap. XIV.

1 REus, qui ſuas propoſitas exceptiones, vel probare, vel probatas tueri non potuit, ſi nec aliqua impedimenta habeat, vel ei in medium allata non ſuffragentur, & cauſa non eſt appellabilis, vel appellatio tantum cum clauſula *ſine præiud.cio*, & ſic ad effectum devolutivum, non autem ſuſpenſivum, fuit admiſſa, & ob id omni remedio deſtitutus, exequutionem evitare non valeat, illam ſaltem aliquatenus differre valebit, ſi terminum ad ſolvendum, qui debitoribus à lege ſuſcipiat.

A Eſt autem terminus ad ſolvendum, A, dilatio decem

a dierum, quæ debitori miſerationis gratia à lege conceditur, cum creditor, ut vulgo dicitur, cum ſacco paratus venire non debeat.

Hæc dilatio ab omnibus Romanæ Curiæ Judicibus, 3
dum à jure profluat concedi poteſt decem tantum dierum, ſed A. C. habet in facultatibus, ut terminum, ſeu dilationem ad ſolvendum debitoribus, triginta dierum concedere valeat; debet autem terminus purè, & ſimpliciter, & abſque ulla conditione ſuſcipi in actis, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN

In Officio NN, & fatendo debitum ſcutorum NN. ex- 4
adverſo petitum ad illud ſolvendum ſuſcepit terminum triginta dierum, quo elapſo conſenſit relaxationi mandati abſque alia citatione, & ſic tactis &c. juravit &c. omni &c.

Non ſolum autem A. C concedit hujuſmodi terminum 5
debitoribus in ejus Tribunali conventis, ſed etiam aliis quibuſcunque in quovis alio tribunali Urbis condemnatis, ſed quando condemnatio eſt ſecuta, ſeu Mandatum eſt relaxatum extra tribunal A. C. neceſſe eſt ſuſcipere terminum, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio &c. NN, & fatendo debitum ſcutorum NN. exadverſo petitum in curia NN ad illud ſolvendum ſuſcepit terminum triginta dierum, quo elapſo conſenſit relaxationi Mandati abſque alia citatione, & ſic tactis &c. juravit &c. omni &c.

Deinde opus eſt deducere hujuſmodi termini ſuſceptionem ad notitiam partis, alias non afficeret, & citatio fieri poteſt, ut infra videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter inſtans 6
ſuſcepit terminum triginta dierum, per acta infraſcripti Notarii, ad ſolvendum debitum petitum in Curia NN. Ideo citetur idem, ad videndum ſibi inhiberi ad ſtatim, ſeu ad p. d. & interim quandocumque, nec audeat aliquod Mandatum ſuſcipere, aut ſuſceptum exequi facere, aut quicquam contra inſtantem innovare, ſub pœnis ſcut. 500. & excommunicationis in ſubſidium & aliis arbitrio Domini &c. inſtante NN, principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra inhiberi, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. inhibuit. & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Eſt autem terminus, quando condemnatio eſt facta, ſeù 7
Mandatum eſt relaxatum ab A. C ſuſcipiendus per acta eiuſdem Notarii, in quibus fuit lata ſententia, ſeù factum Decretum, aut relaxatum Mandatum, & coram eodem judice qui tulit ſententiam, ſeù fecit Decretum, aut relaxavit Mandatum, aliàs non ſubſiſtit, & tunc non eſt alia citatio, ſeù intimatio neceſſaria, ſed ſufficit quod termini ſuſceptio in actis in Brohardo appareat, ut executio, & proceſſus ad ulteriora retardetur.

Evenit aliquando, quod debitor in alio tribunali con- 8
demnatus, ſuſcipit terminum decem dierum coram Judice, qui illum condemnavit, vel contra eum Mandatum executivum relaxavit, & deindè ſuſcipit, eo elapſo, terminum triginta dierum coram A. C. tunc neceſſe eſt citare illum, qui hujuſmodi terminum ſuſcepit, ad videndum moderari, & obtinebitur reduci terminum ſecundo loco ſuſceptum ad viginti dies, qui deſunt in primo ut infra, videlicèt.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum mo- 9
derari inhibitionem, & terminum in Actis ſuſceptum attento quod ſuſcepit alias pro eadem ſumma terminum per acta NN. coram NN. & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius

Decretum.

NN. petiit & obtinuit, ut ſupra reduci terminum ad viginti dies, niſi ad p. d. cum Intimatione omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. mo-

de-

Digitized by Google

deratus fuit terminum, & aliàs prout in actis, Inſtante N N. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

10 Sed ſi debitor aliàs coram A. C. pro eodem debito terminum triginta dierum ſuſcepiſſet, & habuiſſet, tunc illo citato, moderatur terminus in omnibus,

11 Eſt tamen neceſſe, allegantì terminum ſuiſſe aliàs, vel coram alio ſuſceptum, id probare, & in actis fidem de hujuſmodi ſuſceptione, citata parte, ad dicendum contra jura exhibere nam aliàs moderatio, vel reductio termini obtineri in his caſibus minimè poſſet, niſi de illa conſtaret ex eiſdem actis.

12 Cæterum ſi quis ſuſceperit terminum triginta dierum ad ſolvendum; & agatur de parva ſumma, obtinetur reductio termini ad viginti dies, & etiam ad quindecim, ſi Creditor eſſet pauper, & tunc citatur, ut infra videlicet.

A C. N.

13 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum moderari terminum in actis ſuſceptum, attenta parva ſumma ſcutorum NN. & decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, reduci terminum ad vigintiquinque dies; niſi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN, exadverſo principali, qualiter D. reduxit terminum, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali ſivè, &c,

N. Notarius.

14 Quod ſi terminus ob ſubſtituti, ſeu ſcriptoris in curiam non fuerit purè, & ſimpliciter ſuſceptus ut debet, ſed fortè ſub aliqua conditione, vel cum aliqua reſervatione, vel non fuerit ſuſceptus per acta Notarii actuarii cauſæ de qua agitur, vel non fuerit ſuſceptus coram Locumtenente, qui Mandatum relaxavit, ſeu Decretum fecit, aut Sententiam tulit citatur, & obtinetur, ut infra videlicet.

A. C. N.

15 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum mandari exequi Mandatum, prætenſo termino nulliter ſuſceptn, & aliis quibuſcumque non obſtantibus, ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A C N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. mandavit exequi Mandatum, quibuſcumque non obſtantibus, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè, &c. N. Notarius.

16 Aliquando evenit, quod ſuſcipiens terminum eſt ſuſpectus de fuga, & tunc probata ſuſpicione citatur, ut infra, videlicet.

A. C. N.

17 Citetur NN. exadverſo principalis, ad cavendum de ſolvendo in fine termini per eum ſuſcepti, alias videndum mandari exequi mandatum quibuſcumque non obſtantibus, ad p. d. inſtante NN. principali ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p d. cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur N N. exadverſo principali, qualiter D. mandavit exequi Mandatum, quibuſcumque non obſtantibus, & aliàs prout in actis, Inſtante NN. principali ſivè, &c.

N Notarius.

Sed hæc citatio in Tribunali A. C. eſt da taro contingentibus.

18 Termino elapſo, ſi Mandatum non fuit expeditum vigore Decreti, poteſt expediri etiam vigore termini ſuſcepti elapſi, ſicut virtute Decreti termino non ſuſcepto.

19 Cujus mandati virtute diverſimodè ad executionem proceditur, Aliquando illius vigore obtinetur Sequeſtrum ſuper bonis, ſeù pecuniis Debitoris penes Debitorem Debitoris, aut alios exiſtentibus, tenoris infraſcripti, videlicet.

De mandato Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. A C. ſivè R. 20
P. D. N N. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis creditoris NN. in ſcutis NN. ac Juliis NN, pro expenſis Mandati executivi in Actis expediti, Tenore præſentium,

Sequeſtrentur, *B*, ſub arcto, & firmo Sequeſtro ponantur B
penes Omnes, & ſingulos in executione præſentium nominandos, & cognominandos, omnes, & ſingulæ pecuniarum, rerum, & bonorum ſummæ, qualitates, & quantitates ad d. N N. quomodolibet ſpectan, & pertin & quæ in futurum ſpectabunt, pertinebunt in inhibentes expreſsè eiſdem Sequeſtrariis, nè viſis præſentibus, ſub 500. ducatorum auri Rev. Cameræ Apoſtolicæ applican & pro illis Mandati executivi, in Juris ſubſidium excommunicationis, aliiſque &c. pænis, etiam de proprio reiterandæ ſolutionis audeant, &c. pecunias, & res & bona, ut ſupra ſequeſtrata alicui Perſonæ dare tradere, ſivè conſignare, niſi prius d. Domino inſtante de præmiſſis ſatisfacto, vel alias abſque Domini licentia, quovis prætextu, & ſi quis, &c. compareat, &c. alioquin, &c,

N. Notarius,

Loco † Sigilli.

Executo Sequeſtro per Curſorem contra habentes penes 21
ſe pecunias, ſeù alia bona debitoris in illius executione nominatos, & cognominatos, relatione facta, citantur Sequeſtrarii ad dicendum contra jura, & repetito Decreto mandati una cum toto Proceſſu, & Sequeſtro executo, ac docto, penes eos eſſe pecunias, & bona ad N. Debitorem ſpectantia, citantur tàm Debitor principalis, quam Sequeſtrarii prædicti, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citentur Infraſcripti exadverſo principales & Sequeſtra- 22
tarii reſpectivè, ad conſignandum, conſignarique videndum Inſtanti pecunias ſequeſtratas, & quodcumque Mandatum de conſignando tam gratioſum, quàm rigoroſum, & aliud neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari ad p. d. inſtante N N. principali ſivè, &c.

N. Notarius.

NN. & NN. exadverſo principalis, &
NN. & NN. Sequeſtrarii.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

Intimetur infraſcriptis, qualiter D mandavit conſignari pecunias ſequeſtratas, & aliàs prout in Actis inſtante NN. principali ſive, &c,

N. Notarius.

NN. exadverſo principalis, &
NN. & NN. Sequeſtratarii,

Si Sequeſtratarii, nihil opponunt, expeditur contra eos 23
Mandatum gratioſum, tenoris videlicet.

De mandato Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D A. C. ſeù R. 24
P. D. N N. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis creditoris N N. in ſcutis NN. monetæ ac expenſis Mandati executivi ler. ſer. contra eundem N N. relaxari, Tenore præſentium.

Maneatur vobis NN. & NN. exadverſo Sequeſtratariis, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, ſub Mandati rigoroſi, aliiſque penis, debeatis, & quilibet Veſtrum debeat ex pecuniis penes vos exiſtentibus, & ſpectantibus ad NN. Debitorem ſequeſtratis eidem NN. inſtanti eadem ſcuta NN. monetæ ut ſupra debita, & alia ſcuta pro expenſis mandati executivi ſolviſſe, & ſolui & exburſaſſe feciſſe, & mandaſſe, recepta quietantia, nam vobis, & dd. N N. Debitore citatis, & relatis Reverendiſſ. D. ita mandavit hac die, &c.

N. Notarius.

Loco † Sigilli.

N. Locumten.

Cæterum ſi ſequeſtratarius nihil habeat in manibus, 25
quod ſpectet ad d NN. proteſtetur, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. medio juramento tactis, &c. dixit non habere aliquid in manibus, quod ſpectet ad N N. & ideo non

non poſſet relaxari aliquod Mandatum, & nihil fieri, niſi ſer. ſer. verificatis verificandis, alias, &c.

26 Qua proteſtatione facta, niſi Creditor doceat, Sequeſtratarium habere in manibus pecuniam ad NN. debitorem ſpectantem, non poterit illum cogere ad conſignandum, ſed ſi eo citato ad dicendum contra, vel aliàs probavarit, Sequeſtratarium eundem habere in manibus, & ipſe nihilominus ſolvere recuſet, & exequitur contra eum Mandatum gratioſum expeditum. Hoc eſt Curſor copiam dicti mandati domi, vel in manibus propriis Sequeſtratarii relinquit, & facit de hoc relationem, & deinde citetur Sequeſtratarius, ut infra videlicet.

A.C N.

27 Citetur NN. exadverſo Sequeſtratarius, ad docendum ſe paruiſſe Mandato gratioſo, aliàs videndum decerni, & relaxari Mandatum rigoroſorum, & exequutivum neceſſarium, & opportunum, ad p. d. inſtante NN. principali ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p.d. cum Intimatione, omni, &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo Sequeſtratario qualiter D. relaxavit Mandatum rigoroſum, & aliàs prout in Actis Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

28 Et niſi Sequeſtratarius ſolvat, expeditur contra eum Mandatum executivum, ſi tamen ipſe principalis Debitori eſt obligatus ità, & taliter quod poſſit contra eum agi executivè, nam aliàs eſſet agendum contra eum via ordinaria, & cauſa eſſet appellabilis.

29 Si verò Sequeſtrum fuit executum ſuper diverſis bonis mobilibus, & aliis Debitorem ſpectantibus, tunc reproducto Sequeſtro, & probatis probandis, ut ſupra, fit Citatio ut infra videlicet.

A.C.N.

Citentur infraſcripti exadverſo principales, & ſequeſtratarii reſpectivè ad conſignandum conſinarique videndum pecunias, res, bona ſequeſtrata, quatenus ſint pecuniæ infraſcripto Inſtanti, pro concurrenti quantitate ſui crediti, quatenus verò bona, in Depoſitaria Urbana, ad effectum, &c. & quodcumque Mandatum de conſignando tàm gratioſum quàm rigoroſum, & aliud neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

NN. exadverſo principalis, &
NN. exadverſo Sequeſtratarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra niſi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo principali, & NN. exadverſo Sequeſtratario; qualiter D. mandavit conſignari pecunias, & bona ſequeſtrata, & aliàs prout in actis inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

30 Elapſa prima die juridica poſt intimationem executam, expeditur Mandatum gratioſum tenoris videlicet.

De Mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D A.C. ſeù R.P.D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis creditoris NN. in ſcutis NN. monetæ, ac expenſis Mandati executivi contra eundem NN. relaxati, Tenore præſentium.

Mandatur tibi NN. exadverſo Sequeſtratario; quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, ſub Mandati rigoroſi, aliiſque pœnis, &c. debeas pecunias, res, & bona penes te exiſtentia ſpectantia ad NN Debitorem ſequeſtrata, quatenus ſint pecuniæ, NN. inſtanti ſcuta NN. monetæ, ſupra debita, & alia ſcuta NN. pro expenſis Mandati executivi, ſolviſſe, & exburſaſſe quatenus verò ſint bona in Depoſitaria Urbana conſignaſſe, ad effectum, &c. & ſolui, conſignarique feciſſe, & mandatum, recepta quietantia, nàm te, & d. NN. Debitore citatis, & relaxatis Reverendiſs. D. ita mandavit, hac die, &c.

N. Notarius.

Locus † Sigill.

N Locumten.

Quod ſi ſequeſtratarius parere mandato gratioſo recuſaverit, tunc intimato illi dicto Mandato domi dimiſſa copia, vel perſonaliter per Curſorem, & citato ad docendum ſe paruiſſe Mandato gratioſo, niſi aliquid relevans deducat, expeditur contra eum Mandatum rigoroſum, ſeù executivum, & datur Executori Curiæ ad effectum illud, ut ſupra exequendi. 31

Sed ſi ſequeſtratarius pareat mandato conſignatis pecuniis Creditori, ſi quas habeat recepta quietantia. bonis verò in Depoſitaria Urbana, ſi pecuniæ non ſufficiant pro ſatisfactione Crediti, proceditur ad Subhaſtationem, & deliberationem dictorum bonorum in Depoſitaria conſignatorum, ac ſi ſuper illis fuiſſet ab Executore facta realis executio, prout dicetur in ſequenti Capite *de Subhaſtatione, & deliberatione Pignorum.* 32

Non omitto quod aliquando poſt factum Sequeſtrum Pars adverſa obtinet illius revocationem, citando, ut infra videlicet 33

A.C.N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum revocari prætenſum Sequeſtrum, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum (*ſi Sequeſtrum fuit obtentum pro aſſecuratione Judicii.*)

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra data idonea cautione de ſtando Juri, & judicatum ſolvendo, niſi ad p. d. cum intimatione omni, &c.

Decretum (*ſi Sequeſtrum fuit obtentum vigore Mandati executivi ſer. ſer. relaxati.*)

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra facta ſolutione (*vel data cautione idonea*, C, *in forma depoſiti*) niſi ad p. d. C
cum intimatione omni, &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. revocavit Sequeſtrum, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N Notarius.

Sed ſi Sequeſtrum non fuiſſet legitimè factum, obtinetur illi as revocatio ſimpliciter abſque alia cautione, citando, ut ſupra partem adverſam ad videndum revocari Sequeſtrum. 34

Si verò Sequeſtrum fuiſſet factum ſuper fructibus locorum Montium, & Creditor eſſet jam ſatisfactus, & ob id eſſet opus extrahere partitas Librorum Montium, ad effectum probandi ſatisfactionem, poterit citari, prout infra videlicet. 35

A.C.N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum deſtinari Notarium ad effectum extrahendi partitas Librorum Montis NN. (*ſeù alterius libri ſecundùm facti contingentiam*) penes NN. d. Montis Depoſitarium exiſtentium, & mandari dd. partitas extrahi in forma Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c. 36

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra deſtinari Notarium necnon extrahi partitas pro diebus, & horis certis intimandis, &c. omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. mandavit extrahi partitas, & deſtinavit Notarium, & aliàs prout in Actis, & Notarius accedet ad hujuſmodi extractionem faciendam die N. cum duobus ſequentibus de mane hora N. & de ſerò, hora N. ideò citetur idem ad intereſſendum, quatenus, &c. aliàs, &c. Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Si verò habens Librum, ſeù Libros hujuſmodi penes ſe, impediret extractionem Partitarum, & nollet in hoc patientiam præſtare citatur ut infra videlicet. 37

A.C.N.

Citetur NN. Depoſitarius Montis NN. ad præſtandam patientiam in extractione partitarum Librorum dicti Montis, aliàs videndum per Dominum gravari, & prò gravamine

Digitized by Google

vamine decerni, & relaxari Mandatum executivum ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit gravari in Juliis NN. quolibet die, donec paruerit, & ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. relaxavit mandatum, & aliàs prout in Actis Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Elapſa prima die juridica poſt executam Intimationem, ſi Citatus patientiam adhuc non præſtat: expeditur Mandatum pro gravamine Judici beneviſo, juxta formulam ſuperius traditam contra Teſtem recuſantem ſe examini ſubjicere, hac eadem *p. 1. c. 11. n. 22.*

38 Extractis verò partitis, citatur Pars ad dicendum contra Jura, & illis repetitis in Actis, & admiſſis, & in quantum citatur iterum, ut ſupra ad videndum revocari Sequeſtrum, & ſtante ſolutione, ſeù ſatisfactione obtinetur, illius revocatio.

39 Sed hic obiter occaſione Sequeſtri, poteſt animadverti, quod licet in Tribunali A. C. Sequeſtrum vigore Mandati omnibus paſſim illud petentibus concedatur; non tamen ita de facili conceditur Sequeſtrum pro aſſecuratione Judicii, ſed tantum in aliquibus caſibus Judici beneviſis docto de credito, & jurato de metu dilapidationis bonorum, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

40 In Officio, &c. NN ad docendum de ſuo bono jure, & credito ſcutorum NN. monetæ quod habet contra NN. facto per compulſum in forma, &c. produxit Inſtrumentum publicum obligatione Camerali vallatum, rogatum per Acta NN. ſub die NN. &c. prout in folio tenoris, &c. & medio Juramento tactis, &c. juravit de metu dilapidationis bonorum, &c. ideo inſtetit ſibi concedi Sequeſtrum pro aſſecuratione Judicii, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio, &c.

Tenor Sequeſtri.

41 De Mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C. ſivè R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis Creditoris NN. in ſcutis NN. vigore Inſtrumenti publici in actis producti. Tenore præſentium.

Sequeſtrentur, & ſub arcto, & firmo ſequeſtro ponantur penes omnes, & ſingulos in executione præſentium nominandos, & cognominandos, omnes, & ſingulæ pecuniarum, rerum, & bonorum ſummæ, qualitates, & quantitates ad dd. NN. quomodolibet ſpectan. & pertinen. & quæ in futurum ſpectabunt, & pertinebunt, Inhibentes expreſsè eiſdem Sequeſtratariis, ne viſis præſentibus, ſub 500 ducatorum auri Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & pro illis mandati exequutivi, & in Juris ſubſidium excommunicationis, aliiſque &c. pœnis etiam de proprio reiterandæ ſolutionis audeant, &c. pecunias, res, & bona, ut ſupra ſequeſtrata, alteri Perſonæ dare, tradere, ſivè conſignare, niſi prius d. NN. de permiſſis ſatiſfacto, vel alias abſque Domini ſcientia, quovis pretextu, quia docto de credito, & Jurato metu, &c. Reverendiſs. D. ita mandavit, &c. & ſi quis, &c. compareat, &c. alioquin, &c.

N. Notarius.

Locus † Sigilli.

42 Ad conſignationem verò bonorum Sequeſtratorum hoc caſu non devenitur, niſi liquidato credito, & declarato Sequeſtrante vero, & legitimo Creditore.

43 Mandatum autem ſuſpicionis fugæ in Tribunali A. C. à Locumtenentibus non conceditur, ſed ab A. C. met aliquando ſolet concedi, docto tamen, ut ſupra, de credito, & jurato de metu fugæ, ut infra videlicet.

A. C. N.

Pro NN. contra NN.

44 In Officio, &c. NN. ad docendum de ejus credito ſcutorum NN. quod habet contra NN. facto per compulſum produxit Inſtrumentum publicum Camerali obligatione vallatum, rogatum per Acta NN ſub die NN. prout in folio tenoris, &c. & medio Juramento tactis, &c. Juravit d. NN. ſuſpectum de fuga, ideoque inſtetit ſibi concedi Mandatum ſuſpicionis fugæ contra eumdem non ſolum, ut ſupra ſed omni alio meliori modo, &c.

45 Quod quidem mandatum nulla prævia citatione concedi ſolet contra Debitoris perſonam, ut infra videlicet.

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C met ad Inſtantiam NN. principalis Creditoris NN. In ſcutis NN. monetæ debitis occaſione, qua in Actis, juxta formam Jurium Camerali obligatione Vallatorum, Tenore præſentium capiatur NN. exadverſo principalis tanquam de fuga ſuſpectus juratus, & captus ad præſentiam Domini ducatur, & deindè ſi ei videbitur ejus arbitrio carceretur, & non relaxetur donec caverit de ſtando juri, & judicatum ſolvendo, juxta formam Statutorum Urbis, &c. ſine d. Illuſtriſs. Domini mandato. Quoniam conſtito de credito, ac jurato de ſuſpicione fugæ, & alias prout in Actis, Illuſtriſs. D. ita mandavit hac die, &c.

NN. Notarius.

NN. C. A. Auditor.

Locus † Sigilli.

46 Cujus quidem mandati virtute, ſi debitor fuerit ab Executoribus repertus, ducitur ad præſentiam Judicis ut caveat de ſtando juri, & judicatum ſolvendo, quod cautione non præſtiterit, tunc demum ducitur ad Carceres & non relaxatur, donec Fidejuſſorem præſtiterit, ſi verò cavet relaxatur, & non moleſtatur amplius, nec ipſe, nec ejus Fidejuſſor, niſi poſtqam citatis citandis, ac ſervatis ſervandis, ad favorem Creditoris judicatum fuerit.

47 Solet tamen aliquando Mandatum hujuſmodi ſuſpicionis fugæ concedi citata parte ad dicendum contra Jura in forma, & juribus ad effectum docendi, ut ſupra de Credito in Actis productis, ac per D. Judicem admiſſis, cum ſolita clauſula, *ſi & in quantum*, & deindè iterum citata Parte, videlicet.

A. C. met.

48 Citetur NN. exadverſo principalis ad cavendum de ſtando juri, & judicatum ſolvendo pro ſcutis NN. debitis, & petitis occaſione de qua in actis, aliàs videndum decerni, & relaxari Mandatum ſuſpicionis fugæ, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN petiit, & obtinuit, ut ſupra, docto tamen de credito, ac jurato de ſuſpicione fugæ, niſi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. met.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter D. relaxavit mandatum, & aliàs prout in Actis Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

49 Cujus quidem decreti vigore elapſa prima die juridica poſt Intimationem exequutam expeditur Mandatum, addendo in eo, *quod Debitore ſuſpecto de fuga jurato, citato, & intimato, Illuſtriſs. D. ità mandavit, &c.* & proinde proceditur ad illius executionem, ut ſupra.

50 Arreſta verò contra Carceratos non conceduntur, niſi juxta formam reformationis San. me. *Pauli V.* virtute Mandati exequutivi ſervatis ſervandis, citata Parte relaxati, ut infra videlicet.

51 De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C. ſivè R. P. D. NN. ejus in Civilibus cauſis Locumtenentis, & ad Inſtantiam NN. principalis Creditoris NN in ſcutis NN. virtute mandati ſer. ſer. relaxati. Tenore præſentium.

Arreſtetur NN. in Carceribus, in quibus reperitur, ad Inſtantiam NN. pro ſcutis NN. debitis occaſione de qua in Actis, ac Juliis NN. pro expenſis, Mandati executivi ſer. ſer. relaxati, prout in Actis, & non excarceretur donec eidem Inſtanti de d. ejus credito, ac expenſis ſatisfecerit. Quoniam vigore dicti Mandati executivi ſer. ſer. relaxati, in vim obligationis Cameralis, & alias prout in Actis Reverendiſs. D. ita mandavit, hac, &c.

N. Notarius.

Locus † Sigilli.

N. Locumten.

52 Cæterum, ad rem redeundo, expedito Mandato vigore Decreti, vel vigore termini ſuſcepti, & elapſi, ut ſupra, ſi Creditor noluerit procedere per viam ſequeſtri, ſed per viam exequutionis perſonalis, aut realis, datur Mandatum

Digitized by Google

tum executivum Executoribus Curiæ ut illud contra perſonam, & bona obligati exequantur.

53 Quod ſi nec perſona, nec bona, ſuper quibus executio fieri poſſit, reperiatur, & Debitor eſt in forma Cameræ obligatus, procedit ſactis prius diligentiis per Executores, contra eum ad Cenſuras, & tunc R. P. D. meus *Bicbius* Sacræ Rotæ Romanæ Auditor, dum eſſet A.C. Locumtenens, induxit ut citaretur Pars, ut infra, & ita hodie obſervat Praxis videlicet.

A.C.N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad concordandum de Executores, qui faciat diligentias pro executione Mandati, aliàs videndum per Dominum Deputari ex Officio, ad p.d. Inſtante NN. principali ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra deputari in Executorem NN. niſi ad p. d cum intimatione, omni, &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. deputavit Executorem, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Elapſa prima die juridica poſt Intimationem, Executor deputatus fidem facit, ſe ad Inſtantiam NN. diligentias de reperiendo perſonam, & bona NN. ejus debitoris, ad effectum &c. feciſſe, ſed nec perſonam, nec bona, ſuper quibus mandatum exequi potuerit, inveniſſe.

Hæc fides Executoris, ſi Debitor eſt in forma Cameræ obligatus producitur in Actis cauſæ, citata parte ad dicendum contra Jura in forma, necnon ad videndum extendi formam Cameræ in Juribus de quibus in Actis appoſitam, juxta ſtylum Curiæ, quæ productio fieri poteſt, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

54 In Officio NN. & ad docendum de diligentiis factis ab Executore de reperiendo perſonam, & bona NN. Adverſarii ad effectum executionis Mandati, & nec perſonam, nec bona reperiri, facto, per compulſum produxit dictum Mandatum exequotivum, aliàs expeditum, una cum fide dictarum diligentiarum per Executorem factarum tenoris, &c. & repetiit omnia jura, & Inſtrumenta producta, & repetita, Decreta facta, acta, & actitata per acta mei, in quantum, &c. petens, &c. omni, &c.

Et reproducta citatione ad dicendum contra Jura, & ad videndum extendi legitimè executa, ac obtento Decreto admiſſionis illorum, ſi, & inquantum, &c. & extenſionis formæ Cameræ juxta Praxim ſuperius traditam part. 1. cap. 2. n. 14. & ſeqq. & n. 19. & n. 174. (*nam extenſio hujuſmodi formæ Cameræ ad effectum fulminandi cenſuras, eſt omninò neceſſaria, etiam ſi fuerit conſenſum in Mandatum executivum, antea, &c.*) ſi Pars non opponit generalia contra, & pendente hujuſmodi termino nihil fieri, citatur Pars ad videndum ſe in Juris ſubſidium declarari excommunicatum in forma, aliàs Parte opponente generalia contra, & pendente, &c. quia tunc officium Judicis ſuper extenſione formæ Cameræ, & alio quovis Decreto conquieſcit, & Judex ſolum admittit, & mandat recognoſci jura, opus eſt iterum citare Partem ad videndum extendi, & obtinere Decretum extenſionis formæ Cameræ, poteritque tunc etiam unico contextu citari ad videndum extendi, & ſe declarari, &c. ut infra, videlicet.

A. C. N.

55 Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum extendi formam Cameræ in juribus, de quibus in actis appoſitam, juxta ſtylum Curiæ. & ſe in Juris ſubſidium declarari Excommunicatum, D. & litteras declaratorias, & Cedulones decerni, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri & interponi ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit extendi formam Cameræ juxta ſtylum, Curiæ ut ſupra niſi infra tres omni, &c.

Elapſis verò tribus diebus currentibus, vel tertia die poſt factum decretum, ſequente citatur pars adverſa, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum relaxari litteras declaratorias, & Cedulones aliàs decretos, & quatenus opus ſit de novo decerni & relaxari, ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè &c. 56

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principalis, qualiter D. decrevit, & relaxavit literas declaratorias, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Elapſa prima die juridica poſt intimationem executam, illa reproducta, expediuntur litteræ declaratoriæ, & affiguntur Cedulones in locis publicis, tenoris infraſcripti, videlicet.

D. NN. exadverſo principalis, auctoritate Apoſtolica in juris ſubſidium denonciatur excommunicatus, & declaratus ob non ſolutionem ſcutorum quingentorum monetæ, *ſeu alterius ſummæ ſcuta viginti quinque monetæ exceden.* pro quibus in forma Cameræ obligatus extitit occaſione Societatis, officii, *vel alia de cauſa ſecundum facti contingentiam, exprimenda*, prout in actis, quia ipſo citato, & intimato Reverendiſſimus D. ita mandavit, hac die, &c. inſtante NN. principali, ſivè, &c. 57

N. Notarius.

Loco † Sigilli.

N. Locumten.

Obſervandum tamen eſt quod in cauſis penſionum poteſt quis excommunicari pro quilibet termino non ſoluto, licet parvo, & infra ſummam ſcutorum viginti quinque, quia Papa ipſe in literis reſervationis penſionis excommunicat non ſolventem, & A C. prout quilibet alius executor exequitur, juxta literarum formam, & tenorem. 58

Aliquando excommunicatus obtinet abſolutionem per menſem cum reincidentia, vel in honorem Feſtivitatum cum reincidentia poſt Feſta, parte tamen citata, ut infra videlicet. 59

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum inſtantem abſolvi à cenſuris in honorem Feſtivitatis Sanctiſſimi Natalis, *vel Paſchalis Reſurrectionis* D. N. Jeſu Chriſti, & quodcunque Decretum de ſuper neceſſarium, & opportunum fieri & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c. 60

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra abſolvi cum reincidentia poſt Feſta, cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D abſolvit inſtantem, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali ſivè, &c. N. Notarius.

Si verò ſit abſolvendus extra tempora feſtivitatum, citatur, & obtinetur ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum inſtantem abſolvi à cenſuris, & quodcunque Decretum deſuper neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè, &c. 61

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, abſolvi per menſem cum reincidentia, niſi ad p d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. abſolvit à cenſuris, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Ex cauſa verò, vel ſi ex nova jurium productione aut aliàs creditum redderetur turbidum, poſſet etiam aliqua

Digitized by Google

aliquando obtineri abſolutio longior, etiam ad beneplacitum parte tamen ſemper, ut ſupra citata, & intimata, mutatis mutandis.

63 Cæterum ſi Debitor fuerit repertus, executores illum captivum ducunt ad carceres, & ſi eſt ſolvendo non relaxatur, donec ſolvat, vel præſtet cautionem idoneam in forma depoſiti de ſolvendo ad omne manda-

E tum Domini *E*.

64 Sed ſi debitor non eſt ſolvendo, ſolet ſæpè à Sacra viſita, ſeu ab Illuſtriſſ. Carcerum Præſide, ad quem ſolent etiam à Sac. Viſita cauſæ hujuſmodi carceratorum remitti, obtinere dilationem, parte tamen citata, ut infra videlicet.

F Illuſtriſs. D. Carcerum Præſide *F*.

65 Citetur NN. exadverſu principalis, ad videndum inſtanti concedi dilationem ad ſolvendum debitum, de quo agitur, & mandari eundem excarcerari, & quodcumque Decretum deſuper neceſſarium & opportunum fieri, & interponi ad p. d. inſtante N N. principali ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

N N. petiit, & obtinuit, ut ſupra, excarcerari, data tamen cautione idonea de ſolvendo ſcuta N N. monetæ quolibet menſe, uſque ad integram dicti debiti ſatisfactionem, ita quod ipſo deficiente in una ſolutione, teneatur ad duas, & deficiente in duabus, teneatur ad totam ſummam, niſi ad p. d. cum intimatione omni, &c.

Carcerum Præſide.

Intimetur N N. exadverſu principali, qualiter D. mandavit inſtantem excarcerari, & aliàs prout in actis, inſtante N N. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

66 Dilationes autem, & excarcerationes hujuſmodi plurimum pendent ab arbitrio Sacræ Viſitæ, ſeu illuſtriſs. Carcerum Præſidis, à quorum decretis non datur appellatio.

67 At ſi debitor carceratus eſt pauper miſerabilis. & nihil habet in bonis, tunc exhibita fide Parochi ſuper paupertate debitoris in actis Notarii Illuſtriſſimi D. Carcerum Præſidis citato adverſario, ad dicendum contra jura, vel productis in eiſdem articulis. ſuper dicta paupertate, parte citata ad dicendum contra Articulos in forma, examinatiſque Teſtibus, ſervatis ſervandis, ac probata paupertate, citatur creditor ad præſtandum alimenta, ut infra videlicet.

Carcerum Præſide.

68 Citetur N N. exadverſo principalis, ad præſtandum inſtanti alimenta attenta ejus paupertate, aliàs videndum mandari excarcerari, & quodcumque Mandatum de excarcerando deſuper neceſſarium, & opportunum, decerni; relaxari ad p.d. inſtante N N. principali, ſivè, &c.

N Notarius.

Decretum.

N N. petiit, & obtinuit, ut ſupra, Intimatione, omni, &c.

Carcerum Præſide.

Intimetur N N exadverſo principali, qualiter D. mandavit inſtantem excarcerari, & aliàs prout in actis Inſtante N N. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

69 Et tunc deficiente creditore in præſtatione alimentorum, quæ taxantur arbitrio illuſtriſs. D. inſpecta qualitate perſonarum, Debitor eximitur à Carceribus.

70 Contra obligatum autem in forma Cameræ poteſt unico contextu fieri executio perſonalis, ut ſupra, & etiam realis.

G Executio realis, *G*, aut fit ſuper mobilibus, aut ſuper ſtabilibus debitoris.

71 Si fit ſuper mobilibus, Executor vigore mandati auferr d d mobilia, & illa conſignat officialibus depoſitariæ Vrbanæ, ad hoc, ut poſſit ad illorum ſubhaſtationem, & deliberationem deveniri, & ex illorum pretio Creditori ſatisfieri.

72 Et quia aliquando Debitor tenet portam clauſam, nè Executores poſſint exequi Mandatum ſuper mobilibus in ea exiſtentibus, ideò tunc citatur, ut infra videlicet,

A C. N.

Citetur N N. exadverſo principalis, ad tenendum portam apertam, itant Mandatum contra eum decretum, & relaxatum exequi poſſit, aliàs videndum mandari eam aperiri per vim, & Decretum neceſſarium; & opportunum fieri, & interponi, ad p.d. inſtante N N. principali, ſivè, &c. 73

N. Notarius.

Decretum.

N N. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A C. N.

Intimetur N N. exadverſo principali, qualiter D. mandavit aperiri portam, & aliàs prout in actis, Inſtante N N. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Si verò executio fit ſuper ſtabilibus, forte quia mobilia non adſunt, vel non ſufficiunt pro ſatisfactione Creditoris, Executor, una cum Notario cauſæ actuario, accedit ad Domum, vel Vineam, ſuper qua facienda eſt executio, & in eam introeundo, ac per eam deambulando, exequitur Mandatum, de qua executione Notarius coram duobus teſtibus, conficit inſtrumentum publicum, ut infra videlicet. 74

In Dei nomine &c. Anno &c. N N. exequutor Curiæ Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C. habens præ manibus Mandatum executivum, ad inſtantiam N N. relaxatum contra N N. cujus tenor eſt infraſcriptus, videlicet. De Mandato Illuſtriſs & Reverendiſs. Domini A.C ſive R. P. D. N N. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam &c. (*hic inſeratur totus tenor Mandati*) una mecum Notario actuario infraſcripto, acceſſit ad Vineam N N. ſitam extra portam N. juxta bona N N & N N. viam, & alios &c. ſi qui ſint &c. ſuper qua, & illius juribus, & pertinentiis, virtute præinſerti Mandati fecit executionem, non ſolum, ut ſupra ſed omni alio meliori modo &c. ſuper quibus &c. acta fuerunt hæc omnia & ſingula ſupraſcripta, &c. præſentibus N N. & N N. teſtibus vocatis, habitis ſpecialiter, atque rogatis. 75

Poſtquam autem executor ſuper Vinea, ut ſupra, vel aliis ſtabilibus executionem fecit, de hoc officialibus Depoſitariæ Vrbanæ relationem affert, ut ad ulteriora ſubhaſtatione, & deliberatione deveniri, & ſic pecuniis ſatisfieri valeat creditori. 76

Obſervationes.

Lex dat *miſerationis* gratia Debitoribus condemnatis, & confeſſis terminum, ſeù dilationem ad ſolvendum Etenim Imp. Pius *Caſſio* Proconſuli in hæc verba reſcripſit. *His qui fatebuntur ſe debere, aut ex re judicata neceſſe habebunt reddere. tempus ad ſolvendum detur quod ſufficere pro facultate cujuſque videbitur, l. Debitoribus 31. ff. de re jud.* A 77

Et ſi quæratur, quæ ſit iſta dilatio, reſpondet Bart. *in l. ſi Debitoribus. n. 1 ff. de re jud.* de jure eſſe tempus quatuor menſium, quod confeſſis eſt concedendum, ſicut idem datur etiam condemnatis regulariter, *l. 4. §. ſi quis condemnatus, ubi gloſſ. in verb. majorem, ff. de re jud. a C. de Vſur. rei jud c. quod ad conſolatione, de re jud. cap. te. quærenti, ubi gloſſ. in verb quadrimeſtre*, & Felin. *n. 2. de offic. deleg d. l Debitoribus*, ubi Gloſ. & D D. *ff. de re jud. d. l. ſi Debitori*, ubi Gloſſa *in indultum ff. de jud.* Alex *conſil. 77. n. 1 verſ. ſed de jure communi, lib. 2.* & Bart. *in d. leg. ſi Debitori n. 1.* ſequitur Abbas *in d. cap. quod ad conſultationem, n. 2 de re jud* Felyn *in d. c. quærenti, n. 7 offic. deleg* ubi dicit ad hoc eſſe textum *in l. centum, §. ult. ff. de Confeſſ.* 78

Veruntamen iſtud quadrimeſtre poteſt à Judice ex juſta cauſa prorogari, & arctari, *l. 2 ff. de re jud. cap quod ad conſultationem*, ubi Gloſ. *in ver. arctari de re jud.* Sed ſi Iudex illud arctaret ſinè cauſa ſuppleretur à lege uſque ad tempus legitimum, videlicet uſque ad quadrimeſtre, *l. 4. §. ſi quis condemnatus*, ubi Gloſ. *in verbo minorem ff. de re jud* Gloſ. *in dict. cap. quod ad conſultationem, in verbo arctavi de re jud.* 79

Cæterum in confeſſis fuit quadrimeſtre à conſuetudine limitatum, & reductum ad decem dies. *l. ſi Debitori*, ubi Gloſſ. *in verbo modicum, & in verbo indultum*, quam 80

Bart.

Digitized by Google

Bart. *nu.1.* & declarat, & alii ſequuntur, *ff. de jud.* idem Bart. *in d. l. Debitoribus*, *n.2.* Caſtr. *n.15.* & alii, *ff. de re jud.* Abb. *in dict. cap. quod ad conſultationem*, *n.2. de jud* Felyn. *in cap. quærenti, n.2. ante finem, & n.7. de offic. Deleg.* Et non ſolum fuit, ut ſupra, ad decem dies limitatum de jure communi, ſed etiam ex diſpoſitione *Statuti Urbis lib. 1. cap. 89.* Luc. Pet. *in prax. lib. 4. c. 3. n. 18.* Feozon ad *Stat. Urb. d. lib. 1. c. 89. n. 14.*

85 Tenentur autem tam condemnatus, qui habet terminum quatuor menſium, quàm etiam confeſſus, qui habet terminum decem dierum, omninò cavere de ſolvendo in fine termini, aliàs poſſent capi, & in Carceribus detineri, donec ſatiſdarent, *l. ſi Debitori, ibi, competenti cautela*, ubi etiam Gloſ. & *Angel. n. 2.* Bart. *nu. 3.* Fulgoſ *nu. 4.* Caſtren. *nu. 11. ff. de jud.* ubi quod id procedit etiam ſi debitor ſit ſolvendo, Jaſ. *in l. Debitoribus*, *nu. 14. ff. de re jud.*

82 Debet tamen debitor, antequàm capiatur, citari ad cavendum de ſolvendo in fine termini, & conſtitui in mora aliàs non poſſet, ratione d. ſatisdationis carcerari, Bald. *in d. l. ſi debitori, n. 3. in fine, ff. de jud.* Caſtr. qui dicit ſe ita practicaſſe *in l. ſi univerſa, n. 6.* & ibi Jaſon. *n. 2. C. de precib. Imperat. offer.* Æneas Falcon. ad Abbatem *in cap. quod ad conſultationem, ſub n. 22. in verb. debet ſa-*
83 *tisdare*, ubi dicit ſe ita practicaſſe, niſi eſſet † ſuſpectus de fuga, quia tunc poſſet capi, etiamſi non conſtitueretur in mora, Bald. *in d. l. ſi debitori n. 3. in fine, ff. de jud.*

84 Sed hoc non procedit, quando Debitor eſſet valde dives, adeò quod ex hujuſmodi dilatione nullum damnum Creditori poſſet inferri per ſubtractionem perſonæ, aut bonorum, nàm tunc ceſſaret ratio, ob quam DD præfati d. ſatisdationem exigunt, ac proindè debitor non eſſet cogendus ad ſatis dandum, Alberic. *in l. ſi Debitori in pr. verſ. unde exponunt*, *ff. de jud.* Abb. *in c. quod ad conſultationem, n. 23. de re jud.* Bald. *in l. fin. n. 1. in fine, verſic. quid ergo, C. de exec. rei jud.* Jaſ. *in l. Debitoribus*, *n. 14. in fine*, *ff. de re jud.*

85 An autem creditor damnum hujuſmodi pati poſſit, nec nè, Judex pro ſuo arbitrio, ſecundum perſonarum qualitates, dijudicabit, Alberic. *in d. l. ſi Debitori in princ. verſ. unde exponunt*, *ff. de jud.* Bald. *in d. l. fin. n. 1. in fin. verſ. quid ergo*, *C. de execut. rei jud.*

86 Primò tamen regula ſuperius firmata, quod condemnatis detur terminus quatuor menſium ad ſolvendum, non procedit in condemnato ex depoſito, qui ſtatim tenetur ſolvere, *l. ſi quis, ibi, illico, & ibi, quam celerrimè*; *Cod. depoſ.* Felyn. *in cap. quærenti*, *n. 2. de offic. Deleg.* Soc. *reg. 396. in prima fallentia.*

87 Secundò non procedit, quando quis appellavit, & ejus appellatio fuit reperta manifeſtè fruſtratoria, quia clarè conſtabat, quod ei nulla competebat defenſio, nam tunc currit dictum tempus a die latæ primæ Sententiæ, ſecus ſi non ſit ita manifeſtè fruſtratoria, quia tunc non currit tempus, niſi à die confirmationis, ſecundum diſtinctionem, quam tradit Bald. *in lib. 2. nu. 7. C. de uſur. rei jud.* quem ſequitur Alex. *conſ. 94. n. 2. l. 4.*

88 Tertiò non procedit, quando quis fuit condemnatus à Judice, à cujus ſententia appellare non licet, nam tunc illam ſtatim executioni demandatur infra decem dies per Text. *in §. aliud* ubi Angel. *in auth. ut Sponſ. largit.* Felyn. *in dict. cap. quærenti*, *n. 2. de offic.* Deleg. Alex. *in lib. Debitoribus*, *num. 13.* & ibi Jaſon. *num. 9. ff. de re jud.* Soccin. *dict. reg. 396. in fallentia.*

89 Quartò non procedit, quando agitur de Alimentis alicui conſtituendis, vel ſubveniendo Minori per viam reſtitutionis in integrum, nàm tunc Judex infra quadrimeſtre ſententiam exequitur. Text. eſt expreſſus *in l. qui pro Tribunali*, ubi Gloſſ. *in verb. conſtituatur*, & *in verbo ſubveniatur*, *ff. de re jud.* Gloſſ. *in l. fin. in verb. ſtatutum*, *C. de execut. de re jud.*

90 Quintò non procedit in condemnato per Interlocutoriam, ut litium ſit quandoque finis, ita poteſt Bart. *in l. Divo Pio*, *§. in venditione n. 10. ff. de re jud.* tenet Jaſ. *in l. Debitoribus*, *n. 10. ff. de re jud.*

91 Sextò non procedit, quando cauſa appellationis eſt deſerta, *l. quoniam non nulli*, ubi Bald. *C. de appell.* Roman. *in l. 2. n. 2. & n. 63. ff. de re judic.* Alex. *conſ. 94. n. 2. lib. 4.* Felyn. *in d. c. quærenti*, *n. 2. de offic. Deleg.* ubi quod hoc habet locum, quando à die latæ ſententiæ lapſum eſt quadrimeſtre, aliàs licèt fiat executio vigore dictæ Sententiæ, datur ſupplementum temporis, uſque ad dictum quadrimeſtre.

Septimò non procedit in ſententia Arbitratoris, quia 92
ipſe inducit in ſententia inter Partes, Roman. *in lib. 2. n. 3. verſ. 7. fallit.*, *ff. de re jud.* Felyn. *in c. quærenti*, *n. 2. de offic. Deleg.* Bald. *in l. fin. n. 5. C. de execut. rei jud.* Alex. *in l. Debitoribus*, *nu. 12.* & ibi Jaſ. *nu. 8. ff. de jud.*

Octavò non procedit, quando fuit actum actione rea- 93
lis, Gloſſ. *in l. fin. in verb. ſtatum*, *verſ. vel fortè Judex*, *C. de execut. rei jud.* Innoc. *in c. quærenti*, *n. 1. in verbo quadrimeſtre*, *de offic. Deleg.* Alex. *in l. debitoribus*, *nu. 10.* & ibi Jaſ. *n. 13. de re jud.* Si tamen res ſtatim reſtitui non poſſit, datur tempus ad illam reſtituendam: arbitrio Iudicis: Innoc. *in d. c. quærenti*, *n. 1. de offic. Deleg.* Jaſ. *in d. l. Debitoribus n. 13. ff. de re jud.* dummodò condemnatus det cautionem de præſtanda æſtimatione: ſi res non reſtituatur, per Tex. *in §. & ſi in rem inſtit. de off. jud.* Gloſſ. *in lib. fin. in verb. ſtatutum*, *verſ. vel fortè*, *C. de execut. rei jud.* Innoc. *in d. c. quærenti n. 1. de offic. Deleg.*

Nonò non procedit, quando Fidejuſſor ſolvit pro 94
Reo in cauſa Criminali, & obtinuit reum condemnari ad reſtituendum, nam ſi Fidejuſſor ſolvens pro reo non habuit d. quadrimeſtre, nec etiam illud habebit reus condemnatus ad reſtituendum Fidejuſſori, ita poſt Bald. *in addit. ad* Specul. *de ſent. l. 2. p. 3. ante fin. in verſ. Titius fidejuſſit judicatum ſolvi*, tradit Felyn. *in d. c. quærenti n. 2. verſ. 6. de offic. deleg.*

Decimò non procedit in cauſa Cardinali, *l. Cum reis*, 95
ff. de pœn. Specul. *de dilat. §. 5. verſ. executoriæ*, *n. 24. p. 2.* Cald. *conſ. 197. aliàs 1. de re jud.* Felyn. *in c. quærenti*, *n. 2. de offic. Deleg.* Bald. *in l. fin. n. 10. Cod. de execut. rei jud.* ubi quod cum condemnatis criminaliter pro delicto non eſt ita miſericorditer agendum, ſecus cum condemnatis civiliter etiam pro delicto, idem Bald. *in d. l. fin. n. 9. Cod. de execut. rei jud.* ex juxta cauſa tamen ſuperſedendum eſt in executione ſententiæ criminalis in pluribus caſibus, de quibus per Alex. *in d. l. Debitoribus*, *n. 15. & ſeqq.* & ibi Jaſ. *n. 15. ff. de re jud.* Felyn. *in d. c. quærenti n. 6. de offic. deleg.*

Verum Iudices Romanæ Curię quibuſcumque Debi- 96
toribus etiam condemnatis, poſtquàm debitum agnoverunt, & confeſſi fuerunt, dare ſolent terminum decem dierum abſolvendum, & hæc eſt Praxis notoria, nec poteſt ullus ex dd Iudicibus (*A. C. excepto*) in vim quarumcunque ſuarum facultatum, dare longiorem dilationem, Saluſt. Tib *in prax. lib. 1. c. 28. n. 5.*

Ad ſuppiendam autem hanc dilationem ultra decem 97
dies, qui dantur volentibus agnoſcere debitum, antiqua, & notoria Praxis fuit adinuenta in A. C. Tribunali, quod debitor accedens ad Iudicem, confitendo debitum, ſuſciperet in ſe omnes Cenſuras, & mandatum executivum & hoc modo haberet Debitor dilationem triginta dierum ad ſolvendum, Galleſ. *de oblig. Camer. q. 63. n. 35.* Saluſt. Tib *in Prax. l. 1. c. 28. n. 1.*

Et ob id hujuſmodi dilatio, Cenſurarum nomen anti- 98
quitus ſortita eſt, Saluſt. Tib. *d. lib. 1. c. 28 nu. 1.* poſt verò Pii V. reformationem, quæ eſt ejus *Conſtit. 117. Inter illa*, *ſecundum antiq. impreſ.* amiſſo antiquo nomine, Cenſurarum, cœpit terminus nuncupari, Saluſt. Tib. *d. lib. 1. c. 28. n. 2.*

Solus igitur A. C. in Romana Curia debitum agno- 99
ſcentibus terminum triginta dierum concedere poteſt, & ſic privativè hanc habet facultatem, quoad omnes alios Romanæ Curię Iudices Pius V. *in reform Tribun. A. C. Conſt. 117. Inter illa in § quod ſi ſecundum antiq. impreſſ.* Paul. V. *in Refor. Trib. Urb. ſub tit. de A. C. & eius Trib. in §. & ſi Patri*, & *ſub tit. de iudic. in cauſ Civil. in §. nec quiſquam*, & *eſt eius conſt. 71. Univerſi agri*, Saluſt. Tib. *d. lib. 1 c. 28. n. 5.*

Antiquitus ſusceptis Cenſuris, poſt triginta dies ela- 500
pſos, ſolebat, unico contexto, & unica citatione. Iudex relaxare Cenſuras, & Mandatum executivum, &

Cenſu-

Digitized by Google

Cenſuræ, & Excommunicatio fulminabantur ab eodem
tempore, Galleſ. *de oblig Camer. q. 36. num* 35. Saluſt. Tib.
d. c 28. n. 4.
101 Sed hodie, ſuſcepto termino 30. dierum elapſo, Man-
datum executivum tantùm contra bona, & perſonam
obligati abſque ulla excommunicatione conceditur, Sa-
luſt. Tib. *d c. 28. num. 4.* nec hodie proceditur ad Excom-
municationem, & Cenſuras, niſi in ſubſidium juris, quan-
do factis diligentiis, non reperitur perſona, nec adſunt
bona, ſuper quibus executio fieri poſſit, quæ quidem di-
ligentiæ etiam in locis deſtinatæ ſolutionis faciendæ ſunt,
tàm ex antiqua Praxi, quàm ex Reform. fel. mem. Pauli
V. *ſub tit. de A. C. & ejus Trib. §. minuſque, quæ eſt d. ejus
conſtitutio Univerſi agri.*
102 Et ſolet A. C. ex juſta cauſa, prout ſi agatur de parva
ſumma, aut creditor ſit pauper, terminum triginta die-
rum reducere ad viginti, aut quindecim dies ejus arbi-
trio, Pius V. *de conſt. 117. §. quod ſi parti*, Paul. V. *de
conſt 71. §. et ſi parti petenti* Galleſ. *de oblig. Camer. q.* 36.
Saluſt. Tib. *d. lib. 1. c. 28 n. 4.*
103 Eſt autem terminus purè, & ſimpliciter abſque ulla
Conditione ſuſcipiendus, alias nihilominus conditio, &
præſervatio nullius eſt roboris, aut momenti, Paul. V. *d.
conſt 71. §. etſi parti petenti*, Saluſt. Tib. *d. lib* 1. *cap.* 28.
num. 11. & ſeq
104 Et, eo elapſo, actor abſque alia Citatione, vigore
mandati antea decreti, aut relaxati, aut traditi executio-
nem proſequi poteſt, nec alio novo Judicio opus eſt, Pius
V. *d. conſt. 117 inter §. quod ſi parti* Paul. V. *d. conſt 71. Uni-
verſi agri §. etſi petenti*, Si verò mandatum antea non fue-
105 rat expeditum † in Tribunali A. C poteſt expediri abſque
alia citatione, etiam virtute termini ſuſcepti, & ſucceſſi-
vè fieri executio, ſecus eſt in aliis Tribunalibus, in qui-
bus ſolet citari Debitor, ad ſolvendum juxta formam ter-
mini, Saluſt. Tib. *dicto lib 1. cap 28 num. 9.*
106 Termino tamen hujuſmodi pendente, nullum omninò
Mandatum relaxari, nullaque prorſus executio fieri po-
teſt, & ſic nihil penitus eſt innovandum, Pius V. *dict.
Conſt. 117. inter illa § quod ſi Parti*, Paul. V. *Conſt.* 71. §.
etſi Parti petenti, Rot. poſt. Zacch. ad Galleſ *de oblig Cam.
deciſ. 9. n. 3. & ſeq. & deciſ. 3. num* 1. & tradit etiam Rota
dec 159. n. 3 p. 1. recent.
107 Et hoc procedit, etiam ſi terminus fuerit tantum in
actis ſuſceptus, licèt Judex illum non dederit. quia adhuc
eo pendente, nihil eſt innovandum, Rot. *d. dec. 359. n. 4.
& dec. 383. n 5. par. 1. recent* & poſt Zacch. *de oblig. Cam. dict.
deciſ. 2 n. 7.* nam cenſetur datus eo ipſo, quod fuit petitus,
etiamſi Judex ſuper eo non ſit interlocutus, ut de notorio
Stylo A. C teſtatur Rot *d deciſ. 383. n. 5. part. 1. recent.*
108 Et conceditur hic terminus ex notorio Stylo Tribunalis
A. C omnibus illum petentibus, & debitum confitentibus,
adeo quòd nemini ſoleat denegari, Zacch ad Galleſ. *de
oblig. Camer. q. 36 num. 9* Rota *dec ſ 359. num. 7. & de-
ciſ. 383 numer. 1. part 1 recent* & poſt Zacch. *de obligat.
Camer. dec. 2. num. 11. & deciſ. 3 num 2* ubi quod verbum
videtur de quo in Conſt. Pii V *ſuper Reform Tribun.* A. C.
109 important neceſſitatem, *& num 7 & ſeqq.* etiam † obli-
gatis in forma Cameræ, unde multò minus aliis, in hujuſ-
modi forma non obligatis denegari poterit, Rot. *d. deciſ.
383. num 4 par 1 recent.* & poſt Zacch. *dicta deciſ. 2. n 13.
& ſeq.* etiam conventis in Salviano, quia in hoc Judicio
non debetur principaliter res, ſed creditum, ſi res aliquo
modo debetur, illud evenit ſecundario, & incidenter, quod
non attenditur, ad effectum de quo agitur, ut de obſervan-
tia, & Stylo Tribunalis A. C. teſtatur Rota *dicta dec.
383. n. 2 & ſeqq. part. 1. recent.* & poſt Zacch *de obligat.
Camer. dict. deciſ 3 num. 7. & ſeq.* & non ſolum A. C.
110 concedit hujuſmodi terminum conventis in ſuo, ſed
etiam in quovis alio Urbis Tribunali, quinimò ſi vult, po-
teſt illum concedere, etiamſi Debitor illius ſuſceptioni re-
nunciaverit, Saluſt. Tiber. *d. l. 1 cap.* 28. *n.* 6 *& n.* 8
111 Et licet Debitor, niſi poſſideat ſtabilia, vel mobilia,
quæ de facili occultari non poſſint, aliquando citetur ad
cavendum de ſolvendo in fine termini, ex allegatis per Sa-
luſt. Tib *dicto cap.* 28 *num.* 13 an tamen ipſe Debitor de-
beat cavere, necnè, ut idem Saluſt. ibidem ſubdit, reſi-
det in Judicis arbitrio, hodie verò niſi Debitor ſit ſuſpe-
ctus de fuga, non cogitur cavere de ſolvendo in fine termi-
ni, & tunc ſuſpicione probata, & ita obſervat Praxis in
Tribunali A. C.
Suſceptio verò termini notabiles operatur effectus, nam 112
illum ſuſcipiens fatetur ſe verum debitorem. Buratt. *deciſ.*
837. *n.* 6. & agnoſcit debitum juxta textum *in l. ad ſolatio-
nem*, ubi gloſ. *in verb. acquieverit*, *C. de re jud.* Rot. *dec.* 773.
n. 5. p. 2. & dec. 17. n. 6 part. 3. & dec. 133. n 4 part 5. recent.
Quinimò ſuſceptio termini non ſolum inducit confeſſio- 113
nem debiti, ſed etiam renunciationem cuilibet expeditio-
ni, etiam compenſationis an ea ipſi Debitori competen-
tis, *leg. ſed & ſi quis, §. fin. ff. ſi quis caut. leg. ad ſolationem*
ubi Bald. *in princip.* & Salicet. *num.* 1. *Cod. de re jud.* Rota
dec. 773 n. 4. part. 2. recent Buratt. *dec. 144. n. 6.* & approba-
tionem debiti, & omnium antea geſtorum, *d. leg. ad ſolu-
tionem C. de re jud.* Rota poſt Zacch. *de Societ. offic. dec* 50. *n.* 1.
Cavaler. *dec.* 39. *num.* 1. Duran. *dec* 371. *num.* 16.
Sed hoc Primò non procedit ad effectum ſanandi nullita- 114
tem proceſſus, licet enim ſuſceptio termini probet realita-
tem debiti, non tamen ſanat proceſſus nullitatem Rot. *dec.
171. num. 6. part. 3. recent.*
Secundò non procedit, quando terminus fuit ſuſceptus per 115
errorem, & ex falſa cauſa. ideo quod non ſufficiat aliqua-
lem cauſæ ſcientiam habere in genere, Duran. *dec* 373. *nu.*
17. ubi etiam de communi teſtatur, Rot. *in Romana Cenſus
7. Maii 1607 coram bo me Ottembergo*
Tertiò non procedit, ubicunque poteſt præſumi alia cau- 116
ſa, quam approbationis, prout in obligato in forma Gua-
rantigiæ, vel in forma Cameræ, nàm tunc terminus dici-
tur ſuſceptus metu mandati, & non ſolum non dicitur ap-
probatum debitum, ſed etiam ſolutum, quod magis eſt,
repeti poteſt, ex cumulatis per Duran. *dict. dec.* 373. *nu.* 19.
ubi plures ad hoc allegat auctoritates.
Sequeſtratio eſt duplex, ſcilicet voluntaria, & neceſſa- 117
ria, Gloſ. *in l. 1. in verbo ſequeſtratione*, *C. de prohib. ſequeſt.
pecun* Bart. *in l. intereſſe*, *n. 2 ff. de acquir. poſſeſſ* & clarius
tradit Abb. *in cap. examinata n 14 de Jud* Card in Clem. 1.
n. 55. & num 55 de ſeq poſſ & fruct.
Sequeſtratio voluntaria eſt rei controverſæ, apud Ter- 118
tium à pluribus de conſenſu partium facta depoſitio, *l. et
apud quem §. ult. l. propriè, & licet. ff. depoſ. l. ſequeſter.* 109.
ff de ver. ſignif. Archid *in cap. quia res num. 9. 11 quæſt* 1. &
dicitur ſequeſtratio, tunc à ſequendo, quia utraque pars il-
lius Tertii, cui ideò ſequeſter appellatur ſequitur fidem *d.
l. ſequeſter. ff. de verb. ſign.* cum aliis præallegatis Archid. *in
dicto cap. quia res num* 9.
Et hæc voluntaria ſequeſtratio privat poſſeſſione Bart. in 119
l. intereſſe, n 4 & alii ff de acquir poſſ. Archid *in d. cap quia
res n. 9. 11. quæſt.* 1 Abb. de communi teſtatur *in cap exa-
minata n. 14 de Jud.* Card. *in Clement. 1. num 25 & num. 32 de
ſequeſtr. poſſ & fruct* Rot. *dec. 171. num. 4 part. 3. recent.* Greg.
dec. 307 num. 17
Sed primò hoc non procedit ita abſolutè, quando in ſpe- 120
cie actum non fuit quod poſſeſſio tranſiret in ſequeſtrem,
nam tunc licet Deponentes non poſſint juvari illa poſſeſſio-
ne, unus contra alium, poſſeſſio tamen proderit Victori
contra alios, Archid *in d. c. quia res num. 9. 11. q.* 1 Card. *in d.
Clem. 1 num 25. de ſeq poſſ & fruct* ubi quod ſi actum fuit,
quod poſſeſſio tranſeat in ſequeſtrem, illa non procedit Con-
certantibus, etiam contra alios.
Secundò non procedit in petente ſequeſtrum cum clauſu- 121
la *ſine præjudicio jurium ſuorum in petitorio, & poſſeſſorio*,
nam tunc ſequeſtratio, etiam voluntaria, non privat ali-
quem ſua poſſeſſione, Card. *in Clem. 1 n 12. de ſeq. poſſ. &
fruct* Beltram. ad Gregor. *dec 9 num.* 15.
Tertiò non procedit † quando actum fuit, ut tantum cau- 122
ſa cuſtodiæ ſit facta depoſitio, nam tunc ſequeſtratio non
privat poſſeſſione, *l. licet. rei depoſitæ, & l intereſſe ff de ac
quir poſſ.* Gloſſ. *in l 1. in verb. ſequeſtratione*, *Cod. de prohib.
ſeq pecun.*
Sequeſtratio autem neceſſaria, quæ fit Judicis poteſtate, 123
ſeu auctoritate, aut fit de re non contentioſa, & tunc eſt
juris ſui tuendi, vel oneris vitandi gratia, apud tertium
facta depoſitio, aut fit de re contentioſa, & tunc eſt rei
poſſeſſæ, ſeu detentæ, vel fructuum ejus, quæ in contro-
verſia vertitur, à Poſſeſſore ſeparato, & penes Tertium
depoſitio, officio Judicis. & ex cauſa facta, latè Archid.
in d c. quia res, n. 9 11. quæſt. 1. & dicitur, tunc ſequeſtratio,
quaſi quædam ſeparatio Gloſ. *in l. 1. in verbo ſequeſtratio-
ne*, ubi

Digitized by Google

ne, ubi etiam Bald num. 1 C. de probib ſequeſtr. pec. Archid, in d c. quia res, n 9. 1 1. quæſt. 1.

124 Et hæc neceſſaria ſequeſtratio regulariter non privat aliquem ſua poſſeſſione, Gloſ in cap. examiaata, in verbo Ecrleſiæ de jud. Bart. in l. intereſſe, n. 4. ff. de acquir. poſſeſſ. Card. in Clem. 1 n. 23. de ſequeſt. poſſ. & fruct. Abb. in capit. examinata, n. 14. ubi de commuat, de jud. Gonzal. ad reg 8. in §. 7. promial n. 57. & ſeq. Rota dec. 516. n. 5. & dec. 604 num. 2. part. 1 & dec 45 n. 2. part. 2. & dec 371. n. 5. & dec. 533. num. 2. verſ. nec minus par 3. & dec. 72. n. 2. par. 4. recent. Gregor. dec 9. num. 2. & dec. 417. num. 3. Cavaler. dec. 86. num. 6. & dec 305. num. 2 Duran. dec. 380. n. 10. & nu. 17. præſertim quando eſt factum cauſa Cuſtodiæ. Rota dict. dec. 372. n. 3. part. 4. recent.

125 Et in dubio ſequeſtrum cenſetur appoſitum cauſa Cuſtodiæ, non autem cauſa privandi aliquem ſua poſſeſſione, Rota dec. 171. n 3. & num. 5. part. 3. Buratt. dec. 186. nu. 9. Beltram. ad Greg. dec. 9. num. 11. Ferentil. ad Buratt. d. dec. 186. num. 15. Etiamſi pars conſentiat ſequeſtro, nam tunc huiuſmodi conſenſus non privat aliquem ſua poſſeſſione, quia regulatur ſecundum naturam decreti Judicis & illi efficitur conformis, unde ſicut Decretum non privat poſſeſſione, ita nec conſenſus, qui ſequitur ejus naturam, Rota dec. 171 num. 4. & num. 5. part. 3. rec latè Beltram. ad Greg. d. dec. 9. num. 12. Ferentill. ad Burat. d. dec. 186. num. 16. ubi quod, licet ſequeſtratio privat poſſeſſorem commodo fructuum, non tamen illum privat effectibus Juris.

126 Sed hoc primò non procedit, † ſi Judex contrarium expreſſerit, aut alias de ejus contraria mente appareat, Bar. in l. intereſſe n. 4. in fi. ff. de acq. poſſ. Abb. in c. examinata, n. 14. verſ. & quod dixi, de Jud. Rota dec. 35. n. 2. part. 2. & dec 511. n. 2. in fine part. 3. recent. Greg. dec. 9. n. 2.

127 Secundò non procedit in poſſeſſione attentata, Seraph. dec. 314. n. 3. Beltram. ad Gregor. dec. 9. n. 14. Ferentill. ad Buratt. dec 186. n. 17.

128 Tertiò non procedit, quando eſt appoſitum per judicem virtute Clem. 1. de ſeq. poſs. & fruct. Rot. dec 171. n. 5. p. 3. recent. Beltram. ad Gregor. dict dec. 9. n. 13. Duran. dec. 408 num 2.

129 Quartò denique non procedit, quando poſſeſſio eſt turbida, Ferentill ad Burar. d dec. 186. num. 17. ubi deciſiones Rotæ ad id adducit.

130 Apponitur propriè ſequeſtrum ſuper mobilibus, licet minus propriè etiam ſuper ſtabilibus apponi dicatur Gloſ in c. 2. in verbo ſequeſtrari, de ſeq. poſſ. & fruct. & in l. 1 in verb. ſequeſtratione, Cod. de prohib. ſeq pecun. Roman. conſ. 241. n. 9.

131 Quinimò † ſequeſtrum apponitur tàm in prophanis, quam in beneficialibus, Abb. in cap. dilectus, num. 20. & ſeq. de ſeqq. poſs. & fruct Felin. in c olim, num. 1. de reſcript. Saluſt. Tib. l. 2. c. 23 num. 1. & tam ſuper corporalibus, quàm ſuper incorporalibus, & ſpiritualibus, Innoc. in cap. examinata n. 1. & ibi Hoſtien. n. 21. & ſeq. de jud. Card. in Clem. 1 n. 5. de ſeq. poſſ. & fruct.

132 In beneficialibus autem ſemel appoſitum durat uſque ad finem litis, Rot. dec. 136. n. 1. part. 2. & dec. 511. n. 1. & ſeq. part. 3 recent.

133 Verum ſuper immobilibus, loco ſequeſtri, ſolet concedi inhibitio de non alienando quæ ſufficit, & idem operatur, quod ſequeſtrum ſuper mobilibus, l. de pollicitationibus, ub Bart. not. ff. de pollicit. Bald. in l. per diverſas num. 20. C. mand. Jaſ. in l. ſi Fidejuſſor, §. ſi ſatiſdatum, n. 8. & n. 31. ff qui ſatis d. cog. Lanceil. de Attent. Apel. pend. c. 12. limit. 12 n. 16. Verall. dec. 92. p. 2. & dec. 158. n. 2. & ſeqq. p. 3. Cavaler. dec. 329. n 4. &

134 poteſt † etiam fieri ſequeſtrum ſuper fructibus, qui ſunt pars rei immobilis, ſeu fundi, Jaſ. in d. l. Fidejuſſor, §. ſatisdatum, n. 7. ff. qui ſatisd cog.

135 Sequeſtres verò ſunt cuſtodes, Veſtr. lib. 7. c. 2. n. 4. & in literis ſequeſtri ſolet illis cuſtodia imponi. Cuſtodes autem ſunt Depoſitarii, l. 1. in fine, & l. Lactus, 24 ff. Depoſ. Caſtr. conſ. 4. n. 2. lib. 3. & tenentur fructus interim vendere, & alia facere, quæ diligens Paterfamilias, & legitimus Adminiſtrator faceret in re propria, & quicquid ſupereſt, deductis expenſis, ei, qui victoriam cauſæ reportabit, in fine litis reſtituere, Card. in Clem. quia n. 9. & n. 33. & ſeqq. de ſeq poſſ & fruct l. ſi oleum, ubi Bart. ff. de dolo malo, Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 2. num. 4. & finita controverſia ſeu impleta conditione, ſub qua factum fuit ſequeſtrum tenentur ſequeſtres ad reſtitutionem rerum ſequeſtratarum actione depoſiti ſequeſtraria, l. eſt apud quem, §. in ſequeſtrum, & l. propriè, ff. depoſ. ſi oleum, ubi Gloſ. in verb ſequeſtraria, ff. de dol. mal.

Sed ſi conditio non eſt impleta, ſeu lis finita, quia neuter vincit, & unus tantum depoſuit, & per actorem ſtat 136
quo minus lis finiatur, poteſt contra ſequeſtrem ad rei reſtitutionem agi actione præſcriptis verbis quaſi tacitè actum ſit, ut, actore non proſequente, res ei qui illam apud ſequeſtrem depoſuit, reſtitueretur, l. ſi oleum, ubi Gloſ. in verb. præſcriptis, & Bart. num. 4. ff. de dol. mal. 137

Proceditur autem contra ſequeſtrem via executiva, Saluſt. Tib. in prax. lib. 2. cap. 12. n. 15. & ſeq. ubi de inveterato ſtylo Tribunalis, teſtatur, non ſecus, ac contra Depoſitarium, cum quo in hoc à pari procedit, Cavaler. dec. 29. n. 1. Ferentill. ad Burat. dec. 516. n. 5. omnis namque ſequeſter eſt Depoſitarius, cum omne ſequeſtrum ſit depoſitum, licèt non è contra, Archid. in c. quia rec, num. 9. 11. q. 1. 138

Sed hoc non procedit quando quis ageret via ſequeſtri contra debitorem debitoris in forma Cameræ, aut alia executiva non obligatum, contra quem nec ipſe debitor poſſet executivè procedere, prout ſi ageretur propenſionibus domus, vel pro affictus debitis ex tacita reconductione, nam tunc non poſſet executivè agi ex illa tacita reconductione, licèt antea ex conductione expreſſa expleta quis fuiſſet in forma Cameræ, vel Guarantigiæ, aut alia executiva obligatus Galleſ. de obligat. Camer. q 31. num. 18. ubi quod ita vidit judicari, Scacc. de appell q. 17. lim. 9. num. 17. cum aliis cumulatis per Zacc. ad Galeſ. d. q. 31. n. 20. Saluſt. Tib. in prax. lib. 2. c. 12. nu. 17. ubi quod tunc via ordinaria proceditur, & datur appellatio etiam ſuſpenſiva. 140

A ſequeſtrationibus autem, ſicut ab executionibus non eſt inchoandum. l. 1. ubi Bald. num. 1. C. de probib. ſeq. per. Rebuff. de ſequeſt. art. 1. gloſ. 2. n. 3. & ſeq. lib. 6. Rota deciſione 464. n. 1. p. 1. & deciſ. 764. n. 5. part. 2. & deciſ. 122. num. 2. part. 6. recent. 141

Nam ſequeſtratio eſt regulariter de Jure prohibita, tamquam odioſa l. 1. C. de prohib. ſeq. pecun. Jaſ. in l ſi Fidejuſſor, §. ſatisdatum, n. 27 ff. ſi quis caut. Alex. conſ. 6. n. 10. lib. 4. & conſ. 163. in princ. lib. 6. Rebuff. de ſequeſtr. art. 1. gl. 3. n. 3. Rot. dec. 293. n. 2. & dec. 464. part. 1. recent. Gregor. dec. 118. n. 1. Caval. dec. 324. n. 1. 142

Sed hoc Primò non procedit in ſequeſtratione voluntaria facta de conſenſu Partium, nam hæc eſt de jure permiſſa, non tamen juſſa, ſicut cæteri contractus, Bald. in d. l. 1. n. 3. C. de probib. ſequeſtr. pecun. cum aliis cumulatis per Rot. dec. 136. n. 4 part. 2. recent. 143

Secundò non procedit in ſequeſtratione non contentioſa facta ad juris conſervationem ſeu damni evitationem, quia hæc etiam ſi fiat Judicis poteſtate, eſt permiſſa, Bald. in d. l. 5 n. 3 C. de probib. ſequeſt. per. 144

Tertiò non procedit, quando lata eſt ſententia in Curia 145
in cauſa beneficiali ſive ſit lata in poſſeſſorio, ſivè in petitorio, nam tunc ſuper beneficio, & ejus fructibus apponitur ſequeſtrum, & hic eſt caſus Clem. 1. de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. Gloſ. in d. Clem. 1. in verb. ſuper Beneficio, & ibi Abb. n. 3. Card. n. 14. Anch. n. 1. & Imol. n 15. latè Veſtr. in Prax. lib. 7. c. 2. n. 1. & ſeq. Rot. dec. 293 n. 3. part. 3. rec.

Hinc infertur, quod, cum in beneficialibus non detur 146
Remiſſoria in prima, nec in ſecunda inſtantia, niſi facta obligatione de ſtando unicæ ſententiæ, quando petens remiſſoriam eſt poſſeſſor, ſententia contra eum habetur pro lata facta dicta obligatione, lata autem ſententia in Curia, vel prolata habita ſit locus Clementinæ primæ de ſeq. poſſ. & fruct. & † per conſequens venit etiam apponendum ſeque- 147
ſtrum, virtute dict. Clem. & ob id niſi etiam poſſeſſor conſentiat ſequeſtro, non poteſt obtinere remiſſoriam, Boccac. de Remiſs. c. 4. n 9.

Veruntamen hæc tertia ſallentia, primò non habet locum in ſententia, quæ habet præſumptionem contra ſe, Cardin. in Clem 1. n. 13. de ſeq. poſſ. & fruct. Veſtr Prax. l. 7. c. 2. n. 7. verſ. idem etiam, Caſſad. dec. 1. n. 2. & dec. 2. de ſeq. poſſ. & fruct. Put. dec. 166. lib 2. Rot. dec. 634. n. 2. part. 3. diverſ. lib. 3. 148

Ex quo infertur primò, quod cum ſententia lata in Curia habeat majorem præſumptionem pro ſe, quam habeant ſententiæ de partibus, lata ſententia in Curia, ſit locus ſequeſtro, & Clementinæ, licèt antea fuerint latæ contrariæ ſententiæ extra curiam, ob d. majorem præſumptionem: quæ 149

Digitized by Google

nem, quæ magis ſtat pro illa, quam pro iſtis, Baratt. *dec.22 num.37.*

150 Infertur ſecundò quando habens ſententiam & rem iudicatam in poſſeſſorio, ſi deinde reporter contrariam ſententiam in petitorio, eſt locus ſequeſtro, & Clementinæ, quia cum dominium nihil commune habeat cum poſſeſſione, *leg.naturaliter §. nihil commune, ff. de acquir poſſ.* ſententiæ, & res iudicata in poſſeſſorio nullam faciunt præſumptionem contra aliam latam in petitorio, Veſtr. *in prax.lib.7.cap.2.n.6.* Pu: *dec.297.n.2.l.1.in correct.*

151 Infertur tertiò, quod lata prima ſententia pro poſſeſſore in Curia, ſecunda verò contra poſſeſſorem pariter in Curia, quia utraque ſententia habet æqualem præſumptionem pro ſe, in dubio melior eſt conditio poſſidentis, & ob id non eſt locus ſequeſtro, C ird.*in d.Clem.1.num.13. de ſeq.poſſ.& fruct.*Baratt.*dec 22. n 35*

152 Secundò hæc tertia fallentia non habet locum contra poſseſsorem triennalem, qui defenditur à regula de triennali, Veſtr.*in prax.lib.7 c.2.n.6.in fine,& n.8.*Caſsad. *dec. 3.& dec.4. de ſeq.poſſ & fruct.* Verall.*dec.159.p.3.*

153 Unde infertur quod Simoniacus, vel alias habens vitioſum ingreſſum, non defenditur à regula, & ob id lata contra eum ſententia in Curia, fit locus ſequeſtro, & Clementinæ, Veſtr *d.lib.7.c* 2. *n.6 in fin.* Caſsad. *d.dec. 3.de ſeq poſſ & fruct.*

154 Tertiò eadem tertia fallentia non habet locum, ſi ſententia non eſt lata pro eo, qui petit ſequeſtrum, ſed pro alio, vel ſi fuit lata pro eo, qui ſequeſtrum petit, eſt tamen nulla defectu iuriſdictionis, vel ſi eſt valida, non eſt lata ſuper poſseſsorio de per ſe principaliter intentato, ſed ſimul cum petitorio poſtea ſuſpenſo, quo caſu ſententia definitiva non eſt; ac proinde in his caſibus non eſt, locus ſequeſtro, aut Clementinæ, Veſtr. *d.lib.7.c.2 n 7.*

155 Quartò regula, quod ſequeſtratio eſt de iure prohibita, non procedit, quando probatur dilapidatio, vel dilapidationis ſuſpicio, Gloſ. *in l.1.in verb ſequeſtratione, C. de prohib.ſeq.pecun.* Bart *in l.de pollicitationibus, ff. de pollicit.* Bal.*in l.2.n 9.* & Salicer *n.4.in fin C.de hæred. vel act. vendit.* Idem Bald *in l.ſi Fideiuſſor, §. ſi ſatisdato n.2. ff qui ſatisd.* Saluſt. Tib *in prax lib 2.c a 3. in princ & n 1.* Put.*dec. 3.de ſeq poſſ.& fruct.* Veral. *dec-92 p 2 & dec.158. n.1.p.3.* Rot.*dec.654.n.2. & dec.727.n.1.p.2. rec.* Cavaler. *dec.324. nu 4.* Burat.*dec.105.n.6. & dec.595.n 6.*

156 Debet tamen is contra quem petitur ſequeſtrum, hoc caſu citari, niſi periculum eſset in mora, Rot.*d.dec.654. n.1.p.2.rec* Burat. *dec 654.n.1. & 2.*

157 Non tamen venit concedendum ante ſententiam contra eum, qui poſſidet ſtabilia, & cuius qualitas ſiniſtram excludit ſuſpicionem, Rot *dec.654. n.2 p 2.recent.*Baratt. *dec.105.n.6.*

158 Quintò non procedit, quando poſseſsio eſt nulla, Rota *dec.554.n.1.p.3 rec* & multo minus procedit, ſi eſt nulla attentata, quæ ob id de Stylo Rotæ venit omninò ſequeſtranda, Rot.*dec.503.n 1.& dec.514.n.1.p.1.& dec.185. par.2.& dec.174.n 1. & dec.658 n.1.& dec 685.n.1 par.3. rec.*Caval.*dec.175.n 4* Rot *in Cortonen iuriſpatron.21.Aprilis 1641 coram Eminentiſs.D.Card. Veroſpio.*

159 Sexto non procedit, quando poſseſsio eſt hinc inde turbida, Put.*dec.362.lib.2.*Baratt.*dec. 527.num.5* Duran. *dec.243.n.1.* ſecus ſi conſtat de poſſeſsione alterius, nam tunc quia non eſt commodo ſuæ poſſeſsionis privandus, ſed potiùs parti adverſæ inhibendum, ne illum moleſtet, Bal.*in lib. . .n.3.verſ.& alia, Cod.probib.ſeq.pecun.* Baratt. *dec 105.n.1.* Greg. *dec.61.n 1.* vel danda illi manutentio, Rota *dec.35.n.1. & ſeq.par.2.rec.* Cavaler. *dec.304.n 8.* & præſertim ſi poſseſsio eſt clara, Greg.*dec.9.n.3. & dec.69. n.8.& dec.437.n.4.* Beltramin. ad Greg. *d.dec 437.n.3. & dec.9.n.16.verſ.quando.*

160 Septimò non procedit, quando poſseſsio eſt vacans, nam tunc debet ſequeſtrari, cum nemini fiat iniuria, *cap. cum vos de offic.Ordin.*Rot.*dec.136.n.4. & dec.185.n.1.p.2. & dec 174.n.5.in fin.p.3. recent.* Baratt.*dec 900.n.1.* Rot. *in Cortonen. iuriſpatronatus 22. Aprilis 1641. coram Eminentiſs.Veroſpio.*

161 Octavo non procedit, quando alias recuperatio fructuum eſset difficilis, vel executio difficilior redderetur, Rota *dec.13.n.3.par.2.diverſ.& dec 136.n.3.part.2.rec.*

162 Nono non procedit, quando res eſt litigioſa, & timor eſt ſcandali, & nè partes veniant ad arma, *l.uſusfructus, §.fin.cum leg.ſeq.in princip.ff.de uſufr* Galli *obſerv.5. n.2.* Cald.*in l.1.n.3.verſ.& alia, C.de prohib.ſeq.pecun.* Iaſ. *in l.ſi Fideiuſſor §. ſi ſatisdatum, num 27. ff. qui ſatiſd. cog.* Put.*dec 372.lib.2.* Rota *dec.513.n.4. par.4.rec.*

Quod † tamen locum non habet, quando clarè conſtat de poſseſsione alterius nàm tunc ille eſt manutenendus, etiamſi adſit dictus timor, Bald. *in d.l 1.n.3. verſ. & alia, C. de probib.ſeq.pec.* Beltram. ad Greg. *dec.9. n.10. verſ. quando, & ſeq.* 163

Decimò non procedit, quando ſequeſtrum fit pro executione ſententiæ, vel mandati, nam tunc ſequeſtratio eſt adeò licita, ut non poſsit niſi ſolutione removeri, *l.ſi pecuniæ, §.fin* ubi Bart.*ff.ut in poſſ legat.* Saluſt. Tib. *l.2.c. 23.n.2.* Cavaler. *dec.567. n.1* 164

Decimo primò non procedit, quando appellatur à mero executore. 165

Decimo ſecundò, quando quis clamat ad libertatem, nam tunc ſequeſtrantur res eius.

Decimo tertiò, quando Colonus negat penſiones, in quarum ſolutione diu fuit ceſsatum.

Decimo quartò, ſi maritus urgeat ad inopiam, ſequeſtratur dos.

Decimo quintò, ſi timetur de ſævitia viri, & non poſſit uxori caveri.

Decimo ſextò, ſi puellæ, de cuius matrimonio agitur, timetur inferri moleſtia, debet ſequeſtrari, loco tuto, *cap.cum locum, de Sponſ.*

Decimo ſeptimò, cum aliquid eſt ablatum ei, qui eſt de familia Judicis, fit ſequeſtratio uſque in adventum ſucceſsoris, ne in cauſa ſuæ Familiæ iudicet.

Decimo octavò, quando fit ſequeſtratio contra contumacem.

Decimò nonò, propter impotentiam non caventis de collatione bonorum facienda.

Vigeſimò, nè aliàs perdatur vendendi commoditas.

Vigeſimo primò, quando lata eſt ſententia in iudicio univerſalis nàm tunc omnes res, de quibus eſt dubium, nè ſint hæreditariæ debent ſequeſtrari.

Vigeſimo ſecundò, quando iura partium ſunt obſcura.

Quos quidem caſus enumerat Glo. *in cap 2.verbo ſequeſtrari, de ſeq poſſ. & fruct.* latè Abb *in cap 2. n num 7. uſque ad num.11.* Iaſ. *in l.Fideiuſſor, §. ſi ſatisdatum, num. 27.ff.qui ſatiſd.cog.& relativè* ſequitur Card.*in Clem.1.n.32. de ſeq poſſ.& fruct.*Rot.*dec 293 n.3 part.1.recent.* Cavaler. *dec.304. num 1.*

Stante autem regula iuris ſequeſtrum probibente, ut ſupra qui vult ad ſequeſtrationem devenire, probare debet caſum exceptuatum Greg. *dec.118. n.2.* & ex adverſo ſufficit dicere non eſse factum ſequeſtrum in caſu de iure permiſſo, Pariſ *conſil.41.n 17 lib 1.* Alex *conſ. 163.n 2. l.6.* Cavaler. *dec.324.n.1. & ſeq.* 166

In caſibus tamen, in quibus ſequeſtratio eſt prohibita, admittitur, nihilominus deſcriptio, & inventarium bonorum, Bald. *in l.1. n.12 C.de probib ſeq. pec.* ubi quod iudex debet eſse cautus, ut res procedat ſine iniuria cuiuſque, Abb *in c 2.num.37.de ſeq.poſſ.& fruct.* Iaſ.*qui alios cumulat. in l.ſi Fidejuſſor, §. ſi ſatisdatum,n 28.* & ibi etiam Alex.*n.14. ff. quis ſatiſd.cog.* 167

Cæterum ſequeſtrum ritè, & rectè factum ſolet fideiuſsione revocari, undè, ut dicitur, cautio eſt medicina ſequeſtri, *l.ſi Fidejuſſor, §.fin. ff.qui ſatiſd. cog. l. Senatus conſulto, ff.de offic. Præſidis, l.fin C.de ord. cognit.* Alex. *in d.l ſi Fidejuſſor, §. ſi ſatiſdatum, n.5.ſi quis ſatiſd.cog.* Abb *in cap 2.num.19. de ſeq. poſſ & fruct.* Gulieſ. *de oblig. Camer. qu.37.num.39.* Rot *dec.654. num.5. par.2. & dec.381. n.2 p.3.rec. & poſt* Zacch. *de oblig. Camer. dec.118.num.12.* Baratt.*dec.105. n.10.* 168

Eſt namque inducta ſequeſtratio in defectu non idoneæ cautionis, Rota *dec.654.num.2. par.2. recent.* Ferentil ad Baratt.*dec.654.n.9.* & ob id contra eum,qui dedit idoneum fideiuſsorem, relaxari non debet, Baratt. *deciſ. 105. num.11.& dec.123.num.7.* 169

Sed hoc primò non procedit, quando ſequeſtrum eſt factum pro executione ſententiæ, vel mandati ad effectum ſolutionis, nam tunc cautione non revocatur, ſed eſt neceſsaria ſolutio, *l.ſi pecuniæ, §. fin.* ubi Bart.*ff.ut in poſſ. l* Iaſ. *l.ſi Fidejuſſor, §. ſi ſatisdatum num. 17.* & ibi Alex. *num.5.* 172

num.5. ff. qui ſatiſd.cog. Felyn. *in cap. examinata num.* 10. *verſ.4 limita de jud.* Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.*111.*num.* 72. Ferentill. ad Buratt. *deciſ.*595. *num.*9 *verſic verum hæc concluſio* Rota poſt Zacc. *de obligat Camer. deciſ.*118. *num* 11. Cavaler. *dec.* 567. *numer.*1. Buratt *dec.* 653. *numer.*1.

172 Secundò non procedit in caſu *Clementinæ* 1. *de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* Alex. *in l. ſi Fidejuſſor. §. fin. num.* 5. *& ſeqq. ff. qui ſatiſd.cog.* Abb. *in cap.* 2. *num.* 24. *de ſequeſt. poſſ. & fruct.* Felyn. *in cap. examinata*, *num.*10. *verſ. quintò limita*, *de jud.* Cardin. *in dict. Clement.* 1. *num* 29. *de ſequeſt. & fruct.*

173 Tertiò non procedit in aliis caſibus, in quibus ſequeſtratio non ſolùm permittitur, ſed etiam præcipitur à lege, prout in caſu d. Clem. Io. Andr. ad Specul *in rubr. de ſeq poſſeſſ. & fruct ſub littera A. verſ. quod ſi ſequeſtr.* ibi, *& nota, quod licèt regulariter.* Veſtr. *in Prax. lib* 7. *cap.* 2. *numer* 9.

174 Quartò non procedit in ſequeſtro facto appellatione pendente, ſeu in cauſa appellationis, Carpan. *ad ſtat.* Mediolen. *d.c.*111. *num* 76. Ferentill ad Buratt. *d. dec.*595. *num.*9. *verſ. quinto.*

175 Quintò non procedit in ſequeſtro facto de mandato Principis, vel alteriùs ſuperioris, Jaſ *in l. ſi Fidejuſſor. §. fin. num.* 17. *ff. qui ſatiſd. cog.* Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 111.*num.*71 *in* 4.*limitatione.*

176 Sextò non procedit, quando ſequeſtrum fuit factum ob timorem ſcandali, qui timor non ceſſaret per ſatiſdationem, Jaſ. *in l. Fidejuſſor*, *§. fin. num.*17.*verſ.*2.*limita ff. qui ſatiſd.cog.* Felyn. *in cap. examinata num* 10. *verſ limit.* 3. *de judic.* Ferentill. ad Buratt *dec.*595 *num.*9.*verſ.*4.

177 Septimò non procedit, quando eſt lata ſententia inter competitores inter ſe litigantes, Felyn. *in capit cum ſuper num.*11.*verſ limita* 3 *de re jud* Pur. *deciſ.* 303. *in fin l* 1. *in correct.* ſecus ſi nihil inter ſe litigent, ſed tantùm contra Tertium poſſeſſorem, *l is à quo ff. de rei vind.* Felyn. *in d. cap cum ſuper*, *num.*18. *verſ limit* 3. *de re jud.*

178 Octavò non procedit inter perſonas, inter quas non cadit ſatiſdatio, *l Imperator ff. ad* Trebell Bald. *in l* 1. *num* 11 *C de prohib. ſeq. pec.* Iaſ. *in d. l. ſi Fidejuſſor*, *in § fin num.* 17. *verſ.* 3. *limit. ff. qui ſatiſd. cog.* Felyn *in cap. examinata num.*10.*verſ. fallit.* 1. *de jud.* Ferentill. ad Buratt. *deciſ* 595. *num* 9. *verſ. ſexta.*

179 Nonò non procedit, quando conditio alterius efficeretur deterior, prout quando poſſeſſio erat vacans, Felyn. *in cap. veniens il* 2. *num* 9. *verſ. ſed ſi poſſeſſio, de teſtibus & atteſt.* vel poſſet, ſi poſſeſſio relaxaretur, aliquo caſu in alium transferri, Put. *dec.*311. *num.* 2. *lib.* 1.

180 Decimò denique non procedit in Sequeſtro facto contra Debitorem in forma Cameræ obligatum, Galleſ. *de oblig. Camer. quæſt.* 27. *num.*39. & ibi Zacc. *num.*64 Coccin *dec.....* *num.*2. Ferentill. ad Buratt. *dec* 595. *num.* 9. *verſ. ſecunda.*

181 Sed Saluſt. Tiber. *in Prax. l.* 2. *cap.* 23 *num* 2. teſtatur, quòd de Stylo Curiæ tollitur Sequeſtrum præſtita idonea cautione in forma depoſiti, & allegat Galleſ. *de obligat. Cameral.* qui hoc non dicit, & ob id illum reprobat Zacch. ad Galleſ. *de obligat Cameral dict. quæſt.* 37. *num.*64.

182 Videtur nihilominus poſſe diſtingui, quod aut credi-
tum obligatione Camerali vallatum, cujus vigore ema-
navit Sequeſtrum, vel creditum, cujus virtute obtenta
fuit res judicata, vel Mandatum, & ſucceſſivè Seque-
ſtrum, eſt liquidum, & clarum, & tunc Sequeſtrum non
tollitur, niſi ſolutione, Galleſ *de obligat. Cameral d. q.* 37
n. 39. quem ita declarat Coccin *deciſ* 13. *n.* 2 *in fin.* Buratt.
dec 653. *c.* 1. *& ſeq.* & in his terminis procedit etiam do-
ctrina Zacch. ad Galleſ. *d. q.* 37. *n.* 64. ac ita paſſim obſer-
183 vat Praxis in Tribunali A.C. aut † creditum non eſt cla-
rum, & liquidum, & tunc in dubio Sequeſtrum poteſt
tolli mediante cautione, Coccin. *d. dec.* 13 *n* 1. *& ſeq.* Fe-
rentill. ad Buratt. *d dec.* 595. *n.* 9. *verſ.* 2. & in his terminis
benè procedit Stylus Curiæ, de quo teſtatur Saluſt. Tib.
184 *d. lib.* 2. *c.* 23. *n.* 2. Aut † creditum eſt omninò illiquidum, &
conſtat Sequeſtrum non erat concedendum pro hujuſ-
modi credito, ita conceſſum venit revocandum, prout
cum ſola juratoria cautione hoc caſu revocatum fuiſſe, tra-
dit Buratt. *dec* 653. *num.* 2. *& n.* 7.

185 In reformationibus autem Tribunalis A. C. reperitur de Sequeſtris ſpecialiter proviſum quod in illis cauſis beneficialibus, in quibus A C procedere poteſt, de quibus dictum eſt ſupra, ſub hujus *primæ partis cap.*1. non decernat Sequeſtra, niſi juxta formam *Clementinæ primæ de ſeq. poſſ & fruct.* prout fit in Rota, & tunc cum clauſula, proviſo, quòd de fructibus ſequeſtratis cultus divinus manuteneatur, animarum cura exerceatur, & onera beneficio incumbentia ſupportentur, Pius IV. *conſt* 74 *inter multiplices § item non decernat*, *ſecun. antiq. impreſſ.* Paulus V. *conſt.*71 *univerſi agri*, *§. item non decernant Sequeſtra.*
Et inſuper quod ſequeſtra nunquam, niſi parte citata, & 186
ſummaria cauſæ cognitione adhibita decernat niſi aliqua
ratione timendum ſit, Judicis arbitrio, de ſuſpicione fu-
gæ, vel bonorum dilapidatione, Pius V. *conſt.* 117 *inter
illa*, *§. item*, *& in Sequeſtris ſecun. antiq. impreſſ.* Paul. V.
*conſtit.*71 *univerſi agri*, *in § idemque in Sequeſtris*, *& Man-
datis ſuſpicionis fugæ* ubi quod quando timetur de fuga,
vel dilapidatione, debet de hoc præſtari juramentum,
aliàs Sequeſtrum, aut Mandatum ſuſpicionis, ut ſupra,
obtineri non poterit.

Ex quibus remanet moderata illa antiqua laxitudo paſſim contra juris tramitem relaxandi Sequeſtra adverſus quoſcumque, præmiſſis non attentis, Saluſt. Tiber. *in Prax lib.*2 *cap.*23.*n.*1. 187

Nono omitto, quod ſi fuit obtentum Sequeſtrum contra ſuſpectum de dilapidatione, & non fuit tunc planè juſtificatum, debet poſtea juſtificari, & ſi actor ſit negligens, poterit Reus illum citare ad juſtificandum, & terminum ad hoc illi præfigendum curare, & niſi juſtificaverit, tunc, denuò illo citato, Sequeſtri revocationem obtinere valebit, Saluſt. Tiber. *d. l.* 2. *cap.* 23. *num.*3. Buratt *dec* 653 *num* 6. *& ſeq.* 188

Cæterùm quod de Sequeſtris ſub hoc titulo de *Exequutione* actum fuerit, redarguere nemo poterit, etenim Sequeſtrum eſt exequutionis ſpecies Rebuff. *de ſequeſtr. art.* 1. Gloſ. 2. *num* 3. cum aliis cumulatis per Buratt. *deciſ.* 653. *num.* 3. 189

De cautione in forma depoſiti, an, & quando illius C
virtute poſſit tolli Sequeſtrum ſervatis ſervandis vigore 190
Crediti, aut mandati obtentum, ſatis dictum eſt ſupra
*lit. B. verſ.*10. *denique non procedit*, *& ſeqq. numer.* 180.
& ſeq.

Ex ampliſſima illa facultate ligandi, & ſolvendi quam D
Chriſtus Dominus primo quidem, & principaliter Pe- 191
tro ipſius in terris Vicario, ejuſque Succeſſoribus, dedit
Matth. *cap.*16. *num.*7 *& ſeqq.* Secundariò autem Apoſto-
lis Matth. *cap.* 18. *n.* 17. *& ſeq.* quorum, & univerſalis Ec-
cleſiæ caput eundem Petrum conſtituit, Joan. *c.* 21. *n.* 15.
& ſeq. ibi *Paſce Agnos meos*, & ibi *Paſce Oves meas*, Gra-
vat. ad Veſtr. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 6. cum aliis allegatis per Ugolin. *de
Cenſur. tab.* 1. *c.* 1. *per tot. & ſupra in proœm* Poteſtas corri-
gendi, & coercendi per Cenſuras Eccleſiaſticas, ortum
habuit latè Ugolin *de Cenſur. d. tab.* 1. *c.* 1. *nu.* 2. *& ſeqq q.* 5.
equidem † excommunicandi poteſtas, cum ſit actus ju- 192
riſdictionis fori exterioris, Navarr. *in Summ ſeu Manual.
cap.* 27. *num.* 3. cum aliis congeſtis per Ugolin. *de Cenſur
d. tab cap* 2. *§.* 11. *num.* 2. quinimò pars juriſdictionis, ut
ait Navarr. *in Summ. d. cap.* 27 *n.* 5 ab ipſo Summo Pon-
tifice ſeu Fonte, in quo omnis poteſtatis plenitudo repoſi-
ta eſt, in Epiſcopos, & Prælatos per rivulos quoſdam
transfunditur, & à capite in membra tranſmittitur, *cap.
ita Dominus*, 19. *diſtinct.* Veſtr. *in Prax lib.* 1. *cap.* 1. *in
princ.* latè Gonzal. *ad reg. Canc. in §.* 1 *proœm. num.*124.
& ſeq. ubi, plura cumulando, probat, quod Epiſcopi
quoad juriſdictionem, minimè ſucceſſerunt Apoſtolis, 193
ſed illam à ſummo Pontifice habuerunt, etiam ab initio
Eccleſiæ naſcentis.

Et proinde Cenſura, quoad poteſtatem Eccleſiæ traditam, eſt de jure divino, quo verò ad formam, qua in corrigendo, ſeu coercendo Eccleſia utitur, eſt de jure poſitivo Pontificio introducta, Navarr. *Miſcellan. de orat.* 47. *num.* 5. *& in cap. inter verba*, *prælud.* 2. *num* 4. 11. *quæſt.* 3. latè Ugolin. *de Cenſur. dict. tab.* 1 *cap.* 2. *n* 1. *& ſeqq.* 194

Similiter hæc eadem poteſtas per Cenſuras Eccleſiaſticas coercendi ab eodem Summo Pontifice in Auditorem Rev. Cameræ Apoſtolicæ influit, & tranſit dum vigore ſuarum ordinariarum facultatum, à diverſis Romanis Pontificibus neceſſarium eſt, quandocumque 195

ſen-

Digitized by Google

ſententiarum, & Cenſurarum, tam in Curia, quam extra eam latarum, executor, & poteſt quoslibet inobedientes excommunicare, ſuſpendere à Divinis, & generaliter, vel ſpecialiter interdicere, & priuatiuè quoad omnes alios vigore obligationum Cameralium, Cenſuras Eccleſiaſticas promulgare, Innoc. VIII. *Conſt. 7. Apprimè* Pius IV. *Conſtit. 33. Ad eximiæ ſecundam novam impreſſ.* Greg. XIV. *in Conſt. ad Generie impreſſ.* poſt Saluſt. Tiber. *in Prax l. 3.* Paul. V. *Conſtit. 28. Eximiæ*, cum aliis allegatis ſupra hac eadem *p. 1. c. 1.*

196 Et licèt Cenſura dupliciter accipi poſſit, videlicèt pro dignitate Cenſoris, & pro correctione alicuius: & rurſus in hoc ſecundo ſenſu, vel pro qualibet correctione, & ſic generaliter, vel pro correctione Eccleſiaſtica, & ſic ſpecialiter accipiatur: nihilominus in hoc ultimo ſenſu in terminis, de quibus agitur, accipi debet, Nauar. *in ſumm. cap. 27. n. 1.*

197 Cenſura ergo Eccleſiaſtica eſt correctio, ſeù pœna ſpiritualis in foro exteriori Eccleſiaſtico, contra delinquentes inſligi ſolita, latè *Ugolin. de Cenſur. tab. 1. cap. 15. in princ. & §. 1. & 2. per tot.*

198 Dicitur autem pœna ſpiritualis, quia, illa mediante anima, quæ ſpiritus eſt, principaliter punitur, & uſus ſpiritualium prohibetur, Ugolin. *de Cenſur. d. tab. 1. cap. 1. §. 1. nu. 2.*

199 Vel Cenſura Eccleſiaſtica eſt ſententia lata à capace ordinis Eccleſiaſtici, mediante juriſdictione fori exterioris, qua quis privatur communione Sacramentorum, vel etiam hominum, vel exercitio divinorum ſpiritualium, vel prohibentur divina officia, vel Sacramenta, vel ſepultura, Navarr. *in ſumm. c. 27. num. 1.*

200 Hæc ſpiritualis correctio, quæ Cenſura nuncupatur, eſt triplex: Prima Excommunicatio, ſecunda Suſpenſio, tertia Interdictum Text. *eſt expreſſus, in cap. quærenti, ubi etiam* Gloſſ. Abb. *& alii de verb. ſignif.* Oldrad *ad conſ. 86. in fin.* Bald. *conſ. 478. num. 7. verſ. ſub nomine, lib. 4.* Navarr. *in Summa cap. 27 num. 1.* Ugolin. *de Cenſur. tab. 1. cap. 26 num 1. & ſeqq.*

201 Excommunicatio eſt Cenſura Eccleſiaſtica, quæ privat communione Sacramentorum, & hominum, vel Sacramentorum tantum, Navarr. *in Summ. c. 27 num. 1.*

Vel eſt pœna ſpiritualis ad correctionem delictorum & animæ medicinam inventa, *cap. cum medicinalis, de ſent. excomm. in 6. cap. notandum 24. q. 3.* Rom. *conſ. 369. num. 12.* quæ tamen, ſi ex contemptu, & ſuperbia Excommunicati proveniat, mortalis efficitur, *d. cap. cum medicinalis in princ. de ſent. excomm. in 6. & d. cap. notandum, in fine 24. q. 3.* Roman. *conſ. 369. num. 12. verſ. nec etiam.*

Vel excommunicatio eſt mortis æternæ damnatio, niſi per eam, à Chriſto ſeparatus, per abſolutionem ei reintegretur, Gloſ. *in cap. præſenti, in verbo, præſenti declaramus, verſ. unde dic. de ſent. excommun. in 6.*

Vel denique Excommunicatio eſt quædam pœna inhabilitans homines ad actus publicos, Rota *dec. 693. in fine, par. 1. recent.*

202 Et dicitur ab ex, & communio, quod eſt extra communionem pono, Gravat *ad veſtr. l. 2. c. 4 n. 11.*

203 Inter cæteras autem Excommunicatio eſt major pœna, quam Eccleſia imponere ſoleat, *c. corripiantur 24. q. 3.* Roman. *conſ. 369. num. 10.* Clar *in §. fin. q. 77. in princ.* Ugolin. *de Cenſur. tab. 2. c. 1.* Rot. *dec. 50. num. 1. in fine de ſent. excommun. in nov.*

204 Duplex eſt excommunicatio, videlicet major, & minor, major Excommunicatio eſt Cenſura privans communione activa, & paſſiva Sacramentorum, & hominum, Navar. *in Summ. cap. 27. n. 1. ubi de communi.*

Minor verò eſt Cenſura, quæ privat participatione paſſiva omnium Sacramentorum, *cap. ſi celebrat, de Cler. excomm. miniſtr.* Navarr. *in Summ. d. c. 27. num 1.*

Vel Major Excommunicatio eſt privatio uſus communionis exterioris Eccleſiæ, excludit enim à participatione Sacramentorum, & à communione Fidelium, *Clar. in d. §. fin. q. 77. in pr. ubi de communi*, Vgolin. *de Cenſur. d. tab 2. cap. 6. n. 4.*

Minor verò propriè per ſe eſt privatio uſus Sacramentorum paſſivè tantum, *c. à nobis de except.* Clar. *in d. §. fi. q. 77. in pr. ubi de comm.*, Vgol. *de Cenſ. tab. 3. c. 6. §. 1.*

Ruſus Excommunicatio alia eſt Judicialis, quæ fertur in Judicio; alia Extrajudicialis, quæ fertur, extra Judicium, *c. Venerabilibus, §. attamen, & §. ſimiliter de ſent. excommun. in 6.* 205

Iterum Excommunicatio alia eſt à Canone, alia ab homine, Feder. de Senis *conſ. 1. num 9. verſ. quinto non obſtat.* 206

Alia eſt publica, quæ annullat geſta ab excommunicato ratione publici officii, Bald. *conſ. 437. Ex quo abbas Sancti Viti lib. 2.* alia occulta, quæ hujuſmodi geſta non annullat, ut poſt Bald. *d. conſ. 4037.* tradit Felyn. *in cap. ad probandum 24. n. 3. de reſid.* Coccin. *dec. 322. n. 8.* Rota in *Lacen. Archidiaconatus, 23 Julii 1601. in congregatione coram bo. me. Card. Pamphilio ſeniore, patruo Sanctiſſ. D. N. Innocentii X. & dec. 167. n. 2. poſt conſ. Par in lib. 2.* 207

Denique Excommunicatio alia eſt generalis, alia ſpecialis, *cap. à nobis il primo, de ſent. excomm* cum aliis adductis per Navarr. *in cap. in ſumm c. 27. num. 2.* ubi etiam alias tradit deciſiones. 208

Differt autem Anathematizatio ab Excommunicatione, ſicut ſpecies genere, nam omnis Anathematizatio, eſt Excommunicatio, non è contra, cum Anathematizatio ſolùm majorem, non autem minorem, Excommunicationem ſub ſe comprehendat, Excommunicatio verò utramque ex vi vocabuli ſub ſe contineat, Navar. *de dat. & promiſſ. n. 9. & ſeqq.* 209

Suſpenſio verò eſt Cenſura Eccleſiaſtica, qua Clericus quatenus Clericus eſt impeditur, quominus Eccleſiaſticas functiones exerceat, Vgolin. *de Cenſ. tab. 4. cap. 10 num. 2.* 210

Vel ſuſpenſio eſt Cenſura Eccleſiaſtica prohibens uſum officii, vel facultatis alicujus, Nav. *in Summ. c. 27. n. 151.*

Vti deniq; Suſpenſio eſt cenſura Eccleſiaſtica, per quam interdicitur officium, vel ordo, aut exercitium Perſonæ Eccleſiaſticæ, Silveſter *in verbo Suſpenſio in princ.*

Suſpenſio alia eſt Juris, alia Hominis, Abb. *in c. fin. n. 4. de Cler. excomm. miniſtr.* Gemin. *conſ. 133. Iſtud dubium*, Silveſter *in verbo Suſpenſio, n. 1.* 211

Alia eſt propria, & alia impropria; alia Major, & alia Minor, alia quoad ſe, alia quoad alios, alia quoad ſe, & alios, Silveſt. *in verb. Suſpenſio in princ. & num. 1.* Navar. *in Summ. cap. 27. n. 151. & ſeq.* 212

Rurſus alia eſt Officii, & Beneficii, *cap. tuarum de privileg.* alia eſt officii tantum, vel partis ejus, aut pertinentis ad illud tantùm, Navar. *in Summ. c. 27. n. 154.* 213

Suſpenſio ab officio eſt cenſura, qua Clericus impeditur quominus uſum Officii Eccleſiaſtici debeat, Suſpenſio verò à Beneficio eſt cenſura, qua Clericus impeditur, quominus fructus Beneficii Eccleſiaſtici percipiat, atque habeat, Ugolin. *de Cenſ. tab. 4. cap. 10. num. 3. & ſeq.* 214

Sed interdictum eſt Cenſura Eccleſiaſtica, qua prohibentur Divina officia, Sacramenta, & Sepultura Eccleſiaſtica, quibuſdam exceptis, Navarr. *in Summ. capit. 27. num. 164.* 215

Vel interdictum eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua divinorum Eccleſiæ uſus prohibetur, ſeu Divina Eccleſiæ, quatenus Divina ſunt prohibentur, Ugolin. *de Cenſur. tab. 5. cap. 38. num. 2.*

Et eſt duplex, Vniverſale, & Singulare; interdictum Vniverſale eſt Cenſura, qua Divina Eccleſiæ in Provincia, Regno, vel Civitate, ſeu loco, in quem eſt latum, aut omninò, aut nè de more fiant, prohibentur, ſingulare verò eſt duplex, aut unius loci particularis, ſeu Eccleſiæ, aut unius perſonæ: interdictum Eccleſiæ, ſeu loci eſt cenſura Eccleſiaſtica; qua Divina in aliqua Eccleſia, ſeu loco particulari prohibentur, interdictum verò Perſonæ eſt Cenſura Eccleſiaſtica, qua Eccleſiæ divina alicui perſonaliter prohibentur, qui interdictus eſt, Ugolin. *de Cenſur. tab. 5. cap. 38. num. 3.* 216

Vel ſecundùm Navarr. interdictum eſt triplex, locale tantùm, perſonale tantum, & locale & perſonale ſimul.

Locale tantum in quo locus interdicitur, aut eſt generale prout quando interdicitur Regnum, Provincia, Civitas, & Parochia; aut ſpeciale, quando interdicitur locus, ſeu Eccleſia particularis. 218

Perſonale tantum, aut eſt generale, quod interdicit Vniverſitatem Hominum, ut Regni, Populi, Provinciæ, 219

Civitatis, oppidi, Parochiæ, aut ſpeciale quod interdicit perſonas particulares, Navarr. *in Summ. cap.27. num.* 166. Ugolin. *de cenſ. tab. 5. cap. 6. num. 1.*

220 Locale, & perſonale ſimul eſt tertia ſpecies interdicti, quando interdicitur locus, & perſonæ ſimul in univerſali, vel in particulari, Navarr. *in Summ. d. cap. 27. n. 166.*

221 Primò autem ad hoc, ut quis poſſit excommunicari, aut Cenſura Eccleſiaſtica ligari, debet eſſe Homo mortalis, baptizatus, habens Superiorem, *cap.* Romana §. *in Univerſitatem ubi* Gemin *column. ult. circum med. verſ. Excommunicatio verò de Sent. Excomm. in 6* Soccin. *in cap. poſtulaſti num. 4 de jud.* Navarr. *in Summa capit. 27. numer. 13. in princ.*

222 Ex quo infertur, Primò quòd Hebræus, Turca, & ſimiles non poſſunt excommunicari, nec alia Cenſura Eccleſiaſtica ligari, etiamſi Cathecumeni eſſent, Navarr. *in Summ. dict. cap. 27. num. 13.* Abb *in capit. excommunicato num. 9. verſic. Exemplum, de reſcript* cum aliis, quos refert, & ſequitur, Ugolin. *de cenſ. tab. 1. cap 17. §. quinto num. ſecundo, & ſeqq. & in tract. de cenſ.* Pontif. *reſerv. par. 1. cap. 9. per totum*: ubi quod hoc probatur, *in cap. omnis Chriſtianus 11. quæſt. 3. in cap. audivimus, §. final. verſic. ſicut, 24. quæſt. 1.*

223 Hebræi etenim, Pagani, & ſimiles nec etiam incidunt in excommunicationem à Jure, ſeu Canone provenientem, ac proinde percutiendo Clericum non incidunt in Canonem, *Si quis ſuadente Diabolo, 17 quæſt. 4.* ut probatur *in cap. Poſtulaſti de Judæis* Archid. *in dict. cap. Si quis ſuadente Diabolo, num. 7. cap. 17. quæſt. 4.* Navar. *in ſum. d. cap. 17. num. 13.* cum aliis cumulatis per Ugolin. *de cenſur. d. tab. 1. cap. 17. §. 5. num. 3.*

224 Poteſt tamen Judæus, vel alius ſimilis, per indirectum quodammodo excommunicari, hoc eſt extra cohortium Chriſtianorum relegari, prohibendo Chriſtianos ſub pœna excommunicationis: ne cum eo in aliquo participent, vel excommunicent, textus eſt *in cap poſtulaſti, ubi etiam* Gloſſ. Abb. *& alii de Judæis*, cum aliis congeſtis per Ugolin. *de cenſur dict. tab. 1. cap 17. §. 5 num. 4.*

225 Infertur Secundò quod cum Papa nullum habeat Superiorem, & à nemine judicetur, *cap ſi Papa, 40. diſtinct.*
226 *cap cuncta per mundum, 9. quæſt. 3.* & † ſit ſupra Leges, & Canones, & Concilium, *cap. ſignificaſti, de elect. cap. propoſuit, de conceſſ. præb. dict. cap. cuncta per mun-*
227 *dum 9. quæſt. 3. leg Princeps, ff de leg. l. digna vox, Cod. de leg.* Dec. *conſil. 588. num 5.* nec † excommunicari, nec ab Homine, aut à Jure poſſe Cenſuris ligari, Navarr. *in Summ dict. capit. 27. num. 13.* Ugolin. *de cenſur. 1 dict. tab. 1. cap. 17. §. 6. num 8. & ſeqq.*

228 Infertur Tertiò quòd neque Angeli, neque Anima ſeparata à corpore, neque animal irrationale, neque Dæmones poſſunt excommunicari, aut Cenſuris Eccleſiaſticis alligari, Navarr. *in Summ. dicta cap. 27. num. 13.* Ugolin. *de Cenſuris dicta tab. 1. capit. 17. numer. 2. & ſequentibus.*

229 Infertur Quartò quod Civitas, Univerſitas, Collegium, Capitulum, & ſimiles, qui non ſunt Homines, excommunicari non poſſunt, *capit. Romana, §. fin. & ibi* Gemin. *columm. ult. circa medium verſic. Excommunicari verò & alii, de Sentent. excommun. in ſexto*, Abb. *in capitul. bonæ, il primo, num. 20. & alii de elect.* Felyn. *in capit. dilectæ num 1. de except.* Navar. *in Summ. dict. capit. 27. numer. 13.* Covarr. *var. reſolut. lib. 2. capit. 8. num. 9.* Sal Tiber. *in dicta Praxi lib 1. cap 31. num. 13.* Gallet. *de oblig. Camer. quæſt. 36. num. 22. & ibi* Zacch. *num. 4.* Ugolin. *de Cenſur. tab. 1. cap. 16. num. 4. & §. 4. n. 1* Ferentill. ad Buratt. *dec. 916. n. 6.*

230 Ratio autem cur Univerſitas, Capitulum, & ſimiles non poſſunt excommunicari, poteſt duplex aſſignari, prima eſt quia univerſitas, & ſimiles ſunt perſonæ fictæ per præſentationem, ſed excommunicari non poteſt niſi perſona vera habens animam rationalem, & baptizatam, Gemin. *in d. cap. Romana, §. fin. col. ult. circa med. verſ. excommunicari verò*, & ibi etiam Jo. And. tradit *ſub num. 9.*

231 Secunda ratio eſt, quia ſi Univerſitas, Capitulum, Collegium, & ſimiles poſſent excommunicari, Innocentes paterentur pro Peccatoribus, quod eſſe non debet etenim ſi hujuſmodi excommunicatio referretur ad perſonam veram, etiam Infans unius diei remaneret excommunicatus, quod non eſt admittendum, *cap. Romana, §. in Univerſitatem, de Sent. excommun. in 6. & ibi* Joano. Andreas *d. num. 9.* Covarr. *var. reſolut. lib. 2. cap 8. num. 9. verſic. fortaſſis*, Gallet. *de oblig. Camer. quæſt. 36. nu. 22. verſ. quæ practica*, Ugolin. *de Cenſur. tab. 2 cap. 26. §. 1. verſ. deinde.*

232 Verùm ſi contingat, omnes de Univerſitate, Conſilio, Collegio, vel Capitulo eſſe culpabiles, & de hoc apparet, tunc poteſt Sententia excommunicationis ferri contra eos hoc modo, videlicet. *Excommunicamus Priores, & omnes alios de Collegio, ſeu Conſilio Civitatis NN* vel *Excommunicamus Propoſitum Decanum, & omnes alios de Capitulo Eccleſiæ NN.* Quam Praxim excommunicandi Univerſitatem, vel Capitulum, quando omnes ſunt culpabiles tradunt Hoſtien. *in Summ. ſub tit. de Contum. §. finali verſic. ergo ſi conſtat, lib 2* Felyn. *in cap. dilectæ num. 1. de except.* Gallet. *de oblig. Camer d. quæſt. 36. num. 21.* Ugolin. *de Cenſur d. tab. 2. cap. 26. §. 2. & §. 4. num. 2. verſ. ſed ad poſtremam quæſtionem.*

233 Licet autem Univerſitas non poſſit excommunicari, benè tamen poteſt interdici, vel ſuſpendi *capit. Romana, §. fin. de Sent. excomm. in 6.* Abb *in cap. bonæ, num. 20. de elect.* Ugolin *de Cenſur. tab. 4. cap. 13. & tab. 5. cap. 20.* Buratt. *deciſ 916. num. 1. & ibi* Ferentill. *littera B. ſub num. 6. & ſeqq.*

234 Ubi quod Suſpenſio convenit ſolis Clericis; Interdictum verò etiam Laicis, & ſicut ſuſpendi quis poteſt ſine propria culpa, ita etiam interdici pro delicto alterius, Ugolin. *de cenſur. dict. tab. 4. cap. 12. & dict. tab. 5. cap. 20. §. 2.*

235 Infertur quintò quod Hæretici, & Schiſmatici, qui ſunt ipſo Jure excommunicati, *cap. noverit, de Sentent. excomm.* Navar *in cap. ita quorundam, not. 11. num. 41. & ſeqq. de jud.* Ugolin. *de Cenſur. Pont. reſerv.* in Bull Cœn. *par. 2. in verſ. Nec non Schiſmaticos §. 1. num. 1. & §. 2. num. 1.* poſſunt iterum ad terrorem excommunicari, Card. Tuſc. *littera E. concluſ. 440.* prout quotannis excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini, Navarr. *in Summ. cap. 27. num. 55. & num. 59. indict. cap. ita quorundam, in 11. not. num. 41. & ſeq. de jud.* Ugolin. *de Cenſur. Pontif. reſerv in Bulla Cœn. part. 2. capit. 1. & in verſic. Nec non*
236 *Schiſmaticos ſub num 9.* Toties † tamen reiteratam excommunicationem unica abſolutione tolli poſſe, cum unica ſit excommunicatio ſcribit Navar. *in dict. cap. quorundam, in 11. not. num. 41. de jud.*

237 Secundò ad hoc ut quis poſſit excommunicationis Sententia allegari, vel excommunicatus declarari, requiritur perſonalis citatio, ſeu monitio, vel intimatio, Rom. *conſil. 482. num. 5. verſ. quoad*, Galleſ *de oblig Cam. q. 36. num. 12.* Salust. Tiber. *in Praxi lib 1. cap. 33. num. 3.* Papazon. ad Rotam *deciſ. 5. num. 22. de reſer. in nov.* Rot. *deciſ. 15. in fine, de Sent. excommun. in antiq. & deciſ. 2. num. 4. de Fer. in nov.* Seraph. *deciſ. 1296. num. 1.* Rota *deciſ. 90. num. 1. par. 1. rec.* Buratt. *dec. 176. num. 1.*

238 Sed primò hoc non procedit, quando quis comparuit ſaltem per Procuratorem, Rota *dec. 11. de dol. & contum. in nov.* Seraph. *dec 1296. n. 1.*

239 Secundò non procedit, quando quis fuit ab initio cauſæ perſonaliter citatus, nā n tunc ſi receſſit à Curia, poteſt contra eum procedi per audientiam contradictarum, Rota *dec. 7. in fin. de Senten. in excommun. in nov.* Covar. *in relect. cap. Alma mater, p. 1. §. 9. num. 4. verſ. ſecundus, de Sent excomm in 6.*

240 Tertiò non procedit, quando quis fuit malè abſolutus, & agitur de illo reintrudendo, Rota *dict. deciſ. 7. de Sent. excomm. in nov.* Covar. *in cap. Alma mater, par. 1. relect. §. 9. num. 4 verſ. quartus.*

241 Quartò non procedit, quando citatio, vel monitio venit ad notitiam Citati, & notitia eſt certa, & indubitata, Rota *dec. 11. de dol. & contum. in nov.* Caſſador. *dec. 6. num. 11. de cauſ. poſſ. & propriet.* Covar *in relect. d. cap. Alma mater, part. 1. §. 9. num. 4. verſ. Tertius*, Seraph. *dec. 1296. num. 1.*

Quintò non procedit, quando quis latitat, vel ad locum, in quo degit, tutus non patet acceſſus, nam tunc poteſt citari domi, dimiſſa Copia, & per affixionem ad valvas Eccleſiæ Cathedralis, Clem. *Cauſam de elect.* Seraph. *deciſ.*

Digitized by Google

deciſ.1295.num.3 vel ſi domum non habet per Edictum publicum, *d. Clem.in cauſam, de electio*. Papazon ad Rotam *deciſ.5.num 8.& ſeq. de reſcr in nov.* Covar *in relect. d.cap. Alma mater, par.1.§.9.num.5.verſ. Primus paſſim* Rota *deciſ.11.de dol.& cont.in nov.*

243 Sextò denique non procedit in obligato in forma Cameræ, qui poteſt coram A. C. citari domi dimiſſa Copia, vel per contradictas, vel per diligentias, & ſucceſſivè per affixionem juxta ſuos caſus, de quibus ſupra, *cap.2. littera C. & cap.3.litt.D. verſ. hoc tamen, & cap.4.litt. E.* & ita quotidie obſervat Praxis.

244 Tertiò, ad hoc ut quis poſſit excommunicari, requiritur trina monitio, vel una, cum trino termino dierum distinctè aſſignato, *cap. Conſtitutionem, de Sentent. excommunic.in Sexto cap. Sacro* ubi Gloſſ. *in verb.competenti, de ſentent. excommunicat.*, Navarr. *in Summa, cap. vigeſimus ſeptimus num 11. Præpoſ. in cap. cum ſit Romana, n.28.de Appell.* Galleſ. *de obligatione Camerali, quæſt 36. n.33.* Covar. *in relection. cap. Alma mater, p.1.§.9. n.5.* ubi de communi teſtatur, *de ſent. excommun.in 6.*

245 Et non ſolùm requiritur d. monitio in excommunicatione, ut ſupra, ſed etiam in ſuſpenſione & interdicto, *c. reprehenſibilis in princip.* ubi Gloſſ. *in verb. monitione de Appell.& cap.Statutum, de Sent excomm.in 6.* quæ quidem

246 monitio trina † ſeu cum trino termino, debet ſaltem continere ſpacium ſex dierum, & ſic duorum dierum pro quolibet termino; ſeu pro qualibet monitione, ut probatur in *dict.conſtitutione*, ibi, aliquorum dierum competentia intervalla, Navarr. *d.cap 27.n.11.*

247 Sed hoc primò non procedit, ſi neceſſitas aliter expoſtulet, *d.cap.conſtitutionem, in fin.de ſent. excommunic.in 6.* Covar. *in relect.d.cap. Alma Mater, par.7.§.9.num.5.de ſent.excommun.in 6.*

248 Secundò non procedit in contumace notorio, quia tunc alia monitio non requiritur, *c.cum ſit Romana §. fin. de appell.c.illud de Cleric. excommunic. miniſtr.cap.1.* ubi Abb. & *alii de Jud.* Franc. *in d.cap.cum ſit Romana, §. ult. n.4.& ſeq.* & ibi Præpoſ. *n.28.* & Dec. *num 75.& ſeqq. de appellat.* Covarr. *in relect.d.cap. Alma mater, par.1.§.9. de ſentent. excomm. in 6.*

249 Tertiò non procedit in Excommunicatione lata à lege, Canone, vel ſtatuto, quia tunc lex ipſa quotidie monet, & Judex ſolum declarat, ſed benè procedit in excommunicatione lata ab homine, Abb. *in cap. cum ſit Romana, num.33. de Appell.* Covarr. *in relect.d.cap. Alma mater, part.1. §. 9. num. 5.verſic. Trina monitio, de ſentent.excommun. in 6.*

250 Quartò non procedit, quando periculum eſſet in mora, *cap.Sacro de ſent.excomm.& cap Conſtitutionem in fin. de Sent.excomm. in 6.* Felyn. *in d. c.Sacro, n. 4. de ſent. excomm.* Novar. *in Summ c.27.n.11.*

251 Quinto non procedit, quando excommunicatio fertur pro futuris culpis, *Innoc.in c. Sacro in pr.* & ibi Felyn. *n 5. de ſent.excomm.* Abb. *in c.P. & G. n.4.de offic. & poteſt.Jud. deleg.* Navarr. *in relect.cap.cum contingat in cauſ.5. null ſub nu.4.& ſeq. de reſcript.* Lap *alleg. 72. nu.2.* & ibi Mandoſ. *lit E.* ubi de communi teſtatur, tunc enim dies interpellat pro homine, & Judex eſt loco monitionis, *cap potuit de loc.* Fely. *in d.cap.Sacro num.5. de ſent excomm.* Hoſtien. *in c.cum P & G. n 4.* ibi Joannes And. *n.8.& ſeq. de offic. Deleg.* Galleſ. *de oblig.Camer.q.12.n..* Lap. *alleg 73. n.2.in fin.*

252 Dicitur autem tunc ferri Excommunicatio pro futura culpa, quando quis nondum illam admiſit, & quando quis non monetur deſiſtere ab aliqua culpa præcedente, vel præſente admiſſa, ſed ob culpam, quæ eſt omninò futura, prout quando aliquis, faciendo debitum, conſenſit, ut Judex eum excommunicet, niſi infra certum præfixum terminum ſatisfecerit Creditori, Abb. *in d. capit. P.& G num.9.in fin.de offic.deleg.* Galleſ. *de oblig. Cameral. quæſt.12.num 6.& ſeqq* Navarr. *in relect. d cap. cum contingat in cauſ.5. nullit.ſub num 5. de reſcript.* Saluſt. Tiber. *in Prax lib.1 cap.33.num.4.* Lap *allegat.73. n.2.*

253 Neque huic quotidianæ Praxi obſtat, quod per viam pacti non poteſt aliquis ad pœnam excommunicationis obligari, quia procedit quando pactio efficeretur cauſa immediata obligationis, ſecus quando pactio non efficitur cauſa immediata obligationis, ſed ipſa contumacia Debitoris vera, vel præſumpta, ut in exemplo ſupra relato Galleſ. *de oblig. Cameral quæſt.12. n.6.* tunc enim ob contumaciam, & moram, ſine qua Judex ad excommunicationem non procedit, fertur excommunicatio contra Debitorem Saluſt. Tiber. *d.lib.1.cap.33 num 4.*

254 Neque etiam relevat, quod pro futuris culpis non eſt ferenda excommunicatio, præſertim ab homine, *cap. Romana ubi gloſ. in verb futuri, de ſent.excommun.in 6.* Buratt. *deciſ 588 num 3.* Quia hoc procedit quando nulla cauſa præceſſit, ſecus quando poteſt dici cauſam præceſſiſſe, prout quando Debitor ſponte faſſus eſt debitum, & ſuſcepit in ſe ſententiam Cenſurarum, tunc enim ſignanter ſub conditione ſententia excommunicationis ferri poteſt Abb *in d.c.P.& G. n 9.in fine, & n.10.de offic Deleg.* Galleſ. *de oblig Cam.quæſt 12.num 11.* Sal. Tib. *d.lib.1.cap 33.n.5.* & ita paſſim obſervat Praxis, & Curia.

255 Et hinc inolevit Stylus Curiæ A. C. apponendi ſingulis diebus juridicis à Judice manum in libro Broliardo nuncupato, videlicet relaxatio Cenſurarum.

Niſi infra tempus conventum, dentur litteræ de conſenſu Saluſt. Tib *in Prax.lib.1.cap.per tot.& cap.33 n.5.*

256 Ratio autem hujuſmodi appoſitionis manus eſt, quia relaxatio harum Cenſurarum eſt decretum definitivum quod debet ferri in ſcriptis *cap.1. §. quia de Sent excommun.in 6.* quod procedit etiam in cauſis ſummariis, undè ad nullitates tollendas, & obviandum hominum malitiæ Praxis hanc formulam ſubſcriptionis induxit, Saluſt. Tiber. *in prax.d lib.1.cap.5.per tot.*

257 An autem; & quando pro futuris culpis excommunicatio ferri poſſit plenius videtur diſtinguendum, nam aut excommunicatio fertur à lege Canone, vel Statuto, & tunc ferri poteſt pro futuris culpis, *capitulo ut Animarum periculis, de Conſtit. in ſexto, cap. a nobis, il primo, de Sent. excommun.* Glol. *in cap. Romana, in verb. futuris, de Sent.excomm. in 6.*, quam communiter receptam dicit Covar. *in relect cap. Alma mater part. 1.§.10. num.5* Ugolio *de Cenſur tab. 1.c.9.§.5 n. 1.& ſeq* Aut † excommunicatio generaliter fertur ab homine pro futuris culpis, & tunc, aut culpa præceſſit, vel offenſa prius facta eſt, & tunc poteſt fieri excommunicatio pro futuris culpis, ne impoſterum culpa ſimilis committatur, aut offenſa repetetur, & fiat *cap.à nobis il primo, de Sent. excommunic in ſexto*, Ugolio. *de cenſur. dicta tabal.1 cap 9. §. 5. num. 1. verſicul.excipitur*, Covar. *in relect.dict cap. Alma mater, part.1. §. 10 num. 1. verſ.ſunt tamen, qui opinentur*, ubi quod uſus forenſis, & praxis, quæ eſt optima legum interpres, ut iſtæ excommunicationes generaliter ferri ab homine poſſint, pro futuris culpis, induxit, aut † non præceſſit culpa, vel offenſa ut ſupra, & tunc aut aliqua ſubeſt cauſa rationabilis Excommunicationis ferendæ pro futuris culpis, aut non: ſi ſubeſt poteſt ferri ab homine pro eis excommunicatio, *dict. cap à nobis, il primo de ſentent.excommunic. cap. Romana § caveant de ſentent.excommun. in 6.* Covarr. *in relect. dict.cap. Alma mater par.1. §.10. num.1. verſ. ſunt tamen*, Ugolin. *de cenſuris dict. tab.1. cap.6. §... num.3. verſ poſtremò*, & in his terminis procedunt etiam tradita per Gail.1. *dict. quæſt. 12. numer. 51.* Saluſt. Tib. *dict. lib.1 cap 33.num 4.* cum aliis ſupra allegatis, aut denique nulla præceſſit culpa, vel offenſa, vel cauſa rationabilis, & tunc ab homine non poteſt ferri excommunicatio pro futuris culpis, & ita procedit *text. in cap. Romana ubi gloſ. in verb.futuris de ſent.excomm in 6.* & Buratt. *d deciſ.588. num.3.*

260 Sextò non procedit in Prælato Regulari excommunicante ſuum Religioſum, Lap. *alleg 71. Prælatus*, nam in illis Prælatis regularibus non ſervatur juris ordo, ſicut in ſæcularibus *cap. qualiter il ſecondo, de accuſ.* Felyn. *in cap Sacrum.7.de Sent. excomm.*

261 Septimò non procedit quando ponitur interdictum non ad medelam, ſed ad pœnam, *capit.2. de conſtit in 6.cap. quamquam de cenſ in 6.* Novar. *in Summ cap 7. num 164. verſ. quarto*, quod procedit etiam in ſuſpenſione, & excommunicatione, Dec *in cap. reprehenſibilis numer. 6. de appell.*

262 Octavò non procedit quando excommunicatio fertur pro defenſione juriſdictionis excommunicantis, Lap. *dict. alleg.73. num.3.* Innoc. *in cap. Venerabilis, n.3. & ſeq. de cenſ* Gemin. *in cap.dilecta,n.7.verſ. quæro, an requiratur monitio*, & ibi Joan. Andr. *num.3* & Franc *num.*

a. de ſent excomm. in 6. Felyn. *in cap. Sacro*, *n. 6. de ſent.
excomm. & in cap. cum ſit Romana num. 16. de appell.* Dec.
in cap reprehenſibilis num 55. de appell. Mandoſ. ad Lap.
dict. alleg. 73. ſub littera I. Quæ tamen limitatio proce-
dit quando quis procedit extrajudicialiter uti pars, non
uti Judex in judicio, juxta *text. in dict. cap. dilectio
de ſent. exc. n 6. ut* DD. præfati ſatis apertè affirmant.

263 Non procedit quando adeſt prohibitio, vel monitio
à jure vel ab homine alicujus futuri, ne ſcilicet ali-
quid fiat, vel quid debitum, vel honeſtum impleatur,
prout quod non fiant Statuta contra libertatem eccle-
ſiaſticam vel facta caſſentur, vel quid ſimile, tunc enim
ipſa prohibitio deſervire pro monitione, *cap. noverit,
de ſent. excom.* Sal. Tiber. *in verb. Excommunicatio ll
primo num.* 12, *& num* 13.

264 Decimò, non procedit quando excommunicatio fer-
tur pro manifeſta offenſa contra præſentem. Lap. *alleg.
73. n. 3.* Add. ad Feder. de Senis *conſ. 11. n. 55. in
fine*, Mandoſ. ad Lap. *poſt alios quos cumulat dict. al-
leg. 73. ſub littera H.*

265 Decimo primò non procedit quando contumacia, ſeu de-
lictum eſt manifeſtum, prout factum in præſentia Judicis,
Felyn. *in c Sacro*, *n. 1. verſ. 6. limita de ſent. exc.*

266 Decimo ſecundò, denique non procedit in excommu-
nicatione lata vigore obligationis Cameralis in ſubſi-
dium Juris. nam tunc, expedito Mandato executivo
Executores faciunt fidem, ſe feciſſe diligentias pro illo
exequendo, & non potuiſſe illud realiter, aut perſona-
liter exequi unde productio in actis dict. Mandato cum
fide Executorum à tergo illius, citata parte ad dicen-
dum contra iura, obtinetur decretum admiſſionis, ſi, &
in quantum. Et ſucceſſivè citatur pars ad videndum
extendi formam Cameræ, & ſe declarari excommuni-
catum in iuris ſubſidium, & litteras declaratorias, &
Cedulones decerni, & obtinetur decretum, niſi infra,
tres & juxta Praxim ſuperius traditam, *ſub num. 54.*
267 *& ſeqq.* Saluſt. Tiber. *in Prax. lib. 1. cap. 31. num. 8 &
ſeqq.* Qui † quidem ternarius, ſeù trium dierum ter-
minus, aſſignari ſolitos videtur de ſtylo inductus loco
trinæ monitionis, vel unius pro tribus, ad hoc ut validius
ad excommunicationis, ſeù Cenſurarum fulminationem
procedi poſſit iuxta tradita per Galleſ. *de oblig. Cam. q. 16.*
268 *n. 33. & ſeq.* vel loco † monitionis eſſe poteſt Iudicis præ-
ceptum quod continet in ſe obligatio Cameralis, Galleſ.
de oblig. Camer. q. 2. n. 13.

269 Tribus verò diebus † prædictis elapſi, citatur denuò
pars ad videndum relaxari literas declaratorias alias de-
cretas, & quatenus opus ſit de novo decerni, & relaxari,
& obtinetur decretum, niſi ad primam, cum Intimatio-
ne, qua executa & reproducta, dicta prima die Iuridica
elapſa, expediuntur literæ declaratoriæ, & Cedulones
affiguntur, Saluſt. Tiber. *d. c. 35. n. 9.*

270 Ex quibus infertur, quod licet obligans ſe in forma
Cameræ conſentiat, ſe poſſe prò executione huiuſmodi
obligationi excommunicari, ut legitur in formula dict.
obligationis, impreſſa apud Galleſ. *de oblig. Cam. in pr. fol.
3. & apud* Sal. Tib. *in prax. l. 4. fol.* 461. nihilominus con-
tra eum non proceditur ad fulminationem Cenſurarum
niſi in primis extenſa forma Cameræ iuxta ſtylum Cu-
riæ, citata parte, ſi inſtrumentum eſt extra Tribunal A.C.
rogatum etiamſi fuerit conſenſum in mandatum unica,
&c. Sal. Tib *in prax l 5. c. 34 n. 2.* Poſt. *de Manut obſerv.
103. n. 26.* & deinde, niſi in iuris ſubſidium, & quatenus
contra eundem nec perſonalis, nec realis executio fieri poſ-
ſit, Pius V. *in refor. Tribn. A. C. §. quod ſi quando*, *& eſt
eius Conſtit. 117. inter illa ſecundum antiq. impreſſ.* Paul. V.
*in reformat. Trib. Urb. ſub tit. de A.C. & eius Tribun §. minuſ-
que, quæ eſt eius Conſt. 71. Vniverſi Agri*, Saluſt. Tib *in Prax.
lib. 1. c. 39. n. 8. & ſeqq & n. 13.*

271 Et eſt etiam Sacroſancti Concilii Tridentini diſpoſitio-
ni conſonum, ne pro debito aut pœna pecuniaria, nec in
cauſis Civilibus nec in Criminalibus, quis poſſit, niſi in
ſubſidium excommunicari, Conc. Trid. *ſeſſ. 25. c. 3. de re-
form* Navar. *in ſumma c. 26. n. 50.* Rot. *deciſ. 327. n. 5. poſt
Conſil.* Farin *leg. 2.*

272 Verùm diligentiæ, de quibus ſupra, ad hoc ut poſſit ad
excommunicationem procedi contra Debitorem obliga-
tum fieri debent omninò in locis deſtinatæ ſolutionis, &
in quibus venit facienda executio, Paul. V. *Conſt. 71. Vni-
verſ. Agri §. minuſque*, Sal. Tib. *lib. 5. cap. 32. n. 8. & ſeq.
& n. 13. c. 33. & n. 5.*

Cenſuras autem vigore obligationis Cameralis ſolus A. 273
C. qui eſt illarum Judex privativè quoad omnes alios ful-
minare poteſt, ſic diſponentibus eius facultatibus Paul. V.
Conſt. 28. Eximiæ, Zacch. ad Galleſ. *de oblig. Cam. quæſt.
12. num. 5.*

Sunt tamen plures perſonæ, contra quas A. C. non ſolet 274
vigore obligationis Cameralis fulminare cenſuras.

Primò namque Epiſcopi, & Prælati de ſtylo Curiæ 275
non ſolent excommunicari, ſed tantum à Divinis ſu-
ſpendi, vel interdici, prout ſolet etiam reſpectus hujuſ-
modi haberi ſæcularibus in dignitate Conſtitutis, qui ta-
men in forma Cameræ obligati poſſent excommunica-
ri eum eorum dignitati, attenta dicta obligatione, &
conſenſu, non fiat injuria, juxta Galleſ. *de oblig. Ca-
mer. q. 36. n. 20. & ſeqq.*

Cæterum nec in Curia, nec extra contra Epiſcopos, 276
Prælatos, ac officiales Papæ, & Magnates ob ſupremi
Principis reverentiam, niſi facto Verbo cum Sanctiſſi-
mo, & de illius expreſſo mandato, excommunicatio-
nis literæ declaratoriæ, nec etiam in iuris ſubſidium
conceduntur, *Extravag. cum Matthæus de Hæreticis*,
Saluſt. Tib. *in Prax. lib. 5. c. 35. n. 52.*

Secundò non ſolent excommunicari mulieres, ut ex- 277
perientia, & praxis rerum magiſtra docet, ad *l. inter-
pretatione ff. leg.*

Tertiò nec etiam ſolet ferri excommunicatio contra 278
debitorem pauperem, & miſerabilem ſine ſua culpa effe-
ctum quia non eſt addenda afflictio afflictis, ſecus ſi eorum
culpa eſſent effecti talea, Saluſt. Tib *d. l. 1. c. 33. num. 2.*
Abb. *in cap.* Oddoardus, *n. 9. de ſolut.* Galleſ. *de oblig. Cam.
q. 36. n. 24.* & ibi Zacch. *nu. 5.* Rot. poſt eundem Zacch.
de oblig. Camer. dec. 40. n. 6.

Et ratio eſt, quia in paupere miſerabili, qui nihil habet, 279
quod ſolvat, ceſſat contumacia, ſinè qua excommunica-
tio ferri non ſolet, Galleſ. *de oblig. Camer. q. 36. num. 24.*
Rot. poſt Zacch. ad eundem Galleſ. *dec. 40. n. 6.* Buratt.
dec. 933. n 2.

Quod ſi inopia ita non eſſet notoria, & ſententia ex- 280
communicationis contra inopem ferretur, poſſet nihilo-
minus uti iniuſta, probata inopia, revocari, Galleſ. *d. q.
36. n. 24.* quinimò quando excommunicatus eſt adeo pau-
per, quod ſolvere & ſatisfacere non poteſt eſt abſolvendus
ex Officio; *c. à nobis, il ſecondo, de ſent. Excom.* Abb.
in cap. cum homines, de Decim. latè Redoan. *de Spol. q. 13.
num. 42.*

Quartò infantes, & Mentecapti furioſi, & ſimiles, qui 281
infantibus æquiparantur, *lib. 1. & l. ſi quod infans, ff. de rei
vind. §. ſed quod diximus Inſt. de inut. ſtipulat.* Vant. *de
nullit. defect in hab. n. 15.* non poſſunt excommunicari quia
non videtur poſſe dari caſus in quo ipſi poſſint validè perſo-
nam propriam in forma Cameræ obligare, Galleſ. *d. oblig.
Camer. d. q. 36. n. 23.*

Quod ſi daretur caſus in quo pupillus doli capax poſſet 282
propriam perſonam valide obligare, poſſet etiam vigore
huiuſmodi obligationis excommunicari, Galles. *d. q. 36.
num 23.*

Sed Furioſus validè obligatus ante furorem, adhuc non 283
videtur furore ſuperveniente, poſſe prò huiuſmodi debito
obligatione Camerali vallato excomunicari, tum quia
non debet excommunicari; niſi is, qui facere contemnit,
id, ad quod tenetur, Oldr. *conſ. 277. quod* Abbas *per totum*.
cum aliis allegatis ſupra, *verſic. 3. nec etiam* Tum quia † 284
eſt veluti infans, cui æquiparatur, *l. infans ff. ad l. Cornel.
de Sicar.* cum aliis ſupra allegatis, quicquid videt, & facit
ignorat, Clar. *in §. fin q. 60. num. 7. verſ. item quæro.* Tum 285
quia ſine dolo, contumacia vel mora, quorum om-
nium ipſe eſt incapax, *ex præallegatis*, non fertur con-
tra aliquem excommunicatio, Saluſt. Tiber. *l. 5. cap.
33. numer. 4.* ubi allegat. Tum denique quia Furioſus 286
ſatis ſuo furore torquetur, Clar *§. fin. quæſt. 60. nu. 7.
verſ. item quæro*, & fati infælicitas eum excuſat, *dict. l. in-
fans, ff. de Sicar* & non debet addi Afflictio Afflictis.
l. Navis §. cum autem. ff. ad l. Rhod. *de Jact. licet mul-
tum de Cenſibus, cum ſimilibus.*

Operatur autem excommunicatio, inter alios effectus,
ut

Digitized by Google

ctus ut excommunicatus repellatur à limine judicii, *cap. decernimus de ſent. Excomm. in* 6. Rot. *deciſ.* 275. *n.* 3. *poſt conſ.* Farin. *in lib.* 2. Cocc. *dec.* 425. *n.* 3. Rot. *dec.* 606. *n.* 3. *p.* 2. *& dec* 107. *num.* 5. *p.* 6. *recent.* cum aliis ſupra allegatis, *cap.* 8. *litt. A.*

289 Adeò quod illi nec etiam ſit concedenda manutentio, Rot. *dec.* 275. *n* 3. *poſt conſil. Farin.* Coccin. *d. dec.* 125. *n.* 3. Greg. *dec.* 64. *n.* 3. & ibi Beltram. *num.* 13. Cavaler. *dec.* 372. *n.* 2. Rot. *dec.* 514. *n.* 2. *& deciſ.* 193. *n.* 1. *part.* 3. *& dec.* 107. *n.* 5. *p.* 6. *recent.*

290 Poteſt nihiluminus excommunicatus ſe defendere *cap. intelleximus ubi* Antonius de Butr. *n.* 1. *& n.* 4. Felyn. *num.* 4 *& ſeq.* Dec. *n.* 31. *de Jud.* Gravat. ad Veſtr. in Prax. *lib.* 7. *c.* 1. *n.* 25. *& n.* 28. *& ſeqq.* Vgolin. *de Cenſur. tab.* 2. *c.* 16 §. 4. *n.* 1. *& ſeq. &* §. 5. *n.* 1. *&* §. 6. *num.* 1. cum aliis allegatis ſupra *c.* 8. *littera A. verſ. Concluſio.*

291 At ſi ſit Clericus Beneficiatus, & perſeveret per annum in excommunicatione poteſt privari Beneficio, *cap. rurſus*, *& cap. quicumque* 11. *q.* 3. Abb. *in c.* 1 *nu.* 24. *de Jud.* Gravat. ad Veſtr. *l.* 8. *c. ultimo*, *nu.* 43. M. A. Genuen. *in pr. in Archiep. c.* 26. *nu.* 1. *& nu.* 3.

292 Quod tamen non procedit, quando quis fuit excommunicatus ob cauſam pecuniariam, Abb. *in c. contingit*, *num.* 7. *de dol. & cont.* cum aliis cumulatis per Gravat. ad Veſtr. *d. l.* 8. *c. ult. num.* 42. Genuen. *in prax. Archiep. c.* 26. *nu.* 6. *verſ. Notandum præterea.*

293 Cæterum ab excommunicatione lata in Curia non datur abſolutio, niſi cauſa cognita, Saluſt. Tiber. *in prax. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 31. Verall. *deciſ.* 2. *n.* 1 *part.* 1. Rota *dec.* 4. *in fin. de ſent. excom. in antiq.* Seraphin. *dec.* 1164. *n* 4. Buratt. *dec.* 146. *num.* 1. & niſi parito judicato, Seraph. *dec.* 435. *num.* 1. Rot. *dec.* 621. *n.* 3. *p.* 2. *recent.* Buratt. *dec.* 88. *n.* 5.

294 Nec etiam de Stylo Rotæ à Cenſuris latis in Curia datur abſolutio ad cautelam, niſi conſtet de nullitate, Put. *dec.* 39. *lib.* 1. *in correct.*

295 Quo verò ad cenſuras latas in partibus, commiſſa in Rota cauſa appellationis, & nullitatis ſemper ſolet Rota ad cautelam ab illis abſolvere, Mandoſ. *in Praxi Signatur.* Grat. *ſub tit. de abſolut. ab excom. verſ. abſolutio à Rota* Put. *dec.* 39. *l.* 1. *in correct.* Rot. *in Leopolien. cenſurarum n.* 27. *Ianuar. coram R. P. D. Cerro.* & idem obſervatur in Curia A. C. teſte Sal. Tib. *l.* 3. *c* 7. *n.* 30.

296 Non tamen datur à Rota abſolutio, ſine commiſſione ſpeciali. Rot. *dec.* 4. *de ſent. excomm. in antiq. & dec.* 3. *n.* 3. *verſ. item quia*, & ibi Papaz. *nu* 7. *de renun. in nov & dec.* 546. *nu.* 4. *p.* 2. *& dec.* 644. *nu* 3. *p.* 3. *recent.* Buratt. *dec.* 51. *nu* 6. *& dec.* 88. *nu.* 4.

297 Sed A. C. hac commiſſione non indiget, quia vigore ſuarum ordinariarum facultatum abſque alia Commiſſione à quibuſvis cenſuris qualvis perſonas, & loca, etiam Univerſitates, & Capitula poteſt, non ſolum in honorem feſtivitatum Paſchalium, & Natalis D. N. Jeſu Chriſti, & alias cum reincidentia, ſed etiam penitus abſolvere, Greg. *dec.* 14. *in conſt ad generis*, *impreſſ. apud* Sal. Tib. *in Prax. lib.* 4. Paul. V. *conſt.* 28. *eximiæ*, cum aliis ſupra allegatis *p.* 1. *c* 1. *nu.* 33.

298 Quæ quidem abſolutio in honorem feſtivitatum Paſchatis, & Nativitatis Domini, cum reincidentia poſt feſta, datur, etiam de ſtylo Rotæ Caputaq. *dec* 2. *n* 2. *p* 1.

299 Abſolutus autem cum reincidentia, elapſo tempore, per quod abſolutus fuit abſque alia declaratione remanet ipſo jure, & prout erat antea, excommunicatus, Dec. *conſ.* 145. *per tot.*

300 Et ſicut abſolutus cum reincidentia per aliquod tempus eo tempore, per quod abſolutus fuit, non eſt excommunicatus, ſic etiam excommunicatus ſub conditione niſi infra tres aut decem dies ſatisfecerit, pendente illo termino excommunicatus non eſt, *c. præterea il ſecondo*, *de appell.* ubi quod d. Excommunicationis ſententia eſt conditionalis, Socc. *in l. quibus diebus*, §. *quidam Titio*, *n.* 9. *ff. de cond. & demon.* Gallel. *de oblig. Camer. q.* 36. *n.* 10.

301 Abſolutio verò obtenta vigore Bullæ cruciatæ non iuvat niſi poſt iuſtam ſatisfactionem, & in foro conſcientiæ tantum, Navar. *conſ.* 31. *de ſent. excom.* Rota *dec.* 696. *n.* 2. *p.* 4. *rec.*

302 Operatur tamen hæc abſolutio, ut ſic abſolutus poſſit ſuſcipere Sacramenta Navar. *d. conſ.* 51. *n.* 2 Rota *d. dec.* 659. *n.* 2. *p.* 4 *rec.*

303 Petens autem abſolvi non fatetur ſe excommunicatum, quia poteſt petere ad cautelam Rot. *dec.* 5. *de excep. in antiq. & dec.* 334. *nu.* 9. *p.* 1. *& dec.* 309. *n.* 19. *p.* 7. *rec.* Beltram. ad Greg. *dec.* 331. *nu.* 18. ubi quod hoc non procedit, quando ex facto, quod narratur Excommunicatio reſultat, & probata remanet.

304 Non omitto, quod petens abſolvi à cenſuris tenetur præſtare cautionem iuratoriam de ſtando, & parendo mandatis Eccleſiæ ſuper illa excommunicatione, *c. ex tenore*, *cap. cum deſideres*, *& c. ſuper eo*, *de ſent. excomm.* gl. *in cap. qua fronte in verbo cautione*, & ibi DD. *de appellat.* Staphil. *de lit. grat. fol.* 157. *verſ. ultimo quod materiam*, Rot. *dec.* 2. *de ſenten. excomm. in nov.*

305 Et ſi primò hoc non procedat in excommunicato ad partis inſtantiam, quia non paruit juri, ideſt quando excommunicatio lata fuit pro contumacia iudiciali, nam tunc cautio iuratoria non ſufficit, ſed requiritur cum fideiuſſore, vel pignore *c. ex parte il primo*, *& ibi gl. in verſ. ſufficienter*, *de verb. ſig. qua fronte*, *ubi* Gl. *in verb. cautione & Butr. nu.* 15. Abb. *nu.* 17. Præpoſ. *nu.* 15. *&* Franc. *nu.* 20. *de appel.* Felyn. *in c. cum contingat. nu.* 5. *verſ.* 2. *declara*, *de offic. deleg* Staphil. *de lit. grat. fol.* 157. *verſ. ſed ego diſtinguerem*, Rot. *d. dec.* 2. *verſ. ſecus vero de ſent. excom.* & poſt Zacc. *de oblig. Cam. dec.* 115.

306 Secundò non procedit, quando agitur de reficiendis expenſis factis occaſione huiuſmodi contumaciæ, quia tunc etiam requiritur ſatisfactio, vel fideiuſſio, aut pignus, Mil. *in verb. Excommunicatus autem verſ. quod autem*, Rot. *d. deciſ.* 2. *verſic. ſecus*, *de ſent. excommunicat. in nov.*

307 Tertiò non procedit, quando ſemel abſolutus non ſervavit promiſſa, nam tunc non abſolvitur amplius, niſi dato fideiuſſore idoneo, ne detur occaſio peccandi, *capit. quæſtioni*, ubi DD. *de appell.* cum aliis quos ſequitur Præpoſ. *in cap. qua fronte num.* 15. *verſ. limitabitis ſecun. de appellat.*

308 Quartò non procedit, quando dubitatur, quod excommunicatus non ſit obſervaturus iuramentum *c. Clericos de cohab. Cler. & Mulier.* Præpol. *in d. c. qua fronte*, *num.* 15. *verſ. limitabitis* 3. & ibi Franc. *num.* 20. *verſ.* 3. *caſus de appell.*

309 Quintò non procedit, quando reſtituitur poſſeſſio, quæ alias fuerat ſequeſtrata, ut in *cap.* 1. *in fin. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* nam tunc cautio iuratoria non ſufficit, ſed requiritur cum fideiuſſore, vel pignore, gloſ. *in d. c.* 1. *in verbo ſufficientem*, *de ſeqq. poſſ. & fruct. & in dicto cap. qua fronte*, *in verbo ſufficienti cautione*, & ibi Franc. *num.* 20. *verſ.* 1. *quando de appell.*

310 Sextò non procedit in excommunicato ob manifeſtam contumaciam, nam tunc requiritur ſatisfactio, *c. ex parte*, *il primo*, *de verb ſignif. cap. Venerabilibus*, §. *ſecus de ſent. excomm. in* 6. *Mil. in ſuo repe. in verb. excommunicatio pro manifeſta contumacia*, Franc. *in d. c. qua fronte*, *num* 21. *de appell.*

311 Septimò non procedit in excommunicato ob manifeſtam offenſam, ſeu crimen, quod principaliter reſpicit hominem, ſeu partem adverſam, nam nec eo caſu aliqua cautio eſt ſufficiens, ſed requiritur ſatisfactio, *c. ex parte*, *il primo*, *de ver. ſignif. d. c. Venerabilibus*, §. *ſecus*, *de ſent. excomm. in* 6. gloſ. *in d. c. ex parte*, *in verb. pro contumacia de verb. ſignif.* Mill. *in verb. excommunicatio pro manifeſta offenſa.* Præpoſ. *in cap. qua fronte num* 15. *verſ. limitabitis* 4. & ibi Franc. *num.* 20. *de appell.* ſecus ſi crimen principaliter non ſit contra hominem, ſed contra Deum, Franc. *in d. c. qua fronte*, *num.* 23. & ibi Præpoſ. *n.* 15. *verſ. unde pro ſolutione de appell.*

312 Subdit tamen gloſ. *in d c. ex parte*, *il primo*, *in verbo pro contumacia*, *verſ. quid ſi aliquis*, quod quando quis eſt pauper, itaut ſatisfacere non valeat, poterit præſtare cautionem de ſatisfaciendo, cum pervenerit, ad pinguiorem fortunam, *cap. Odoardus de ſolut.* etſi non poteſt cautionem præſtare, tunc juret, & præſtet quam poteſt.

313 Ex quibus primò infertur confuſe, & contra textum *in d cap ex parte*, *& dict. cap. venerabilibus*, §. *ſecus*, locutum fuiſſe Staphil. *de lit. Grat. fol.* 157. *verſ. ſed ego diſtinguerem*, dum ait, quod pro crimine manifeſto debetur ſufficiens cautio, juxta tradita per Gloſ. *in d. cap. ex parte in verb. ſufficient*, quæ ait ſufficientem eſſe cautionem, ſi pigno-

ne, ubi etiam Bald *num.1 C.de probib ſequeſtr. pec.* Archid, *in d c.quia res*, *n 9.11.quæſt.1.*

124 Et hæc neceſſaria ſequeſtratio regulariter non privat aliquem ſua poſſeſſione, Gloſ *in cap. examinata*, *in verbo Eccleſiæ de jud.* Bart.*in l. intereſſe*, *n.4.ff. de acquir.poſſeſſ.* Card.*in Clem. 2.n.23.de ſequeſt. poſſ. & fruct.* Abb. *in capit. examinata*, *n.14. ubi de commun.*, *de jud.* Gonzal. *ad reg 8. in §.7.promial. n.57. & ſeq.* Rota *dec. 516. n. 5. & dec. 604 num.5.part.1 & dec 45 n.2.part. 2. & dec 371. n. 5. & dec.533.num.2.verſ.nec minus par.3.& dec.72. n. 2 par.4.recent.*Gregor. *dec 9.num.2.& dec.437. num.3.* Cavaler. *dec. 86. num. 6.& dec 305.num. 2* Duran.*dec.380.n.10. & nu. 17.*præſertim quando eſt factum cauſa Cuſtodiæ. Rota *dict. dec. 372. n. 3.part.4. recent.*

125 Et in dubio ſequeſtrum cenſetur appoſitum cauſa Cuſtodiæ, non autem cauſa privandi aliquem ſua poſſeſſione, Rota *dec. 171.n.3.& num.5. part.3.* Buratt. *dec. 186. nu. 7.* Beltram. ad Greg. *dec. 9. num.11.* Ferentil. ad Buratt. *d.dec. 186.num. 15.* Etiamſi pars conſentiat ſequeſtro, nam tunc huiuſmodi conſenſus non privat aliquem ſua poſſeſſione, quia regulatur ſecundum naturam decreti Judicis & illi efficitur conformis, unde ſicut Decretum non privat poſſeſſione, ita nec conſenſus, qui ſequitur ejus naturam, Rota *dec. 171 num.4.& num.5.part.3. rec* latè Beltram.ad Greg. *d.dec.9.num.12.* Ferentill. ad Burat.*d. dec. 186.num. 16*, ubi quod, licet ſequeſtratio privet poſſeſſorem commodo fructuum, non tamen illum privat effectibus Juris.

126 Sed hoc primò non procedit, † ſi Judex contrarium expreſſerit, aut alias de ejus contraria mente appareat, Bar. in *l. intereſſe n.4.in fi.ff. de acq.poſſ.* Abb. *in c. examinata*, *n. 14.verſ.& quod dixi*, *de Jud.* Rota *dec. 35. n. 2.part. 2. & dec 511 n.2.in fine part.3 recent.*Greg. *dec. 9. n. 2.*

127 Secundò non procedit in poſſeſſione attentata, Seraph. *dec. 314.n.3.* Beltram. ad Gregor. *dec.9.n.14.*Ferentill. ad Buratt. *dec 186. n.17.*

128 Tertiò non procedit, quando eſt appoſitum per judicem virtute Clem. 1.*de ſeq.poſs.& fruct.*Rot. *dec 171. n. 5.p. 3. recent.* Beltram.ad Gregor. *dict dec. 9. n. 13.* Duran. *dec. 408 num 2.*

129 Quartò denique non procedit, quando poſſeſſio eſt turbida, Ferentill ad Burat. *d dec. 186.num. 17.* ubi deciſiones Rotæ ad id adducit.

130 Apponitur propriè ſequeſtrum ſuper mobilibus, licet minus propriè etiam ſuper ſtabilibus apponi dicatur Gloſ *in c. 2. in verbo ſequeſtrari*, *de ſeq. poſſ. & fruct.& in l. 1 in verb. ſequeſtratione*, *Cod.de probib.ſeq pecun.*Roman.*conſ.241 n.*

131 9. Quinimò † ſequeſtrum apponitur tàm in prophanis, quam in beneficialibus, Abb. *in cap. dilectas*, *num. 20. & ſeq. de ſeqq.poſs. & fruct* Felin. *in c olim*, *num. 1. de reſcript.* Saluſt. Tib. *l. 2. c 23 num. 1.* & tam ſuper corporalibus, quàm ſuper incorporalibus, & ſpiritualibus, Innoc. *in cap. examinata n. 1.* & ibi Hoſtien. *n. 21. & ſeq. de jud.* Card. *in Clem.1 n.5.de ſeq.poſſ.& fruct.*

132 In beneficialibus autem ſemel appoſitum durat uſque ad finem litis, Rot. *dec.136. n.1.part.2.& dec.511.n. 1. & ſeq. part. 3 recent.*

133 Verum ſuper immobilibus, loco ſequeſtri, ſolet concedi inhibitio de non alienando quæ ſufficit, & idem operatur, quod ſequeſtrum ſuper mobilibus, *l. de pollicitationibus*, ub Bart. *not.ff.de pollicit.*Bald. *in l.per diverſas num. 20. C. mand.*Jaſ. *in l.ſi Fidejuſſor*, *§. ſi ſatisdatum*, *n. 8.& n. 31.ff qui ſatis d.cog.* Lancell. *de Attent.Apel. pend.c.12.limit.12. n. 16.* Verall. *dec.92 p.2.& dec.158.n.2. & ſeqq. p.*

134 3.Cavaler.*dec. 329.n 4.*& poteſt † etiam fieri ſequeſtrum ſuper fructibus, qui ſunt pars rei immobilis, ſeu fundi, Jaſ. *in d. l. Fidejuſſor*, *§. ſatisdatam*, *n.7.ff.qui ſatis d cog.*

135 Sequeſtres verò ſunt cuſtodes, Veſtr. *lib.7.c.2.n. 4.*& in litteris ſequeſtri ſolet illis cuſtodia imponi. Cuſtodes autem ſunt Depoſitarii, *l.1.in fine*, *& l.Lactor*, *24.ff.Depoſ.* Caſtr. *conſ. 4.n.2.lib.3.*& tenentur fructus interim vendere, & alia facere, quæ diligens Paterfamilias, & legitimus Adminiſtrator faceret in re propria, & quicquid ſupereſt, deductis expenſis, ei, qui victoriam cauſæ reportabit, in fine litis reſtituere, Card. *in Clem. quia n.9.& n. 33.& ſeqq. de ſeq poſſ & fruct.l.ſi oleum*, obi Bart. *ff.de dolo malo*, Veſtr. *in prax.lib.7.cap.1. num.4.*& finita controverſia ſeu impleta conditione, ſub qua factum fuit ſequeſtrum tenentur ſequeſtres ad reſtitutionem rerum ſequeſtratarum actione depoſiti ſequeſtraria, *l.ſi apud quem*, *§. in ſequeſtrum*, *& l. propriè*, *ff. depoſ. ſi oleum*, ubi Gloſ. *in verb ſequeſtraria*, *ff. de dol.mal.*

Sed ſi conditio non eſt impleta, ſeu lis finita, quia neuter vincit, & unus tantum depoſuit, & per actorem ſtat 136
quo minus lis finiatur, poteſt contra ſequeſtrem ad rei reſtitutionem agi actione præſcriptis verbis quaſi tacitè actum ſit, ut, actore non proſequente, res ei qui illam apud ſequeſtrem depoſuit, reſtitueretur, *l. ſi oleum*, *ubi* Gloſ. *in verb. præſcriptis*, & Bart. *num.4.ff.de dol.mal.* 137

Proceditur autem contra ſequeſtrem via executiva, Saluſt. Tib. *in prax.lib. 2.cap.12.n.15. & ſeq.* ubi de inveteratu ſtylo Tribunalis, teſtatur, non ſecus, ac contra Depoſitarium, cum quo in hoc à pari procedit, Cavaler. *dec.59. n.1.*Ferentill.ad Burat. *dec.516.n.5.*omnis namque ſequeſter eſt Depoſitarius, cum omne ſequeſtrum ſit depoſitum, licèt non è contra, Archid. *in c. quia res*, *num.9.11. q. 1.* 138

Sed hoc non procedit quando quis ageret via ſequeſtri contra debitorem debitoris in forma Cameræ, aut alia executiva non obligatum, contra quem nec ipſe debitor poſſet executivè procedere, prout ſi ageretur pro penſionibus domus, vel pro affictus debitis ex tacita reconductione, nam tunc non poſſet executivè agi ex illa tacita reconductione, licèt antea ex conductione expreſſa expleta quia fuiſſet in forma Cameræ, vel Guarantigiæ, aut alia executiva obligatus Galleſ. *de obligat. Camer.q. 31.num.18.*ubi quod ita vidit judicari, Scacc. *de appell q.17. lim. 9. num. 17.* cum aliis cumulatis per Zacc. ad Galeſ. *d.q. 31. n. 20.* Saluſt. Tib. *in prax. lib. 2.c.12. nu. 17.* ubi quod tunc via ordinaria proceditur, & datur appellatio etiam ſuſpenſiva. 140

A ſequeſtrationibus autem, ſicut ab executionibus non eſt inchoandum. *l.1.* ubi Bald. *num.1.C. de probib. ſeq. pec.* Rebuff. *de ſequeſt. art.1.gloſ.2.n.3. & ſeq.lib.6.* Rota *deciſione 464. n. 1. p.1.& deciſ.764. n. 5. part.2. & deciſ.222. num.2. part. 6. recent.* 141

Nam ſequeſtratio eſt regulariter de Jure prohibita, tamquam odioſa *l. 1.C. de probib. ſeq.pecun.* Jaſ.*in l ſi Fidejuſſor*, *§.ſatisdatam*, *n. 27 ff. ſi quis caut* Alex. *conſ.6. n. 10. lib.4. & conſ. 163. in princ.lib. 6.* Rebuff. *de ſequeſtr.art.1.gl.2.n. 3.* Rot. *dec. 293. n 1. & dec. 464. part. 1. recent.*Gregor.*dec. 118.n.1.* Caval. *dec. 324.n. 1.* 142

Sed hoc Primò non procedit in ſequeſtratione voluntaria facta de conſenſu Partium, nam hæc eſt de jure permiſſa, non tamen juſſa, ſicut cæteri contractus, Bald. *in d. l. 1. n.3.C.de probib.ſequeſtr.pecun.* cum aliis cumulatis per Rot. *dec. 136. n. 4.part. 2. recent.* 143

Secundò non procedit in ſequeſtratione non contentioſa facta ad juris conſervationem ſeù damni evitationem, quia hæc etiam ſi fiat Judicis poteſtate, eſt permiſſa, Bald. *in d. l. 5 n.3 C.de probib. ſequeſt. pec.* 144

Tertiò non procedit, quando lata eſt ſententia in Curia 145
in cauſa beneficiali ſive ſit lata in poſſeſſorio, ſivè in petitorio, nam tunc ſuper beneficio, & ejus fructibus apponitur ſequeſtrum, & hic eſt caſus Clem.1.*de ſequeſtr.poſſeſ.& fruct.*Gloſ. *in d.*Clem.1. *in verb.ſuper Beneficio*, & ibi Abb. *n.3.*Card.*n.14.*Anch.*n.1.*& Imol. *n 15.* latè Veſtr. *in Prax. lib. 7.c.2.n.1.& ſeq.* Rot, *dec. 593 n.3. part. 1.rec.*

Hinc infertur, quod, cum in beneficialibus non detur 146
Remiſſoria in prima, nec in ſecunda inſtantia, niſi facta obligatione de ſtando unicæ ſententiæ, quando petens remiſſoriam eſt poſſeſſor, ſententia contra eum habetur pro lata facta dicta obligatione, lata autem ſententia in Curia, vel prolata habita ſit locus Clementinæ primæ *de ſeq.poſſ.& fruct.* & † per conſequens venit etiam apponendum ſeque- 147
ſtrum, virtute dict. Clem. & ob id niſi etiam poſſeſſor conſentiat ſequeſtro, non poteſt obtinere remiſſoriam, Boccac. *de Remiſſ.c. 4.n 9.*

Veruntamen hæc tertia fallentia, primò non habet lo- 148
cum in ſententia, quæ habet præſumptionem contra ſe, Cardin. *in Clem 1.n.13.de ſeq.poſſ.& fruct.* Veſtr *Prax. l. 7. c.2.n 7. verſ. idem etiam*, Caſtad. *dec. 1. n. 2.& dec. 2. de ſeq. poſſ.& fruct.* Put. *dec. 166. lib 2.* Rot. *dec. 634. n. 2. part. 3. diverſ. lib. 3.*

Ex quo infertur primò, quod cum ſententia lata in Cu- 149
ria habeat majorem præſumptionem pro ſe, quam habeant ſententiæ de partibus, lata ſententia in Curia, ſit locus ſequeſtro, & Clementinæ, licèt antea fuerint latæ contrariæ ſententiæ extra curiam, ob d. majorem præſumptionem quæ

nem, quæ magis ſtat pro illa, quam pro iſtis, Buratt. *dec.22 num.37.*

150 Infertur ſecundò quando habens ſententiam & rem iudicatam in poſſeſſorio, ſi deinde reportet contrariam ſententiam in petitorio, eſt locus ſequeſtro, & Clementinæ, quia cum dominium nihil commune habeat cum poſſeſſione, *leg.naturaliter §. nihil commune, ff. de acquir poſſ.* ſententiæ, & res iudicata in poſſeſſorio nullam faciunt præſumptionem contra aliam latam in petitorio, Veſtr. *in prax lib.7 cap.2.n.6.* Put. *dec.297.n.2.l.t.in correct.*

151 Infertur tertiò, quod lata prima ſententia pro poſſeſſore in Curia, ſecunda verò contra poſſeſſorem pariter in Curia, quia utraque ſententia habet æqualem præſumptionem pro ſe, in dubio melior eſt conditio poſſidentis, & ob id non eſt locus ſequeſtro, Card. *in d.Clem.1.num.13. de ſeq.poſſ.& fruct.* Buratt. *dec 22. n 35*

152 Secundò hæc tertia fallentia non habet locum contra poſſeſſorem triennalem, qui defenditur à regula de triennali, Veſtr. *in prax.lib.7 c.2.n.6.in fine, & n.8.* Caſsad. *dec. 3. & dec.4. de ſeq.poſſ & fruct.* Verall. *dec.159.p.3.*

153 Unde infertur quod Simoniacus, vel alias habens vitioſum ingreſſum, non defenditur à regula, & ob id lata contra eum ſententia in Curia, fit locus ſequeſtro, & Clementinæ, Veſtr *d.lib.7.c 2. n.6 in fin.* Caſsad. *d.dec. 3.de ſeq poſſ.& fruct.*

154 Tertiò eadem tertia fallentia non habet locum, ſi ſententia non eſt lata pro eo, qui petit ſequeſtrum, ſed pro alio, vel ſi fuit lata pro eo, qui ſequeſtrum petit, eſt tamen nulla defectu iuriſdictionis, vel ſi eſt valida, non eſt lata ſuper poſseſſorio de per ſe principaliter intentato, ſed ſimul eam petitorio poſtea ſuſpenſo, quo caſu ſententia definitiva non eſt; ac proinde in his caſibus non eſt, locus ſequeſtro, aut Clementinæ, Veſtr. *d.lib 7.c.2 n 7.*

155 Quartò regula, quod ſequeſtratio eſt de iure prohibita, non procedit, quando probatur dilapidatio, vel dilapidationis ſuſpicio, Gloſ. *in l.1.in verb ſequeſtratione, C. de prohib.ſeq.pecun.* Bart *in l.de pollicitationibus, ff. de pollicit.* Bal *in l.2.n 9.* & Salicet *n.4.in fin C.de hæred. vel act. vendit.* idem Bald *in l ſi Fideiuſſor, §. ſi ſatisdato n.2. ff qui ſatisd.* Saluſt. Tib *in prax lib 2.c 23. in princ & n 1.* Put. *dec. 3. de ſeq.poſſ.& fruct.* Veral. *dec.92 p 2 & dec.158. n.1.p.3.* Rot. *dec 654.n 2. & dec.727.n.1.p.2. rec.* Cavaler. *dec.324. nu 4.* Burat. *dec.105. n.6. & dec.595.n 6.*

156 Debet tamen is contra quem petitur ſequeſtrum, hoc caſu citari, niſi periculum eſset in mora, Rot. *d.dec.654. n.2.p.2.rec* Burat. *dec 654.n.1. & 2.*

157 Non tamen vanè concedendum ante ſententiam contra eum, qui poſſidet ſtabilia, & cuius qualitas ſiniſtram excludit ſuſpicionem, Rot *dec.654. n.2 p 2.recent.* Buratt *dec.105.n.6.*

158 Quintò non procedit, quando poſseſsio eſt nulla, Rota *dec.554.n.1 p.3 rec* & multo minus procedit, ſi eſt nulla attentata, quæ ob id de Stylo Rotæ venit omninò ſequeſtranda, Rot. *dec.503.n 1.& dec.514.n.1.p.1. & dec.185. par.2.& dec.17;.n 1. & dec.658 n.1.& dec 685.n.1 par.3. rec* Caval. *dec.175.n 4* Rot *in Cortonen iuriſpatron.21. Aprilis 1641 coram Eminentiſs.D.Card. Veroſpio.*

159 Sexto non procedit, quando poſseſsio eſt hinc inde turbida, Put. *dec.362.lib.2.* Buratt. *dec. 527.num.5* Duran. *dec 243.n.8.* ſecus ſi conſtat de poſseſsione alterius, nam tunc quia non eſt eo modo ſuæ poſseſsionis privandus, ſed potiùs parti adverſæ inhibendum, ne illum moleſtet, Bal. *in lib. 1 .n.3.verſ.& alia, Cod probib.ſeq.pecun.* Buratt. *dec 105.n.1.* Greg. *dec.61.n 1.* vel danda illi manutentio, Rota *dec.35.n.1. & ſeq.par.2.rec.* Cavaler. *dec.324.n 8.* & præſertim ſi poſseſsio eſt clara, Greg. *dec.9.n.3. & dec.69. n.8.& dec.437.n.4.* Beltramin. ad Greg. *d.dec 437. n.3. & dec 9.n.16.verſ.quando.*

160 Septimo non procedit, quando poſseſsio eſt vacans, nam tunc debet ſequeſtrari, cum nemini fiat iniuria, *cap. cum vos de offic.Ordin.* Rot. *dec.136.n.4. & dec.185.n.1 p.2. & dec 174.n.5.in fin. p.3. recent.* Buratt. *dec 900. n.1.* Rot. *in Cortonen. iuriſpatronatus 22. Aprilis 1641. coram Eminentiſs Veroſpio.*

161 Octavo non procedit, quando alias recuperatio fructuum eſset difficilis, vel executio difficilior redderetur, Rota *dec.13.n.3.par.2.diverſ.& dec 136.n.3.part.2.rec.*

162 Nono non procedit, quando res eſt litigioſa, & timor eſt ſcandali, & nè partes veniant ad arma, *l.uſusfructus, §.fin.cum leg.ſeq.in princip.ff.de uſufr* Galli *obſerv.5. n.2.* Cald. *in l.1.n.3.verſ.& alia, C.de prohib.ſeq.pecun.* Iaſ. *in l.ſi Fideiuſſor §.ſi ſatisdatum, num 27. ff. qui ſatisd. cog.* Put. *dec 372.lib.2.* Rota *dec.513.n.4. par.4.rec.*

Quod † tamen locum non habet, quando clarè conſtat de poſseſsione alterius nàm tunc ille eſt manutenendus, etiamſi adſit dictus timor, Bal. *in d.l 1.n.3. verſ. & alia, C. de prohib.ſeq.pec.* Beltram. ad Greg. *dec.9. n.10. verſ. quando, & ſeq.* 163

Decimò non procedit, quando ſequeſtrum fit pro executione ſententiæ, vel mandati, nam tunc ſequeſtratio eſt adeò licita, ut non poſsit niſi ſolutione removeri, *l.ſi pecuniæ, §.fin* ubi Bart. *ff.ut in poſſ legat.* Saluſt. Tib. *l.2.c. 23.n.2.* Cavaler. *dec.567. n.1* 164

Decimo primò non procedit, quando appellatur à mero executore. 165

Decimo ſecundò, quando quis clamat ad libertatem, nam tunc ſequeſtrantur res eius.

Decimo tertiò, quando Colonus negat penſiones, in quarum ſolutione diu fuit ceſsatum.

Decimo quarto, ſi maritus urgeat ad inopiam, ſequeſtratur dos.

Decimo quintò, ſi timetur de ſævitia viri, & non poſſit uxori caveri.

Decimo ſextò, ſi puellæ, de cuius matrimonio agitur, timetur inferri moleſtia, debet ſequeſtrari, loco tuto, *cap.cum locum, de Sponſ.*

Decimo ſeptimò, cum aliquid eſt ablatum ei, qui eſt de familia Iudicis, fit ſequeſtratio uſque in adventum ſucceſsoris, ne in cauſa ſuæ Familiæ iudicet.

Decimo octavò, quando fit ſequeſtratio contra contumacem.

Decimò nonò, propter impotentiam non caventis de collatione bonorum facienda.

Vigeſimò, nè aliàs perdatur vendendi commoditas.

Vigeſimo primò, quando lata eſt ſententia in iudicio univerſali, nàm tunc omnes res, de quibus eſt dubium, nè ſint hæreditariæ debent ſequeſtrari.

Vigeſimo ſecundò, quando iura partium ſunt obſcura.

Quos quidem caſus enumerat Glo. *in cap 2. verbo ſequeſtratis, de ſeq poſſ. & fruct.* latè Abb *in cap 2 à num 7. uſque ad num.11.* Iaſ. *in l Fideiuſſor, §. ſi ſatisdatum. num. 27.ff.qui ſatisd.cog.& relativè* ſequitur Card. *in Clem.1.n.32. de ſeq poſſ.& fruct.* Rot. *dec 293 n.3 part.1. recent.* Caſaler. *dec 324. num 1.*

Stante autem regula iuris ſequeſtrum prohibente, ut ſupra qui vult ad ſequeſtrationem devenire, probare debet caſum exceptuatum Greg. *dec.118. n.2.* & ex adverſo ſufficit dicere non eſse factum ſequeſtrum in caſu de iure permiſſo, Patiſ *conſil.41.n 17 lib 1.* Alex *conſ. 163. n 2. l.6.* Cavaler. *dec.324.n.1. & ſeq.* 166

In caſibus tamen, in quibus ſequeſtratio eſt prohibita, admittitur, nihilominus deſcriptio, & inventarium bonorum, Bald. *in l.1. n.12 C.de prohib ſeq. pec.* ubi quod Iudex debet eſse cautus, ut res procedat ſine iniuria cuiuſque, Abb *in c 2.num 37.de ſeq.poſſ.& fruct.* Iaſ. *qui alios cumulat. in l.ſi Fideiuſſor, §. ſi ſatisdatum, n 28.* & ibi etiam Alex. *n.14.ff. quis ſatisd.cog.* 167

Cæterum ſequeſtrum ritè, & rectè factum ſolet fideiuſsione revocari, undè, ut dicitur, cautio eſt medicina ſequeſtri, *l.ſi Fideiuſſor, §.fin.ff.qui ſatisd. cog. l. Senatus conſulto, ff.de offic. Præſidis, l.fin C.de ord. cognit.* Alex. *in d.l ſi Fideiuſſor, §. ſi ſatisdatum, n.5.ſi quis ſatisd.cog.* Abb *in cap 2.num.19. de ſeq. poſſ & fruct.* Galleſ. *de oblig. Camer. qu.37.num.39.* Rot *dec.654. num.5. par.2. & dec.381. n.2 p.3.rec. & poſt* Zacch. *de oblig. Camer. dec.118.num.12.* Buratt. *dec.105. n.10.* 168

Eſt namque inducta ſequeſtratio in defectu non idoneæ cautionis, Rota *dec.654.num.2. par.2. recent.* Fereotil. ad Buratt. *dec.654.n.9.* & ob id contra eum, qui dedit idoneum fideiuſsorem, relaxati non debet, Buratt. *deciſ. 105. num.11.& dec.123.num.7.* 169

Sed hoc primò non procedit, quando ſequeſtrum eſt factum pro executione ſententiæ, vel mandati ad effectum ſolutionis, nam tunc cautione non revocatur, ſed eſt neceſsaria ſolutio, *l.ſi pecuniæ, §. fin.* ubi Bart. *ff.ut in poſſ. l* Iaſ. *l.ſi Fideiuſſor, §. ſi ſatisdatum num. 17.* & ibi Alex. *num.5.* 170

by Google

num.5. ff. qui ſatiſd.cog. Felyn. *in cap. examinata num.* 10. *verſ.4 limita de jud.* Carpan, *ad Stat. Mediol. cap.*111.*num.* 72. Ferentill. ad Buratt. *deciſ.*595. *num* 9 *verſic. verum hæc concluſio* Rota poſt Zacc. *de obligat Camer. deciſ.*118. *num* 11. Cavaler. *dec.* 567. *numer.*1. Buratt *dec.* 653. *numer.*1.

172 Secundò non procedit in caſu *Clementinæ 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* Alex. *in l. ſi Fidejuſſor.* §. *fin. num.* 5. *& ſeqq. ff. qui ſatiſd.cog.* Abb. *in cap.* 2. *num.* 24. *de ſequeſt. poſſ. & fruct.* Felyn. *in cap. examinatu*, *num.*10. *verſ. quintò limita*, *de jud.* Cardin. *in dict. Clement.* 1. *num* 29. *de ſequeſt. & fruct.*

173 Tertiò non procedit in aliis caſibus, in quibus ſequeſtratio non ſolum permittitur, ſed etiam præcipitur à lege, prout in caſu d. Clem. Io. Andr. ad Specul *in rubr. de ſeq poſſeſſ. & fruct ſub littera A. verſ. quod ſi ſequeſtr.* ibi, *& nota, quod licèt regulariter.* Veſtr. *in Prax. lib* 7. *cap.* 2. *numer* 9.

174 Quartò non procedit in ſequeſtro facto appellatione pendente, ſeu in cauſa appellationis, Carpan. *ad ſtat. Mediolan. d.c* 111. *num* 76. Ferentill ad Buratt. *d dec.*595. *num.*9. *verſ. quinto.*

175 Quintò non procedit in ſequeſtro facto de mandato Principis, vel alteriùs ſuperioris, Jaſ *in l. ſi Fidejuſſor.* §. *fin. num.*17. *ff. qui ſatiſd. cog.* Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 111. *num.* 71. *in* 4. *limitatione.*

176 Sextò non procedit, quando ſequeſtrum fuit factum ob timorem ſcandali, qui timor non ceſſaret per ſatiſdationem, Jaſ. *in l. Fidejuſſor*, §. *fin. num.*17, *verſ.*2. *limita ff. qui ſatiſd.cog.* Felyn. *in cap. examinata num* 10. *verſ limit*, 3. *de judic.* Ferentill. ad Buratt *dec.*595 *num.*9. *verſ.*4.

177 Septimò non procedit, quando eſt lata ſententia inter competitores inter ſe litigantes, Felyn. *in capit cum ſuper num.*11 *verſ limita* 3 *de re jud* Pur. *deciſ.* 303. *in fin l* 1, *in correct.* ſecus ſi nihil inter ſe litigent, ſed tantùm contra Tertium poſſeſſorem, *l is à quo ff. de re vind.* Felyn. *in d. cap cum ſuper*, *num.*11 *verſ limit* 3. *de re jud.*

178 Octavò non procedit inter perſonas, inter quas non cadit ſatiſdatio, *l Imperator ff. ad* Trebell Bald. *in l* 1. *num.* 11 *C. de prohib. ſeq. pec.* Jaſ. *in d. l. ſi Fidejuſſor*, *in* § *fin nu.* 17. *verſ.* 3. *limit. ff. qui ſatiſd. cog.* Felyn *in cap. examinatu num.*10. *verſ. fallit.* 1 *de jud.* Ferentill. ad Buratt. *deciſ* 595. *num* 9. *verſ. ſexto.*

179 Nonò non procedit, quando conditio alterius efficeretur deterior, prout quando poſſeſſio erat vacans, Felyn. *in cap. vealeas ll* 2. *num* 9. *verſ. ſed ſi poſſeſſio*, *de teſtibus & atteſt.* vel poſſet, ſi poſſeſſio relaxaretur, aliquo caſu in alium transferri, Pur. *dec.*312. *num.* 2. *lib.*1.

180 Decimò denique non procedit in Sequeſtro facto contra Debitorem in forma Cameræ obligatum, Galleſ. *de oblig. Camer. quæſt.* 27. *num.*39. & ibi Zacc. *num.*64 Coccin *dec.*.... *num.*2. Ferentill. ad Buratt. *dec* 595. *num.*9. *verſ. ſecundo.*

181 Sed Saluſt. Tiber. *in Prax l.*2. *cap.*23 *num.*2. teſtatur, quòd de Stylo Curiæ tollitur Sequeſtrum præſtita idonea cautione in forma depoſiti, & allegat Galleſ. *de obligat. Cameral.* qui hoc non dicit, & ob id illum reprobat Zacch. ad Galleſ. *de obligat Cameral dict. quæſt.*37. *num.*64.

182 Videtur nihilominus poſſe diſtingui, quod aut creditum obligatione Camerali vallatum, cujus vigore emanavit Sequeſtrum, vel creditum, cujus virtute obtenta fuit res judicata, vel Mandatum, & ſucceſſivè Sequeſtrum, eſt liquidum, & clarum, & tunc Sequeſtrum non tollitur, niſi ſolutione, Galleſ *de obligat. Cameral d. q.* 37 *n.* 9. quem ita declarat Coccin *deciſ* 13. *n.*2 *in fin.* Buratt. *dec* 652. *n.*1. *& ſeq.* & in his terminis procedit etiam doctrina Zacch. ad Galleſ. *d. q.*37. *n.*64. ac ita paſſim obſer-
183 vat Praxis in Tribunali A.C. aut † creditum non eſt clarum, & liquidum, & tunc in dubio Sequeſtrum poteſt tolli mediante cautione, Coccin. *d. dec.*13 *n* 1. *& ſeq.* Ferentill. ad Buratt. *d dec.*595. *n.*9. *verſ.*2. & in his terminis benè procedit Stylus Curiæ, de quo teſtatur Saluſt. Tib.
184 *d. lib.*2. *c.*23. *n.*2. Aut † creditum eſt omninò illiquidum, & conſticat Sequeſtrum non erat concedendum pro hujuſmodi credito, ita conceſſum venit revocandum, prout cum ſola juratoria cautione hoc caſu revocatum fuiſſe, tradit Buratt. *dec* 653. *num.*2. *& n.*7.

185 In reformationibus autem Tribunalis A. C. reperitur de Sequeſtris ſpecialiter proviſum quod in illis cauſis beneficialibus, in quibus A C procedere poteſt, de quibus dictum eſt ſupra, ſub hujus *primæ partis cap.*1. non decernat Sequeſtra, niſi juxta formam *Clementinæ primæ de ſeq. poſſ & fruct.* prout fit in Rota, & tunc cum clauſula, proviſo, quòd de fructibus ſequeſtratis cultus divinus manuteneatur, animarum cura exerceatur, & onera beneficio incumbentia ſupportentur, Pius IV. *conſt* 74 *inter multiplices* §. *item non decernat*, *ſecun. antiq. impreſſ.* Paulus V. *conſt.*71 *univerſi agri*, §. *item non decernant Sequeſtra.*
Et inſuper quod ſequeſtra nunquam, niſi parte citata, & 186
ſummaria cauſæ cognitione adhibita decernat niſi aliqua ratione timendum ſit, Judicis arbitrio, de ſuſpicione fugæ, vel bonorum dilapidatione, Pius V. *conſt.* 117 *inter illa*, §. *item*, *& in Sequeſtris ſecun. antiq. impreſſ.* Paul. V. *conſtit.*71 *univerſi agri*, *in* §. *idemque in Sequeſtris*, *& Mandatis ſuſpicionis fugæ* ubi quod quando timetur de fuga, vel dilapidatione, debet de hoc præſtari juramentum, aliàs Sequeſtrum, aut Mandatum ſuſpicionis, ut ſupra, obtineri non poterit.

Ex quibus remanet moderata illa antiqua laxitudo paſ- 187
ſim contra juris tramitem relaxandi Sequeſtra adverſus quoſcumque, præmiſſis non attentis, Saluſt. Tiber. *in Prax lib.*2 *cap.*23. *n.*1.

Nonò omitto, quod ſi fuit obtentum Sequeſtrum con- 188
tra ſuſpectum de dilapidatione, & non fuit tunc planè juſtificatum, debet poſtea juſtificari, & ſi actor ſit negligens, poterit Reus illum citare ad iuſtificandum, & terminum ad hoc illi præfigendum curare, & niſi juſtificaverit, tunc, denuò illo citato, Sequeſtri revocationem obtinere valebit, Saluſt. Tiber. *d. l.*2. *cap.* 23. *num.*3. Buratt. *dec* 653 *num* 6. *& ſeq.*

Cæterùm quod de Sequeſtris ſub hoc titulo de *Exequu-* 189
tione actum fuerit, redarguere nemo poterit, etenim Sequeſtrum eſt exequutionis ſpecies Rebuff. *de ſequeſtr. art.*1. Gloſ.2. *num* 3. cum aliis cumulatis per Buratt. *deciſ.* 653. *num.*3.

De cautione in forma depoſiti, an, & quando illius C
virtute poſſit tolli Sequeſtrum ſervatis ſervandis vigore 190
Crediti, aut mandati obtentum, ſatis dictum eſt ſupra *lit.B. verſ.*10. *denique non procedit*, *& ſeqq. numer.* 180. *& ſeq.*

Ex ampliſſima illa facultate ligandi, & ſolvendi quam D
Chriſtus Dominus primo quidem, & principaliter Pe- 191
tro ipſius in terris Vicario, ejuſque Succeſſoribus, dedit Matth. *cap.*16. *num.*7 *& ſeqq.* Secundariò autem Apoſtolis Matth. *cap.*18. *n.*17. *& ſeq.* quorum, & univerſalis Eccleſiæ caput eundem Petrum conſtituit, Joan. *c* 21. *n.*15. *& ſeq.* ibi *Paſce Agnos meos*, & ibi *Paſce Oves meas*, Gravat. ad Veſtr. *l.*1. *c.*1 *n.*6 cum aliis allegatis per Ugolin. *de Cenſur. tab.*1. *c.*1 *per tot. & ſupra in probem* Poteſtas corrigendi, & coercendi per Cenſuras Eccleſiaſticas, ortum habuit latè Ugolin *de Cenſur. d. tab.*1. *c.*1. *nu.*2. *& ſeqq* §. 5.
equidem † excommunicandi poteſtas, cum ſit actus ju- 192
riſdictionis fori exterioris, Navarr. *in Summ ſeu Manual. cap.*27. *num.*5, cum aliis congeſtis per Ugolin. *de Cenſur d. tab cap* 2. §.11. *num.*2. quinimò pars juriſdictionis. ut ait Navarr. *in Summ. d. cap.*27 *n.* 5 ab ipſo Summo Pontifice ſeu Fonte, in quo omnis poteſtatis plenitudo repoſita eſt, in Epiſcopos, & Prælatos per rivulos quoſdam transfunditur, & à capite in membra tranſmittitur, *cap. ita Dominus*, 19. *diſtinct.* Veſtr. *in Praxi lib.*1. *cap.*1. *in princ.* latè Gonzal. *ad reg. Canc. in* §.1 *probem. num.*124. *& ſeq.* ubi, plura cumulando, probat, quod Epiſcopi
quoad juriſdictionem, minimè ſucceſſerunt Apoſtolis, 193
ſed illam à ſummo Pontifice habuerunt, etiam ab initio Eccleſiæ naſcentis.

Et proinde Cenſura, quoad poteſtatem Eccleſiæ tradi- 194
tam, eſt de jure divino, quo verò ad formam, qua in corrigendo, ſeu coercendo Eccleſia utitur, eſt de jure poſitivo Pontificio introducta, Navarr. *Miſcellan. de orat.* 47. *num.*5. *& in cap. inter verba*, *prælud.*3. *num* 4. 11. *quæſt.*3. latè Ugolin. *de Cenſur. dict. tab.*1 *cap.*2. *n* 1. *& ſeqq.*

Similiter hæc eadem poteſtas per Cenſuras Eccleſia- 195
ſticas coercendi ab eodem Summo Pontifice in Auditorem Rev. Cameræ Apoſtolicæ influit, & tranſit dum vigore ſuarum ordinariarum facultatum, à diverſis Romanis Pontificibus neceſſarium eſt, quandocumque

leo-

Digitized by Google

ſententiarum, & Cenſuratum, tam in Curia, quam extra eam latarum, executor, & poteſt quoslibet inobedientes excommunicare, ſuſpendere à Divinis, & generaliter, vel ſpecialiter interdicere, & priuatiuè quoad omnes alios vigore obligationum Cameralium, Cenſuras Eccleſiaſticas promulgare, Innoc. VIII. *Conſt. 7. Apprimè* Pius IV. *Conſtit. 33. Ad eximiæ ſecundum novam im. preſſ.* Greg. XIV. *in Conſt. ad Generis impreſſ.* poſt Saluſt. Tiber. *in Prax l. 3.* Paul. V. *Conſtit. 28. Eximiæ*, cum aliis allegatis ſupra hac eadem *p. 1. c. 1.*

196 Et licèt Cenſura dupliciter accipi poſſit, videlicèt pró dignitate Cenſoris, & pro correctione alicuius: & rurſus in hoc ſecundo ſenſu, vel pro qualibet correctione, & ſic generaliter, vel pro correctione Eccleſiaſtica, & ſic ſpecialiter accipiatur: nihilominus in hoc ultimo ſenſu in terminis, de quibus agitur, accipi debet, Navar. *in ſumm. cap. 27. n. 1.*

197 Cenſura ergo Eccleſiaſtica eſt correctio, ſeù pœna ſpiritualis in foro exteriori Eccleſiaſtico, contra delinquentes inſligi ſolita, latè *Ugolin. de Cenſur. tab. 1. cap. 15. in princ. & §. 1. & 2. per tot.*

198 Dicitur autem pœna ſpiritualis, quia, illa mediante anima, quæ ſpiritus eſt, principaliter punitur, & uſus ſpiritualium prohibetur, Ugolin. *de Cenſur. d. tab. 1. cap. 1. §. 1. nu. 2.*

199 Vel Cenſura Eccleſiaſtica eſt ſententia lata à capace ordinis Eccleſiaſtici, mediante juriſdictione fori exterioris, qua quis privatur communione Sacramentorum, vel etiam hominum, vel exercitio divinorum ſpiritualium, vel prohibentur divina officia, vel Sacramenta, vel ſepultura, Navarr. *in ſumm. c. 27. num. 2.*

200 Hæc ſpiritualis correctio, quæ Cenſura nuncupatur, aſt triplex: Prima Excommunicatio, ſecunda Suſpenſio, tertia Interdictum Text. *eſt expreſſus, in cap quærenti, ubi etiam* Gloſſ. Abb. *& alii de verb. ſignif.* Oldrad *ad conſ. 86. in fin.* Bald. *conſ. 478. num. 7. verſ. ſub nomine, lib. 4.* Navarr. *in Summa cap. 27 num. 1.* Ugolio. *de Cenſur. tab. 2. cap. 26 num 1. & ſeqq.*

201 Excommunicatio eſt Cenſura Eccleſiaſtica, quæ privat communione Sacramentorum, & hominum, vel Sacramentorum tantum, Navarr. *in Summ. c. 27 num. 1.*

Vel eſt pęna ſpiritualis ad correctionem delictorum & animæ medicinam inventa, *cap. cum medicinalis, de ſent. excomm. in 6. cap. notandum 24. q. 3.* Rom. *conſ. 369. num. 12.* quæ tamen, ſi ex contemptu, & ſuperbia Excommunicati proveniat, mortalis efficitur, *d. cap cum medicinalis in princ. de ſent. excomm. in 6. & d. cap. notandum, in fine 24. q. 3.* Roman. *conſ. 369. num. 12. verſ. nec etiam.*

Vel excommunicatio eſt mortis æternæ damnatio, niſi per eam, à Chriſto ſeparatus, per abſolutionem ei reintegretur, Gloſ. *in cap. præſenti, in verbo, præſenti declaramus, verſ. unde dic. de ſent. excommun. in 6.*

Vel denique Excommunicatio eſt quædam pęna inhabilitans homines ad actus publicos, Rota *dec. 693. in fine, par. 1. recent.*

202 Et dicitur ab ex, & communio, quod eſt extra communionem pono, Gravat *ad veſtr. l. 2. c. 4. n. 21.*

203 Inter cæteras autem Excommunicatio eſt major pęna, quam Eccleſia imponere ſoleat, *c corripiantur 24. q. 3.* Roman. *conſ 369. num. 10.* Clar *in 6. fin. q. 77. in princ.* Ugolin. *de Cenſur. tab. 2. c. 1.* Rot. *dec. 50. num. 1. in fine de ſent. excommun. in nov.*

204 Duplex eſt excommunicatio, videlicet major, & minor, major Excommunicatio eſt Cenſura privans communione activa, & paſſiva Sacramentorum, & hominum, Navar. *in Summ. cap. 27. n. 1. ubi de communi.*

Minor verò eſt Cenſura, quæ privat participatione paſſiva omnium Sacramentorum, *cap. ſi celebrat, de Cler. excomm. miniſtr.* Navarr. *in Summ. d. c 27. num 1.*

Vel Major Excommunicatio eſt privatio uſus communionis exterioris Eccleſiæ, excludit enim à participatione Sacramentorum, & à communione Fidelium, *Clar. in d. §. fin. q. 77. in pr. ubi de communi*, Vgolin. *de Cenſur. d. tab 2. cap. 6. n. 4.*

Minor verò propriè per ſe eſt privatio uſus Sacramentorum paſſivè tantum, *c. à nobis de except.* Clar. *in d. §. fi. q. 77. in pr. ubi de comm.* Vgol. *de Cenſ. tab. 3. c. 6. §. 1.*

Rurſus Excommunicatio alia eſt Judicialis, quæ fertur in Judicio; alia Extrajudicialis, quæ fertur, extra Judicium, *c. Venerabilibus, §. attamen, & §. ſimiliter de ſent. excommun. in 6.* 205

Iterum Excommunicatio alia eſt à Canone, alia ab homine, Fedet. de Senis *conſ. 1. num 9. verſ. quinto non obſtat.* 206

Alia eſt publica, quæ annullat geſta ab excommunicato ratione publici officii, Bald. *conſ. 437. Ex quo abbas Sancti Viti lib. 2.* alia occulta, quæ hujuſmodi geſta non annullat, ut poſt Bald. *d. conſ 4037.* tradit Felyn. *in cap. ad probandum 24. n. 3. de reſid.* Coccin. *dec. 322. n. 8.* Rota in *Lacen. Archidiaconatus, 23 Julii 1601. in congregatione coram bo. me. Card. Pamphilio ſeniore, patruo Sanctiſſ. D. N. Innocentii X. & dec. 167 n. 2. poſt conſ. Par in lib. 2.* 207

Denique Excommunicatio alia eſt generalis, alia ſpecialis, *cap. à nobis il primo, de ſent. excomm* cum aliis adductis per Navarr. *in cap. in ſumm c. 27. num. 2.* ubi etiam alias tradit deciſiones. 208

Differt autem Anathematizatio ab Excommunicatione, ſicut ſpecies genere, nam omnis Anathematizatio, eſt Excommunicatio, non è contra, cum Anathematizatio ſolùm majorem, non autem minorem, Excommunicationem ſub ſe comprehendat, Excommunicatio verò utramque ex vi vocabuli ſub ſe contineat, Navar. *de dat. & promiſſ. n. 9. & ſeqq.* 209

Suſpenſio verò eſt Cenſura Eccleſiaſtica, qua Clericus quatenus Clericus eſt impeditur, quominus Eccleſiaſticas functiones exerceat, Vgolin. *de Cenſ tab. 4. cap. 10 num. 2.* 210

Vel ſuſpenſio eſt Cenſura Eccleſiaſtica prohibens uſum officii, vel facultatis alicujus, Nav. *in Summ. c. 27. n 151.*

Vti deniq; Suſpenſio eſt cenſura Eccleſiaſtica, per quam interdicitur officium, vel ordo, aut exercitium Perſonæ Eccleſiaſticæ, Silveſter *in verbo Suſpenſio in princ.*

Suſpenſio alia eſt Juris, alia Hominis, Abb. *in c. fin. n. 4. de Cler. excomm. miniſtr.* Gemin. *conſ. 133. Iſtud dubium*, Silveſter *in verbo Suſpenſio, n. 1.* 211

Alia eſt propria, & alia impropria; alia Major, & alia Minor, alia quoad ſe, alia quoad alios, alia quoad ſe, & alios, Silveſt. *in verb. Suſpenſio in princ. & num. 1.* Navar. *in Summ. cap. 27. n. 151. & ſeq.* 212

Rurſus alia eſt Officii, & Beneficii, *cap. tuarum de privileg.* alia eſt officii tantum, vel partis ejus, aut pertinentis ad illud tantùm, Navar. *in Summ. c. 27. n. 154.* 213

Suſpenſio ab officio eſt cenſura, qua Clericus impeditur quominus uſum Officii Eccleſiaſtic. debeat, Suſpenſio verò à Beneficio eſt cenſura, qua Clericus impeditur, quominus fructus Beneficii Eccleſiaſtici percipiat, atque habeat, Ugolin. *de Cenſ. tab. 4. cap. 10. num. 3. & ſeq.* 214

Sed interdictum eſt Cenſura Eccleſiaſtica, qua prohibentur Divina officia, Sacramenta, & Sepultura Eccleſiaſtica, quibuſdam exceptis, Navarr. *in Summ. capit. 27. num. 164.* 215

Vel interdictum eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua divinorum Eccleſiæ uſus prohibetur, ſeu Divina Eccleſiæ, quatenus Divina ſunt prohibentur, Ugolin. *de Cenſur. tab. 5. cap. 38. num. 2.*

Et eſt duplex, Vniverſale, & Singulare; interdictum Vniverſale eſt Cenſura, qua Divina Eccleſiæ in Provincia, Regno, vel Civitate, ſeu loco, in quem eſt latum, aut omninò, aut ne de more fiant, prohibentur, ſingulare verò eſt duplex, aut unius loci particularis, ſeu Eccleſiæ, aut unius perſonæ: interdictum Eccleſiæ, ſeu loci eſt cenſura Eccleſiaſtica; qua Divina in aliqua Eccleſia, ſeu loco particulari prohibentur, interdictum verò Perſonæ eſt Cenſura Eccleſiaſtica, qua Eccleſiæ divina alicui perſonaliter prohibentur, qui interdictus eſt, Ugolin. *de Cenſur. tab. 5. cap. 38. num. 3.* 216

Vel ſecundùm Navarr. Interdictum eſt triplex, locale tantùm, perſonale tantum, & locale & perſonale ſimul.

Locale tantum in quo locus interdicitur, aut eſt generale prout quando interdicitur Regnum, Provincia, Civitas, & Parochia; aut ſpeciale, quando interdicitur locus, ſeu Eccleſia particularis. 218

Perſonale tantum, aut eſt generale, quod interdicit Vniverſitatem Hominum, ut Regni, Populi, Provinciæ, 219

Civitatis, oppidi, Parochiæ, aut ſpeciale quod interdicit perſonas particularer, Navarr. *in Summ, cap.27. num.* 166. Ugolin. *de cenſ.tab. 5.cap. 6. num 1.*

220 Locale, & perſonale ſimul eſt tertia ſpecies interdicti, quando interdicitur locus, & perſonæ ſimul in univerſali, vel in particulari, Navarr. *in Summ.d.cap.27. n.166.*

221 Primò autem ad hoc, ut quis poſſit excommunicari, aut Cenſura Eccleſiaſtica ligari, debet eſſe Homo mortalis, baptizatus, habens Superiorem, *cap.* Romana §. *in Univerſitatem ubi* Gemin *colum ult.circa med. verſ. Excommunicatio verò de Sent. Excomm. in 6* Specu. *in cap. poſtulaſti num.4 de jud.* Navarr. *in Summa capit.27. numer. 13. in princ.*

222 Ex quo infertur, Primò quòd Hebræus, Turca, & ſimiles non poſſunt excommunicari, nec alia Cenſura Eccleſiaſtica ligari, etiamſi Cathecumeni eſſent, Navarr. *in Summ. dict. cap.27. num.13.* Abb *in capit. excommunicato num. 9. verſic.Exemplum, de reſcript* cum aliis, quos refert, & ſequitur, Ugolin. *de cenſ. tab,1. cap 17. §.quinto num.ſecundo, & ſeqq.& in tract. de cenſ.* Pontiſ. *reſerv. par.1. cap. 9. per totum*: ubi quod hoc probatur, *in cap. omnis Chriſtianus 11. quæſt. 3. in cap. audivimus, §. final. verſic. ficar, 24. quæſt.1.*

223 Hebræi etenim, Pagani, & ſimiles nec etiam incidunt in excommunicationem à Jure, ſeu Canone provenientem, ac proinde percutiendo Clericum non incidunt in Canonem, *Si quis ſuadente Diabolo*, 17 *quæſt.* 4. ut probatur *in cap. Poſtulaſti de Judæis* Archid. *in dict.cap.Si quis ſuadente Diabolo, num.7. cap.17. quæſt.4.* Navar. *in ſum. d cap. 17. num. 13.* cum aliis cumulatis per Ugolin. *de cenſur. d. tab. 1. cap. 17. §. 5. num. 3.*

224 Poteſt tamen Judæus, vel alius ſimilis, per indirectum quodammodo excommunicari, hoc eſt extra conſortium Chriſtianorum relegari, prohibendo Chriſtianis ſub pœna excommunicationis: nè cum eo in aliquo participent, vel excommunicent, textus eſt *in cap poſtulaſti, ubi etiam* Gloſſ. Abb. *& alii de Judæis*, cum aliis congeſtis per Ugolin. *de cenſur dict. tab. 1. cap 17. §. 5 num.4.*

225 Infertur Secundò quod cum Papa nullum habeat Supe-
riorem, & à nemine judicetur, *cap ſi Papa, 40. diſtinct.*
226 *cap cuncta per mundum, 9. quæſt. 3.* & † ſit ſupra Leges,
& Canones, & Concilium, *cap. ſignificaſti, de elect.*
cap. propoſuit, de conceſſ. præb. dict. cap. cuncta per mun-
227 *dum 9. quæſt. 3. leg Princeps, ff de leg. l. digna vox, Cod. de*
leg. Dec. *conſil.588. num 5.* nec † excommunicari, nec ab
Homine, aut à Jure poſſe Cenſuris ligari, Navarr. *in*
Summ dict. capit.27. num. 13. Ugolin. *de cenſur. dict. tab. 1.*
cap. 17. §. 6. num 8. & ſeqq.

228 Infertur Tertiò quod neque Angeli, neque Anima ſeparata à corpore, neque animal irrationale, neque Dæmones poſſunt excommunicari, aut Cenſuris Eccleſiaſticis alligari, Navarr. *in Summ. dicto cap. 27. num. 13.* Ugolin. *de Cenſuris dicta tab. 1. capit. 17. numer. 2. & ſequentibus.*

229 Infertur Quartò quod Civitas, Univerſitas, Collegium, Capitulum, & ſimiles, qui non ſunt Homines, excommunicari non poſſunt, *capit. Romana, §. fin. & ibi* Gemin. *column. ult. circa medium verſic. Excommunicari verò & alii, de Sentent. excommun. in ſexto*, Abb. *in capitul. bonæ, il primo, num. 20. & alii de elect.* Felyn. *in capit. dilectæ num 1. de except.* Navar. *in Summ. dict. capit. 27. numer. 13.* Covarr. *var. reſolut. lib. 2. capit. 8. num. 9.* Sal Tiber. *in dicta Praxi lib 1. cap 31. num. 13.* Gallet. *de oblig. Camer. quæſt. 36. num. 22. & ibi* Zacch. *num. 4.* Ugolin. *de Cenſur. tab. 1. cap. 16. num. 4. & §. 4. n 1* Ferentill. ad Buratt. *dec. 916. n. 6.*

230 Ratio autem cur Univerſitas, Capitulum, & ſimiles non poſſunt excommunicari, poteſt duplex aſſignari, prima eſt quia univerſitas, & ſimiles ſunt perſonæ fictæ per præſentationem, ſed excommunicari non poteſt niſi perſona vera habens animam rationalem, & baptizatam, Gemin. *in d. cap. Romana, §. fin. col. ult. circa med. verſ. excommunicari verò*, & ibi etiam Jo. And. tradit *ſub num. 9.*

231 Secunda ratio eſt, quia ſi Univerſitas, Capitulum, Collegium, & ſimiles poſſent excommunicari, Innocentes paterentur pro Peccatoribus, quod eſſe non debet etenim ſi hujuſmodi excommunicatio referretur ad perſonam veram, etiam infans unius diei remaneret excommunicatus, quod non eſt admittendum, *cap. Romana, §. in Univerſitatem, de Sent. excommun. in 6. & ibi* Joann. Andreas *d. num. 9.* Covarr. *var. reſolut. lib. 2. cap 8. num. 9. verſic. fortaſſis*, Gallet. *de oblig. Camer. quæſt. 36. nu. 22. verſ. quæ practica*, Ugolin. *de Cenſur. tab. 2 cap. 26. §. 1. verſ. deinde.*

Verùm ſi contingat, omnes de Univerſitate, Conſilio, Collegio, vel Capitulo eſſe culpabiles, & de hoc apparet, tunc poteſt Sententia excommunicationis ferri contra eos hoc modo, videlicet. *Excommunicamus Priores, & omnes alios de Collegio, ſeu Conſilia Civitatis NN.* vel *Excommunicamus Propoſitum Decanum, & omnes alios de Capitulo Eccleſiæ NN.* Quam Praxim excommunicandi Univerſitatem, vel Capitulum, quando omnes ſunt culpabiles tradunt Hoſtien. *in Summ. ſub tit. de Coaram. §. finali verſic. ergo ſi conſtat, lib. 2* Felyn. *in cap. dilectc num. 1. de except.* Gallet. *de oblig. Camer. d. quæſt. 36. num. 21.* Ugolin. *de Cenſur d. tab. 2. cap. 26. §. 2. & §. 4. num. 2. verſ. ſed ad poſtremam quæſtionem.* 232

Licet autem Univerſitas non poſſit excommunicari, benè tamen poteſt interdici, vel ſuſpendi *capit. Romana, §. fin. de Sent. excomm. in 6.* Abb *in cap. bonæ, num. 20. de elect.* Ugolin *de Cenſur. tab. 4. cap. 13. & tab. 5. cap. 20.* Buratt. *deciſ 916. num. 1. & ibi* Ferentill. *littera B. ſub num. 6. & ſeqq.* 233

Ubi quod Suſpenſio convenit ſolis Clericis; Interdictum verò etiam Laicis, & ſicut ſuſpendi quis poteſt ſine propria culpa, ita etiam interdici pro delicto alterius, Ugolin. *de cenſur. dict. tab. 4. cap. 12. & dict. tab. 5. cap. 50. §. 2.* 234

Infertur quintò quod Hæretici, & Schiſmatici, qui ſunt ipſo Jure excommunicati, *cap. noverit, de Sentent. excomm.* Navar. *in cap. ita quorundam, not. 11. num. 41. & ſeqq. de jud.* Ugolin. *de Cenſur. Pont. reſerv.* in bull Cœn. *par. 2. in verſ. Nec non Schiſmaticos §. 1. num. 1. & §. 2. num. 1.* poſſunt iterum ad terrorem excommunicari, Card. Tuſc. *littera E. concluſ. 440.* prout quotannis excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini, Navarr. *in Summ. cap. 27. num. 55. & num. 59. in dict. cap. ita quorundam, in 11. not. num. 41. & ſeq. de jud.* Ugolin. *de Cenſur. Pontif. reſerv in Bulla Cœn. part. 2. capit. 1. & in verſic. Nec non* 235
Schiſmaticos ſub num 9. Toties † tamen reiteratam excom- 236
municationem unica abſolutione tolli poſſe, cum unica
ſit excommunicatio ſcribit Navar. *in dict. cap. quorundam,*
in 11. not. num. 41. de jud.

Secundò ad hoc ut quis poſſit excommunicationis Sententia allegari, vel excommunicatus declarari, requiritur perſonalis citatio, ſeu monitio, vel intimatio, Rum. *conſil. 482. num. 5. verſ. quoad*, Galleſ *de oblig Cam. q. 36. num. 12.* Salutl. Tiber. *in Praxi lib 1. cap. 33. num. 3.* Papazon. ad Rotam *deciſ. 5. num. 22. de reſer. in nov.* Rot. *deciſ. 15. in fine, de Sent. excommun. in antiq. & deciſ. 2. num. 4. de Fer. in nov.* Seraph. *deciſ. 1296. num. 1.* Rota *deciſ. 9n. num. 1. par. 1. rec.* Buratt. *dec. 176. num. 1.* 237

Sed primò hoc non procedit, quando quis comparuit ſaltem per Procuratorem, Rota *dec. 11. de dol. & contum. in nov.* Seraph. *dec 1296. n. 1.* 238

Secundò non procedit, quando quis fuit ab initio cauſæ perſonaliter citatus, nàm tunc ſi receſſit à Curia, poteſt contra eum procedi per audientiam contradictarum, Rota *dec. 7. in fin. de Senten. in excommun in nov.* Covar. *in relect. cap. Alma mater, p. 1. §. 9. num. 4. verſ. ſecundus, de Sent excomm in 6.* 239

Tertiò non procedit, quando quis fuit malè abſolutus, & agitur de illo reintrudendo, Rota *dict. deciſ. 7. de Sent. excomm. in nov.* Covar. *in cap. Alma mater, par. 1. relect. §. 9. num. 4 verſ. quartus.* 240

Quartò non procedit, quando citatio, vel monitio venit ad notitiam Citati, & notitia eſt certa, & indubitata, Rota *dec. 11. de dol. & contum in nov.* Caſſador. *dec. 6. num. 11. de cauſ. poſſ. & propriet.* Covar. *in relect. d. cap. Alma mater, part. 1. §. 9. num. 4. verſ. Tertius*, Seraph. *dec. 1296. num. 1.* 241

Quintò non procedit, quando quis latitat, vel ad locum, in quo degit, tutus non patet acceſſus, nam tunc poteſt citari domi, dimiſſa Copia, & per affixionem ad valvas Eccleſiæ Cathedralis, Clem. *Cauſam de elect.* Seraph. *deciſ.*

Digitized by Google

deciſ.1295.num.3 vel ſi domum non habet per Edictum publicum, d. Cleta in cauſam, de election. Papazon ad Rotam deciſ.5.num 8.& ſeq. de reſcr in nov. Covar. in relect. d.cap. Alma mater, par.1.§.9.num.5.verſ. Peinus paſſim Rota deciſ.11.de dol.& cont.in nov.

243 Sexto denique non procedit in obligato in forma Cameræ, qui poteſt coram A. C. citari domi dimiſſa Copia, vel per contradictas, vel per diligentias, & ſucceſſivè per affixionem juxta ſuos caſus, de quibus ſupra, cap.2. littera C. & cap.3 litt.D. verſ. hoc tamen, & cap. 4 litt.E. & ita quotidie obſervat Praxis.

244 Tertiò, ad hoc ut quis poſſit excommunicari, requiritur trina monitio, vel una, cum trino termino dierum diſtinctè aſſignato, cap. Conſtitutionem, de Sentent. excommunic.in Sexto cap. Sacro ubi Gloſſ.in verb.competenti, de ſentent. excommunicat., Navarr.in Summa, cap. vigeſimus ſeptimus num. 11. Præpoſ. in cap. cum ſit Romana, n.28.de Appell. Galleſ. de obligatione Camerali, quæſt 36. n.33.Covar.in relection. cap. Alma mater, p.1.§.9. n.5. ubi de communi teſtatur, de ſent. excommun.in 6.

245 Et non ſolùm requiritur d. monitio in excommunicatione, ut ſupra, ſed etiam in ſuſpenſione & interdicto, c. reprehenſibilis in princip. ubi Gloſſ. in verb. monitione de Appell.& cap.Statutum, de Sent excomm.in 6.quæ quidem
246 monitio trina † ſeu cum trino termino, debet ſaltem continere ſpatium ſex dierum, & ſic duorum dierum pro quolibet termino; ſeu pro qualibet monitione, ut probatur in dict.conſtitutione, ibi, aliquorum dierum competentia intervalla, Navarr. d.cap 27.n.11.

247 Sed hoc primò non procedit, ſi neceſſitas aliter expoſtulet, d.cap.conſtitutionem, in fin.de ſent. excommunic.in 6.Covar. in relect.d.cap. Alma Mater, par.7.§.9.num.5.de ſent.excommun.in 6.

248 Secundò non procedit in contumace notorio, quia tunc alia monitio non requiritur, c. cum ſit Romana ; fin de appell.c.illud de Cleric. excommunic miniſte.cap.1. ubi Abb. & alii de Jud.Franc. in d.cap.cum ſit Romana, c. ult. n.4.& ſeq. & ibi Præpoſ. n.28. & Dec. num 75.& ſeqq. de appellat. Covarr. in relect. d.cap. Alma mater, par.1.§.9. de ſentent. excomm. in 6.

249 Tertiò non procedit in Excommunicatione lata à lege, Canone, vel ſtatuto, quia tunc lex ipſa quotidie monet, & Judex ſolum declarat, ſed benè procedit in excommunicatione lata ab homine, Abb. in cap cum ſit Romana, num.33.de Appell. Covarr. in relect.d.cap. Alma mater, part.1.§. 9. num. 5.verſic. Tertia monitio, de ſentent.excommun in 6.

250 Quartò non procedit, quando periculum eſſet in mora, cap.Sacro de ſent.excomm.& cap Conſtitutionem in fin. de Sent.excomm. in 6. Felyn. in d. c.Sacro, n. 4. de ſent. excomm.Novar. in Summ c.27.n.11.

251 Quinto non procedit, quando excommunicatio fertur pro futuris culpis, Innoc.in c. Sacro in pr. & ibi Felyn. n 5. de ſent.excomm. Abb. in c.P. & G. n.4.de offic. & poteſt.Jud. deleg. Navarr. in relect.cap.cum conting.it in cauſ.5. null ſub nu.4. & ſeq. de reſcript. Lap. alleg. 72. nu.2. & ibi Mandoſ. litt E. ubi de communi teſtatur, tunc enim dies interpellat pro homine, & Judex eſt loco monitionis, cap potuit de loc.Fely. in d.cap. Sacro num.5. de ſent excomm. Hoſtien.in c.cum P & G. n 4. ibi Joannes And. n.8. & ſeq. de offic. Deleg. Galleſ.de oblig.Camer.q.12.n... Lap. alleg 73. n.2.in fin.

252 Dicitur autem tunc ferri Excommunicatio pro futura culpa, quando quis nondum illam admiſit, & quando quis non monetur deſiſtere ab aliqua culpa præcedente, vel præſente admiſſa, ſed ob culpam, quæ eſt omninò futura, prout quando aliquis, faciendo debitum, conſenſit, ut Judex eum excommunicet, niſi infra certum præfixum terminum ſatisfecerit Creditori, Abb. in d. capit. P.& G num.9.in fin.de offic.deleg. Galleſ. de oblig. Cameral. quæſt.12. num 6.& ſeqq Navarr. in relect. d cap. cum contingat in cauſ.5. nullit ſub num 5. de reſcript. Saluſt. Tiber. in Prax lib.1 cap.33.num.4. Lap allegat.73. n.2.

253 Néque huic quotidianæ Praxi obſtat, quod per viam pacti non poteſt aliquis ad pœnam excommunicationis obligari, quia procedit quando pactio efficeretur cauſa immediata obligationis, ſecus quando pactio non efficitur cauſa immediata obligationis, ſed ipſa contumacia Debitoris vera, vel præſumpta, ut in exemplo ſupra relato Galleſ. de oblig. Cameral quæſt.12. n.6. tunc enim ob contumaciam, & moram, ſine qua Judex ad excommunicationem non procedit, fertur excommunicatio contra Debitorem Saluſt. Tiber. d.lib.1.cap.33 num 4.

Neque etiam relevat, quod pro futuris culpis non eſt 254
ferenda excommunicatio, præſertim ab homine, cap. Romana ubi gloſ. in verb futuri, de ſent.excommun.in 6.Buratt.deciſ.588 num 3. Quia hoc procedit quando nulla cauſa præceſſit, ſecus quando poteſt dici cauſam præceſſiſſe, prout quando Debitor ſponte faſſus eſt debitum, & ſuſcepit in ſe ſententiam Cenſurarum, tunc enim ſignanter ſub conditione ſententia excommunicationis ferri poteſt Abb. in d.c.P.& G. n 9.in fine, & n.10.de offic Deleg. Galleſ. de oblig Cam quæſt 12.num 11. Sal. Tib. d.lib 1. cap 33.n.4. & ita paſſim obſervat Praxis, & Curia.

Et hinc inolevit Stylus Curiæ A. C. apponendi ſingulis 255
diebus juridicis à Judice manum in libro Broliardo nuncupato, videlicet relaxatio Cenſurarum.

Niſi infra tempus conventum, dentur litteræ de conſenſu Saluſt. Tib in Prax.lib.1.cap.per tot.& cap.33 n.5.

Ratio autem hujuſmodi appoſitionis manus eſt. quia 256
relaxatio harum Cenſurarum eſt decretum definitivum quod debet ferri in ſcriptis cap.1. §. quis de Sent excommun.in 6. quod procedit etiam in cauſis ſummariis, unde ad nullitates tollendas, & obviandum hominum malitiæ Praxis hanc formulam ſubſcriptionis induxit, Saluſt. Tiber. in prax.d lib.1.cap.5.per tot.

An autem, & quando pro futuris culpis excommuni 257
catio ferri poſſit plenius videtur diſtinguendum, nam aut excommunicatio fertur à lege Canone, vel Statuto, & tunc ferri poteſt pro futuris culpis, capitulo ut Animarum periculis, de Conſtit. in ſexto, cap. a nobis, il primo, de Sent. excommun. Glos. in cap. Romana, in verb. futuris, de Sent.excomm. in 6., quam communiter receptam dicit Covar. in relect cap. Alma mater part. 1.§.10. num.1. Ugolio de Cenſur tab. 1.c.9.§.5 n. 1.& ſeq Aut † excommunicatio generaliter fertur ab homine pro futuris culpis, & tunc, aut culpa præceſſit, vel offenſa prius facta eſt, & tunc poteſt fieri excommunicatio pro futuris culpis, ne impoſterum culpa ſimilis committatur, aut offenſa reiteretur, & fiat cap.à nobis il primo, de Sent. excommunic in ſexto, Ugolin. de cenſur. dicta tabul.1 cap.9. §. 5. num. 3. verſicul.excipitur, Covar. in relect.dict cap. Alma mater, part.1. §. 10 num. 1. verſ.ſunt tamen, qui opinentur, ubi quod uſus forenſis, & praxis, quæ eſt optima legum interpres, ut iſtæ excommunicationes generaliter ferri ab homine poſſint, pro futuris culpis, induxit, aut † non præceſſit culpa, vel offenſa ut ſupra, & tunc aut aliqua ſubeſt cauſa rationabilis Excommunicationis ferendæ pro futuris culpis, aut non: ſi ſubeſt poteſt ferri ab homine pro eis excommunicatio, dict. cap à nobis, il primo de ſentent.excommunic.cap. Romana, caveant de ſentent excommun. in 6. Covarr. in relect. dict.cap. Alma mater par. 1. §. 10. num.1. verſ. ſunt tamen, Ugolin. de cenſuris dict. tab.1. cap.6. §... num.3. verſ poſtremò, & in his terminis procedunt etiam tradita per Gailes. dict. quæſt. 12. numer. 11. Saluſt. Tib. dict. lib.1 cap 33.num 4.cum aliis ſupra allegatis, aut denique nulla præceſſit culpa, vel offenſa, vel cauſa rationabilis, & tunc ab homine non poteſt ferri excommunicatio pro futuris culpis, & ita procedit text. in cap. Romana ubi gloſ. in verb.futuris de ſent.excomm in 6. & Buratt.d deciſ.588. num.3.

Sextò non procedit in Prælato Regulari excommunicante ſuum Religioſum, Lap. alleg. 71. Prælatus, nam 260
in iſtis Prælatis regularibus non ſervatur juris ordo, ſicut in ſæcularibus cap. qualiter il ſeconda, de accuſ. Felyn. in cap Sacro n.7.de Sent. excomm.

Septimò non procedit quando ponitur interdictum non 261
ad medelam, ſed ad pœnam, caput.a. de conſtit in 6. cap. quamquam de cenſ in 6. Navar. in Summ cap 7. num 164. verſ. quarto, quod procedit etiam in ſuſpenſione, & excommunicatione, Dec in cap. reprehenſibilis numer. 1. de appell.

Octavò non procedit quando excommunicatio fer- 262
tur pro defenſione juriſdictionis excommunicantis, Lap. dict. alleg.73. num.3. Innoc. in cap. Venerabilis, n.3. & ſeq. de cenſ Gemin. in cap.dilecta,n.7. verſ. quæro, an requiratur monitio, & ibi Joan. Andr. num.3 & Franc num.

a. de ſent. excomm. in 6. Felyn. in cap. Sacro, n. 6. de ſent. excomm. & in cap. cum ſit Romana num. 16. de appell. Dec. in cap. repreaſibilis num. 11. de appell. Mandoſ. ad Lap. dict. alleg. 73. ſub littera I. Quæ tamen limitatio procedit quando quis procedit extrajudicialiter uti pars, non uti Judex in judicio, juxta text. in dict. cap. dilecto de ſent. ex., n. 6. ut DD. præfati ſatis apertè affirmant.

263 Non procedit quando adeſt prohibitio, vel monitio à jure vel ab homine alicujus futuri, ne ſcilicet aliquid fiat, vel quid debitum, vel honeſtum impleatur, prout quod non fiant Statuta contra libertatem eccleſiaſticam vel facta caſſentur, vel quid ſimile, tunc enim ipſa prohibitio deſervire pro monitione, cap. noverit, de ſent. excom. Sal. Tiber. in verb. Excommunicatio ll primo num. 12, & num. 13.

264 Decimò, non procedit quando excommunicatio fertur pro manifeſta offenſa contra præſentem. Lap. alleg. 73. n. 3. Add. ad Feder. de Senis conſ. 11. n. 15. in fine, Mandoſ. ad Lap. poſt alios quos cumulat dict. alleg. 73. ſub littera H.

265 Decimo primò non procedit quando contumacia, ſeu delictum eſt manifeſtum, prout factum in præſentia Judicis, Felyn. in c. Sacro, n. 1. verſ. 6. limita de ſent. exc.

266 Decimo ſecundò, denique non procedit in excommunicatione lata vigore obligationis Cameralis in ſubſidium Juris, nam tunc, expedito Mandato executivo Executores faciunt fidem, ſe feciſſe diligentias pro illo exequendo, & non potuiſſe illud realiter, aut perſonaliter exequi unde productio in actis dict. Mandato cum fide Executorum à tergo illius, citata parte ad dicendum contra iura, obtinetur decretum admiſſionis, ſi, & in quantum. Et ſucceſſivè citatur pars ad videndum extendi formam Cameræ, & ſe declarari excommunicatum in iuris ſubſidium, & literas declaratorias, & Cedulones decerni, & obtinetur decretum, niſi infra, tres & juxta Praxim ſuperius traditam, ſub num. 54.
267 & ſeqq. Saluſt. Tiber. in Prax. lib. 5. cap. 31. num. 8 & ſeqq. Qui † quidem ternarius, ſeù trium dierum terminus, aſſignari ſolitus videtur de ſtylo inductus loco trinæ monitionis, vel unius pro tribus, ad hoc ut validius ad excommunicationis, ſeù Cenſurarum fulminationem procedi poſſit iuxta tradita per Galleſ. de oblig. Cam. q. 16.
268 n. 33. & ſeq. vel loco † monitionis eſſe poteſt iudicis præceptum quod continet in ſe obligatio Cameralis, Galleſ. de oblig. Camer. q. 2. a. 13.

269 Tribus verò diebus † prædictis elapſi, citatur denuò pars ad videndum relaxari literas declaratorias alias decretas, & quatenus opus ſit de novo decerni, & relaxari, & obtinetur decretum, niſi ad primam, cum Intimatione, qua executa & reproducta, dicta prima die iuridica elapſa, expediuntur literæ declaratoriæ, & Cedulones affiguntur, Saluſt. Tiber. d. c. 31. n. 9.

270 Ex quibus infertur, quod licet obligans ſe in forma Cameræ conſentiat, ſe poſſe pro executione huiuſmodi obligationi excommunicari, ut legitur in formula dict. obligationis, impreſſa apud Galleſ. de oblig. Cam. in pr. fol. 3. & apud Sal. Tib. in prax. l. 4. fol. 461. nihilominus contra eum non proceditur ad fulminationem Cenſurarum niſi in primis extenſa forma Cameræ iuxta ſtylum Curiæ, citata parte, ſi inſtrumentum eſt extra Tribunal A.C. rogatum etiamſi fuerit conſenſum in mandatum unica, &c. Sal. Tib. in prax. l. 5. c. 34. n. 2. Poſt. de Manut obſerv. 503. n. 26. & deinde, niſi in iuris ſubſidium, & quatenus contra eundem nec perſonalis, nec realis executio fieri poſſit, Pius V. in refor. Tribu. A. C. §. quod ſi quando, & eſt eius Conſtit. 117. inter illa ſecundum antiq. impreſſ. Paul. V. in reformat. Trib. Urb. ſub tit. de A.C. & eius Tribun. §. minuſque, quæ eſt eius Conſt. 71. Univerſi Agri, Saluſt. Tib. in Prax. lib. 1. c. 39. n. 8. & ſeqq & n. 13.

271 Et eſt etiam Sacroſancti Concilii Tridentini diſpoſitioni conſonum, ne pro debito aut pœna pecuniaria, nec in cauſis Civilibus nec in Criminalibus, quis poſſit, niſi in ſubſidium excommunicari, Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de reform Navar. in ſumma c. 26. n. 10. Rot. deciſ. 327. n. 5. poſt Conſt. Farin leg. 2.

272 Verùm diligentiæ, de quibus ſupra, ad hoc ut poſſit ad excommunicationem procedi contra Debitorem obligatum fieri debent omninò in locis deſtinatæ ſolutionis, & in quibus venit facienda executio, Paul. V. Conſt. 71. Univerſ. Agri §. minuſque, Sal. Tib. lib. 5. cap. 32. n. 8. & ſeq. & n. 13. c. 33. & n. 5.

273 Cenſuras autem vigore obligationis Cameralis ſolus A. C. qui eſt illatum Judex privativè quoad omnes alios fulminare poteſt, ſic diſponentibus eius facultatibus Paul. V. Conſt. 28. Eximiæ, Zacch. ad Galleſ. de oblig. Cam. quæſt. 12. num. 1.

274 Sunt tamen plures perſonæ, contra quas A. C. non ſolet vigore obligationis Cameralis fulminare cenſuras.

275 Primò namque Epiſcopi, & Prælati de ſtylo Curiæ non ſolent excommunicari, ſed tantum à Divinis ſuſpendi, vel interdici, prout ſolet etiam reſpectus huiuſmodi haberi ſæcularibus in dignitate Conſtitutis, qui tamen in forma Cameræ obligati poſſent excommunicari cum eorum dignitati, attenta dicta obligatione, & conſenſu, non fiat injuria, juxta Galleſ. de oblig. Camer. d. 36. n. 20. & ſeqq.

276 Cæterum nec in Curia, nec extra contra Epiſcopos, Prælatos, ac officiales Papæ, & Magnates ob ſupremi Principis reverentiam, niſi facto Verbo cum Sanctiſſimo, & de illius expreſſo mandato, excommunicationis literæ declaratoriæ, nec etiam in iuris ſubſidium conceduntur, Extravag. cum Matthæus de Hæreticis, Saluſt. Tib. in Prax. lib. 5. c. 31. n. 12.

277 Secundò non ſolent excommunicari mulieres, ut experientia, & praxis rerum magiſtra docet, ad l. interpretatione ff. leg.

278 Tertiò nec etiam ſolet ferri excommunicatio contra debitorem pauperem, & miſerabilem ſine ſua culpa effectum quia non eſt addenda afflictio afflictis, ſecus ſi eorum culpa eſſent effecti tales, Saluſt. Tib. d. l. 1. c. 33. num. 2. Abb. in cap. Oddoardus, n. 9. de ſolut. Galleſ. de oblig. Cam. q. 36. n. 24. & ibi Zacch. nu. 5. Rot. poſt eundem Zacch. de oblig. Camer. dec. 40. n. 6.

279 Et ratio eſt, quia in paupere miſerabili, qui nihil habet, quod ſolvat, ceſſat contumacia, ſinè qua excommunicatio ferri non ſolet, Galleſ. de oblig. Camer. q. 36. num. 24. Rot. poſt Zacch. ad eundem Galleſ. dec. 40. n. 6. Buratt. dec. 933. n. 2.

280 Quod ſi inopia ita non eſſet notoria, & ſententia excommunicationis contra inopem ferretur, poſſet nihilominus uti iniuſta, probata inopia, revocari, Galleſ. d. q. 36. n. 24. quinimò quando excommunicatus eſt adeo pauper, quod ſolvere & ſatisfacere non poteſt eſt abſolvendus ex Officio, c. à nobis, il ſecondo, de ſent. Excom. Abb. in cap. cum homines, de Decim. iatè Redoan. de Spol. q. 13. num. 42.

281 Quartò infantes, & Mentecapti furioſi, & ſimiles, qui infantibus æquiparantur, lib. 1. & l. ſi quod infans, ff. de rei vind. §. ſed quod diximus Inſt. de inut. ſtipulat. Vant. de nullit. defect. in hab. n. 15. non poſſunt excommunicari quia non videtur poſſe dari caſus in quo ipſi poſſint validè perſonam propriam in forma Cameræ obligare, Galleſ. d. oblig. Camer. d. q. 36. n. 23.

282 Quod ſi daretur caſus in quo pupillus doli capax poſſet propriam perſonam valide obligare, poſſet etiam vigore huiuſmodi obligationis excommunicari, Galles. d. q. 36. num 23.

283 Sed Furioſus validè obligatus ante furorem, adhuc non videtur furore ſuperveniente, poſſe prò huiuſmodi debito obligatione Camerali vallato excommunicari, tum quia non debet excommunicari; niſi is, qui facere contemnit, id, ad quod tenetur, Oldr. conſ. 277. quod Abbas per totum,
cum aliis allegatis ſupra, verſic. 3. nec etiam Tum quia † 284
eſt veluti infans, cui æquiparatur, l. infans ff. ad l. Cornel. de Sicar. cum aliis ſupra allegatis, quicquid videt, & facit
ignorat, Clar. in §. fin q. 60. num. 7. verſ. item quæro. Tum 285
quia ſine dolo, contumacia vel mora, quorum omnium ipſe eſt incapax, ex præ allegatis, non fertur contra aliquem excommunicatio, Saluſt. Tiber. l. 5. cap.
33. numer. 4. ubi allegat. Tum denique quia Furioſus 286
ſatis ſuo furore torquetur, Clar §. fin. quæſt. 60. nu. 7. verſ. item quæro, & fati infælicitas eum excuſat, dict. l. infans, ff. de Sicar & non debet addi Afflictio Afflictis, l. Navis §. cum autem, ff. ad l. Rhod. de Jact. licet multum de Cenſibus, cum ſimilibus.

Operatur autem excommunicatio, inter alios effectus, ut

ctus ut excommunicatus repellatur à limine judicii, cap. decernimus de ſent. Excomm. in 6. Rot. deciſ. 275. n. 3. poſt conſ. Farin. in lib. 2. Cocc. dec. 425. n. 3. Rot. dec. 606. n. 2. p. 2. & dec 107. num. 5. p. 6. recent. cum aliis ſupra allegatis, cap. 8. litt. A.

289 Adeò quod illi nec etiam ſit concedenda manutentio, Rot. dec. 275. n 3. poſt conſil. Farin. Coccin. d. dec. 125. n. 3. Greg. dec. 64. n. 3. & ibi Beltram. num. 13. Cavaler. dec. 372. n. 2. Rot. dec. 514. n. 2. & deciſ. 193. n. 1. part. 5. & dec. 107. n. 5. p. 6. recent.

290 Poteſt nihilominus excommunicatus ſe defendere cap. intelleximus ubi Antonius de Butr. n. 1. & n. 4. Felyn. num. 4 & ſeq. Dec. n. 31. de Jud. Gravat. ad Veſtr. in Prax. lib. 7. c. 1. n. 25. & n. 28. & ſeqq. Vgolin. de Cenſur. tab. 2. c. 16 §. 4. n. 1. & ſeq. & §. 5. n. 1. & § 6. num. 1. cum aliis allegatis ſupra c. 8. littera A. verſ. Concluſio.

291 At ſi ſit Clericus Beneficiatus, & perſeveret per annum in excommunicatione poteſt privari Beneficio, cap. rurſus, & cap. quicumque 11. q. 3. Abb. in c. 1 nu. 24. de Jud. Gravat. ad Veſtr. l. 8. c. ultimo, nu. 43. M. A. Genuen. in prax Archiep. c. 26. nu. 1. & nu. 3.

292 Quod tamen non procedit, quando quis fuit excommunicatus ob cauſam pecuniariam, Abb. in c. contingit, num. 7. de dol. & cont. cum aliis cumulatis per Gravat. ad Veſtr. d. l. 8. c. ult. num. 42. Genuen. in prax. Archiep. c. 26. nu. 6. verſ. Notandum præterea.

293 Cæterum ab excommunicatione lata in Curia non datur abſolutio, niſi cauſa cognita, Salust. Tiber. in prax. lib. 3. c. 7. n. 31. Vetall. deciſ. 2. n. 1 part. 1. Rota dec. 4. in fin. de ſent. excom. in antiq. Seraphin. dec. 1164. n 4. Buratt. dec. 146. num. 1. & niſi parito judicato, Seraph. dec. 432. num. 1. Rot. dec. 621. n. 3. p. 2. recent. Buratt. dec. 88. n. 5.

294 Nec etiam de Stylo Rotæ à Cenſuris latis in Curia datur abſolutio ad cautelam, niſi conſtet de nullitate, Put. dec. 39. lib. 1. in correct.

295 Quo verò ad cenſuras latas in partibus, commiſſa in Rota cauſa appellationis, & nullitatis ſemper ſolet Rota ad cautelam ab illis abſolvere, Mandoſ. in Praxi Signatur. Grat. ſub tit. de abſolut. ab excom. verſ. abſolutio à Rota Put. dec. 39. l. 1. in correct. Rot. in Leopolien. cenſurarum n. 27. Ianuar. coram R. P. D. Cerro. & idem obſervatur in Curia A. C. teſte Sal. Tib. l. 3. c 7. n. 30.

296 Non tamen datur à Rota abſolutio, ſine commiſſione ſpeciali. Rot. dec. 4. de ſent. excomm. in antiq. & dec. 3. n. 3. verſ. item quia, & ibi Papaz. nu 7. de ernun. in nov & dec. 546. nu. 4. p. 2. & dec. 644. nu 3. p. 3. recent. Buratt. dec. 51. nu 6. & dec. 88. nu. 4.

297 Sed A. C. hac commiſſione non indiget, quia vigore ſuarum ordinariarum facultatum abſque alia Commiſſione à quibuſvis cenſuris quaſvis perſonas, & loca, etiam Univerſitates, & Capitula poteſt, non ſolum in honorem feſtivitatum Paſchalium, & Natalis D. N. Jeſu Chriſti, & alias cum reincidentia, ſed etiam penitus abſolvere, Greg. dec. 14. in conſt ad generis, impreſſ. apud Sal. Tib. in Prax. lib. 4. Paul. V. conſt. 28. eximiæ, cum aliis ſupra allegatis p. 1. c 1. nu. 33.

298 Quæ quidem abſolutio in honorem feſtivitatum Paſchatis, & Nativitatis Domini, cum reincidentia poſt feſta, datur, etiam de ſtylo Rotæ Caputaq. dec 2. a 2. p. 1.

299 Abſolutus autem cum reincidentia, elapſo tempore, per quod abſolutus fuit abſque alia declaratione remanet ipſo jure, & prout erat antea, excommunicatus, Dec. conſ. 145. per tot.

300 Et ſicut abſolutus cum reincidentia per aliquod tempus eo tempore, per quod abſolutus fuit, non eſt excommunicatus, ſic etiam excommunicatus ſub conditione niſi infra tres aut decem dies ſatisfecerit, pendente illo termino excommunicatus non eſt, c. præterea il ſecondo, de appell. ubi quod d. Excommunicationis ſententia eſt conditionalis, Socc. in l. quibus diebus, §. quidam Titio, n. 9. ff. de cond. & demon. Gaitel. de oblig. Camer. q. 36 n. 10.

301 Abſolutio verò obtenta vigore Bullæ cruciatæ non juvat niſi poſt juſtam ſatisfactionem, & in foro conſcientiæ tantum, Navar. conſ. 51. de ſent. excom. Rota dec. 636. n. 2. p. 4. rec.

302 Operatur tamen hæc abſolutio, ut ſic abſolutus poſſit ſuſcipere Sacramenta Navar. d. conſ. 51. n. 2 Rota d. dec. 659. n. 2. p. 4 rec.

303 Petens autem abſolvi non fatetur ſe excommunicatum, quia poteſt petere ad cautelam Rot. dec. 5. de excep. in antiq. & dec. 534. nu. 9. p. 1. & dec. 309. n. 19. p. 7. rec. Beltram. ad Greg. dec. 331. nu. 18. ubi quod hoc non procedit, quando ex facto, quod narratur Excommunicatio reſultat, & probata remanet.

304 Non omitto, quod petens abſolvi à cenſuris tenetur præſtare cautionem juratoriam de ſtando, & parendo mandatis Eccleſiæ ſuper illa excommunicatione, c. ex tenore, cap. cum deſideret, & c. ſuper eo, de ſent. excomm. gl. in cap. qua fronte in verbo cautione, & ibi DD. de appellat. Staphil. de lit. grat. fol. 157. verſ. ultimo quod materiam, Rot. dec. 2. de ſenten. excomm. in nov.

305 Et ſi primò hoc non procedat in excommunicato ad partis inſtantiam, quia non paruit juri, ideſt quando excommunicatio lata fuit pro contumacia judiciali, nam tunc cautio juratoria non ſufficit, ſed requiritur cum fidejuſſore, vel pignore c. ex parte il primo, & ibi gl. in verſ. ſufficienter, de verb. ſig. qua fronte, ubi Gl. in verb. cautione & Butr. nu. 15. Abb. nu. 17. Præpol. nu. 15. & Franc. nu. 20. de appel. Felyn. in c. cum contingat. nu. 5. verſ. 2. declara, de offic. deleg Staphil. de lit. grat. fol. 157. verſ. ſed ego diſtinguerem, Rot. d. dec. 2. verſ. ſecus vero de ſent. excom. & poſt Zacc. de oblig. Cam. dec. 115.

306 Secundò non procedit, quando agitur de reficiendis expenſis factis occaſione hujuſmodi contumaciæ, quia tunc etiam requiritur ſatisfactio, vel fidejuſſio, aut pignus, Mil. in verb. Excommunicatus autem verſ. quod autem, Rot. d. deciſ. 2. verſic. ſecus, de ſent. excommunicat. in nov.

307 Tertiò non procedit, quando ſemel abſolutus non ſervavit promiſſa, nam tunc non abſolvitur amplius, niſi dato fidejuſſore idoneo, ne detur occaſio peccandi, capit. quæſtioni, ubi DD. de appell. cum aliis quos ſequitur Præpol. in cap. qua fronte num. 15. verſ. limitabitis ſecun. de appellat.

308 Quartò non procedit, quando dubitatur, quod excommunicatus non ſit obſervaturus juramentum c. Clericus de cohab. Cler. & Mulier. Præpol. in d. c. qua fronte, num. 15. verſ. limitabitis 3. & ibi Franc. num. 20. verſ. 3. caſus de appell.

309 Quintò non procedit, quando reſtituitur poſſeſſio, quæ alias fuerat ſequeſtrata, ut in cap. 1. in fin. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. nam tunc cautio juratoria non ſufficit, ſed requiritur cum fidejuſſore, vel pignore, gloſ. in d. c. 1. in verbo ſufficientem, de ſeqq. poſſ. & fruct. & in dicto cap. qua fronte, in verbo ſufficienti cautione, & ibi Franc. num. 20. verſ. 1. quando de appell.

310 Sextò non procedit in excommunicato ob manifeſtam contumaciam, nam tunc requiritur ſatisfactio, c. ex parte, il primo, de verb ſignif. cap. Venerabilibus, §. ſecus de ſent. excomm. in 6. Mill. in ſuo repe. in verb. excommunicatio pro manifeſta contumacia, Franc. in d. c. qua fronte, num 21. de appell.

311 Septimò non procedit in excommunicato ob manifeſtam offenſam, ſeu crimen, quod principaliter reſpicit hominem, ſeu partem adverſam, nam nec eo caſu aliqua cautio eſt ſufficiens, ſed requiritur ſatisfactio, c. ex parte, il primo, de ver. ſignif. d. c. Venerabilibus, §. ſecus, de ſent. excomm. in 6. gloſ. in d. c. ex parte, in verb. pro contumacia de verb. ſignif. Mill. in verb. excommunicatio pro manifeſta offenſa. Præpoſ. in cap. qua fronte num 15. verſ. limitabitis 4. & ibi Franc. num. 20. de appell. ſecus ſi crimen principaliter non ſit contra hominem, ſed contra Deum, Franc. in d. c. qua fronte, num. 23. & ibi Præpol. n. 15. verſ. unde pro ſolutione de appell.

312 Subdit tamen gloſ. in d c. ex parte, il primo, in verbo pro contumacia, verſ. quid ſi aliquis, quod quando quis eſt pauper, ita ut ſatisfacere non valeat, poterit præſtare cautionem de ſatisfaciendo, cum pervenerit, ad pinguiorem fortunam, cap. Odoardus de ſolut. etſi non poteſt cautionem præſtare, tunc juret, & præſtet quam poteſt.

313 Ex quibus primò infertur confuse, & contra textum in d cap. ex parte, & dict. cap. venerabilibus, §. ſecus, locutum fuiſſe Staphil. de lit. Grat. fol. 157. verſ. ſed ego diſtinguerem, dum ait, quod pro crimine manifeſto debetur ſufficiens cautio, juxta tradita per Gloſ. in d. cap. ex parte in verb. ſufficient, quæ ait ſufficientem eſſe cautionem, ſi

Digitized by Google

pignora, vel Fidejuſſores dentur, nam Gloſ. ibi loquitur juxta primum caſum ipſius text. quem gloſſat, videlicet, quando quis fuit excommunicatus pro contumacia tantum ut ibi ex text. *juncta d.* Gloſ. claré patet, at in ſecundo caſu, quando quis excommunicatus pro manifeſta offenſa, Gloſ *ibi in verb. pro contumacia*, ait, quod hic talis non debet abſolvi, niſi ſatisfaciat, cum conſtet de maleficio ſuo, & quidem ſi alias dixiſſet Gloſa, dixiſſet contra textum *in d. cap. ex parte in verſ. Inſe unde*, ubi expreſsè deciditur, quod ſi offenſa eſt manifeſta requiritur ſatiſfactio.

314 Infertur ſecundò, quòd Oran. *in dec. 115. num. 6. poſt Zacch. de oblig. Camer.* dum dicit, quod quando quis fuit excommunicatus pro manifeſta offenſa, ideſt pro crimine, debet præſtare cautionem fidejuſſorem, ſicut quando, quis fuit excommunicatus pro contumacia judiciali, ut poſſit abſolvi, ut ibidem *num. 2. & ſeqq.* videtur etiam confundi nam Gloſ. quam ad id allegat. *in d. cap. ex parte, in verb. pro contumacia, de verb ſignif.* expreſsè dicit, quod ad hoc, excommunicatus pro manifeſta offenſa poſſit ſolvi, requiritur ſatisfactio, & quod cautio cum fidejuſſione tantum ſufficeret, quando quis eſſet adeo pauper, ut ſatiſfacere non poſſet, *cap. Odoardus de ſolut.* niſi illud Orani dictum ad hunc ultimum caſum Debitoris pauperis tantum reſtringatur,

315 Octavò non procedit, quando quis fuit excommunicatus ob debitum vigore privilegii, oblationis Cameralis, nàm ſi creditum eſt clarum, & liquidum, quis non abſolvitur, niſi ſatisfacit, licèt aliquando per menſem, cum reincidentia, vel in honorem Feſtivitatum, cum reincidentia poſt Feſta, & credito adeo claro, & liquido non exiſtente ad beneplacitum, abſque alia cautione, abſolvatur, parte tamen ſemper citata, ut quotidie obſervat praxis, & ob id licet de jure excommunicatus non abſolvatur, niſi data cautione de ſtando juri, quando quis fuit excommunicatus ob contumaciam judicialem, vel ob delictum, hoc tamen non adaptari ad caſum, in quo quis fuit excommunicatus pro debito vigore privilegii obligationis Cameralis, reſpondit Rot. *d. dec. 115. n. 7.* poſt Zacch. *de oblig. Cam.*

316 Nonò denique non procedit, quando quis fuit excommunicatus virtute obligationis Cameralis pro debito omninò illiquido, non juſtificato, nam, cum tunc excommunicatio ſit ipſo jure nulla, non requiritur alia cautio, quinimò nec etiam eſt neceſſaria abſolutio Rota *dict. dec. 115. n. 9. & ſeq.* poſt Zacch. *de obligat. Camer.*

317 Adeo quod nec etiam ſufficeret nova productio jurium in actis pro Juſtificatione dicti crediti liquidi, quia cenſuræ debent ex eiſdem, non autem ex noviter deductis juſtificari, Rot. poſt Zacch. *de oblig. Camer. dict. deciſ. 115. num. 1* Buratt. *deciſ. 760. num. 5.* Fercutil. ad Buratt. *dec. 451. num. 55.*

E De cautione in forma depoſiti cum obligatione de ſol-
318 vendo ad omne mandatum Domini, dictum eſt ſupra *ſub lit. B. verſ. videtur nihilominus n. 180. & ſeq.* Sed ibi dicta procedunt in materia Sequeſtri. Cæterum quando agitur de executione perſonali, non relaxatur debitor, niſi ſoluto debito, vel data cautione in forma depoſiti, de ſolvendo ad omne Judicis mandatum, quod potius quàm de jure, cum deponere non ſit ſolvere, ex inveterato ſtylo Tribunalis, A. C. procedere, teſtatur Sa. Juſt. Tiber. *l. 1. c. 41. n. 4.*

F Illuſtriſs. D. Carcerum Præſes, qui eſt unus ex Rever.
319 Cameræ A. Clericis, unà cum aliis Carcerum Viſitatoribus, Sacram Viſitam repræſentat, ſolentque ad eum, ut plurimum cauſæ Carceratorum ab eadem Sacra Viſita remitti; cujus Juriſdictio per relaxationem carcerato à carceribus expirat, adeo quod non poteſt amplius in cognitione cauſæ principalis ſe intromittere, ſed merita ſunt à ſuo Judice cognoſcenda, Paul. V. *in reformat. Trib. Urb. ſub tit. de facult. Viſitat. Carcer. §. Præſides, quæ eſt dicta ejus Conſt. 71. Univerſi agri.*

320 Habent autem Viſitatores Carcerum facultatem relaxandi Debitores à Carceribus ex infraſcriptis cauſis.

Primò concedendo dilationem data cautione, poſſunt relaxare debitorem, qui in carceribus quotidie efficitur minus ſolvendo, dum extra carceres facilius modum ſolvendi reperiret, dummodo creditor ſit ditior, & ære alieno non ſit oneratus.

Secundò debitorem carentem pecuniis, qui tamen habet bona ſufficientia pro ſatisfactione creditoris, dummodo conſentiat ex tunc ſubhaſtationi, indicet bona, & det cautionem de ſe repræſentando in caſu impedimenti, vel non ſufficientiæ, ſed ſi bona non ſufficiant, nec velit cedere bonis debitor, non poſſunt illum relaxare, niſi de omnium creditorum conſenſu; idemque ſervatur, ſi eſt clarum, quod debitor non poſſit ſatisfacere, niſi ex ſudore vultus ſui.

Tertiò quando bene cautum eſt creditori per executionem realem.

Quartò debitorem infirmum, & pauperem, niſi creditor ei miniſtret alimenta, & medicamenta, data tamen cautione, ſi illam habet ſin minus, juratoria cautione præſtita, de ſe repræſentando ſub pœna debiti.

Quintò debitorem pauperem, cui creditor, non æquè pauper, non ſubminiſtrat alimenta, prout ſibi fuit mandatum.

Sextò Mulieres honeſtas pro debito civili, etiam publico captas.

Septimò debitorem ſuſpectum de fuga, data cautione de ſe præſentando ſub pœna debiti.

Octavò debitorem, qui ſervatis ſervandis, ceſſit bonis.

Nonò debitorem nulliter, & indebitè captum, quando de hujuſmodi nullitate manifeſtè apparet.

Decimò debitorem, qui ex natura debiti de Jure non tenetur, niſi inquantum facere poteſt, cum nec etiam tunc carcerari potuiſſet, & executio ſit hoc caſu dirigenda contra bona.

In quibus plurimum tribuitur DD Viſitatorum arbitrio, Paul. V. *in d. Reform. Tribun. Urb. ſub tit. de facul. Viſitatorum Carcer. quæ eſt dicta ejus Conſt. 71. Univerſi agri.*

Perſonæ autem, quæ de jure non tenentur, niſi in quan- 321
tum facere poſſunt, ac deducto, ne egeant, ſunt.

Primò Socius, maximè ſi ſit omnium bonorum, *l. verum in princ. & §. 1. ff.* pro Soc. *in leg. ſunt qui*, ubi Gloſ. *in verb. accipiendas*, & Bart. *in prima oppoſitione, ff. de re jud.*

Sed hoc non procedit, primò quando quis negat ſe ſo- 322
cium, vel doloſè verſatur, *l. ſed hoc. §. quod autem ff. de re jud. l. ſunt, qui*, ubi Gloſ. *in verb fere. ff. de re jud.*

Non procedit ſecundò in Fidejuſſore, nec in Hærede ſocii, *d. l. verum princ. ff. pro Socio.*

Secundò Patronus, Patrona, liberique eorum, & pa- 323
rentes. *l. Patronus ff. de re jud.*

Sed hoc non procedit, quando jus patronatus fuit amiſſum Gloſ *in dict. l. Patronus, in verbo Patronus, ff. de re jud.*

Tertiò parentes in infinitum à filiis, ſeu liberis conventi, 324
l. ſunt qui, in fine l. Patronus, ubi Gloſ. *in verbo Parentes, & l. inter eos §. ſed, & ſi cum Parte ff. de re jud.*

Quartò Miles in expeditione exiſtens, *leg. item Miles, ff. de re jud.* Genuen. *in Prax. cap. 3. n. 5.*

Quintò Maritus pro quibuſcumque contractis ab Uxore 325
in judicio conventus, *l. non tantam ff. de re jud.*

Sextò Uxor à Marito pro quovis contractu in judicio, conventa, ut ſervetur æqualitas, *d. l. non tantum, in fine, ff. de re jud.*

Septimò, Socer à Nuru in judicio conventus, *l. ſicut au-* 326
tem in princ. ubi Gloſ. & Bart *ff. de re jud.*

Octavò Socer conventus à Genero pro dote conſtante Matrimonio, *l. ſed hoc ita, in princ. ff. de re jud.* Gaill. *obſer. 87. n. 6. l. 2.* Ant. *dec Marcb. 16.*

Sed hoc non procedit, quando Socer convenitur à Genero ſoluto matrimonio, *l. ſicut autem, §. ſed an juncta, l. ſed hoc ita*, ubi Bart. *ff. de re jud.*

Nonò Filii ejuſdem matrimonii hæredes viri, ſi conven- 327
ti fuerint pro reſtitutione dotis *l. etiam in princ. ff. ſolut. matr.* Gloſ. *in l. ſi cum Procuratore, in verb. inſolidum*, & ibi Bart. *n. 3. de re jud.*

Sed hoc non procedit in Filiis ex alio Matrimonio dicti Mariti hæredibus, Gloſ. *in d. l. ſi cum Procurator in verbo inſolidum*, & ibi Bart. *n. 3. ff. de re jud.*

Secundò non procedit in hærede non ſuo, *l. etſi Fidejuſſor., §. ſi Maritus*, ubi Gloſ. *in verb. Hæredi, ff. de re jud.*

Decimò Procurator, vel defenſor Mariti, *l. ſi cum Pro-* 328
curatore, ubi Bart. *n. 1. & ſeq. ff. de re jud.*

Sed hoc non procedit Marito mortuo, nàm tunc fiet 329
condemnatio inſolidum, *dict. l. ſi cum Procurat ff. de re jud.*

Deci-

Decimò primò Fideiuſſor Socii, vel Patroni, aut alterius, qui non condemnatur, niſi in quantum facere poteſt, ſi quaſi defenſor Socii, aut alterius ex prædictis, iudicium ſuſceperit, *l. veterum, in princ.* ubi Glos *in verbo conveniuntur, ff pro ſoc.*

330 Eſt autem defendere, id facere, quod D. in litem faceret, & cavere idoneè, nec debet durior conditio Procuratoris fieri, quàm ſit Domini, præterquam in ſatisdando, *leg. ſed & hæ perſonæ §. defendere, ff. de Proc. Minor 25. annis, § quoniam, ff. eod. tit.* & ob id etiam Defenſor Mariti in amplius quàm facere poteſt, non eſt condemnandus *d. l. Minor, §. quoniam, ff. de Proc.* cum aliis ſupra allegatis *verſ. Procurator, n. 328.*

331 Decimò ſecundo Fideiuſſor eius, qui non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, quando Principalis comparet, & ſuſcipiendo in ſe iudicium, opponit exceptionem ex perſona ſua, *l. idemque, §. generaliter, in fine. ff. mand.* Alberic. *in l. et ſi fideiuſſor, circa med. verſ. ſed adverte,* & ibi Bart. *n. 2. ff. de re iud.*

Sed hoc non procedit, quando Principalis non ſuſcipit in ſe iudicium, niſi Fideiuſſor illud in ſe ſuſcipiat, ut defenſo, ut ſupra, quia regulariter Fideiuſſor condemnatur in ſolidum, & inſolidum repetit, *l. Neſennius, & leg. et ſi Fideiuſſor,* ubi Bart. *n. 1. ff. de re iud.*

332 Decimo tertiò Clericus, Genuen. *in prax. cap. 3. num. 1.* Ricc. *deciſ. 20. num. 2. par. 2.*

333 Decimo quartò ille, qui ex cauſa donationis convenitur, non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, & deducto nè egeat, verum etiam is ſolus ære alieno deducto, *l. inter eos, §. is quoque, ff. de re iud.*

334 Per tractatum autem *in d. leg. inter eos, §. is quoque, ff. de re iud.* alias de Anno 1618. in concluſionibus, quas publicè in Almo Gymnaſio Piſano diſcutiendas propoſui, defendebam, Donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum valere, quia, ſi Donator non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, & deducto nè egeat, aliquid rei remaneat, de quo potuerit teſtari, & invenire de facili hæredem, & ob id dict. donatio non eſt contra bonos mores, cum non auferat liberam teſtandi facultatem, ut dicunt tenentes communiter contrarium.

Et licet exadverſo diceretur, implicare contradictionem, quod valeat Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum: & quod omnia bona non ſint tradenda Donatario.

Replicabam negando Implicationem contradictionis, nam concluſio, an Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum valeat, diſputatur in eo ſenſu, & terminis, hoc eſt, an ſit ipſo iure nulla, vel valida, & communis eſt opinio, quod non valeat, hoc eſt quod ſit nulla, unde non implicat contradictionem affirmare contra communem, quod d. Donatio valeat, hoc eſt, non ſit nulla, & quod nihilominus Donatori aliquid ſit relinquendum, ac ſi illud ſibi ab initio, quando donavit, expreſsè reſervaſſe, cum non teneatur, niſi deducto, nè egeat & niſi in quantum facere poteſt, ac proinde obiectum implicationis contradictionis remanet verbale.

335 Utcumque tamen hæc ratio vera ſit, in iudicando à communi recedere non auderem, ſicut regulariter à communi non eſſe recedendum per textum *in leg. prima verſ. Crebrior apud veteres eſt opinio, ff. de offic. Quæſt.* & alia iura; quæ ad id congeſſit, tradit Andr. Barbar. ad Alex. *conſil. 55. Perſpectis, n. 27. in fine, lib. 4.* Alex *conſ. 82. attentis, in fine, lib. 3.* Roman. *conſ. 239. n. 2. verſ. quicquid,* Alciat *præſumpt. 31. reg. 1. n. 2.* Ant. Mar. Corat. *de commun. opin. in præfat. num. 38. & tit. 8 num. 38.*

336 Decimo quintò Maritus conventus ab Uxore pro dote, *l non tantum. l. ſicut, l. Patronus, & l Fideiuſſor, § ſi Maritus. ff. de re iud. l. Maritum, ff. ſolut matr. § item ſi de dote, Inſtit de act.* Rota *in Recanaten. ſeparationis Thori 26. Febr 1625. coram bon. mem. Pirovano.*

337 Sed hoc primò non procedit, quando Maritus dolo fecit, quominus facere poſſet, *l verum §. tempus, ff. pro ſoc. l. etiam, §. licet ff. ſolut. matrim. l. unica, § cum autem, C. de rei Uxor act. Gl. in leg ſunt qui, in verbo ſerè, ff. de re iud.*

338 Quæ quidem fallentia habet locum non ſolum in Marito, ſed etiam in omnibus aliis prædictis privilegiatis, qui non tenentur, niſi in quantum facere poſſunt, *text. eſt in l. verum, §. tempus, verſ. quod & in cæteris ff. pro Soc.* & meritò, quia † non eſt dignus beneficio, qui mentitur in eo, quod eſt cauſa beneficij, *leg. ſed hoc 22. §. quod autem,* ubi Bart. *ff. de re iud.* 339 (printed 319?)

340 Secundò non procedit, quando Maritus fuit ingratus erga Uxorem, prout quando illius vitæ inſidiatus fuit, Rota *in Romana ſeparationis Thori 14. Martii 1635. coram bon. mem. D. Merlino poſtea Decano,* ubi quod id admiſit etiam Rota *in Ianuen. ſeparationis Thori 4. Iulii 1633. coram bon. mem. Coccino Decano, quæ eſt deciſ. 231. num. 11. & ſeq. par. 6. recent.*

341 Quæ etiam fallentia videtur in omnibus aliis privilegiatis antedictis locum habere, per regulam generalem, quam in materia ingratitudinis conſtituit Iaſ. *in §. ſed etſi quis, num. 5. verſic. prædictum intellige vera, Inſtit. de act.* 342 ubi quod † ingratus amittit Beneficium, deducto nè egeat, ſicut perdit alimenta, & Iaſonem ſequuta eſt Rota *dicta deciſ. 231. num. 11. & ſeq part. 6. recent.* nam ingratitudo perimit etiam id, quod debetur de iure naturæ, *§. aliud quoque capitulum, & § ſi verò contigerit, verſic. iuſtum autem, in Auth. ut cum, de Appellat. cognoſc.*

343 Tertio non procedit, quando non eſt æquè pauper Franc. *deciſ. 489. in fin. part. 3.* Rota *in dicta Romana ſeparationis Thori 14. Martii 1635. coram bon. memor. Domino Merlino, poſtea Decano.*

344 Sic etiam pauper poteſt in carceribus detineri ab æquè paupere, licet ei non præſtet alimenta, quæ pauperi regulariter debentur, ſic diſponente *Refor. Trib. Urb. ſub tit. de ſecul. Viſit. Carcer. quæ eſt Paul V. Conſt. 71. Univerſi agri.*

345 Quartò non procedit in hærede Mariti, nam regulariter Beneficium earum perſonarum, quæ non tenentur, niſi deducto nè egeant, & niſi in quantum facere poſſunt, non tranſit ad eorum hæredes, *leg. ſciendum, & leg. Neſennius in princ. verſic. & ſicut, ff. de re iud. l. verum, in princ. ff. pro Soc.* niſi ſint filii eiuſdem matrimonii hæredes viri, qui conventi pro dotis reſtitutione gaudent privilegio ex allegatis ſupra *verſ. 9. Filii num. 327.*

346 Senex autem ſeptuagenarius, quamvis non habeat hujuſmodi beneficium, nè teneatur, niſi in quantum facere poteſt, pro debito tamen civili non poteſt capi perſonaliter, Ancharan. *conſil. 336. n. 2. verſ. His præmiſſis* Carpan. *ad Statut. Mediol. c. 243. litera B. in verbo Maiores ſexaginta, n. 7.* Oſalch. *deciſ. 123. n. 3 in fine.*

Et propterea Principes ſolent eorum reſcripto Gratioſo eximere perſonas ſeptuagenariorum, quod paſſim conceditur in Signatura Gratiæ per Sanctiſſimos Pontifices, cum clauſula tamen, *facta aſſignatione bonorum, & præſtito conſenſu illorum ſubbaſtationi,* ut in ſpecie fuit reſcriptum *ſeptima Decembris 1643. per fel. mem. Urbanum Octavum in una Beneventana pro Bartholomæo de Taſſis, & per Sanctiſſ. D. Noſtrum Innocentium Decimum, quarta Aprilis 1645 in una Anconitana pro Ludovico Fattolo, proponente Rev. Patre Domino à Valle, prout alias paſſim ſimiliter ſervatum fuit, & ſervatur.*

G

347 In executione primò capiuntur mobilia, & ſemoventia. Secundo locò immobilia, *l. à Divo Pio, §. in venditione, ubi Gloſſ. & DD. ff. de re iudic.* Fenzon. *ad Statut. Urb. libro primo, cap. 139. num. quinto* Tertio verò loco capiuntur nomina Debitorum, *dicta l. à Divo Pio, §. in venditione, Galganet ad Statut. Urb. libro primo, cap. 195. num 40. & num. 50.* Quarto loco ſunt excutienda bona Fideiuſſoris, ex allegatis per Fenzon. *ad Statut. Urb. dicto c. 193. num. ſeptimo, & ſeqq.* Ultimo loco capitur perſona Debitoris, per *Gloſ. in leg. 3. §. Tutores,* ubi Bartol. *ff. de ſuſp. Tut.* Galleſ. *de obligat. Camer quæſt. 15. n. 2.* Fenzon. *ad Statut Urb. lib. 1. cap. 193. n. 3. & ſeqq.* ubi de communi, & magis communi teſtantes allegat.

348 Sed hoc non procedit, quando quis eſt obligatus in forma Cameræ, vel Guarantigiæ, nam tunc poteſt incipi à captura perſonæ, etiam nulla facta diſcuſſione bonorum & fieri etiam executio realis, & perſonalis unico contextu, Saluſt. Tiber. *in prax. lib. 1. cap. 41. n. 3. & ſeq.* Galganet. *ad Statut Urb. lib. 1. cap. 82. n. 50. & ſeq.* Zacch. *ad Galleſ. de obligat. Camer. quæſt. 15. n. 7. & nu. 11.* prout nec etiam requiritur hoc caſu aliqua excuſſio Confideiuſſorum, Rota poſt Zacch. *de obligat. Camer. dec. 118. n. 5. & num. 7* Quinimmò in obligatione Camerali admittitur variatio contra obligatos de uno ad alium, de Principali

ad Fi-

Digitized by Google

ad Fidejuſſorem, de re ad rem, & de perſona ad rem, ex al-
legatis ſupra *capit. 5. in fine verſ. Cæterum*.
349 Ex urbanitate tamen, & modeſtia executio perſona-
lis non fit contra Prælatos, Barones, & Viros illuſtres, ac
mulieres honeſtas, licet obligatio Cameralis contra
350 omnes indifferenter gaudeat † privilegio præfato, Saluſt.
Tiber. *dicto lib. 1. cap. 41. n. 4.* Zacch. ad Gallef. *de oblig. Ca-
mer. q. 55. n. 8.*
351 Cæterum, executione facta, præſumitur pro illa,
quod fuerit ritè, & rectè facta, *l. ab ea, in ſecundo reſponſo,
ff. de prob.* Surd. *dec.* 106. Rota *dec.* 293. *n.* 6. *part. 1. recent.*
352 nam actus † ſemper præſumitur factus eo modo, quo
validè fieri potuit, & debuit; & quod præceſſerint omnia,
quæ erant neceſſaria, & opportuna, *l. cum in teſtamento, §.
hac verba,* ubi Bald. *& alii, ff de Hær. inſtit* Aym. *conſ.* 52.
num. 2. verſ. ſimiliter, & n. 3. Creſcent. *deciſ. 4. num. 1. &
deciſ. 6. poſt med. verſ. tamen ad validitatem, de præſumpt.*
353 Mantic. *deciſ. 352. n. 11.* Greg. *deciſ. 282. num. 7.* & † re-
gula eſt generalis, quod ſemper in dubio ſumenda eſt in-
terpretatio pro validitate actus, *l. quoties in ſecunda, ff. de
reb. dub.* Aym. *conſ. 284. num. 6.* Seraph. *deciſ. 617. n. 10.*
Rota *deciſ. 44. n. 6. & dec. 373. n. 2. par. 1. diverſ.* adeo
quod neganti validitatem executionis, incumbat onus
probandi, Rota *dec 293. nu. 7. par. 1. recent.*
354 In caſu tamen, in quo conſtaret de bono jure, & ob id,
ſi non eſſet facta executio, eſſet omninò facienda, debet
ſuſtineri, etiamſi eſſet nulla, ad evitandos circuitus, &
parcendum ſumptibus, & expenſis litigantium, Gloſſ. *in
l. ſi finita, in princ. in verbo liberetur,* ubi Ang. *n. 1.* dicit
ſe pluries ita practicaſſe, & Alex. *num 6. & ſeqq. & alii,
ff. de damn. infect.* Dec. *conſ. 449. n. 16. & ſeqq.* Verall. *d.
deciſ. 150. nu. 10. in fin. part. 2. recent. dec. 177. nu. 1. & ſeq.
lib. 1. in correct.* Seraphin. *deciſ. 878. num 2.* & in terminis
executionis nullæ factæ contra Tertium in caſu, quo con-
ſtabat ea alia parte de bono jure, quia ille erat etiam in
forma Cameræ obligatus, executionem factam eſſe ſuſti-
nendam, fuit deciſum in Romana Uſusfructus, 5. *Iulii
1631. coram bon. mem. Pirovano*.
355 Hoc tamen procedit in vi compulſiva, prout ſi Judex
non ritè proceſſit ad executionem, & quis ab eo ita com-
pulſus metu pœnæ ſolvit, juxtà tradita per Rip. *in l. na-
turaliter, §. nihil commune, num 74. ff de acquir. poſſ.* non
autem in vi expulſiva, prout quando fuit capta poſſeſſio
vigore ſententiæ nullæ, cum præſentia Judicis, & Satel-
litum, juxtà tradita per Seraph. *dec. 371. nu.* 6. quia tunc
licet conſtaret de bono jure, ſpoliatus eſt ante omnia reſti-
tuendus, Put. *d. dec. 177. n. 1 lib. 1. in correct.* niſi conſta-
ret notoriè per ſententiam de non jure ſpoliati, quia tunc
non reſtitueretur, Put. *dict. deciſ. 177. nu 2.*
356 Secundò procedit, ſecundùm opinionem Gloſ. Angel.
& ſequacium, non autem ſecundum opinionem Caſtren-
ſis, qui vult quod Judex unico contextu revocet executio-
nem nullam, & illam incontinenti, vel ex intervallo
ſervatis ſervandis, de novo concedat, Seraphinus *dicta
dec. 878. num. 2. verſic. quod ſi*.
357 Verum, ſi conſtet de bono jure, & quod executio eſt
omninò facienda, & quod parti nulla competit defenſio,
hæc opinio Caſtr. ad nihil aliud videtur deſervire, niſi ad
protrahendas lites, & ambas partes in expenſis gravandas,
ut ſæpè experientia rerum magiſtra docuit.
358 Executio autem regulariter in bonis per Tertium poſſeſ-
ſis fieri non poteſt, nec procedi contra illum executivè,
Zacch. *de obligatione Camer. quæſt 5. n. 36.* Rota *in Ro-
mana Cenſus, 6. Martii 1645.* coram R.P.D. Peutingero,
ſed contra eum agendum eſt via ordinaria, Cavaler. *dec.
62. n. 4. & ſeq. & deciſ. 131. num. 1.* cum aliis allegatis ſu-
pra *cap. 6. litera I verſic. Nec poteſt*.
359 Sed hoc primò non procedit, quando Tertius injuſtè
poſſidet, Cavaler. *d. dec. 62. nu. 4.* & *nu. 7.*
360 Secundò non procedit, quando bona fuerunt in Ter-
tium alienata lite pendente, Saluſt. Tiber. *in prax. lib. 2.
c. 44. nu. 7.* Cavaler. *d. dec. 151. nu. 2.*
Verum in hoc recurrendum eſt ad diſtinctionem magi-
ſtralem ſupra traditam *d. cap. 6. littera I. verſ. ſed in hac
materia*, nam ibi plenè fuit dictum, an, & quando poſ-
ſit necnè contra Tertium procedi via executiva, vel agen-
dum ſit via ordinaria.
361 Denique poteſt obſervari, quod debitor, omni reme-
dio deſtitutus, poteſt perſonalem, & realem executionem
evitare, ſi habet pecunias in promptu, tradendo illas Exe-
cutori, nàm per hujuſmodi pecuniæ conſignationem ceſſat
utraque executio, ut advertit etiam Saluſt. Tiber. *dicto
lib. 1. cap. 41. nu. 9.*

S U M M A R I U M.

De Subhaſtatione, & Deliberatione Pignorum.
Cap. XV.

1 *Citatio ad videndum mandari conſignari Curſori Pigno-
ra, quæ olim erat in uſu, & ejus Formula, & Proceſſus.*
2 *Citatio, ad videndum conſignari Pignora, videtur re-
ceſſiſſe ab aula, & quare.*
3 *Citatio ad videndum mandari ſubbaſtari Pignora, &
& ejus Formula, & Proceſſus.*
4 *Mandatum de ſubbaſtando, & ejus Formula.*
5 *Curſor, ad quem ſpectat, recipit, & adnotat tres obla-
tiones à tergo mandati de ſubbaſtando, & conficit
Cedulam ſubbaſtationis.*
6 *Si ſubbaſtanda ſunt ſtabilia, affiguntur edicta ad val-
vas Depoſitariæ, & in aliis locis publicis.*
7 *Edictum pro ſubbaſtandis ſtabilibus, & ejus formula.*
8 *Si bona ſubbaſtanda ſunt in partibus, debent affigi edi-
cta etiam in locis, in quibus extant dicta bona.*
9 *Cedula ſubbaſtationis, quæ fit à Curſore quid conſtar-
re debeat.*
10 *Cedula ſubbaſtationis, & ejus formula.*
11 *Curſori pro Cedula ſubbaſtationis quid ſolvendum.*
12 *Citatio ad videndum deliberari pignora, & ejus formula,
& proceſſus, cum productione Cedulæ, & ejus Formula.*
13 *Mandatum de deliberando, & ejus formula.*
14 *Mandatum de deliberando datur Curſori, qui bona de-
liberet ultimo plus offerenti, de qua deliberatione No-
tarius actuarius conficit inſtrumentum.*
15 *Inſtrumentum deliberationis bonorum, & ejus formula.*
16 *Si pretium Curſori ſolutum ſuper creditis ejus, ad cujus
inſtantiam fuit facta ſubhaſtatio, quomodo concipian-
tur verba inſtrumenti deliberationis.*
17 *Si pretium ſolutum Curſori non ſufficiat, creditor illud re-
cipit ad bonum computum, & quietat ſine præjudicio
reſidui.*
18 *Citatio, quæ adhuc ab aliquibus fit juxta antiquum
ſtylum ad conſignandum pignora, ſeu bona curſori,
& eius formula, & proceſſus.*
19 *Mandatum de conſignando, & ſubbaſtando, & eius
Formula.*
20 *Mandatum de conſignando à quibus, & quomodo exe-
cutioni mittatur.*
21 *Hodie frequentius citatur ad videndum ſubbaſtari pigno-
ra ſeu bona in executione capta, quam ad videndum
conſignari.*
22 *In termino decem dierum ad deliberandum mobilia, &
menſis ad deliberandum ſtabilia, debitor poteſt exci-
pere, & deducere quicquid vult, poteſt, & etiam adi-
re Signaturam pro commiſſione appellationis.*
23 *Debitore mittente oblatores ad offerendum maius pre-
tium, ut poſtea impediant deliberationem, citatur
tàm oblator, quam debitor ad recipiendum, recipi-
que videndum pignora.*
24 *Citatio ad recipiendum, recipique videndum pignora,
necnon ſolvendum pretium oblatum, & eius formula,
& proceſſus.*
25 *Ultimo oblatore citato, & intimato non recipiente pi-
gnora, nec ſolvente pretium, illa deliberantur po-
ſtremo offerenti.*
26 *Citatio ad videndum conſignari pecunias in executione
captas, & eius formula, & proceſſus.*
27 *Mandatum de conſignando pecunias in executione ca-
ptas, & eius formula.*
28 *Executor virtute mandati ſolvit pecunias, recepta quie-
tantia.*
29 *Debitor aliquando ad evitandas expenſas executionis
deponit pignora in officio Notarii actuarii.*
30 *Citatio ad relaxandum pignora in officio Notarii depo-
ſita, & eius formula, & proceſſus.*
31 *Pignora conventionalia, elapſo tempore ad illa relaxandum
poſ-*

Digitized by Google

ſta, & eiuc formula, & proceſſus.

31 *Pignora conventionalia, elapſo tempore ad illa eeluendum, poſſunt ſubbaſtari ad ceeditoris inſtantiam.*

32 *Citatio ad eeluendum pignora conventionalta, & ejus formula.*

33 *Mandatum de ſubbaſtando pignora conventionalia, & eius formula.*

34 *Ad ſubbaſtationem, & deliberationem pignorum conventionalium, vel dpoſitorum proceditur, preut ad ſubbaſtationem, & deliberationem pignorum judicialium.*

35 *Pretio ex pignoribus eedacto non ſafficiente, ſit nova executio, & nova ſubbaſtatio, & deliberatio, donec integrè creditori ſatisfiat.*

36 *Citatio ad videadum taxari, & moderari expenſas, & ejus formula, & proceſſus.*

37 *Expeaſis taxatis excedentibus ſcuta viginti monetæ, non poteſt procedi ad executionem ulteriorem pro illis niſi elapſis decem diebus ad appellandum competentibus, & ſervatis quatuor terminis ad decendum de appellatione.*

38 *Expenſis taxatis ſcuta viginti monetæ non excedentibus à Decreto A.C. non datur appellatio, & ideo poteſt procedi ad ulterioeem executionem, etiam infra decem dies, quatuor terminis non ſervacis.*

39 *Haſta apud veteris quid eſſet, & quid ſignificaret.*

40 *Haſta Etruſci Corim, Sabini Curim, Romani Quirim appellabant.*

41 *Cambiebaſcon Pater Dardani & alii Reges Etruriæ, Coriti ideſt Reges nuncupati.*

42 *Metropolis Sabinorum Tatii, ac Numæ Patria unde Curec appellata.*

43 *Cortona, Metropolis Turreniæ, Coritorum ſedes, patria Dardani conditoris Troiæ. Coriti etiam nomine decorata eſt.*

44 *Romulus Quirinus, ideſt Rex, dictus fuit.*

45 *Reges haſtam in bello gerebant, & ſignanter Romulus.*

46 *Veteres ſub haſtæ Regiæ auſpiciis ex hoſtibus capta, jure Gentium, occupantium, & capientium, Regis permiſſu fieri pro comperto habuerunt.*

47 *Veteres ſub haſtæ Regiæ auctoritate res bello captas, & captivos venundabant.*

48 *Proſcriptorum bona vendendi ſub haſta, & voce præconis, cur inolevit conſuetudo.*

49 *Jus haſtæ Fiſcalis, unde proceſſerit.*

50 *Haſtæ præeſſe quid ſit.*

51 *Bona vendenda collocabantur olim ſub haſta pro ſigno poſita in publico Foro.*

52 *Corona inſtar pilei, in capite captivi poſita olim, denotabat, illum ſervum venundari prout hodie virens ramus in re vendenda poſitus eſt venalis rei ſignum.*

53 *Subbaſtare quid ſit, & quid ſubbaſtatio.*

54 *Res venales poſitæ publice ſub haſta, ſubbaſtatæ, & haſta diſtracta prædia ſic vendita dicantur.*

55 *Auctio unde dicta, & quid ſit.*

56 *Haſtam pro auctione poſuit Imperator.*

57 *Adiectiones quid ſint.*

58 *Addictiones quid ſint.*

59 *Subbaſtatio quomodo generaliter deſcribatur.*

60 *Subbaſtatio in alienatione rerum Eccleſiæ requiritur de jure Civili, ſecus de jure Canonico, & quare.*

61 *Subbaſtatio requiritur in alienatione rerum Minorum de jure Civili, ſecus de jure Canonico, & conſuetudine.*

62 *Subbaſtationis ſolemnitas hodie in alienatione rerum Minorum non eſt in uſu; ſed ſufficit, quod alienatio fiat bona fide.*

63 *Subbaſtatio in alienatione rerum Univerſitatis vel Civitatis requiritur ſi univerſitas vel Civitas habeat de hoc, legem ſeu ſtatutum particulare, alias ſecus.*

64 *In venditione publica rei requiritur præſentia officialis ipſius Communis.*

65 *Subbaſtatio requiritur in venditione rerum Fiſcalium, & bonorum debitorum Fiſci, quando Fiſcus illa vendit uti ſua.*

66 *Subbaſtatio requiritur in venditione bonorum Patrimonialium principis, & in locatione rerum Fiſcalium, & Vectigalium Fiſci.*

67 *Subbaſtatio in venditione pignoris judicialis requiritur.*

68 *Pignus judiciale quid ſit.*

69 *Pignus judiciale cur ita dicatur.*

70 *Simplex executio Mandati, ad effectum ſubbaſtationis, non conſtituit ius pignoris judicialis ad hoc ut competat ius offerendi contra commiſſum poſt executionem.*

71 *Subbaſtatio requiritur in venditione, ſeu in Adiudicatione pignoris Prætorii, & ubicumque agitur de vendenda re abſentis, aliàs adiudicatio eſt nulla.*

72 *Credito excedente valorem rei captæ in tenutam Adiudicatio poteſt ſuſtineri de æquitate ſine ſubbaſtatione.*

73 *Bonis adiudicatis in ſubſidium, ſeu datis in ſolutum prævia æſtimatione iudicis, valet adiudicatio, abſque alia ſubbaſtatione.*

74 *Valore rei adiudicatæ non excedente quantitatem debiti ſubbaſtatio non eſt neceſſaria.*

75 *Si probatur quod tempore adiudicationis res adiudicata pluris vendi per viam ſubbaſtationis non potuiſſet, ſuſtinetur adiudicatio, abſque ſubbaſtatione.*

76 *Subbaſtatio inventa fuit ad tollendas fraudes, ne res viliori pretio venderentur.*

77 *Subbaſtationis forma poteſt impleri per æquipollens; ideò re vendita iuſto pretio, & conſtito de hoc, valet venditio, ſeu datio in ſolutum, abſque alia ſubbaſtatione.*

78 *Ceſſante fraude ceſſat ſubbaſtatio, ob quam illa fuit inventa.*

79 *Pignus Prætorium acquiritur ob rei contumaciam vel ob cauſam iudicatam.*

80 *Pignus Prætorium acquiſitum ob rei contumaciam quid ſit.*

81 *Pignus Prætorium ob cauſam judicati quid ſit.*

82 *Pignus Prætorium cur ita dicitur, & in quo differat à Judiciali.*

83 *Qui virtute Mandati executivi ſe immitti curat in poſſeſſionem, niſi ſubbaſtatio ſequitur, non efficitur dominus, nec verus poſſeſſor, nec facit fructus ſuos.*

84 *Adiudicatio quid ſit.*

85 *Subbaſtatio in venditione pignoris conventionalis etiam data creditori facultate illud vendendi, requiritur, dummodo Debitor ſit in mora reluendi.*

86 *Quando adeſt obligatio Cameralis cenſetur ab initio data facultas ſubbaſtandi pignus, quæ etiam de iure tacitè ineſt.*

87 *Pignus conventionale quid ſit.*

88 *Immiſſus in Salviano, niſi velit ſatisfieri ex fructibus, poteſt devenire ad ſubbaſtationem, prævia principis licentia & non aliter.*

89 *Preces Principi porrigendæ ab immiſſo in Salviano ut devenire poſſit ad ſubbaſtationem, quid continere debeant.*

90 *Immiſſus in Salviano, qui brevi tempore poteſt fieri ex fructibus, non poteſt ad ſubbaſtationem devenire.*

91 *Immiſſus in Salviano qua ratione non poſſit ſine licentia Principis ad ſubbaſtationem procedere.*

92 *Subbaſtatio valet ſi conſtat de vero credito eius ad cuius inſtantiam ad ſubbaſtationem proceditur alias ſecus.*

93 *Subſtatio facta pro maiori ſumma, quàm ſit creditum, ſi exceſſus eſt in decreto, vel in Mandato eſt nulla in totum, etiamſi exceſſus ſit in minimo.*

94 *Subbaſtatio facta pro minori ſumma, quam ſit debitum ſuſtinetur, etiamſi in Decreto, vel Mandato fuiſſet exceſſus.*

95 *Subbaſtatio ſuſtinetur etiamſi executio ſit facta in re maioris valoris, quam ſit debitum, & quare.*

96 *Res magni valoris non poteſt pro parvo credito ſubbaſtari.*

97 *Res minus damnoſa Debitori, & cum minori illius iactura, quam fieri poſſit ſubbaſtari debet.*

98 *In ſubbaſtatione citatio partis, & poſſeſſoris, de cuius intereſſe agitur eſt neceſſaria aliàs ſubbaſtatio eſt nulla, nec ſufficit citatio generalis.*

99 *Citatio non ſolum ad videndum ſubbaſtari, ſed etiam ad videndum deliberari requiritur.*

100 *Citatio ad videndum ſubbaſtari, debet eſſe perſonalis ſed ſi citandus non reperitur, poteſt exequi domi, & ſi domus non reperitur, per Edictum.*

101 *Si agitur vigore obligationis Cameralis, citatio perſonalis non eſt neceſſaria.*

102 *Cita-*

102 *Citatio perſonalis de ſtylo Tribunalis A.C. non requiritur ſi agitur vigore obligationis Guarentigię vel alterius formæ executivæ, aut ſi non agitur de ſumma ſcuta viginti monetæ excedente.*

103 *Obligatus in Curia in forma Cameræ, ſi receſſit, non relicto Procuratore acceptante, nec electo domicilio, citatur per contradictas abſque alia citatione in partibus.*

104 *Latitans in Curia cujus domicilium non reperitur factis diligentiis citatur per affixionem.*

105 *Proceditur ad ulteriora in ſubbaſtatione, proſequendo judicium legitime cæptum quoad modum citandi, & quando opus eſt judicium legitimè inchoatur.*

106 *Si dubitatur adverſarium probare abſentiam, vel præſentiam, cautius eſt unico contextu citare per contradictas, & per diligentias, & aſſiones ſervatis ſervandis.*

107 *Decretum judicis requiritur tam in ſubbaſtatione quam in deliberatione.*

108 *Deliberatio eſt pars ſubbaſtationis, & harum una ſine altera non ſubſiſtit.*

109 *De conſenſu partium poteſt procedi ad ſubbaſtationem abſque decreto judicis, & quare.*

110 *Procurator inſtans pro ſubbaſtatione debet parte opponente, docere de legitimo Mandato procurę ne aliàs ſubbaſtatio corruat ſicut Procuratore legitimo non citato.*

111 *Subbaſtatio, ſeu deliberatio debet fieri præſente pecunia, aliàs non valet.*

112 *Subbaſtatio ſeu deliberatio ſuſtinetur, etiam non facta præſente pecunia, ſi extat conſuetudo, & de ea apparet.*

113 *De conſenſu creditoris, poteſt procedi ad ſubbaſtationem & deliberationem habita fide de pretio.*

114 *Conſenſus creditoris loco præſentis pecuniæ debet intervenire in ipſo actu deliberationis, aliàs non relevat.*

115 *Conſenſus creditoris in deliberatione non ſufficit, ſi pars pretii ſit debitori reſtituenda, nam tunc non poteſt haberi fides de pretio, niſi etiam debitor conſentiat.*

116 *Verbum, pecunia, in ſubbaſtationis materia non accipitur ſtrictè pro ea, quæ ad numerum datur ſed pro ſatisfactione etiam in bonis.*

117 *Satisfactio in bonis, ut ſuppleat defectum pecuniæ, in actum deliberationis intervenire debet, nam promiſſio nil eſt.*

118 *Debitori debet aſſignari terminus ad reluendum qui in ſubbaſtationibus rerum Eccleſiæ, & minorum eſt viginti dierum, & poteſt prorogari non minui.*

119 *Licèt in bonorum Eccleſiæ, ac minorum alienatione, non requiratur ſubbaſtatio, ſi tamen dicta bona ſint in executione capta, vel in pignus conceſſa, debeat ſubbaſtari ſaltem per 20. dies, aliàs non poſſunt diſtrahi.*

120 *In reliquis quidquid ſit in rebus Fiſci, reipublicæ, & Civitatis, terminus ad reluendum eſt Judicis arbitrarius.*

121 *Terminus ad reluendum mobilia in curia eſt decem dierum ad reluendum vero ſtabilia eſt unius menſis.*

122 *Menſis, ad effectum deliberationis eſt, ſpatium triginta dierum, & poteſt ex cauſa abbreviari.*

123 *Deliberatio novo oblatori poſt terminum, abſque nova citatione, & novo Decreto non valet.*

124 *Si poſt terminum ſuperveniat novus oblator, qui plus offerendo faciat conditionem, tàm creditoris, quàm debitoris meliorem, nec nova citatio, nec novum Decretum requiritur de ſtylo tribunalis A. C. & diſpoſitione reformationis Tribunalium Urbis.*

125 *Deliberatio debet fieri ad favorem ultimi, & majoris, oblatoris, aliàs facta minori, licèt ultimo, non valet.*

126 *Deliberatio ad favorem novi oblatoris, poſt terminum plus offerentis, non poteſt fieri, niſi intimata eo qui licitando vicerat, & quare.*

127 *Termino ad deliberandum pendente poteſt fieri melior conditio tàm debitoris, quàm creditoris plus offerendo abſque nova citatione, & Decreto.*

128 *Stylus ſeu conſuetudo, ſeu ſtatutum, ubi adeſt in materia termini ad reluendum, obſervari debet.*

129 *Terminus à Judice cum Intimatione præfixus non currit, niſi poſt diem executæ intimationis.*

130 *Intimatio debet reproduci ante expeditionem mandati, aliàs ſubbaſtatio non valet.*

131 *Debent affigi edicta in loco ſubbaſtationis, & Judicii, & etiam in partibus in loco, in quo reperiuntur bona ſubbaſtanda, & nec poteſt procedi ad ſubbaſtationem, niſi de hoc exhibita fide officiales loci.*

132 *De ſtylo Curiæ tres oblationes in ſubbaſtatione requiruntur.*

133 *Tertio, & ultimo licitatore renunciante oblationi factæ, deliberatio facta penultimo, & ſic ſecundo eſt nulla.*

134 *Tertius Licitator tenetur emere, & pretium ſolvere, nec poteſt pœnitere, niſi Reipublicæ expediat.*

135 *Tertio licitatore renunciante, ſubbaſtatio remanet cum duobus & ſic facta eſt contra ſtylum, & nulla.*

136 *Poſt omnes admittitur etiam creditor ad licitandum, & poteſt ei plus offerenti deliberari pignus.*

137 *Creditor in defectum aliorum oblatorum admittitur ad licitandum.*

138 *Si nec creditor, nec alius velit licitare, pignora pro juſto pretio poſſunt creditori adjudicari.*

139 *Bona ſubbaſtanda debent æſtimari.*

140 *Bona, quando agitur per viam oblationis, conſignantur plus offerenti abſque alia æſtimatione.*

141 *Bona majori oblatori deliberata præſumuntur pro juſto pretio.*

142 *Venditio facta ſub haſta, conſtito de læſione ultra dimidiam poteſt reſcindi.*

143 *Si non conſtat de magno exceſſu inter juſtum pretium, & illud pro quo eſt facta ſubbaſtatio, valet deliberatio abſque alia æſtimatione.*

144 *Si juſtum pretium eſt manifeſtum, adeo ut non poſſit intervenire colluſio, non requiritur in ſubbaſtatione æſtimatio.*

145 Lex, ſi quos C. de reſcind. vend. *habet locum in ſubbaſtatione publicarum functionum, & quando non adeſſet licitator, non autem in debitis privatorum niſi conſtaret de magna læſione.*

146 *Si res ſit in continuo periculo diſtractionis, vel amiſſionis, non requiritur in ſubbaſtatione æſtimatio.*

147 *Servata eſt forma mandati cum aliis de ſtylo ſervandis, ut valeat ſubbaſtatio.*

148 *In ſubbaſtatione requiritur præſentia licitantis, & quod deliberatio fiat per ſcripturam.*

149 *Subbaſtatio ſi ex cauſa neceſſaria, ſi tamen venditionis natura non alteratur, & debitor tenetur de evictione.*

150 *In materia ſubbaſtationis factum judicis reputatur factum partis.*

151 *Subbaſtatio facta contra plures, ſi eſt nulla contra unum, eſt etiam nulla contra alios in individuis, ſecus in dividuis, & n. 152.*

152 *Si mandatum poteſt exequi ſuper portione citati, ita ut non præjudicet portioni non citati, proceſſus quoad citatum valet.*

153 *In materia ſubbaſtationis ad quos in reliquis recurrendum.*

De Subhaſtatione, & deliberatione Pignorum. Par. I. Cap. XV.

FActa executione reali, olim citabatur pars adverſa 1
ad conſignandum pignora, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citator NN. ex adverſo principalis, ad videndum mandari conſignari Curſori pignora ſeu bona in executione capta, ad effectum ſubhaſtandi, & ſubhaſtari mandari, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Et obtinebatur Decretum, ut ſupra, niſi per totam. 2
Sed poſtquam ſan. mem. Urbanus Papa VIII. Depoſitariam

tariam Urbanam inſtituit, Citatio, ad videndum mandari conſignari, videtur receſſiſſe, quia executores, ſtatim facta executione tenentur, vigore Chirographi ejuſdem Sanctiſſimi ſuper erectione, & inſtitutione Depoſitariæ editi, pignora, ſeu bona Miniſtris Depoſitariæ conſignare, & ob id eam conſignatio habeatur pro ritè, & rectè facta, ut plurimum citatur tantùm, ut infrà videlicèt.

A. C. N.

3 Citetur NN. ex adverſo principalis, ad videndum
A mandari ſubhaſtari, A, pignora, ſeu bona in executione capta, & quodcunque mandatum de ſubhaſtando deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari, ad p.d. inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit & obtinuit, ut ſupra, niſi per totam Elapſa d. die, in qua fuit obtentum decretum, abſque aliqua intimatione expeditur mandatum de ſubhaſtando tenoris infraſcripti, videlicet.

4 De mandato Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. A. C. ſeu R. P. D. NN. ejus in civilibus Locumtenentis, ac ad inſtantiam NN. principalis, Tenore præſentium.

Mandatur tibi Curſori, ad quem ſpectat, quatenus, ſtatim viſis præſentibus ſub 500. ducatorum, aliiſque pœnis, &c. debeas infraſcripta bona NN. in executione capta ſubhaſtaſſe, & debitam ſubhaſtationem feciſſe, præſentibuſque &c. omninò patuiſſe, quoniam citato d. NN. Illuſtriſſ. D. ita mandavit, die NN. &c.

(*Hic adnotantur bona ſubhaſtanda, & tenor eorum &c.*)

N. Notarius.

Loco † Sigilli. N. Locumten.

5 Hoc mandatum datur Mag. Curſorum, qui illud diſtribuit per turnum Curſori, ad quem ſpectat, qui inventis tribus oblatoribus recipit, & adnotat à tergo dicti mandati eorum nomina, & cognomina, & oblationes ſingulorum, & conficit Cedulam ſubhaſtationis.

6 Quod ſi bona ſubhaſtanda ſunt ſtabilia, affiguntur edicta ad valvas Depoſitariæ Urbanæ & in aliis locis publicis Urbis, tenoris infraſcripti, videlicet.

7 D'ordine di Monſig. Illuſtriſſ. NN. & ad inſtantia di NN. ſi ſubhaſta una vigna di NN. poſta fuori di porta NN. a lato alli beni di NN. & altri ſuoi notiſſimi confini per li atti di NN. Notario di Monſignor Illuſtriſſimo Auditore della Rev. C. Apoſtolica &c. pro &c.

8 Et ſi bona ſubhaſtanda ſunt in partibus, debent etiam affigi Edicta in loco, in quo dd. bona exiſtant, aliàs ſubhaſtatio eſſet nulla, ſic diſponente Reformatione fel. rec. *Pauli V.*

9 Cedula verò ſubhaſtationis, quæ fit à Curſore, debet continere bona, quæ ſubhaſtantur, & de cujus Mandato, ac per acta cujus Notarii fiat ſubhaſtatio, & quid, & à quo fuerit oblatum cum aſſertione, quod poſt ultimum Oblatorem alius non fuit Oblator repertus.

Tenor Cedulæ ſubhaſtationis.

10 Cedula ſubhaſtationis ſextariorum quingentorum frumenti (*vel alterius rei, ſecundum facti contingentiam*) penes Depoſitariam pignorum Urbis exiſten. prout apparet ex libris ejuſdem Depoſitariæ vigore Mandati Illuſtriſſ. & Rev. Domini A. C. ſive R. P. D. N. ejus Locumtenentis, ad inſtantiam NN. contra, & adverſus NN per acta NN. ſub die NN. anni N. relaxati, & mihi infraſcripto Curſori ad effectum ſubhaſtandi mandatum ſolum directum, ut moris eſt, tenoris, videlicet.

NN. obtulit ſcuta 150. monetæ, NN. obtulit ſcut. 200. monetæ NN. obtulit ſcut. 420. monetæ Et neminem invenire potui plus offerentem.

NN. Curſor manu propria.

11 Dantur autem Curſori pro hac cedula ſubhaſtationis Bononeni duo pro quolibet ſcuto oblato ab ultimo oblatore, & quandoque minus nec ſolvitur pro integro credito, ſi pretium oblatum ad integrum ſummam debitam non aſcēdat, ſolum pro pretio à tertio, & ultimo oblatore oblato.

Expedita ſubhaſtationis Cedula, citatur pars adverſa, ut infra, videlicet.

A. C. N.

12 Citetur NN. ex adverſo principalis, ad videndum de-
B liberari *B* pignora, ſeu bona in executione capta ultimo, & plus offerenti, & quodcumque Mandatum de deliberando, & aliud neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari, ad p. d. inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Qua citatione executa, & reproducta producitur in actis Cedula ſubhaſtationis, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. facto per compulſum produxit Cedulam ſubhaſtationis bonorum, de quibus agitur, prout in folio tenoris &c. omni &c.

Et ſi bona in executione capta ſunt mobilia, obtinetur Decretum, videlicet.

NN. petiit, & data Cedula ſubhaſtationis obtinuit, ut ſupra, niſi infra decem, cum intimatione omni &c.

Si verò bona in executione capta ſunt ſtabilia, obtinetur Decretum, videlicet.

NN. petiit, & data Cedula ſubhaſtationis obtinuit, ut ſupra, niſi infra menſem, cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverſo principali qualiter D. mandavit deliberari pignora, & aliàs prout in actis, Inſtante NN. principali ſive, &c. N. Notarius.

Elapſo termino decem dierum, vel unius menſis poſt executam intimationem reſpectivè, expeditur mandatum de deliberando, abſque alia citatione, tenoris infraſcripti videlicet.

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C. ſeu R. P. 13
D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis tenore præſentium.

Mandatur tibi Curſori, ad quem ſpectat, quatenus ſtatim viſis præſentibus, ſub 500. ducatorum auri, aliiſque pœnis, &c. debeas infraſcripta bona NN. in executione capta, & per te ſubhaſtata NN. ultimo, & plus offerenti, ut moris eſt deliberaſse, pretio oblato per te recepto pretiumque ipſum d. NN. uti abati creditori, pro concurrenti quantitate ſui crediti, conſignaſse; reſiduum verò ſi quòd erit, in actis infraſcripti Notarii, ſeu penes Officialem Sacri Montis Pietatis, depoſuiſse, quia d. NN. citato, & intimato prævia dd. bonorum ſubhaſtatione, deliberatione, Illuſtriſs. D. ita mandavit, die NN. &c.

(*Hic adnotantur bona deliberanda, & tenor illorum.*)

N. Notarius.

Locus † Sigilli. N. Locumten.

Hoc mandatum expeditum datur Curſori, ad quem ſpe- 14
ctat, qui deliberat bona ſubhaſtata, ultimo, & plus offerenti, de qua deliberatione conficitur à Notario actoario Inſtrumentum publicum tenoris infraſcripti videlicet.

In Dei Nomine amen Anno, &c. 15

D. N. Sanctiſſ D. N. Papæ Curſor, mihi cognitus, cui directum eſt mandatum de deliberando ad inſtantiam NN. contra NN. per acta mei &c. die NN. ſeu &c. ſervatis ſervandis decretum, & relaxatum, quod quidem mandatum præ manibus habens mihi tradit, hic inferendum, tenoris infraſcripti videlicet; De mandato &c. (*Hic inſeratur tenor mandati.*)

Cujusquidem mandati de deliberando vigore, & virtute, ſponte, &c. ac omni meliori modo, &c. deliberavit &c. ad favorem NN. ultimi, & majoris oblatoris, &c. infraſcripta bona videlicet. (*Hic inſeratur tenor bonorum*) cum omnibus ſuis juribus &c. titulis, &c. & cauſa deliberationis hujuſmodi, ceſſit &c. d. NN. ut ſupra præſenti, &c. omnia jura, &c. nullo jure &c. Ad habendum &c. Ponens, &c. Conſtituens, &c. Dans, &c. donec, &c. conſtituit, &c.

Hanc autem deliberationem d. NN. Curſor fecit, &c. pro pretio, & pretii nomine ſcutorum NN. tantumdem per d. NN. oblatorum, quæ tunc coram me Notario, & teſtibus infraſcriptis manualiter, & incontanti habuit, & recepit à d. NN. præſente, &c. & ad ſe traxit, &c. & tracta, &c. vocavit, &c. exceptioni, &c. ſpeique &c. & generaliter, &c. ad cautelam renunciavit, &c. & quietavit, &c. cum pacto, &c. eademque ſcuta NN. monetæ, ut ſupra, habita in executionem, & juxta, d. mandati formam brevi manu ſolvit, & exburſavit ſupradicto NN. qui ad ſe dd. ſcuta NN. monetæ traxit, &c. tracta &c. vocavit &c. exceptioni, &c. ſpeique &c. & generaliter &c. ad cautelam renunciavit, &c. & quietavit, &c. cum pacto &c.

Promiſitque d. NN. Curſor hujuſmodi deliberationem ſibi facere licuiſſe, & licere, ut ſupra eſſeque, & fore bonam,

Digitized by Google

nam &c. benefactam, &c. alteri non deliberaſſe &c alienationis latiſſimè ſumpto vocabulo, nullumque alium contractum feciſſe in præiudicium præſentis inſtrumenti, & contentorum in eo, & ſi ſecus teneri, d. nomine, voluit de omni, & quacunque avictione, & defenſione generali, & particulari, in quocumque judicio, &c. litis ſuſceptione, proſecutione, liberatione, conſenſu præſtando, manutentione, & omnibus aliis clauſulis ſolitis, & conſuetis neceſſariis, & opportunis ad duplum rei evictæ, & ad omnia damna, &c. de quibus, &c.

Pro quibus, &c D. NN. ſe eiuſque hæredes, &c. ac bona, jura, &c. in ampliori forma Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ cum clauſulis ſolitis, citra, &c. obligavit, &c. appellationi, &c. renunciavit, &c. unica, &c. conſenſit, &c. & ſic tactis, &c. juravit, &c. ſuper quibus, &c. actum &c. præſentibus NN. & NN. teſtibus, ad præmiſſa omnia, &c. & ſingula vocatis, atq; rogatis &c.

16 Quod ſi pretium oblatùm, & ſolutum Curſori ſuperet creditum ejus, ad cujus inſtantiam fuit facta ſubhaſtatio, dicitur in Inſtrumento.

Ex quibus quidem ſcutis NN. monetæ, ut ſupra, habitis in executionem, & juxta d. mandati formam brevi manu ſcuta NN. ſolvit, & exburſavit, ſupradicto NN. qui ad ſe dicta ſcuta NN. monetæ traxit, &c. & tracta &c. vocavit, &c. exceptioni, &c. ſpeique &c. & generaliter, &c. ad cautelam renunciavit, &c. & quietavit, & cum pacto, &c. reliqua verò ſcuta NN. monetæ [*ſi reſiduum non excedat ſcuta quinque monetæ*] facto penes me, Notarium infraſcriptum depoſuit, ad effectum, &c. omni &c.

Vel (*ſi reſiduum excedat ſcuta quinque Monetæ*) reliqua verò ſcuta NN. deponere promiſit penes Sacrum Montem Pietatis, ad effectum &c. omni, &c.

17 Quod ſi pretium ſit minus credito, illud creditor recipit ad bonum computum ſui crediti, & quietat ſine præjudicio reſidui, omni, &c.

18 Non deſunt tamen, qui ſtylum antiquum citandi ad conſignandum adhuc obſervent, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. ex adverſo principalis, ad videndum mandari conſignari, pignora, ſeu bona in executione capta, quatenus pecuniæ inſtanti ad computum ſui crediti, quatenus verò bona, & in Depoſitaria Urbana ad effectum ſubhaſtandi, & ſubhaſtari mandari, ad p. d. inſtante NN. principali, ſive, &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi per totam, omni, &c.

19 Cujus quidem decreti vigore, tota d. die elapſa, expeditur mandatum, ut ſupra videlicet.

De mandato Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. A. C. ſive R. P. D. N. ejus in civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN principalis. Tenore præſentium mandatur tibi Executori, ad quem ſpectat, quatenus ſtatim viſis præſentibus, ſub 100. ducatorum auri aliiſque pœnis, &c. debeas pignora, ſeu bona in executione capta, & ablata, quatenus pecuniæ inſtanti ad computum ſui crediti recepta quietantia, quatenus verò bona, in Depoſitaria Urbana, ad effectum ſubhaſtandi, conſignaſſe, & conſignari feciſſe, Tibi verò Curſori, ad quem ſpectat, ſub eiſdem pœnis, mandatur viſis præſentibus, debeas eadem pignora ſeu bona, ut moris eſt ſubhaſtaſſe, & debitam ſubhaſtationem feciſſe, &c. præſentibuſque, &c. paruiſſe, quoniam citato d. NN. Illuſtriſſ. D. ita mandavit, die NN. &c.

Hic adnotandus eſt tenor bonorum ſubhaſtandorum.

N. Notarius.

Locus † Sigilli Locumten.

20 Quod quidem mandatum datur Executori, qui illius vigore pignora conſignet, facta verò conſignatione, idem mandatum datur Magiſtro Curſorum qui illud, ut ſupra, per turnum diſtribuit Curſori, ad quem ſpectat, & hic ſucceſſivè procedit, ut ſupra, ad pignorum prædictorum ſubhaſtationem, & deliberationem.

21 Frequentius tamen hodie bonis in executione captis, citatur tantum, ad videndum mandari ſubhaſtari, & expeditur tantummodo mandatum de ſubhaſtando, juxta ſuperius tradita.

Cæterum in termino 10. dierum, vel menſis deliberationis pignorum, debitor poteſt in actis proteſtari, & deducere omnes exceptiones ſibi de jure competentes, alias non oppoſitas, prout etiam ſi non fuerit factum decretum decerni, vel non fuit extenſa forma Cameræ, vel alia nullitas eſſet in mandato, vel in executione, poterit illam deducere juxta ſuperius tradita *ſub cap.* 6. *& cap.* 8. ulterius etiam poterit appellare, adire Præfectum Signaturæ pro Superſeſſoria, & Signaturam ipſam pro reſcripto, & commiſſione appellationis, nam etiam in hoc ſtatu cauſæ Signatura committet, vel non committet cauſam appellationis, prout de jure vidarit faciendum, juxta ſuperius tradita *ſub cap.* 13. & factorum contingentias. 22

Evenit aliquando, quod debitor ad impediendam deliberationem, & majorem dilationem conſequendam, poſtquam fuit in actis Cedula ſubhaſtationis cum trina oblatione de more exhibita, mittit oblatores, qui majores oblationes faciant, & deinde, procraſtinando, pretium oblatum ſolvere recuſent, idcircò ad hujuſmodi fraudes, & calumnias ſubmovendas ſolent citari tam oblator, quam etiam debitor, de cujus etiam intereſſe agitur, ut infra, videlicet. 23

A.C.N.

Citetur NN. oblator, & NN. ex adverſo principalis, ad recipiendum, recipique videndum pignora, necnon ſolvendum, ſolvique videndum pretium oblatum, aliàs videndum dicta pignora deliberari penultimo oblatori, & quodcumque mandatum deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari, ad p. d. inſtante NN. principali, ſeu &c. 24

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A.C. N.

Intimetur NN. ex adverſo principali, qualiter D. mandavit deliberari pignora penultimo offerenti, & aliàs prout in actis, Inſtante NN. principali ſive &c. 25

N. Notarius.

Elapſa prima die juridica poſt intimationem executam, niſi ultimus oblator recipiat pignora, & ſolvat pretium oblatum, illa deliberantur penultimo offerenti juxta ſuperius tradita.

Verum ſi debitor ad executionem realem, & perſonalem evitandam dederit Executori tantum pecunias pro ſolutione debiti, citetur, ut infra, videlicet. 26

A.C.N.

Citetur NN. ex adverſo principalis, ad videndum mandari conſignari inſtanti pecunias in executione captas, ad computum ſui crediti, & quodcumque mandatum de conſignando deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari, ad p. d. inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit & obtinuit, ut ſupra, niſi per totam, omni, &c.

Qua die facti decreti elapſa, expeditur mandatum de conſignando, tenoris videlicet.

De mandato Illuſtriſſ. & Reverendiſſimi D. A. C. ſive R. P. D. NN. ejus in civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis, Tenore præſentium. 27

Mandatur tibi Executori ad quem ſpectat, quatenus, ſtatim viſis præſentibus ſub 500. ducatorum, aliiſque pœnis, &c habeas pecunias NN. in executione ablatas NN. Inſtanti in ſolutum ſui crediti conſignaſſe, & conſignari feciſſe, ac præſentibus paruiſse, recepta quietantia, quia d. NN. debitore citato, Illuſtriſs. D. ita mandavit, hac die NN. &c.

N. Notarius.

Locus † Sigilli. N. Locumten.

Cujus quidem mandati virtute Executor ſolvit, & conſignat creditori pecunias, & quietantiam recipit in forma omni, &c. 28

Aliquando etiam debitor, ad evitandas expenſas executionis, deponit in Officio Notarii actuarii aliqua pignora, & tunc, ſi illa non reluit, citatur ut infra, videlicet. 29

A.C.N.

Digitized by Google

A. C. N.

30 Citetur NN. ex adverſo principalis, ad relevandum pignora in officio infraſcripti Notarii depoſita, aliàs videndum mandari conſignari in Depoſitaria Vrbana, ad effectum ſubhaſtandi, & ſubhaſtari mandari, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverſo principali qualiter D. mandavit ſubhaſtari pignora, & aliàs prout in actis, Inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Elapſa prima die juridica poſt intimationem executam expeditur Mandatum de ſubhaſtando, ut infra dicetur.

31 Non ſolum autem ad Pignorum judicialium, ut ſupra ſed etiam ad Pignorum conventionalium Subhaſtationem tam de jure, quàm de Stylo Tribunalis A. C. proceditur nam ubicumque Debitor Creditori ſuo pro ſecuritate aliquod Pignus dederit, cum termino ad illud reluendum, tunc d. termino elapſo ſive ſit Creditori data licentia illud vendendi, ſive non, ob moram ipſius Debitoris Pignus non relevantis, non poteſt illud vendere, aut ſibi propria authoritate adjudicare, ſed ſi vult de ejus credito ſatisfieri, debet ad dicti Pignoris Subhaſtationem, & Deliberationem procedere, citando Debitorem, ut infrà videlicet.

A. C. N.

32 Citetur NN. ax adverſo principalis, ad relevandum Pignora conventionalia, aliàs videndum mandari illa conſignari in Depoſitaria Vrbana ad effectum ſubhaſtandi, & ſubhaſtari mandari ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notatius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverſo principali, qualiter D. mandavit conſignari pignora conventionalia, & aliàs prout in actis, Inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Elapſa prima die juridica poſt intimationem executam expeditur Mandatum de ſubhaſtando, ut infra videlicet.

33 De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſſ. D. A. C. ſive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis Tenore præſentium,

Mandatur tibi Curſori ad quem ſpectat quatenus ſtatim viſis præſentibus, ſub 500. ducatorum auri, aliiſque pœnis, &c. debeas infraſcripta Pignora conventionalia in Depoſitaria Vrbana conſignanda (*vel infraſcripta Pignora aliàs in Officio Notarii depoſita, in Depoſitaria Urbana conſignanda*) ut moris eſt ſubhaſtaſſe, & debitam Subhaſtationem feciſſe, ac præſentibus omninò paruiſſe, &c. quoniam citato, & intimato, NN. debitore, Illuſtriſſimus Dominus ita mandavit die NN. &c.

Hic exprimendus eſt tenor Pignorum.

N. Notarius.

Locus † Sigilli. N. Locumten.

34 Et ſucceſſivè proceditur ad dd. Pignorum conventionalium, vel in Officio depoſitorum Subhaſtationem, & Deliberationem, juxta formam ſuperiùs traditam in aliis Pignoribus judicialibus.

35 Quod ſi pretium ex Pignoribus redactum non ſufficit pro ſatisfactione Creditoris, vigore Mandati, ſer. ſer. expediti, fit noua executio pro reſiduo, & proceditur ad nouam Subhaſtationem, et Deliberationem, donec creditori integrè ſatisfacto de ejus credito ſatisfiat.

Succeſſivè Creditore integrè ſatisfacto de ejus credito, citatur Pars ad videndum taxari Expenſas, ut infra videlicet.

A. C. N.

36 Citetur NN. ex adverſo Sequeſtratarius, ad videndum taxari, & moderari Expenſas, *C*, et taxatas, et moderatas ſoluendum, aliàs videndum decerni, et relaxari
C
Mandatum executivum, p. d. Inſtante NN. principali, ſiue, etc.

N. Notarius.

Executa Citatione, & exhibita liſta Expenſarum, ac facta illarum liquidatione à Notario obtinetur Decretum, videlicet.

NN petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverſo principali qualiter D. relaxavit Mandatum, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſive, &c

N. Notarius.

Et ſi Expenſæ taxatæ ſummam ſcutorum viginti excedunt, elapſis decem diebus de jure ad appellandum ab exceſſiva taxatione, poſt intimationem executam, competentibus, ac ſervatis quatuor terminis, *D.* ad docendum de Appellatione, ejuſque legitima proſecutione, primò pro prima, ſecundò pro ſecunda, tertiò pro tertia, & quartò pro quarta, & ſuperabundanti dilatione, qui obſervantur ſinguli, ad p. d. ut ſupra, *cap. 13. num 70* ſi Pars adverſa de his non docet, expeditur Mandatum pro Expenſis taxatis, & illius vigore fit executio, & proceditur ad ſubhaſtationem, & deliberationem Pignorum, donec Creditori fuerit de Expenſis taxatis ſatisfactum. 37 D 38

Cæterum ſi Expenſæ taxatæ non excedunt ſcuta viginti; quia tunc à Decreto A. C. non datur Appellatio, elapſa prima die juridica poſt executam Intimationem, expeditur Mandatum, & proceditur, ut ſupra ad executionem, & ſucceſſivè ad Subhaſtationem, & Deliberationem Pignorum, cum ideo, nec lapſus dictorum decem dierum ad appellandum nec dictorum quatuor terminorum obſervatio in hoc caſu requiratur.

Obſervationes.

A 39 HAſta apud Veteres Regiam eminentiam & authoritatem denotabat, erat enim Virga, quæ dabatur cum alicui poteſtas ſuper aliqua re tribueretur, Joan. Bello Ethymolog.

40 Illam antiqui Etruſci Corim, Sabini Curim, Latini Romani Quirim appellarunt, Ann. in Beroſ. *lib. 5. antiq.* Gloſ. *in §. ſed jus quidem Civile, in verbo à Quirino*, & ibi Aldobran. *in add. Inſt. de jur. nat. gen. & Civil*

41 Hinc Combobiaſcon Pater Dardani, & Jaſii, & alii ejus Anteceſſores & Succeſſores Reges Etruriæ, Coriti, hoc eſt Principes haſtati, ſeu ſceptro decorati, hoc eſt Reges nuncupati ſunt Beroſ. *lib. 5. antiq.* & ibi Ann. *in Comment.* cum aliis adductis à Laur. *in hiſtor. Cortonæ p. 1.*

42 Hic Sabinorum Metropolis, Tatii, ac Numæ Patria, Cures appellata.

43 Hinc Cortona Urbs, quæ Etruriæ, ſeu Tyrreniæ, olim Umbriæ vocitatæ, Metropolis fuit, Dionyſ. *lib. 1. antiq.* Roman. Steph. *in ſuo celebri tract. de Urbib.* Regia ſedes Camboblaſconis, aliorumque plurimorum Etruriæ Regum, Patria Dardani Trojæ conditoris, ubi Civitas haſtata etiam Coriti nomine decorata eſt, Sil. Ital. *de Bell. Pun. lib. 4. lib. 5. & lib. 8* Raphael. Volater *comment. Vrb. lib. 5. & lib.* 33. Pet. Marſ. *in Sil. d. lib. 4 & l. b. 5. ac lib. 8. Junian.* Maluf. *de priſc. verb propriet. in verſ. Coritum videtur*, Pancrat. *tom 2 verſ. Coritus in ſecundo*, Philipp. Ferrar. ad Calepin *verſ. Coritus, & in verſ. Coritus*, ubi Dionyſium declarat, cum aliis cumulatis à Lau. *in d. Hiſtor. Corton. par. 2.* hancque veritatem, & antiquiſſimam traditionem (*licèt Modernus quidam contrarium ſomniaverit*) omnes Antiquarii, ac Peritiores Cortonenſes in eorum libris impreſſis, & manuſcriptis, ac functionibus publicis, & privatis ſemper huculque profeſſi ſunt, & noviſſimè teſtantur Rondinell. Florentin. *in deſcrip. Corton.* & Giatt *in Hiſt Peruſ. vol. 1. lib. 2. in fin.* & non poſſe Silium de Arce Noriti loquentem, niſi de Cortona intelligi tradit etiam Jo. Bapt. Titus Caſtillanen. *in ejus diſc. hiſtor. circa med.*

44 Hinc denique Romulus Quirinus, ideſt haſtatus Princeps ſeu Rex dictus fuit, Gloſ. *in d. §. ſed jus quidem Civile, in verbo à Quirino*, & ibi Aldobr. *in addit Inſtit. de jur. nat. gen & civ.*

45 Verum quoniam Reges, & ſignanter Romulus, hanc

Haſtam

Haſtam in bello gerebant, Gloſ. *in d.§.ſed jus quidem Ci-*
46 *vile, ins. [illegible] Quirino*, tanti fecerunt † Veteres ſub hu-
jus haſtæ auſpiciis, hoc eſt armis, belloque quæſita, ex
Hoſtibus capta, ut jure gentium fierent Occupantium,
liberoſque Homines bello captos in ſervitutem Capien-
tium redigi pro comperto habuerint. *l. Naturalem in fin ff.*
de aquir. rer domin. l. 1. in fin. prin. ff. de acquir. poſſ l. Ho-
ſtes ff. de cap. & poſt. lim. reverſ. §. Item ea, Inſtit. de rer.
diverſ. quod ſanè permiſſa ac generali licentia Regis,
ſeu Principis præcedente, intelligi oportere, docuit, &
declaravit Excellentiſſimus D. Præceptor meus Ant. Me-
ren *controverſ. lib 2 cap 22. tom. 1.*
47 Igitur ſub his Regiæ authoritatis, ac Juris gentium tu-
tiſſimis ſignis, Veteres Emptoribus plus offerentibus, ab
emptione nullo periculo deterritis, res hujuſmodi bello
quæſitas, Haſta pro ſigno poſita, omniumque con-
ſenſu confirmata authoritate, venundare cœperunt,
quo modo poſterioris Aphricani Quæſtor ſubiectos haſtæ
Captivos vendidit, teſte Valer. Max. *lib 5. cap. 1. ſecun.*
antiq. impreſſ quod quidem factum Liv. *lib. 27.* & Plutar.
in vit. Scip. cum libera, & benigna Regii Adoleſcentis,
Regis Maſiniſſæ nepotis dimiſſione, ſuperiori Aphrica-
no tribuere videntur, quomodo etiam Publius Claudius
Captivos Camerinos ſuos vendidiſſe ſub Haſta affirmat
idem Valer. Max. *lib 6. cap. 5.*
48 Proinde, cum Princeps bona Proſcriptorum ſeam præ-
dam dicere auderent, Conſuetudo inolevit eadem bona
ſub Haſta, & voce Præconis vendendi, Cicer. *lib 2. offic.*
49 Hinc jus Haſtæ Fiſcalis, ideſt auctionis, quæ fit à Fi-
ſco de bonis caducis, vel commiſſis, vel obligatis, de-
ſcendit, de quo Iure agitur *in l 1. & tot. tit. C. de fid. inſtr.*
& jur. haſt. fiſc. lib 10.
50 Hinc Haſtæ præeſſe, hoc eſt forenſibus, ac privatis
expeditionibus, dixit I.C. *in l 2. §. deinde cum eſſet, ff.*
de orig. jur.
51 Ponebatur autem Haſta pro ſigno in publico Foro, &
ſub ea bona vendenda collocabantur, Feſt. *lib* 8. Cicer.
52 *lib. 2 offic.* non ſecus, † ac Mancipia, Jure Belli capta,
ſub Corona venderentur, ſi quidem Corona ad inſtar pi-
lei in capite Captivi impoſita, ſignum erat, Servum il-
lum venundari, teſte Bud. *in annot in Pandec.* prout hac
noſtra tempeſtate adhuc apud aliquos parvus virens
ramus ſuper re vendenda repoſitus, eſt ſignum rei
venalis.
53 Subhaſtare ergo nihil aliud eſt, quàm Haſtæ ſubiice-
re & per incantum publicè vendere, & præconizare, *l or-*
do, ubi Gloſ *in verbo ſubhaſtantis, C. de exe. rei judic.* & †
54 Subhaſtatio ipſa ſub haſta venditio. *l. ſi quis, C. de reſcin.*
vendit. res verò venales, ſub haſta publicè poſitæ, ſubha-
ſtatæ dicuntur, *d. l. ordo*, ubi Gloſ *in verbo ſubhaſtatis, C.*
de exec. rei judic. & haſta diſtracta prædia ſic vendita vo-
cantur *in l. fin. C. ſi prop. pub. penſit.*
55 Actio autem ab augendo, & adiiciendo appellata,
Ang. *emendat. l. 2. c. 3.* eſt pretii in Subhaſtatione adiectio,
& ita accipitur *in l ſi tempora & in l. quæcumque C. de fid.*
56 *inſtrum. & jur. haſt. fiſcal l.* 10. & † pro hujuſmodi auctione
haſtam poſuit Imperator *in d. l. ſi tempora.*
57 Adiectiones etiam ſunt licitationes, hoc eſt promiſſio-
nes Offerentium majus pretium *l. 1, C. de vendit. bonorum*
Civit. lib. 11 & l. ſi qua s authoritate, C. de omni agr deſert.
lib. 10.
58 Sed addictiones ſunt peneſ eos, qui ſub Præconis voce
licitati ſunt, repoſitiones, Cujac. *in Rab. de jur. & fil.*
haſt. fiſc. lib. 10.
59 Deſcribitur generaliter Subhaſtatio, ut ſit rei venalis
publica expoſitio, Auth. *hoc jus porrectum, C. de Sacro-*
ſanct. Eccleſ Bart. *in l. licitatio, n. 2 ff. de public.* & Vectig.
Mangil. *de Subhaſtat q 1. n. 1.* Franc. *deciſ. 54. num. 14.* Caſ.
Manen. *deciſ. 19. n* 41. Sunt autem plures caſus, in quibus
Subhaſtatio omninò requiritur &c.
60 Primò in alienatione rerum Eccleſiæ, textus eſt *in*
auth. hoc jus porrectum C. de Sacroſanct. Eccleſ. Ang. *in §.*
hoc etiam n 15. verſ. notabile, in Auth. de alien. & emphyt.
Bald. *conſ. 184. ad intelligentiam, num. 1. lib. 2. & conſ. 204.*
Longum num. 1. verſ. 2. quia, lib. 3
61 Sed hoc procedit de jure Civili, ſecus eſt de jure Ca-
nonico, quia Eccleſia hoc privilegium non acceptavit,
ſed aliam ſolemnitatem in rerum alienatione conſtituit *in*
cap ſine exceptione 12. q. 2. Bart. *in Auth hoc jus porrectum,*
n. 19. & ibi Bald. *n. 15. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Ang. *in d §.*
hoc etiam n. 13. Auth. de Alien. & Emphyt Genuen. *in Prax.*
Archiep. c. 89. n 9 Gratian. *diſcept. 479. n. 14. & n 16. & ſeq.*
cum aliis cumulatis per Mangil. *de Subhaſt. q. 29. n. 3. & ſeq.*
Secundò in alienatione rerum Minorum, *l. etſi ſine, in*
in princip ff. de minor. Ang. *in §. hoc etiam n. 31. in* Auth. *de*
alien. & emphyt Bald *conſtit. 184. n. 1 lib. 2.* Afflict. *dec 249.*
n. 2. verſ 8. & ibi Urſill. *n. . & n. 4.* Luc. Pet. *in Prax. lib. 8.*
cap. 2 n. 36. Rot. *dec 406. n 8. & ſeq. p. 4. recent* Gregor. *dec.*
485. n. 8. & 9. & plures cumulans, Mang. *de Subhaſ. q. 27. n. 1.*
Sed hoc pariter procedit de jure Civili, ſecus eſt de jure
Canonicò, & de Conſuetudine, Bald. *in Auth. hoc jus porre-*
ctum n 15. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Beltramin. ad Greg. *dec.*
485. n. 13 Rot. *dec. 446. n. 2. p. 5. rec* cum † aliis, quos latè 62
cumulat Mangill. *de Subhaſt. d q. 27. n. 3. & ſeqq.* & quod
ſolemnitas Subhaſtationis in alienatione rerum Minorum
hodie non ſit in uſu, poſt Lardech. Imol *conſ. 116. n. 2.* &
alios, tradit etiam Intrigol. *deciſ. 5. n 29.* ſufficit namque
quod fiat bona fide, Anguiſc. *conſ. 129. n. 42.* Rot. *dict. dec.*
446. n 2 p. 1. rec.
Tertiò in alienatione rerum Civitatis, ſeu Reipublicæ, 63
aut Univerſitatis, quia Civitas, ſeu univerſitas æquipara-
tur Eccleſiæ & Pupillo, ſed bona Eccleſiæ, & Pupilli non
poſſunt alienari ſine ſubhaſtatione, ergo nec bona Ci-
vitatis ſeu Reipublicæ, aut Univerſitatis, ita dicit Baldus
ſi rectè perpendatur, *conſil. 204. longum, num 1. verſ. 2. quia*
lib. 3. & de bonis Reipublicæ, & Univerſitatis tradit Ro-
lan *conſ. 99. num. 19 l. b.* 1.
Sed hoc poſſet procedere, ſi Civitas, vel Univerſitas
haberent Legem, ſeu Statutum particulare, nam alias in
rebus Civitatis non requirit Subhaſtationem, probat
text. in l Lucius, §. idem reſpondit, ff. de municip. l 1 & 2. &
l. final. in fin. ubi Gloſſa *in verbo ſtabiles, C. de vend. reb. Ci-*
vitat. lib 10. Imol. *conſ. 99. n. 7* Ruyn. *conſ. 189. n 19 lib. 5.*
Gratian. *diſcept 475. n 15.* & licet dicta jura loquantur de
rebus Civitatum, tamen ex identitate rationis idem di-
cendum eſt de rebus aliarum Univerſitatum *l. Civitas*, ubi
Gloſſa *in verbo verſæ ſunt*, & Bart. *n. 10. verſ. quæro n 11.*
ff ſi cert. pet. l. Reſpublica, ubi Bart. *n 3. C. quibus ex cauſ. Ma-*
jor. requiritur † tamen in publicæ rei venditione præſentia 64
Officialis ipſius Communis, ut tradit Bartol. *in l. 1. n. 7. C.*
de fid inſtrum haſt. & jur Fiſc. lib. 10
Quartò in venditione rerum Fiſcalium, & bonorum 65
Debitorum Fiſci, quando Fiſcus ea vendit ut ſua, *lib. 1. &*
tot. tit. C de fid. inſtr & jur haſt. Fiſc. lib 10. *l. Lucius, §. fin ff.*
ad munip. Gloſſa *in l. quicumque, in verbo licitatio, C. de*
fund. patr. lib. 11. Jaſ *conſ. 229 in princ. lib* Bald *in l 1 n. 9. &*
n. 17. C. de Hæredit. vel act. vendit. Imol. *conſ 99. n 7.* Peregr.
de jur Fiſc lib. 6. tit. 4. nu. 1. & n. 5. verſ. quarto interveniente,
Mangil. *de Subhaſt. q 34 n 2* Rota *dec. 113. n 20. p 7. rec.*
Quod procedit etiam in venditionibus rerum patrimo-
nialium Principis, Mangil. *de Subhaſt. d q. 34. n 2.* & in Lo- 66
catione rerum Fiſcalium, Gloſſa *in d. l quicumque in verbo*
licitatio, C. de fund. patrim lib. 11. Jaſon. *dict. conſil. 229 in*
princip. verſ item locat o lib. 2. & in locatione Vectigalium
Fiſci, *l. penes C Vectig. & commiſ. locatio in princip. ff. de Pu-*
blic. & Jaſon. *dict. conſil. 229 in princ. in verſ. item locatio,*
latè Mangil. *de Subhaſt. d q. 34. n. 4. & ſeqq. & n. 8.*
Quintò in venditione Pignoris Iudicialis *l. ordo, C. de exe-* 67
cut. rei judic. lib 1. & l. final C de fid. inſtrum & jur haſt. Fiſc.
lib. 10. Galleſ. *de oblig. Camer q 37 n 29* Saluſt. Tib. *in Prax.*
lib. 1 cap. 42. n. 1. & ſeqq. Mangil. *de Subhaſt. q 21. n. 1. & ſeq.*
Eſt autem Pignus judiciale illud, quod fuit captum per 68
Executores in executionem mandati executivi, vel rei ju-
dicatæ. & ſic in cauſam judicati extra ordinem, juxta tex-
tum *in l ſi Pignora, ff. de evict.* & juxta Praxim ſupra rela-
tum, quam tradit etiam Saluſt. Tib *d lib 1. cap. 41. nu 6. &*
ſeq. Suar. *in l poſt rem judicatam ad declarat. Legis Regni in §.*
ulterius, n. 1. ff. de re judic. Menoch. *de recuper. remed. 12. n.*
58. Duran *dec. 364. n. 29.*
Et dicitur judiciale, quia licèt ex Prætoris hoc eſt Judi- 69
cis juſſu proveniat, unde etiam aliquando Prætorii appel-
latione continetur, *ut in lib. 1. C de Prætor. pign.*
non tamen ex Edicto Prætoris, ſed per Officiales Curiæ
pro executione judicati extra ordinem capitur, *dict leg. ſi*
pignora ff. de evict. Cujac *obſervat lib. 5. cap. 30.*
Per ſimplicem tamen Mandati executionem ad effe- 70
ctum

Digitized by Google

ctum Subhaſtationis factam, niſi ſit ſubſecuta immiſſio, non poteſt dici conſtitutum jus pignoris judicialis, ita, & taliter, quod habeat vim immiſſionis ad effectum, ut competat jus offerendi, quod non competit, niſi Creditoribus habentibus hypothecam contra alium, poſt d. executionem factam, immiſſum, ut tradit Seraph. *dec.937. n.1. & ſeqq.*

71 Sextò in venditione, ſeu adjudicatione Pignoris Prætorii, Salic. *in l. ordo, in primo notab. num. 2.* & ibi, Bald. *n.4. verſ. ſed tu ulterius nota*, ubi, quod Subhaſtatio requiritur, ubicumque agitur de vendenda re Abſentis, *C. de execut. rei judic.* & quod Subhaſtatio debeat ſemper præcedere adjudicationem, alias adjudicatio non valeat, eſt text. *in leg. 1. & 2.* ubi Bart. *C. de fid. iaſtrum. & jur. haſt. fiſc. lib.10.* & tradit Put. *deciſ. 252. n.1. & deciſ. 283. n.5. lib. 2.* Seraph. *deciſ. 984. num. 1.* Mangil. *de Subhaſtat quæſt. 193. num. 1.* Rota *poſt eumdem* Mangil. *dec. 18. n.5. & ſeq. verſ. ſecus autem* Cavaler. *dec. 364. n.5.*

72 Sed hoc primò non procedit, quando creditum excedit valorem rei captæ in tenutam, ſeu adiudicatæ, tunc enim adiudicatio de æquitate poteſt ſuſtineri, Seraph. *dec. 358. num. 1. & dec. 984. num. 5. & dec. 1005. n.1.* Cavaler. *dec. 564. n.6.*

73 Secundò non procedit, quando bona fuerunt in ſubſidium adiudicata, ſeu data in ſolutum prævia æſtimatione Judicis *l.1.* ubi Salic. *C. ſi in cauſis iudic.* Afflict. *dec. 358. n.5. verſ. quarta ratio*, Rota poſt Mangil. *dict. deciſ. 18. num. 4. & num. 6.*

74 Tertiò non procedit, quando rei adiudicatæ valor non excedit quantitatem debiti, Cavaler. *deciſ. 564. num. 6.*

75 Quartò non procedit, quando deindè probatur, quod tempore adiudicationis res adiudicata etiam per viam ſubhaſtationis pluris vendi non potuiſſet, quia hoc caſu ſortat æquitas pro illius validitate, Put. *d. dec. 252. n.7. & ſeq. & dec. 273. n.3. l.2.*

76 Nam Subhaſtatio ſuit inventa ad fraudes evitandas ne res in debitoris detrimentum viliori pretio venderentur, *leg. ſi quos, C. de reſcind. vend.* Fenzon. *ad Stat. Urb. lib. 2. capit. 594. num. 70.* Gratian. *diſcept. 479. num. 20. & ſeq.* Mangil. *de Subhaſt. quæſt. 74. num. 8.* Cæſ. Manen. *deciſ. 19. num. 42. & ſeqq.* Put. *d.*
77 *dec. 252. n.7. lib. 2.* Seraph. *dec. 358. num. 2.* ideò † illius forma poteſt adimpleri per æquipollens, & ſi res vendita fuit, vel data in ſolutum pro iuſto pretio, valet venditio, ſeu datio, ſi hoc deinde probetur, *leg. fin. §. fin. ff. mand.* Mandoſ. ad Roman. *conſ. 433. ſub lit. A.* Caſſad. *deciſ. 2. num. 2. de judic.* cum aliis cumulatis per Fenzon. *ad Stat. Urb. dict. lib. 1. cap. 194. n.71.* Put.
78 *d. dec. 252. lib. 2.* et ceſſante † fraude debet etiam ceſſare forma Subhaſtationis, quæ ob illam inventa fuit, Gratian. *d. diſcept. 479. n.21.*

79 Acquiritur autem pignus prætorium dupliciter, videlicet ob Rei contumaciam, & ob cauſam judicati.

80 Primo modo deſcribitur, ut ſit illud, quod datur per Judicem in contumaciam Rei ex primo decreto, ſecuta tamen immiſſione, *l. non eſt mirum, §. ſciendum*, ubi Bart. & Caſtren. *n.2. ff. de pignor. act. lib. 3. C. qui pot. in pignor. hab. lib. 1. C. de præt. pignor.* Alex. *conſ. 53. num. 5. lib. 5.* Menoch. *de recup. remed. 12. n.12.* Fenzon. *ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 194. n.2. & n.13.* Duran. *dec. 364. n.35.*

81 Secundo modo deſcribitur, ut ſit illud, quod datur per Judicem ex primo decreto, in vim rei iudicatæ, ſeu mandati executivi, ſecuta tamen immiſſione, ut ſupra, *l. non mirum ff. de pig. act.* Cuiac. *in rub. C. ſi in cauſ. jud.* Duran. *d. deciſ. 364 n.35. n.48. & ſeq.*

82 Et dicitur prætorium, quia non tantùm Prætoris iuſſu, prout illud, quod rei iudicatæ exequendæ cauſa, ut ſupra, per executores fit, ſed etiam ex ipſius Prætoris Edicto, hoc eſt de Jure Prætorio conſtituitur, *l.3. C. ut in poſſ. legat. l.3. §.1. ff. de reb. cor. §. non eſt mirum, ff. de pig. act.* Joan. Calvin. *Lexic. iur. in verbo Pignus prætorium, & in verbo Prætoriam autem.*

83 Cæterum, qui vigore mandati executivi ſe in poſſeſſionem immittendum curat, parum providè ſibi conſuluit, nam niſi ſubhaſtatio ſequatur, non efficitur dominus nec fructus ſuos facit, quinimò quicquid dixerit Galleſ. nec etiam verus poſſeſſor, ſed tantum detentor efficitur *l.1. §.1. ff. de reb. cor.* Saluſt. Tiber. *in Prax. l.1. c.44. n.6.* ubi de veriori, & receptiori, poſt Neguſan. *de pig. p.3. memb.2. n.6. verſ. amplia*, Magon. *dec.* Lucen. *97. n.7. & ſeq.* Duran. *d. dec. 364. n.48. & ſeq.*

84 Adiudicatio verò eſt iudicio peracto rei, de qua agitur, Actori addictio; *leg. fin. C. ſi in cauſa iud.* Alciat. *in l. aliud eſt, §. inter mulctam, in verbo adiudicatio, num. 8. ff. de verbor. ſign.* Fenzon. *ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 194. num. 14.*

85 Septimò in venditione pignoris conventionalis, *l. fin.* ubi Bald. *num. 2. C. de iur. dominii impetr.* Mangil. *de Subhaſt. quæſt. 160. n.4.* præſertim de conſuetudine, Duran. *deciſ. 445. n.80.* & ita practicatur in Tribunali A.C. Saluſt. Tiber. *in Prax. lib. 1. cap. 42. n.3 & ſeq. & num. 16. & 19.* Duran. *d. deciſ. 344. n.81.* Quod procedit etiam ſi data ſit creditori facultas illud vendendi; nam adhuc Subhaſtatio eſt neceſſaria, Parte citata, Saluſt. Tiber. *dict. lib. 1. cap. 44. num. 6. verſ. cæterum*, Mangil. *de Subhaſtat. quæſt. 160. num. 14.* Afflict. *deciſ. 358. num. 3. in fin. & num. 4.* dummodo ſit elapſum tempus ad pignus reluendum, & ſic Debitor ſit in mora, Saluſt. Tiber. *dict. lib. 1. cap. 42. numer. 18. & ſeqq.* poſt Neguſan. *de pig. met. 6. memb. 1. numer. 10. in fin. & numer. 11.*

86 Quinimò, quando adeſt obligatio Cameralis, cenſetur ab initio data facultas ſubhaſtandi pignus, quæ nihilominus etiam de jure tacitè inerat, Duran. *deciſ. 445. num. 83.* Parte tamen ſemper citata, ex præallegatis.

87 Eſt autem pignus conventionale, ut ex præmiſſis patet, illud, quod ex Partium conventione expreſſa, vel tacita quæritur, & conſtituitur, *l.5. ff. de pig. act. l.5. C. de præt. pig.* Joan. Calvin. *Lexic. iur. in verbo Pignus conventionale* Fenzon. *ad Stat. Urb. lib. 5. c. 194. num. 13. verſ. ſed conventionale.*

88 Octavò in actione reali, quando quis fuit immiſſus iure pignoris in Salviano, niſi quia velit potiùs, iure pignoris poſſidendo, ex fructibus ſatisfieri, ſed in hoc caſu non poteſt deveniri ad ſubhaſtationem, & deliberationem, niſi prævia Principis licentia, Paciſ. *de Salv. inſpec. 4 c.1. n.14.* Mangil. *de Subhaſt. q. 126. num. 14.* Seraph. *dec. 1100. n.1. & ſeq.* Rot. *deciſ. 161. n.13. p.6. rec. & in Romana Dotis Mercurii 4. Junii 1635. cor. bo. mem. Pirovano.*

89 Preces verò Principi porrigendæ, prout ex formula, inferius *p. 2. c. 6* ponenda, apparebit, continere debent, Immiſſum in Salviano non poſſe ſibi ex fructibus, niſi poſt decem annos, ſatisfacere, & quod ideo ſupplicatur committi eidem Judici, ut, præfixo debitori competenti termino ad reluendum d. pignus, eo elapſo, & pignore non redempto, ad illius ſubhaſtationem, & deliberationem plus Offerenti procedat, Mangil. *de Subhaſt. d. q. 126. n.14. & q. 200. n.3.* Paciſ. *de Sal. d. Inſp. 4. c.1. n.144.* Rota *in Romana Nullitatis Deliberationis, 6. Junii 1642. cor. R.P.D. Ghiſileio.* Et ita quotidie obſervat Praxis, & Curia, dum huiuſmodi preces porriguntur in Signatura Sanctiſſimi.

90 Cæterum ſi infra breve temporis ſpatium Creditor poteſt ex fructibus pignoris ſatisfieri ad Subhaſtationem deveniri minimè poteſt, Buratt. *dec. 627. n.10.*

91 Ratio verò, cur immiſſus in Salviano non poſſit ſine Principis licentia ad ſubhaſtationem procedere, illa eſt, nam, quicquid dixerit Covar. ſententia lata in Salviano impedit tranſitum de iudicio ordinario ſummario ad executivum, & repugnat natura Salviani, in quo conceditur immiſſio tantum cauſa pignoris, ut Creditor ſibi ex fructibus ſatisfaciat, Rot. *d. dec. 161. n.12. & ſeq. par. 6. recent.*

Ad validitatem autem Subhaſtationis multa requiruntur, &

92 Primò requiritur, quod conſtet de vero credito ejus, ad cuius inſtantiam proceditur ad Subhaſtationem, *l. qui accuſare, C. de eden.* Oſaſc. *dec. 109. n.4. verſ. 3.* Rot. *deciſ. 476. num. 4. part. 2. rec.* aliàs ſubhaſtatio eſt nulla, Rot. *deciſ. 36. num. 15 part. 5. recent.*

93 Unde inferri poteſt, quod Subhaſtatio facta pro majori ſumma, quam ſit creditum, ſi exceſſus ſit in decreto vel in mandato, eſt nulla in totum, tamquàm proveniens ex radice infecta, Bart. *in l. ſi non ſortem, §. ſi centum n. 6. & ibi* Jaſ. *nu. 2. ff. de cond. indeb.* Put. *dec. 323. n. 1. & ſeqq. lib. 1.* Rot. *dec. 33. nu. 6. par. 2. diverſ. & dec. 545. nu. 6. & dec 630. nu. 3. part. 2. & dec. 361. n. 1. par 5. rec.* Greg. *dec. 319. nu. 3. & deciſ. 373. n. 2.* Duran. *dec 30. nu. 4.* Buratt. *dec. 9. nu. 2. & ſeqq.* etiam ſi exceſſus ſit in minimo, Rot. *dec. 296. nu. 6. p. 3. & dec. 165. n. 4. part. 4. recent.* Greg. *dec. 198. num. 1. & ibi* Beltram. *lit. A.* Ferentil. ad Burat. *dec. 91. n. 4.* ubi alias deciſiones cumulat.

94 Sed hoc Primò non procedit, quando Subhaſtatio fuit facta pro minori ſumma quàm ſit debitum, Rot. *dec. 165. nu. 4. verſ. dicitur, p. 4. recent.*

95 Secundò non procedit quando exceſſus eſſet tantum in executione, quia fuit facta in re majoris valoris ipſius debiti, etenim illud plus reſtituitur Debitori, Bald. *in l. fin. nu. 4. verſ. & non plus, C. de jur. domin. impetr.* Mandoſ. ad Roman. *conſ. 454. ſub lit. T. verſ. tunc autem, ubi in fin.* de receptiori opinione teſtatur, Beltra. ad Greg. 198. *n. 1. verſ. ſicut autem,* Afflict. *dec. 218. n. 2.* Rot. *dec. 545. nu. 6. p. 2. recent.* Buratt. *dec. 49. nu. 13.* & ibi Ferentill. *lit. A.* alias deciſiones cumulat *& dec. 91. nu. 3. & ibi* Ferentill. *lit. A. n. 5.*

96 In quo tamen animadvertendum eſt non poſſe ſubhaſtari rem magni valoris pro parvo credito, *l. magis puto, §. non paſſim, & §. item Prætor. ff. de rebus eorum, l. 2. & l. ſi quis, C. de reſcind. vend.* Saluſt. Tib. *in Prax. libr. 1. cap. 42. nu. 15.* ubi ita vidiſſe obſervari, teſtatur,

97 Galgagnet. *ad Stat. Urb lib. 1. cap. 191. in prin.* ubi † quod pro parvo debito debet ſubhaſtari res minus damnoſa debitori, Galleſ. *de oblig. Cam quæſt. 37. n. 29.* ubi quod in hoc humaniter eſt procedendum, cum minori quàm fieri poſſit Debitoris jactura, Mangil. *de Subbaſt. quæſt. 17. numer. 1,* Cavaler. *deciſ. 585. numer. 4.* Buratt. *deciſ. 627. num. 9.*

98 Secundò requiritur citatio Partis, *l. Creditor in ſecunda, C. de diſtract. pig. l. de unoquoq. ff. de re jud.* Rolan. *conſ. 32. n. 30. lib. 1.* Saluſt. Tiber. *in Prax. lib. 1. cap. 42. num. 1. & ſeqq. & cap. 44. num. 6.* Mangil. *de Subbaſt. quæſt. 183. num. 1.* Afflict. *deciſ. 358. num. 3.* Rot. *deciſ. 476. n. 4. p. 2. recent. & poſt* Mangil. *de Subbaſt. dec. 3. n. 8.* Greg. *dec. 319. n. 1.* Burat. *dec. 703. n. 1,* aliàs Parte non citata, ſubhaſtatio eſt nulla, Mangil. *d. q. 183. n. 1.* Rot. *dec. 594. n. 2. p. 4. recent.* Buratt. *d. dec. 703. in princ.* propter etiam non citato poſſeſſore, de cujus intereſſe agitur, Mangil. *de Subbaſt. q. 4. n. 3.* ubi quod non ſufficit citatio generalis, Burat *dec. 614. n. 1.*

99 Et non ſolum requiritur citatio ad videndum ſubhaſtari *ex præallegatis*, ſed etiam ad videndum deliberari Pignora, ſeu bona, ultimo, & plus Offerenti, Saluſt. Tib. *in Prax. lib. 1. c. 43. n. 1. & ſeqq.* Greg. *dec. 426. num. 1.* Buratt. *d. dec. 703. n. 1.* Mangil. *de Subbaſt. qu. 147. num. 10.*

100 Citatio autem debet eſſe perſonalis, & ſi Citandus non poteſt inveniri debet exequi domi dimiſſa copia, quod ſi domum non habet, citari debet per Edictum, prout in terminis ſubhaſtationis tradit Bald. *in l. fin. n. 3. C. de jur. domin. impetr.*

101 Sed hoc non procedit, quando fuit actum vigore obligationis Cameralis, nam tunc citatio perſonalis non requiritur, Zacch. ad Galleſ. *de oblig. Camer. q. 27. nu. 13.* Saluſt. Tib. *lib. 1. cap. 51. nu. 1.* cum aliis allegatis ſupra *cap. 3. ſub litt. B. verſ. hoc tamen non procedit, n. 28. & ſeqq.*

102 Et hoc de Stylo Tribunali A.C. vindicat ſibi locum etiam quando fuit actum contra Obligatum in forma Guarentigiæ, aut ſub aliis formulis executivis, necnon etiam in cauſis ordinariis, in quibus de majori ſumma, quàm viginti ducatorum non agitur, ſic etiam diſponentibus ejuſdem A.C. facultatibus, Greg. XIV. *in Conſt. Ad Generis, ſub n. 11. impreſſ.* poſt Saluſt. Tib. *in Prax. lib. 4.* Paul. V. *in conſt. 28. Eximiæ, n. 11.* & ita quotidie obſervat Praxis.

103 Cæterum quòd dicitur, eum, qui domum non habet, citandum eſſe per Edictum, recipit declarationem, nam ſi quis ſe in Curia in forma Cameræ obligaverit, & receſſerit, non relicto Procuratore acceptante in actis, nec electo domicilio, ubi citari vellet, proceditur contra eum per Contradictas, abſque alia citatione perſonali, aut domi dimiſſa copia in partibus, in quibus degit, ex allegatis ſupra *d. c. 3. ſub lit. B. verſ. hoc tamen.*

Si verò quis degit in Curia, ſed latitat, nec ejus Domicilium reperitur, fiunt ſolitæ diligentiæ de illo reperiendo, & ſi non reperiatur, proceditur contra eum per affixionem, juxtà ſuperiùs tradita *ſub cap. 4. litt. E. num. 11.* 104

Ex quibus infertur, quod ſi judicium fuit cæptum per contradictas, vel per diligentias, & ſucceſſivè per affixionem, ut ſuprà vel aliàs legitimè, juxta ſuos caſus, proceditur ad ulteriora in ſubhaſtatione, proſequendo judicium eodem modo, & forma, quibus fuit legitimè cæptum: ſi verò judicium non fuit cæptum, inchoatur legitimè, ut ſupra, prout caſus contingentia requirit. 105

Hic tamen obiter eſt obſervandum, quod quando dubitatur, nè debitor in forma Cameræ obligatus, aut alia Pars adverſa probet abſentiam, ut præſentiam, cautiuſerit illum citare unico contextu per contradictas ac etiam per diligentias, & affixionem, nam hoc caſu, ſivè fuerit abſens, ſive præſens in Curia, utroque modo judicium remanebit validum, & ad nihilum illi proderit, præſentiam, vel abſentiam allegare, aut probare, & ita à magis Cautis ſæpiùs obſervari vidi, & ipſe obſervavi aliquando. 106

Tertiò requiritur decretum Judicis, *leg. 2.* ubi DD. *C. ſi in cauſ. judic. pign. capt. ſit,* Saluſt. Tiber. *dict. lib. 1. cap. 42. num. 1.* Galleſ. *de obligat. Camer. quæſt. 37. num. 31.* Rot. *deciſ. 476. num. 4. part. 2. recent.* & poſt Mangil. *de Subbaſtat. deciſ. 3. num. 8.* non ſolum in ſubhaſtatione, ſed etiam in deliberatione, Saluſt. Tiber. *dict. lib. 1. cap. 43 num. 1.* Galleſ. *de obligat. Camer. d. qu. 37. num. 3.* Buratt. *deciſ. 703. num. 1. & num. 3.* Deliberatio † etenim eſt pars Subhaſtationis, & complementum, & ſicut ſine ea Subhaſtatio non eſt perfecta. Mangil. *de Subbaſtat. quæſt. 68. num. 24.* ita illa nulla exiſtente, tota Subhaſtatio corruit, Buratt. *dict. deciſ. 703. num. 1. & ſeqq.* ſed † hoc non procedit Parte conſentiente, tunc enim poteſt procedi ad Subhaſtationem ſine alio decreto, Rot *deciſ. 165. num. 2. part. 4. recent.* nàm regulariter ſolemnitates Subhaſtationum ſupplentur per conſenſum Partis, Rot. poſt Zacch. *de obligat. Camer. deciſ. 13. num. 5.* 107 108 109

Quartò requiritur, quod ſi Procurator inſtat pro Subhaſtatione, Parte opponente, doceat de legitimo mandato procuræ, Rot. *d. dec. 476. num. 4. part. 2. recent.* & poſt Mangil. *de Subbaſt. dec. 3. num. 3.* adeo quod, de mandato procuræ non docto, tunc corruat Subhaſtatio, Rot. poſt Mangil. *d. dec. 3. n. 3.* ſicut Procuratore legitimo non citato Greg. *dec. 373. n. 1.* 110

Quintò requiritur quod Subhaſtatio, ſeu Deliberatio fiat præſente pecunia, alias enim eſt nulla, cum nec Executor, nec Judex poſſit habere fidem in hoc caſu de pretio, *l. à Divo Pio, §. ſed ſi Emptor, ff. de re jud.* Bart. *in leg. 1. num. 5. C. de fid. inſtrum. & jur. haſt. Fiſc lib. 10.* Papien. *in Prax. tit. execut. ſent. in §. Publico Nuncio, num. 6. verſ. poſt hæc* Mangil. qui alios cumulat. *de Subbaſtat. quæſt. 115. num. 1.* Rot. *deciſ. 464. num. 1. part. 3. & deciſ. 507. num. 5. part. 3. & deciſ. 421. num. 12. part. 5. rec.* Greg. *deciſ. 23. num. 1.* & ibi Beltramin. *ſub lit. A. & dec. 28. n. 3. & dec. 319. num. 4.* Duran. *dec. 257 n. 10. & ſeq.* 111

Sed hoc primò non procedit, ſi aliter obſervet Conſuetudo regionis, in qua fit Subhaſtatio, quæ tamen Cõſuetudo eſt probanda, Beltramin. ad Greg. *dec. 23. n. 7.* 112

Secundò non procedit, quando hæc ſolemnitas fuit remiſſa ab eo, ad cujus inſtantiam fit Subhaſtatio, nam de conſenſu ipſius Creditoris poteſt procedi ad Subhaſtationem, & Deliberationem habita fide de pretio, Rot. *deciſ. 464. num. 1. part. 2. & deciſ. 232. num. 4. & deciſ. 284. num. 2. & deciſ. 507. num. 3. part. 3. & deciſ. 421. n. 13. & ſeq. part. 5. recent.* Greg. *deciſ. 430. n. 4.* Beltram. ad Greg. *deciſ. 23. num. 5. & ſeq.* Duran. *deciſ. 257. n. 12.* 113

Quæ

Digitized by Google

114 Quæ quidem fallentia declaratur Primò, ut cum habeat, quando hujuſmodi Creditoris conſenſus intervenit in ipſo actu Deliberationis, loco, & vice præſentis pecuniæ, prout requiritur ad hoc ut tunc Debitor liberetur, nam alias non ſuffragatur, Beltramin. ad Gregor. *d.deciſ.*23.*n.*6. Duran. *d.dec.*157.*n.*13. cum aliis præallegatis.

115 Declaratur Secundò, ut locum habeat, quando agitur ſolum de intereſſe Creditoris, quia totum pretium illi debetur, ſecus ſi pretium ex parte ſit Debitori reſtituendum, tunc enim non poteſt haberi fides de pretio, niſi etiam Debitor conſentiat, quia militat eadem ratio in Debitore, quæ in Creditore, ut ad ſenſum patet, Duran. *d. dec.*257. *n.*14.

116 Tertiò non procedit, quando fuit alias in bonis de pretio ſatisfactum, nam verbum pecunia in materia Subhaſtationis non accipitur ita ſtrictè pro ea, quæ ad numerum datur, ſed pro ſatisfactione, *l.*4.*§.ait Prætor, & §.condemnatum, in fine verſ. ſolviſſe ff. de re iud.* Mangil. *de Subbaſt.q.*115.*n.*6. Greg. *dec.*28.*n.*1. Rot. *dec.*332.*n.*4.*p.*3.*rec.*

117 Sed hæc ſatisfactio debet intervenire in actu Deliberationis, nam promiſſio de tradendo, aut de accoiando, ſeu ſolvendo nihil eſt, Greg. *deciſ.*28. *n.*1. *& ſeq.* Mangil. *de Subbaſt.q.*115. *n.* 7.

118 Sextò requiritur, quod Debitori affigetur terminus ad reluendum pignus, qui quidem terminus in Subhaſtationibus rerum Eccleſiæ, & Minorum eſt viginti dierum, Auth. *hoc ius porrectum, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Rolan. *conſ.*33. *num.*14. *lib.*1. Gregor. *dec.*485. *num.* 9. Rot. *dec.*406. *num.*3. *part.*4. *et dec.*113. *num.*17. *part.* 7. *recent.* Et hic terminus poteſt à Judice prorogari, ſed non minui, Mangil. *de Subbaſt. quæſt.* 10. *num.* 7. *& ſeq.* Rot. *d. deciſ.*113. *n.*19. *part.*7. *recent.* & poſt Mangil. *de Subbaſt. dec.*106. *num.*7. *verſ. alterius*, ibi *quam etiam*.

119 Et licèt veriùs ſit, in alienatione bonorum Minorum non requiri Subhaſtationem, quinimò illam, nec de jure Canonico in alienatione rerum Eccleſiæ eſſe neceſſariam, *ex allegatis ſupra verſ. ſed hoc procedit, de iure Civili, & verſ. ſed hoc pariter procedit, de iure Civili num.*6. *& ſeqq.* nihilominus ſi bona Minorum, aut Eccleſiæ fuerint in executione capta, vel aliàs in Pignus conceſſa, non poterunt diſtrahi, niſi ſaltem per viginti dies ſubhaſtentur, *ex præallegatis*.

120 In reliquis verò quidquid ſit in rebus Fiſci, Reipublicæ, & Civitatis, de jure communi terminus ad relevandum eſt Judici arbitrarius, Rolan. *d.conſ.*33. *num.* 14. *lib.*1. cum aliis cumulatis per Mangil. *de Subbaſt. quæſt.*10. *num.*3. *& ſeq.* ubi de receptiori DD. opinione teſtatur.

121 Verumtamen in Curia iſte terminus eſt à Stylo, & à Conſuetudine definitus, nam ad reluendum mobilia aſſignantur decem dies, Judex enim mandat illa deliberari, niſi infra decem cum intimatione, Saluſt. Tiber. *lib.* 1. *cap.*42. *num.* *n.* Buratt. *deciſ.* 703. *in princ.* ad reluendum verò ſtabilia aſſignantur triginta dies, nam Judex mandat ea deliberari, niſi infra menſem cum intimatione, Saluſt. Tiber. *dict. lib.*1. *cap.* 43. *n.*2. Galleſ. *de oblig. Camer. quæſt.*37. *n.*31. Buratt. *dec.* 574. *n.*9. *& dict. dec.*703. *in princ.* Rot. *dec.* 113. *n.* 15. *p.*7. *recent.* & poſt Mangil. *de Subbaſt. dec.*106. *n.*7.

122 Menſis etenim, ad effectum, de quo agitur, pro ſpatio triginta dierum currentium in Tribunal A. C. accipitur Galleſ. *de oblig. Cam. q.*37. *n.*31. Saluſt. Tiber. *d. lib.*1. *c.*43. *n.*5. *& ſeq. & n.*12. ubi quod ex cauſa poteſt iſte terminus à Judice abbreviari.

123 Deliberatio autem facta novo Oblatori, poſt menſem, vel poſt decem dies reſpectivè, ut ſupra, ſine nova Citatione, & novo Decreto, eſt ipſo jure nulla, Buratt. *dec.*786. *n.*1.

124 Sed hoc vigore Styli Tribunalis A.C. & reformationis *fel. me.* Pauli V. *quæ eſt ejus conſt.*71. *Univerſi agri*, *in §.* Baroncelli, *verſ. ad hæc in Pignorum ſubbaſtionibus* non procedit, quando poſt terminum in Deliberatione præfixum ſupervenit novus Oblator, qui plus offerendo fecit abſque difficultatem meliorem conditionem tam debitoris, quàm Creditoris, nam tunc non eſt nova Citatio, nec novum Decretum neceſſarium, cum eorum conditio melior etiam ipſis invitis, & ignorantibus, fieri poſſit, Buratt. *d. deciſ.*786. *num.*2. *& ſeq.* & ibi Ferentil. *ſub num.*9. alias deciſiones cumulat.

125 Debet pernecеſſe deliberatio fieri ad favorem ultimi & majoris Oblatoris, Buratt. *deciſ.* 891. *n.*1. aliàs facta minori Oblatori, licèt ultimo, eſt nulla, Buratt. *deciſ.*735. *num.*1.

126 Et quando poſt terminum decem dierum, aut menſis ſupervenit novus Oblator plus offerens, non debet ei fieri Deliberatio, niſi priùs intimato eo, qui antea licitando vicerat, ut poſſit iterum, ſi velit, per totam ſequentem diem magis offerre, alioquin deliberatio ei, ad cujus favorem ſacta eſt, non ſuffragaretur, Paul. V. *in reform. Trib. Urb. quæ eſt dict. eius conſt.*71. *Univerſi agri*, *in §.* Baroncelli, *verſ. ad hæc in Pignorum*.

Sed hoc non procedit quando deliberatio fuit facta plus Offerenti ſer. ſer. & dum nullus alius comparuit Oblator, quia tunc d. intimatio non requiritur, præſertim hodie, quia quando fiunt deliberationes in Depoſitaria, Oblatores ſunt ibi præſentes, ut cavetur in conſtitutione ſan. mem. Urbani VIII. Rota *in Romana Spolii* 1. *Decembris* 1642. *coram R.P.D. Ghiſlerio*.

127 Termino autem ad deliberandum pendente, poſſe alium plus offerre, & meliorem conditionem, tàm debitoris, quàm Creditoris facere abſque alia citatione, & decreto, ex præmiſſis ſequitur à maioritate rationis, prout ſic obſervari in A.C. Tribunali, teſtis eſt Saluſt. Tib. *d. l.* 1. *c.*43. *n.*7.

128 Verum ſicut in Curia terminus ad reluendum à Stylo definitus eſt obſervandus, *ex præallegatis*, ſic etiam in aliis locis, in quibus Statutum, vel Conſuetudo, aut Stylus aliter terminum hujuſmodi definit, Statutum Conſuetudo, aut Stylus obſervari debet, nè aliàs Subhaſtatio corruat, Rolan. *à Valle conſ.*33. *num.*14. *lib.*1. Mangil. *de Subbaſtat. quæſt.* 147. *num.*12. Magnn. *deciſ.* Florent. 132. *n.*10. Seraph. *deciſ.*995. *num.*3. Buratt. *deciſ.*174. *num.*9.

129 Nec terminus à Judice cum intimatione præfixus currit, niſi Intimatione executa, & poſt diem illius executionis, Saluſt. Tib. *d. lib.*1. *cap.* 43. *num.*3. Mangil. *de Subbaſt. quæſt.* 10. *num.*9. Rot. *deciſ.*228. *nu.*8. *part.*6. *recent.*

130 Et debet antequam expediatur Mandatum de deliberando, Intimatio reproduci, ut Judex poſſit eſſe certus de lapſu termini ad reluendum debitori aſſignati, Saluſt. Tiber. *d.*1. *cap.*43. *n.*4. Mangil. *de Subbaſt. quæſt.*347. *num.*9. Seraph. *deciſ.*4100. *num.* 9. Rota *deciſ.* 725. *num.* 8. *part.* *u.* *recent.* aliàs Deliberatio eſt nulla, Seraph. *dict. deciſ.*1100. *n.*9. Rot. *dict. deciſ.*725. *num.*8. *par.*2. *recent.*

131 Septimò requiritur, quod aſſignantur Edicta in loco Subhaſtationis, & Judicia, & ſi ſunt ſubhaſtanda bona in partibus exiſtentia, vigore mandati in Curia relaxati, requiritur, quod aſſignantur hujuſmodi Edicta etiam in loco, ſeu territorio, in quo bona ſubhaſtanda reperiuntur pro reperiendis Oblatoribus, nec aliter poteſt ad Subhaſtationem juridicè procedi, niſi priùs habita ab Officiali illius loci relatione de Edictis ibi publicatis, Paul. V. *in d. Conſt.*72. *Univerſi agri*, *in §.* Baroncelli, *verſ. & quando contigit poni ſub Haſta*, & ita quotidie obſervat Praxis.

132 Octavò requiruntur de Stylo Curiæ ad minus tres oblationes, Saluſt. Tiber. *lib.* 1. *cap.*43. *num.* 12. Mangil. *de Subbaſt. quæſt.*147. *num.*15. Rota *deciſ.* 113. *num.*14. *part.*7. *recent.* & poſt Mangil. *de Subbaſt. dec.* 106. *num.*7. *verſ. alteram*, & ita paſſim obſervat Praxis, & Curia.

133 Ex quo infertur, quod ſi ulterius Licitator ex tribus renunciaret oblationi factæ, & ob id fieret deliberatio ſecundo, & ſic penultimo Oblatori, Subhaſtatio eſſet nulla, quia debet fieri majori Oblatori, *l. cum qui ff. de in diem adiec. l. à Divo Pio, §. ſi Pignora*, ubi Alex. *n.*11. *ff. de re iud.* Buratt. *deciſ.*601. *n.*6. Rot. *dec.* 113. *n.*12. *p.*7. *recent.* & poſt Mangil. *de Subbaſt. deciſ.* 106. *num.*7.

134 Nec relevaret renuntiatio, vel quia cum Licitator obligetur ex ſua pollicitatione, tenetur emere, & pretium

tium ſolvere, nec poteſt pœnitere, niſi Reipublicæ ſic expediat, *leg. ſi tempora*, ubi Bart. *n. 5. C. de fid. inſt. & jur. haſt. Fiſc. lib. 10. leg. licitatio, alìàs locatio, in princ.* ubi Bart. *n. 4. ff. de Public. & Vectig.* Rot. *dec. 376. n. 4. p. 4. & deciſ. 113. n. 13. p. 7. rec.* & poſt Mangil. *de Subhaſt. d. deciſ. 106. n. 7. verſ. & licèt*.

135 Vel quia ſi renunciatio valeret, Subhaſtatio remaneret cum duobus tantum Oblatoribus, & ſic eſſet contra Stylum Curiæ, & pro conſequens nulla, & invalida, Rot. *d. dec. 113. n. 14. p. 7. rec.* & poſt Mangil. *de Subhaſt. d. dec. 106. n. 7. verſic. alterum*.

136 Poſt omnes autem Oblatores admittitur etiam Creditor ad licitandum, & faciendum meliorem conditionem Debitoris, quo caſu poteſt ei, tamquam plus offerenti, Pignus deliberari, *lib. 2. C. ſi in cauſ. jud. pig. cap. ſit*, Alex. *in l. à Divo Pio, §. ſi Pignora n. 12. ff. de re jud.* Surd. *conſ. 356. n. 6.* Beltramin. ad Gregor. *dec. 12. n. 3. verſ. verum*, Mangil. *de Subhaſt. q. 154. n. 5. & ſeq.* Rot. *dec. 411. n. 8. in fin. p. 5. recent.*

137 Et multo magis in defectum aliorum Oblatorum, ſive Oblator non inveniatur, ſive juſtum pretium non offeratur, *d. l. 2.* ubi Bald. & Salic. *C. ſi in cauſ. jud. pig. ſit*, Saluſt. Tib. *lib. 1. c. 44. n. 4.* Galleſ. *de oblig.* Cam. *q. 37. n. 30.* Surd. *conſ. 259. n. 5. in fin. & n. 6.* Afflict. *dec. 538. n. 5.* Seraph. *dec. 1478. n. 1.* Greg. *dec. 12. n. 1.* Beltramin. *n. 2 & ſeqq.* Rot. *dec. 411. n. 8. par. 5. recent.*

138 Si verò nec ipſe creditor velit licitare, poteſt ei Judex, prævia æſtimatione, adjudicare Pignora, ſeu bona pro juſto pretio, juxta tex. *in d. l. 2. C. ſi in cauſ. jud. pig. cap. ſit*, quam Praxim tradunt, Saluſt. Tib. *d. l. 1. c. 44. n. 4 & ſeq.* Gallel. *de oblig. Cam. q. 37. n. 30.* Put. *dec. 252. n. 2. l. 2.* Mang. *de Subhaſt. q. 160. & ſeqq.* Seraph. *dec. 984. n. 1.* Rot. *dec. 391. n. 1. & dec. 563. n. 3. p. 3. rec.*

139 Non requiritur, quod bona ſubhaſtanda æſtimentur, *l. ſi quos C. de reſcind. vend.* Saluſt. Tib. *lib. 1. c. 44. n. 5.* Rolan. *conſ. 32. n. 33. lib. 1.* Afflict. *dec. 88. n. 5. & ſeq.* Mangil. *de Subhaſt. q. 18. n. 1. & ſeqq.* Rot. *dec. 411. n. 6. in fin. & n. 7. par. 5. rec.*

140 Sed hoc ſignanter recipit declarationem, ut non procedat quando agitur per viam obligationis; tunc enim bona conſignantur Licitatori plus offerenti abſq; alia æſtimatione, Mangil. *de Subhaſt. d. q. 18. n. 6. & n. 1.* Rot. *dec. 411. n. 9. p. 5. recent.* & poſt eundem Mangil. *dec.*
141 *18. n. 8.* & ita quotidie obſervat Praxis, nam quando bona fuerunt, ut ſupra majori Oblatori deliberata, eo ipſo præſumitur deliberata pro juſto pretio, Rot. *dec. 039. n. 1. p. 3. & dec. 411. n. 10. p. 5. rec.*

142 Poteſt tamen, ſi poſtea de læſione conſtiterit ultra dimidium juſti pretii reſcindi venditio facta ſub Haſta, remedio *l. 2. C. de reſcind. vend.* Mangil. *de ſubhaſt. d. qu. 18. n. 11.* Rot. *dec. 259. n. 4. poſt conſ. ceim.* Farinac. *lib. 2.* Cavaler. *dec. 187. n. 1.* Burat. *dec. 675. n. 8.*

143 Secundò igitur recipit declarationem ſupra dicta concluſio, ut non procedat, quando non conſtaret de magno exceſſu inter pretium juſtum, & illud pro quo facta eſt Subhaſtatio, Gratian. *diſcept. 7. n. 22.*

144 Tertiò ut non procedat, quando pretium eſt adeo manifeſtum, ut non poſſit intervenire aliqua colluſio, Mangil. *de Subhaſt. d. q. 18. n. 7.*

Quartò ut *d. l. ſi quos*, non procedat in debito privatarum Perſonarum, niſi conſtaret de magna læſione, vel res magni valoris daretur pro modico, ſed benè in Subhaſtatione publicarum functionum, & quando non adeſſet Licitator, ex cumulatis per Mangil. *de Subhaſt. d. q. 18. n. 9. ſeqq.* 145

Quintò denique ut non procedat, quando res eſſet in continuo periculo diſtructionis, vel amiſſionis ex deductis per eundem Mangil. *d. q. 18. n. 12.* 146

Decimò requiritur, quod ſervetur forma mandati, nam ea non ſervata, Subhaſtatio eſt nulla, Seraph. *dec. 929. n. 1.* prout quod ſerventur de Stylo ſervanda, ut ſit valida, Buratt. *d. dec. 675. n. 1.* cum alias Subhaſtatio ſit nulla, *ex ſuperius allegatis*, *n. 128.* 147

Undecimò tandem requiritur præſentia Licitatoris, tàm in actu licitationis, ut obligetur ex ſua pollicitatione, juxta ſuperius tradita, *in 8. requiſito verſ. nec relevaret*, *n. 134.* quam etiam in actu Deliberationis juxta formulam Inſtrumenti ſuperiùs poſitam, & ſic quod Deliberatio fiat etiam per ſcripturam, quam requirit tradit Bald. *in l. contractus, n. 7. verſ. ſecunda verò C. de fid. inſtrum.* Mangil. *de Subhaſt. q. 22. n. 1. & ſeqq.* prout quotidie obſervat Praxis. 148

Licet autem Subhaſtatio fiat ex cauſa neceſſaria, natura tamen venditionis non alteratur, Duran. *dec. 257. n. 7. & ſeqq.* ac proinde Debitor tenetur de evictione, ac ſi ipſe vendidiſſet, *l. ſi prædium & l. ſi ob cauſam, C. de evict. l. ſi pig. ff. evict. l. eleganter in prin. ff. de pig. act.* Alex. *in l. à Divo Pio §. ſi Pignora n. 7. ff. de re jud.* Fenzon. *ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 194. n. 70. & ſeq.* Saluſt. Tib. *l. 1. c. 43. n. 15.* Mangil. *de Subhaſt. q. 20. n. 9. & q. 103. n. 12.* 149

Nam in hac materia Subhaſtationis intrat regula, quæ habet factum Judicis ritè, & rectè procedentis reputari factum partis, Fenzon. *ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 194. n. 72. & ſeqq.* Rota *dec. 284. n. 2. p. 3. rec.* 150

Non omitto, quod facta Subhaſtatione contra plures; illa nulla exiſtente quoad Unum, eſt etiam nulla quoad alios, tanquam individua, Rot. *dec. 507. n. 5. p. 3. recent.* Greg. *dec. 319. n. 1.* & ibi Beltramin. *n. 7.* 151

Sed hoc procedit in individuis, ſecus in dividuis, Unde infertur, quod ſi Mandatum poteſt exequi ſuper portione Citati, abſque eo quod præiudicetur portioni non Citati, Proceſſus quoad Citatum eſt validus, Beltram. ad Greg. *d. dec. 319. n. 7.* ubi ad hoc Rotæ deciſiones allegat. 152

Hæc de Subhaſtatione, & Deliberatione dicta ſint ſatis, in cæteris in occurrentia facti poterit haberi recurſus ad *Io: Antonium Mangillium*, *Antonium Nigrum*, *Ludovicum Poſtium*, & alios, qui ex profeſſo de Subhaſtationis materia ſcripſerunt. 153

De deliberatione Pignorum ſatis dictum eſt ſupra ſub præcedenti *lit. A.* B

De Expenſis taxandis ſatis dictum eſt ſupra *cap. 13. lit. NN.*

Similiter de quatuor terminis ad docendum, de Appellatione, dictum fuit ſupra, *cap. 13. ſub lit. GG.* ideo ad ibi ſcripta me refero. D

Finis Primæ Partis.

Digitized by Google

PETRI RIDOLPHINI J.C.
NOBILIS CORTONENSIS PATRITIIQUE ROMANI
De Ordine Procedendi in Judiciis in Romana Curia.

Praxis Recentior, quæ purgatis reliquarum impreſſionum notiſſimis maculis, emendatiſſima prodit in Lucem.

De Cauſis Summariis.
PARS SECUNDA.

CAPUT PRIMUM.
SUMMARIUM.

1 *Actum fuit de cauſis executivis, ſequitur videre de Summariis.*
2 *A.C. quas cauſas ſummarie cognoſcere, & terminare valeat, juxta ejus ordinarias facultates.*
3 *Cauſa unde, & quando dicatur, & quando Judicium, & quando Juſtitia.*
4 *Cauſa quomodo poſſit deſcribi.*
5 *Cauſa cur dicatur à caſu.*
6 *Judicium quid ſit.*
7 *Judicium unde dicatur.*
8 *Juſtitia quid ſit.*
9 *Summarie eſt idem quod breviter.*
10 *Summaria cauſa cur brevis dicatur.*
11 *Judicium ſummarium quid ſit.*
12 *Summaria cauſarum cognitio ad quid inventa.*
13 Simpliciter *verbum quid importet.*
14 de plano, *verbum quid ſignificet.*
15 *Verbum,* De plano, *removet omnes ſolemnitates Juris Civilis, non tamen ſubſtantialia Judicii.*
16 Sine ſtrepitu *quid importet, & ſtrepitus quid ſit.*
17 *In cauſa cognoſcenda ſine ſtrepitu Pars poteſt informare Judicem in Camera, & ad aures, ſed in aliis Judex non tenetur Partem audire, niſi publice ante Tribunal.*
18 Sine figura Iudicii, *verba quid importent.*
19 *Appoſitis verbis, ſine figura judicii, alia apponere, ut poſſit ſummarie procedi, non oportet.*
20 *Figura judicii quid ſit, & quando ſine illa Judicium corruat.*
21 *Per verba, ſine figura, à cujus formæ judicialis obſervatione Judex ſublevetur.*
22 *Acta reſpicientia ſolemnitates Judicii quæ ſint.*
23 *In caſibus, in quibus conteſtatio non requiritur, primus actus, qui ſit poſt conteſtationem in cauſis, in quibus lis conteſtatur, habet vim conteſtationis.*
24 *Acta reſpicientia factum cauſæ quæ ſint.*
25 *Cauſa commiſſa, ſeu Judice facultatem habente procedendi ſine figura Judicii, eſt locus* Clem. ſæpe de Verb ſignific. *aliàs ſecus,*
26 *Clauſula, ſine figura judicii, quos, & quos operatur effectus quorum triginta numerantur.*
27 *Quinq; requiruntur in iudicio ſummario, clauſula ſine figura Judicii, non obſtãte, & quæ, & n. 28. & ſeq.*
28 *Probatio eſt de Jure Divino.*
29 *In Judicio ſummario cauſæ cognitio requiritur, & Judicis declaratio, clauſula, ſine figura, non obſtante.*
Petri Ridolphini Pars II.
30 *Clauſula* ſola facti veritate inſpecta, *operatur idem quod ſummarie, ſine ſtrepitu, & figura judicii, & manu Regia.*
31 *Clauſula ſola facti veritate inſpecta non videtur operari magis, quam clauſula ſummarie, & ſine figura judicii; ex quo tollit ſolemnitates Juris poſitivi, non Juris gentium.*
32 *Clauſula ſola facti veritate inſpecta non aufert legitimam defenſionem.*
33 *Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, operatur, ut termini non ſubſtantiales poſſint omitti, ſubſtantiales verò abbreviari arbitrio Judicis.*
34 *Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, operatur, ut aliis omiſſis poſſit incipi ab Articulis, & illis probatis, procedi ad Sententiam.*
35 *Articuli, quando proceditur ſola facti veritate inſpecta, funguntur officio petitionis, ac etiam facti probandi.*
36 *Contrarium, quod clauſula ſola facti veritate inſpecta non tollat obſervationem terminorum ſubſtantialium.*
37 *Antiqua Praxis in Rota obſervavit olim non poſſe terminos ſubſtantiales, per clauſulam, ſola facti veritate inſpecta, penitus tolli, ſed bene abbreviari, unde his caſibus modus procedendi, terminis brevibus ſervatis, fuit à Rota præfinitus.*
38 *Licet termini ſubſtantiales poſſent omitti, non tamẽ poſſent penitus omitti termini, ad probandum, ad dicendum contra Jura producta, & contra Articulos.*
39 *A.C. in cauſis, in quibus procedit ſola facti veritate inſpecta, poteſt illas cognoſcere, etiam terminis non ſervatis, vigore eius facultatum.*
40 *Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, operatur, ut poſſit procedi cumulato petitorio cum poſſeſſorio.*
41 *Manutentio poteſt obtineri in ſummariſſimo poſſeſſorio, licet Judex habeat facultatem procedendi, ſola facti veritate inſpecta.*
42 *Clauſula ſola facti veritate inſpecta, operatur, ut Judex poſſit ferre ſententiam ſuper probatis, licet, non petitis; quod in ſummariis eſt regulare.*
43 *Clauſula ſola facti veritate inſpecta, operatur, ut ſufficiant probationes perſuaſivæ.*
44 *Moyſes Dux Populi Judaici, Romulus, & alii Reges antiquitus, ante Magiſtratus creatos, manu ſua, hoc eſt, ipſimet lites decidebant.*
45 Manus Regia *non ceſſavit per Magiſtratuum creationem, ſed adhuc in Principibus reperitur.*
46 *Principes poſſunt concedere Judicibus facultatem*

Digitized by Google

procedendi manu Regia.

48 *Clauſula, manu Regia, habet eandem virtutem; quam habet ſummariè &c. & ſine figura Judicii.*

49 *Clauſula manu Regia operatur, ut poſſit procedi de facto, & nullo juris ordine ſervato.*

50 *Clauſula manu Regia operatur, ut poſſit procedi executivè.*

51 *Clauſula manu Regia nō tollit ſubſtantialia Iudicii.*

52 *Clauſula ſummariè &c. ſine figura Judicii, ſola facti veritate inſpecta, & manu Regia idē operatur, quod clauſula, manu Regia, de per ſe, & cauſa commiſſa cum aliqua ex dd. clauſulis, ſemper eſt ſummaria.*

53 *Cauſæ quædam ſunt ſummariæ tantum, quoad ſolemnitates Judicii, vel aliquas earum.*

54 *Incidens, vel emergens cauſæ ordinariæ ſummariè decidi debet, quoad ſolemnitates, & dilationes, non quoad probationes.*

55 *Cauſa de ſui natura ſummaria non favorabilis requirit plenas probationes.*

56 *Cauſæ quædam non requirunt plenam probationem, & ſunt ſummariæ, tam quoad ſolemnitates quam quoad probationes.*

57 *Cauſa poſſeſſorii, quæ poteſt reparari in petitorio, & non parat plenum præjudicium, non requirit plenas probationes, aliàs ſecus.*

58 *Cauſa de ſui natura ſummaria favorabili, prout Alimentorum, Vrnitis, & hujuſmodi, non requirit plenas probationes.*

59 *Summariè de Jure communi proceditur in pluribus caſibus, & ſignanter quando Papa mandat cauſam, cognoſci, & decidi ſummariè.*

60 *Inferior à Principe non poteſt dare facultatem procedendi in cauſa ſummariè.*

61 *Ad reddendum cauſas ſummarias requiritur authoritas Principis, aliàs remanent ordinariæ.*

62 *Legatus Papæ, etiamſi habeat facultates ampliſſimas, non poteſt committere cauſas ſummariè, ſublato Juris ordine.*

63 *Legatus Papæ ex magna, & rationabili cauſa, attento ſtatu loci, & rei poteſt committere cauſas ſummariè, dummodo de hujuſmodi cauſa appareat.*

64 *Cauſa ordinaria nō poteſt per Partes effici ſūmaria.*

65 *Domini terrarum recognoſcentes Superiorem non poſſunt committere cauſas ſummariè cognoſcendas.*

66 *Domini terrarum recognoſcentes Superiorem, ex juſta, & rationabili cauſa poſſunt committere cauſas ſummariè, & valet commiſſio.*

67 *Judices Inferiores Papæ cauſas ſummariè de facto cōmittunt, & commiſſio hujuſmodi ſuſtinetur de facto.*

68 *Domini terrarum cognoſcentes Superiorem cauſarum in eorum dominio ſummariè cognoſcendas committunt de generali conſuetudine.*

69 *Imperator, Reges, & Principes, non recognoſcentes Superiorem, poſſunt in eorum ſtatu de Jure cauſas ſummariè cognoſcendas committere, & quare.*

70 *Magnus Dux Etruriæ poteſt de Jure in eius Statu cauſas ſummariè, & cum ſimilibus clauſulis cognoſcendas committere, & quare, & n. 71.*

71 *Reſpublica Florentina in cuius locum Magnus Dux ſucceſſit, à tempore Honorii IV. & citra Neminem in Superiorem recognovit, ex quo à Rodulpho I. Imperatore emit libertatem ſex millo florenis aureis.*

72 *Honorii Papa libentiſſimè comprobavit emptionē libertatis, quam Florentini ab Imperatore fecerunt.*

73 *Quando Florentini, & Lucenſes emerunt libertatē ab Imperat. Honor. Papa lętitiam faciebat, & quare?*

74 *Civitas Florentię, & Civitas Lucę tempore Honorii IV. erant amicæ Eccleſiæ, & Sedis Apoſtolicæ.*

75 *Inferiores à Principe ſæculari, habentes poteſtatem concedendi Jura; poſſunt committere cauſas ſummariè, & appellatione remota.*

76 *Inferiores à Principe ſæculari, non habentes abſolutam Juriſdictionem in eorum terris, non poſſunt committere cauſas ſummariè.*

77 *Epiſcopus poteſt cauſam de ſui natura ſummariam prout Spiritualem, vel Beneficialem committere cum clauſula ſummariè, &c. & in pluribus caſibus ſtatuere contra Jus.*

78 *Inferior habens dignitatem, & adminiſtrationem proſe, & ſuis deſcendentibus iure proprio, poteſt committere cauſas ſummariè.*

79 *Archiepiſcopus Mediolanenſis poteſt cauſas ſummariè cognoſcendas committere.*

80 *In cauſa præparatoria, prout ſi quæritur, an quis reſpondere teneatur, an, & quo iure ſit hæres? poteſt ſummariè procedi de jure.*

81 *Articulus incidens, vel emergens in cauſa ordinaria eſt ſummariè cognoſcendus, & decidendus.*

82 *Quando diſceptatur de Beneficio Eccleſiaſtico, & lis eſt ſuper titulo Beneficii, poteſt procedi ſummariè.*

83 *Cauſæ poſſeſſoriæ omnes ſunt ſummariæ.*

84 *Quadraginta alii caſus, in quibus de iure poteſt procedi ſummariè.*

85 *In Rota vigore Innocentianæ, proceditur ſummariè prout in beneficialibus, in cauſis infra florenos quinquaginta auri.*

86 *A.C. In omnibus cauſis* (exceptis executivis, ejus Noturiorum, Mercatorum R. C. & a ducatis 200. auri de Camera infra) *poteſt procedere ſummariè, prout in beneficialibus vigore eius facultatum.*

87 *Cauſæ executivæ, & ſummariæ habent inſtantiam triennalem, ſicut ordinariæ.*

88 *Inſtantia de Jure Canonico eſt perpetua.*

89 *In Tribunali A.C. prima inſtantia nunquam perit.*

90 *Cauſa ſummariè commiſſa primo iudici, eſt etiam ſummaria coram ſubrogato.*

91 *Cauſa effecta ſummaria in prima inſtantia remanet ſummaria etiam in ſequentibus.*

92 *Cauſa principali ſummaria exiſtente, omnes illius articuli ſunt ſummarii.*

93 *Commiſſa cauſa cum facultate procedendi ſummariè, & terminis non ſervatis, termini poſſunt abbreviari, ſed non in totum omitti.*

94 *Termini ſubſtantiales vigore facultatis procedendi terminis non ſervatis, poſſunt abbreviari quoad dilationem, non quoad numerum, nam quatuor ſunt omninò ſervandi, & qui, &c.*

95 *Si in commiſſione detur facultas procedendi, omnibus terminis ſubſtantialibus, & non ſubſtantialibus penitus omiſſis, & non ſervatis, termini ſubſtantiales poſſunt in totum omitti.*

96 *Data facultate procedendi abſque tela iudiciaria, vel via executiva, vel præfixo termino, loco ſubſtantialium, vel terminis non alicacitatione ſervatis, termini ſubſtantiales non ſervantur, ſervatur tamen forma commiſſionis.*

97 *In Tribunali A.C. in cauſis à 200. ducatis infra, Notariorum A.C. & Mercatorum R.C. non ſervantur aliqui termini ſubſtantiales.*

98 *Termini ſubſtantiales quid ſint, & ad quid inventi.*

99 *Urbanus V. fuit terminorum ſubſtantialium inventor, & ad quid.*

100 *Termini ſubſtantiales a tempore Urbani V. citra cœperunt eſſe de ſubſtantia iudicii.*

101 *Termini ſubſtantiales in cauſis prophanis in prima inſtantia qui ſint.*

102 *Termini ſubſtantiales in prophanis in ſecunda inſtantia qui ſint, & quomodo ſerventur.*

103 *Termini ſubſtantiales in prophanis in tertia inſtantia qui ſint, & quomodo ſerventur*

104 *Si pars in termino ad conteſtandam litem differat litem conteſtare, quomodo ad id compellatur, & qui termini tunc ſerventur.*

105 *Termini ad reſpondendum libello, ad litem conteſtandum, & dicendum contra declarationes, receſſerunt ab aula.*

106 *Termini ſubſtantiales in cauſis beneficialibus, qui ſerventur in prima, & qui in ſecunda, & tertia inſtantia.*

107 *Coram A.C ſufficit ſervare terminos ſubſtantiales, prout in beneficialibus, & quare?*

108 *Termini ſubſtantiales in cauſis ordinariis coram A.C. qui ſæpè ſoleant obſervari.*

109 *Cauſæ beneficiales tamquam ſummariæ non indigeant conteſtatione litis.*

110 *Terminus ad articulandum, quomodo ſervetur in ſecunda, & tertia inſtantia quando in prima obſervatur ad octavam.*

111 *Ter-*

Digitized by Google

111 *Termini ſubſtantiales qui ſervantur in Salviano, Spolio, & ſimilibus poſſeſſoriis.*

112 *Termini ad libellandum, item conteſtandum, & jurandum, de calumnia, in ſummariis poſſunt omitti, & quare.*

113 *Terminus ad declarandum, eſt contingens, & neceſſitatur ut qui dedit articulos malè ſpecificatos, poſſit illos declarare.*

114 *Terminus ad declarandum non datur in materia objectiva, niſi forsè in ſecunda inſtantia, quando in prima obiectus non fuerunt expulſi cum cauſæ cognitione.*

115 *Terminus ad libellandum in ſummariis non facit quem Dominum litis, & quare.*

116 *Terminis ſubſtantialibus ſervandis, non ſervatis ſententia eſt nulla.*

117 *Remota ſubſtantia nihil ſubſiſtit.*

118 *Terminis non ſervatis, reiteratio, & conſtitutiones pro ſanatione per reiterationem nihil relevant.*

119 *Si termini, tam in ordinariis, quam in ſummariis ſervandi, non ſunt ſervati, proceſſus eſt nullus una cum ſententia.*

120 *Termini ad libellandum, ad declarandum, ad iurandum de calumnia in ſummariis ſervati, non nocent.*

121 *Termini ad articulandum, ad dicendum contra articulos, ad procedendum omnia, ad dicendum contra producta, & ad ſententiam, ſunt tantummodo neceſſarii in cauſis ſummariis.*

122 *In cauſis executivis, & præſertim ſi agitur vigore obligationis Cameralis, termini ſubſtantiales, non requiruntur, & illorum omiſſio non vitiat.*

123 *Termini ſubſtantiales in revocatione mandatorum in Tribunali A.C. non requiruntur.*

124 *Si in citatione dicitur, ad videndum revocari mandatum cum omnibus inde ſecutis, & in expenſis condemnari, attenta relaxatione procedente ante illam extincto, & fuit poſtea inſtatum imponi perpetuum ſilentium termini videntur ſervandi, & quare?*

125 *In ſummariſſimis poſſeſſoriis, quæ expediuntur per viam ſimplicis decreti, termini ſubſtantiales non requiruntur.*

126 *In executione literarum Apoſtolicarum non ſervantur termini ad articulandum &c. ſed ad docendum ſe paruiſſe literis Apoſtolicis.*

127 *Si citatio ad terminos ſubſtantiales fuit reproducta, ſuſtinetur proceſſus, etiamſi in ea non ſit extenſum decretum ſervationis terminorum, & quare.*

128 *In cauſis attentatorum, & revocationis eorum per viam nullitatis, omiſſio terminorum ſubſtantialium non vitiat proceſſum.*

129 *In cauſis nullitatum incidenter intentatis, & quando revocatur ſententia ex iiſdem actis ejuſdem judicii per viam nullitatis, termini ſubſtantiales non requiruntur.*

130 *Omiſſio termini ad dicendum contra producta, ſi pars fuit citata, ad dicendum contra iura, non cauſat nullitatem.*

131 *Omiſſio termini ad articulandum ſanatur per obſervationem termini, ad dicendum contra articulos.*

132 *Obſervatio termini, ad videndum admitti articulos, non ſanat defectum termini ad articulandum.*

133 *Terminus ad articulandum eſt utrique parti communis in beneficialibus, ſecus in prophanis.*

134 *Terminus ad videndum admitti articulos, non eſt utrique parti communis, & quare.*

135 *Terminus ad dicendum contra articulos, æquipollet termino ad articulandum, cum ſit utriq; parti communis.*

136 *Nullitas terminorum ad articulandum, & dicendum contra articulos, ſi adeſt, ſanatur per illorum reiterationem.*

137 *Admiſſis articulis cum clauſula, ſalvo iure impertinentium, &c. parte præſente, cum aſſignatione termini decem dierum partibus ad probandum, citatio ad dicendum contra articulos non eſt neceſſaria, & quare.*

138 *Terminus ad articulandum dicitur ſufficienter ſervatus ſive pars ſit citata, ad dicendum contra articulos, ſive articuli ſint admiſſi parte præſente, cum clauſula, ſalvo iure, &c.*

139 *Sententia lata extra Curiam, terminis malè ſervatis, non eſt nulla, ſicut lata in Curia, & quare.*

140 *A.C. in cauſis mercatorum R. C. inter, & contra eos poteſt procedere terminis ſubſtantialibus non ſervatis.*

141 *Proceſſus eſt nullus terminis non ſervatis, ſicut malè & nulliter ſervatis.*

142 *Innocentiana dat facultatem Auditoribus Rotæ ſanandi nullitatem terminorum malè, & inculcatè ſervatorum, per illorum reiterationem unica citatione, & audientia.*

143 *Reiteratio terminorum in citatione ad ſententiam ſanat omnes eorum præcedentes defectus.*

144 *Terminis ſervatis, & deinde reiteratis, proceſſus eſt validus, una cum ſententia inde ſecuta.*

145 *Termini ſervati cum Procuratore minus legitimè ſanantur per illorum reiterationem, citato Procuratore legitimo vigore Innocentianæ.*

146 *Cum termini ſint communes, ſufficit, quod ab altera parte ſervati ſint.*

147 *Termini ſervati in petitorio proſunt illo ſuſpenſo, etiam in poſſeſſorio, & quare.*

148 *Termini ſervati in cauſa Parochialis extenduntur ad cauſam poſſeſſorii intentati ſuper Parochiali.*

149 *Termini ſervati in judicio principali, proſunt etiam in incidenti.*

150 *Tertius veniens ad cauſam, ſi reperit terminos ſervatos non tenetur illos iterum ſervare.*

151 *Termini pluries ſervati reſpiciunt rei ad defenſionem, & cauſæ cognitionem, ac habent vim monitionis.*

152 *Pro ſanatione terminorum ſufficit, quod ad id introductæ cauſæ ad diem latæ ſententiæ tot audientiæ intervenerint, quot requiruntur pro illorum ſervatione.*

153 *Innocentiana non habebat locum extra Rotam, adeò Pius IV illam extendit ad omnes alios Romanæ Curiæ Judices, ſive ordinarios, ſive delegatos.*

154 *A.C. ultra alias habet facultates ſpeciales reiterandi, & ſanandi terminos malè, nulliter, & inculcatè centos unica citatione, & audientia, etiamſi in cauſa adſit commiſſio.*

155 *Termino ad ſententiam cum reiteratione terminorum ab altera parte ſervato, utraque pars dicitur pro ſententia iuſtitiſſe.*

156 *In termino citationis ad ſententiam, tam in Tribunali A.C. quam in Tribunali Vicarii, de ſtylo Judex poteſt ferre ſententiam validam, non ſolum ad favorem citantis, ſed etiam ad favorem citati, ſi videt illum bonam jus fovere.*

157 *Cauſæ beneficiales ſunt ſummariæ, & quomodo in eis procedatur.*

158 *Verba, prout in beneficialibus eius ſunt virtutis, ut poſſit procedi ſummariè, etiamſi cauſa non ſit beneficialis, & ut dilationes ſint breviores.*

159 *In Rota proceditur ſummariè in cauſis miſerabilium perſonarum, & à ſcutis quinquaginta infra.*

160 *A.C. habet facultatem procedendi in omnibus cauſis ſummariè, prout in beneficialibus, &c.*

De Cauſis Summariis. Pars II. Cap. I.

Dictum fuit ſupra in fine prohæmii; Cauſas in A.C. Tribunali vertentes, aut eſſe executivas, aut ſummarias, aut ordinarias; cum igitur hactenus viſum fuerit de executivis, tranſeundum eſt, iuxta propoſitum ordinem ad Summarias. 1

Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A.C. vigore ſuarum ordinariarum facultatum, poteſt audire, cognoſcere, & fine debito terminare omnes, & ſingulas cauſas 4, ſpirituales Ecclesiaſticas, & prophanas, ac quorumvis etiam S.R.E. Cardinalium, eorumque, ac Summi Pontificis continuorum Commenſalium, necnon quorumcumque Prælatorum in Curia Romana degentium, ac etiam Imperatoris, Regum, Principum, ac Communitatum, & Univerſitatum Oratorum, necnon dictæ Curiæ Officialium, eandem Curiam ſequentium, & Familiarium eorundem, & ipſius Curiæ cauſarum huiuſmodi Auditoris Notariorum, & eorum Familiarium, Campſorum quoque quorumvis Mercatorum, ac Penſionum annuarum ſuper fructibus, redditibus, ac proventibus, Eccleſiaſticiſq; ac earundem fructuum loco Penſionis huiuſmodi reſervatorum, & aſſignatorum, etiamſi earum, & eorum ſolutio non ſit in prædicta Curia, ſed in partibus facienda. Et quaſcunque alias etiam Commiſſarias cauſas, tàm civiles, quàm criminales, & mixtas, coniunctim, vel diviſim in eadem Curia quomodocumque, & 2 A

by Google

qualitercumque motas, & movendas, & inter quaſcumque partes, etiam per viam Inquiſitionis, aut ex officio quomodolibet pendentes, & quæ per appellationem à gravaminibus illatis, & inferri cominatis, ſeu ſententijs definitivis, vel interlocutorijs à quibuſvis Judicibus ordinarijs, & arbitris, atque arbitratoribus in Curia, & Urbe prædictis (*Vicario Ss. D. N. Papæ, Gubernatore, & Senatore Urbis prędictæ, ac Judicibus Capitolinis dumtaxat exceptis*) & extra eas, à quibuſcumque Judicibus ordinariis, vel delegatis, ſeu arbitris, vel arbitratoribus, ac etiam Sedis Apoſtolicæ Legatis, ac etiam Vicelegatis in Terris eidem Rom. Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubjectis, aut aliis earum Gubernatoribus, vel Officialibus, & quibus in Feudum, ſeu Vicariatum, aut aliàs quomodolibet conceſſis, pro tempore latis, & promulgatis, interpoſitam, ſeu alias ad eandem Sedem, etiam per viam reclamationis judicialis, vel extrajudicialis, aut nullitatis, vel recurſus a quibuſcumq; ſententiis quorumcumque Ordinariorum, etiam extra Statum Eccleſiæ, hactenus devolutæ ſunt, & in poſterum, devolventur,

Eas videlicet, in quibus non agitur ultra ſummam ducentorum ducatorum auri de Camera, aut de re verū prædictæ ſummæ valorem non excedente, ſeu quæ inter, & contra Mercatores Romanæ Curiæ pro quibuſcumque negotiis, ad quamcumque ſummam aſcendant, & pro Notariis ipſis A. C. ac inter, & contra eos, & eo-
b rum familias pro tempore vertentur ſummariè, *b* ſim-
c pliciter, *c*, & de plano, *d*, ſine ſtrepitu, *e*, & figura judi-
d e cii, *f*, ſola facti veritate inſpecta, *g*, & manu Regia, *h*,
f g abſque obſervatione terminorum, *i*, qui de ſtylo, ſeu
h ordinatione Palatii Apoſtolici, aut alias obſervari conſueverunt, etiam privative quoad alia Tribunalia; aliàs
i verò ſummam prædictam, aut illius valorem excedentes, & inter, & contra alios, quàm Mercatores ver-
l tentes, ſervatis terminis, *l*, & alias ſummariè, pro
m ut in beneficialibus, &c. *m*.

Obſervationes.

A 3 CAuſa dicitur à caſu, à quo derivatur, *cap. forus §. cauſa, de verb. ſignif.* Eſt autem cauſa dum proponitur judicium, dum diſcutitur, & Juſtitia dum finitur, *d. cap. forus, §. eſt enim de verb. ſignif.*

4 Cauſa poteſt deſcribi, ut ſit animi impulſus ad aliquid peragendum, Chartar. *dec. 67. n. 60.* vel ut ſit materia & origo negotii, ſecundum diſcuſſionis examine patefacta, *d. cap. forus §. eſt enim, de verb. ſignif.* Lancell. *in Inſtit. de judic. in princ. l. 3.*

5 Ideò verò cauſa dicitur à caſu, quia frequenter caſualiter occurrit, præter voluntatem hominis, Gloſ. *in d. c. forus in verb. cauſa de verb. ſignif.* Marant. *de ord. judic. p. 2. n. 17.*

6 Sed judicium eſt contentio trium perſonarum, Judicis, Actoris, & Rei, Azor. *in Summ. de judic. n. 3.* Hoſtienſ. *in Sum. de judic. n. 1.* Marant. *de ord. jud. p. 2. nu. 1.*

Vel judicium eſt juſtitiæ miniſtratio, quæ fit à Judice lo cauſa corā eo propoſita, Mar. *de ord. jud. d. p. 2. n. 12.*

Vel judicium eſt diſceptatio cauſæ, quæ ritè fit in foro coram Judice, Lanc. *in I... Inſt. de jud. in princ.*

7 Dicitur autem judicium quaſi juriſdictio, *c. forus, §. vocatur autem de verb. ſignif.* Hoſtienſ. *in Summ. de jud. n. 2.*

8 Juſtitia denique eſt conſtans, & perpetua voluntas jus ſuum unicuique tribuens, *Inſt. de juſt. & jur. in princ. gl. in c. forus, in verb. juſtitia, de verb. ſignif.*

B 9 *Summariè* verbum idem importat, quod ſummatim, ideſt breviter, *l. ſumma itaque, ubi gl. in prima declaratione ff. de ſtat. homil. l. fin. ubi gloſ. in verb. in ſumma, ff. de exercit. act.* Bart. *in extravag. ad reprimendum in verba ſummariè in princ.* Grat. *dict. 258. n. 1. & ſeqq.* Unde cauſa dicitur ſummaria, ideſt brevis, & judicium ſummarium, hoc eſt breve, Mandoſ. *in form. 3. commiſſ. in verb. ſummariè.*

10 Dicitur autem brevis cauſa ſummaria, quia in ea brevi iter proceditur, hoc eſt ſine ſolemnitatibus in judicio de jure poſitivo requiſitis, Marant. *de ord. jud. p. 4. diſt. 9. n. 1.* & abbreviantur dilationes, non tamen ita, ut probationes fieri nequeant, aut aliquid de ſubſtantia omittatur, quia alias tolleretur cauſæ cognitio Bart. *in extravag. in reprimendum, in verb. ſummariè n. 1.* Grat. *dict. 258. n. 3.*

Hinc deſumi poteſt deſcriptio judicii ſummarii, ut ſit illud, in quo ſolemni ordinis judiciarii obſervatione omiſſa proceditur, Maran. *de ord. jud. p. 4. diſt. 9. n. 2. fel. me. D. Philippi Maſſin. præceptor meus in rubric. C. qui admitti num. 9 28.* 11

Quæ quidem ſummaria cauſarum cognitio ad celeriorem litium expeditionem, & parcendum ſumptibus litigantium, adinventa fuit, Clem. *diſpendioſam, de jud.* 12

Simpliciter, hoc verbum idem importat, quod ſine plica, & duplicatione, *gloſ. in Clem. ſæpè in verb. ſimpliciter de verb. ſignif.* Geor. Natt. *in dicta Clem. ſæpè in princip. n. 231.* Grat. *dict. 247. n. 1.* & idem quod ſummariè Bart. *in extravag. ad reprimendum in verb. ſumm. in fin.* Mart. *de clauſ. p. 1. clauſ. 180. n. 6.* C

De plano, hoc verbum importat contrarium verbi de alto; altum autem dicitur ratione loci, vel ſtyli; unde ſi cauſa ſit modici momenti, non eſt neceſſe, quod Judex ſedat pro tribunali, & ſic in loco alto; nec quod detur libellus, nec adhibeantur ſolemnitates, & ſic non eſt neceſſarius ſtylus altus aliorum judiciorum, & hæc locum habent, ſive cauſa, ſit vilis naturæ, ſive vilium perſonarum, Bart. *in extrav. ad reprimendum in verb. de plano, n. 1. & ſeqq.* Si verò cauſa ſit magni momenti, & nihilominus debeat cognoſci de plano, tunc verbum *de plano*, exponitur exploſa omni pernicioſa ſubtilitate, & ſolemnitate, non tamen omiſſo ordine judiciario, de quo *in c. olim de excuſat.* Bart. *in d. extravag. ad reprimendum, in verbo de plano, n. 2. verſ. fallit.* Geor. Natt. *in dict. Clem. ſæpè in princ. n. 52. & in §. quæ omnia, nu. 68. verſ. item quod, de verb. ſignif.* D 14

Et quia hoc verbum, *de plano*, magis operatur, quàm verbum *ſummariè*, ideò tollit, ac removet omnes ſolemnitates Juris civilis, Mart. *de cl. p. 1. cl. 180. n. 9.* non tamen tollit ſubſtantialia judicii, Rot. *d. 445. n. 6. p. 1. div.* 16

Sine ſtrepitu. Strepitus idem eſt, quod rumor: unde ſicut per verbum, *de plano* tollitur altitudo loci, & ſtyli; ita per verbum *ſine ſtrepitu*, tollitur altitudo vocum, & acclamatio partium, & procuratorum, Bart. *in extravag. ad reprimendum, in verbo ſine ſtrepitu*, Geor. Natt. *in Clem. ſæpè in princ. n. 53. & ſeqq. de verb. ſignif.* Aſin. *in prax. §. 3. c. 22. n. 1. & ſeqq.* E

Unde pars poteſt hoc caſu, quando cauſa eſt cognoſcenda, ſine ſtrepitu, informare Judicem in camera ad aures, nec ex hoc poteſt Judex tamquam ſuſpectus recuſari, cum hoc proveniat ex natura cauſæ, debet tamen obſervari ordo judiciarius. In aliis verò cauſis ſine ſtrepitu non cognoſcendis, Judex non tenetur partem audire niſi ante Tribunal publicè, & palam, Bar. *in d. extrav. ad reprimendum, in verb. ſine ſtrepitu*, Geor. Natt. *in Clem. ſæpè in princ. n. 53. & ſeqq. de verb. ſignif.* 17

Et figura judicii; Hæc verba, ſine figura judicii idem operantur de per ſe, quod in ſimul operantur omnia alia verba, videlicet, *ſummariè, ſimpliciter, de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii*, Bart. *in extravag. ad reprimendum, in verb. figura, n. 1.* Geor. Natt. *in d. Clem. ſæpè in princ. n. 232. verſ. 3. facit, & in §. quæ omnis, n. 80. verſ. extrea quintam*, Papienſ. *in prax. in forma libell. act. real. §. ſummariè n. 1.* Marant. *de ord. jud. p. 4. diſt. 9. n. 18.* Mart. *de clauſ. p. 1. clauſ. 180. n. 7.* 18

Unde, licet omnia dicta verba ſoleant cumulari, non eſt tamen de neceſſitate, quando illa verba, *ſine figura judicii*, tantum apponuntur, cætera apponere, Papien. *in prax. d. §. ſummariè n. 1.* 19

Eſt autem figura judicii ordo ſubſtantialis à Jure in cauſis ordinariis requiſitus, quo omiſſo, judicium vitiatur, *l. prolatam, C. de ſent. & interloc. omn. jud.* Geor. Natt. *in d. Clem. ſæpe in princ. n. 55. in fin. & ſeqq.* Papien. *in prax. in form. libell. act. real. in §. ſummariè n. 2.* Aſin. *in prax. §. 3. c. 22. n. 4.* 20

Per quod verbum, *ſine figura*, Judex ſublevatur ab obſervatione omnis judicialis formæ, & figuræ inductæ à Jure Civili, Canonico, & municipali; ſed tamen tenetur ſervare formam à Jure gentium, vel naturali introductam, Bart. *in extravag. ad reprimendum, in verb.* 21

figura

Digitized by Google

ſigura, n.2. Geor. Natt. *in d. Clem. ſæpè n.56.* ubi quod Judex non tenetur ad obſervationem dictarum ſolemnitatum, niſi quatenus *in dicta Clem. ſæpe, de verb. ſignif.* exprimantur Papienſ. *in d. form. libell. act. real. §. ſummariè n.2.* Vant. *de null. ſub tit. qua ſeat. à quorumq; impugn. poſſ. n.13. & ſeqq.* Marant. *de ord. jud. p.4. diſt.9. n.11.* ubi poſt alios etiam tradit, quod clauſula ſine figura Iudicii, tollit acta reſpicientia ſolemnitatem iudicii, non autem facta reſpicientia factum cauſæ, & quod hæc eſt veritas.

22 Acta reſpicientia ſolemnitates judicii ſunt bellus, litis conteſtatio, publicatio, concluſio, & alia hujuſmodi Juris poſitivi, Maran. *de ord. jud. p.4. diſt.9. n.1. & n.42.* Papienſ. *in d. formal libell. act. real §. ſummariè, n.2.*

23 In caſibus tamen, in quibus litis conteſtatio non requiritur, primus actus qui fit poſt conteſtationem in cauſis in quibus lis conteſtatur, habet vim litis conteſtationis, Jaſ. *in l. nulla, n.1. & in l. quod quis, n.3. C. de procurat.* Marant. *de ord. jud. p.7. princ. memb. 10. de lit. conteſt. n.2.* Aſin. *in prax. §.3. c.8. n.2.*

24 Acta verò reſpicientia factum cauſæ ſunt probationes teſtes, ſcripturæ confeſſiones, & aliæ defenſiones, Maran. *de ord. jud. d. p.4. diſt.9. n.11, &c.*

25 Ex quibus infertur, quod ſi cauſa ſit commiſſa cum facultate procedendi ſine figura judicii, vel alias Judex haberet ordinariam facultatem procedendi ſine hujuſmodi figura, eſſet locus diſpoſitioni *d. Clem. ſæpe de verbo ſignif.* Secus ſi fuiſſet ei tantum conceſſa facultas procedendi, *ſummariè, ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu*, nam ſi non eſſet additum verbum, *ſine figura judicii*, illius Clementinæ diſpoſitio locum non haberet, Georg. Natt. *in d. Clem. ſæpe, in princ. n.23. verſ.3. facit*, Papien. *in d. form. libell. act. real. §. ſummariè, n.2. ante fin.*

26 Operatur autem hæc clauſula, *ſine figura judicii* plures, ac notabiles effectus.

Primò ut non requiratur libellus, ſed ſufficiat qualis petitio, quod eſt regulare in cauſis ſummariis, & executivis, Rot. *dec.30. n.20. & ſeqq. p.5. rec.*

Secundò, ut poſſit etiam incipi ab articulis.

Tertiò, ut non ſit neceſſe ſervare ferias inductas in honorem hominum.

Quartò, ut non requiratur litis conteſtatio, *Clem. ſæpe de verb. ſignif.*

Quintò, ut Judex debeat abbreviare dilationes, in quantum poteſt.

Sextò ut non admittat exceptiones, vel appellationes fruſtratorias.

Septimò, ut non requiratur publicatio proceſſus.

Octavò, ut non requiratur concluſio in cauſa.

Nonò, ut valeat ſententia lata contra Dominum, etiamſi ſit litigatum per procuratorem.

Decimò, ut Judex non teneatur pronunciare ſuper incidente, vel emergente.

Decimo primò, ut valeat ſententia lata pro abſente non citato.

Decimo ſecundò, ut Judex poſſit interrogare principalem, & teſtes, etiam poſt concluſum in cauſa, Gloſſ. *in Clem. ſæpè in verb. interrogabit, de verb. ſignif.*

Decimo tertiò, ut poſſit ferri ſententia ſuper probatis extra petita.

Decimo quartò, ut Judex poſſit adhibere fidem teſtibus à Jure civili reprobatis, vel aſſignantibus rationem veriſimilem, licet de Jure non concludentem.

Decimòquintò, ut Judex poſſit procedere ad ſententiam non ſedendo pro Tribunali.

Decimoſextò, ut Judex poſſit procedere ad ſententiam contra contumacem etiam lite non conteſtata.

Decimo ſeptimò, ut credatur aſſertioni Judicis.

Decimo octavò, ut Minor poſſit eſſe in judicio ſine Curatore.

Decimo nonò, ut Agens ex una cauſa ex jure directo poſſit obtinere ex cauſa utili competenti, & è contra.

Vigeſimo, ut executio, ad hoc ut agatur contra Tertium, vel Fidejuſſorem non requiratur.

Vigeſimo primò, ut appellatio viva voce valeat, etiamſi, non ſtatim, Judice adhuc ſedente interponatur.

Vigeſimo ſecundò, ut appellatio valeat ſine cauſæ expreſſione.

Vigeſimotertiò, ut cauſa civilia, & criminalia poſſint in eodem libello cumulari, ſi proceditur ſola facti veritate inſpecta.

Vigeſimo quartò, ut Teſtes poſſint examinari poſt didicita teſtificata.

Vigeſimo quintò, ut licèt legitimatio perſonarum requiratur, tamen facilior probatio admittatur.

Vigeſimo ſextò, ut poſſit ferri ſententia non recitata à Judice.

Vigeſimo ſeptimò, ut poſitionibus ſit reſpondendum ante litem conteſtatam, vel pro conteſtata habitam.

Vigeſimo octavò, ut poſſit incipi à præceptia.

Vigeſimonono, ut ſufficiat citatio ſine peremptorio.

Trigeſimo, ut non ſit neceſſe, quod Nuntio detur commiſſio de citando.

Hos triginta effectus clauſulæ, *ſine figura judicii*, latè reſpectivè ponunt, & comprobant, Marant. *de ord. Jud. p.4. diſt.9. à n.12. uſque ad 37.* & Card. Tuſc. *ſub littera I. concl.891. per tot. &c.*

Requiritur tamen hæc clauſula, *ſine figura judicii*, non obſtante.

Primò, quod petitio redigatur in ſcriptis, Alex. *conſ. 66. viſo proceſſu, n.2. verſ. nec obſtat, ſi diceretur lib.1.*

Secundò, quòd citetur Pars, quia hæc eſt ſolemnitas Juris naturalis, Caſtr. *conſ.429. in quadam n.2. & n.5. lib.1.* Abb. *conſ.46. in princ. l.2.*

Quod procedit in omni cauſa ſummaria, non ſolùm quia prima citatio eſt de Jure naturali, ut ſupra, Felyn. *in c.1 n.32. de conſt.* Dec. *in c. dilecti n.23. & ſeqq. de Jud.* Mar. *de ord. Jud. p.4. diſt.9. n.9.* Grav. ad Veſte. *in Prax. lib.5. c.1. n.7. & ſeqq.* Vant. *de Null. def. proceſ. n.52. in fin.* Sed etiam quia eſt de Jure Divino, *Gen. c.3.* & ob id requiritur etiam ubi agitur Juris ordine non ſervato, Greg. *dec.545. n.5.*

Tertiò, quod legitimentur Perſonæ, Caſtr. *d. conſ.429. col.2. in princ. n.2. lib.1.* prout paſſim obſervat Praxis juxta ſuperiùs deducta *p.1. c.5. de Legit. Perſ.*

Quartò, ut concedantur dilationes opportunæ, Lap. *alleg.82. n.8. & ſeqq.* Bart. *in Extrav. ad reprimendum, in verb. ſummariè, in princ.* alias † tolleretur probatio 28 quod non eſt admittendum cum probatio ſit de Jure Divino, Mart. *c.18. n.16. c. novit de Jud.* Mar. *de or. Jud. p.4. diſt.9. n.10.* Grav. ad Veſt *lib.5. c.1. n.8.*

Quintò requiritur per neceſſe cauſæ cognitio, & Iudicis declaratio, *Clem. ſæpè de verb. ſignif.* Vant. *de null. def. proc. n.52.* alias ſententia eſſet nulla, Abb. *conſ.45. col.2. n.1. verſ. quarto correit, lib.2.* 29

G
Sola facti veritate inſpecta, Primò hæc clauſula non ſolum operatur eoſdem effectus quos operatur clauſula 30 *ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii*, ſed aliquid ulterius, Alex. *conſ.84. n.13. lib.4.* Rom. *conſ.20. n.8. & ibi* Mand. Mart. *de Clau. p.1. clau.180. n.8* ubi quod importat idẽ, quod clauſula *manu Regia*, nam tollit omnes ſolemnitates iuris Civili, & poſitivi, & Iudex ad ea tantum arctatur, quæ ſunt de iure gentium, Bart. *in extrav. ad reprimend. in verb. videbitur n.5. & ſeq.* Rom. *conſ.20. n.3.* Alex. *conſ.6. n.1. in fine lib.3.*

Sed ex quo tollit ſolemnitates tantũ Iuris poſitivi, nõ 31 Iuris gentium, non videtur operari aliquid magis, quam operatur clauſula *ſummariè*, & *ſine figura judicii*, cùm hæc quoq; eumdem operetur effectum præfatum, ex allegatis ſupra *ſub lit. F. n.21.* unde videntur dictę clauſulę æquiparari, ut dixit Bertr. *conſ.142. n.17. l.1.* quem refert etiam Mandoſ. ad Rom. *conſ.519. ſub littera F.*

Et ob id neque hæc clauſula, ſola facti veritate inſpecta, aufert legitimam defenſionem, Roman. *d. conſ.519. n.3. & ſeqq. & ibi* Mandoſ. *ſub littera B.* 32

Secũdò operatur, quod termini non ſubſtantiales poſſint in totum omitti, alii verò ſubſtantiales abbreviari, 33 arbitrio Iudicis, Rom. *d. conſ.519. n.4.* Rot. *dec.15. & dec.25. de reſcr. in antiq. & dec.2. aliàs 33. de reſcr. in nov.*

Unde ſine dubio inferri poteſt, quod terminus ad libellandum, litis conteſtatio, & ſimiles ſolemnitates, poſſunt omnino omitti, & incipi ab Articulis, illiſq; probatis procedi ad ſententiam, Rom. *conſ.519. n.4. & ſeq.* Sal. Tiro. *in Prad. ſx. ſr. n.5.* Rot. *d. dec.2. n.1. de reſc. in nov.* 34

Articuli autem in hoc caſu duplici officio funguntur videlicet petitionis, & facti probandi, Oldrad. *conſ.429. nu.1.* 35

n 1. Adden ad Rotam *d.deciſ 2. ſub littera B. de reſcript.in nov.* Et ſunt loco libelli, Sal. Tib. *lib.2 c.21.n.6.*

36 Sed contrarium, quod ſcilicet clauſula, *ſola facti veritate inſpecta*, tollat obſervationem terminorum ſubſtantialium, fuiſſe decíſum in cauſa *Romana pecuniaria, 15. Octobris 1601. coram bo.me. Card. Millino*, teſtatur Mart. *de Clauſ. par.1.clauſ.180. n.2.* cui opinioni conſert antiqua opinio *Ægidii Bellameræ* de qua teſtatur Rota *dec.2. nu.3. de reſcript.in novis*.

37 Cæterum in Rota antiquitus Praxis obſervavit: ut per hanc clauſulam non poſſunt termini ſubſtantiales penitus tolli ſed benè poſſent abbreviari, Arbitrio Auditoris, quia dictæ commiſſiones cum clauſula hujuſmodi de facili obtinebantur, & dubia oriebantur exinde non pauca. Et ob id fuit à Rota præfixus modus procedendi in his caſibus, nonnullis brevibus terminis ſervatis, & alias ut per Rotam *d.dec.2.n.4 & ſeqq de reſcript.in nov.*

38 Verùm, admiſſo etiam, quod in Tribunali, in quo hic modus procedendi, cum aliquorum breviorum terminorum obſervatione, non eſſet præfixus, termini ſubſtantiales poſſent omninò omitti: non tamen omittendum videtur poſſe penitus omitti terminum ad probandum nec ad dicendum contra Jura producta, & contra Articulos; ne aliàs legitimè probationes, & defenſiones auferrentur contra text. *in Clem. ſæpè de Verb. ſignif.* Rom. *d.conſ.519. num.3.in fin. & n.4.* Rot. *d.dec.2. n 3. de Reſcript. in nov.* & nè etiam cauſæ cognitio tolleretur, Grat. *diſt 258.n.3.*cum aliis allegatis *ſupra littera F.in fine verſ.4* ut concedantur dilationes, *n.28.*

39 In Tribunali tamen A.C. hæc quæſtio eſt deciſa, cum A.C. poſſit in cauſis, in quibus procedit ſola facti veritate inſpecta illas cognoſcere etiam terminis non ſervatis, ut diſponitur expreſſe in ejus facultatibus, Greg XIII. *in Conſtit.55. Ad Generis, ſecund. antiq. impreſſ.* Greg.XIV. *in eius Conſtit. Ad Generis impreſſa apud* Sal. Tib. *lib.4.* Paul. V *Conſtit.28. Eximiæ*.

Et qui termini ob id ſint, vel non ſint ſervandi, clarius Praxis rerum magiſtra declaravit, ut inferius ſuis locis dicetur.

40 Tertio operatur d. clauſula, quòd intelligatur conceſſa cumulatio petitorii cum poſſeſſorio, Rolan. *conſ.7. n 38. l.3.* Neviz.*conſ.97 n.12.* Ludov.*dec Peruſ c.17. n.22.*

41 Sed hoc non procedit ad effectum, nè lite pendente poſſit obtineri manutentio in ſummariiſſimo poſſeſſorio, Mart *de clauſ.part.1 clauſ.71.n.1* Rot. poſt Pacif. de Salv. *dec.141.n.15. in fine*.

42 Quartò hæc clauſula etiam ac ſignanter operatur, ut Judex poſſit ferre Sententiam ſuper non petito, dummodo ſit probatum, Jaſ. *in l.vinum n.24.ff.ſi cert. pet.* Marſil. *ſing.*262. Rot *Januen. deciſ.*109. *nu.3.* quod eſt regulare in cauſis ſummariis, Greg *deciſ.176. n.2. & dec.270. num.6.* Buratt. *dec.368.n.5.* Beltram ad Greg. *d.dec.176.num.12.* Fereotill. ad Buratt. *dec.58.n 6.*

43 Quintò operatur, ut ſufficiant probationes perſuaſivæ, Neviz.*conſ.25.n 12.* Jal. *in l certi conditio, §. ſi nummos, n.32, ff ſi cert petit.*

H *Manu Regia*. Antequam Romulus primus Rex Romanorum trigiota Curias, & Magiſtratus in Urbe crearet,
44 ipſemet Controverſiis, ac litibus præerat, & manu ſua illas decidebat, prout antiquitus Moyſes Dux populi Judaici, Coritus Dardani Genitor, & alii etiam Reges priſcis illis temporibus agere, Butr. *in cap. quæ in Eccleſ. n.6. & ſeq. de Conſt.* Mart. *de Clauſ.d p.1. clauſ.71. n.2.* Rot. *dec, 446. §.n.1.in fin.part.2.recent.*

45 Magiſtratibus verò creatis, non ideò manus Regia ceſſavit, ſed adhuc in Principibus reperitur, Butr. *in d.cap. quæ in Eccleſiarum, n.6.& ſeqq.* Mart. *de Clauſ. p.1. clauſ.71.n 3.*

46 Unde infertur, quod Principes poſſunt concedere Judicibus facultatem procedendi manu Regia, & cauſas, prout quotidie faciunt, manu Regia, decidendas committere, Marant. *de ord.jud p.4.diſt 9.n.8. in fin.* cum aliis allegatis per Mart. *de Clauſ.d.p.1.clauſ.71.n.3.*

47 Hanc facultatem habet A.C. à Summo Pontifice procedendi in cauſis Mercatorum Curiæ, & Notariorum ejus Tribunalis, atque à ducatis ducentis infra, manu Regia, ſcilicet, & abſque obſervatione terminorum, ut ſupra in principio hujuſmodi ſecundæ partis fuit narratum, Greg XIII. *in Conſtit. 55. Ad generis, ſecun.antiq. impreſſ.* Greg XIV. *in eius Conſt. Ad Generis n 10.* apud Sallit. Tib. *in Prax lib.4.* Paul.V. *conſt.28. Eximiæ* prout de cauſis Mercatorum id advertas etiam Rot. *dec.446. num.1. par.2. recent.*

48 Et habet hæc clauſula eamdem virtutem, quam habet clauſula, *ſummariè &c. & ſine figura Judicii*, Bart. *in Extravag. ad reprimendum, in verb. figura in fin.* Mart. *de Clauſ p.1.clauſ.180. n.6.*

49 Signanter autem operatur, ut poſſit procedi de facto, & ſine ullo Juris ordine, Rot. *dec.446. n.1.p.2 rec.*

50 Secundò operatur, ut poſſit procedi executivè, Rot. *d. dec.446.n.1.p.2.rec.*

51 Non tamen tollit ſubſtantialia judicii, Rot. *deciſ. 445. num.6.p.1. diverſ.*

52 Sivè igitur judici ordinario ſit data facultas procedendi *ſummariè &c.ſi. & ne figura Judicii ſola facti veritate inſpecta ſive manu Regia*, ſive disjunctim, ſive conjunctim, & ſive cauſa ſit commiſſa cum omnibus dictis clauſulis ſeu cum aliqua earum, ſemper eſt ſummaria, ut ex præmiſſis patet.

53 Cæterum cauſæ ſummariæ, ſunt in duplici differentia, quædam enim ſunt cauſæ ſummariæ, quæ requirunt plenas probationes, & ſunt ſolummodò ſummariæ, quo ad ſolemnitates Iudicii, vel aliquas earum, Lap. *alleg. 3. n.5.* Mandoſ. *in form.3. commiſ. in verb ſummariè verſ. altero modo* Marant. *de ord Jud.part.4.diſt.9 n.46* Marcheſ. *de commiſſ. aperitoris p.2.§.1.n 72 fol.418. ſecun. nov. impreſſ.*

54 Et Primò poſſunt exemplificari in incidente, vel emergente cauſæ ordinariæ, nam iſte Articulus eſt ſummatim decidendus, & ſummariè tantùm quoad ſolemnitates, & dilationes, non autem quoad probationes, Mart. *de clauſ p.1. clauſ.180.n.20. verſ. aut cauſa eſt ordinaria*.

55 Secundò poſſunt exemplificari in cauſa de ſui natura ſummaria non favorabili, nam hæc quoque plenas probationes requirit, Bart. *in Extrav. ad reprimendum, in verb. ſummariè n.12. verſ quædam ſunt, in quibus* Alex. *conſ.139 n.8.& conſ.187.n.3.lib.7.* Mart. *de Clauſ. d.clauſ.180.num.10. verſ. aut cauſa natura ſua*.

56 Quædam verò ſunt cauſæ ſummariæ, quæ vel plenam probationem non requirunt, vel tantùm requirunt ſemiplenam, & hæ ſunt ſummariæ, non ſolum quoad ſolemnitates, & dilationes ſed etiam quoad probationes Lap. *d allegat. 3.n.5.* Mandoſ. *d.form.3. commiſſ. in verb. ſummariè verſ Judicium ſummarium*, Marcheſ. *de commiſſ. aperit oris p 2 §.1.n 72. fol 418.*

57 Et poſſunt primò exemplificari in cauſa, quæ non parat plenum præjudicium, prout eſt quælibet cauſa poſſeſſorii, quæ dicitur minima, ſi poteſt reparari in petitorio, alias ſecus, Marant. *de ord Jud.p.4.diſt.9. n.43.*

58 Secundò in cauſa de ſui natura ſummaria præjudiciali favorabili, prout alimentorum, Ventris & hujuſmodi, quæ non requirunt plenas probationes, Bart. *in Extravag. ad reprimend. in verb. ſummariè, n. 12. verſ. quædam ſunt, in quibus* Mart. *de clauſ. d. clauſ.180. n.10. verſ. aut cauſa natura ſua*.

59 Caſus autem in quibus poteſt ſummariè procedi de jure Communi ſunt multi.

Primus caſus eſt, quando Papa mandat cauſam cognoſci, & terminari ſummariè, Mand. *d. for.3. com. in verb. ſummariè, verſ. cauſa autem*, Marant. *de ord. Jud.p. 4.diſt.9.num.2.*

60 Inferior verò ipſo ſummo Pontifice non poteſt dare facultatem procedendi in cauſa ſummariè, nec illam ſummariè committere, quia hoc non poteſt fieri, niſi à Principe, Gloſ. *in cap.fin.in verb. figura de Hæret in 6.* Lap. *allegat.102.n.3.verſ. ſed nunquid*, Felyn. *in cap.1. n.2 de reſcript.* cum aliis cumulatis per Mandoſ. *in forma 3.commiſſ. in verb. ſummariè verſ. an autem alius*.

61 Et ad reddendum cauſas ſummarias auctoritas Principis eſt omninò neceſſaria, alias remanet ordinaria, Gloſ. *in d.c.fin.in verb figura de Hæret. in 6.* Card. *in Clem. diſpendioſam, n.46.de Judic.* Felyn. *in cap.olim n.3.de accuſat.* Maran. *de ord. Jud.p.4.diſt 9 n.3.*

62 Hinc primò infertur, quod Legatus Papæ non poteſt committere cauſam ſummariè, ſublato Iuris ordine, etiamſi Papa conceſſiſſet Legationem appellatione remota, & commiſiſſet ei univerſitatem cauſarum, cum plena, & omnimoda poteſtate, Felyn *in c.1.n 2 de reſcript.* Caſtr. *conſ 169. viſo quodam in princ.lib.1.* Butr. *conſil.66,*

num 3

Digitized by Google

n. 3. verſ. item generali, *ubi* Apoſtilla *in verb. ſummario* Alex. *conſ.* 106. *n.* 12. *lib.* 1. Oſaſc. *dec.* 1. *n.* 18.

63 Sed hoc non procedit, quando Legatus induceretur ad committrendum cauſam ſummariè ex magna, & rationabili cauſa, ut puta attenro ſtatu loci, & rei, Imol. *in c. fin. in* 2. *not. n.* 1. *de tranſ.* Alex. *in l. nemo poteſt n.* 4. *in fin ff. deleg.* Felyn. *in d. c.* 1. *n.* 5. *verſ.* 4. *declara de reſcrip.* Alex. *conſ.* 606. *n.* 15. *lib.* 2. cum aliis cumulatis per Gab. *de Clauſ. concl.* 6. *n.* 1. *ubi de communi lib.* 6. dummodo hujuſmodi cauſa appareat, quia in inferiore non præſumitur, Felyn. *in d. c.* 1. *n.* 2. *de reſcript.*

64 Secundò infertur, quod cauſa ordinaria non poteſt per partes effici ſummaria, Rota *dec.* 352. *n.* 4. *p.* 2. *rec.* Butart. *dec.* 35. *n.* 9.

65 Tertiò infertur quod Domini terrarum recognoſcentes Superiorem non poſſunt cauſas ſummariè committere, Jaſ. *in l. nemo poteſt in lect.* 2. *n.* 7. *ff. de leg.* 11. Ab. *conſ.* 61. *in cauſa, verſ.* 3. *corruit, n.* 5. *l.* 1. & ita eſſe de jure & communem opinionem teſtatur, Corn. *conſ.* 421. *oſtenſo*, *num.* 4. *lib.* 9.

66 Sed hoc primò non procedit, ſi hoc fieret ex juſta, & rationabili cauſa, quia tunc valeret commiſſio, Alex. *conſ.* 106. *perſpecto*, *n.* 22. *lib.* 2.

67 Secundò non procedit de facto, quia multi inferiores Papa cauſas ſummariè de facto committunt, Corn. *d. conſ.* 329. *n.* 3. *lib.* 9. quem refert Mandoſ. *in d. form.* 3. *commiſſ. in verb. ſummarie, verſ. non autem*.

68 Tertiò non procedit de generali conſuetudine, quia Domini terrarum recognoſcentes Superiorem in ſuo dominio cauſas ſummariè committunt, Bal. *in conſ.* 166 *Quamquam n.* 5. *verſ. utrum lib.* 3.

69 Concluſio tamen, quod inferior Summo Pontifice non poſſit committere cauſas ſummariè.

Primò non procedit in Imperatore, Regibus, & Principibus habentibus in eorum ſtatu jura imperii, & neminem in Superiorem recognoſcentibus, quia iſti poſſunt cauſas ſummariè de jure committere, Fel. *in c.* 1. *n.* 2 *verſ. modò declara de reſcr.* Mand. *in form.* 3. *commiſſ. in verb. ſummaria, verſ. non autem aliud* quia ad reddendũ cauſas ſummarias ſufficit auctoritas Principis non recognoſcentis Superiorem, Gloſ. *in c. fin. verb. figura, de Hæret. in* 6. Card. *in Clem. diſpendioſam, in fin. de Judic.* cum aliis allegatis ſupra, *verſ. inferior verò n.* 60.

70 Hic infertur, quod Magnus Dux Hetruriæ Sereniſs. poteſt de jure in ejus fęliciſſimo Statu cauſas ſummariè & cum aliis ſimilibus clauſulis committere. Mand. *in for.* 3. *commiſſ. in verb. ſummarie, verſ. non autem aliud*, ibi, aliàs reſpondi, Alex. *conſ.* 1. *Ponderatis*, *n.* 29. *lib.* 5.

71 Nam ipſe habet in ejus Statu jura Imperii, & neminem in Superiorem recognoſcit, prout à tempore *fœl. me. Hon. IV.* & citra neminem in ſuperiorem recognovit Reſpublica Florentina, in cujus locum Magnus Dux ſucceſſit, & ſubrogatus fuit, Siquidem Reſpublica Florentina de An. 1287. emit à fel. me. Rodulpho I. Auſtrio Imperatore jura Imperii hujuſmodi, & libertatem omnimodam, pretio florenorum Auri ſex mille, Lean. de Alber. *in deſcr. Ital. Platina in Vita Honorii IV. & alii Hiſt.* Fel. *in c. eli non liceat col.* 9. *n.* 1. *de præſc.* Nev. *conſ.* 86. *n.* 9

72 Quod quidem factum idem Summ. Pont. Honor. IV. *Sabellius* libentiſſimè comprobavit, Fel. *in c. cum non liceat*, *n.* 22. *verſ. quarto conſidera, de Præſcr.* Nev. *d. conſ.* 86. *n.* 6. cum aliis cumulatis per Mand. *in for.* 3. *commiſſ. in verb. ſummarie, verſ. non autẽ alter, ibi alias reſpondi*

73 Et quod quando Florentini, & Lucenſes emerunt libertatem ab Imperatore, Honorius Papa lætitiam faciebat, quia Imperator abſentabatur à conſilio Eccleſię tradit Nev. *d. conſ.* 86. *n.* 9. quem refert, & ſequitur, Car.

74 Tuſc. *lit. F. concl.* 505. *n.* 20. ubi infert, † quod iſtę duę Civitates tunc erant amicæ Eccleſiæ, & Sedis Apoſtolicę

75 Secundò concluſio non procedit in inferioribus à Principe ſęculari, qui habent poteſtatem concedendi jura, quia poſſunt etiam committere cauſas ſummariè, Caſtr. *conſ.* 24 *ſuper primo dubio*, *n.* 4. *verſ.* 4. *principaliter l.* 2. *cũ aliis* per Gab. *de Clauſ. concl.* 6. *n.* 4. *l.* 6. & appellatione remota, Fel. *in d. c.* 1. *n.* 2. *verſ.* 2. *declara de reſcript.*

76 Sed hoc non habet locum, quando illi non haberent abſolutam juriſdictionem in eorum Terris, latè Gabr. *de clauſ. d. concl.* 6. *num.* 3.

Tertiò non procedit in Epiſcopo, qui poteſt cauſam de ſui natura ſummariam, prout Spiritualem, vel Beneficialem, committere cum clauſula ſummariè &c. Lap. *alleg.* 102. *non poteſt in fin.* Quinimò non deſunt caſus in quibus Epiſcopus poteſt ſtatuere contra jus, ut per Felyn. *in cap. quod ſuper his*, *n.* 4. & *ſeq. major. & ob. ea*. 77

Quartò non procedit in inferiore habente dignitatem, & adminiſtrationem pro ſe, & ſuis Deſcendentibus jure proprio Gabr. *de clauſ. d. concl.* 6. *n.* 6. *lib.* 6. 78

Quintò non procedit in Archiepiſcopo Mediolani, ut tradit, Signor. de Homod. *conſ.* 15. *in quæſt. n.* 3. 79

Secundus caſus, in quo poteſt ſummariè procedi, eſt, cum quæritur, an quis reſpondere debeat, an, & quo jure ſit hæres alicujus; nam cauſa præparatoria alterius eſt ſummaria, *l. ſi defenſor*, *fin. ff. de interrog. act.* 80

Tertius caſus eſt articulus incidens, vel emergens in cauſa ordinaria, Caſtr. *in l. filio præterito n.* 6. *ff. de iniuſt. rupt. irrit. fact. Teſtam.* Matt. *de clauſ. part.* 1. *clauſ.* 180. *n.* 10. *verſ. aut cauſa eſt ordinario*. 81

Quartus caſus eſt quando diſceptatur de Beneficio Eccleſiaſtico, & lis eſt ſuper titulo Beneficii, Clem. *diſpendioſam de Judic.* 82

Quintus caſus eſt quando agitur de poſſeſſione momentanea, nam omnes hujuſmodi cauſæ poſſeſſoriæ ſunt ſummariæ, ut inferius ſuis locis dicetur. 83

Sextus caſus eſt, quando cauſa ventilatur in Curia Mercatorum, Bart. *in l. ſi Fidejuſſor*, *§. quædam*, *num.* 2. *ff. mand.*

Septimus caſus eſt, quando diſceptatur de cauſa Uſurarum, ſeu Uſuras quomodolibet tangente, Clem. *diſpendioſam de Judic.*

Octavus, quando petuntur alimenta præſentia, vel futura, *l.* 2. *ff. de Fer.*

Nonus, quando agitur contra Confeſſum.

Decimus, quando agitur contra Religioſos, præſertim via inquiſitionis.

Decimus primus, quando agitur de Monacatu, & poſtulatur Monachus ab aliquo Abbate, vel à ſe ipſo.

Decimus ſecundus, quando diſceptatur de cauſa Matrimoniali, Clem. *diſpendioſam de Judic.*

Decimus tertius, quando agitur de Dotis reſtitutione, veluti ſoluto Matrimonio.

Decimus quartus, quando agitur quomodolibet ad Decimas, vel de Decimis, Clem. *diſpendioſam de jud.*

Decimus quintus, quando petitur executio Sententiæ, Greg. *dec.* 545. *n.* 4.

Decimus ſextus, quando agitur contra Abſentem.

Decimus ſeptimus quoties diſputatur, an Tertius, comparens pro ſuo intereſſe, ſit admittendus ad impediendam executionem Sententiæ.

Decimus octavus, quando agitur ad exhibendum.

Decimus nonus, quando agitur contra Debitores Tributorum, & collectarum, & aliarum functionum Fiſcalium.

XX. quando agitur contra Gabellarios, & ſimiles, qui exigunt, quod non debent.

XXI. quando quis mittitur in poſſeſſionem ex primo Decreto.

XXII. quando Legatarius ab Hærede legatorum nomine ſatisdationem poſtulat.

XXIII. quando diſceptatur, an querela inofficioſi Teſtamenti ſit præferenda cauſæ liberali, *l. ſi quis §. plane*, *ff. de pet. hæred.*

XXIV. quando quis Teſtes examinare vult ad perpetuam rei memoriam.

XXV: quando agitur contra ſuſcipientes res in Naufragio.

XXVI. quando agitur de modica ſumma, *Auth. niſi breviores*, *ubi* Bart. *n.* 1. *C. de Sent. ex brevic. recit.*

XXVII. quando agitur de cauſa pauperum, & miſerabilium perſonarum.

XXVIII. quando agitur de mercede, & ſalario.

XXIX. quando agitur de probando impedimento ad obtinendam ſecundam dilationem, *cap. paſtoralis*, *in fin de except.*

XXX. quando agitur de delictis levibus.

XXXI. quando agitur de crimine læſæ majeſtatis, tex. *in extravag. ad reprimendum*.

XXXII.

Digitized by Google

XXXII. quando agitur de dando à Judice Tutore, vel Curatore Pupillis, Filio adoptando, vel emancipando, & hujuſmodi.

XXXIII. quando tractatur de damno infecto.

XXXIV. quando agitur de cauſa, ſuper qua ſententia non infert magnum præjudicium, utpotè, quia præjudicium poteſt in alio judicio reparari abſque appellatione, aut alio remedio ſimili.

XXXV. quando agitur ſuper cognitione qualitatis, in qua fundatur juriſdictio, ut ſi agatur contra forenſem ratione contractus, vel delicti, Lap. *Alleg.* 58. *Prælatus, n.2.& ſeqq.*

XXXVI. quando ſuccedit officium Judicis, ut tollatur aliqua novitas, ex qua puniatur, qui innovavit Lap. *alleg.54. quidam n.1. ante fin. verſ. porro non obſtat.*

XXXVII. quando conventus rei vindicatione negat ſe poſſidere quia transfertur poſſeſſio in actorem, *l. fin. ubi* Bart. *n.1.& ſeq. ff. de rei vind.* Lap. *d. alleg.* 54. *n.2.*

XXXVIII. quando agitur de liquidatione inſtrumenti ad effectum deinde procedendi executivè.

XXXIX. quando diſceptatur, an Notarius ſit de inſtrumento rogatus; nam, conſtito de rogitu, cogitur ſummariè ad exhibendum, Fedet. *de Sen. conſ.*113. *n.2. verſ ſuper ultimo.*

XL. quando cauſa eſt executiva; nàm omnis cauſa executiva eſt ſummaria, Marant. *de ord. Jud. p.4. diſt.* 9. *n.*59. ubi id declarat.

XLI. ubicumque plena cognitio non requiritur, Gloſ. *in l. Judicis, in verbo plena, C. de Judic.*

XLII. quando cognoſcitur de exceptione dilatoria, vel declinatoria, quia non agitur de magno præjudicio, Zabarell. *conſ.7. per tot.*

XLIII. ubicumque plena probatio non requiritur, Lapp. *alleg.3. verſ. tertium, n.4.& ſeq.*

XLIV. ubi agitur de cauſa depoſiti, *l. pen. ubi part. C. depoſ.*

Quos quidem caſus in quibus poteſt ſummariè procedi, poſt alios tradunt Maran. *de ord. Jud. p.4. diſt.9. fere per tot.* Aſin. *in Prax.* §.3. *c.31. per tot.* Card. Tuſc. *litt. S. concl.*887. *per tot. & concl.* 888. *& ſeqq. & n.*10. Nonnullos etiam tangit, Mandoſ. *in form.3. Commiſſ. verb. Summarie,* Quibus addi poteſt.

XLV. quando agitur de cauſis piis, Tiraq. *de privileg. piæ cauſ. privileg.*147.

XLVI. quando cognoſcendum eſt, an executio fuerit facta ſuper bonis in Sententia, & Mandatis, comprehenſis, Buratt. *dec.*731. *n.*4.

85 In Rota verò proceditur etiam ſummariè, prout in Beneficialibus, vigore Innocentianæ, in cauſis infra quingentos florenos auri, Innoc. VII. *Conſt.*10. *Finem litib.* Papazon. ad Rot. *dec.* 2. *n.*15. *de reſcrip. in nov.*

86 Quod coram A.C. videtur habere locum in omnibus cauſis exceptis executivis, Nec non cauſis Notariorum ejus Tribunalis, & Mercatorum R. C. & cauſis à ducentis ducatis Auri de Camera infra, nam in cæteris poſt A.C. procedere ſummariè prout in Beneficialibus, ut expreſſè legitur in ejus facultatibus, Gregor. XIII. *in ejus conſt.*15. *Ad generis ſec. ant. impreſſ.* Greg. XIV. *in ejus conſt. ad generis* §. *eas videlicet, in fin. impreſſ. poſt Praxim* Saluſt. Tib. Paul V. *conſt* 28. *Eximiæ.*

87 Habent cauſæ ſummariæ, & executivæ ſuam inſtantiam triennalem, ſicut ordinariæ, juxta text. *l. properandum, C. de Jud.* Caſtr. *conſ.*169. *viſo pun&. in fin. l.2.* Mar. *de ord. Jud. p.5 prin. n.5.& n.7.* Aſin. *in Prax. c.3. n* 35. *& ſeq. & n.42.* Scac. *de Ap. q.15. ar.11. n.244. & n.*248.

88 Sed hoc non procedit de Jure canonico, nam illo jure inſpecto inſtantia eſt perpetua, latè Scacc. *de Appellat. d. q.15. art.11. n.*275.

89 Secundò non procedit in Tribunali A.C. in quo nunquam perit prima inſtantia, & ita quotidie obſervatur.

90 In cauſis autem commiſſariis poteſt adverti, quod quando cauſa eſt commiſſa cum clauſula *ſummariè &c.* primo Judici eſt etiam, ſummaria coram ſubrogato, Ægid. *deciſ.* 40. *& dec.*41.

91 Et ubi eſt effecta ſummaria in prima inſtantia remanet ſummaria etiam in ſequentibus, Egid. *d. deciſ.* 41. Caſſad. *d. dec.8. n.1. de reſcript.* Papaz. ad Rot. *dec.2. n.*17. *de reſcrip. in nov.* Mandoſ. *in forma 3. commiſſ. in verb. ſummarie verſ. rurſus advert.* Put. *dec.*426. *n.2. lib.2* Veitr. *in Prax. lib.5. c.1. a.2.* Rota *in Ferrar. bon. de Zavaleis* 26. *Junii* 1613. *cor. San&iſſ. D.N. Innoc. X.*

Et ſi cauſa principalis eſt ſummaria, omnes illius ar- 92
ticuli ſunt ſummarii, Calder. *conſ.*139. *aliàs 1. de Fer. in fin. verſ. Ego Gaſpar.* Bart. *in extrav. ad reprim. in verb. ſummarie n.11. verſ. ſed quomodo,* Iaſ. *in l. Judices, n.5. verſ.2. C. de jud.*

Licèt in commiſſione Auditori, vel alteri directa fue- I
rit conceſſa facultas procedēdi in cauſa ſummariè &c. 93
& terminis non ſervatis, nihilominus termini ſubſtantiales non poterunt in totum omitti; ſed tantum illius vigore abbreviari, Rot. *dec.*15. *& dec.*25. *de reſcript. in antiq. & dec.2. n.4. & ſeq. de reſcrip. in nov.* Saluſt. Tib. qui alias deciſiones cumulat *in prax. c.*15. *a.5. verſ. nec poſſunt, lib.2.* Rot. *dec.*137. *n.8 p.3 l.3. diver.*

Non tamen vigore hujus clauſulæ poterunt termini 94
abbreviari, quoad numerum, ſed benè quoad dilationem. Illi enim quatuor, videlicet ad articulandum, ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta, ſunt nihilominus omninò ſervandi, Put. *dec.*326. *lib.2. in correct.*

Sed hoc primò non procedit quando in commiſſione 95
eſſet oratio univerſalis, prout omnibus, & quibuſcumque terminis ſubſtantialibus, & non ſubſtantialibus, tam de jure, quàm de ſtylo ſervari ſolitis, non ſervatis, & penitus omiſſis; nam tunc termini ſubſtantiales poſſunt in totum omitti, ut fuit deciſum coram bo. mem. Card. Simonetta in cauſa Vicentina plebis, Papaz. ad Rot. *dec.2. n.7. de reſcript. in novis.*

Secundò non procedit, quando diceretur abſq; tela ju- 96
diciaria, vel quod procedatur via executiva, vel quod præfixo aliquo termino loco terminorum ſubſtantialium vel terminis unica citatione ſervatis; nam in his caſibus termini ſubſtantiales non ſervantur, Papaz. ad Rot. *dec.2. n.8. de reſcr. in nov.* Erit tamen terminus præfigendus, vel termini unica citatione ſervandi, juxta formam cōmiſſionis, quando hęc illius vigore requiruntur.

Tertiò non procedit in Tribunali A.C in cauſis à du- 97
catis ducentis intra; necnon Notariorum A.C. & mercatorum R.C. nam in his cauſis A. C. facultatem habet procedendi ſummariè &c. manu Regia, & abſque obſervatione terminorum, Greg. XIV. *in ejus Conſt. ad generis, §. eas videlicet, impreſſ. poſt prax.* Sal. Tib. Paul. V. *conſt.*28. *Eximiæ* §. *eas videlicet.* Et praxis optima legum interpres declaravit, ut in his cauſis termini ſubſtantiales ad articulandum, ad producendum, omnia, ad dicendum contra producta, ad declarandum, & ſimiles non requirantur, ut inferius ſuo loco parebit.

Termini ſubſtantiales ſunt dilationes judiciariæ, ut L
aliquis cauſarum eſſet ordo, qui prius nullus erat, & li- 98
tes abbreviarentur, adinventæ, Egid. *dec.*745. *circa medium, verſ. exemplum de ſecundo.*

Fuerunt autem primitus adinventi termini ſubſtan- 99
tiales à fe. me. Urbano Papa V. ad finem litibus celerius imponendum, & ſumptibus, ac laboribus litigantium parcendum, Rot. *dec.2. n.2. de reſcript. in nov.*

Et ob id ab illo tempore cœperunt eſſe de ſubſtantia 100
Iudicii, cum antea non eſſent, Veral. *dec.*149. *n.4. p.3.*

In cauſis prophanis in prima inſtantia termini ſub- 101
ſtantiales ſunt infraſcripti videlicet.

Ad dicendum contra commiſſionem.	ad p. d.
Ad libellandum.	ad octav. diē.
Ad reſpondendum libello.	
Ad litem conteſtandum.	ſinguli ad 1.d.
Ad articulandum.	
Ad dicendum contra articulos.	ad 15. diem.
Ad producendum omnia.	
Ad dicendum contra producta.	ſingul. ad 2.d.
Ad declarandum.	
Ad iurandum de calumnia.	ſingul. ad p.d.
Ad dicendum contra declarationes.	

In 2. Inſtantia omnes iidem termini ſanantur; exce- 102
pto illo ad reſpondendum libello, & litem conteſtandum, quo omiſſo, reliqui ſervari ſolent ſinguli ad primam, excepto termino ad articulandum, qui ſervatur ad octavam. Terminus verò ad dicendum contra declarationes, tam in prima, quam in aliis Inſtantiis eſſe

con-

Digitized by Google

contingens; ſi dentur facto, & in ſcriptis, alias ſi verbo tantum non ſervatur.

103 In 3. Inſtantia omnes dd. termini ſervantur ad primam, excepto termino ad articulandum, qui ſervatur ad ſextam Mart. V. *conſt. 5. Romani §. 23. & ſeqq.* Veſtr. *in prax. lib. 5. c. 4.* Card. Tuſc. *lit. T. concl. 73. n. 4. & ſeqq.*

104 Si verò in termino ad conteſtandum litem, citatus, differat litem conteſtari, compellitur, ſervatis quatuor terminis ad conteſtandum litem, 1. ſimpliciter, 2. ad primam diem, 3. etiam ad p.d. ſub pœna excommunicationis addita, 4. & ultimo etiam ad primam, addita clauſula; aliàs videndum ſe declarari, & obtinetur declarari; liteque conteſtata proſequitur judicium, obſervando alios terminos, videlicet ad articulandum &c. ut ſupra, Veſtr. *in prax. d. lib. 5. c. 4. n. 2.*

105 Sed termini ad reſpondendum libello, ad litem conteſtandum, & ad dicendum contra declarationes receſſerunt poſtea ab aula, & hodie nunquam ſervantur; Papazon. ad Rot. *dec. 2. n. 14. de reſcript. in nov.*

106 In Cauſis verò Beneficialibus in prima Inſtantia termini ſubſtantiales ſervantur, infra, videlicet.

Ad dicendum contra Commiſſionem.	ſinguli ad p.d.
Ad libellandum.	
Ad articulandum.	ad duodecimam.
Ad dicendum contra articulos.	
Ad producendum omnia.	ſinguli ad a. d.
Ad dicendum contra producta.	
Ad declarandum.	ſinguli ad p.d.
Ad jurandum de calumnia.	

In ſecunda Inſtantia omnes iidem termini obſervantur ad primam diem, excepto termino ad articulandum, qui ſervatur ad octavam.

In tertia Inſtantia iidem termini ſervantur ſinguli ad primam diem, excepto termino ad articulandum, qui ſervatur ad ſextam, Auct. *Form. Term. in prin.* Veſt. *in prax. l. 5. c. 3. n. 1.* Car. Tuſc. *lit. T. concl. 73. n. 1. & ſeq.*

Iidem termini ſervantur in Rota in prædictis, & aliis cauſis, in quibus proceditur ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, Mart. V. *conſt. 5. Rom. §. 19. & ſeq ſecun. nov. impreſſ.*

107 Verum quoniam A.C. habet facultatem procedendi in omnibus cauſis, obſervatis terminis, & alias ſummariè, prout in Beneficialibus; ſat erit, ſi in cauſis, in quibus termini ſubſtantiales coram eo ſunt ſervandi, ſerventur, prout ſupra in cauſis Beneficialibus ſervari de jure, & de Stylo ſacri palatii Apoſtolici, & Curiæ dictum fuit, & ita paſſim obſervatur in praxi in A.C. Tribunali, & Ego ſæpè ſervavi.

108 Non tamen deſunt, qui in cauſis ordinariis, & in quibus coram A.C. proceditur prout in Beneficialibus, obſervent terminos ſubſtātiales, ut infra, videlicet &c.

Ad dicendum contra commiſſionem (*ſi cauſa eſt commiſſa.*)	ſinguli ad p. d.
Ad libellandum.	
Ad articulandum.	ad octavam diem.
Ad dicendum contra articulos.	
Ad producendum omnia.	ſinguli ad 2. d.
Ad dicendum contra producta.	
Ad declarandum.	ſinguli ad p. d.
Ad jurandum de calumnia.	

Nam, quia cauſæ Beneficiales ſunt ſummariæ,

109 non indigent litis conteſtatione, & ob id terminos, ut ſupra ultimo loco dictum fuit, ſervari coram A.C. tradit Saluſt. Tib. *lib. 2. c. 15. n. 3. & ſeq.*

Quando autem terminus ad articulandum in prima

110 inſtantia obſervatur ad octavam: in ſecunda, & aliis poterit obſervari ad ſextam.

Cæterum in cauſis poſſeſſorii, ſummariis, prout in

111 Salviano ſpolio, & ſimilibus, termini ſubſtantiales ſolum ſervantur, ut infra, videlicet.

Ad articulandum.	ad octavam diem
Ad dicendum contra articulos.	
Ad procedendum omnia.	ſinguli ad s. d.
Ad dicendum contra producta.	

Omittuntur termini ad libellandum, & litem conte-

112 ſtandum, quia in ſummariis nec libellus, nec litis conteſtatio requiritur, omittitur etiam terminus ad jurandum de calumnia; quia hujuſmodi juramentum non eſt de ſubſtantia, niſi parte petente, Saluſt. Tiber. *in prax. lib. 2. cap. 8. n. 3. & ſeqq.* Veſtr. *in prax. lib. 5. cap. 2. num. 2.*

Nec terminus ad declarandum eſt de ſubſtantia, cum ſit contingens tantum, Veſtr. *d. l. 5. c. 2. n. 2.* 113

Præfigitur autem terminus ad declarandum, ut is, qui dedit articulos malè ſpecificatos, poſſit illos declarare & melius ſpecificare in d. termino, Oldrad. *conſ. 254. Quia n. 25. verſ. aliud, & conſ. 163. Dominus, n. 2. verſ. hinc.* Card. Tuſc. *lit. T. concl. 79. n. 1.*

Sed hoc non procedit materia objectiva, in qua dictus terminus ad declarandum non datur, Oldrad *conſ. 167. Ante omnia, n. 4. verſ. nec hic,* Card. Tuſc. *d. concl. 79. n. 2.* Rot. *dec. 14. de teſtib. in Ant.* niſi fortè in ſecunda inſtantia, quando in prima objectus non fuerunt expulſi cum cauſæ cognitione, Rot. *dec. 9. de Except. in antiq.* 114

Nec terminus ad libellandum in ſummariis ſervatus facit quem Dominum litis, Creſcen. *dec. 23. n. 1. de procur.* quia Procurator non efficitur dominus litis, niſi per actum, qui in judiciis plenariis fieri non poteſt, niſi poſt litis conteſtationem, Creſcen. *dec. 14. n. 2. de procur.* 115

Terminis igitur ſubſtantialibus non ſervatis in cauſis, in quibus ſunt ſervandi, ſententia, quæ inde ſequitur, eſt nulla, Egid. *dec. 27.* Rot. *dec. 2. n. 2. de reſcript. in nov.* Verall. *dec. 149. n. 1. p. 4.* Rot. *dec. 351. p. 4. diverſ. & poſt.* Pacif. *de Salv. dec. 6. n. 1. & ſeq.* Mant. *dec. 254. n. 1. & ſeqq.* Rot. *dec. 605. n. 1. inf. p. 2. rec.* Ferentil. ad Buratt. *dec. 337. n. 34.* 116

Nàm remota ſubſtantia nihil ſubſiſtit, *c. tua nos, de ſponſ. l. cum precario, in 1. ff. de proc.* Mant. *d. dec. 254. n. 2* 117

Adeò quòd, illis omiſſis, ſeu non ſervatis, ad nihilum deſerviat reiteratio, nec intrent Conſtitutiones Apoſtolicæ pro illorum ſanatione per reiterationem, Verall. *dec. 149. n. 7. p. 3.* Mantic. *dec. 254. n. 5. & ſeq.* Rot. poſt Pacif. de Salv. *d. dec. 6. n. 3.* 118

Et non ſolum in cauſis ordinariis, ſed etiam in ſummariis, in quibus termini ſubſtantiales requiruntur, ſunt omninò ſervandi, aliàs proceſſus, & ſententia nullitatis vitio ſubjacent, Veſtr. *in prax. lib. 5. c. 2. n. 1. & ſeqq.* Vant. *de null. ex def. proceſſ. n. 59. & ſeq.* Sal. Tib. *in prax. l. 2. c. 15. n. 5. ver. quorum,* Egid. *dec. 27.* Rot. *dec. 13. de jud. in ant.* Caſſad *dec. 2. n. 1. de jud.* Verall. *dec. 149. n. 1. p. 4.* Rota *dec. 105. n. 1. p. 1. diverſ.* 119

Si quis tamen, etiam in ſummariis, terminos ad libellandum, ad declarandum, & ad jurandum de calumnia obſervaret, eſſet cautela, quæ non poſſet nocere, ſed potius prodeſſe, Veſt. *in prax. l. 4. c. 2. n. 2.* licet 120 121

iſti non ſint in hujuſmodi cauſis neceſſarii, & poſſint omitti, cum tantum ſint de ſubſtantia, & neceſſitate dicti quatuor termini ad articulandum, ad dicendum contra articulos; ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta, quibus per neceſſe debet addi quintus terminus, ad ſententiam, quæ ſine illo eſſet omninò nulla. *l. de unoquoque, ff. de re jud.* Veſt. *in prax. l. 5. c. 2. & ſeq.* & ibi Grav. *n. 4. & ſeq.* Vant. *de null. def. proc. n. 59.* Egid. *dec. 27.* Papazon. ad Rot. *dec. 2. n. 11. de reſcript. in nov.* Caſſad. *dec. 8. n. 6. de reſcript.*

Sed quod dicitur, omiſſionem terminorum ſubſtantialium reddere proceſſum nullum. 122

Primò non procedit in executivis, in quibus illi non requiruntur, Vant. *de null. def. proc. n. 52.* Coccin. *dec. 135. in prin.* ubi quod ita obſervatur in Tribunali A.C. & eò minus requiruntur, quando agitur vigore obligationis Cameralis, Rot. *dec. 229. n. 12. p. 5. recent.*

Secundò non procedit in A.C. Tribunali, quando agitur de revocatione mandatorum, Coccin. *d. dec. 135. in princ.* 123

Sed hoc non habet locum, quando dicitur in citatione ad videndum revocari mandatum cum omnibus inde ſecutis, & in expenſis condemnari, attento quod fuit relaxatum pro prætenſo credito extincto ante relaxationem dicti mandati, & facta fuit poſtea inſtantia, ut imponeretur perpetuum ſilentium; quo caſu termini videntur ſervandi, cum ſit expeditum negocium principale, & facta condemnatio in expenſis, Coccin. *d. dec. 135. in princ. & n. 1. & ult.* 124

Tertiò non procedit in ſummariiſſimis poſſeſſoriis, quæ expediuntur per viam ſimplicis decreti, ut quotidie ſervat praxis. 125

Quar-

Digitized by Google

126 Quartò non procedit, quando agitur de executiune literarum Apoſtolicarum, nam tunc non eſt neceſſe ſervare terminos ad articulandum &c. ſed ſufficit obſervare quatuor terminus, ad docendum ſe paruiſſe literis Apoſtolicis, prout inferius dicetur ſuo loco, Rut. *dec.30.n.31.p.5.rec.* Dur. *dec.6n. n.37.& ſeq.* qui ſunt de ſtylo Curiæ, Rot. *dec.791.n.2.p.3.l.3.diverſ.*

127 Quintò non procedit, ſi fuit facta citatiu ad terminos ſubſtantiales, & fuit in actis reproducta, quia licèt non fuerit extenſum in ea decretum ſervationis terminorum, illud non vitiat ex quo cenſetur omiſſum in curia Notarii, ut in ſimili dixit Rut. in Rom. *computoram 21.Maii 1593.cor.bo.me,* Card. Arrigonii.

128 Sextò non procedit in cauſis attentatorum, & revocationis eorum etiam per viam nullitatis, Egid. *deciſ. 294.* Sal. Tib. *in prax.l.2.c.8.n.7.& ſeq.* Rot. *dec.78. de appell.in antiq.* Verall. *dec.250.n.3.p.3.*

129 Septimò non procedit in cauſis nullitatum incidenter intentatis, Sal. Tib. *in prax.l.2.c.8.n.8. dec.27.de jud.in antiq.* Nec quando revocatur ſententia per viam nullitatis ex iiſdem actis ejuſdem iudicii, Eg. *dec. 319.*

130 Octavò non procedit in omiſſiune termini ad dicendum contra producta, nam licet huiuſmodi terminus ſit de ſubſtantia, ſi tamen pars fuit citata ad diceudum contra iura, illius omiſſiu non cauſat nullitatem, Caſſad. *dec.2.n.1. de jud.*

131 Nonò non procedit in umiſſione termini ad articulaudum, quod pars fuit citata ad dicendum contra articulos, nam tunc, per huiuſmodi termini obſervationem, ſanatur defectus termini ad articulandum, Caſſad. *dec.2.n.1.de iud.* Verall. *dec.149.p.3.* Theod. de Rub. *in ſing.ad d.dec.2.* Caſſad. *p.1.fol.279.col.1.*

132 Sed hoc locum non habet in terminu ad videndum admitti articulos, nam ille non ſanat defectum citationis, ſeu termini ad articulandum, nec illi æquipollet, Veral. *d deciſ.149.n.7.p.3.*

133 Nam adeſt differentia; terminus enim ad articulandum licet non ſit communis utriq; parti in prophanis, ſecus tamen eſt in Beneficialibus ſummariis, Rot. *dec. 25.n.1.& ſeq.de jud.in ant.* Veſtr. *in prax. l.3.c.4. nu.4.* Marcheſ. *de Com.appell.in cur. p.1.c.5.n.14.fol.299.*

134 Terminus verò, ad dicendum admitti articulos, non eſt utrique parti communis, cum reſpiciat tantum partem dantem articulos, Verall. *dec.49.n.2.p.3.*

135 Sed terminus ad dicendum contra articulos reſpicit utramque partem, ſcilicet dantem articulos, & illam, contra quam dantur articuli, in quo termino poteſt pars citata, contra articulos, dicere, opponere, deducere, & probare vigore d. citationis quicquid vult, & poteſt, unde æquipollet terminu ad articulandum, *ex præallegatis.*

136 Videntur tamen ex hoc dd. termini ad articulandum, & dicendum contra articulos inſimul inculcati, cum unus fungatur vice duorum, & ſic nulli, niſi vel negetur nullitas, vel dicatur huiuſmodi nullitatem ſanari per illorum reiterationem, *ex inferius allegatis.*

137 Decimò non procedit in omiſſione termini, ad dicendum contra articulos, quando articuli fuerunt à Judice admiſſi parte præſente cum clauſula, *ſalvo iure impertinentiam, & non admitt. aliorum*, & cum aſsignatione termini decem dierum partibus ad probandum earum incumbentia, nam per dictam clauſulam, *ſalvo iure &c.* remanet proviſum præiudicio, quod per ſimplicem admiſsionem articulorum parti contingere potuiſſet qui eſt finis ad quem citatio, ad dicendum contra articulos, introducta fuit, Comit. *dec.108. n.4.* Theod. *de Rubeis in ſing.ad dec.2.* Caſſad *p.1.fol.279.col.1.*

138 Unde infertur, quo terminus ad articulandum non ſolum dicatur ſufficienter ſervatus, quando pars fuit citata ad dicendum contra articulos, *ex præallegatis*, ſed etiam quando in defectu huius citatiunis fuerunt admiſsi articuli parte præſente cum dicta clauſula, *ſalvo iure &c.* ut obſervavit idem Theod. *de rub.in ſin. ad d.dec.2.* Caſſad. *fol.279.col.1.in fin.*

Decimo primò non procedit in Rota, niſi in terminis ad articulandum, ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, & dicendum contra producta nam ommiſſiu aliorum, niſi malitioſè fiat, nun vitiat proceſſum in eo Tribunali, Mart. V. *conſt.5. Romani §.22.ſecun.nov.impreſſ.*

139 Decimo ſecundò non procedit extra Romanam Curiam, nam non ita exactè ſervantur termini ſubſtantiales extra Curiam, ſicut in Curia, & ob id ſententia lata extra Curiam cum terminis malè ſervatis non eſt nulla, Verall. *dec. 249.n.2.p.3.* nam in huiuſmodi ordine iudiciatio mos Regionis obſervandus eſt, cum ſtylus Romanæ Curię non extendatur ad alium, Rom. *conſ.367.n.10. verſ.cæteram, & n.11.* Rot. *dec.4. de appell.in nov.* dummodo judicii ſubſtantialia nun mutentur, Rot. *d.dec.4.de appell.in nov.*

140 Decimo tertiò non procedit in cauſis Mercatorum in Tribunali A.C. vertentibus, nam A.C. inter, & contra Mercatores habet facultatem procedendi ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, manu Regia, & ſola facti veritate inſpecta, abſque obſervatiune terminorum, juxtà ſuperiùs tradita *ſub lit.I. verſ.3.non procedit, n.97.* quo caſu non tenetur ſervare, niſi ea, quæ ſunt juris naturalis, Sal. Tib. *in prax.l.2.c.21.n.5.* cum aliis allegatis *ſup. lit.F, verſ.per quod verbum, n.21.& lit.H.verſ.hunc, & ſeq.n.47.& ſeq.*

141 Non ſolum autem regulariter, terminis ſubſtantialibus non ſervatis, proceſſus eſt nullus, ſed etiam illius nulliter, & malè ſervatis, Rot. *dec.18.n.1.& ſeq. par. 1. recent.*

142 Proinde ad ſalvandos proceſſus, qui ob malam ſervatiunem terminorum corruebant, & finem litibus, imponendum, primus, fuit Innoc. VIII. *fel.rec.* qui celebrē illam Conſtitutiunem, Innocentianam nuncupatam, promulgando, Auditoribus Rotæ reiterandi, terminos malè, & nulliter, & inculcatè ſervatos, & ſic ſanandi omnes illorum defectus præcedentes, unica citatione, & audientia, facultatem conceſſit, Innoc. VIII. *conſt. 10. Finem litibus ſecun.antiq.impreſſ.*

143 Et ob id per dd. terminorum reiterationem, ut ſuprà, in citatiune ad ſententiam omnes defectus eorumdem prius tenorum, ſanantur, Caſſad. *dec.8.n.10.de reſcr.* Verall. *dec.121.nu.4. & ſeq. & dec.250. n.2.p.3.* Seraph. *dec.1352.n.2.* Mant. *dec.54.n.5.* Rot. *dec.46. n.6.& dec. 743.n.4.p.2.& dec.207.n.3.p.5.rec.* Greg. *dec.70.n.9.& dec.156.n.1.* Burat. *dec.126.n.6.& dec.440.n.7.& deciſ. 483.num.8.*

144 Unde ſequitur, quod terminis, ut ſupra, ſervatis, & reiteratis, proceſſus remaneat validus, unà cum ſententia inde ſecuta, Rota *dec.2.de reſcr. in nov.* Veral. *dec. 260.num.3. par.3.* quem ſequitur Rut. *deciſ. 233. n.1. p.1.recent.*

145 Adeò quod ſervati cum Procuratore nun habente mandatum, ſi poſtea fuerint reiterati ad id citato legitimo Procuratore, ſanentur nihilominus in vim Innocentianæ, Caſſad. *dec.8.n.10.de reſcript.* Rot. *dec.51. n.1.part.2.* Coc. *dec.54.n.1.*

146 Et ſufficit, cum ſint communes, quod ab altera parte fuerint ſervati, Specul. *de teſt.§.qualiter autem, n.22.* Verall. *dec.149.n.3.p.3.* Rota *dec.229.n.14.p.5.rec.* & apud Poſt. *de manut.dec.247. n.12.*

147 Quinimò termini ſervati in petitorio, illo poſtea ſuſpenſo, proſunt etiam in poſſeſſorio, cum petitorium habeat in corpore poſſeſſorium, Sal. Tib. *in praxi lib.2. c.8.n.9.* Biſignet. *dec.1.n.8.de cauſ.poſſ.& prob.*

148 Ideòq; ſervati in cauſa Parochialis extenduntur etiā ad cauſam poſſeſſorii intentati ſuper Parochiali, Veral. *dec. 150. n 1. p.3.*

149 Sicut ſervati † in judicio principali proſunt etiam in judicio incidenti, prout Nullitatis, Attentatorum, & ſimilium, Sal. Tib. *d.l.2.c.8.n.10.*

150 Et tertiò venienti ad cauſam, qui, ſi reperit terminos ſervatos, nun tenetur eos iterum ſervare, Caſſan. *dec. 194. Tertius veniens.*

151 Pluties verò reiterati reſpiciunt rei defenſiunem, & cauſæ cognitionem, Rota *dec.54.n.2.poſt conſ.crim.* Farinac. *lib.2.* & habent vim monitionis, Rot. *d.dec.54.n. 2.* Coc. *dec.135.n.7.*

152 Pro illorum autem ſanationem ſufficit, quod intervenerint tot Audientiæ a die introductionis cauſæ ad diem latæ ſententiæ, quot requiruntur pro illorum ſervatione, Saluſt. Tib. *lib.2.c.15.n.9. verſ.verum ex quo*, Seraph. *deciſ.515.n.3.* Rot. *dec.743.n.4.p.2.rec.* Gregor.

deciſ.

Digitized by Google

deciſ.158.num.2. & ibi Beltram. *num.10. & deciſ.280 num.7.* ut poſtea per reiterationem, ut ſupra, ſanentur, Seraph. *deciſ.515. num.2.* Rota *deciſ.743. num.4. part.2.recent.* alias ſententia eſt nulla, Cæſar de Graſſ. *deciſ.13. num.1. & num.2. de re judic.*

153 Verum, quoniam Innocentiana non habebat locum extra Rotam, Caval. *deciſ. 433. n.2.* Rota *deciſ. 285. n.2.par.4.recent.* Idcircò *fel. rec.* Pius IV. *in reform.Sign. Juſt. Conſt.84. Cum ſuper, §. ſimiliter ſecun. antiq.impreſſ.* illam extendit ad omnes Romanæ Curiæ Judices, adeò quod hodie, in vim dictarum conſtitutionum, termini nulliter, & malè ſervati poſſunt à quocumque Judice Rom.Curiæ, ſive ordinario, ſive delegato, ſive in Rota, ſive extra Rotam, unica citatione, & Audientia reiterari, ſcilicet vigore Innocentianæ in Rota, & virtute Pianæ extra Rotam, Burat. *dec.126.n.7.* Rota *dec.743.n.4. p.2.rec.*

154 A. C. verò, ultra facultates prædictas, habet etiam facultates ſpeciales reiterandi terminos ſubſtantiales malè, nulliter, & inculcatè tentos unica citatione, & audientia, Gregor. XIII. *Conſt.55. Ad generis, §. eiſdem, ſecun-antiq.impreſſ.* Gregor.XV. *in conſtit. Ad generis, §.eiſdem, impreſſ.* poſt Saluſt. Tiber. *in prax.* Paul.V. *conſtit.28.Eximiæ, §.eas*; quarum facultatum virtute poteſt omnes præcedentes defectos terminorum ſanare, ut ſupra, Sal. Tiber *lib.2.cap.15. num.9. verſ.verum ex quo*, Seraph. *dec.515.n.2.* Gregor. *deciſ. 280.n.7.* Buratt. *dec.26. n.7.* etiam ſi adſit commiſſio, quæ in hoc non alterat ordinarias illius facultates, Seraph. *d.dec.515.n.2.*

155 Non omitto, quod terminus ad ſententiam, in quo omnes termini ſubſtantiales, ut ſupra, reiterantur, Rota *deciſ.743. num.4. part.2. recent.* ab altera parte ſervatus operatur, ut utraque pars pro ſententia inſtetiſſe dicatur.

156 Et ob id praxis, ſeu ſtylus Tribunalium A.C.& Vicarii obſervat, ut in termino citationis ad ſententiam Judex poſſit validè ſententiare, non ſolum ad favorem citantis, ſed etiam ad favorem citati, ſi viderit, eum bonum jus fovere, & Notarius hoc ultimo caſu extendere ſolet decretum in citatione illius, contra quem fuit lata ſententia, qui ſtylus eſt ſervandus, Rota *dec.101. num.10.& ſeq.par.3.rec.*

M *Prout in Beneficialibus &c.* Cauſæ Beneficiales ſunt
157 ſummariæ,& in eis proceditur ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu,& figura judicii, Clem. *diſpendioſā de Jud.*

158 Operantur autem dd.verba, prout in Beneficialibus, ut poſſit procedi ſummariè in cauſa, etiam ſi ſit prophana, vel non ſit Beneficialis, Mohed. *dec.6.n.1.in fin. de reſcript.* Mandoſ. *in form.2. commiſſ. in verb.prout in Beneficialibus*, Marcheſ. *de commiſſ.appell. in Rom.Cur. p.1.c.5.n.140.& ſeq fol.209 ſecun. nov.impreſſ.* Et ut dilationes debeant eſſe breviores, non tamen ut tollantur probationes opportunæ: Quod procedit, ſive in Rota, ſive extra Rotam.

159 Et licet in Rota vigore Innocentianæ procedatur ſummariè, ut ſuprà; Primò in cauſis miſerabilium, de quibus *in l.unica, C.quando Imper.inter Pupill. &c.* Secundò in cauſis à ſcutis 500.infrà, Marcheſ. *de commiſſ.*

160 *d. p.1. c.5.n.142.* † A.C. tamen in omnibus cauſis poteſt, Prout in Beneficialibus, ut ſupra, procedere virtute ſuarum facultatum in locis ſuprà allegatis, quę omnia quomodo procedant in Praxi ſuis loco, & tempore demonſtrabitur.

De Præparatoriis. Pars II. Cap. II.

SUMMARIUM.

1 *Cauſæ omnes præparatoriæ ſunt ſummariæ; ideò priùs de illis, quàm de cauſis præparatis videtur agendum.*
2 *In Tribunali A.C. productis, parte citata, præparatoriis obtinetur Monitorium.*
3 *Citatio ad dicendum contra præparatoria, & ejus Formula, & Proceſſus.*
4 *Præparatoria, & eorum formula.*
5 *Productio præparatoriorum, & ejus formula.*
6 *Proteſtatio contra præparatoria, & ejus formula.*
7 *Monitorium ad reſpondendum præparatoriis, & ejus formula.*
8 *Executio, & relatio executionis Monitorii, & ejus formula.*
9 *Proteſtatio contra Monitorium, ad reſpondendum præparatoriis, & ejus formula.*
10 *Citatio ad reſpondendum præparatoriis, & ejus Formula, & Proceſſus.*
11 *Alia citatio ad reſpondendum præparatoriis, & ejus formula, & proceſſus, juxta Praxim recentiorem Tribunalis A.C.*
12 *Parte contumace in reſpondendo præparatoriis, expeditur Mandatum, & fit contra eam executio.*
13 *Si præparatoriis non eſt de Jure reſpondendum, fit de hoc proteſtatio opportuna.*
14 *Reſponſiones factæ præparatoriis adnotantur in margine ab Actuario, per verbum, credit, vel non credit; Quomodo adnotetur comparitio partis.*
15 *Præparatoria quid ſint?*
16 *Præparatoria ad quid inventa?*
17 *Conveniendus ut Hæres poteſt interrogari, an & pro qua parte ſit hæres? & quare?*
18 *Quiſpoteſt interrogari an, & pro qua parte ſit hæres, quando Actor dubitaret contra quem, & pro qua parte debeat experiri.*
19 *Conveniendus actione reali, ſi Actor dubitet poteſt interrogari, an, & pro qua parte, & quo titulo poſſideat.*
20 *Conveniendus actione reali negans ſe poſſidere, ſi convincatur de mendacio, amittit poſſeſſionem, & Actor poteſt petere ſe immitti in poſſeſſionem tanquam vacantem.*
21 *Conveniendus actione perſonali, de mendacio convictus, non perdit poſſeſſionem.*
22 *Conveniendus actione reali negans ſe poſſidere, licet de mendacio convictus fuerit ſi eum pœniteat ante litem conteſtatam, non perdit poſſeſſionem.*
23 *Caſus ſexdecim in quibus conveniendus poteſt interrogari ante litem conteſtatam.*
24 *In Curia A.C. poſt citationem ad dicendum contra Jura, & productionem Apocæ, citatur pars ad recognoſcendum manum ſuam.*
25 *In petitione hæreditatis poteſt quis interrogari an, & pro qua parte poſſideat, & ulterius quo titulo poſſideat.*
26 *Præparatoriæ interrogationes fiunt officio Judicis, non jure actionis.*
27 *In præparatoriis interrogationibus proceditur ſine libello.*
28 *Præparatoriæ interrogationes poſſunt fieri, tum ante libellum, quam in libello.*
29 *Præparatoriis reſpondere recuſans, cogendus eſt per Judicem juris remediis opportunis.*
30 *Præparatoriis quis non tenetur reſpondere in decem, & novem caſibus, & in quibus.*
31 *Ad excluſionem Actoris, qui ſuam intentionem fundavit, cogitur quis docere de titulo, niſi velit condemnari.*
32 *Poſitiones fuerunt inventæ à conſuetudine, interrogationes à jure ſcripto.*
33 *Poſitiones fiunt per verbum, Pono; Præparatoria verò per verbum, Interrogo.*
34 *Ponens tenetur jurare poſitiones veras, ſecus interrogans.*
35 *Poſitiones poſt litem conteſtatam, præparatoria verò ubicumque æquitas ſuadet, producuntur.*
36 *Ponens fatetur, interrogans verò non fatetur.*
37 *Ponens obligatur ex ſua confeſſione, ſecus interrogans.*
38 *Pars non auditur per modum interrogatorii, niſi ſuper præparatoriis, ſed in negotio principali, niſi per modum poſitionis, vel articuli.*
39 *Reſpondens poſitioni obligatur, ſicut reſpondens interrogationi.*
40 *Reſpondendum eſt medio juramento, tam poſitioni, quam interrogationi.*
41 *In caſibus, in quibus non admittitur poſitio, nec*

Digitized by Google

nec etiam admittitur interrogatio.

42 *Interrogationes fiunt ad litis præparationem ante conteſtationem illius.*

43 *Omiſſis præparatoriis per oblivionem ante litem conteſtatam, poteſt pars ſuper illis interrogari, etiam poſt conteſtationem.*

44 *Interrogationes admittuntur poſt conteſtationem.*

45 *Interrogationes cur poſt litem conteſtatam fieri poſſint.*

46 *In ſummariis Judex poteſt interrogare etiam poſt concluſum in cauſa, etiam ad inſtantiam partis, dummodo quando quis interrogatur ſuper negotio principali, dentur poſitiones.*

47 *Judex in cauſis ordinariis poteſt tam circa ea, quæ deciſionem cauſæ non reſpiciunt, quam in declaratione dubitationis emorte interrogare partes ex officio, etiam poſt concluſum in cauſa.*

48 *Judex in deciſoriis non poteſt in cauſis ordinariis interrogare ſuper novo articulo, ad fundandam partis intentionem, ad ejus inſtantiam, nec etiam ex officio poſt concluſum in cauſa.*

49 *In tribunali A. C. poterit Judex indiſtinctè interrogare partes etiam poſt concluſum in cauſa, ad partis inſtantiam, quia A. C. in omnibus cauſis procedit ſummariè.*

50 *In Tribunali A. C. citatur ad declarandum, an ſit, vel velit eſſe hæres, & obſervatis quatuor terminis, deputatur Curator, cum quo proſequitur Judicium.*

Da Præparatoriis. Pars II. Cap. II.

A 1 Cum ſæpè in Judiciis fiant interrogationes præparatoriæ, quæ ut ſupra dictum fuit, etiamſi ad cauſarum ordinariarum præparationem fiant, inter cauſas ſummarias connumerantur. Ideò antequam de cauſis præparatis agatur, videtur de Præparatoriis præmittendum.

2 In Tribunali igitur A.C. in cauſis, in quibus præparatoria ſunt neceſſaria, vel opportuna, illis confectis, & in folio deſcriptis, ac in actis, citata parte, productis, obtinetur Monitotium, & proceditur, ut infra videlicet.

A. C. N.

3 Citetur NN. ex adverſo principalis, ad dicendum, contra præparatoria facto data, videndum illa per D. recipi, & admitti, & committi Notario receptionem Juramentorum in forma, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c,

N. Notarius.

Et in termino d. Citationis executæ, ac reproductæ, exhibitis Præparatoriis in actis, ut infra, obtinetur Decretum, videlicet.

NN. repetiit Præparatoria hac die in Broliardo producta, & petiit & obtinuit, ut ſupra, ſalvo jure, &c. niſi per totam &c. omni &c.

4 Interrogationes verò, ſeu præparatoria hujuſmodi poſſunt fieri juxta infraſcriptam formulam, & aliàs mutatis mutandis, ſecundum facti contingentiam.

Formula præparatoriorum.

Præparatorias Interrogationes infraſcriptas dat, facit, exhibet, & producit Procurator, & eo nomine NN. contra NN. petens recipi, & admitti. & partem adverſam compelli, & cogi ad reſpondendum illis, medio juramento tactis &c. purè, & ſimpliciter, per verbum credit, vel non credit, ſub pœnis arbitrio Domioi, omni &c. ſalvo jure &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio &c. & vulgari ſermone &c.

Prima s'interroghi detto NN. ſe ſia Herede di NN?

Secondo per qual parte ſia Herede?

Terzo ſe ſia Herede per Teſtamento, o ab Inteſtato?

Quarto ſe poſſiede una caſa poſta in Roma nel Rione di NN. à lato alli beni di NN. & di NN.

Quinto con qual ragione la poſſiede.

Seſto ſe la poſſiede tutta, o parte, & per qual parte?

Super aliis, &c.

5 Quorum quidem Præparatoriorum productio poteſt fieri in actis, ut infra videlicet,

Pro NN. contra NN.

In officio NN. facto per compulſum produxit Interrogationes, ſeu Præparatoria, prout in ſolio tenoris; &c. medio juramento tactis &c. juravit de Calumnia in forma, & petit cogi, & compelli partem adverſam ad reſpondendum illis, medio iuramento tactis &c. purè, & ſimpliciter, ac omni &c.

Ex adverſo poteſt fieri, hæc proteſtatio, videlicet. 6

Pro NN. contra NN.

In officio NN. contra prætenſa Præparatoria dixit pro nunc generalia, verbo ſalvo iure &c. omni &c.

Succeſſivè pro habenda reſponſione ab Adverſario, obtinetur Monitorium tenoris, videlicet.

De mandato Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. A. C. ſive 7
R. P. D. N. eius in Civilibus Locumtenentis, & ad Inſtantiam NN. principalis: Tenore præſentium.

Moneatur NN. ex adverſo principalis, quatenus infra tridnum proximum, ſub penis &c. pronunciationis pro confeſſatis, & aliis arbitrio Domioi &c. debeat interrogationibus in actis exhibitis reſpondiſſe, ſingulariter ſingulis purè, & ſimpliciter per verbum credit, vel non credit, medio iuramento tactis &c. ac veritatem depoſuiſſe, & præſentibus omnino paruiſſe &c. deducens &c. & alias omni &c. & ſi quis &c. omni &c.

NN. Notarius.

Locus † Sigilli.

Hec Monitorium datur Curſori, qui illud exequi- 8
tur perſonaliter, & de exequutione in pede illius fidem facit, cujus vigore reproductio eiuſdem in actis adnotatur, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

Coram D. meque NN. Sanctiſſ. D. N. Curſor retulit ſe ad inſtantiam NN. monuiſſe NN. prout in ſolio tenoris &c. prout habuit in mandatis, omni &c.

Ex adverſo poteſt fieri hæc proteſtatio, videlicet. 9

Pro NN. contra NN.

In officio NN. contra prætenſum Monitorium dixit pro nunc generalia, verbo ſalvo iure &c. omni &c.

Verum ſi monitus fuerit contumax in reſpondendo, elapſis tribus diebus citatur, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. ex adverſo principalis ad reſpondendum 10
Interrogationibus, ſeu præparatoriis in actis productis, iuxta formam Monitorii, aliàs videndum pronunciari pro confeſſatis, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverſo principali, qualiter D. 11
pronunciavit præparatoria pro confeſſatis, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Sed quia ſupremum Tribunal A.C. non attendit fictas confeſſiones, ut diximus ſupra *p.* 1. *cap.* 10. *n.* 104. cautius erit, tam in materia poſitionum, quam præparatoriorum in eo citare partem, prout praxis recentior quotidie obſervat, ad reſpondendum poſitionibus, vel præparatoriis, alias videndum gravari, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. ex adverſo principalis, ad reſpondendum præparatoriis in actis datis, iuxta formam monitorii, alias videndum gravari, & gravamen, ac pro eo mandatum neceſſarium, & opportunum, relaxari, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit gravari d. NN. in iuliis NN. quolibet die, donec paruerit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverſo principali, qualiter D. relaxavit gravamen, & alias prout in actis, Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Quo caſu, ſi termino elapſo, citatus non reſpondet 12
interrogationibus, expeditur contra eum mandatum

pro

Digitized by Google

pro gravamine, & ſumma Judici benè viſa, & proceditur ad capturam pignorum, & illorum ſubhaſtationem donec gravatus tædio affectus reſpondeat, quæ quidem exequutio non ſolet expectari, nam citatus, ut ſupra, ſolet parere mandatis, & reſpondere præparatoriis.

13 Exadverſo ſi dentur interrogationes, quibus non ſit de jure reſpondendum, ut infra, poterit fieri de hoc proteſtatio opportuna, ſecundum contingentiam facti.

14 Reſponſiones autem ſingulæ adnotantur per Notarium in margine cujuslibet interrogationis per verbum credis, vel non credit, & in pede præparatoriorum adnotatur ab eodem Notario comparatio partis, ut infra, videlicet.

Die NN. comparuit NN & reſpondit ſupradictis præparatoriis, prout in margine cujuſque illorum &c. omni &c.

Obſervationes.

A 15 PRæparatoria ſunt interrogationes, quæ fiunt, tàm ante, quàm poſt litem conteſtatam, *l. 1. ff. de interrog. act.* Gloſ. *in l. qui petitorio, in verb. utitur, ff. de rei vendic* Anchar. *in cap. Abbate, nu. 1. verſ. practica ergo, de Sent. & rei judic. in 6.* Sainſt. Tiber. *in prax. lib 2. cap. 13. nu. 35. ver. Cæterum,* Roman. *conſ 373. nu. 3.*

16 Et fuerunt inventæ hujuſmodi interrogationes præparatoriæ, nè quis litigando fruſtratorie laboraret, *l. qui petitorio in princ. ff. de re vindic.* Ancharan. *in d. cap.* Abbate, *nu. 1 verſ. ſed quæritur, de ſenten. & re judic. in 6.* Neviz. *conſ. 5. nu. 17. & nu. 30.* Aret. *in §. omnium, nu. 73.* & ibi Jaſ. *in 99 inſt. de act.*

Et ſic ad fundandum judicium, nè actor malè agat, Bald. *conſ 325. in petitione in fin. libr 2* Angel. *conſ. 133. Super primo, num. 2. verſ. ſuper hoc,* Caſtr. *conſ. 447. Ad primum nu. 4. verſ. notandum, lib 2* Menoch *de arbitr. judic. d. c. 2. caſ. 51. nu. 21.*

17 Unde primò infertur, quod actione perſonali conveniendus, ne, ſi ille non eſſet hæres, judicium redderetur cluſorium, poteſt interrogari, an, & pro qua parte ſit hæres, *lib. 1. in princ. & l. qui interrogatur ff. de interrogat act* Papien *in prax. in form. interrog fien. §. quavis, nu. 4.* Marant. *de ord jud. par 6. ſect 7 princ. mem. 7. nu. 1.* Menoch. *de arb jud. lib. 2. caſ. 52 nu. 2.*

18 Sed hoc procedit, quando actor dubitat, contra quem experiri debeat, & pro qua parte, *d. lib 1. in princ. ff. de interrog. act.* Neviz. *conſ. 5. n. 15. & ſeq* Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. caſ. 51. nu. 2.*

19 Secundò infertur quod conveniendus actione reali, ſi actor eſt dubius, poterit ab eo interrogari, an, & pro qua parte poſſideat, necnon etiam quo titulo poſſideat, *l. qui ſervum, §. in jure ff de interrog. act* Papien. *in form. interrog. fien. §. quavis, princ. & num. 1.* Marant. *de ord. jud d par. 6 memb. 6. nu. 1.* Neviz. *d conſ. 5 num. 28.* Menoc. *de arb jud. lib 2. caſ. 51. n. 10.*

20 Cæterum actione reali conveniendus, ſi negaverit ſe poſſidere, & fuerit de mendacio convictus, amittit poſſeſſionem, quæ in actorem transfertur, *l. qui ſervum, § in jure. ff. de interrog. act. lib fin ff. de rei vindic.* Specul. *de interrog. quæ fiunt ant. lit conteſt. § ſciendum, numer. 2.* Papienſ *in prax. in form. interrog fien §. primò, an dictus, num. 2.* & ibi Landrian. *ſub lit. A,* Aretin. *in §. omnium, nu 8 & ſeq* & ibi Jaſ *nu. 99. inſt de act.* & actor hoc caſu petere poterit ſe immitti in poſſeſſionem tamquam vacantem, Specul. *de interrog. d. §. ſciendum, nu. 2* Landr. ad Papien. *in form. interrog. fien. § quavis, ſub lit. C.* Anfrer. *ad Cappell Toloſ. dec 167. verſ. adde quod,* ubi quod reus hoc caſu efficitur petitor, & non auditur amplius, niſi ſuper proprietate.

21 Sed hoc primò non procedit in actione perſonali convento, *§. illud quoque judicie,* ubi Gloſ *in verb. conventue in Auth. de Trient & ſemiſ.* gloſ. *in l fin. in verb. judicem, ff de rei vind.* Laudrian. ad Papien. *in form. interrog. fien. §. primò, an dictus, ſub lit. A,*

22 Secundò non procedit, quando pœniteret ante litem conteſtatam, Bald. *in fin. nu. 2. ff. de rei vindic.* Landrian. ad Papien *in d. §. primò, an dictus, lit. A.*

23 Caſus autem in quibus poteſt quis interrogari ante litem conteſtatam, ſunt plures.

Primus eſt, an quis ſit hæres?

Secundus, pro qua parte ſit hæres?

Tertius, an ſit hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato?

Quartus, an habeat in poteſtate ſervum cujus nomine noxali judicio convenitur.

Quintus, an, & pro qua parte poſſideat hæreditatem, quæ petitur.

Sextus, an poſſideat peculium ſervi, vel Filii, qui contraxiſſe dicitur?

Septimus, cujus ætatis ſit ipſe conventus, ſi ætas ignoratur?

Octavus, an poſſideat ædes, quarum nomine petitur caveri de damno infecto?

Nonus, an Quadrupes, quæ damnum dediſse dicitur? ſit ſua?

Decimus, an poſſideat rem, quæ exadverſo petitur actione rei vindicationis?

Undecimus, pro qua parte illam poſſideat?

Duodecimus, an illam dolo deſierit poſſidere?

Hos caſus enumerat Gloſs. *in l. 1 in verb. damni, ff. de interrog. act. necnon* Spec. *de interrog. quæ fit ant. lit. conteſt. §. ſecundum, nu. 1*

Decimus tertius caſus addi poteſt, nam conveniendus virtute ſcripturæ privatæ poterit ante litis conteſtationem interrogari, an illa ſit eius manu conſcripta Roman. *conſ. 337. n. 1.* Landrian. ad Papien *in form. interrog. fin in §. quavis, ſub lit. B,* Neviz. *conſ. 5. n. 30.*

Sed in Curia A C ſolet, poſt citationem ad dicendum contra iura, & productionem apoſtolicæ, citari pars ad recognoſcendum manum ſuam, aliàs videndum pronunciari pro recognita, iuxta praxim ſupra traditam, *par. 1. c. 2. ſub lit T, & ſub lit. Z, n. 37. & ſeqq. & nu. 209. & ſeq.* 24

In petitione verò hæreditatis, non ſolum poteſt quis interrogari, primò an poſſideat, ſecundò pro qua parte poſſideat, ſed etiam & tertiò quo iure, ſeù titulo poſſideas, & ſic an poſſideat pro hærede, vel pro poſſeſsore, vel alio titulo, & quo titulo, Specul. *de interrog. quæ fiunt ant. lit conteſt. §. ſciendum, num. 2. & ſeq.* Bald. *conſ. 325. in petitione, num 1. lib. 2.* Marant. *de ord. judic. par. 6. memb. 7. n. 1.* 25

Fiunt interrogationes hujuſmodi, non iure actionis, ſed officio Judicis, *lib. 1. ubi* Gloſ. *in verb. actionibus, &* Barr. *n 8 ff. de interrog. act* Spec *de interrog. quæ fiunt ant. lit conteſt §. ſciendum, n. 4. verſ ſed Domini, & nu. 6. verſ hoc quoque,* Papien *in form interrog fin. §. quatenus, n 1.* Maran. *de ord. jud par. 6. memb 7. n. 1. & n. 3.* 26

Et in eis proceditur ſummatim ſine libello, *l. ſi defenſor, §. illud ff. de interrog. act* Spec *in d §. ſciendum, n. 6.* Papien. *in prax in d §. quatenus, n 1* cum aliis allegatis ſupra *in cap. præcedente lit N, verſ ſecundus caſus, & verſ. quos quidem, n. 80 & n. 84. ante fin* 27

Et poſſunt fieri tam ante libellum, quàm in ipſo libello, Papien. *in prax. in dicto §. quatenus, n. 3. verſ Et ſecundum,* ubi quod utrumque eſt ſalis practicabile, Marant. *de ord. judic. par. 6. memb. 7. n. 1* Menoch. *de arbitr. judic. lib. 2. caſ. 51. n. 3.* 28

Quod ſi quis reſpondere Præparatoriis recuſet, cogendus eſt per Judicem iuris remediis opportunis, *l. volvit, & l. ſi defenſor. §. illud, ff. de interrog. act* Papien *in d. form. interrog. fien. §. compellatis, num. 1.* Saluſt. Tib. *in prax. lib. 2. c. 13 nu. 35. verſ. cæterum,* ubi de obſervantia cogendi reum ad reſpondendum præparatoriis in Tribunali Auditoris Cameræ juxta praxim in principio hujus ſecundi capitis poſitam, teſtatur. 29

Sunt tamen plures caſus, in quibus quis præparatoriis, ſeu interrogatoriis reſpondere non tenentur. 30

Primus, ſi ratione privilegii, aut alias &c. non cogitur ſubire forum.

Secundus, ſi reus interrogetur de iuribus actoris.

Tertius, quando fit interrogatio de negotio principali, ſuper quo lis vertitur, nam tunc ſunt neceſſariæ poſitiones.

Quartus, quando quis interrogatur de crimine, ſeu turpitudine, prout, an ſit periurus, excommunicatus, vel infamis.

Quintus, quando quis reſpondendo veniret contra proprium iuramentum, alias præſtitum.

Sextus, quando ſit interrogatio de facto alieno

licet civilibus poſſit peti terminus ad deliberandum, & ſit reſpondendum per verbum credit, vel non credit.

Septimus, hæres cum beneficio inventarii non poteſt interrogare creditores, & legatarios, An hæreditas ſit ſolvenda.

Octavus, Is, contra quem agitur, rei vindicatione, non tenetur reſpondere, An actor ſit dominus.

Nonus, quis, non tenetur reſpondere de propoſito in mente retento.

Decimus, Nec de impertinentibus ad cauſam,

Decimus primus, Nec an poſſideat bona, vel mala fide.

Decimus ſecundus, Nec interrogationi juris.

Hoc caſus latè enumerat, & comprobat Marant, de ordin.judic.part.6.memb.7.n.2.& ſeqq. Ponit etiam tertium caſum Bald conſ.325.In petitione, nu.1. verſ.item nunquid, & conſ.326. acturus, n. 2. verſ. ſequitur, il primo, ubi de communi lib.2. Caſtren. in l. judices, n.6.C. de jud. ubi dicit hoc notandum Jaſ. in d.leg.judices, nu 6.C de jud. Sextum verò caſum ponit ſimiliter Bald d.conſ.326. n 2 in fin. verſ. ſequitur, lib. 2. Et decimum ultra Bald. d.conſ. 325. In petitione, n.1. verſ. ſed nunquid, ponit etiam Rom.conſ. 349.n.1. & ſeq. & ibi Mandoſ. lit.C. Quibus addi poteſt.

Decimus tertius caſus, quando interrogationes ſunt duplices, & captioſæ, Bald. conſ. 176. Præmittendum, poſt med. verſ Præterea interrogatio, lib 2.

Decimus quartus, quando quis non poteſt aliqua actione conveniri, Roman. conſ.349. in caſu in prin. & ibi Mandoſ. lit. A.

Decimus quintus, quis non tenetur reſpondere interrogationibus contrariis, prout quando quis vellet tranſire de petitione Hæreditatis ab Inteſtato ad actionem ex Teſtamento, & interrogare, an Teſtamentum ſit ſolemne, Bald. conſ 325. nu.2.& conſ.326. in fin.verſ.ſequitur,lib.2.

Decimus ſextus, nec interrogationi Juri contrariæ, l. confeſſionibus, ff. de interrog. act. l. ornamentorum, ff. de Aur. & Arg. leg. Bart. in l. 2. num. 13. ff. de confeſſ. Bald. conſ.326. in fin. lib.2.

Decimus ſeptimus, in actione perſonali quis non cogitur reſpondere, an, & pro qua parte ſit hæres, niſi certum petatur, & actio non ſit ſolum perſonalis, ſed etiam hæreditaria, Gloſ. in l. 1. in verb. actio, ff. de interrog. act.

Decimus octavus in actione reali excepta petitione hæreditatis, nemo cogitur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis, text. eſt in l. cogi, C. de petit hæred. Papien. in form. interrog. fin. item quo jure, n.1.& ſeq.

Decimus nonus caſus generalis, ubicumque ſubeſt juſta cauſa non reſpondendi, leg. quia, interdum, ff. de interrog. act. Papien. in prax. in form. interrog. fien. compellatis, n. 1,

31 Sed hoc non procedit cauſativè, nàm ad excludendum Actorem, qui ſuam intentionem fundavit, bene cogitur quis reſpondere de titulo, niſi velit condemnari Caſtren. in l. ſive poſſidetis, num. 10.C de probat.

Differunt autem Præparatoria à poſitionibus in multis.

32 Primò differunt origine, nàm poſitiones fuerunt inventæ à conſuetudine, Bart. in l. 2. §. quod obſervari, nu. 18. C. de jure jur. Caſtr. conſ. 157. ad primum n. 2 l. 2. Interrogationes verò à Jure ſcripto proceſſerunt lib. 1. & tot. tit. ff. de Interrog. ad Caſtren. d. conſ. 156. ad primum n.2. lib.2.

33 Secundò differunt forma, nam poſitio fit per verbum, pono; præparatoriæ verò interrogationes per verbum, interrogo, Papien in prax. in form. poſit Actor, §. ponit, n. 2.

34 Tertiò ponens debet dare poſitiones cum Juramento, & jurare eas eſſe veras, alias Pars reſpondere non tenetur; ſecus Interrogans, Jaſ. in l. Judices, num 7.C, de jud.

35 Quartò poſitiones ſunt producendæ poſt Litem conteſtatam, ſicut aliæ probationes; Interrogationes verò ubicumque id æquitas ſuadet, Jaſ. in l. judices, nu. 8. C. de jud.

36 Quintò qui ponit fatetur, qui verò interrogat non fatetur, Bart. in l. 2. n. 6. ff. de interrog. act. & in l. 2. §. quod obſervari n 19. C. de jure jur. Jaſ in l. judices, n.6. poſt Caſtren. ibid. ſub n. 7. C. de jud idem Caſtr. conſ. 157. ad primum, n. 2. lib. 2. Alex. conſ. 71. n. 4. lib 3. Neviz conſ. 6. n. 16. Papienſ. in forma poſit. actor. §. ponit, nu. 2. Marant. de ord. jud. par. 7. n. 6. Saluſt. Tiber lib. 3, c. 13. n. 35. verſ. cæterum.

Sextò ponens obligatur ex ſua confeſſione, ſecus Interrogans, qui nihil ponit Papi. in for poſit. Actor. §. pon. n. 2. 37

Septimò pars non poteſt audiri per modum interrogatorii, niſi ſuper præparatoriis judiciorum, de quibus in lib. 1. & tot. tit. ff. de interrogat. act. Sed in negotio principali, & cauſæ meritis non debet audiri, niſi per modum poſitionis, vel articuli, Caſtren. in leg. judices, n. 7. ubi dicit hoc notandum in Praxi, quia pauci ſciunt, & ibi Jaſ. n.6. C. de judic. Marant. de ord. jud. par. 6. memb. 7. n. 6. cum aliis allegatis ſupra n 30. verſ. Hoc caſus. 38

Conveniunt ſimiliter in pluribus, &

Primò quia ſicut obligatur Reſpondens poſitioni, ita etiam Reſpondens interrogationi, l. volute, & l. fi. ff. de interrog. act. Papien. in d form. poſit. Actor. §. ponitur, n. 2. 39

Secundò ſicut poſitioni, ita, & interrogationi eſt reſpondendum medio juramento Papien. in d. §. ponit. num. 2 Neviz conſ. 5 n. 21. & per verbum credit, vel non credit, Bart in l 1. n. 6. ff. de interrog. act. 40

Tertiò in caſibus, in quibus non admittitur poſitio, nec etiam admittitur interrogatio, l. confeſſionibus, de interrog. act. Marant. de ord. jud. par. 6. memb. 7. num. 17. remiſſivè ad Speculatorem de poſit. §. ſeptimo, Papien. in for. poſit. Actor. d. §. ponit. n. 2. 41

Fiunt igitur interrogationes ad præparationem litis, ante illius conteſtationem, Papien. in form. interrog. fient. § quatenus, n. 2. Neviz. conſ. 5. n. 15. & ſeq. Marant. de ord jud d. par. 6. memb. 7. n. 1. Menoch. de arbitr. jud. l. 2. caſ. 51. n. 2. 42

Quod ſi per oblivionem fuerint præparatoria omiſſa ante litem conteſtatam, poterit nihilominus poſt conteſtationem pars ſuper illis interrogari, Gloſ. in l. qui petitorio, in verbo utitur in fin. ff. de re vindic Abb. in cap. penult. num. 15. de juram. Calum. Menoch. de arbit. jud. lib. 2. caſ 51. num. 17. 43

Quinimo poſt litem conteſtatam ſunt hujuſmodi interrogationes admittendæ, ubicumque id Judicis æquitas ſuadebit, per text. in l ubicumque, ff. de interrog. act. lib. qui petitorio, ubi Bart. ff. de re vindic. Specul. de Interrog. quæ fiunt ant. lit. conteſt §. ſecundum, in princ. lib. 2. Marant. de ord. jud. par. 7. memb. 7. n. 3. Neviz. conſil. 5. n. 30. Menoch. de arbitr judic. lib. 2. cap 51. n 13. & ſeq. 44

Ratio autem, ob quam fiunt poſt litem conteſtatam, eſt eadem, ob quam ante litis conteſtationem fieri poſſunt, ne ſcilicet lis reperiatur inanis, & fruſtratoria, Neviz. conſ 5 n. 16. & ſeq. Menoch de arb. jud. lib. 2. caſ. 51. n. 14. & ſeq 45

Sed ſi quæratur, an, & quando, & quomodo quis poſſit interrogari poſt concluſum in cauſa videtur diſtinguendum, nàm aut ſumus in cauſis ſummariis, aut in ordinariis, ſi in ſummariis Judex poteſt interrogare partes, ſive ante, ſivè poſt concluſum in cauſa, uſque ad ſententiam, etiam ad inſtantiam partis, Clem ſæpè ubi Gloſ. in verb. interrogabitur, & ibi DD. verb. ſignif. Felyn. in cap. cum Ioannes, num. 11. de Fid. Inſtr. Maſver. ad Papien. in form. interrog. fien. in princ. ſub lit. B. in verb. cognitis in fin. Marant. de ord. jud. par. 4. princ. diſtinct. 9. n. 30 & par. 26. partis princ. memb. 7. n. 1 & act. 15. n. 7. Neviz. conſ. 5. n. 20. Menoch. de arbitr. judic. d. caſ. 51. n. 40. lib. 2. 46

Dummodo quando quis interrogatur ſuper negotio principali ad inſtantiam partis, dentur poſitiones, ſeu articuli, juxta ſuperius tradita, verſ. 7 pars non poteſt num. 38.

In cauſis verò ordinariis, aut ſumus in his, quæ deciſionem cauſæ non reſpiciunt, aut in declaratione dubitationis exortæ ſuper jam actitatis, & utroque caſu Judex poteſt interrogare partes ex officio, etiam poſt concluſum in cauſa, Marant. de ord. par. 4 diſt. 9. num. 28. Felyn. in cap. cum Ioannes, num. 11. de Fid. inſtr. Neviz. d. conſ. 5 n. 26 cum aliis cumulatis per Menoch. de Arbit. jud. d. lib. 2. caſ. 51, n. 18. 47

Si verò ſumus in his, quæ deciſionem cauſæ reſpiciunt, tunc aut quæritur, an judex poſſit poſt concluſum in cauſa interrogare ſuper novo articulo ad fundan-

Digitized by Google

dudum partis intentionem, & ad illius inſtantiam hoc facere non poteſt, Maran. *de ord. jud. d. p. 4. diſt. 9. nu. 28.* Menoch. *de Arb. jud. d. lib. 2. caſ. 5 e. nu. 19. & ſeq.*

Aut quæritur an Judex poſſit hoc facere ex officio, & poſt concluſum in cauſa, nec etiam poteſt, ſecundum opinionem Innoc. *& ſequaces*, quam in praxi ſubſtentabiliorem dicit Felyn. *in d. cap. cum Joannes, nu. 5 e. de Fid. inſt.* & quam noviſſimè late defendit, tollendo omnia contraria, Menoch. *de Arb. jud. d. caſ. 51. nu. 18. cum plurib. ſeqq.* licet contrarium tenuerint Jo: Andr. *& alii*, quorum opinionem æquiorem aſſerit Felyn. *in d. cap. cum Joannes, n. 11.* & videri magis communem ſcribit Maran. *de ord. jud. d. par. 4. diſt. 9. nu. 28. in fin.*

49 Cæterum in Tribunali A.C. hæc diſputatio eſt ſuperflua, quia A.C. habet facultatem procedendi ſummariè in omnibus cauſis ad inſtar Beneficialium, ut ſupra *in cap. præcedenti* fuit comprobatum, & in ſummariis Judex poteſt interrogare indiſtinctè, etiam poſt concluſum in cauſa, ad inſtantiam partis, *ex præallegatis nu. 46.*

50 Non omitto, quod quando in Tribunali A. C. dubitatur, an aliquis ſit hæres, frequentius ſolet citari ad declarandum, an ſit, vel eſſe velit hæres, aliàs videndum deputari Curatorem hæreditati jacenti, & obſervatis quatuor terminis ſervari ſolitis, ſi ille non declarat, ſe hæredem, deputatur Curator, cum quo proſequitur judicium, ſecundum facti contingentiam, juxta Praxim ſupra traditam *cap. 1. nu. 5.*

Ad Exhibendum. Pars II. Cap. III.

S U M M A R I U M.

1 *Continuatio tituli ad præcedentes.*
2 *Agitur ad exhibendum in Tribunali A. C. contra detinentes ſcripturas, vel mobilia prævio Monitorio.*
3 *Monitorium contra detinentes ſcripturas, & mobilia, & ejus Formula.*
4 *Monitorii exequuti reproductio, & eius Formula.*
5 *Citatio ad exhibendum ſcripturas, & alia, iuxta formam Monitorii, & eius Formula, & Proceſſus.*
6 *Monitus poteſt, ſi vult, infra triduum negare Monitorium, ut in formula.*
7 *Actor in Judicio exhibitionis, negato Monitorio, tenetur probare, Reum de tempore iudicii introducti habuiſſe penes ſe ſcripturas, & bona, de quibus agitur.*
8 *Actor, probationibus deſtitutus, poteſt offerre Reo partitum litis deciſivum.*
9 *Reus tenetur exceptiones oppoſitas, probare, alias nihil agit.*
10 *Probatis probandis citatur ad exhibendum.*
11 *Citatio ad exhibendum, & eius formula, & proceſſus.*
12 *Elapſo termino in Decreto contento, & intimatione reproducta, poteſt in iudicio exhibitionis ſtatim expediri Mandatum, & quare.*
13 *Mandatum in iudicio exhibitionis expediri ſolitum, & eius formula.*
14 *Reus, qui fortuito ſcripturas amiſit, poteſt de hoc proteſtari in iudicio exhibitionis, ad impediendam expeditionem Mandati.*
15 *Proteſtatio Rei ad impediendam expeditionem Mandati, & eius formula.*
16 *Amiſſio ſcripturarum, ſi non agitur de originalibus in actis productis, vel non ſimus in perſonis, quæ tenentur cuſtodire ſcripturas, probatur iuramento, alias ſecus.*
17 *Reus, ſi agitur de exhibitione Iurium ad fundandam intentionem Actoris, poteſt proteſtari, ut in formula, non teneri, & impedire expeditionem Mandati.*
18 *Decreto nullo, vel notoriè iniuſto exiſtente in Judicio exhibitionis, poteſt ſentiens ſe læſum, adire Signaturam pro commiſſione cauſæ appellationis.*
19 *Interpoſitio appellationis coram Judice à quo, & eius formula, & reſponſio Judicis.*
20 *Cedula appellationis, & ejus Formula.*
21 *Commiſſio appellationis in judicio exhibitionis, & ejus formula.*
22 *Commiſſio reformatoria cum præinſerta, & ejus Formula.*
23 *Signatura in judicio exhibitionis quomodo reſeribat.*
24 *Exhibitionis Judicium eſt ſummarium, & modici præjudicii.*
25 *Actio ad exhibendum quibus competat, & nu. 26.*
26 *Interdictum utrobi datur pro re mobili.*
27 *Actio ad exhibendum fuit principaliter inventa ob rei vindicationem.*
28 *Exhibere quid ſit.*
29 *In Judicio exhibitionis probandum eſt, rem fuiſſe penes Reum de tempore motæ litis.*
30 *Probatio exiſtentiæ penes Reum, ante litem motam, non ſufficit in Iudicio exhibitionis.*
31 *Exiſtentia in materia exhibitionis non præſumitur de præterito in futurum.*
32 *Exiſtentia iurium debet probari penes eum, à quo editio petitur.*
33 *De tempore ſcilicet motæ litis.*
34 *Probatio exiſtentiæ rei penes eum, à quo exhibitio, ſeù editio petitur, debet eſſe plena, & concludens, alias non relevat.*
35 *Exiſtentia rei penes aliquem de proximoecceati probata, transfert onus probandi amiſſionem in illam negantem.*
36 *Si exhibitio, ſeù editio petitur incidenter, ſufficit quod exiſtentia probetur penes eum à quo exhibitio petitur, de tempore motæ litis in negotio principali.*
37 *Quando quis tenetur cuſtodire ſcripturas, ſufficit probatio exiſtentiæ penes eum ante litem motam.*
38 *Quando quis habuit ſcripturam à petente editionem, non eſt neceſſe probare exiſtentiam penes eum de tempore motæ litis.*
39 *Qui olim poſſidebat, præſumitur hodie poſſidere, ſi, à quo exhibitio petitur, hoc non negat.*
40 *Agens ad exhibendum, vel edendum debet una cum exiſtentia copulativè probare eius intereſſe.*
41 *Intereſſe ſufficit probare ſummatim, & aliqualiter ad effectum exhibitionis, ſeù editionis, etiam per juramentum.*
42 *Petens exhibitionem, vel editionem debet docere de tali intereſſe, quod ſit cauſatum à rationabili, & juſta cauſa.*
43 *Probata exiſtentia, & intereſſe petentis exhibitionem, reus de æquitate Canonica quam ſervat Rota, tenetur edere actori, & actor reo.*
44 *Iudex cauſa aliqualiter cognita, poteſt cogere reum, vel actorem ad edendum.*
45 *Habens jura in ejus Archivio tenetur cogere ejus Actuarium, vel Archiviſtam, ad edendum originale.*
46 *Æquitas Canonica locum non habet in editione, quando agitur de detegenda turpitudine ejus, à quo editio petitur.*
47 *Æquitas Canonica non habet locum ſi petitur editio ſuper delicto.*
48 *Beneficiatus non tenetur edere titulum ad inſtantiam Ordinarii, vel Patroni, quando agitur de illo ſpoliando de facto, & privando.*
49 *Scripturam, penes Notarium exiſtentem quis exhibere non tenetur.*
50 *Edere quis non tenetur, quando ſcripturæ edendæ nihil relevarent.*
51 *Tranſactio ſuper adminiſtratione eſt exceptio litis finitæ, etiam in materia editionis, niſi aliunde conſtet de errore, vel dolo.*
52 *Edere quis non tenetur, quando ſcripturæ poſſunt aliunde haberi, & relui.*
53 *Expenſæ factæ in ſcripturis à Notario reluendis ſunt in materia editionis reficiendæ.*
54 *Iurans amiſiſſe ſcripturas, & factis diligentiis reperire non potuiſſe, non tenetur illas exhibere.*
55 *Qui tenetur ſcripturas ratione officii, aut alias, cuſtodire, debet amiſſionem concludenter, probare, nec ſufficit juramentum.*
56 *Hæredes ejus, qui non tenebatur ſcripturas cuſtodire, ſi*

jurent illas ad eorum manus non perveniſſe, excuſantur ab editione.

57 *Hæredes eius, qui tenebantur cuſtodire ſcripturas, vel librum exhibere, debent probare concludenter amiſſionem.*

58 *Si non concurrant coniecturæ pro amiſſione, vel cauſa eſt magni ponderis, vel adeſt ſuſpicio contra eum, à quo editio petitur, debet amiſſio concludenter probari.*

59 *Hæres tenetur plenè, & concludenter probare amiſſionem ſcripturæ de dominio defuncti exiſtentis in materia editionis.*

60 *Amiſſio iurium productorum, & reſtitutorum dimiſſa copia, non probatur juramento.*

61 *Circumſcripta æquitate Canonica, reus non tenetur edere actori ad intentionem fundandam.*

62 *Caſus decem, & ſeptem, in quibus reus actori edere tenetur.*

63 *Actor jurans non habere facultatem edendi jura, quorum editio petitur, excuſatur ab editione.*

64 *Actor tenetur edere reo ad exceptionem fundandam.*

65 *Si acta ſunt penes reum, vel eorum tenor ſatis fuit in libello expreſſus, actor ab editione excuſatur.*

66 *Si iura poſſunt de facili aliunde haberi, vel editio eſſet facta ut releváret, actor excuſatur ab editione.*

67 *Contra contumacem, qui tenetur edere, vel exhibere, & non edit, ſeu exhibet, poteſt jurari in litem.*

68 *Qui dolo deſiit poſſidere, tenetur nihilominus exhibere, & per conſequens ad intereſſe, ac poteſt contra eum jurari in litem.*

69 *Notarius, ſeu perſona publica non exhibens iura, & proceſſus tenetur ad intereſſe, ſi conſtat de dolo, vel culpa dolo proxima.*

70 *In judicio exhibitionis exceptio clara admittitur, turbida verò reſeruatur ad petitorium.*

71 *Exceptiones quæ admittantur in judicio exhibitionis.*

72 *In judicio exhibitionis non datur appellatio, & quare.*

73 *Si reus ob non exhibitionem fuit condemnatus ad intereſſe, poteſt appellare.*

74 *Si exhibitio trahit ſecum, rem ipſam debere reſtitui, datur appellatio.*

Ad Exhibendum, Pars II. Cap III.

1 EGimus in proximo præcedenti capite de interrogationibus, quæ ſunt præparatoriæ actionum realium, & perſonalium, ſequitur videre de actione ad exhibendum, quæ eſt pariter aliarum præparatoria.

2 Si igitur apud tertium fuerint depoſitatæ, vel repeſiantur aliquæ ſcripturæ, inſtrumenta, vel obligationum cedulæ, vel aliqua bona mobilia, jocalia, & huiuſmodi, & alicuius intereſt ſcripturas, & alia, ut ſupra, exhiberi, agendum eſt contra illum in Tribunali A. C. ad exhibendum, prævio monitorio, ut infra, videlicet.

3 De mandato Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. A. C. ſive R. P. D. N N. ejus in civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam N N. principalis; Tenore præſentium.

Moneatur N N. exadverſo principalis; (*vel ex adverſo Depoſitarius*) quatenus infra triduum proximum, ſub 500. ducatorum &c. Rever. Cameræ Apoſtolicæ applican. & pro illis mandati executivi; & in juris ſubſidium excommunicationis &c. aliiſque pœnis &c. debeat ſcripturas, & inſtrumenta N N. penes eum exiſtentia (*hic exprimatur qualitas ſcripturarum, & inſtrumentorum*) (*vel gemmas, & Annlos N N. alias ab NN. penes eum depoſitatos*) in Actis infraſcripti Notarii realiter, & cum effectu exhibuiſſe, & dimiſiſſe, ac conſignaſſe, & exhiberi, dimitti, & conſignari feciſſe, damnaque, expenſas, & intereſſe præmiſſorum cauſa, & occaſione factas, paſſa, & patienda, ac liquidanda, refeciſſe, & decretum, ſeu decreta, & mandatum exequutivum, & aliud neceſſarium, & opportunum fieri, concedi, decerni, & relaxari, jus, & juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſſaria, & opportuna fieri, vidiſſe, & audiviſſe. Deducens &c. omne jus, omnemque actionem &c. implorans &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c. & ſi quis &c. compareat &c. alioquin &c.

Locus † ſigilli.

NN. Notarius.

Hoc monitorium perſonaliter exequutum reproducetur in actis, ut infra videlicet. 4

Pro NN. contra NN.

Coram D. meque NN. Sanctiſſ. D. N. Curſor retulit ſe, ad inſtantiam N N. perſonaliter monuiſſe NN. prout in folio tenoris &c. omni &c.

Et ſi Reus non negat monitorium, triduo elapſo, citatur, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad exhibendum in Actis ſcripturas, inſtrumenta, & alia jura, juxta formam monitorii, aliàs videndum decerni, & relaxari mandatum executivum, ad p d. Inſtante NN. principali, ſive &c. 5

NN. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. relaxavit mandatum, & alias prout in actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

NN. Notarius.

Elapſa verò prima die juridica poſt intimationem exequutam, illaque reproducta in actis, niſi aliud exadverſo deductum obſiſtat, expeditur mandatum, & datur exequutoribus.

Cæterum reus, ſi illi ita placuerit, poterit ante triduum elapſum negare monitorium, ut infra, videlicet. 6

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. negando monitorium, dixit narrata, prout narrantur non fuiſſe, nec eſſe vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri, ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, & verificatis verificandis, alias &c. omni &c.

Tenetur autem actor hoc caſu verificare reum de tempore exequuti monitorii, & introducti judicii, habuiſſe penes ſe ſcripturas, ſeu bona, de quibus agitur, exhibendo in actis jura, ſi quæ habet, ad id probandum opportuna, parte citata ad dicendum contra jura in forma, juxta praxim ſuperius poſitam, *par.* 1. *cap.* 2. *nu.* 9. *& ſeqq.* & juribus deficientibus, ſi oportuerit, producendo in actis articulos opportunos, parte ſimiliter citata, ad dicendum contra illos, juxta formulam, de qua ſupra, *d. par.* 1. *c.* 11. *num.* 2. *& ſeqq.* & aliàs mutatis mutandis, prout contingentia facti requirit, illoſque probando, juxtà ſuperius tradita *d. par.* 1. *c.* 10. *& cap.* 11. 7

Et ſi actor ſit omninò probationibus deſtitutus, poterit, ſi ſic ei placuerit, offerre adverſario partitum litis deciſivum, juxta praxim ſuperius traditam, *par.* 1. *c.* 20. *num.* 10. *& ſeqq.* 8

Reus ſimiliter ejus quaſcunque exceptiones, ſi quas habuerit, poterit opponere, juxta praxim, de qua ſupra *d. par.* 1. *c.* 7. *& c.* 8. illaſque per ſcripturas vel teſtes, vel alia legitima probationum genera, ut ſuperius diximus *d. par.* 1. *c.* 10. *& c.* 11. vel alias, prout contingentia facti requiret, & ſuadebit, mutatis mutandis, probare, ne aliàs ſuccumbit. 9

Articulis demum per ſcripturas, vel teſtes, vel alia legitima probationum genera verificatis, ac probatis, citatur pars monita ad exhibendum, ut infra, videlicet. 10

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad exhibendum in actis infraſcripti Notarii ſcripturas, & bona, de quibus agitur, juxta formam monitorii, aliàs videndum decerni, & relaxari mandatum executivum, ad p. d. inſtante NN. principali, ſive &c. 11

NN. Notarius.

Decretum.

Relatione facta, comparuit NN. & petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione &c. omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverſo principali, qualiter D. relaxa-

Digitized by Google

laxavit mandatum, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c. N. Notarius.

12 Elapſa prima die juridica poſt intimationem exequutam (*nam decretum, decernt, in hoc Judicio non requiritur, nec termini ſubſtantiales aliqui ſunt neceſſarii*) niſi aliud relevans pro parte rei deductum obſiſtat, ex quo in A. C. Tribunali ab huiuſmodi decreto non admittitur appellatio ſuſpenſiva, poteſt ſtatim procedi ad exequutionẽ, ac expediri mandatum, tenoris videlicet.

13 De mandato Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. A.C. ſivè R. P. D. NN. eius in civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam N. principalis, Tenore præſentium.

Anferantur de Domo, vel aliundè NN. ſcripturæ NN. & inſtrumenta NN. de quibus agitur (*vel Anuli, & Gemmæ NN.*) *quorum qualitates, & ſigna exprimantur juxta facti contingentiam* quæ ablata, una cum Juliis NN. pro expenſis præſentis mandati, deponantur ad effectum &c. ſi extent, ſin minus capiatur idem, & captus carceretur, & non relaxetur, donec &c. quia ipſo citato, & intimato, prout in actis, Reverendiſſ. D. ita mandavit, hac die, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

14 Poſſet tamen reus, à quo exhibitio petitur, ad mandati expeditionem impediendam, ſi ſcripturas, vel inſtrumenta, de quibus agitur, fortuitò amiſiſſet, proteſtari, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

15 In Officio NN. & medio iuramento tactis &c. dixit ſe aſſerta iura, ſeu inſtrumenta fortuito caſu amiſiſſe, ideò ad aliquam exhibitionem non teneri, & nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, verificatis verificandis &c. aliàs &c. omni &c.

16 Quo quidem caſu, ſi non agitur de iuribus originalibus in iudicio productis, & reſtitutis dimiſſa copia collationata, vel non ſumus in perſonis, quæ tenentur ſcripturas, & libros conficere, & cuſtodire, vel exhibere, ut infra *n.* 55. *& ſeq.* probatio amiſſionis, ut ſupra per ſolum iuramentum erit ſufficiens, aliàs plena amiſſionis probatio, ſi ſumus in perſonis, quæ tenentur ſcripturas cuſtodire, vel exhibere, ut infra *n.* 57. *& ſeq.* vel ſi de huiuſmodi iuribus in actis originaliter productis agatur, ob præſumptam notitiam, erit neceſſaria, nec iuramentum ſufficiet, ex quo originale productum eſt de actis, & ob id eſt parti ius quæſitum, & per conſequens eius reproductio peti poteſt.

17 Vel ſi agatur de iuribus ad fundandam intentionem actoris, poteſt reus, ſi ei libet, in termino citationis ad exhibendum, ſeu etiam ante mandati expeditionem proteſtari, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio &c. NN. dixit, ad aliquam exhibitionem non teneri, cum arma non ſint ſumenda de domo rei, ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, verificatis verificandis, aliàs &c. Vel poterit facere aliam ſibi bene viſam proteſtationem iuxta contingentiam facti, prout iuris fuerit, & ordo dictaverit rationis.

18 Cæterum, ſi decretum manifeſto nullitatis, vel iniuſtitiæ vitio laboraret, poſſet ſentiens ſe læſum, obtenta ſuperſeſſoria ab Eminentiſſ. Signaturæ Juſtitię Pręfecto, cauſam appellationis in plena Signatura, parte citata, proponendam curare, pro illius commiſſione obtinenda iuxta praxim ſuperius traditã, *p.* 1. *c.* 13. *n.* 18. *& ſeq.* interponendo in primis appellationem coram Judice à quo infra legitima tempora, videlicet.

Pro NN. contra NN.

19 Coram Domino, meque &c. NN. habita notitia de prætenſo decreto facto, ſeu ſententia lata ad favorem NN. contra NN. ab eo, ſeu ab ea, & omnibus aliis gravaminibus &c. ad Sanctiſſimum D. N. Innocentium X eiuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam appellavit, prout in cedula, quam facto dedit, tenoris &c. petens &c. non ſolum, ut ſupra &c. ſed omni alio &c.

Cui D dedit refutatorios in forma, omni &c.

Tenor cedulæ.

20 A quadam aſſerta deffinitiva ſententia, ſeu decreto definitivo, aut illius vim habente; per R. P. D. NN. A.C. Locumtenentem lata, ſeu facto, ut dicitur, ad aſſertum favorem NN. contra NN. de, & ſuper prætenſa exhibitione ſcripturarum, & anulorum, rebuſq; aliis &c. Procurator, & eo nomine, à N. N. ſentiens ſe lęſum, & gravatum, & in futurũ magis lędi et gravari timens &c. ab illa, ſeu illo, ac toto proceſſu deſuper fabricato ad Sanctiſ. D. Innocentium Papã X. eiuſq; Sanctam Sedem Apoſtolicam in his ſcriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens ſemel, bis, tertiò, ſæpè, ſæpiùs, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus &c. à non admiſſione, ac toto ulteriori proceſſu, ut ſupra, provocat, appellat, & de nullitate dicit iterum, toties, quoties &c. ita ut ſit ultimus in appellando, proteſtans, appellationem ſuam ultimo loco remanere debere, & interim per ſe non ſtare, & illa pendente, nihil innovarj, aliàs de nullitate, & attentatis, & aliis licitè proteſtandis, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Commiſſio vero in plena Signatura proponenda, etiam cum præinſerta confici poterit, ut infra, & alias mutatis mutandis, prout contingentia facti requiret, & ſuadebit, videlicet.

Romana.

Beatiſſime Pater. Devotus S. V. Orator NN. fuit 21
conventus coram R. P. D. A. C. ſive R. P. D. NN. eius in civilibus Locumtenente ab NN. adverſario, de, & ſuper exhibitione nonnullarum ſcripturarum, & anulorum, ac gemmarum, & licet ad aliquam exhibitionem ſcripturarum prætenſarum non teneatur ad fundãdam intentionem actoris, cum arma nõ ſint ſumenda de domo rei, & licet etiam minus teneatur ad prætenſam exhibitionem anulorum, & gemmarum, cum non conſtet res huiuſmodi fuiſſe penes Oratorem de tempore moti iudicii, quia tamen idem Judex non minus nulliter, quàm iniuſtè contra eundem Oratorem pronunciando, mandatũ executivum relaxavit, ſupplicat igitur S. V. Orator antedictus, ut dignetur cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum huiuſmodi, nec non nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ iniuſtitiæ, infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum à definitiva ſententia, ſeu decreto definitivo præfato, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de iure &c. una cum omnibus incidentibus dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, ac toto negotio principali, ac quam, & quas &c. alicui S. V. Romanæ Curiæ Prælato audiendas, cognoſcendas, decidendas, fineque debito terminandas, committere, & mandare, cum facultate citandi, nec non inhibendi quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, etiam per edictum, conſtito ſummariè &c. ſingulis diebus, & horis, feriatis & non feriatis, præterquam in honorem Dei feriatis, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, Statum &c. pro plenè &c.

De Mandato D. N. Papæ, audiat Magiſter NN. citet, inhibeat, procedat ut petitur, & iuſtitiam faciat.

Placet D. N. Papæ I. Cardinalis Sacchettus.

Beatiſſ. Pater. Si NN. in præinſerta pro Oratore no- 22
minatus S. V. expoſuiſſet, prout non ſine dolo tacuit, quod hic agitur de iuribus originalibus in actis productis, & parti adverſæ reſtitutis, dimiſſa copia collationata, & quod de exiſtentia anulorum, & gemmarum penes adverſarium, de tempore moti iudicii, ex teſtibus & aliis in actis apparet, utiq; præinſertam non extorſiſſet. Verum quia falſus Precator debet impetratis carere, ſupplicat igitur humiliter S. V. devotus Orator NN. ut dignetur eidem NN. cui præinſerta eſt directa, attẽto, quod ab huiuſmodi A. C. decreto non datur appellatio ſuſpenſiva, ut in cauſa, & in cauſis huiuſmodi, ac ſi præinſerta eſſet ſignata cum clauſula, *ſine præjudicio legitimę executionis*, procedat, committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi, quos quibus, quoties &c Conſtitutionibus, ſtylo Palatii, cæteriſq; contrariis non obſtantibus quibuſcumq; Statum &c. pro plenè &c.

Reſcribitq; Signatura, parte citata, vel utraq; parte 23
informante, ſi conſtat de validitate, & iuſtitia decreti, cum clauſula, ſine præiudicio, vel cum clauſula, ſi quid exequendum, vel aliàs, ut ſupra *p.* 1. *c.* 13. *n.* 34. *& ſeq.*

Google

Obſervationes.

24 EXhibitionis judicium eſt ſummarium, ut ex præ-
miſſis apparet, & tradit Contard. *in l. unicu, limit.*
t 3. §. ad exhibendum, num. 25. & ſeqq. C. ſi de moment.
poſſ. agat. ubi quod eſt etiam modici præiudicii, cum ſit
præparatorium alterius ordinarii. Saluſt. Tib. *in Pra. li.*
1. c. 18. n. 6. Boccac. *de interd. uti poſſidetis c. 22. n. 5.*
25 Competit actio ad exhibendum cuicumque rei vin-
dicationem, aut aliam realem actionem ad rem mobi-
lem, vel ſemoventem intentare volenti, & ubicumque
actoris intereſt rem in publico exhiberi, iurato tamen
26 prius de calumnia, Plot. *de in lite iurand. §. 23. n. 2.* & †
ſignanter interdicto *utrobi*, quod datur pro re mobili,
l. 1. ff. utrobi, agere volenti, *l. 3. §. Pomponius ait, ff.*
ad exhiben. Boccac. *de interd. uti poſſid. c. 6. n. 1. & ſeqq. &*
27 *c. 22. n. 1.* eſtque † actio ad exhibendum principaliter in-
venta ob rei vindicationem, *l. 3. §. eſt autē, ff. ad exhib.*
28 Eſt autem † exhibere in publico poteſtatem facere,
ut ei, qui agit, experiendi fiat copia, *l. 2. ff. ad exhib. l. 2.*
§ hoc interdictum, ff. de tabul. exhiben. Boccac. *de interd.*
uti poſſid. c. 22. n. 5.
29 Primò igitur, ut quis teneatur exhibere, requiritur,
quod actor probet res, quarum exhibitio petitur, fuiſſe
penes eum, à quo exhibitio poſtulatur, de tempore in-
troducti iudicii, & moræ litis, *l. Tigni appellatione, §.*
penult. ubi Odofred. & Alberic. *ff. ad exhib.* Plot. *de in*
lit. iuran. §. 23. n. 3. & ſeqq. Boccac. *de interd. uti poſſid.*
d. c. 22. n. 9. Saluſt. Tib. *in prax. l. 2. c. 18. n. 4.* Verall. *dec.*
294. p. 2. Cavaler. *dec. 82. n. 1. & n. 3.* Rot. *dec. 581. n. 4. p. 4.*
& dec. 297. n. 7. & n. 16. p. 6. rec. Beltr. ad Greg. *d. 129. n. 6.*
30 Nec ſufficit probatio exiſtentiæ penes eum ante li-
tem motam, Coccin. *dec. 63. n. 3.* Rot. *dec. 296. n. 6. poſt*
conſ. crim. Farin *lib. 2.*
31 Nam in hac exhibitionis materia non præſumitur
exiſtentia de præterito in futurum. Gloſſ. *in leg. non*
ignorabit, *in verbo fuiſſe*, & ibi Caſtren. *n. 4. C. ad ex-*
hib. Rot. *dec. 267. n. 1. & dec. 278. n. 1. & ſeq. poſt conſ. cri-*
min. Farin. *lib. 2. & dec. 297. n. 14. p. 6. rec.* Coccin. *dec. 63.*
n. 3. Beltram. ad Greg. *dec. 129. n. 6.*
32 Idem juris eſt ad hoc, ut quis teneatur edere inſtru-
menta, & alia jura, nam exiſtentia illorum penès eum,
à quo editio petitur, ut ſupra, debet pariter probari, *l. in*
hac actione, §. fin. & l. Tigni appellatione, § ſi quis nō poſ-
ſideat, ff. ad exhiben. Ruin. *conſ. 69. n. 14. ubi de communi,*
lib. 4. Seraph. *dec. 1224. n. 4.* ubi de ſtylo Rotæ teſtatur
Rot. *dec. 278. n. 1. & ſeq. & dec. 318. n. 2. & ſeqq. poſt conſ.*
Farin. *l. 2. & dec. 194. n. 5. & dec. 380. n. 4. in fin. p. 3. recen.*
Cavaler. *dec. 82. n. 1. & dec. 542. n. 1.* Beltram. ad Greg.
deciſ. 129. num. 5.
33 Et quidem de tempore motæ litis, ut ſupra, Rot. *dec.*
259. n. 6. p. 1. rec. Ferentill. ad Buratt. *dec. 278. n. 12.* Ca-
valer. *d. dec. 82. n. 3.* Beltram. ad Greg. *d. dec. 129. n. 6.*
34 Et debet eſſe hujuſmodi probatio exiſtentiæ plena,
& concludens, aliàs non relevat, nec ſufficiunt proba-
tiones præſumptivæ, *lib. 3. § ſecundum*, ubi Gloſ. *in ver-*
bo ſummatim, ff. ad exhiben. Mantic. *dec. 298. n. 1.* Rot.
dec. 259. n. 1. p. 1. rec. & dec. 296. n. 1. poſt conſ. crim. Farin.
lib. 2. Beltramin. ad Greg. *dec. 129. n. 6.* Greg. *dec. 199. n.*
3. Ferentill. ad Buratt. *dec. 866. n. 9.* Duran. *dec. 266. n. 1.*
ubi de communi.
35 Sed concluſio, quod quis non teneatur exhibere, vel
edere niſi exiſtentia rei, cuius petitur editio, vel exhi-
bitio, fuerit penès eum, à quo id petitur, probata de
tempore motæ litis.
Primò non procedit, quando exiſtentia fuit de pro-
ximo recenti probata, nam tunc illam negans tenetur
probare amiſſionem, Rot. *dec. 225. n. 3. p. 6. rec. & deciſ.*
567. n. 2. poſt conſ. crim. Farin. *lib. 2.*
36 Secundo non procedit, quando exhibitio, & edi-
tio petitur incidenter, nam tunc ſufficit, quando exi-
ſtentia probetur de tempore litis motæ in negotio prin-
cipali, licèt non probaretur de tempore petitæ exhibi-
tionis, Cavaler. *dec. 82. n. 4.* Rot. *dec. 278. n. 5. & ſeqq.*
poſt conſ. crim. Farin. *lib. 2.*
37 Tertiò non procedit, quando quis ratione officii te-
netur cuſtodire ſcripturas, tunc enim ſufficit probare
exiſtentiam, etiam ante litem motam, Coccin. *dec. 63.*
n. 3. Rot. *dec. 296. n. 6. poſt conſ. crim.* Farin. *lib. 2. & deciſ.*
259. n. 1. p. 1. recen. Beltram. ad Greg. *dec. 129. n. 7.* Feren-
till. ad Buratt. *dec. 278. n. 13.*
Quartò non procedit, quando quis habuit ſcriptu- 38
ram à petente exhibitionem, *l. ſi creditor, C. de pignor.*
act. Caſtren. *in l. 2. n. 7. C. de Teſt.* Coccin. *dec. 63. n. 3.* Fe-
rentill. ad Buratt. *dec. 278. n. 13.*
Quintò non procedit, quando reus, vel is, à quo pe- 39
titur exhibitio mobilium, & rerum non negaret ſe ha-
bere, tunc enim intraret concluſio, quod qui olim an-
te motam litem poſſidebat, præſumatur etiam hodie
poſſidere, Rota *dec. 297. n. 1. & ſeqq. p. 6. recen.*
Secundò ad hoc, ut quis teneatur ad exhibendum, 40
vel edendum, ultra exiſtentiam, debet agens ad ex-
hibitionem, vel editionem copulativè probare etiam
ejus intereſſe, *leg. 3. §. ſciendum autem ff. ad exhiben.*
Boccac. *de Interd. uti poſſid. c. 22. n. 5.* Seraph. *d. 1224. n. 4*
Rot. *deciſ. 278. n. 1. & ſeqq. & deciſ. 318. n. 1. & ſeqq. &*
deciſ. 354. n. 12. poſt conſ. crim. Farinac. *lib. 2. & deciſ.*
348. n. 3. p. 1. recen. Caval. *deciſ. 82. n. 1. & deciſ.*
187. num. 4. & dec. 542. num. 1. Beltramin. ad Gregor.
dec. 129. num. 5.
Quod quidem intereſſe ad effectum exhibitionis, de 41
quo agitur, ſufficit ſummariè, & aliqualiter probare,
d. l. 3. §. ſciendum in verbo ſummatim, ff. ad exhib. Boccac.
de interd. uti poſſid. c. 22. n. 5. Gaili. *obſerv. c. 106. nu. 2. &*
ſeq. lib. 1. Ferentill. ad Burat. *deciſ. 266. n. 8.* Rot. *deciſ.*
250. n. 1. par. 1. recen. Beltram. ad Greg. *dec. 129. n. 10.* &
etiam per Juramentum, *l. Theſaurus ff. ad exhibendum,*
l. ult. C. de fid. Inſtrum. Gloſ. *in d. l. 3. §. ſciendum, in ver-*
bo ſummatim, Cavaler. *dec. 82. n. 2.* Rota *dec. 278. n. 2.*
poſt conſil. Farinac. *lib. 2.* Beltramin. ad Greg. *dec. 129. n.*
10. Ferentill. ad Burat. *dec. 266. n. 8.*
Tertiò denique petens exhibitionem, vel editionem 42
debet docere de tali intereſſe, quod ſit cauſatum ex
cauſa rationabili, & juſta, *§. ſi mecum, ff. ad exhiben.*
& non calumniari, *l. penult. ff. ad exhiben.* Boccac. *de*
interd. uti poſſid. cap. 22. n. 6.
Cæterum probata exiſtentia, ut ſupra, & intereſſe 43
petentis exhibitionem in caſibus de jure permiſſis,
Reus de æquitate Canonica, quam ſervat Rota, tene-
tur edere inſtrumenta, & Jura Actori, Saluſt. Tiber. *in*
Praxi lib. 2. cap. 18. n. 17. & ſeq. Rota *dec. 5. de probat. in*
nov. Caputaq. *dec. 294. part. 1.* Seraph. *dec. 232. n. 5. &*
dec. 1224. n. 4. Greg. *dec. 129. num. 1. & 2.* quod procedit
etiam in libris à Mercatoribus pro eorum memoria
confectis, Rota *dec. 348. num. 3. part. 1. recen.* & etiam
in Reo, cui ex eadem æquitate Canonica eſt facienda
editio, & eo maximè ad ejus probationes coadjuvan-
das, Saluſt. Tiber. *in prax. l. 2. cap. 18. n. 17.* Rota *dec.*
250. num. 1. par. 1. rec. & † poteſt Judex ad id compel- 44
lere cauſa aliqualiter cognita, Rota *dec. 1. de probat. in*
nov. Saluſt. Tiber. *d. l. 2. c. 18. n. 18.*
Nec intereſt, an quis habeat Proceſſum, ſeu Jura 45
penes ſe vel in ejus Archivio, quia tenetur cogere
ejus Actuarium, ſeu Archiviſtam, qui tenetur ad cu-
ſtodiam, ut exhibeat originale, Buratt. *dec. 266. n. 6.*
& dec. 278. n. 10. & ſeq. Duran. *dec. 166. n. 2.* Seraph. *dec.*
1224. num. 3.
Sed primò hæc non procedunt, quando agitur de 46
detegenda turpitudine illius, à quo petitur exhibitio,
cum tunc nec æquitas præfata locum habeat, Rota
dec. 318. n. 5. & ſeq. poſt conſil. crim. Farin. *lib. 2.* Beltram.
ad Greg. *dec. 129. n. 11.*
Secundò non procedunt, quando exhibitio petitur 47
ſuper delicto, *arg. l. 1. qui accuſare, C. de edend.* Ve-
rall. *dec. 193. part. 1.*
Tertiò non procedunt in Beneficiato, qui licèt 48
quando ſumus in poſſeſſione de recenti, teneatur ex-
hibere titulum ad inſtantiam Ordinarii, vel Patroni,
Coccin. *dec. 191. n. 1. dec. 224. n. 1.* non tamen ad id tene-
tur, quando Patronus, impetrando Beneficium, ſe fecit
partem formalem, & Adverſarium de Iure, ut Benefi-
ciatus privetur, vel quando agitur de illo ſpoliando de
facto, vel coram Superiore ad effectum privationis,
Coccin. *dec. 191. n. 2. & dec. 224. n. 2.*
Quartò non procedunt, quando Scriptura aliàs ex- 49
hibita

hibita penes Notarium exiſtit, quia illam, quis amplius
exhibere non tenetur, Rota *dec.665. n. 7. p. 4. recent.*
Quintò non procedunt, quando Scripturæ exibendæ
nihil relevarent; Duran. *dec.117. n.16. & ſeqq.*
50 Sextò non procedunt, quando ſequuta eſt tranſactio
ſuper adminiſtratione, niſi aliundè, quàm ex libris, quo-
rum exhibitio petitur, conſtet de errore, vel dolo, cum
tranſactio ſis exceptio litis finitæ, Seraph. *dec.230. n. 5.*
& dec.234. per tot.
51 Septimò non procedunt, quando Scripturæ aliundè
52 perquiri, & haberi poſſunt, prout ſeluendo illas à No-
tario, nam tunc debent ab eo relui, Greg. *dec.129. nu.*
53 *3. & ſeqq.* Duran *dec.117. nu 16. & ſeqq.* vel refici ex-
penſæ factæ ab alia Parte in illis à Notario reluendis
Gregor. *d. dec.129. nu.3. & ſeqq.*
54 Octavò non procedunt in eo, qui jure jurando Scri-
pturas amiſiſſe & factis diligentiis illas reperire non po-
tuiſſe, affirmat, nam is ab exhibitione excuſatur, *l. fin.*
§. ſed quis, C. de fid. Inſtrum. Specul. *de edit. Inſtrum. §.*
poſtquam, nu.11. ubi quod ita ſervat uſus, Saluſt. Tib. *in*
prax. lib.2. c.18. nu.16. Guidopap. *dec.244.* Rot. *dec.267.*
nu.4. poſt conſil. Farin. *l.2.* Duran. *dec.166. nu. 2. verſ. non*
obſtat, Ferentill. ad Buratt. *dec.266. n. 10.*
55 Sed hæc octava limitatio Primò non habet locum in
eo, qui ratione officii, aut aliàs tenetur cuſtodire ſcriptu-
ras, nàm tunc amiſſio eſt plenè, & concludenter proban-
da nec ſufficit Juramentum, *l. ſi Creditor, C. de pignor. act.*
Rot. *dec.97. nu.4. & dec.296. n.6. & ſeqq. poſt conſil. crim.*
Farin. *l. 2. & dec.55. num.7. & ſeqq. poſt* Zacch. *de Societ.*
offic. Beltramin. ad Greg. *dec.129. nu.7.* cum aliis cumu-
56 Idem Ferentill. ad Buratt. *dec.266. nu.13.*
latis per Juris eſt de Hæredibus, nàm ſi exhibitio petitus
ab Hæredibus ejus, qui non tenebatur Scripturas cuſto-
dire, ſufficit, quod ipſi negent medio juramento tactis
&c. illas ad eorum manus perveniſſe, Gregor. *dec.199.*
num. 2. ubi alias deciſiones cumulat Beltram. *ad eundem*
57 *dec.129. nu.8. verſ. quando*, Verum † ſi exhibitio petatur
ab Hæredibus, & Succeſſoribus ejus qui tenebatur Scri-
pturas conficere, & cuſtodire, amiſſio eſt plenè proban-
da, nec ſufficis eorum Juramentum, Beltram. ad Greg.
d. dec.129. nu.7. & ſeq. Buratt. *dec.278. nu.10.* ubi idem
tradit de Hæredibus ejus, qui tenebatur librum exhiberè.
58 Secundò non habet locum, quando non concurrunt
conjecturæ pro amiſſione Inſtrumenti prout nec in cauſa
ardua, & magni ponderis, nec quando contra eum qui
tenetur edere eſt ſuſpicio aliqua Rot. *dec. 278. num.7. &*
ſeqq. poſt conſ. crim. Farin. *lib.2.* Cavaler. *dec. 82. nu. 7.*
& ſeqq. cum aliis cumulatis per Ferentill. ad Buratt. *dec.*
266. nu.10. cum duobus ſeqq.
59 Tertiò non habet locum in libro ſeù Scriptura exiſten-
te de dominio defuncti, quia præſumitur penes Hære-
dem, nec ſtatur Juramento ejus contrarium aſſerenti,
Beltramin. ad Gregor. *dec.199. nu.6.* ubi quod ita fuit di-
ctum *in Rom. Computorum 25. Maii 1615. coram bon. mem.*
Coccino Decano.
60 Quartò non habet locum, quando agitur de Juribus
originalibus in actis productis, & reſtitutis dimiſſa co-
pia, tunc enim, ex quo ex hujuſmodi productione eſt
quæſitum jus Parti, poteſt peti ejus reproductio non ob-
ſtante juramento, quod hoc caſu non probat illorum
ammiſſionem, Sal. Tib. *l.2. c.18. nu.16. verſ. ſecus.*
61 Circumſcripta verò æquitate canonica, Reus de jure
regulariter non tenetur edere Actori propria jura ad in-
tentionem fundandam, cum arma non ſint ſumenda de
domo Rei, *cap.1. de probat. l. qui accuſare, C. de eden. l.*
nimis grave, C. de Teſt. DD. *communiter in l. fin. C. de eden.*
Rot. *dec.5. in princ. de probat. in nov.* Alex. *conſ.58. cir-*
ca primum, nu.4. lib.1. ubi de communi Saluſt. Tib. *l. 2.*
c.18. nu.17. ubi de communi.
62 Sunt tamen plures caſus, in quibus Reus edere actori
omninò tenetur, &
Primus eſt ad Actoris intentionem coadjuvandam,
Bald. *conſ. 362. ſi Creditor, n.1. verſ. contrarium, lib. 3.*
Saluſt. Tib. *d. l. 2. c.18. nu.17.*
Secundus, quando agitur de probatione in ſupplemen-
tum.
Tertius, quando Reus eſt Argentarius, vel perſona
publica.

Unde infertur quòd cum Mercatores habeant libros pu-
blicos, illos officio Judicis edere tenentur ad inſtar anti-
quorum Argentariorum, ſeù Numulariorum, Buratt.
dec.345. num. 1. & ibi Ferent. *ſub lit. A.* ubi quod hoc non
procedit in eorum Memorialibus, quos edere non tenen-
tur, ut tradunt Jaſ. & Dec. *in locis per eum citatis.*
Verum de æquitate Canonica, & ſtylo Rotæ Merca-
tores etiam libros pro eorum memoria confectos, edere
tenentur, Rot. *dec.5. de probat. in nov.* Seraph. *dec. 1224.*
num. 4. cum aliis allegatis ſupra, *verſ. cæterum probata*
num. 43.
Quartus quando libri conſcripti ſunt Actore mandante.
Quintus eſt in Reo uſufructuario, qui tenetur ede-
re.
Sextus, quando Actor petit edi inſtrumenta ad pro-
bandam ſuam replicationem.
Septimus caſus eſt Fiſco civiliter agente, cui eſt fa-
cienda editio, ſecus in cauſa criminali.
Octavus in cauſa Matrimoniali Reus tenetur edere
Actori, cum ſit magis privilegiata, quam Fiſcus.
Nonus in Eccleſiaſtica, quæ pariter eſt magis privi-
legiata, quàm Fiſcus.
Decimus, quando Actor petit à Reo inſtrumentum
proprium ipſius Actoris.
Decimus primus, quando agitur de periculo Ani-
mæ.
Decimus ſecundus, ubi agitur de magna cauſa, prout
ſi Actor non poteſt aliter probare.
Decimus tertius, quando Inſtrumenta, & libri ratio-
num ſunt communiter ipſius Actoris, & rei, ratione
proprietatis.
Decimus quartus, quando Inſtrumenta, & libri ratio-
num eſſent communes ex natura negotii.
Decimus quintus, quando Inſtrumenta ſunt commu-
nia ob materiam in eis contentam, ut Inſtrumentum em-
ptionis, & venditionis, nam ſi ſint originalia, & re-
periantur apud Reum, ſunt edenda, *cap. quoniam de*
probat. & cap. perpetuus de Fid. inſtrum.
Decimus ſextus, quando agitur contra Uſurarium, nam
ille tenetur edere, cum de Uſuris agitur, libros ſuarum
rationum, *Clem. 1. §. cæterum, de Uſur.*
Decimus ſeptimus, quando ille à quo petitur edi-
tio, eſt deputatus ad cuſtodienda Inſtrumenta, nàm
tenetur edere cuicumque parenti, & prætendenti inte-
reſſe.
Hos caſus reſpectivè enumerant, & ponunt Scacc.
reg 112. & Card. Tuſc. *lit. E. concluſ.45. per totam.*
Actor verò ad fundandam exceptionem edere ex æqui- 63
tate Reo tenetur, *l. fin. ubi* Bart. & *DD. C. de eden.*
Sed primò Actor excuſatur ab editione inſtrumento- 64
rum, & Jurium ſi illa in promptu non habeat, & juret
non habere facultatem edendi, & tunc proceditur ad ul-
teriora in cauſa, Specul. *de Inſtrum. edit. §. nunc dicamus,*
verſ. quod ſi quis, nu.5. lib.2. p. 2. Felin. *in c.1. nu.27. de*
probat. Alex. *conſ.3. n.1. verſ. & ſi eſſent, lib.2.* Saluſt. Tiber.
in Prax. lib.2. c.18. n.16. Rot. *dec. 2. de probat. in nov.*
Secundò excuſatur, quando Jura ſunt penes Reum con- 65
ventum, vel tenor illorum ſatis fuit in Libello expreſ-
ſus, Felyn. *d. c. 1. nu. 27. de probat.* Rot. *dec. 2. in fin. de*
probat. in nov.
Tertiò excuſatur Actor ab hujuſmodi editione, quan- 66
do Jura poſſent de facili aliunde perquiri, & haberi, vel
editio ſi coactè facta nihil relevaret, nam in his caſi-
bus æquitas *d. l. fin.* locum non habet, Duran. *dec. 117.*
num.16. & ſeq.
Denique in actione ad exhibendum Contumax, qui li- 67
bros, & alia, ad quæ tenetur, non exhibet, prout ſi ra-
tionem non reddit, & reliqua non reſtituit dicitur eſſe in
dolo, & contra eum, tanquàm præſumptivè doloſum,
poteſt jurari in litem, ſi Actor contra eum proprium
intereſſe probare nequierit, *l. 3. §. præterea, ff. ad exhi-*
ben. Boccac. *de Interd. uti poſſid. c. 22. num. 14.* Plot. *de in*
lit. juran. §. 23. nu. 1. & 3. & ſeq. Saluſt. Tiber. *d. lib. 2. c. 18.*
nu.11. & ſeqq. Contard. *in l. unica, limit.14. ad tit. ad exhi-*
bend nu.22. C. ſi de moment. poſſ. agat.
Similiter qui dolo deſiit poſſidere, tenetur ad exhi- 68
bendum, ac ſi poſſideret, *l. Julianus, in princ. & §. ſi quis*
rem. & l. ſi vir, ff. ad exhiben. Mantic. *dec. 298. num.1.* Rot.

*dec.*380.*nu.*3.*in fin. par.*4.*recent.* & ob id ſi non reſtituit, datur actio contra eum ad intereſſe, & poteſt contra eum jurari in litem, *l. Celſus*, §. *idem Julianus*, *ff. ad exhiben.*

69 Et pariter in materia exhibitionis, ſeù editionis Proceſſuum, & Jurium, ſi Notarius ſeù perſona publica non edit, tenetur ad intereſſe, dummodò conſtet de dolo, vel lata culpa dolo proxima, Buratt. *dec.*808. *nu.*1. *& ſeqq.*

70 In hoc judicio exceptio clara admittitur, ſi à Poſſeſſore allegetur, exceptio verò turbida non admittitur, ſed reiicitur ad petitorium, *l.*1. §. *ibid. ff. ad exhiben.*

71 Exceptiones † autem, quæ in hujuſmodi judicio admittuntur, ſunt pacti conventi, doli mali, juris jurandi, & rei judicatæ, *d. l.*3. §. *ibidem*, Boccac. *de Interd. uti poſſ. c. un. nu.*39. *& ſeq.*

72 In Judicio exhibitionis appellatio non datur; ſi Condemnatus ad exhibendum habet facultatem rei exhibendæ; nam tale judicium dilationem non patitur, *l.*3. §. *ibidem*, *ff. ad exhiben.* Specul. *de Appell.* §. *in quavis*, *nu.*12. & ulti, quos refert, & ſequitur Contard. *in lib. unica limit.* 14. *tit. ad exhibendum*, *nu.*21. *C. ſi de moment. poſſ. agatur*, Scacc. *de Appell. q.*17 *limit* 6. *membr.*8 *nu.*21. *& ſeq* Suiuſt. Tiber. *dict. lib.*3. *cap.*18 *num.*8. ubi quod ſtatim committitur exequutio, & ita ſæpè vidi obſervari in Praxi.

73 Sed hoc primò non procedit, quando Reus ob non exhibitionem fuit condemnatus ad intereſſe, Specul. *in d.* §. *in quibus*, *nu.*12. Contard. *d. limit.*14. *nu.*22. *& ſeq.* Beſtach. *in verb. Appellatio in actis ad exhibendum*, *fol.*144. Scacc. *de Appell. q.*17. *limit.*6. *membr.*8. *nu.*19. *& ſeq.*

74 Secundò non procedit, quando exibitio trahit ſecum rem ipſam Actori debere reſtitui, & cauſas cohærentes eidem, Specul. *in dict.* §. *in quibus*, *nu.*12. cum aliis cumulatis per Contard. *d. limit.*14. *nu.* 23. *& ſeqq.* Scacc. *de Appell. q.*17. *lim.*6. *mem.*8. *nu.*20. *verſ. ſecundus caſus.*

De Cauſis infra ducentos ducatos auri de Camera, Pars II. Cap. IV.

SUMMARIUM.

1 *Cauſæ in Tribunali A.C. aut ſunt ſummariæ vigore facultatum aut de ſui natura.*

2 *In cauſa à ſcutis viginti ad ducentos ducatos auri de Camera A.C. procedit ſummariè, terminis non ſervatis, ſed via Monitorii.*

3 *Monitorium in cauſis à ſcutis* 20. *ad ducatos ducentos de Camera, & ejus formula.*

4 *Monitorium eſt perſonaliter exequendum.*

5 *Relatio exequutionis Monitorii, & ejus formula.*

6 *Negatio Monitorii, & ejus formula.*

7 *Monitorium negatum debet verificari per Inſtrumenta, & Scripturas, ſervatis ſervandis, ſi adſint.*

8 *Proteſtatio*, non admitti in præjudicium, &c. *& clauſula*, ſine præjudicio, *in Jurium admiſſione in cauſis exequutivis tantùm requiruntur, in cæteris regulariter ſecus.*

9 *Deficientibus ſcripturis, Monitorium debet verificari per confeſſiones Partis, & per Teſtes, ſervatis ſervandis.*

10 *Scripturis, Teſtibus in partibus exiſtentibus, obtinetur Compulſoria, vel Remiſſoria, tàm in cauſis ſummariis, quàm in aliis.*

11 *Scripturis, vel Teſtibus ſuſpectis exiſtentibus, poteſt citari ad declarandum.*

12 *Citatio ad declarandum, an velit uti Scripturis, vel Teſtibus pro bonis, & legalibus, & ejus Formula, & Proceſſus.*

13 *Proteſtatio in termino citationis ad declarandum, & ejus Formula.*

14 *Volens admitti ad cauſam pro ſuo intereſſe, quomodo citare, & Proceſſum conficere poſſit.*

15 *Citatio ad videndum admitti ad cauſam, & ejus Formula & Proceſſus.*

16 *Citatio ad dicendum contra Jura, & ad videndum admitti ad cauſam ſimul unitæ, & earum Formula, & Proceſſus.*

17 *Cumulatio citationis ad dicendum contra, & videndum admitti ad cauſam, rectè procedit, etiam Parte adverſa opponente*, generalia contra, & quod pendente &c. *& quare?*

18 *In cauſis commiſſariis volens admitti ad cauſam pro ſuo intereſſe, debet impetrare Commiſſionem ſuper admiſſione, & citare ad dicendum contra illa.*

19 *Verificato Monitorio, poteſt fieri inſtantia pro expeditione cauſæ, & num.* 20.

20 *Citatio ad videndum deferri juramentum in ſupplementum, & loco Sentententiæ reintegrari Monitorium, & ejus Formula, & Proceſſus.*

21 *Citatio ad videndum deferri juramentum in ſupplementum, & ad Sententiam, & ejus Formula, & Proceſſus.*

22 *Cedula Sententiæ definitivæ, & ejus Formula.*

23 *Si Monitorium non fuit negatum, non fit aliqua mentio reintegrationis illius, nec in citatione, nec in Sententia.*

24 *Actore non verificante Monitorium, Reus abſolvitur, & Decretum abſolutionis poteſt extendi etiam in pede citationis Actoris, de Stylo Tribunalis A.C.*

25 *Alia citatio ad videndum deferri juramentum in ſupplementum, & ad Sententiam, ejus Formula, & Proceſſus.*

26 *Cedula Sententiæ abſolutoriæ, & ejus Formula.*

27 *Cauſæ à ducentis ducatis infra, licèt ſint ſummariæ, & in eis A.C. procedat, terminis non ſervatis, in reliquis parum diſtant ab ordinariis, & in eis regulariter datur Appellatio.*

28 *In cauſis à ducatis ducentis infra poteſt quis appellare, & commiſſionem appellationis via ordinaria ſignandam curare.*

29 *In cauſa appellabili, ſi non conſtat de appellatione, & ejus legitima proſequutione, quid agendum?*

30 *In curia capitolina à Libello, in curia A.C. à Monitorio, in Rota à commiſſione lites incboantur.*

31 *In Curiis Vicarii, camerarii, & theſaurarii à monitorio, in curia gubernatoris ab Articulis, & in Camera à propoſitione, lites ducunt exordium.*

32 *Monitorium in curia A.C. & ſimilibus, commiſſio in Rota, & extra in cauſis commiſſariis, & articuli in curia Gubernatoris, & ſimilibus ſunt loco Libelli.*

33 *Articuli in Curia Gubernatoris, & hujuſmodi ſunt loco Monitorii, & petitionis.*

34 *In Tribunali A.C. judicium incboatur à monitorio tàm de Stylo, quàm de jure communi.*

35 *Monitorium quid ſit, & unde dicatur?*

36 *Uſus Monitorii eſt antiquus, unde habuit originem, à quo inventus, & qua ratione?*

37 *Monitorium habet vim citationis, & quos operetur effectus.*

38 *Monitorium exequutum debet reproduci, ut inducat litis pendentiam.*

39 *Monitorium nulliter exequutum non inducit Litis pendentiam.*

40 *Defectus exequutionis Monitorii ſuppletur ex illius ſcientia.*

41 *Forma præſcripta in exequutione Monitorii eſt ſervanda.*

42 *Si in Monitorio dicitur, quod illud perſonaliter exequatur, ſi Perſona haberi poteſt, ſin minus domi, exequutio eſt nulla, ſi Nuncius ante exequutionem domi factam, non fecit diligentiam de illo perſonaliter exequendo.*

43 *Monitorium poteſt negari in totum, ſi narrata in parte non ſint vera.*

44 *Monitorium negatum indiget non ſolum verificatione, ſed etiam reintegratione, quæ habet vim Sententiæ.*

45 *A Monitoriis ſeù præceptis pœnalibus non eſt regulariter incboandum.*

46 *A Monitoriis poteſt incboari, quando in eis eſt clauſula*, ſi quis &c. *nam tunc per comparitionem Monitorium reſolvitur in ſimplicem citationem.*

47 *Monitorium cum clauſula*, ſi quis, *efficit proceſſum ordinarium.*

48 *Monitorium cum clauſula*, ſi quis, *eſt nullum.*

49 *Monitorium factum in exequutionem Sententiæ, vel Gratiæ de Beneficio reſervato vacante, vel in remedio*

Digitized by Google

medio l. fin. non reſolvitur in citationem per comparitionem Monitt, nec in eo eſt clauſula, ſi quis, apponenda.

50 Poſſeſſio capta virtute Monitorii cum clauſula, ſi quis, eſt nulla, & attentata, ex quo lis dicitur introducta.

51 Poſſeſſio, capta vigore Monitorii cum clauſula, ſi quis, eſt valida, quando poſſeſſio erat vacans, vel non aderat legitimus Contradictor.

52 Clauſula, ſi quis, fuit inventa in Romana Curia.

53 Monitorium de dimittendo poſſeſſionem probat poſſeſſionem Rei conventi contra Impetrantem, etiam ſi in eo poſſeſſio vitioſa narretur.

54 Clauſula, Deducens omne Jus, omnemque actionem, porrigitur ad caſus, in quibus Jus commune admittit cumulationem, & intelligitur ſecundum Jus commune.

55 Clauſula, Deducens &c; in caſu in quo de Jure admittitur cumulatio, quid operetur.

56 Clauſula, Deducens &c. in libello poſſeſſorii poſita non operatur in petitorio, ſi fuit oppoſitum de nimia generalitate.

57 Officium Judicis aliud nobile, aliud mercenarium.

58 Officium Judicis nobile quid ſit, & quid mercenarium?

59 Officium Judicis, vel reſidet in ejus perſona, vel in perſona Partis, & quid ſit officium judicis in ejus perſona reſidens?

60 Officium Judicis reſidens in ejus perſona eſt ſemper nobile, & quare?

61 Officium Judicis reſidens in ejus perſona differt ab actione; & quod ſit actio?

62 Officium Judicis nobile reſidens in perſona Partis, aliud datur loco actionis, aliud loco exceptionis.

63 Officium Judicis nobile reſidens in perſona Partis, aliud datur loco competentis, aliud loco deficientis actionis.

64 Officium Judicis, quod datur loco deficientis actionis, aliud non habet, aliud verò habet vim actionis, in primo non datur libellus, in ſecundo ſic.

65 Exempla officii Judicis vim actionis habentis.

66 Reformatio Pauli V. diſponens, Procuratores, & Sollicitatores, non poſſe petere mercedem, niſi conventam, tollit actionem, ſed non officium Judicis.

67 Officium Judicis quid ſit, & quando ſit ei locus?

68 Officium Judicis nobile datur in ſubſidium, quando omnis actio deficit.

69 Officium Judicis nobile ſemper intrat, nè ob carentiam actionis quis amittat jus ſuum.

70 Officium Judicis nobile fundatur in æquitate, & ceſſat ea ſublata.

71 Officium Judicis nobile in exorbitantibus à regulis Juris eſt ſtrictè, & cum magna æquitate interpretandum.

72 Officium Judicis nobile, latè ſumpto vocabulo, poteſt dici idem cum actione.

73 Officium Judicis mercenarium aliud eſt ordinarium, & verſatur circa ordinatoria Judicii, & in eo non datur libellus.

74 Officium Judicis mercenarium aliud eſt litis deciſorium.

75 Officium Judicis mercenarium commune verſatur indifferenter circa quamlibet actionem, condemnando, vel ſolvendo.

76 Officium Judicis mercenarium non commune, quod verſatur circa certas actiones, aut venit ex natura, aut ultra naturam actionis.

77 Officium Iudicis non præſcribitur minori ſpatio, quam triginta annorum.

78 Officium Iudicis ſuccedens loco exceptionis perpetuò durat.

79 Officium Iudicis oriens ex Iure in futurum ſemper ſtante, durat etiam poſt triginta annos.

80 Officium Iudicis ratione ſubjectæ materiæ aliquando eſt perpetuum, aliquando non durat, niſi triennio.

81 Clauſula, ſi quis, in Monitorio poſita efficit proceſſum ordinarium, ſecus clauſula Alioquin &c.

82 Clauſula, Alioquin, poſita in Monitorio in cauſis quantivis non efficit proceſſum ordinarium, & quomodo tunc extendatur, & in cauſa procedatur.

83 Monitorium debet exequi perſonaliter, ſicut regulariter debet eſſe perſonalis prima citatio.

84 In ſummariis habentibus proceſſum ordinarium omnes citationes debent eſſe perſonales, licèt ſi prima perſonalis præceſſit, aliæ domi dimiſſa copia poſſint ſaſtineri, & quid tutiùs ſit.

85 Producens Inſtrumenta vel Teſtes, Parte inſtante, tenetur declarare, an eis velit uti pro bonis?

86 Citatus ad declarandum poteſt proteſtari, ſe velle uti Inſtrumentis, vel Teſtibus pro bonis, donec ſibi conſtet de contrario, & cujus virtutis ſit hæc proteſtatio, & cautela.

87 Contrarium quod Iudex, Inſtante Parte, debeat ſtatuere terminum ad deliberandum, an velit uti Inſtrumentis, vel Teſtibus, quibus ſub conditione velle uti reſpondit?

88 Concorda primò, aut Pars non inſtat Reſpondenti ſub conditione præfigi terminum ad deliberandum, an Inſtrumentis vel Teſtibus velit uti pro bonis, & ſufficit prima proteſtatio, ut Pars juxta, & Iudex præfigit, & tunc ſecus.

89 Concorda ſecundò, aut ſtans præfigi terminum ad ſimpliciter declarandum aſſignat cauſas falſitatis Inſtrumentorum, vel Teſtium, dando fumum, & quis tenetur purè reſpondere, aliàs ſecus.

90 Reſponſio, nolo uti aliqua falſitate, eſt bona.

91 Tertius poteſt pro ſuo intereſſe venire ad cauſam in qualibet inſtantia.

92 Veniens ad cauſam debet docere incontinenti de ſuo intereſſe, alias non admittitur.

93 Sufficit docere de intereſſe ſummariè, & apparenter.

94 Ad probandum intereſſe ſuper electione ſufficit probare ſe electum.

95 Veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe debet venire in ſtatu, & terminis.

96 Tertius poteſt venire ad cauſam ad defendendam cauſam vel Actoris, vel Reum, vel principaliter ad excluſionem alterius, vel utriuſque Litigantis.

97 Veniens ad defendendam cauſam, vel Actorem, vel Reum, debet venire in ſtatu, & terminis.

98 Tertius veniens principaliter ad cauſam, ad excluſionem alterius, vel utriuſque Litigantis, poteſt venire in ſtatu, & terminis, vel prout in prima, ſi ei magis placet.

99 Veniens ad cauſam in ſtatu, & terminis, non declinat forum, nec mutat ſtatum, & naturam Iudicii.

100 Veniens ad cauſam in ſtatu, & terminis, ſi reperit terminos ſervatos, non tenetur eos iterum ſervare.

101 Veniens ad cauſam in ſtatu, & terminis facit omnia acta ſua, pro, & contra, ac ſi ea feciſſet, contra eum facta fuiſſent, ac cenſetur ea ratificaſſe.

102 Veniens ad cauſam in ſtatu, & terminis facit omnia acta ſua, ſive veniat defendendo, ſivè jure proprio, ſivè per viam appellationis, ſivè nullitatis.

103 In prophanis Tertius veniens ad cauſam non defendendo, ſed deducendo principaliter jus ſuum, licet veniat in ſtatu, & terminis, non facit omnia acta ſua.

104 Tertius committens cauſam de novo, & veniens ad eam prout in prima, non facit acta ſua pro ſe, nec contra ſe, ſivè ſciverit, ſivè ignoraverit litem agitari.

105 Tertiò venienti ad cauſam in ſtatu, & terminis, ſcienti litem agitari acta nocent, ſecus ignoranti.

106 Tertius appellans à ſententia lata in contumaciam facit eam ſuam, ad effectum numeri, non ut ei noceat res judicata, ſi adſit.

107 Tertius veniens ad cauſam, excludendo jura utriuſque Litigantis, non facit omnia acta ſua.

108 Acta facta poſt admiſſionem Tertii ad cauſam, illi non noceat, niſi fuerit citatus in unoquoque actu.

109 Tertius veniens ad cauſam non facit ſua illa acta,

quæ

Digitized by Google

quæ de directo intentioni repugnant.

110 *Tertius ad cauſam explicitè non admiſſus non facit acta ſua.*

111 *In admiſſione ad cauſam requiritur Judicis interloquutoria.*

112 *In Romana Curia Judex admittit ad cauſam, citatis Partibus, & docto de intereſſe.*

113 *Nec comparitio, nec Partis citatio, aut aliud ſufficit in admiſſione ad cauſam, niſi adſit Judicis decretum.*

114 *Tertio non ſufficit Decretum admiſſionis cum clauſula,* docto de intereſſe, *niſi poſtea de intereſſe docuerit.*

115 *Docto de intereſſe citata Parte ad dicendum contra Jura, & obtento Decreto admiſſionis cum clauſula,* ſi, & in quantum, *alia admiſſio ad cauſam non requiritur.*

116 *Tertius ſi fecit actus reſpicientes merita, & negotium principale, hæc tacita admiſſio ad cauſam, aliquod ſupponens Judicis decretum, ſufficit.*

117 *An, & quando Tertius veniens ad cauſam poſſit impedire illius expeditionem, ſeù exequutionem, eſt materia controverſa.*

118 *Tertius veniens ad cauſam, ut liti aſſiſtat, vel Reum defendat, non poteſt venire, niſi in ſtatu & terminis.*

119 *Tertius veniens ad cauſam ante exequutionem conſtituit triangularem proceſſum, & admittitur in ſtatu, & terminis, ſed non impedit expeditionem, vel exequutionem, niſi quatenus id poſſet Principalis in lite exiſtens, ſi illa jura haberet.*

120 *Veniens ad cauſam uti Actor laudatus, ſi ei competit reſtitutio in integrum, etiam ſi veniat poſt concluſum in cauſa impedit expeditionem.*

121 *Veniens ad cauſam aſſiſtendo ei, qui eſt in poſſeſſione, vel quaſi ſi conſtat de ejus principali intereſſe, impedit exequutionem, ſecùs ſi veniat aſſiſtendo in ſtatu, & terminis, & ex jure ſuo utrumque Litigantem excludat.*

122 *Veniens ad cauſam poſt exequutionem factam non admittitur, & quare?*

123 *Veniens ad cauſam ad excluſionem utriuſque Litigantis principaliter pro ſe ipſo, regulariter non impedit expeditionem, nec exequutionem cauſæ inter Collitigantes, & quare?*

124 *Præſertim ſi ipſe non poſſidet, & poſſeſſio eſt plena, cum ei non inferatur præjudicium, niſi fortè inferretur ratione durioris Adverſarii, quando cæpiſſet agere ante Sententiam latam.*

125 *Veniens ad cauſam principaliter pro ſeipſo, quando poſſeſſio eſt vacans impedit exequutionem, & quare?*

126 *Veniens ad cauſam principaliter pro ſe ipſo, ſi poſſidet, vel aſſerit ſe poſſidere, impedit exequutionem, etiam trium conformium.*

127 *Tertius veniens ad cauſam ante exequutionem factam jure proprio, deducendo principaliter ex perſona propria Jus ſuum, quod nullam habet connexionem cum jure Litigantium, impedit exequutionem etiam trium conformium.*

128 *Veniens ad cauſam principaliter pro ſe ipſo, deducendo Jus ſuum ex perſona propria, ſivè veniat, prout in prima, etiam poſt tres conformes, ſivè in ſtatu, & terminis, pariter pro ſe ipſo jure proprio in prima, vel in ſecunda inſtantia, etiamſi Sententia eſſet lata in contumaciam, & tranſiſſet in judicatum, impedit exequutionem, & quare?*

129 Rota decis. 17. num. 3. verſ. eſt iſte tertius, part. 3. recent. *non poteſt intelligi de exequutione trium conformium, & quare? & n. 126.*

130 *Quod Tertius poſſit aliquo modo venire ad cauſam in ſtatu. & terminis poſt tres conformes, videtur impoſſibile, & quare?*

131 *Facta exequutione, Tertius non poteſt venire, niſi illa firma manente, nec exequutionem revocare, niſi prius obtinuerit in cauſa.*

132 *Tertia præcedens fallentia videtur eadem cum ſequenda, & quare?*

133 *Veniens principaliter pro ſe jure proprio ad cauſam, ſi plenè, & incontinenti vult docere de jure ſuo, impedit exequutionem, & quando, & quomodo hoc procedat?*

134 *Tertius comparens ex jure proprio principaliter pro ſe in petitorio, quando duo litigant in poſſeſſorio, & exequutio non poteſt fieri ſine ſcandalo, ut actis in Curia faciendis, probat ſuam intentionem incontinenti, impedit exequutionem trium conformium.*

135 *Veniens ad cauſam principaliter pro ſe ex jure proprio, quando condemnatio eſt facta in unare, impedit exequutionem in alia re diverſa.*

136 *Juramentum in ſupplementum quid ſit?*

137 *Juramentum in ſupplementum non datur, niſi concurrat ſcientia veriſimilis per actum corporeum in Jurante.*

138 *Juramentum in ſupplementum datur ei, qui eſt bonæ, & honeſtæ vitæ, non ſuſpecto de perjurio.*

139 *Juramentum in ſupplementum non datur ei, qui ſaltem ſemiplenè ſuam intentionem non probavit.*

140 *Teſte, ut faciat ſemiplenam probationem ad effectum juramenti in ſupplementum, debet eſſe omni exceptione major.*

141 *Juramentum denegatur, ſi in Teſte adſit minimus defectus.*

142 *Teſtis debet reddere cauſam ſui dicti, etiam non interrogatus, ad hoc ut juramento in ſupplementum locus ſit.*

143 *Juramentum in ſupplementum datur eo magis illi, qui plus quàm ſemiplenè probavit.*

144 *In deferendo juramento in ſupplementum plurimum intrat Judicis arbitrium.*

145 *Juramentum in ſupplementum debet peti, ad hoc ut deferatur.*

146 *Juramentum in ſupplementum, petitum ante concluſum in cauſa, poteſt deferri etiam poſt concluſionem.*

147 *Juramentum in ſupplementum poſt concluſum in cauſa nec peti, nec ad Partis inſtantiam deferri poteſt.*

148 *Judex ex officio poteſt deferre juramentum in ſupplementum etiam poſt concluſum in cauſa.*

149 *Juramentum in ſupplementum in prima inſtantia omiſſum poteſt peti in ſecunda, & ulteriori.*

150 *Juramentum in ſupplementum in cauſis gravibus, magni momenti regulariter non datur.*

151 *In cauſis prophanis civilibus, etiam magni momenti, Perſonæ honeſtæ vitæ, quæ pluſquam ſemiplenè probavit, Juramentum in ſupplementum defertur.*

152 *Rota de ſtylo non defert juramentum in ſupplementum, niſi fuerit pluſquam ſemiplenè probatum, & quare?*

153 *Juramentum in ſupplementum datur aliquando ex conjecturis urgentibus.*

154 *Juramentum in ſupplementum in his, quæ ſunt difficilis probationis, prout liquidationis fructuum, datur ex conjecturis, ex obſervantia Rotæ.*

155 *Juramentum in ſupplementum datur ad probandam qualitatem, quando ſubſtantia crediti eſt probata.*

156 *Quantitas, ſicut qualitas faciliùs probatur, quàm ſubſtantia.*

157 *Juramentum in ſupplementum in pluribus caſibus non datur.*

158 *Juramentum in ſupplementum non datur habenti præſumptionem Juris contra ſe.*

159 *Juramentum in ſupplementum in pœnalibus, & criminalibus non datur.*

Digitized by Google

160 *Juramentum in ſupplementum datur Reo in cauſa criminali ſe defendenti.*

161 *Alii uſq; ad quadraginta caſus, in quibus juramentum in ſupplementum non defertur.*

162 *A.C. in cauſis à ducentis ducatis infra habet facultatem procedendi manu regia, ſed, ut Praxis declaravit, proceſſus eſt fere ordinarius, & datur Appellatio ad utramque effectum.*

163 *A.C. in cauſis pro, & inter ejus Notarios, & eorum Familiares cauſa officii, & inter, & contra Mercatores procedit manu regia exequutivè, & ab ejus Decreto non datur appellatio ſuſpenſiva.*

164 *In cauſa Mercedis, ſi eam petens habet, unde ſe alere poſſit aliunde, datur appellatio ad utramque effectum, aliàs ſecus.*

165 *In Curia A.C. in cauſis Mercedum proceditur via monitorii, & datur Appellatio etiam ſuſpenſiva.*

166 *Si agitur pro alimentis præteritis, quæ petuntur jure actionis, requiritur Monitorium, & datur appellatio etiam ſuſpenſiva.*

167 *Si agitur pro alimentis futuris proceditur exequutivè, & non datur appellatio ſuſpenſiva, quando Alimentarius non habet unde vivat, aliàs ſecus.*

168 *Venter non patitur dilationem.*

169 *Si Alimentarius non habet, unde aliunde vivat, non datur appellatio ſuſpenſiva, ſive Alimenta petantur iure actionis, ſive officio iudicis, & quare?*

170 *Privilegium Alimentorum non conſiſtit in actione, vel officio iudicis, ſed paupertate.*

171 *Alimenta futura dicuntur ea, quæ poſt litem motam, ſeu conteſtatam ſunt decurſa.*

172 *Si iudex debitum modum excedit, datur appellatio ſuſpenſiva, etiam ſi agatur de alimentis futuris, ob exceſſum, vel modicitate.*

173 *Cauſa ſemel effecta appellabili datur appellatio, etiam ſi agatur pro Alimentis futuris.*

174 *Agens via ordinaria cenſetur renunciare viæ exequutivæ illi competenti.*

175 *Cauſa non deſinit eſſe exequutiva, quando Monitorium per comparitionem Partis eſt reſolutum in ſimplicem citationem, niſi illud reintegretur, vel ſervatis terminis pronunciatum fuerit per Cedulam.*

De Cauſis infra ducentos ducatos auri de Camera. Pars II. Cap. IV.

1 TRanſeamus nunc ad Cauſas præparatas, & primòad ſummarias. Cauſæ ſummariæ in Tribunali A. C. aut ſunt Summariæ virtute ordinariarum A.C. facultatum, aut de ſui natura.

2 Vigore facultatum ſuarum, ut ſupra hac eadem *p.2.c.*1. dictum fuit, A.C. poteſt procedere ſummariè, ſine figura Judicii, manu Regia, & ſola facti veritate inſpecta abſque obſervatione terminorum in cauſis à ſcutis viginti ad ducentos ducatos auri de Camera.

Cæterum Praxis rerum magiſtra, in cauſis hujuſmodi Monitorium eſſe neceſſarium, & procedendum eſſe, ut infra, declarat, videlicet.

3 De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D.A.C. ſive R.P.D.NN. eius in civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis: Tenore præſentium.

Moneatur, *a* NN. ex adverſo principalis, quatenus infra triduum proximum, ſub 500. ducatorum &c. Rev. Cameræ Apoſtolicæ applicand. & pro illis mandati exequutivi, & in iuris ſubſidium excommunicationis &c. aliiſq; pœnis &c. debeat ſupradicto inſtanti ſcuta centum octuaginta monetæ per ipſum debita, cauſa, & occaſione (*hic poteſt exprimi cauſa, ob quam pecunia, vel aes debetur*) ſuis loco, & tempore deducenda, & certificanda, ſolviſſe, & exburſaſſe, ſeu ſolvi, & exburſari feciſſe, damnaque, expenſas, & intereſſe, præmiſſorum cauſa, & occaſione paſſa, & patienda, ac liquidanda, refeciſse, & mandatum exequutivum, Sententiam, ſeu Decretum quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari, aliaque requiſita fieri, & exequi vidiſse, & audiviſse. Deducendo, *b*, propterea omne ius, omnemq; actionem ſibi magis proficuam, & competentem, ac officium Judicis, *c*, & Beneficium iuris implorando, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c. & ſi quis &c. *d* alioquin &c. *e*, Certificantes, &c. omni &c. c d e

Loco † ſigilli.

NN. Notarius.

Hoc monitorium datur uni ex Sanctiſſimi D.N. Papæ Curſoribus, qui illud perſonaliter exequitur, & facit de executione relationem in pede illius, videlicet, 4

Exequutum perſonaliter, *f*, per me NN. Curſorem, die NN. f

Cuius quidem relatę exequutionis virtute adnotatur in Broliardo illius reproductio, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

Coram D. meque NN. Sanctiſs. D.N. Papæ Curſor retulit, ſe ad inſtantiam NN. monuiſse NN. prout in folio tenoris &c. & prout habuit in mandatis, omni &c.

Ex adverſo Pars monita ante triduum à die exequuti Monitorii elapſum, proteſtari poteſt, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. & negando monitorium, dixit narrata prout narrantur non fuiſse, nec eſse vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri, & contra illud dixit pro nunc generalia, verbo, ſalvo iure &c. ideo nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, & verificatis verificandis, aliàs &c. omni &c. 6

Elapſis tribus diebus currentibus Parti ad comparendum in Monitorio aſſignatis, Actori incumbit onus verificandi illud, & ob id, ſi monitorium poteſt verificari per inſtrumenta, & Scripturas, citatur Pars adverſa ad dicendum contra Jura, & fit Jurium productio & ex adverſo opponuntur generalia contra, & ſi ſit neceſſaria recognitio Jurium, actor ſimiliter debet illa recognoſci curare, in quibus omnibus proceditur, prout dictum eſt ſupra in cauſis exequutivis, *p.1. c.*8. 7

† Proteſtatio tamen, *non admitti in præiudicium obligationis Cameralis &c.* & clauſula *ſine præiudicio &c.* in iurium admiſſione ſolummodo in cauſis exequutivis requiruntur, in aliis vero ſecus, niſi in caſibus, in quibus ſuo loco, & tempore dicetur; ad legitimationem vero perſonarum, ſi illa eſt neceſſaria, erit procedendum, juxta ſuperius tradita, *p. 1. c.* 5. quod in omnibus cauſis erit obſervandum.

Si vero ſit neceſſe pro verificatione monitorii dare poſitiones, & cogere partem ad reſpondendum illis, erit procedendum in omnibus cauſis, prout dictum eſt ſupra *p.1. c.*10. in cauſis exequutivis. 9

Et ſi poſitiones fuerint negatæ, vel etiam ſi negatæ non fuerint, ſed pronunciatæ pro confeſſatis, quia ſictæ confeſſiones in hoc Tribunali tantum faciunt adminiculum, ſeu ſemiplenam probationem, & ob id opus ſit examinare Teſtes, proceditur ad examen illorum, prout dictum eſt ſupra in cauſis executivis, *p.1. c.* 11. 10

Et ſi Teſtes ſint examinandi in partibus, vel Scripturæ ſint in partibus extrahendæ, & Remiſſoria, vel Compulſoria ſit neceſſaria, poterit utraque obtineri, ad ejuſque exequutionem procedi, juxta ſuperiùs tradita in cauſis exequutivis, *p.1. c.*12. Quæ omnia poterunt obſervari in omnibus cauſis, etiam ordinariis, præter ea, quæ alicujus cauſæ naturæ, repugnerent, ſi quæ eſsent, prout proteſtationes, & clauſulæ ſuperius dictæ, & ubi adeſt difficultas, in qua vis cauſa, & articulo poteſt informari Judex in camera, juxta Praxim, de qua ſupra, *p.1. c.*8. *n.* 27. *& ſeqq.* 11

Illud addi poteſt, quod ubicumque ſcripturæ productę eſsent ſuſpectę, ſeu Teſtes examinati eſsent ſuſpecti de falſo, poteſt citari pars, ut infra, videlicet.

A.C.N.

Citetur NN. ex adverſo principalis, ad declarandum, *g*, in Actis, an velit uti ſcripturis productis, & Teſtibus examinatis pro bonis, veris, & legalibus, attento quod intendit illos redarguere, aliàs videndum declarari, nullam eis fidem eſse præſtandam, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c. 12 g

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

A. C. N.

Intimetur N N. ex adverſo principali, qualiter D. declaravit, nullam eſſe Scripturis, & Teſtibus fidem præſtandam, & alias prout in actis, Inſtante N N. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Ex adverſo verò ſolet fieri hoc caſu hæc proteſtatio, videlicet.

13 Pro NN. contra NN.

In Officio &c. NN. in termino &c. dixit, & declaravit, velle uti Scripturis, & Teſtibus pro bonis, veris, & legalibus, donec ſibi conſtiterit de contrario, & non aliàs &c. ideo &c. omni &c.

14 Cæterum, ſi quis habens in cauſa intereſſe ad cauſam admitti velit, debet citare partem adverſam, primò ad dicendum contra Iura in forma, & productis inſtrumentis, & iuribus opportunis, docere de intereſſe, iuxta praxim ſuperius traditam *p.1.c.2.* deinde verò citare partem, ut infra, videlicet.

A. C. N.

15 Citetur NN. ex adverſo principalis, ad videndum, inſtantem admitti ad cauſam, *b*, pro eius intereſſe, & decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p.d. inſtante N N. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, docto de intereſſe, admitti in ſtatu, & terminis, in quibus cauſa reperitur, niſi ad p.d. cum intimatione &c. omni &c.

16 Vel ſi magis libet, poteſt citari pars unico contextu, ad dicendum contra, & videndum admitti ad cauſam, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. ex adverſo principalis, ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare Teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, admitti, committi, & mandari reſtitui, dimiſſa copia collationata, nec non inſtantem admitti ad cauſam pro eius intereſſe, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p.d. Inſtante N N. principali, ſive &c. N. Notarius.

Decretum.

Relatione facta comparuit N N. & repetiit Iura hodie in Broliardo producta, & petiit, & obtinuit admitti Iura, ut ſupra, ſi & in quantum, nec non, docto de intereſſe, admitti, ut ſupra, ad cauſam in ſtatu, & terminis, in quibus illa reperitur, niſi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur N N. ex adverſo principali, qualiter D. admiſit inſtantem ad cauſam, & alias prout in actis, Inſtante N N. principali, ſive &c. N. Notarius.

Productio verò iurium fit in Broliardo, iuxta Formulam ſuperiùs traditam, *p.1.c.2.n.10. & ſeq.*

17 Adeo autem admittitur d. cumulatio Citationis ad dicendum contra, & ad videndum admitti ad cauſam, ut ſupra, ut hoc procedat, etiamſi Pars adverſa opponat generalia contra, & quod pendente termino, ad dicendum contra, nihil innovetur, cum res celeritatem deſideret, & periculum ſit in mora, licet alias regulariter d. cumulatio non admittatur, & pendente termino, Iudicis officium conquieſcat.

18 In cauſis verò Commiſſariis habens in cauſa intereſſe, non poteſt ad eam, ut ſupra admitti, niſi pro hujuſmodi admiſſione prius commiſſionem impetraverit & deindè citaverit ad dicendum contra commiſſionem & juxta illius formam videndum mandari procedi: cujus citationis Formolā poſuimus ſupra *p.1.c.13.n.43.*

19 Verificato demum Monitorio, altero ex ſupraſcriptis modis, ſi illud, fuit ut ſupra negatum, citatur pars adverſa, ut infra, videlicet.

A. C. N.

20 Citetur NN. ex adverſo principalis, ad videndum deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, *t*, quatenus opus ſit, abſolvi inſtantem a Cenſuris ad effectum &c. concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendum Sententiam definitivam, & loco Sententiæ, videndum reintegrari Monitorium, & quodcumque Mandatum exequutivum deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſive &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi infra tres omni &c.

Vel ſi quis voluerit cauſam expediri per cedulam, poterit citare partem, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. ex adverſo principalis, ad videndum deferri iuramentum in ſupplementum plenę probationis, quatenus opus ſit, videndum inſtantem abſolvi à cenſuris ad effectum &c. concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendum Sententiam definitivam in forma, ad p. d. Inſtante N N. principali, ſivè, &c. N. Notarius. 21

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, deferri iuramentum &c. Qui tactis iuravit &c. & ſententiari prout in Cedula, quam Reverendiſſ. D. Locumtenens legit, ſubſcripſit, & mihi conſignavit, Tenoris &c. ſuper quibus &c. præſentibus Sociis Teſtibus &c. omni &c.

Tenor Cedulæ.

Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de juris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cauſis, quæ coram Nobis in prima, ſeu alia veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. Actorem ex una, & NN. Reum conventum ex altera partibus, de, & ſuper ſolutione ſcutorum centum octuaginta monetæ, rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, d. NN. condemnandum fore, & eſſe prout condemnamus ad ſolvendum NN. dicta ſcuta centum octuaginta monetæ, & ob id Monitorium deſuper emanatum reintegrandum fore, & eſſe, prout reintegramus, Mandatumq; exequutivum, & aliud neceſſarium, & opportunum decernendum, & relaxandum fore, & eſſe, prout decernimus, & relaxamus victumque victori in expenſis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de iure in poſterum reſervamus, & ita dicimus &c. ac definitivè ſententiamus, non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo &c. Ita pronunciavi, Ego NN. Locumtenens. 22

Si verò Monitorium non fuerit, ut ſuprà, negatum, ſeu ſi Pars fuerit contumax, nec in d. Citatione ad Sententiam, nec in Sententia ipſa ſit aliqua mentio reintegrationis illius, quia cum negatum non ſit, reintegratione non eget, in reliquis verò tam citatio fieri, quam ſententia ferri poteſt, ut ſupra. 23

Sed ſi monitorium non fuit ab Actore verificatum, abſolvitur Reus ab impetitis per Actorem, & ſententia ferri poteſt ſub citatione Actoris, de qua ſupra. Et Notarius poteſt de ſtylo Tribunalis A.C. ut ſupra dictum fuit, hac eadem *p.2.c.1.n.96.* extendere Decretum in pede illius, etiam ad Rei favorem, ſi vero Actor ad ſententiam, ut ſupra, non citavit Reum, vel etiamſi citavit, poteſt Reus ipſe inſtare pro ſententia favorabili, & citare ad libitum Actorem; ut infra, videlicet. 24

A. C. N.

Citetur NN. ex adverſo principalis, ad videndum deferri juramentum in ſupplementum plenę probationis, & quatenus opus ſit, abſolvi inſtantem à cenſuris ad effectum &c. concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendum ſententiam definitivam, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſive &c. 25

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & ut ſupra, obtinuit deferri juramentum &c. qui tactis &c. juravit &c. & ſententiari prout in Cedula, quam Reverendiſſ. D. Locumtenens legit, & ſubſcripſit, & mihi facto conſignavit, tenoris &c. ſuper quibus &c præſentibus ſociis teſtibus, &c. omni &c.

Tenor Cedulæ.

Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam ſententiam, quam de juris peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeu veriori verſæ fuerunt, & vertuntur 26

Digitized by Google

tentur inſtantia, inter NN. actorem ex una, & NN. Reum conventum ex altera partibus, de & ſuper prætenſa ſolutione ſcutorum NN. monetæ, rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, d. NN. Reum conventum abſolvendum fore, & eſſe prout abſolvimus, & liberamus ab impetitis per d. NN. Actorem, ac propterea eidem NN. Actori in præmiſſis perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſſe, prout imponimus, Victumque victori in expenſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure, imposterum reſervamus, & ita dicimus &c. atque definitivè ſententiamus, non ſolum præmiſſo ſed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

27 Licet autem in his cauſis à ducentis ducatis infra, ſummariè procedatur abſque terminorum obſervatione, ut ſupra, in vim ordinariarum A.C. facultatum, nihilominus proceſſus hujuſmodi, ut ex præmiſſis patet, ſi cauſa ad ſcuta viginti aſcendat, ſeu excedat, parum diſtat ab ordinario; & ob id regulariter datur in eis appellatio ad utrumque effectum.

28 Ob id qui ſententiam contrariam reportavit poterit appellare prout in Cedula, & Commiſſionem appellationis via ordinaria ſignandam curare, juxta formulas & praxim ſuperius traditam, *ſub tit. de appell. par. 1. cap. 13. n. 1 & ſeq. & n. 43.*

29 Cæterum, appellatione non interpoſita, vel minus legitimè interpoſita, vel minus legitimè proſequuta, elapſis decem diebus datis ad appellandum, ſervantur quatuor termini ad docendum de appellatione, & alii pro exequutione decreti, ſeu ſententiæ, & rei judicatæ, juxta praxim ſuperius traditam, *par. 1. c. 33. n. 69. & ſeqq.* & tunc demum ſer. ſer. proceditur ad ulteriora in execucione,

Obſervationes.

A 30 IN diverſis Romanæ Curiæ Tribunalibus, tàm in cauſis ſummariis, quàm in ordinariis diverſimode proceditur, nam in Curia Capitolina. Libello, in Curia A. C. Monitorio, & in Sacræ Rotæ Auditorio, Commiſſione lites inchoantur; Saluſt. Tiber. *in prax. lib. 1. cap. 1. n. 3.*

31 Rurſus in Curiis Vicarii, Camerarii, & Theſaurarii à monitorio, in Curia Gubernatoris ab articulis, & in ſupremo Cameræ Apoſtolicæ Tribunali à propoſitione, quæ à Clerico menſario in libris Cameræ ſcribitur, ut ſupra *part. 1. cap. 7. lit. M, n. 98.* dictum fuit, lites ducunt exordium, ut nemo ignorat, & eſt notorium.

32 Sicut autem in Curia A.C. & aliis, in quibus via monitorii proceditur; monitorium eſt loco Libelli, Saluſt. Tib. *in Prax. lib. 2. c. 8. n. 11.* Put. *dec. 17. de re jud.* Greg. *dec. 335. n. 16.* Rot *dec. 4. n. 24. part. 7. recent.* ita in Rota, & extra eam in cauſis Commiſſariis loco Libelli eſt Commiſſio, Saluſt. Tib. *lib. 2. c. 8. n. 11.* Rot. *dec. 30. n. 25. par. 5. recent.* Duran. *dec. 90. n. 21. & ſeqq.* & in Curia Gubernatoris, & ſimilibus, in quibus inchoatur lis ab articulis, articuli ſunt loco libelli, Oldr. *conſ. 290. n. 2. verſ. ſed hic*, Neviz. *conſ.*

33 *30. nu. 12.* Duran. *dec 90. n. 2.* & † loco monitorii, & petitionis, Rot. *dec. 78. n. 7 part. 7. recent.*

34 Et non ſolum de Jure communi, ſed etiam de ſtylo in A. C. Tribunali judicium inchoatur à monitorio, Rota *dec. 123. n. 6. par 7. recent.*

35 Eſt autem monitorium quoddam præceptum, quo aliquis monetur ſub pœna ad aliud peragendum.

Nam quod monitio ſit præceptum, colligitur *ex cap. ignorantia* 38. Oldrad. *ad conſ. 80. verſ. Talia in fin.* & quod monitorium dicatur à verbo moneo, quod eſt memorem facio, adverto, doceo, Mandoſ. *de Monit. quæſt. 1. n. 1.*

36 Uſus monitorii eſt valde antiquus, & potuit habere originem *à text. in* Gloſ. *ult. in cap. ex parte, il primo, de verb. ſign.* Mandoſ. *de monit. q. 7. n. 1. & ſeqq.* fuit autem jam diu inventus hujuſmodi uſus à Romana Curia, ut lites breviores redderentur, Mandoſ. *de monit. d. quæſt. 17. n. 4.*

37 Monitorium æquiparatur citationi, & habet vim illius, Mandoſ. *de monit. quæſt. 17. n. 4.* & ob id litis pendentiam inducit, ut nihil debeat innovari, etiam ad effectum attentatorum, Rota *dec. 454. n. 4. & ſeq. par. 1. recent.* Coccin. *dec. 492. n. 7 & ſeqq.* Baratt. *dec. 209. n. 1.*

38 Debet tamen reproduci, poſtquam fuit exequutum, ut pendentiam litis inducat, Baratt. *dec. 652. n. 1. & ſeqq.*

Sed hæc non procedunt, quando fuit nulliter exequutum nam tunc litis pendentiam non inducit, Baratt. *d. deciſ. 309. n. 5. & ſeq.* 39

Defectus tamen exequutionis illius ex certa eiuſdem ſcientia ſuppletur, Rot. *dec. 78 n 6. par. 7 recent.* 40

Forma præſcripta in illius exequutione eſt omninò ſervanda, aliàs exequutio eſt nulla, Seraph. *dec. 97. n. 5.* Rota *dec. 625. n. 3. par. 3. recent.* 41

Et ob id, quando fuit in monitorio dictum, quod perſonaliter præſentaretur, ſi perſona haberi poſſet, ſin minus ad valvas Domus, vel Eccleſiæ Cathedralis, exequutio illius domi dimiſſa copia, eſt nulla, ſi Nuntius ante illius exequutionem domi factam, non facit diligentiam de illo perſonaliter exequendo, Rota *dec. 685. n. 3. par. 1. recent.* Baratt. *dec. 109. n. 5.* 42

Quod ſi in monitorio narrata in parte non ſunt vera, poteſt illud in totum negari, Cavaler. *dec. 401. n. 1.* 43

Negatum autem indiget non ſolum verificatione, ſed etiam reintegratione, Saluſt. Tib. *in Prax. lib. 2. cap 5. n. 5. & lib. 2 cap 13. n. 26. & ſeq.* & ita in dies obſervat praxis, reintegratum verò habet vim ſententiæ, Seraph. *dec. 164. n. 1.* 44

Neque præmiſſis adverſatur, quod regulariter à monitorio, ſeu præcepto pœnali non ſit inchoandum. Anchar. *conſ. 367. n 2. verſ. 2. dicitur*, Gambar. *de poteſt. Legat. lib. 8 n. 40.* 45

Quia hoc non procedit, quando in monitorio adeſt clauſula *ſi quis ſenſerit ſe gravatum recurrat*, &c. prout ſolet apponi in monitoriis A.C. & aliorum Urbis Tribunalium, in quibus via monitorii proceditur, nam tunc, per comparitionem citati, monitorium reſolvitur in ſimplicem citationem. Ang. *in l. de papillo, §. meminiſſe, n. 1.* & ibi Alexander. *n. 3. ff. de nov oper. nunciat.* Jaſon *in l. nec quicquam, n. 6. ubi de magis commun. ff. de offic. Pro conſ. & leg.* Bald. *conſ. 177. in princ.* ubi quod ita tenet Curia, *lib. 3.* Pariſ. *conſ. 116. n. 24 lib. 1. & conſ. 123. in princ.* ubi loquitur de monitorio *A C lib 4.* Anchar. *conſ. 397 n. 3. verſ. 5.* Mandoſ. *de monit. q 17 n. 2. & n. 6. in fin. & n. 7. verſ. verum*, Mart. *de Clauſul. par. 1. clauſul. 17. n 1* Maran. *de ord. jud. in 3. par. 9. par. princ. act. 1. num. 27.* Gambar. *de pot. Legat. lib. 8. n. 42.* Seraph. *dec. 144. n. 2.* Rota *dec. 551. n. 1 par. 3. diverſ lib. 3. & dec. 520 n. 10. par. 2. & dec. 30. n. 3. par. 4. & dec. 295 n. 18. par. 7. recent* Gregor. *dec. 105. n. 7.* Coccin. *dec. 492. n. 7. & ſeq* Duran. *dec 146. n. 6.* 46

Et proceſſus efficitur ordinarius, Saluſt. Tib. *in Prax. lib. 3. c. 7. n. 3.* Rota *dec 551. n. 1. & 5 & ſeq. par. 3 diverſ. lib. 3.* 47

Aliàs ſine dicta clauſula, *ſi quis*, monitorium eſt nullum, Jaſ. *in l. nec quicquam, n. 6. ff. de offic. Proc. & leg.* Saluſt. Tiber. *lib. 2. cap. 6. n 4.* Rot. *dec. 30. n. 3. part. 4. rec.* Greg. *dec. 105. n. 8.* 48

Sed hoc non procedit in mero exequutore, quando monitorium fuit factum in exequutionem ſententiæ, vel gratiæ purè, de beneficio reſervato vacante, obtentæ, vel in remedio *leg. fin.* nam tunc per comparitionem moniti non reſolvitur in citatione, Anchar *d. conſ 297. n. 7. & ſeq. & n. 10.* quinimò hoc caſu clauſula, *ſi quis*, non eſt in monitorio apponenda, Saluſt. Tib. *d. lib. 3. c. 7. n. 3.* Rota *dec. 551. n. 1. par. 3. diverſ. lib. 3.* 49

Quod ſi clauſula, *ſi quis*, fuerit nihilominus in monitorio appoſita, dicitur lis, ut ſupra, introducta, & propterea poſſeſſio capta, virtute hujuſmodi monitorii, eſt nulla, & attentata, Mart. *de Clauſ par. 1. clauſ. 170. n. 2.* Seraph. *d. dec. 1244. n. 2.* Coccin. *dec. 492. n 7.* 50

Sed hoc non procedit, quando poſſeſſio eſſet vacans, vel non adeſſet legitimus contradictor, nam tunc poſſeſſio capta vigore monitorii, cum clauſula, *ſi quis*, obtenti, eſt valida, Rota *in Tiburtina Parochialis, 4. Novembris 1652. coram bo. me. Cardinal. Pamphilio Seniore, & in Neapolitana Beneficii, 5. Junii 1626. cor. bo. me. Cardinali Virili*, Coccin. *dec. 492. n. 3.* Duran. *dec. 382. n. 2.* 51

Fuit autem clauſula, *ſi quis*, inventa in Romana Curia, Angel *in l. de Papillo, §. meminiſſe, n. 1* quem ſequitur Alex. *n. 3 ff. de nov. oper. nunc.* Mandoſ. *de monit q. 17. n. 5.* & illius praxim ponit Bart. *in d. l. de pupillo, §. meminiſſe, n. 1. ff. de nov. oper nunc.* & tangit. Jaſ. *in d. l. nec quicquam; n. 5. ff. de offic. Proconſ. & Leg.* 52

Cæterum non omitto monitorium de dimittendo poſſeſſionem, licet in eo poſſeſſio hujuſmodi vitioſa narretur, probare poſſeſſionem Rei conventi contra eum, qui hujuſmodi monitorium impetravit, Rota *dec. 802. nu. 1. par. 1. diverſ.* Baratt. *dec. 252. n. 1. dec. 648. n. 7.* Gregor. *dec. 458. num 3.* 53

Digitized by Google

n. 3. *& ſeqq.* in quibus dicitur, hoc procedere etiam ad ef-
fectum obtinendi mandatum de manotenendo.

B Clauſula, *deducentes omne jus omnemque actionem*, ad il-
54 los caſus porrigitur, in quibus cumulatio plurium jurium,
vel actionum de jure communi admittitur, & ſic intelligi
debet ſecundum jus commune, Papien. *in praxi in form li-
bell. act. real. §. deducendo*, *n.* 7. Mart. *de clauſ. part* 1. *clauſ.*
256. *n.* 2.

55 Et in hoc caſu operatur, ut libello non attento, poſſit
ferri ſententia ſuper omnibus in diſcurſu cauſæ probatis,
Matt. *de clauſ. d. par.* 1. *clauſ.* 256. *n.* 6. Rot *dec.* 256. *n.* 1. *&
ſeq p.* 1. *divers.* Duran *dec.* 90. *n.* 1.

56 In Libello tamen poſſeſſorii poſita non operatur in pe-
titorio, ſi fuiſſet oppoſitum de omnia generalitate, Mart.
de Clauſ. d par. 1. *clauſ.* 256. *n.* 7.

C Officium Judicis eſt multiplex, nam aliud eſt nobile
57 aliud mercenarium, Felyn. *in c.* 2. *n.* 7. *de offic. jud.* Papien.
in Prax. in form. libell. act. real. §. quatenus n. 2.

58 Nobile officium Judicis eſt illud quod per ſe ſtat, Mer-
cenarium verò eſt illud, quod actioni, vel expeditioni
deſervit, & famulatur, Bart. *in l. ſi depoſita*, *numer.* 2.
& ſeq. C. depoſ. Felyn. *in c.* 2. *nu.* 8. *de offic. Judic.* Papien. *in d.
form. libel. act. real. §. quatenus*, *num.* 2. Cat. Tuſc. *lit. P*, *con-
cluſ.* 107. *n.* 4.

59 Reſidet autem officium Judicis, vel in perſona Judi-
cis vel in perſona Patris; officium Judicis reſidens in
perſona Judicis, eſt jus faciendi ea, quæ Judici ex ip-
ſius officio incumbunt, Bart. *in l. prima*, *n.* 10. *ff. de Iuriſd.
omn. Iud.* Aſin. *in prax. §.* 13. *c.* 10. *n* 4. Bart. *in l. ſi depoſita*,
n. 2. *ver. vel clarius*, *C. depoſit.* Card. Tuſc. *d. lit. O*, *concl.*
60. 107. *num.* 1. ubi † quod hoc officium eſt ſemper nobile,
61 cum nec actioni, nec † exceptioni deſerviat: ſed dif-
fert ab actione, in hoc, quia actio prout eſt jus perſe-
quendi in judicio, quod ſibi debetur, *Inſtit. de Act. in princ.*
reſidet in perſona Patris, Aſin. *in prax. d. §.* 31. *cap.* 10. *nu.*
3. *& ſeqq.*

62 Officium verò Judicis nobile, in perſona Patris reſi-
dens, aliud datur loco actionis, de quo eſt *text. in leg.
prima*, *§. pen. de offic. Præfect. Urb & in l. ea quidem*, *C. de
Accuſ.* Bart. *d l. ſi depoſita*, *nu.* 4. *C. depoſ.* Card Tuſc. *d.
concl.* 107. *numer.* 9. aliud datur loco exceptionis, de
quo eſt *tex. in l. plane*, *ff. de petit. hæred.* Bart. *in d. leg. ſi
depoſitu*, *numer.* 4. *C. depoſit.* Card. Tuſc. *d. concl.* 107.
num. 8.

63 Iterum officium Judicis nobile, reſidens in perſona
Patris, quod datur loco actionis eſt duplex, nàm aliud
datur loco competentis actionis, de quo eſt *text. in lib.* 1.
§. per hanc, il primo, *ff. de rei vindicatione*, Bart. *in d l. ſi
depoſitu*, *n.* 4. *C. dep.* Card. Tuſc. *d. concl.* 107. *n.* 7. Gui-
dopap. *dec.* 362. *n.* 1.

64 Aliud datur loco deficientis actionis, quod rurſus
eſt duplex: Nàm aliud non habet vim, ſeu vicem actio-
nis, prout quando petitur decerni bonorum poſſeſ-
ſio, ut in *l.* 1. *§. decerni talis*, *ff. de ſucceſſ. edict. & in lib.*
5. *ff. de Iur. omn. jud.* Bart. *in d. l. ſi depoſitu*, *numer.* 4. ubi
quod in hoc non datur Libellus, Card. Tuſc. *d. concl.* 107.
num. 6.

Aliud habet vim, ſeù vicem actionis, & in hoc datur
Libellus, Bart *in d. l. ſi depoſitu*, *numer* 3. *C depoſ.* Card.
Tuſc. *d. concl.* 107. *n.* 5. Buratt. *dec.* 174. *n.* 9. nam conce-
ditur ad inſtar actionis, Rot. *dec.* 327. *n* 7. *par.* 5. *recent.*

65 Hujus officii Judicis exemplum in petitione reſtitutio-
nis in integrum, ac in petitione ſalarii Advocatorum
ponit Bart. *in d. l. ſi depoſita*, *n.* 3. *C. depoſ.* Card. Tuſc. *d.
concluſ.* 107. *n.* 5.

Et poteſt poni etiam in Notariis, quibus pro ſolutione
mercedis officium Judicis competit, Buratt. *deciſ.* 174. *n.*
50. necnon etiam in Procuratoribus, & Sollicitatoribus,
quibus datur officium Judicis pro eorum mercede, licet
66 † non conventa, non obſtante quod *fæl. record.* Paulus
V. in reformatione Tribunalium Urbis; *quæ eſt ejus Con-
ſtit.* 71. *Univerſi agri*, *ſub tit. de Advoc. & Proc. ac Sollic.
verſ. Procuratores* 13. diſpoſuerit, eos non poſſe petere ſa-
larium, niſi conventum, nàm ſublata actione, rema-
net officium Judicis, quod non eſt ſublatum, Rota *in Ro-
mana Salarii* 23. *Januarii* 1626. *coram bon. me.* Remboldo,
Ferentill. ad Burat. *d dec.* 174. *n.* 17. *& ſeq.*

67 Eſt autem officium Judicis nobile hujuſmodi reme-
dium extraordinarium, cui non eſt locus, quando fuit
intentata certa actio, & ſic remedium ordinarium, Ro-
ta *deciſ.* 427. *num* 2. *par.* 1. *recent.* Duran. *deciſ.* 153. *num.*
4. *& num.* 6.

Et datur in ſubſidium, quando omnis actio deficit, 68
Anchar. *in cap. ad Apoſtolicam*, *num.* 2. *de Simon.* Signor.
conſ. 135. *num* 9. Guidopap. *dec.* 362. *nu.* 2. & ibi Adden.
Rota *dec.* 329. *num.* 2. *part.* 1. *& deciſ.* 766. *num.* 4. *par.* 3.
& deciſ. 327. *numer.* 4. *& ſeqq. part.* 5. *recentior.* Durand.
deciſ. 153. *numer.* 6. Ferentill. ad Buratt. *d. dec.* 174.
num. 6.

Et ſemper intrat, ne quis amittat jus ſuum ob caren- 69
tiam actionis, Rota *d. deciſ.* 627. *numer.* 4. *p.* 5. *& deciſ.*
332. *n.* 3. *p.* 6. *rec.*

Nàm fundatur in æquitate, Anchar. *in d. cap. ad Apo-* 70
ſtolicam, *num.* 2. *de Simon.* Signorel. *d. conſ.* 135. *num.* 9.
Guidopap. *d. dec.* 362. *num.* 2. Rot. *d. deciſ.* 327. *num.* 10.
Ideo ceſſante æquitate, & ſic ſublato ejus fundamento,
ceſſat, Durand. *d. dec.* 153. *num.* 26. Buratt. *d. deciſ.* 174.
num. 10.

In exorbitantibus tamen à regulis Juris ſtrictè, & cum 71
magna æquitate eſt interpretandum, Rot. *dec.* 372. *nu.*
2. *par.* 1. *rec.*

Licet autem differat ab actione, latè tamen ſumpto 72
vocabulo, poteſt dici idem cum actione, Felynus *in d.
cap.* 2. *numer.* 4. *de offic. jud.* Rot. *d. deciſ.* 327. *nu.* 8. *par.*
5. *recent.*

Officium verò Judicis mercenarium eſt in quadruplici 73
differentia, Nam aliud eſt ordinatorium, quod verſatur
circa ordinatoria Judicii, prout circa dilationes, & ſimi-
lia, & de hoc loquitur, *text. in Auth. generaliter*, *C. de
Epiſc. & Cleric.* & circa Interrogationes, *tot. tit. ff. de In-
terrog. act.* & in hoc non requiritur Libellus, Bart. *in d. l.
ſi depoſitu*, *numer.* 4. *poſt. med. C. depoſ.* Card. Tuſc. *dicta
concluſ.* 107. *num.* 10.

Aliud eſt deciſorium litis, de quo eſt textus *in d. leg. ſi* 74
depoſita, & ibi Bart. *num.* 4. *C. depoſ.* Card. Tuſc. *d. con-
cl.* 107. *n.* 11.

Aliud eſt commune, quod habet ſe indifferenter cir- 75
ca quamlibet actionem, cognoſcendo de cauſa, & ubi
repetit Partem condemnandam, condemnat, abſol-
vendam verò abſolvit, *In leg. qui cauſare*, *C. de edem.*
Burat. *in d. l. ſi depoſitu*, *n.* 4. *poſt med. C. depoſ.* Card. Tuſc.
d. concl. 107. *n.* 12.

Aliud denique eſt non commune, ſed conſiſtens cir- 76
ca certas actiones, & iſtud quandoque venit ex natura
actionis, quandoque ultra naturam actionis, ut in arbi-
trariis, quæ ſunt ſtricti Juris, Bart. *in dicta leg. ſi depoſi-
tu*, *numer.* 4. *C. depoſit.* Card. Tuſc. *dict. concluſ.* 107.
num. 13.

Præſcribitur autem officium Judicis non minori ſpa- 77
cio, quàm triginta annorum, *l. ſicut* ubi Gloſ. *in verba
præſcriptione*, *C. de præſcrip.* 30. *vel* 40. *annorum*, cum aliis
cumulatis ſupra, Aſin. *in prax. §.* 31. *cap.* 2. *limit.* 18. *nu.*
2. Bald. *de præſcript. in quarta par. princ. quæſt.* 30.
num. 1.

Sed hoc Primò non procedit in officio Judicis ſuccedente 78
loco exceptionis, quia tunc perpetuò durat, Bald. *de præ-
ſcript. d. quæſt.* 30. *n.* 2.

Secundò non procedit in officio Judicis, quod ori- 79
tur ex Jure in futurum ſemper ſtante, quia cum iſtud
ſemper naſcatur, durat etiam poſt triginta annos, etiam
dato quod loco actionis ſuccedat, Gloſ. *mag. in leg.* 2. *de
ſerv. & aqua*, cum aliis cumulatis per Bald. *d.* 4 *par. quæſt.*
30. *n.* 2. *& ſeq.*

Tertiò non procedit ratione ſubjectæ materiæ, a qua 80
regulatur, & ob id aliquando eſt perpetuum, ut in caſu
d. ſecundæ limitationis, aliquando non durat, niſi trien-
nio, prout quando competit pro fructibus, latè Bald. *in
d. par.* 4. *q.* 30. *n* 5 *verſ.* 3. *limita.*

De clauſula, *ſi quis*, ſatis dictum eſt ſupra, *ſub
lit. A.*

Clauſula *Alioquin*, *&c.* differt à clauſula, *ſi quis*, nàm 81
clauſula, *ſi quis*, in Monitorio appoſita reddit proceſ-
ſum ordinarium, ex præallegatis, *ſub lit. A*, Clauſula ve-
rò alioquin, non efficit proceſſum ordinarium, Salust.
Tib. *in Prax. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 3.

Sed hoc procedit, quando clauſula, *Alioquin*, Appo- 82
nitur

Digitized by Google

nitat in Monitorio, quod obtineri ſoleat in cauſis exe-
quutivis, prout ſuper exequutione Brevis, in quibus ter-
minis loquitur etiam Saluſt. Tiber. tunc enim extendi-
tur, *alioquin compareat, ad videndum declarari, ſe inci-
diſſe in pœnis &c.* & in hoc caſu non eſt neceſſaria rein-
tegratio Monitorii, ſed ſervatis quatuor terminis ad do-
cendum ſe paruiſſe, de quibus inferius ſuo loco dicetur,
proceditur ad declarationem, Saluſt. Tiber. *lib.3.c.1. n.
6. & 27. nu.3. & nu 7.* Achill. *dec. de Sent. excomm.* Rot.
dec.224. nu.3. lib.2. part 3. diverſ. cum aliis cumulatis per
Duran. *dec.60. nu.37.*

F Monitorium debet exequi perſonaliter, non ſolum quia
83 hoc eſt de Stylo Tribunalis A.C. Saluſt. Tiber. *in prax.
lib.2.c.3. nu.1. & nu.24.* ſed etiam quia de Jure prima ci-
tatio regulariter debet eſſe perſonalis, ex allegatis ſupra
p.1. cap.3. lit B. verſ. ſed ſi prima citatio, nu.25.

84 Quinimò in cauſis etiam ſummariis habentibus proceſ-
ſum ordinarium, omnes citationes de Stylo Trybunalis
debent eſſe perſonales, licet, ſi prima perſonalis præ-
ceſſit, aliæ, domi dimiſſa copia exequutæ, ſubſtineri
poſſint, ex præallegatis, Saluſt. Tiber. *d.l.2.c.12. nu.24.*
ubi tamen, ſubdit, tutius eſſe, quod Citationes magis
eſſentiales, prout ad Sententiam, & ſimiles perſonali-
ter exequantur.

G Producens inſtrumenta, vel Teſtes tenentur inſtante
85 Parte declarare, an eis pro bonis, & legalibus uti velit,
Bart. *in l. Divus, in ſecunda, nu.1. & ſeq. ff. de leg. Cornel.
de falſ.* Neviz. *conſ.3. nu.30.* Clas. *in §. falſum, num.20. &
num. 24.*

86 Poteſt tamen citatus ad declarandum, ut ſupra, pro-
teſtari, velle uti Inſtrumentis, ſeù teſtibus pro bonis do-
nec ſibi conſtet de contrario, Bald. *in l. ſi Adverſarius,
nu.9. in fin. C. de fid. Inſtrum.* Cyn. *in l. ſi falſitas, C. ad
leg. Corn. de Falſ.* qui notant hanc cautelam prudentium
Advocatorum uti optimam, quia per hujuſmodi prote-
ſtationem Utens falſis Teſtibus, vel Inſtrumentis, non
tamen à ſe fabricatis, evitat pœnam falſi, ſi Teſtes, vel
Inſtrumenta falſitatis vitio ſubjacere, poſtea compertum
fuerit, Fulgoſ. *conſ.77.* Publicaro, *nu.1. & ſeqq.*

87 Sed contrarium quod Inſtante Parte debeat Judex Pro-
ducenti, vel Utenti ſtatuere terminum ad deliberandum,
an velit uti Inſtrumentis, vel Teſtibus quibus alias ſub
conditione quatenus falſitatis vitio non ſubjacent, velle
uti reſpondit, tradit Bald. *in d. l. Divus, la ſeconda, nu.
2. C. ad leg. Corn. de falſ.* Clar. *qui de communi teſtatur in
§. Falſum, nu.25. verſ. Utens.*

88 Concorda primò has opiniones, nàm aut quando quis
proteſtatus, velle uti Inſtrumentis, vel Teſtibus pro
bonis, & legalibus ſub dicta conditione, Pars non inſtat
illi præfigi à Judice terminum ad deliberandum, & tunc
procedit opinio *Bald. & Cin.* aut Pars inſtat, & Judex
præfigit hujuſmodi terminum, & tunc debet Producens
reſpondere purè, & ſimpliciter; an Inſtrumentis, vel
Teſtibus pro bonis uti velit, aliàs in is utendo non evita-
ret pœnam falſi, ſi Teſtes, ſeù Inſtrumenta falſitatis vi-
tio ſubiacere conſtiterit, & in his terminis procedit opinio
Bart. & ſequacium, prout has opiniones concordat Ful-
goſ. *d. conſ.177. verſ. ſed videtur dici poſſe, & per tot.*

89 Concorda ſecundò has opiniones, nam aut quando
quis proteſtatur, velle uti teſtibus, vel Inſtrumentis
pro bonis, donec ſibi conſtet de contrario, Pars adver-
ſa non aſſignat cauſas falſitatis, aut cauſas aſſignat,
dando fumum falſitatis, Primò caſo reſponſio, & pro-
teſtatio conditionalis, de qua ſupra, ſubſiſtit, Secundò
verò caſu tenetur declarare purè, & ſimpliciter, an
illis uti velit, nec nè pro bonis, & legalibus, aliàs ſi
quis poſt rationes aſſignatas, & datum fumum, ac ter-
minum præfixum purè, & ſimpliciter non declarat, &
illis utitur, non evitabit pœnam falſi, nam conditiona-
lis reſponſio in hoc caſu non relevat, ut poſt Gandin.
de Maleſic ſub tit de Falſ. tradit Felyn. *in cap. præſentium
n. 11. & ſignanter verſ. adde quod notat, de Teſt.* & ita ob-
ſervat Praxis.

Et prædicta comprobat *Deciſio Rotæ in Lunen. Sarzanen.
Jurispatr. 16. Novembr. 1622. coram Sanctiſ. D. N. Innoc. X.*
juxta quam reſcripſit Signatura Juſtitiæ, *26. Martii* 1643.
in Cauſa Albanen. ſimulationis Contractus, proponente
R. P. D. à Vllat.

Scribit tamen Corn *conſ.133. n.4. lib.2.* quam refert, & 90
ſequitur Apoſtilla ad Caſtr. *conſ.203. Quantum, in fin. ſub
lit. C. in verb. utens l.2.* quod ſi quis reſpondeat, nolle uti
aliqua falſitate eſſet bona reſponſio.

Tertius habens intereſſe poteſt venire ad cauſam, non H
ſolum in prima ſed etiam in ulteriori inſtantia, Oldrad. 91
conſ.255. nu.4. & ſeq. Laderch. *conſ.21. nu. 4.* Mandoſ. *de
Commiſſ formul 9. in verb. in prima vertitur inſtantia*, Rot.
dec.313. nu.10. p.6. recent. & eſt ad illam admittendus om
ninò, Rot. *dec.618. nu.3. part.2. recent.*

Et tenetur veniens ad cauſam docere de ſuo intereſſe, 92
alias non admittuntur *cap. veniens, il ſecondo, §. cum
igitur, de Teſt.* Bald. *conſ.427. in princ. libr.4.* Mandoſ.
*de Commiſſ. d. form.9. in verb. ad cauſam, & in verbo pro
ſuo intereſſe*, Biſignet. *dec.1. de Reſcript.* Rot *dec 11. de
Jud in antiq. & dec.335. nu 1. & ſeq. part.1. rec.* & quidem
debet de illo docere incontinenti, *d. cap. veniens, §. cum
igitur, de Teſt.* Mandoſ. *de Comm. d. for.9. in verb. pro ſuo
intereſſe, verſ. requiritur autem.*

Sufficit tamen, quod quis doceat de ſuo intereſſe 93
ſummariè, & apparenter, Felyn. *in cap. cum ſuper,
nu.16. de re Jud.* Mandoſ. *in d. formul. 6. in verb. ad cau-
ſam in fin.* Ludovic. *dec. Peruſ.26. nu.1. & nu.10.* Biſignet.
d. dec.1. de reſcrip. Rot. *d. dec.11. de judic. in antiq.* Put.
dec.166. nu.3. l.3. Coccin. *dec.47. nu.19.* Seraph. *dec.906.
num.2.*

Et ideo ſat eſt ad probandum intereſſe, verbi gra- 94
tia, aliquem docere ſe electum, licet non probet ca-
nonicè electum, Innoc. *in cap. veniens il ſecondo, nu.
2. verſ. debet autem, & ibi* Felyn. *num. 13. verſ. quin-
ta concluſio, ubi quod Innocentium*, in hoc omnes ſe-
quuntur, *de Teſt. idem in d. cap. cum ſuper num.16. de
re judic.* Mandoſ. *de Commiſſ. de form. 9. in verbo ad cau-
ſam.*

Veniens autem ad cauſam pro ſuo intereſſe, debet 95
venire in ſtatu, & terminis, *cap.2. ut lit. pend. in 6.*
Oldrad. *conſ.255. contra nu.4. verſ. præterea*, Feder. *de
Sen. conſ.242. in princ.* Alex. *conſ. 82 in cauſa, num. 6.
lib.2. ubi* Abb *in verbo ſtatu*, Felyn. *in cap. cum ſuper, nu.
15. de re jud.*

Sed poteſt quis venire ad cauſam dupliciter, ſcilicet 96
Primò ad defendendum cauſam cæptam, vel actorem,
vel Reum, Secundò principaliter pro ſuo intereſſe, ad
excloſionem alterius, vel utriuſque litigantis Mandoſ.
*de Commiſſ. d. form. 9. in princ. verſ. duobus autem
modis.*

Primò caſu procedit concluſio, quod veniens ad cau- 97
ſam debet venire in ſtatu, & terminis, in quibus cau-
ſa repertus, Covar. *pract. quæſt. c.13. num.1. verſ. nos
vero* Ludovic. *decìſ. Peruſ.26. num. 25.* Seraph. *deciſ.
1442. num. 5. & 6.* Rota *deciſ. 325. num. 1. part. 3.
rec.* Coccin. *deciſ.144. num.18.* Gregor. *deciſ. 303. nu.
3.* Buratt. *deciſ.833. nu 2. & ſeqq.* Beltramin. ad Greg.
dec.259. num.4.

Secundò verò caſu, Tertius poteſt venire ad cauſam, 98
vel in ſtatu, & in terminis, vel principaliter prout in
prima, & debet ad illam admitti, prout ſibi magis pla-
cet, Covarruv. *pract. quæſt. cap.13. in princip. & cap.
14. num. 4.* Afflict. *dec. 236. num. 6.* Caſſad. *deciſ. 1.
num. 3. de except.* Rot. *deciſ.17. num. 3. part. 3. recent.*
Coccin. *deciſ. 144. num. 3.* Gregor. *dec. 303. num. 3.*
Beltramin. ad Gregor. *dec 259. nu.4. & ſeqq.*

Veruntamen veniens ad cauſam in ſtatu, & termi- 99
nis dicitur litigator voluntarius, & non poteſt declina-
re forum. Bald. *conſ.417. Reverendiſſimus, in prin lib.
4.* Anchar. *conſ.183. num.1. & ſeqq.* nec poteſt mutare
naturam, & ſtatum judicii Anchar. *d. conſ.183. num.1.*
Franc. *dec.467. per tot.* Rot. *in Maioricen Sacriſtiæ, 16. De-
cembris 1602. coram clar. me. Card. Pamphilio ſeniore*, Greg.
dec.567. nu.7. & † ſi reperit terminos ſubſtantiales ſerva- 100
tos, non tenetur eos iterum ſervare, Chiſſanen. *dec.194.
Tertius veniens.*

Quinimò facit omnia acta ſua, quæ illi nocent, ac ſi 101
contra eum facta fuiſſent, vel ipſe ea feciſſet, Rot. *dec.
98. num 5. & ſeq. par.1. & dec.351. num.2. part.3. & dec.
450. num.1. & ſeq. part.4 & dec.313. num.6. & ſeq. p.6. &
dec.224. n.4. par.7. recent.* Coccin. *dec.224. nu.3.* Greg.
dec.259. n.1. & dec.303. num.1. & num.3. Beltramin. ad
Gregor.

Digitized by Google

Daaozetto, ubi quod hæc eſt regula Juris clariſſima, & à Rota pluries canonizata, Gregor. *deciſ.* 396. *n.* 2. Buratt. *deciſ.* 824. *n.* 4. & ibi alias cumula: Ferentill. *ſub n.* 10. Rota *deciſ.* 357. *n.* 6. *& ſeq. part.* 6. *recent.*

124 Præſertim ſi ipſe non poſſideat & poſſeſſio ſit plena, nàm poterit uti Jure ſuo contra denuo Miſſos, cum ei ex immiſſione inferatur præjudicium, *d. l. ſits à quaſſ. de rei vindic.* Covar. *pract. quæſt. cap.* 16. *n.* 2. *verſ. jus tandem*, Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 5. *n.* 4. *de verbo ſignif.* Rota *deciſ.* 339. *n.* 10. *in fin. par.* 4. *recent.* Cavaler. *deciſ.* 303. *n.* 1. niſi forte ratione durioris Adverſarii, quæ militat, quando cæpiſſet agere ante latam ſententiam, ut poſt Covarr. *d. c.* 16. *n.* 2. *& ſeq.* tradit Caſ. de Graſſ., *d. deciſ.* 3. *n.* 4 *de verb ſignif.*

125 Sed concluſio Primò non procedit, ſi poſſeſſio eſſet vacans, nàm tunc poteſt Tertius impedire exequutionem, quia facilius poterit obtinere immiſſionem, ſi poſſeſſio ſit vacans quam ſi ſit plena, Ludovic. *d. dec. Peruſ.* 26. *n.* 14. Cæſ. de Graſſ. *d. dec.* 3. *n.* 4. *de verb. ſignif.*

126 Secundò non procedit, quando Tertius, qui contendit impedire exequutionem Sententiæ, poſſidet, vel aſſeverat, rem petitam eſſe penes ipſum, vel ſe poſſidere, nàm tunc cum Poſſeſſor ſit ſemper audiendus, impedit Sententiæ exequutionem, nam alias fieret exequutio contra Tertium non victum quod non eſt admittendum, *cap. cum ſuper, de re jud. l. à Divo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re jud.* Covar. *pract. quæſt. c.* 19. *n.* 3. *verſ. tertia ſolet*, Ludovic. *deciſ. Peruſ.* 26. *n.* 15. Gregor. *dec.* 396. *n.* 5. Rota *deciſ.* 17. *n.* 1. *& ſeqq. & n.* 6. *par.* 3. *recent.* in qua fuit deciſum, Tertium hoc caſu impedire exequutionem, etiam trium conformium.

127 Tertiò non procedit, quando Tertius ante exequutionem factam venit Jure proprio, deducendo principaliter ex perſona propria jus ſuum, quod nullam habet connexionem cum jure Litigantium, nam tunc impedit exequutione, etiam trium conformium, latè Rota *dec. ſ.* 17. *n.* 1. *& ſeqq. par.* 3. *& dec.* 313. *n.* 16. *& ſeq. par.* 6. *recent.*

128 Et hoc locum habet, ſivè quis veniat principaliter deducendo jus ſuum, prout in prima etiam poſt tres conformes, Rota *d. deciſ.* 17. *n.* 1. *& ſeqq.* ſivè veniat in ſtatu, & terminis, pariter jure proprio, non ad defenſionem alterius, ſed pro ſe ipſo in prima, vel in ſecunda inſtantiam etiamſi Sententia fuiſſet lata contra Partem in contumaciam, & tranſiſſet in rem judicatam, quia licet veniens ad cauſam in ſtatu, & terminis, ab ea appellando, faciat Sententiam ſuam, quoad numerum cum aliis Sententiis faciendum ad effectum rei judicatæ non tamen operatur, ut dictus veniens in ſtatu, & terminis cenſeatur approbare illam qualitatem tranſitus in judicatum, cum hoc repugnet ejus intentioni, contraria enim ſunt facere rem judicatam ſuam, & Sententiam impugnare, nam admiſſio ad cauſam præſupponit eam adhuc durare, non autem illam eſſe penitus extinctam per rem judicatam, late Seraph. *deciſ.* 906. *num.* 2.

129 Et in his terminis, & ſecundum *d. deciſ.* Seraph. quam allegat debet intelligi Rota *d. deciſ.* 17. *n.* 3. *verſ. & ipſe Tertius, par.* 3. *recent.* dum dicit quod Tertius veniens in ſtatu, & terminis impedit exequutionem, non enim hoc poteſt intelligi de exequutione trium conformium.

Tum quia Joan. And. *in cap.* 2. *n.* 1. *verſ. ille autem*, & Gemin. *n.* 9. *ad lit. pend. in* 6. & Covar. *pract. c.* 13. *in prin.* per eam allegati, id non dicunt, ſed ſolum quod veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe, quando non venit ad defenſam, vel aſſiſtentiam alterius, poteſt venire vel in ſtatu, & terminis, vel prout in prima, ſicut idem etiam tradit Seraph. *deciſ.* 906. *num.* 1. pariter per eamdem Rotam *d. num.* 3. allegatus, qui ut ſupra expreſſè loquitur tàm ſub *num.* 1. quam ſub *num.* 2. de unica Sententia lata in contumaciam, quæ tranſierat in judicatum, non autem de tribus conformibus.

130 Tum etiam quia videtur impoſſibile, quod poſt tres conformes, poſſit quis venire ad cauſam in ſtatu, & terminis, etiam ſi non veniat aſſiſtendo alteri, vel defendendo Collitigantem, ſed jure proprio, & principaliter ex perſona ſua, nam quicquid ſit, quando eſt lata una, vel altera Sententia, etiam ſi tranſierit in judicatum juxta *d. deciſionem* Seraph. tamen quando fuerunt latæ tres conformes, cum Tertius veniendo in ſtatu, & terminis faciat illas ſuas ſignanter quoad numerum, Seraph. *d. deciſ.* 906. *n.* 2. cauſa remaneat penitus extincta ob rem judicatam, quam tres Sententiæ faciunt, & non curis nullæ ſunt partes *arg. l. ejus qui in provincia, ff. ſi cert. petat.*

Facta vero exequutione, quia res non eſt amplius integra, non poterit Tertius audiri, niſi firma manente exequutione, etiam ſi veniat principaliter prout in prima, ex Jure, & perſona, propria, nec poterit exequutionem revocare, niſi prius obtinuerit in cauſa, quia hoc non repetitur Jure cautum, Rota *d. deciſ.* 17. *n.* 6. *par.* 3. *recen.* 131

Hæc tamen tertiam fallentia videtur eadem cum ſecunda, nam *in d. deciſ.* 17. *n.* 6. *part.* 3. *recent.* conſtat quod Tertius aſſerebat, ſe poſſidere, in d. vero *deciſ.* Seraph. 906. *num.* 3. idem videtur, dum ibi intereſſe Clericorum cenſetur inſeparabile ab intereſſe Civitatis, quæ eſt ratio ob quam ibi Civitas, uti tertia exequutionem retardabat, 132

Quarto non procedit, quando Tertius plenè, & incontinenti vellet docere de jure ſuo, quia cum tunc ceſſet omnis calumnia, & ſuſpicio fraudis, non ſolum recipienda eſt probatio, ſed etiam per illud breve tempus retardanda exequutio, Covar. *pract. qu. c.* 16. *n.* 2. *& ſeq.* Ludovic. *deciſ. Peruſ.* 26. *n.* 10. *& ſeq.* ubi declarat hoc procedere, quando Tertius antea non habuiſſet notitiam litis, vel in caſibus, in quibus Sententia lata non obeſſet Tertio, *num.* 13. *& ſeq.* ubi tradit exempla probationis faciendę incontinenti per Inſtrumenta, vel Sententias in judicatum tranſactas. 132

Quintò non procedit, quando duo litigant in poſſeſſorio, & Tertius comparet in petitorio ad impediendam exequutionem trium conformium in caſu, in quo exequutio fieri non poteſt ſine ſcandalo, dummodo incontinenti, ideſt ex actis, vel probationibus in Curia faciendis Tertius hanc ſuam intentionem probet, in quibus terminis fuit admiſſus Rex Portugalliæ ad hujuſmodi probationem faciendam ad effectum impediendi exequutionem trium conformium latarum inter duas Moniales de Abbatiſſatu Monaſterii contendentes, ut per Mohed. *deciſ.* 19. *de reſt. ſpoliat.* Put. *deciſ.* 317. *lib.* 2. *in correct.* Rota *deciſ.* 313. *num.* 15. *part.* 6. *recent.* ſecus ſi nihil probetur de novo incontinenti, Verall. *dec.* 253 *in princ. par.* 3. Put. *d. dec.* 317. *n.* 5. *in fin. lib.* 2. *in correct.* Rota *dec.* 313. *n.* 15. *& ſeq. part.* 6. *recent* 134

Sextò denique non procedit, quando condemnatio eſſet facta in una re, & exequutio fieret in alia, nam tunc Tertius illam impediret Ludovic. qui alios allegat *deciſ. Peruſ.* 26. *num.* 16. 135

Juramentum in ſupplementum plenæ probationis non eſt propriè probatio, ſed relevatio ab onere probandi, *l. eam qui, in princ. ff. de Iure jur.* Alex. *conſ.* 59. *In cauſa n.* 5. *lib* 7. Marcheſ. *de Commiſſ. relaa. Iur. ad eff. agen. par.* 3. *§.* 1. *num.* 33. *fol.* 191. *ſecundam nov. impreſſ.* I 136

Sed Primò ad hoc ut delationi Juramenti in ſupplementum locus ſit, requiritur ſcientia veriſimilis per actum corporeum in jurante, qui in hoc æquiparatur Teſti, Marian. *de ord. Iud. par.* 6. *act.* 9. *n.* 5. Papien. *in Prax. in for. reſponſ. rei conven. §. jus jurandi, n.* 11. Seraph. *d. priv.* 33. *n.* 5. Ludov. *deciſ. Lucen.* 42. *n.* 16. 137

Secundò requiritur, quod petens hujuſmodi Juramentum ſibi deferri, ſit bonæ, & honeſtæ vitæ, & non ſuſpectus de perjurio, Maran. *d. par.* 6. *act.* 9. *n.* 6. Seraph. *d. privil.* 33. *n.* 5. Ludov. *deciſ. Lucen.* 42. *n.* 17. 138

Tertio requiritur, ut is, cui juramentum ſuppletorium eſt deferendum, ſemiplenè probaverit ſuam intentionem, *l. admonendi ibi ſolent &c. ff. de Iurejur. l. in bona fidei, C. de Iurejur. cap. fin. Iurejur. Iaſon. in d. l. admonendi, n.* 75. *ff. de Iurejur.* Roderic. Suar. *in l.* 4. *lib.* 2. Foroleg. *ſub tit. de las Iuras n.* 19. *& ſeqq.* ubi de receptione teſtatur, Alex. *conſ.* 53. *n.* 3. *& ſeqq. lib.* 1. Papien. *in Prax. in Form. reſp. rei convent. §. Iusjurandi, n.* 11. *& ſeq.* Veſtr. *in Prax. lib.* 7. *c.* 1. *n.* 10. ubi de communi, Laur. *dec. Avenion.* 105. *nu.* 3. Ludovic. *deciſ. Lucen.* 42. *nu.* 12. *& ſeqq.* 139

Digitized by Google

& *n.* 27. & *ſeq.* Seraph. *de Privil. Juram. privil.* 33. *n.* 4. ubi de communi.

140 Unde infertur, quod Teſtis ad hoc, ut faciat, ſemiplenam probationem, ad effectum de quo agitur, debet eſſe omini exceptione major Gloſſ. *in §. tt. in verborum, in verbo idoneos, Inſtit. de inutil. ſtipul.* Jaſ. *in l. admonendi*, *n.* 92. *ff. de Jurejur* Seraph. *d. privil.* 33. *n.* 3. Lauren. *deciſ. Avenion.* 105. *num.* 3.

141 Et ad hoc ut Juramentum hujuſmodi denegetur, Parte opponente, ſufficit in Teſte quilibet minimus defectus, Magon. *deciſ. Florent.* 12. *num.* 12. &
142 *ſeqq.* & *deciſ.* Lucen. 9. *ſnum.* 22. & † debet Teſtis reddere cauſam ſcientiæ ſui dicti etiam non interrogatus, Maran. *de ord. Iud. par.* 6. *act.* 6. *num.* 14.

143 Et multo magis deferendum eſt hujuſmodi Juramentum ei, qui pluſquam ſemiplenè probavit, Amat. *deciſ.* Ferrar. 61. *n.* 1. Mantic. *deciſ.* 124. *n.* 12.

144 In quo deferendo plurimum intrat arbitrium Judicis, Menoch. *de arb. Iud. lib.* 1. *cap.* 160. *n.* 12. 18. & *n.* 11. Seraph. *d. privil.* 33. *n.* 112. Marcheſ. *de commiſſ. relax. Iuram. ad effect. agen. part.* 3. *§.* 1. *n.* 34. *fol.* 19. Amar. *d. deciſ. Ferrar.* 61. *num.* 1.

145 Quartò requiritur, quod Juramentum fuerit petitum, ſufficit tamen quod petitum fuerit generaliter per clauſulam, *petens &c.* in libello appoſitam, Bonfetin. ad Magon. *deciſ. Lucen.* 96. *ſub lit. A, in verb. clauſula, petens &c.* ubi alios cumulat.

146 Et ſi fuit petitum ante concluſum in cauſa, poteſt deferri etiam poſt concluſione, Fulgoſ. *conſ.* 145. *col. fin. verſ. ex quibus* Seraph. *d. privil.* 33. *n.* 7. & *ſeq.* ubi de communi Maran. *de ord. Iud. par.* 4. *diſtin.* 9. *n.* 19. & *par.* 6. *act.* 9. *n.* 3. & *ſeqq.* Alin. *in Prax. §.* 23. *cap.* 6. *limit.* 19. *n.* 1. Ludovic. *dec. Lucen* 42 *n.* 21.

147 Poſt concluſum autem in cauſa peti non poteſt, nec ad inſtantiam Partis deferri, Fulgoſ. *conſ. Emphiteuta, in fin.* Seraph. *d. privil.* 33. *n.* 10. Bart. qui ita obſervare conſuetudine, tradit *in l. admonendi, n.* 61. *ff. de Iurejur.* Capic. *deciſ.* 35. *num.* 2.

148 Sed ex officio Judex poteſt illud deferre, etiam poſt concluſum in cauſa, Maran. *de ord. Iud.* 4 *diſt.* 9. *n.* 29. Seraph. *d. privil.* 33. *n.* 10. *verſ. ultimo.*

149 Et ſi in prima inſtantia fuit omiſſum, poterit peti in ſecunda inſtantia, vel ulteriori, Capic. *d. deciſ.* 35. *n.* 4. & *num.* 6.

150 Quintò requiritur, quod cauſa ſit modici momenti, nam in cauſis gravibus, & magni momenti Juramentum ſuppletorium regulariter non defertur, Marant. *de ord. Iudic. d. part.* 6. *act.* 9. *num.* 7. Seraphin. *d. privil.* 33. *num.* 10. *verſ. in cauſis*, & *n.* 11. & *ſeq.* Papien. *in Prax. d. §. Iusjurandi, n.* 11. Lud. *deciſ. Lucen.* 42. *num.* 18. cum aliis cumulatis, per Ferentill. ad Buratt. *deciſ.* 266. *num.* 12.

151 Sed hoc non procedit in cauſis prophanis civilibus, in quibus, quando quis pluſquam ſemiplenè probavit, ſi perſona ſit honeſtæ vitæ, Juramentum in ſupplementum rectè defertur, etiam in cauſis magni momenti, Seraph. *d. privil.* 33. *n.* 10. & *n.* 125. & 128. Ludov. *deciſ. Peruſ.* 100. *n.* 7. Mantic. *dec.* 6. *n.* 8. & 10. & *dec.* 35. *n.* 4. & *dec.* 124. *n.* 12. Put. *dec.* 421. *n.* 3. & *ſeq. lib.* 2. *in correct.*

152 Et hinc eſt quod cum in Rota cognoſcantur cauſæ graves, & magni momenti, de ſtylo illius Sacri Tribunalis non defertur Juramentum ſuppletorium, niſi probatum fuerit pluſquam ſemiplene Ser. *dec.* 566. *n.* 1. & *n.* 3.

153 Aliquando tamen datur Juramentum ſuppletorium ex conjecturis probabilibus, & urgentibus, ut poſt Bald. *in l. ſi fundus in fin. C. de rei vindic.* tradit Seraph *privil.* 33. *num.* 9.

154 Quod ſignanter procedit in materia liquidationis, fructuum, quæ eſt difficilis probationis adeo quod ſicut probatur ex præſumptionibus, & conjecturis, ita, concurrentibus aliquibus conjecturis, poteſt in ea deferri Juramentum in ſupplementum, Rota *deciſ.* 767. *n.* 3. *in fin. par.* 3. *recent.* Buratt. *deciſ.* 17. *n.* 8. ubi quod ita obſervat Sacrum Palatium & *deciſ.* 727. *n.* 7. cum aliis cumulatis per Ferentill. *ibidem ſub n.* 9. *lit. C.*

155 Aliquando etiam datur Juramentum ad probandum qualitatem, prout quando ſubſtantia crediti eſt probata, nam tunc quantitas probatur juramento ſuppletorio, Cravett. *conſ.* 198. *num.* 9. Seraph. *de privil. Iuram. privil.* 36. *n.* 2. Ludov. *deciſ. Lucen.* 42. *n.* 18.
Duran. *dec.* 90. *num.* 19. quia quantitas, † ſicut qualitas 156
facilius probatur, quam ſubſtantia, Rota *deciſ.* 358. *n.* 13. *par.* 3. *recent.* Gregor. *deciſ.* 458. *n.* 10. Rota *deciſ.* 87. *n.* 13. *par.* 6. *recent.* Buratt. *deciſ.* 183. *num.* 3.

Sunt tamen plures caſus in quibus Juramentum ſup- 157
pletorium deferendum non eſt, qui paucia, ut infra perſtringi poſſe videntur.

Primò igitur non defertur Juramentum ſuppletorium 158
ei, qui habet præſumptionem Juris contra ſe, Bart. *in l. inter omnes, §. recte, n.* 3. *verſ. tamen brevias, ff. de furtis*, cum aliis cumulatis per Oſaſc. *dec.* 71. *n.* 1. Ludov. *deciſ. Lucen.* 42. *num.* 33.

Secundò non defertur in Pœnalibus, & Criminali- 159
bus, *Papien. in Prax. in form. reſp. reconven. §. Iusjurandi, n.* 12. Maran. *de ord. Iud. par.* 6. *prin. act.* 9. *n.* 7. Seraph. *d. priv.* 33. *n.* 201. & *ſeqq.* Rot. *Ian dec.* 5. *n.* 3. Bonferin. ad Mag. *dec. Luc.* 57. *in verb. iuramenti ſuppletorii ſub lit. B*, ubi de communi, Ludovic. *d. deciſ. Lucen.* 42. *n.* 19.

Sed hoc non procedit in Reo in cauſa Criminali ſe 160
defendente, Alex. *conſ.* 66. *n.* 1. & *ſeqq. lib.* 1. Bonferin. ad Magon. *d. deciſ. Lucen.* 57 *in d. verbo juramenti ſuppletorii ſub lit. B.*

Tertiò non defertur quando Lex, ſeu Statutum re- 161
quirit certum numerum teſtium.

Quartò, quando agitur de probando errore publici inſtrumenti, vel illo reprobando.

Quintò, quando veriſimiliter poſſunt haberi plures teſtes, prout ſi agatur de probanda conſuetudine, vel aliquo notorio, in quibus terminis procedunt etiam tradita per Ludovic. *deciſ. Lucen.* 42. *n.* 18. & *ſeq.*

Sextò, quando Actor fuit negligens in faciendo examinari plures teſtes, quod habere poterat, & non curavit examinari, niſi unum, imputet enim ſibi.

Septimò, quando non eſt probatum ſemiplenè per teſtem de viſu, & ſic per veram probationem, ſed ſolum per famam.

Octavò, quando teſtis non eſt omni exceptione major ex præallegatis *verſ. unde infertur, n.* 140.

Nonò, quando teſtis deponit in veriſimilia.

Decimò, quando agitur contra Judicem ſtantem in Sindicatu.

Decimoprimò, quando agitur de revocatione alterius juramenti, vel declaranda ſententia nulla.

Decimoſecundò, quando agitur de probando, quod quis ſit Procurator, aut ſimili probatione requirente ſcripturam.

Decimotertiò, quando agitur de probanda ingratitudine.

Decimoquartò, quando recurritur ad Eccleſiam ob defectum juſtitiæ ſæcularis.

Decimoquintò, quando Fidejuſſor repetit à Principali ſolutum.

Decimoſextò, quando agitur de probatione doli.

Decimoſeptimò, quando agitur de cauſa gravi, prout Filiationis, Status, Spurietatis, & hujuſmodi.

Decimo octavò, quando agitur de cauſa matrimoniali, vel Monachatus, vel Uſurarum.

Decimo nonò, quando agitur de cauſa omnium, vel majoris partis bonorum.

Sed hoc non procedit quando fuit pluſquam ſemiplenè probatum, ex allegatis ſupra in quinto requiſito, *verſ. ſed hoc non procedit num.* 171.

XX. quando agitur de cauſa beneficiali, ſecus ſi tantum de fructibus beneficii.

XXI. quando agitur de conditione adiecta per Judicem verificanda, prout condemno te ſi non probaveris.

XXII. quando agitur de probanda præſcriptione triginta annorum.

XXIII. quando agitur de probando intereſſe ſingulari ob majorem affectionem, quam quis habet in re ultra alios prout in filio.

XXIV. quando examinantur teſtes ad perpetuam rei memoriam.

XXV quando examinantur teſtes, qui poſſunt repelli ex cauſis de quibus *in l.* 3. *ff. de Teſt.*

XXVI.

Digitized by Google

XXVI. quando Lex, vel Statutum requirit Legitimam probationem.

XXVII. quando agitur de probanda exceptione excommunicationis propoſita in vim dilatoriæ.

XXVIII. quando agitur de probando dominio, juxta *dec.* Coccin. *69. num. 1. & ſeqq.*

XXIX. quando agitur per viam Denunciationis Evangelicæ, juxta *tex. in cap. novit. de Iud.*

XXX. quando non fuit petitum ante concluſionem in cauſa ex allegatis ſupra *ver. poſt concluſũ n.147.*

XXXI. quando Teſtis non reſpondit interrogatoriis ſibi factis, aut alium patitur defectum.

XXXII. quando petens juramentum ſibi deferri, laceravit inſtrumentum per iracundiam.

XXXIII. In ultimis voluntatibus.

XXXIV. quando cauſa eſt decidenda de rigore Juris.

XXXV quando non fuit adhibita cauſæ cognitio.

XXXVI. quando quis fuit proteſtatus contra perſonam ejus, quem examinari curavit, quia videtur eum reprobaſſe.

XXXVII. quando agitur contra Tertium ex delicto alterius, prout quando Villa tenetur pro delinquente tunc enim damnum debet plenè probari.

XXXVIII quando Teſtis non reddit rationem ſui dicti, quod tamen non caret dubitatione.

XXXIX. quando Teſtis, vel principalis jurare volens eſſet perſona ignota.

XXXX. quando jurare volens non eſſet de negocio benè informatus, nam hujuſmodi juramentum ſolummodo defert ſcienti veritatem.

Hos caſus latè tradit, ac diſcurit Seraph. *de privil. Iuram. d. privil. 33. à nu. 14. per tot.* Et licet Card. Tuſc. *lit. I, concluſ.* 140 ponat caſus quadraginta quinque cum pluribus declarationibus. Soccin. *verò reg.* 504. octuaginta congerat caſus, quia tamen Doctores videntur aliquos ſuperfluè reiteraſſe, ad ſuperius deductos illos reſtringit, Seraph *d. privil.* 33. ut ipſe aſſerit ibidem *ſub n* 4

L Quamuis in cauſis à ducentis ducatis infra A. C.
162 habeat facultatem procedendi manu regia, proceſſus tamen, ut praxis declaravit, in his cauſis eſt ferè ordinarius, & datur appellatio ad utrumque effectum

163 † Duo verò ad cauſas pro, & inter Notarios A. C. & eorum familias occaſione negociorum officii, & inter & contra Mercatores, in quibus pari modo A. C. manu regia vigore ejus facultatum procedare poteſt, fit proceſſus exequutivus ſine Monitorio, & non admittitur in eis appellatio ſuſpenſiva, juxta ſuperius tradita *part. prima, cap. prime, verſic. 6. exequutive, n. 65.*

164 Quinimo, licet cauſæ mercedum ſint de Iure ſummariæ, ut dictum eſt ſupra, hac eadem *part. 2. c. 1. ſub lit. H. verſ. 28. quando*, & pro mercede competat etiam via exequutiva, ut dictum eſt ſupra *p. 1. cap. 1. ſub lit. B, verſic. 10. pro mercede*, & quoad appellationem ſoleat diſtingui, quod aut petens mercedem habet unde ſe aliundè alere poſſit, & tunc cum Merces non poſſit eſſe loco alimentorum, detur appellatio ad utrumque effectum, Scacc. *de Appellat. q. 17. limit. 8. n. 8* Gratian. *diſcept. 257. n. 44. & ſeq. & dec.* Marcheſ. *53. n. 9.* Rot. *dec. 764. num. 3. part. 1. diverſ. & in Anconitana Mercedis 30. Decembris 1602. coram bo. me. Card. Sacrato, impreſſ. apud Marcheſ. de Commiſſ. Appell. in cauſa Merced. p. 1. fol. 1199* Aut petens mercedem eſt pauper non in genere, ſed in ſpecie, & non habet undè ſe alat, & non datur appellatio ſuſpenſiva, quia tunc merces ſuccedit loco alimentorum, Marcheſ. *de commiſſ. appell. in cauſ. merced. p. 1. §. 1. num. 57. & num. 62. fol. 1195.* Rot. *d. dec. 764. in princ. & per tot. p. 5. diverſ. & in d. Anconitana mercedis apud* Marcheſ. *d. fol. 1199. il prima.*

165 Nihilominus in Tribunali A. C. in cauſis mercedum procedirur via monitorii, & fit proceſſus, prout in aliis cauſis pecuniariis, & ob id datur etiam appellatio ſuſpenſiva, & ita praxis in dies obſervat, hoc enim caſu agendo via ordinaria monitorii, cenſetur viæ exequutivæ renunciatum, juxta tradita per Buratt. *deciſ. 208. num. 1. & ſeqq.*

Quo verò ad cauſas alimentorum eſt diſtinguendum; Nàm aut agitur de alimentis præteritis, quæ petuntur jure actionis, & tunc requiritur monitorium, & fit proceſſus, prout in aliis cauſis pecuniariis appellabilibus, ac proinde datur appellatio, etiam ſuſpenſiva, Specul. *de appell. lib. 5. §. in quibus, n. 11.* Surd. *de Alim. tit. 8. privil. 60. numer. 15. & ſeqq.* Saluſt. Tib. *in prax. lib. 4. fol. 489. verſ. & licet*, Marcheſan. *de Commiſſ. appell. in cauſ. alim. p. 1. §. 1. n. 176. & ſeqq. fol. 1166. & ſeq.* Rot. *dec. 764. num. 4. part. 1. diverſ.* cum aliis cumulatis per Buratt. *dec.* 208. *n.* 5. 166

Aut agitur de alimentis futuris, & tunc proceditur via exequutiva, abſque monitorio juxta ſuperius tradita, *p. 1. cap. 1. ſub lit. B, verſ. pro alimentis, futuris*, & non datur in hoc caſu appellatio ſuſpenſiva, Specul. *de appell d lib 2. § in quibus, verſ. ſed nunquid, nu. 11* Marcheſ. *de Commiſſ. in cauſ. alim. p. 1. §. 1. n. 16. fol. 1152. & numer. 166. & ſeqq. fol. 1166.* Surd. *de alim. tit. 8. privil. 60 num. 5 & ſeqq. & numer. 17. & ſeqq.* Saluſt. Tiber. *in prax. libr. 4 fol. 489. verſic. & licet*, Pontan. *de aliment cap. 19. nu. 3.* Rot *dec 764. num. 1. & ſeqq. part. 1. diverſor.* Buratt. *dict. dec.* 203. *numer. 6. & ſeqq. optime* Rot. *in Anconitana alimentorum de Aquilanis, 4. Decembris 1583 coram bo. me. Orano apud* Marcheſ. *de commiſſ p. 1. fol.* 1171. 167

Quod ſine difficultate procedit, quando conſtat de paupertate alimentarii, qui non habet unde aliundè vivat, aliàs ſecus, Io. Andr. ad Specul. *de appell. §. in quibus ſub lit. Q*, Marcheſ *de Commiſſ. app. in cau. alim. p 1. §. 1. num. 12. fol.* 1152. Affiict. *dec.* 255. *num.* 3 Rot. *d. dec.* 764. *nu* 1. *& ſeqq. p. 1. diverſ.* Buratt. *d dec.* 208. *num.* 6 *& ſeqq*

Et ratio eſt, nè interim donec diſceptatur, Creditor alimentarius fame pereat, cum venter dilationem non patiatur, Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in cauſ. alim. part. 1. §. 1. num. 167. & ſeq. fol.* 1166. Surd. *de alim. tit. 8. privil. 60 num.* 11. 168

Ac proinde infertur, quod quando Alimentarius eſt pauper, & non habet unde aliunde ſe alat, non eſt diſtingendum an alimenta petantur jure actionis, vel officio Judicis, nam utroque caſu appellatio ſuſpenſiva denegatur, quia militat eadem ratio in utroque, ne ſcilicet Creditor fame pereat, Marcheſ. *de commiſſ. appell. in cauſ. alimen. part. 1. numer. 170. & ſeqq. fol. 1166.* Surd. *de Alim d privil 60 n. 22. verſ. hoc tamen.* 169

Quod etenim dicitur de officio Judicis, ideò dicitur, quia alimenta pauperis regulariter petuntur officio Iudicis, ſed datur quando caſus, quod pauperi fuerint relicta alimenta licet petantur tunc jure actionis non tamen datur appellatio ſuſpenſiva, cum privilegium non conſiſtat in actione, vel officio Iudicis, ſed in paupertate ut benè explicat Sur. *de Alim. d. priv. 60. n. 22.* 170

Alimenta verò futura eu dicuntur, quæ poſt litem motam, ſeu conteſtatam decurſa ſunt, Surd. *de Alim. d. privil. 60. n. 16.* Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in cauſ. alim. p. 1. §. 1. n. 16. fol. 1152.* Pontan. *de alim. c. 19. num. 3.* Veral. *dec. 24. p. 1.* Rot. *dec. 764. n. 5. p. 1. diverſ.* ubi quod ita ſæpius fuit in Rota deciſum. 171

Sed concluſio, quod quando agitur de alimentis futuris, non detur appellatio ſuſpenſiva, Primò non procedit, quando Iudex debitum modum exceſſiſſet, quia tunc ab exceſſu, ſicut à modicitate datur appellatio, Specul. *de appell. lib. 2. §. in quibus, n. 11. verſ. niſi diceretur Iudex*, Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in cauſ. alim. p. 1. §. 1. n. 203. fol.* 1169. 172

Secundò non procedit quando cauſa eſſet effecta ſemel appellabilis, Pontan. *de alim. cap. 19. nu. 6. & ſeqq.* 173

Tertiò non procedit, quando fuit actum via ordinaria, quia tunc videtur renunciatum viæ exequutivæ, etiamſi illa alias competiiſſet, Buratr. *dec.* 208. *n.* 1. *& ſeq* ubi alias deciſiones cumulat. 174

Verum ſi cauſa ſit exequutiva, & monitorium per comparitionem partis reſolutum in ſimplicem citationem, juxta ſuperius tradita hac eadem *part.* 2. *cap. 2. ſub lit. A.* non ideo cauſa deſinit eſſe exequutiva, Greg *dec. 307. n. 18.* Fereutill. ad Buratt. *d. dec. 208. n. 11.* niſi poſtea illo reintegrato, vel ſervatis termino 175

ſubſtantial bus pronunciatum fuerit per Cedulam, prout in cauſis ordinariis, in quibus terminis procedit *d. deciſ.* Boratt. 208. *n.* 1 *& ſeqq.*

De Conſtituto Poſſeſſorio. Pars II. Cap. V.

SUMMARIUM

1 *Poſt cauſas ſummarias vigore facultatum A. C. exiſtentes, ſuper eſt videre de cauſis ſummariis de ſua natura.*

2 *Judicia poſſeſſoria inter cauſas ſummarias non infimum locum tenent.*

3 *Poſſeſſorium, aliud adipiſcendæ, aliud retinendæ aliud recuperandæ.*

6 *Conſtituens ſe nomine alterius poſſidere, transfert in eum veram, ac realem poſſeſſionem, adeò quod non egeat alio Mandato de immittendo.*

5 *Conſtitutum poſſeſſorium in quibus clauſulis conſiſtat.*

6 *Clauſula* Conſtituti *vigore poteſt procedi exequutivè abſque Monitorio, etiam contra Tertium.*

7 *Licet Judicium vigore clauſulæ* Conſtituti *ſit exequutivum, rectius de illo agitur poſſeſſoria ſummaria, & quare.*

8 *Virtute clauſulæ* Conſtituti *agere volens pro obtinendo Mandato de Aſſociando, quid facere debeat.*

9 *Citatio ad videndum aſſociari ad poſſeſſionem, & ejus formula, & Proceſſus.*

10 *Agens vigore clauſulæ* Conſtituti, *quando poſſit citare, ad videndum concedi familiam ad affectum aſſociandi, abſque alia citatione ad dicendum contra.*

11 *Citatio ad videndum concedi Familiam ad effectum aſſociandi, & ejus Formula, & Proceſſus.*

12 *In terminis ad dicendum contra, & ad videndum aſſociari quid a Conſtituente opponi poſſit.*

13 *Si Conſtituens Jura producit ad probandas ſuas exceptiones, quid opponere, & quomodo proteſtari debeat Conſtitutarius, & quomodo Judex pronunciare ſuper admiſſione illorum.*

14 *Si conſtituens nihil relevans opponit, elapſo termino contento in Decreto poſt exequutam Intimationem, expeditur Mandatum de Aſſociando.*

15 *Mandatum de Aſſociando, ad effectum ſatisfaciendi ſibi de credito ex fructibus rei, ad quam ſit aſſociatio, & ejus Formula.*

16 *Aliud Mandatum de Aſſociando ad rem uti propriam, & ejus Formula.*

17 *Mandatum de Aſſociando expeditum datur Exequutori Curiæ, ut aſſociet, & Notarius de aſſociatione conficiat Inſtrumentum.*

18 *Inſtrumentum publicum aſſociationis in vim mandati de Aſſociando, & ejus Formula*

19 *Appræhendens poſſeſſionem domus, in qua eſt Inquilinus quid facere debeat, ut illam acquirat.*

20 *Conſtitutum poſſeſſorium quid ſit.*

21 *Conſtitutum differt a Precario, & in quibus, & quid ſit Precarium.*

22 *Clauſula Precarii generaliter appoſita ſuper incertis non transfert aliquam poſſeſſionem manutenibilem, ſecus ſuper certis ratione quotæ, vel loci vel utriuſque.*

23 *Conſtitutum poſſeſſorium transfert in conſtitutarium poſſeſſionem, etiam in incorporalibus.*

24 *Conſtitutum poſſeſſorium poteſt transferre poſſeſſionem in conſtitutarium, licet titulus, habilis, vel juſta cauſa non procedat.*

25 *Conſtitutum poſſeſſorium, licet dicatur fictus modus traditionis, transfert tamen veram poſſeſſionem, ac manutenibilem.*

26 *Conſtitutum poſſeſſorium transfert omnem poſſeſſionem, tàm civilem, quàm naturalem, adeo quod penes conſtituentem non remaneat, niſi nuda detentatio.*

27 *Conſtitutum poſſeſſorium operatur translationem dominii, etiam In ſuatem ex ſtipulatione Notarij.*

28 *Conſtitutum poſſeſſorium tribuit facultatem capiendi, poſſeſſionem propria auctoritate, ſed nihilominus Debitor conſtituens, & multo magis Tertius, eſt citandus ad videndum aſſociari.*

29 *Conſtitutum probat poſſeſſionem ad quoſcumque effectus, & operatur, ut Conſtitutario competant omnia remedia poſſeſſoria.*

30 *Conſtitutum poſſeſſorium eſt ſufficiens ad intentandum remedium recuperandæ.*

31 *Conſtitutum poſſeſſorium eſt ſufficiens ad probandum primum extremum in ſpolio.*

32 *Conſtitutum poſſeſſorium eſt ſufficiens ad obtinendum Mandatum de manutenendo.*

33 *Conſtitutum poſſeſſorium eſt ſufficiens ad probandum primum extremum in Salviano.*

34 *Conſtitutum poſſeſſorium operatur, ut poſſit agi ad traditionem actualis poſſeſſionis, & obtineri mandatum de aſſociando.*

35 *Conſtitutum poſſeſſorium operatur, ut mandatum de aſſociando poſſit obtineri, etiam contra ſingularem Succeſſorem, & etiam mortuo Conſtituente.*

36 *Conſtitutarius, qui eſt negligens in appræhendendo poſſeſſionem actualem, & patitur illam ab alio occupari, non poteſt obtinere Mandatum de aſſociando, ſecus ſi ignoravit, & n. 61.*

37 *Conſtitutum poſſeſſorium probat poſſeſſionem conſtituentis contra illum & ejus Heredes, ac habentes cauſam ab eo, etiã ſi ſint Succeſſores ſingulares.*

38 *Conſtitutum poſſeſſorium probat poſſeſſionem conſtituentis contra conſtitutarium, ſicut ad ejus favorem, & contra habentes cauſam ab illo.*

39 *Conſtitutum poſſeſſorium operatur, ut mortuo conſtitutario continuetur poſſeſſio in ejus Hæredes.*

40 *Conſtitutum probat inter contrahentes, & habentes cauſam poſteriorem ab eis.*

41 *Solum conſtitutum poſſeſſorium non probat poſſeſſionem ad favorem conſtituentis.*

42 *Solum conſtitutum poſſeſſorium non probat poſſeſſionem conſtituentis contra Tertium, non habentem aliquam cauſam ab eo, ſed debet poſſeſſio aliunde probari de tempore contractus.*

43 *Conſtitutum in contractu ſimplicis donationis poſitum facit illam præſumi inter vivos.*

44 *In claris non eſt opus conjecturis.*

45 *Conſtitutum poſſeſſorium aſſumit naturam contractus, cui adjicitur, ab eo regulatur, & intelligitur ſecundum ſubjectam materiam.*

46 *Conſtitutum poſitum in contractu nullo nihil operatur, & n. 52.*

47 *Conſtitutum poſitum in obligatione conditionali efficitur conditionale, ſed purificata conditione retrotrahitur, niſi interim ſit alteri jus quæſitum.*

48 *Conſtitutum poſſeſſorium nihil operatur, ſi conſtat, quod conſtituens de tempore conſtituti ſive non poſſidebat, vel poſſidere non poterat.*

49 *Conſtituens, ſe poſſeſſurum poſt mortem nihil agit, & quare.*

50 *Quis poteſt conſtituere ſe poſſeſſurum poſt mortem, ſi in conſtituto apponatur clauſula,* ex nunc prout ex tunc.

51 *Clauſula,* ex nunc, prout ex tunc, *quid operatur.*

52 *Conſtitutum poſſeſſorium, in contractu invalido, nihil operatur.*

53 *Conſtitutum in contractu ſimulato, nihil operatur.*

54 *Conſtitutum non operatur, ſi conſtitutus remanet in poſſeſſione niſi remaneret Jure familiaritatis.*

55 *Conſtitutum non operatur, ſi Lex, Statutum vel Conſuetudo requirat veram, & actualem traditionem.*

56 *Conſtituens ſe poſſidere rem incertam, ratione quotæ, & loci, nihil agit.*

57 *Quis poteſt conſtituere ſe poſſidere rem incertam, dummodo poſtea certa reddatur.*

58 *Quis poteſt conſtituere, ſe poſſidere certam ratione loci vel quotæ.*

59 *Conſtitutum poſſeſſorium oppoſitum ſuper omnibus bonis præſentibus, & futuris operatur translationem poſſeſſionis in conſtitutarium.*

60 *Conſtitutũ poſſeſſorium debet continere certitudinem ab ini-*

Digitized by Google

ab initio in particulari, vel in univerſali altàs nihil operatur.

61 *Aliò uſque ad triginta ſex caſus, inquibus conſtitutum poſſeſſorium nihil operatur.*

62 *Clauſula*, Conſtituens &c. *non importat conſtitutum poſſeſſorium, & quare, & quid importet.*

63 *Per verbum*, & donec &c *extenditur clauſula conſtituti de Stylo Notariorum Urbis.*

64 *Clauſula conſtituti ſub clauſula cæterata*, & interim &c *continetur.*

65 *Poſſeſſio regulariter non acquiritur, niſi expulſis Colonis, Inquilinis à facie rei, cujus poſſeſſio capitur.*

66 *Si poſſeſſio eſt vacans, ſufficit quod Coloni, vel Inquilini capientem poſſeſſionem in dominum recognoſcant; reſpondendo de fructibus, ac ſolvendo Penſiones, & facta de hic adimplendis obligatione jurata.*

67 *Si poſſeſſio eſt capta de mandato Iudicis, ſufficit vel expulſio Colonorum, ſeù Inquilinorum, vel recognitio.*

68 *Immiſſio facta auctoritate Judicis aliquam Colonorum vel Inquilinorum expulſionem requirit.*

69 *Authoritas Judicis operatur, ut Poſſeſſor debeat ſuſpicari ſe poſſe repelli, quæ ſola ſuſpicio ſufficit ad amiſſionem poſſeſſionis.*

70 *Poſſeſſio capta authoritate, & mandato Iudicis non requirit recognitionem in Dominum, ſi Iudex ritè, & rectè cauſa cognita proceſſit, aliàs ſecus.*

71 *Judex ritè, & rectè procedendo privat poſſeſſione.*

72 *Iudex nulliter, & injuſtè procedens, non privat aliquem ſua poſſeſſione, adeo ut nec etiam recognitio Colonorum ſuffragetur.*

73 *Colonus de jure novo non poteſt intervertere poſſeſſionem Domini alteri poſſeſſionem tradendo, eumque in dominum recognoſcendo.*

74 *Rota paſſim contra factum Iudicis, nulliter, & injuſtè procedentis, concedit Mandatum de manutenendo.*

75 *Iudex nulliter, et injuſtè procedens, ſi Poſſeſſor ſuſpicatur, ſe poſſe repelli, privat poſſeſſione, inde intrat ſpolium.*

76 *Iudex, qui non ritè, nec rectè procedit, dicitur procedere ut privatus, & ſpoliare.*

77 *Ut judex dicatur ſpoliare, injuſtitia debet eſſe patens, & notoria.*

78 *Negligens per decennium in recuperatione poſſeſſionis naturalis amittit etiam civilem.*

De Conſtituto Poſſeſſorio. Pars II. Cap. V.

1 Viſo de cauſis, quæ virtute ordinariarum A. C. facultatum ſummatim cognoſcuntur, reliquum eſt, ut juxta propoſitum ordinem, de cauſis de ſui natura ſummariis videamus.

2 Quoniam verò inter cauſas de ſui natura ſummarias judicia Poſſeſſoria non infimum locum tenent, & in praxi quotidie occurrunt, de illis ſubnectemus.

3 Poſſeſſorium trifariam dividitur, nàm aliud eſt adipiſcendæ, aliud retinendæ, aliud recuperandæ, Adipiſcitur autem poſſeſſio multifariam, & Primò per clauſu-
a lam *Conſtituti*, *a*. Nàm ſi quis contrahendo, conſtituerit,
4 ſe aliqua bona alterius nomine poſſidere, transfert in eum veram, & realem poſſeſſionem, adeo quod Conſtitutarius non indigeat aliu Mandato de immittendo, ſed illi ſit ſatis obtinere Mandatum de aſſociando ad effectum continuandi pacificè in ejus poſſeſſione jam quæſita, & poſſeſſionem actualem ſine aliquo ſtrepitu, aut timore apprehendendi.

5 Conſiſtit Conſtitutum poſſeſſorium in illis clauſulis à Notariis in Inſtrumentis venditionum, & aliarum obligationum apponi ſolitis, videlicet, *Ponens &c. Con-*
b *ſtituens &c. b*, *Dans &c. Et donec &c. c*, *Conſtituit &c.*
c quæ extenduntur, ponens D. NN in omne jus, & locum ſuum, Conſtituens eum Procuratorem in rem propriam, dans licentiam capiendi poſſeſſionem, ejus propria authoritate, & donec illam acceperit, conſtituit ſe ejus nomine precario poſſidere &c. & ob id in d. clauſula *Conſtituti*, non continetur d. clauſula *Conſtituens &c.* ſed in d. clauſula *Donec &c. conſtituit &c.*

6 Licet autem, quando ad favorem alicujus appoſita

eſt in aliquo Inſtrumento clauſula *Conſtituti*, poſſit contra conſtituentem, & habentes cauſam ab eo, ac probatis probandis, etiam contra Tertium, agi exequutivè abſque Monitorio, & ob id videretur potius 7
de hoc judicio fuiſſe agendum ſupra in prima parte, in qua fuit pertractatum de Judiciis exequutivis, quia nihilominus judicia exequutiva ſunt ſummaria, & mediante conſtituto poſſeſſorio adipiſcitur vera, & realis poſſeſſio, & virtute Mandati de aſſociando, & aſſociationis Familiæ abſque aliquo ſtrepitu, & timore, actualis etiam poſſeſſio acquiritur, rectius videtur de Jure conſtituti poſſeſſorii inter poſſeſſoria ſummaria pertractatum.

Virtute igitur clauſulæ *Conſtituti*, agere volens pro 8
obtinenda aſſociatione debet citare Partem adverſam, ad dicendum contra Jura in forma, & reproducta citatione producere in actis Inſtrumentum, in quo eſt d. clauſula necnon alia Jura opportuna, & neceſſaria ſi quæ ſint, & obtinere illorum admiſſionem cum ſolita clauſula, *ſi, & in quantum*, juxta ſuperius tradita *part. 1. cap 2. de Prod. jur.* & ſucceſſivè citare partem adverſam, ut infra, videlicet. A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum, 9
Inſtantem aſſociari ad poſſeſſionem infraſcriptorum bonorum, in vim clauſulæ conſtituti in Juribus in actis productis appoſitæ, & concedi familiam, ac quodcumque mandatum de aſſociando deſuper neceſſarium, & opportunum, decerni, & relaxari, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

Bona, de quibus agitur.

Una Caſa poſta in Roma nel Rione di Parione, à lato alli beni di NN. & di NN. e di altri &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p.d. cum intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. relaxavit mandatum de aſſociando, & alias prout in actis, Inſtante NN principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Quod ſi Inſtrumentum, in quo clauſula, *Conſtituti*, ſit in actis rogatam, & perſonæ non ſunt ex aliqua 10
parte mutatæ, nec eſt aliqua illarum legitimatio, aut aliorum Jurium productio neceſſaria, non eſt neceſſe citare ad dicendum contra Jura. juxta ſuperius tradita *part. 1. cap 6. n. 1 & ſeq.* ſed ſufficit citare adverſarium, ut infra, videlicet:

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum, 11
Inſtanti concedi familiam, ad effectum aſſociandi eundem ad poſſeſſionem infraſcriptorum bonorum, in vim clauſulæ *Conſtituti*, in inſtrumento in actis rogato, ſub die NN. appoſitæ, & mandatum de aſſociando deſuper neceſſarium, & opportunum concedi, & relaxari, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Tenor bonorum, de quibus agitur

Una Vigna poſta fuori di Porta Pia, à lato alli Beni di NN. &c. NN. & altri &c.

Decretum.

NN petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p.d. cum intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. mandavit inſtantem aſſociari, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Exadverſo in termino citationis, ad dicendum contra Jura, debent opponi generalia, juxta ſuperius tradita *part. 1. c. 2 de produc. jur.* In termino verò ad videndum aſſociari, poterit citatus opponere exceptiones ſibi de jure competentes, prout in aliis judiciis exequutivis, juxta ſuperius tradita, *part. 1. c. 7. & c. 8.* 12

Quod ſi Conſtituens ad probandas ſuas exceptiones, aliqua jura produxerit, non ſolum pro parte conſtituarii ſunt opponenda generalia contra, ſed etiam facienda eſt in actis proteſtatio, non admitti in præju- 13

dicium proceſſus exequutivi, decreti facti, & mandati relaxati, quo caſu Judex dd. Jura ſine præjudicio, ut ſupra cum ſolita clauſula, *ſi & in quantum*, admittet, prout in aliis judiciis exequutivis fieri conſuevit, *ut in dict. p. 1. c. 6. de except. dilat. & peremp.*

14 Sed ſi exceptiones, pro parte conſtituentis deductæ, non ſunt relevantes, & multo magis ſi nihil opponit, elapſo termino in decreto contento poſt intimationem exequutam, ſi agitur de fructibus cenſuum, vel de credito, de quo quis ſibi ſatisfacere debet ex fructibus rei, ad quam ſit aſſociatio, intimatione reproducta expeditur mandatum de aſſociando, Tenoris, videlicet.

15 De mandato Illuſtriſs. D. A.C. ſive R.P. D.N. ejus in civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam N N. principalis creditoris in ſcutis NN. Tenore præſentium.

Mandatur vobis Baroncello, Exequutoribus, Subexequutoribus, & aliis ad quos ſpectat &c. quatenus ſtatim viſis, ac receptis præſentibus ſub 400. ducatorum &c. aliiſque pœnis &c. ſupradictum NN. inſtantem, principalem creditorem N N. eadverſo principalis in ſcutis N N. vigore inſtromenti, & jurium, de quibus in actis, aſſocietis, & aſſociari faciatis ad poſſeſſionem bonorum in pede præſentis mandati deſcriptorum, ad hoc, ut vobis aſſociantibus tutius, & quietius illorum poſſeſſionem libere capere valeat, ad effectum retinendi, donec ex fructibus eorundem fuerit ſibi de d. credito ſatisfactum in omnibus, & per omnia &c. præſentibuſque &c pareatis, quoniam in vim clauſulæ *Conſtituti*, in d. inſtrumento appoſitæ, ac d. NN. eadverſo principali citato, & intimato, Reverendiſs. D. ita mandavit, hac die NN.

N N. Notarius, Locus † ſigilli NN. Locumt.

Aliud mandatum, quando quis eſt aſſociandus, ad rem uti propriam, non autem ut ex fructibus illius de aliquo credito ſibi ſatisfiat.

16 De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C. ſive R. P. D. NN. ejus in civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis, Tenore præſentium.

Mandatur vobis Baroncello, & Exequutoribus, ac Subexequutoribus Curiæ noſtræ, & aliis, ad quos ſpectat, quatenus ſub 500. ducatorum &c. aliiſque pœnis &c. ſupradictum NN. inſtantem principalem, ad poſſeſſionem infraſcriptæ Vineæ, per eum emptæ ab NN. eadverſo principali, prout in inſtrumento in actis rogato, ſub die NN. (*vel prout in inſtrumento, & Juribus, de quibus in actis*) cujus corporalem, & actualem poſſeſſionem ob id apprehendere, & retinere intendit, aſſocietis, & aſſociari faciatis ad d. Vineæ poſſeſſionem, ad hoc, ut vobis aſſociantibus, dictam poſſeſſionem liberè, & quietè contra quoſcumque impedire prætendentes, capere, & retinere valeat, quoniam in vim dicti inſtrumenti emptionis, & clauſulæ *Conſtituti* in eo appoſitæ, ac d. NN. venditore citato, & intimato, Reverendiſs. D. ita mandavit, hac die &c.

Tenor bonorum.

Una Vigna poſta nel diſtretto di Roma fuori di Porta Pia, à lato alli beni di NN. & NN. & altri &c.

17 N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumtenens.

Hoc mandatum de aſſociando ſic expeditum ab Emptore, ſeu Creditore datur Exequutori Curiæ, ad quem ſpectat, qui ejus virtute illum aſſociat ad poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur, & de aſſociatione hujuſmodi conficitur à Notario actuario publicum inſtrumentum Tenoris, videlicet.

18 In Dei nomine Amen. Anno &c.

NN. Exequutor Baroncelli Curiæ Illuſtriſſimi, & Reverendiſs. D A.C. mihi cognitus &c. cui eſt directum mandatum de aſſociando ad poſſeſſionem unius Vineæ ſitæ in diſtrictu Urbis extra Portam Piam, juxta bona NN. & NN. viam, & alios, ſi qui ſint &c. ad inſtantiam NN contra NN. per acta mei &c. per R. P. D. NN. A. C. Locumtenentem, ſub die NN. ſeu &c ſervatis ſervandis, in vim clauſulæ *Conſtituti* in inſtrumento N N. de quo in actis, appoſitæ, decretum, & relaxatum, quod quidem mandatum præ manibus habens, mihi tradidit hic inſerendum, Tenoris infraſcripti, videlicet, De mandato &c (*hic inſeratur tenor mandati*)

Vigore dicti mandati ſupradictum N N. ad poſſeſſionem ſupradictæ Vineæ aſſociavit &c. qui N N. ſic aſſociatus dictæ Vineæ realem, & corporalem, & actualem poſſeſſionem accepit, & adeptus fuit, per eam deambulando, glebas terræ, ac palmites vitium, in ſignum veræ, & actualis, poſſeſſionis, accipiendo &c. Domunculam in eadem Vinea exiſtentem intrando, ejuſque portas, & feneſtras aperiendo, & claudendo &c. & alios actus poſſeſſorios faciendo, Proteſtans d. NN. quod per ejus diſceſſum, aut receſſum è d. Vinea non intendit illius poſſeſſionem acceptam, & acquiſitam dimittere, aut relaxare; ſed illam animo, & corpore retinere, & continuare, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c. Actum &c. Præſentibus &c. teſtibus ad præmiſſa &c. vocatis, habitis atque rogatis &c.

Cæterum, ſi apprehendenda ſit poſſeſſio alicujus Domus, in qua adſit Inquilinus, curet poſſeſſionem apprehendens, illum expellere, ac proinde illi ad partes locationem facere, ſeque in Dominum, & in poſſeſſorem recognoſci facere; alias enim poſſeſſio non acquireretur Domino. 19

Obſervationes.

CONſtitutum poſſeſſorium eſt fictus modus tradendæ poſſeſſionis, per quem Vendens, Donans, aut aliàs Concedens conſtituit, ſe rem eius nomine, cui illa conceditur, poſſidere, Tiraq. *de jur. conſtit. poſſ. par.* 1. *n.* 1. A 20

Differt Conſtitutum à Precario, nam Precarium eſt, quod petenti precibus utendum conceditur, quam diu patitur, qui conceſſit, *l.* 1. *ff. de prec.* Azor *in ſumm. C. de precar.* & transfert in rogatum ſolam civilem poſſeſſionem, naturali penes eum, qui precario nomine ſe poſſidere rogavit, manente *l. & habet*, *§. eum qui ff. de precar.* Bart. *in l. interdum nu* 1. *& alii, ff. de acquiren. poſſeſ.* Cuman. *conſ.* 54 Leonardus. *in princip.* Alex. *conſ* 82. *§. perſpectis n.* 8. *verſ. nec prædictis li* 2. Conſtitutum verò transfert etiam naturalem poſſeſſionem, Bart. *in d. l interdum, nu.* 1. *ff. de acquir. poſſeſ* adeò quod nihil penes Conſtituentem remaneat, præter nudam detentationem, latè Tiraq. *de jur. conſtit. poſſ. part.* 1. *num.* 4. 21

Quod tamen procedit in re certa ratione quotæ, vel loci, vel utriuſque precario conceſſa juxta text. *in d. l. & habet*, *§. eum qui*, *ff. de precar.* ſecus ſi clauſula *Precarii* ſit generaliter appoſita ſuper incertis, quia tunc ratione incertitudinis utriuſque, ſcilicet tam quotæ, quàm loci non operatur aliquam translationem poſſeſſionis manutenibilis, *l.* 3. *§. incert.*, ubi Bart. *& DD. ff. de acq. poſſ. Tiraq. de jur. conſtit. poſſ. part.* 3. *limit.* 19. *num* 1. 22

Conſtitutum poſſeſſorium plura operatur, inter cætera verò. 23

Primò non ſolum transfert poſſeſſionem in Conſtitutarium, *l. interdum*, *& l. quod meo, ff. de acqir. poſſ.* Tiraq. *de jur. conſtit. poſſ. part.* 1. *num.* 2. ubi plures cumulat, & de communi teſtatur Rota *decīſ.* 161 *n.* 1 *& decīſ.* 312. *num.* 1. *par.* 3. *& decīſ* 284. *num.* 1 *part.* 5. *& decīſ.* 251. *num* 12 *par.* 6. *recent.* Caval. *dec.* 399 *num.* 3. *& dec.* 313 *n.* 1. etiam in incorporalibus, Tiraq. *de jur. conſtit. poſſ. part.* 2. *ampliat.* 24. Rot *decīſ.* 764. *num* 2. *par.* 2. *& dec.* 284. *n.* 2. *part* 5. *rec* Caval. *decīſ.* 319. *n.* 5. Buratt. *dec.* 133. *n.* 3. *& decīſ* 235. *num* 6. & † poteſt translationem hujuſmodi operari, etiamſi non præcedat titulus habilis, vel juſta cauſa ad eam transferendam, Rota *decīſ.* 549. *num.* 8. ubi † de communi, *part.* 1 *diverſ.* & licet dicatur modus fictus traditionis, Tiraquell. *de jur. conſtit. poſſ. part.* 2. *num.* 1. Rot. *dec.* 242. *num.* 2. *part.* 7. *recent.* transfert tamen veram poſſeſſionem, *d. l quod meo, ff. de acq poſſ.* Tiraq. *de jur. conſt. poſſ. d. par.* 2. *n.* 2. Rota *decīſ* 83. *n* 1. *& decīſ.* 270 *nu* 1. *part.* 1. *& decīſ.* 128. *num.* 1. *par.* 3. *& dec.* 17. *nu.* 1. *par.* 9. *recent.* Durand. *decīſ.* 40. *num.* 3. *decīſ.* 49. *num.* 4. *& decīſ* 84. *num* 1. ac manutenibilem, Rot. *dec.* 258. *nu.* 2. *& decīſ.* 471 *n.* 2 *part* 4 *recent.* Andr. *dec.* 61. *n.* 2. Duran. *decīſ.* 48 *n.* 1 *& n* 3. Beltram. ad Greg. *decīſ.* 437. *n.* 9 Fetcotill. ad Buratt. *dec.* 179 *lit.* A, *& dec.* 887. *n.* 3. 24 25

Sed

Digitized by Google

26 Sed etiam omnem poſſeſſionem, Rota *dec.* 277. *nu.* 1. *par.* 1. *recent.* Cavaler. *dec.* 128. *num.* 6. & *dec.* 420 *num.* 2. Buratt. *dec.* 179. *nu.* 4. & tàm civilem, quàm naturalem, itaut penes Conſtituentem nihil remaneat, niſi nuda detentatio, *l. quod meo*, ubi Bart. *num.* 3. *ff. de acquir. poſſ.* Ang. *conſ.* 373. *viſis omnibus*, *in princ.* Caſtr. *conſ.* 10. *Si vera*, *nu.* 3. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 82. *Perſpectis*, *num.* 7. *verſ. nec prædictis*, *lib.* 2. Tiraq. *de Jur. conſt. poſſ. par.* 1. *nu.* 4. Saluſt. Tib. *in prax. lib.* 1. *c.* 57. *nu.* 9. *ante fin. verſ.* & *licet* Rota *dec.* 551. *nu* 4. *par.* 2. & *dec.* 408. *nu.* 8. *par.* 4. & *dec.* 261. *nu.* 15. *par.* 7. *recent.* Buratt. *dec.* 145. *num* 2. Cavaler. *dec.* 128. *nu.* 6.

27 Secundò operatur etiam tranſlationem dominii, Angel. *d. conſ.* 373. *viſis in princ.* Alex. *conſ.* 92. *Perſpectis*, *nu* 1. ubi de communi *lib* 1. Rota *dec.* 261. *num.* 16. *par.* 7. *recent.* Cavaler *dec.* 399. *num.* 2. Duran. *dec.* 84 *n.* 16. & *num.* 18. etiam in infantem ex ſtipulatione Notarii, Seraph. *dec.* 472. *nu.* 8. & *ſeq.*

28 Tertio tribuit facultatem capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, Rota *dec.* 339. *nu.* 39. *par.* 1. *recent.*

† Sed nihilominus Debitor, qui conſtituit ſe nomine Creditoris poſſidere, & multo magis Tertius poſſeſſor habens cauſam ab eo, debet citari ad videndum aſſociari, ut ſupra, *l. de unoquoque*, *ff. de re jud.* Saluſt. Tiber *in Prax. lib.* 1 *cap.* 57. *nu.* 9. & ita quotidie obſervat Praxis.

29 Quartò Conſtitutum probat poſſeſſionem ad quoſcumque effectus, Mart. *de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 20 *n.* 4. Beltram. ad Greg. *dec* 437. *nu.* 6. Coccin. *dec.* 240. *nu.* 4. & operatur, ut Conſtitutario competant omnia remedia poſſeſſoria, Oſaſch. *dec.* 133. *nu.* 7. Greg. *dec.* 437. *nu.*.... & ibi Beltram. *nu.* 6.

30 Et ob id eſt ſufficiens ad intentandum remedium recuperandæ, Saluſt. Tib. *lib* 1. *c.* 57. *num.* 10. Tiraq. *de jur. conſt poſſ part* 2. *ampl* 11. *num* 1. Beltram. ad Greg. *dec.* 437. *nu.* 5 Andr. *dec* 86. *num.* 1. & reintegrandæ, Oſaſch. *dec.* 133. *nu.* 7. Buratt. *dec.* 317 *nu* 1. & *dec.* 736. *nu.* 2. &
31 *ſeqq.* & † ad probandum primum extremum in Spolio, Mart. *de Clauſ. par.* 1. *clauſ.* 20. *nu.* 3. Duran. *dec.* 89 *nu* 1.
32 necnon ad † obtinendum mandatum de manutenendo, Rota *dec.* 599. *nu* 1. *par.* 4. *recent.* cum aliis ſuperius alle-
33 gatis Et † denique ad probandam poſſeſſionem debitoris, & ſic primum extremum in Salviano, Seraph. *dec.* 1415 *nu.* 1. & *ſeq.* Greg. *dec.* 491. *nu.* 10. Buratt. *dec.* 780. *nu.* 1. Duran. *dec.* 40. *nu.* 2. *dec.* 193. *num.* 2. & *ſeq.* & *dec.* 401 *num* 6.

34 Quintò operatur ſignanter, ut illius virtute poſſit agi ad poſſeſſionis actualis traditionem, Rota *dec.* 242. *nu* 1. *part* 7 *recent.* & ſit Conſtitutario concedendum mandatum de aſſociando, Rota *dec.* 587. *nu.* 4. *par.* 2. & *dec.* 34. *n.* 1 & *dec.* 65. *n* 1. *part.* 6. *recent.* etiam creditori, Durand. *dec.* 164. *nu.* 1. & *nu.* 5. ideò quod Conſtituens ſe Conſtitutario opponere non valeat, Rota *dec.* 232. *nu.* 2. *par.* 2. *recent.*

35 Et † inſuper ſit dictum mandatum concedendum, etiam contra ſingularem ſucceſſorem, Duran. *dec.* 49. *num.* 7. etiam mortuo Conſtituente, quia Conſtitutarius ob id non privatur ſua poſſeſſione, latè Tiraq. *de jur. conſt. poſſ. par.* 2. *ampliat.* 13. *nu.* 4. cum aliis, quos cumulat, & ſequitur Buratt. *dec.* 625. *num.* 3. & ibi Ferentill. *lit. A.*

36 Sed hæc non procedunt quando Conſtitutarius eſt negligens in apprehendendo poſſeſſionem actualem, & patitur illam ab alio occupari, nam videtur ſuſpicari ſe poſſe repelli, Rota *dec.* 694. *num* 8. *par.* 1. & *d. dec.* 34. *n.* 2. & *d. dec.* 65. *nu.* 8. *par.* 6. & *dec.* 181. *n.* 5. *par.* 7. *recent.* niſi Conſtitutarius ignoraſſet, nam tunc non poſſet ei negligentia imputari, Rota *d. dec.* 181. *n.* 6. *par.* 6. *recent.*

37 Sextò Conſtitutum poſſeſſorium probat poſſeſſionem Conſtituentis contra eum, Cavaler. *dec.* 473. *nu.* 2. Rota *dec.* 520. *nu* 2. *par.* 2. *recent* Greg. *dec.* 362. *nu.* 1. & *ſeq.* & non ſolum contra Conſtituentem, ſed etiam contra ejus hæredes, & alios cauſam ab eo habentes, Saluſt. Tiber. *in prax lib.* 1. *c.* 57. *num.* 9. *poſt med.* Rota *Januen. dec.* 13. *nu.* 14. Gregor. *dec.* 491. *nu.* 10. Rota *dec.* 324. *nu.* 5. *par.* 2. & *dec.* 182. *nu.* 2. & *dec.* 408. *n.* 11. & *dec.* 412. *nu.* 3. & *dec.* 599. *nu.* 1. *par.* 4. & *dec.* 59. *num.* 4. *par.* 6. *recent.* Duran. *dec.* 49. *nu.* 3. & *dec.* 193. *nu.* 3. & *dec.* 401. *nu.* 6. etiamſi habens poſteriorem cauſam hujuſmodi à
Conſtituente ſit ſucceſſor ſingularis, Tiraq. *de Jur. conſt. poſſeſſ par.* 3. *limit.* 1. *nu.* 23. Rota *dec.* 766. *num.* 11. *par.* 1. *diverſ.* & *dec.* 587 *num* 4. *par.* 3. *recent.* Duran. *d. dec.* 49.
n. 3. quinimò probat poſſeſſionem Conſtituentis, etiam 38
contra Conſtitutarium, Rota *dec.* 539. *num.* 2. *par.* 4. & *dec.* 190. *nu.* 2. *par.* 7. *recent.* Beltram. ad Gregor. *dec.* 362. *nu.* 11. ſicut ad ejus favorem, *ex prædallegatis*, & contra alios habentes cauſam ab illo, Rota *in S. Severini Dotie, ſeu Salviani*, 4. *Maii* 1640. *coram R.P.D. Dunozet. in §. verum etiam.*

Conſtitutario verò mortuo efficit, ut continuetur 39 poſſeſſio in ejus hæredes ſi debitor, vel alius etiam illorum nomine ſe poſſidere conſtituerat, Duran. *dec.* 84. *nu.* 30.

Illud certum eſt, Conſtitutum probare inter contra- 40 hentes, & habentes poſteriorem cauſam ab eis, Rota *dec.* 412. *nu.* 3. *par* 4. *recent.* Buratt. *dec.* 505. *n.* 2. ubi quod ita fuit ſæpius reſolutum.

Sed hoc primò non procedit ad favorem Conſtituentis, 41 nam tunc ex ſolo Conſtituto poſſeſſio ejus non probatur, Cavaler. *dec.* 473. *nu.* 2.

Secundò non procedit contra Tertium non habentem 42 Cauſam aliquam à Conſtituente, quia tunc Conſtitutum, ſolum, quoad probandam Conſtituentis poſſeſſionem nihil operatur, Gloſ. *in l.* 1. *in verbo traditis*, & ibi Ang. *num.* 4. *C. de acquir. poſſ.* Alex. *conſ.* 10. *n.* 2 *lib.* 4 Tiraq. *de jur. conſt. poſſ. par.* 3. *limit.* 1. *num.* 20. & *ſeq.* Seraph. *deciſ.* 302. *num.* 6. Rota *deciſ.* 768. *nu.* 4 *par.* 2. *recent.* ſed poſſeſſio debet aliundè probari de tempore contractus, Saluſt. Tib. *in prax. lib.* 1. *c.* 57. *num.* 9. *verſ. præmittendum*, Rota *dec.* 408. *n.* 11. *par.* 4. *recent.* Buratt. *dec.* 701. *num.* 3.

Septimò Conſtitutum appoſitum in contractu dona- 43
tionis ſimplicis facit illam præſumi inter vivos, Rota *dec.* 9. *n.* 21. *par.* 7. *recent.* Ferentill. ad Buratt. *dec.* 581. *n.* 19.
niſi † donans expreſſiſſet, ſe cauſa mortis donare, tunc 44
enim in claris non eſt opus conjecturis, *l. continuus*, *§. cum ita*, *ff. de verb. oblig.*

Octavò Conſtitutum poſſeſſorium tamquam acceſ- 45
ſorium aſſumit naturam contractus, cui adjicitur, Rota *deciſ.* 549. *n.* 5. *par.* 1. *diverſ* Ferentil. ad Buratt. *dec* 937. *num.* 17. & *ſeq.* & ab eo regulatur, Cavaler. *deciſ.* 5. *n.* 6. & intelligitur ſecundum ſubjectam materiam, Rota *dec.*
61. *num.* 30. *par.* 7. *recent.* & † ob id contractu nullo exi- 46
ſtente, nihil operatur. Saluſt. Tiber. *lib.* 1. *c.* 57 *n.* 12. & *ſeq.* Rota *dec.* 549. *n.* 5. *par.* 1. *diverſ.* Burat. *dec.* 220. *n.* 10. & ibi Ferentill. *num.* 13. Duran. *deciſ.* 155. *n.* 20. & *ſeqq.*
& † ſi apponitur in obligatione conditionali, efficitur 47
conditionale, Rota *dec.* 471. *n.* 4. *par.* 4. *recent.* Durand. *deciſ.* 154. *num.* 2. purificata tamen conditione retrotrahitur, niſi medio tempore ſit alteri jus quæſitum, Tiraq. *de Iur. conſt poſſ. par.* 2. *ampliat.* 17. *n.* 4. Hond. *conſ.* 18. *n.* 66. & *ſeq. lib.* 2 Rota *d. dec.* 471. *n* 6. *par.* 4. *recent.* Buratt. *deciſ.* 952. *num* 6.

Sunt tamen plures, in quibus Conſtitutum poſ- 48 ſeſſorium nihil operatur, &

Primus caſus eſt, quando conſtat, quod Conſtituens de tempore, quo ſe nomine alterius poſſidere conſtituit, non poſſidebat, *l. quamvis*, *§.* 1. ubi Gloſ. *in fin.* & *DD. ff. de acq. poſſeſſ* Tiraq. *de Iur. Conſt. poſſeſſ. par.* 3. *limit.* 1. *num.* 1. & *ſeqq.* Rota *deciſ.* 63. *n.* 5. *par.* 1. *recent.* Buratt. *deciſ.* 220. *nu.* 8. & ibi Ferentill. *ſub lit. B.* vel poſſidebat, ſed nomine alterius, Buratt. *deciſ.* 505. *n.* 1. vel conſtat, quod poſſidere non poterat, Rota *deciſ.* 787. *n.* 3. *par.* 3. *recent.*

Secundus, quando quis conſtituit ſe poſſeſſurum poſt 49 mortem, quia tunc confertur in tempus, in quo quis poſſeſſurus non eſt, *l. qui univerſas*, *§. quod per Colonum*, & *l. cum Hæredes*, *in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* cum aliis cumulatis per Tiraq. *de jur. conſt. poſſ. par.* 3. *limit.* 2. *n.* 1. Saluſt. Tiber. *d. lib.* 1. *cap.* 57. *n.* 11. Rota *deciſ.* 258. *n.* 3. & *ſeq. par.* 4. *recent.* Duran. *dec.* 62. *n.* 11. & *dec.* 84. *n.* 6. & *dec.* 134 *n.* 3.

Sed hoc ſignanter non procedit, quando in Conſti- 50
tuto appoſita eſt clauſula, *ex nunc prout ex tunc*, Tiraq. *de Iur. conſt. poſſ. d. par.* 3. *limit.* 2. *n.* 15. Buratt. *dec.* 179. *nu.* 8.
& *dec.* 220. *n.* 9. Rota *dec.* 787. *n.* 4. *par.* 3. *recent.* ubi † alias 51
deciſiones cumulat; Natura enim hujus clauſulæ, *ex*

nunc prout ex tunc, operatur, ut unum tempus alteri inſit Rot. *dec.* 86. *n.* 18. *p.* 7. *recent.*

52 Tertius caſus eſt, quando Conſtitutum apponitur in contractu nullo, & invalido, Tiraq. *de Jur. Conſt. poſſ. p.* 3. *limit.* 7 Saluſt. Tib. *lib.* 1. *c.* 57. *n.* 13. Rot. *dec.* 224. *n* 5. *p* 2. *diverſ.* & *deciſ.* 694. *n.* 9. *par.* 1. & *dec.* 787. *n.* 5. *p.* 2. *recent.* Cavaler. *dec.* 473. *n.* 3. Buratt. *dec.* 200. *n.* 1. & *ibi* Ferentill. *n.* 13. Duran *dec.* 155. *n.* 22.

53 Quartus, quando apponitur in contracto ſimulato, Tiraq. *de Iur. conſtit. poſſ. p.* 3 *limit.* 8. Saluſt. Tib. *d. l. c. c.* 57. *n* 13.

54 Quintus, quando Conſtituens remanet in poſſeſſione, Tiraq. *p.* 3. *limit.* 9. Bart. *in l. ſicut*, §. *ſupervacuum*, *nu.* 5. *in fin. ff. quib mod. pig.* Caval. *deciſ.* 503. *numer.* 1. ubi quod hoc non procedit quando remanens poſſideret jure familiaritatis.

55 Sextus quando Lex, vel Statutum, vel conſuetudo requirit veram, & realem, & actualem traditionem, Tiraq. *de Iur. conſt. poſſ. p.* 3. *limit.* 11. Mart. *de Clauſ. p.* 1. *clauſ.* 20. *n.* 13. *verſ. ubi Statutum*, Grat. *dec.* March. 238. *n.* 6. Andr *dec.* 86. *n* 2.

56 Septimus caſus, quando quis conſtituit ſe generaliter poſſidere rem incertam ratione quotæ, & loci, *l.* 3. §. *incertam*, *ff. de acquir. poſſeſſ.* Tiraq *de Iur. conſt. poſſ p.* 2. *amplia t.* 32. *n.* 10. & *d. p.* 3. *lim.* 19. *n.* 1. Gamm. *dec.* 56. *ubi de communi*, Cavaler. *dec.* 391. *n.* 2. Rot. *dec.* 787. *n.* 2. *p.* 3. *recent.* Buratt. *dec.* 220. *n.* 6. & *ibi* Ferent. *ſub lit. A.*

57 Sed hoc primò non procedit, quando res incerta poſtea certificaretur, Tiraq. *d. p.* 3. *limit.* 19. *n.* 4. Buratt. *deciſ.* 220. *num* 7.

58 Secundò non procedit, quando res eſt certa, ſaltem ratione loci vel quotæ, quia ſufficit certitudo ratione alterius Tiraq. *de Iur. conſt. poſſ. part.* 3. *limit* 19. *num.* 2. cum aliis ſupra allegatis.

59 Tertiò non procedit quando Conſtitutum eſt appoſitum ſuper omnibus bonis præſentibus, & futuris, nam tunc operatur tranſlationem poſſeſſionis in Conſtitutarium, Alex. *conſil.* 85. *num* 8. *verſ.* & *etiam quia*, *lib.* 6. ubi de communi teſtatur, & ibi Apoſtilla *in verb. futuris*, dat concordantes, & dicit communem Tiraq. *de Iur. conſt. poſſ. part.* 2. *ampl.* 31. & *ampl.* 32. *num.* 1. & *ſeqq.* & *num.* 12. ubi de receptiori, & in practica obſervata opinione teſtatur Duran. *deciſ.* 49. *num.* 13. ubi quod alias obligatio communis bonorum præſentium &, futurorum inſerviret de vento.

60 Et ratio eſt quia in hoc caſu adeſt reſpectu univerſi ab initio certitudo, quæ ſufficit, *arg. l. qui jure militari*, *ff. Teſt. Milit.* Tiraq. *de Iur. Conſtit. poſſ. part.* 2. *ampliat.* 32. *numer.* 11. Secus ſi ab initio non fuiſſet certitudo in particulari, nec in univerſo, in quibus terminis procedit *d. l.* 3. §. *incertam*, & *l. locus*, *ff. de acq. poſſ.* cum aliis allegatis ſupra *verſ.* 7. *caſus*, Tiraq. *d. par.* 2. *ampl.* 32. *num.* 11

61 Octavus, quando res eſt emphiteutica, donec obtineatur inveſtitura à Domino directo.

Nonus, quando Conſtituens fictè poſſidet.

Decimus, ubicumque intervenit alia fictio, vel fictus titulus.

Decimus primus, quando nulla adeſt cauſa, vel titulus cui Conſtitutum accedere poſſit.

Decimus ſecundus, quando Lex utitur verbo accipiendi quia tunc requiritur corporalis traditio.

Decimus tertius, quando res eſt apud Conſtitutarium ignorante Conſtituente.

Decimus quartus, quando Procurator eſt conſtitutus ſimpliciter ad vendendum, non poteſt transferre poſſeſſionem per Conſtitutum, aut alium actum fictum.

Decimus quintus, Colonus, Conductor, & alii per quos poſſidemus, non poſſunt transferre poſſeſſionem noſtram per Conſtitutum.

Decimus ſextus. Tutor, & Curator non poſſunt per Conſtitutum transferre poſſeſſionem pupilli, vel minoris.

Decimus ſeptimus, Prælatus ſine conſenſu Capituli non transfert poſſeſſionem rei Eccleſiaſticæ.

Decimus octavus, Iudex, vel alius repræſentans factum Partis, non transfert poſſeſſionem per Conſtitutum, niſi quando non potuit ingredi fundum, & tradere poſſeſſionem realem, vel niſi quando in contrarium extaret conſuetudo, vel niſi quando mitti juſſus ex alia cauſa detineret, vel denique niſi quando exequutor uſus eſt illis verbis, dedit, tradidit, quia tunc poterit is, qui obtinuit ingredi poſſeſſionem propria authoritate.

Decimus nonus, quando Conſtitutarius, eſt incapax poſſeſſionis illius rei, quam quis Conſtituit ejus nomine poſſidere.

XX. quando agitur de reſolutione contractus, qui fuit per realem traditionem conſumatus, ſed eſt opinio controverſa, & contrarium tenet etiam Tiraq. *d. par.* 3. *limit.* 20. nàm is cui facta eſt traditio, realiter poſſidet, ergo poteſt per Conſtitutum poſſeſſionem in eum, qui tradidit transferre.

XXI. quando Conſtitutarius fuit negligens per decem annos in accipiendo poſſeſſionem actualem, Rot. *dec.* 634. *nu.* 5. *p.* 1. *recent.* & ita cenſuit Signatura *in Faventina Donationis*, inter DD. de Caccinis, & Marcum Antonium Fornaſarium, *die* 17. *Septembris* 1633. *proponente R. P. D. meo à Valle*.

XXII. quando Precarium eſt appoſitum in contractu conductionis, nàm per illud transfertur poſſeſſio in conductorem.

XXIII. quando in eodem contractu eſt appoſitum ſimplex conſtitutum, & Precarium, quia ſe mutuo impediunt; ſed hæc eſt res contraverſa, & contrarium tenet Tiraq. *de Iur. conſt. poſſ. p.* 3. *limit.* 23.

XXIV. quando precarium, & affictus apponuntur in eodem contractu, quia tunc adeſt repugnantia, ſed ſi hoc eſſet verum precarium ſemper eſſet inutile in contractibus onerosis ut advertit Tiraq. *d. p.* 3. *lim.* 24.

XXV quando apponitur in aliquo contractu inter perſonas prohibitas, Buratt. *dec.* 250. *n.* 10.

XXVI. quando Lex, ſeu Conſtitutio pænalis loquitur de traditione, quis non incidit in pœnam, ſi conſtituat ſe pro alio poſſidere; In contrarium tamen eſt magis communis opinio.

XXVII. quando poſſeſſio eſt translata per conſtitutum, Dominus directus non poteſt exigere laudemium, antequam emptor accipiat realem poſſeſſionem.

XXVIII. quando emptor tenetur ad uſuras pretii non ſoluti, non ſufficit traditio per conſtitutum, ſi adhuc venditor fructus rei venditæ percipiat, ſecus ſi illos percipiat emptor.

XXIX. quando ceſsat cauſa, ſeu titulus, cui eſt adjectum conſtitutum, ceſsat etiam ipſum conſtitutum.

XXX. quando quis conſtituit ſe poſſidere nomine abſentis, niſi poſtea abſens id ratum habeat.

XXXI. quando Notarius apponit conſtitutum in aliquo contractu, abſque eo, quod id fuerit à partibus expreſsè conventum.

Hos caſus latè tradit, & diſcutit Tiraq. *de Iur. conſt. poſſeſſ. part.* 3. *per tot.* ideò ad eum in facti contingentia poterit haberi recurſus.

XXXII. caſus, quando conſtitutum concurrit cum alio conſtituto anteriori, Rot. *deciſ.* 150. *num.* 8. *part.* 7. *recent.*

XXXIII. quando quis poſseſſionem ſemel accepit, conſtitutum amplius non operatur, Cavaler. *deciſ.* 6. *num.* 4.

XXXIV. quando res fuit evicta medio tempore, Cavaler. *dec.* 5. *nu.* 6.

XXXV. quando nullitas contractus fuit in controverſiam deducta, non datur immiſſio vigore conſtituti, quia ejus virtus interim eſt ſuſpenſa, Scacc. *conſ.* 78. *num.* 7. *lib.* 3. cum aliis cumulatis per Ferentill. ad Buratt. *dec.* 220. *nu.* 15. & *ſeqq.* ubi quod hoc non procedit, quando exceptio non probatur incontinenti, ſed reiicitur ad petitorium, Rot. poſt Pacif. de Salv. *dec.* 92. *num* 6.

XXXVI. quando agitur de poſseſſione actuali; nàm illa per conſtitutum non transfertur niſi corporaliter apprehendatur, Saluſt. Tib. *in prax. lib.* 1. *cap.* 57. *num.* 9. Pot. *dec.* 2. *de empt.* & *vend.* Rot. *dec.* 242. *nu.* 1. *par.* 1. *recent.*

Clauſula, *Conſtituens* &c. non importat poſseſsorium conſtitutum, nam de ſtylo tantum extenditur, *Conſti-* B 62

tuens

Digitized by Google

ituens Procuratorem in rem propriam, ut colligitur ex Bertaz. clauſ. 28. gloſ. 1. & clauſ. 29. gloſ. 1. Mart. de Clauſ. par. 1. clauſ. 232. & tradit aperte Duran. dec. 134. num. 1. quod tranſit ſine difficultate.

C Per illud verbum, & donec &c. extenditur clauſula
63 conſtituti poſſeſſorii, de communi ſtylo Notariorum Ur-
64 bis, ut teſtatur Rota dec. 257. nu. 5. par. 4. recent. Et † ſimiliter clauſula conſtituti ſub clauſula cætera, & interim &c. continetur, Duran. dec. 401. num. 8. & eo magis, quando clauſula, & interim, &c. non poteſt intelligi de conſtitutione Procuratoris, dum ille fuit in alia ejuſdem inſtrumenti parte conſtitutus, Duran. d. deciſ. 401. nu. 9.

D Regulariter poſſeſſio non acquiritur, niſi actualiter
65 ac penitus expulſis Colonis, ſeu Inquilinis à facie rei, cujus poſſeſſio capitur, apprehendatur, l. quamvis. §. 1. & l. peregre. § quibus, ff. de acq. poſſ. Saluſt. Tiber. lib. 1. cap. 57. nu. 8. Verall. dec. 169. par. 3. Put. dec. 2. & dec. 17. de cauſ. poſſ. & prop. Rota dec. 412. nu. 1. par. 4. diverſ. & poſt Pacif. de Salv. dec. 141. nu. 8. Ferentill. ad Buratt. dec. 732. nu. 5. & ſeqq.

66 Sed hoc primo non procedit quando poſſeſſio eſt vacans, quia, dum tunc Colonus, vel Inquilinus alteri non poſſideat, ſufficit quod capientem poſſeſſionem in dominum recognoſcat, Rolan. conſ. 46. nu. 12. lib. 2. Afflict. dec. 67. n. 6. Verall. dec. 169. par. 3. Rot. poſt Pacific. de Salv. d. dec. 141. nu. 9.

Recognitio autem in dominum fieri poterit, reſpondendo illi de fructibus prædii, vel ſolvendo penſiones domus, & cum obligatione jurata de faciendo promiſſa, Salust. Tib. d. lib. 1. cap. 57 nu. 7. Afflict. dec. 345. num. 3. Seraph. dec. 567. nu. 3. Buratt. dec. 732. nu. 1. & ibi Ferent. nu. 9. verſ. hoc tamen.

67 Secundò non procedit, quando poſſeſſio fuit capta authoritate, & de mandato Judicis, quo caſu ſufficit, vel expulſio Colonorum, ſeu Inquilinorum, vel recognitio, l. peregre, §. quibus, ff. de acquir. poſſ. Afflict. dec. 325. nu. 3. Rota in Aſten. Feudi 16. Aprilis 1583. cor. bo. me. Bubalo, Duran. dec. 84. nu 8.

68 Quoniam cum immiſſio facta auctore Prætore idem operetur ſine ulla violentia, quod operatur violenta expulſio, per quam perditur omnis poſſeſſio, tam civilis, quam naturalis, aliquam expulſionem Colonorum, aut Inquilinorum non etiam tunc neceſſariam, per doctrinam Angel. in l. qui adverſus, §. item cum Prætor, verſ. in textu, ff. de acquir. poſſeſſ. tradit Rota dec. 802 nu. 6. & ſeq. par. 1. & dec. 62. nu. 3. & ſeq. par. 2. diverſ. Seraph dec. 342 nu. 4. Rota dec. 293. nu 5. in fin. par. 1. & dec. 226. nu. 6. & dec. 303. nu. 1. par. 6. & dec. 306. num. 3. par. 7. recent. Gregor. dec. 69. nu. 2. & dec. 203. nu. 1.

69 Nam authoritas Judicis operatur, ut poſſeſſor debeat ſuſpicari ſe poſſe repelli, Rota dec. 641. nu. 7. par. 1. diverſ. & dec. 226. nu. 7. par. 6. recent. quæ ſola ſuſpicio ſufficit ad amittendam poſſeſſionem, Seraph. dec. 789. num. 2. Beltramin. ad Greg. dec. 203. nu 5. Et ob id per † eamdem
70 Angel. doctrinam, quando poſſeſſio capitur Judicis authoritate, & mandato, nec etiam recognitionem aliquam eſſe neceſſariam, dixit Rota in d. Aſten. Feudi 16. Aprilis 1584. cor. bo. mem. Bubalo.

Sed hoc procedit quando Judex ritè, & rectè cauſa cognita procedit, aliàs ſecus, Rota in Romana domus de anno 1592. coram bo. me. Cardin. Lancell. & in d. Aſten. Feudi 16. Aprilis 1584. coram bo. me. Bubalo, Duran. d. dec. 84. nu. 8 & ſeq.

71 Eſt enim certa in jure concluſio, quod Judex ritè, & rectè procedendo, privat poſſeſſione, Angel. in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, num. 2. in fin. & ibi Imol. nu. 1. in fin. verſ. ſit autem, Roman. num. 3. verſ. 2. Alex. nu. 3. in fine, Jaſ. nu. 20. Seiſell. nu. 3. ff de acq. poſſ. Compoſtell. in cap. tranſmiſſam, nu. 3. verſ. de poſſeſſione alterius, & ibi Jo. Andr col. pen. circu med. verſ. ideò dixit, Butr. nu. 17. in fin. Card. qu. 5. Henric. Belc. nu. 4. & ſeq. de elect. Ferrent. conſ. 5. nu. 9. in fin. lib. 2. Rota dec. 62. nu. 3. & ſeq par. 2. diverſ. & dec 293. n. 5. par. 1. & dec. 78. nu. 3. & dec. 123. nu. 13. & dec. 229. nu. 6. & dec. 306. nu. 5. par 7. recent. Gregor. dec. 9 nu. 4. & dec. 69. nu. 3. dec. 203. nu. 1. & ibi Beltramin. nu. 5. Cavaler. dec. 2. nu. 4. & ſeqq. dec. 42. nu. 2. dec. 62. nu. 2. dec. 470. nu. 4 & dec. 478 nu. 4. Duran. dec. 257. nu. 4. & num. 17. & fuit alias ſæpè deciſum.

72 Secus, quando Judex iniuſtè, & nulliter procedit, tunc enim aliquem ſua poſſeſſione non privat, Ang. in l. clam. poſſidere, nu. 2. in fin. ff. de acquir. poſſ. Alex. in l. juſtè poſſidet, nu. 5. ff. de acquir. poſſeſſ. Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſ. Roman. conſil. 358. num. 1. & ibi Mandoſ. lit. A. Ruin. conſil. 17. nu. 7. lib. 5. Rolan. conſ. 5. nu. 18. lib. 2. Cavaler. dec. 48. nu. 2. Buratt. dec. 32. nu. 4. & dec. 569. nu. 2. Gregor. dec. 9 nu. 4. dec. 69. nu 3. dec. 105. nu. 22. dec. 458. n. 9. dec. 546. nu. 2. & dec. 555. nu. 6 Duran. dec. 114. nu. 3. dec. 432. nu. 6. dec. 198. nu 17. & dec. 257. nu. 4.

Adeò quod neque in hoc caſu recognitio Colonorum ſuffragetur Rot. dec. 555. num. 1. & ſeqq. & num. 7. part. 1.
73 recent. cum † nec de jure novo Colonus poſſit intervertere poſſeſſionem Domini, alteri poſſeſſionem tradendo, cumque in dominum recognoſcendo, l. fin. C. de acquir. poſſ. Rot. dec. 139. nu. 22. ubi de communi, part. 6. recent.
74 Et † Rota paſſim contra factum Judicis nulliter, & iniuſtè procedentis concedit mandatum de manutenendo, Buratt. dec. 393. num. 3. & ibi Ferentill. ſub lit. B. Duran. dec. 114. n. 4. Rot. in Romana vineæ, 17. Junii 1642. coram R. P. D. Ghiſilerio.

75 Sed hoc primò non procedit, quando poſſeſſor, ſuſpicando ſe poſſe repelli à poſſeſſione, habet ſe pro ſpoliato, Afflict. dec. 395. nu. 7. Put. dec. 419. nu 4. & ſeqq. l. 2. Rot. dec. 81. nu. 1. p. 1. diverſ. Greg. dec. 105 num. 22. tunc enim intrat Spolium, Abb. in cap. conquerente, nu. 8. de reſtit. ſpol. Rolan. conſil 6. nu. 33. lib. 3. Gregor. dec. 43. nu. 2. dec. 105 nu. 5. dec. 198. nu 2. & dec. 209. num. 2.
76 Coccin dec. 97. nu. 1. Et † fuit ſæpius deciſum, cum hoc caſu Judex, qui nec ritè, nec rectè procedit, dicatur de facto procedere, ut privatus, & propterea ſpoliare, Cravett. conſil. 140 nu. 2. Roman conſil. 158 nu. 6 Gabr. de reſtit. ſpoliat. concluſ 1 nu. 24. Verall. dec. 186. p. 3. Put. dec. 419. nu. 3. & ſeqq lib. 2. Seraph. dec 869. num. 1. Rot. dec. 163. nu 11. part. 1. & dec. 646. nu. 1. & dec. 724. num. 5. part. 2. & dec. 793. nu 1. p. 3. & dec. 81. num. 1. & dec. 448. nu. 6. par. 4. rec. Cavaler. dec 337. nu. 1. dec. 524. nu. 5. & dec. 539. nu. 9. Gregor. dec. 362. nu. 4. ubi quod ita fuit ſæpiſſimè deciſum. Debet tamen iniuſtitia ad dictum effectum eſſe patens, & notoria, † Rota d. dec. 646. nu. 77
1. par. 2. recent. & aliàs ſæpè.

78 Secundò non procedit, quando quis per decennium fuit negligens in recuperando naturalem, nàm tunc perditur etiam poſſeſſio civilis, Bart. in l. ſi de eo §. ſi forte, nu. 4. de acquir. poſſ. Crav. conſ. 235 num. 2. Curt. Sen. conſ. 24. nu. 4. Alex conſ. 94. num 7. verſ. nec obſtat, l. 5. ubi de magis communi opinione teſtatur, Benintend. dec. 10. num. 3. Caſsad. dec. 5. num. 3. de reſtit. ſpoliat. Rot. dec. 81. num. 1. p. 2. diverſ. Cavaler. dec. 242. nu. 4. & dec. 470. nu. 2.

De Salviano interdicto Pars II. Cap. VI.

S U M M A R I U M.

1 *Salvianum interdictum quid ſit.*
2 *Salvianum competit creditori in bonis hypothecatis etiam contra tertium, ad effectum ſatisfaciendi de fructibus.*
3 *Salvianum competit etiam Legatario, & Fideicommiſſario, & cui competit hypotheca, ad effectum conſequendi rem ſibi relictam, ſeu debitam.*
4 *Monitorium in Salviano, ad effectum ſe ſatisfaciendi de credito ex fructibus, & ejus Formula.*
5 *Monitorium in Salviano ad effectum conſequendi rem ſibi relictam, ſeu debitam, & ejus Formula.*
6 *Proteſtatio rei convocati contra monitorium, & ejus Formula.*
7 *Monitorium eſt verificandum.*
8 *Bonis, in quibus petitur immiſſio, penes debitorem exiſtentibus, quid probandum pro verificatione monitorii.*
9 *Bonis penes tertium exiſtentibus ſunt in Salviano* pro-

probanda duo extrema, & quæ.

10 *Petita immiſſione in poſſeſſionem bonorum legatorum, vel fideicommiſſo ſubjectorum, docto de exiſtentia legati, vel fideicommiſſi, ſunt adhuc probanda duo extrema, & quæ.*

11 *Si monitorium eſt verificandum per ſcripturas, quomodo citanda pars, & conficiendus proceſſus.*

12 *Si Scripturæ non ſufficiunt pro verificatione Monitorii, ſunt producendi Articuli, & examinandi Teſtes.*

13 *Articuli in Salviano quomodo conficiendi.*

14 *Articuli in Salviano, & eorum Formula.*

15 *Teſtibus in partibus exiſtentibus, ſunt expediendæ literæ miſſivæ.*

16 *Reus conventus in Salviano quid opponere poſſit, & quomodo Actor ab eo citatus ad dicendum contra proteſtari, & quomodo tunc Judex admittere debeat Jura, & Articulos.*

17 *Facta mixtura in Salviano poteſt ſuſpendi Petitorium.*

18 *Proteſtatio facienda pro ſuſpenſione Petitorii, & ejus formula.*

19 *Citatio ad libellandum in terminis ſubſtantialibus in Salviano, & ejus Formula, & Proceſſus.*

20 *Productio Jurium in termino ſubſtantiali, ad dicendum contra producta, & ejus Formula.*

21 *In Salviano, & aliis Poſſeſſoriis ſummariis, ſufficit ſervare quatuor terminos ſubſtantiales.*

22 *Citatio ad articulandum in terminis ſubſtantialibus in Salviano, & ejus Formula, & Proceſſus.*

23 *Citatio ad videndum reiterari terminos ſubſtantiales, & ad Sententiam, & ejus Formula, & Proceſſus.*

24 *Sententia in Salviano, quando agitur pro immiſſione, ad effectum ſe ſatisfaciendi de Credito ex fructibus, & ejus formula.*

25 *Sententia in Salviano, quando agitur pro conſequutione rei ſibi relictæ, vel debitæ, & ejus Formula.*

26 *In cauſis poſſeſſoriis, & aliis omnibus, ſummam ducentorum ducatorum non excedentibus, non eſt neceſſe ſervare terminos ſubſtantiales; ſervati tamen potius poſſunt prodeſſe, quam obeſſe.*

27 *In Poſſeſſoriis ſummariis non datur Appellatio ſuſpenſiva, ideò appellare volens debet adire Præfectum Signaturæ pro Superſeſſoria, & cauſam in Signatura proponendam curare.*

28 *Appellatio eſt infra decem dies coram Judice à quo proponenda.*

29 *Interpoſitio Appellationis coram Judice à quo, & ejus Formula, cum reſponſione Judicis.*

30 *Cedula appellationis à Sententia lata in Salviano, & ejus Formula.*

31 *Commiſſio appellationis in Salviano in Signatura proponenda, & ejus Formula.*

32 *In cauſa non Rotali, quomodo concipiatur Commiſſio appellationis in Salviano.*

33 *Signatura in caſibus, in quibus appellatio non eſt admittenda in Salviano reſcribit cum clauſula*, ſine præjudicio.

34 *Signatura in caſibus, in quibus non eſt ita clarum, ſan appellatio ſit, nec nè admittenda in Salviano reſcribit cum clauſula*, quatenus ſit locus Ægidianæ.

35 *Signatura, ſi appellatio ſit admittenda in Salviano, reſcribit pro appellatione, abſque aliqua clauſula.*

36 *Si ille, qui Sententiam obtinuit, poteſt ad ulteriora procedere, abſque vitio attentatorum, expediri curat Mandatum de Immittendo.*

37 *Mandatum de Immittendo in poſſeſſionem in judicio Salviani, & ejus Formula.*

38 *Exequutor in vim Mandati immittit in poſſeſſionem, & Actuarius de immiſſione conficit Inſtrumentum publicum.*

39 *Inſtrumentum immiſſionis in poſſeſſionem in Salviano, & ejus Formula.*

40 *Aliud Inſtrumentum immiſſionis in poſſeſſionem in Salviano, & ejus Formula.*

41 *Immiſſus in Salviano, ſi non poteſt niſi longo tempore de credito ſatisfieri, & vult devenire ad ſubhaſtationem, debet obtinere reſcriptum à Signatura Sanctiſſimi.*

42 *Commiſſio, quæ obtineri ſolet ab immiſſo in Salviano à Signatura Sanctiſſimi, ad effectum procedendi ad ſubhaſtationem, & ejus Formula.*

43 *Commiſſione ſignata, & Judici præſentata, neceſſe eſt citare Partem ad dicendum contra illam.*

44 *Citatio ad dicendum contra commiſſionem manu Sanctiſſimi ſignatam, & ejus Formula, & Proceſſus.*

45 *Citatio ad videndum præfigi terminum, ad probandum, & reluendum bona, juxta formam commiſſionis, & ejus Formula, & Proceſſus.*

46 *Citatio ad videndum ſubhaſtari bona, juxta formam commiſſionis, & ejus Formula, & Proceſſus.*

47 *Ad Subhaſtationem, & Deliberationem quomodo procedatur remiſſivè.*

48 *Interdictum quid ſit.*

49 *Interdictum eſt multiplex.*

50 *Interdictum unde dicatur.*

51 *Interdictum aut eſt adipiſcendæ, aut retinendæ, aut recuperandæ poſſeſſionis.*

52 *Interdictum Salvianum, quid ſit.*

53 *Salvianum aliud directum, aliud utile.*

54 *Salvianum directum contra quem detur, & ad quid inventum, & contra quem, & ad quid detur utile.*

55 *Salvianum unde dicatur.*

56 *Salvianum utile competit cuicumque creditori hypothecario.*

57 *Cui competit Hypothecaria competit Salvianum.*

58 *Salvianum datur propter hypothecam.*

59 *Hypotheca eſt mater, & fundamentum Salviani.*

60 *Salvianum ceſſat hypotheca ceſſante.*

61 *Salvianum ratione hypothecæ competit Legatario.*

62 *Salvianum utile competit pro Legato.*

63 *Salvianum competit pro Legato, non ſolum contra alia bona per Teſtatorem poſſeſſa, ſed etiam contra res ipſas legatas, ac mobilia, pecunias, & nomina Debitorum.*

64 *Salvianum utile competit Fideicommiſſario, etiam particulari, contra bona fideicommiſſaria à Teſtatore tempore obitus poſſeſſa, & in re fideicommiſſo ſubjecta.*

65 *Salvianum utile competit Hæredi, ac Hæredi Hæredis, ac Subſtitutis in Teſtamento.*

66 *Salvianum utile competit Ceſſionario.*

67 *Salvianum utile competit in aliis caſibus, ratione hypothecæ, de quibus remiſſivè.*

68 *Salvianum ut detur, neceſſe eſt probare requiſita opportuna & neceſſaria.*

69 *Requiſita probanda in Salviano ſunt duo extrema, Primum extremum eſt Creditum cum hypotheca, & poſſeſſio, debitoris de tempore obligationis, vel poſtea.*

70 *Secundum verò extremum eſt poſſeſſio Rei conventi.*

71 *Si agatur pro conſequutione legati, vel fideicommiſſi, primum extremum in Salviano eſt poſſeſſio Teſtatoris de tempore obitus, ſeu conditi teſtamenti, ſecundum verò poſſeſſio rei conventi.*

72 *Salvianum eſt remedium perſonale in rem ſcriptam.*

73 *Salvianum utile redditur contra quemcumque etiam tertium poſſeſſorem, ac etiam contra ſingularem ſucceſſorem, & titulo poſſidentem.*

74 *Si agitur in Salviano contra ipſum debitorem, ſufficit, ultra creditum cum hypotheca, probare poſſeſſionem ipſius debitoris, & quare.*

75 *Creditum eſt fundamentum, hypotheca verò eſt mater Salviani.*

76 *Creditum cum hypotheca in Salviano probatur, non ſolum ex inſtrumentis publicis, ſed etiam ex apocis ſubſcriptis, judicialiter recognitis.*

77 *Primum extremum in Salviano probatur ex inſtrumentis & ſcripturis publicis.*

78 *Primum extremum in Salviano probatur per teſtes.*

79 *Primum extremum in Salviano probatur ex clauſula* Conſtituti.

80 *Primum extremum in Salviano probatur ex confeſſione judiciali, & aliis legitimis probationibus.*

81 *Secundum extremum in Salviano probatur ex inſtrumentis, & ſcripturis publicis.*

82 Se.

Digitized by Google

82 *Secundum extremum in Salviano probatur ex ſcriptura privata.*

83 *Secundum extremum in Salviano probatur per teſtes.*

84 *Secundum extremum in Salviano probatur per confeſſionem partis adverſæ, & per manutentionem.*

85 *Secundum extremum in Salviano probatur ex ſuſtentatione litis, præſertim concurrente aliquo adminiculo.*

86 *Secundum extremum probatur aliis decem modis, de quibus remiſſivè.*

87 *Actor ut obtineat in Salviano, debet plenè probare quod res à reo poſſeſſa ſit eadem quam, debitor poſſidebat.*

88 *Identitatem rei in Salviano ſufficit probare ex verificatione duarum demonſtrationum.*

89 *Iudicium in Salviano dirigitur contra rem, licet, agenti non debeatur principaliter res ſed creditum.*

90 *Salviani natura eſt, ut creditor ſatisfiat de ſuo credito ex fructibus rei, non quod res diſtrahatur, vel adiudicetur.*

91 *Salviani natura in creditore bonorum eſt, ut creditor conſequatur ipſa bona.*

92 *Immiſſus in Salviano, ad effectum ſe ſatisfaciendi ex fructibus non poteſt vendere pignus, ſed debet, agere petitorio, & ſic devenire ad eius diſtractionem.*

93 *Immiſſus in Salviano, qui porrectis precibus Principi, obtinet licentiam diſtrahendi pignus, poteſt illud vendere, abſque eo, quod petitorio agat.*

94 *In Salviano avocatur ſola poſſeſſio, & de illa tantum diſceptatur.*

95 *Immiſſus in Salviano acquirit ſolam detentionem, ita ut creditor non ſibi, ſed debitori poſſideat.*

96 *Fructus in Salviano cedunt in extinctionem debiti ad favorem debitoris, penes quem remanet vera poſſeſſio.*

97 *Creditor immiſſus in Salviano, poſtquam eſt ſatisfactus de credito ex fructibus, tenetur reſtituere debitori bona in quibus fuit immiſſus.*

98 *Creditor ſatisfactus in Salviano, nolens reſtituere bona debitori, dicitur ſpoliare, & competit contra eum actio ſpolii.*

99 *Creditore ſatisfacto ex fructibus de eius credito in Salviano, videtur debitori competere manutentio, ſi non habueſ ſe pro ſpoliato, & quare, & num 100.*

100 *Dictio, donec, eſt de ſui natura limitativa, & determinativa temporis.*

101 *Finita Emphiteuſi competit Domino directo ſummariſſimum poſſeſſorium retinendæ contra hæredes Emphiteutæ.*

102 *Iudicium Salviani debet continere ſummam certam, & quare.*

103 *Conventus in Salviano liberatur, per oblationem crediti.*

104 *Immiſſio in Salviano non impeditur per exceptiones requirentes indaginem.*

105 *Exceptio dominii requirens indaginem fideicommiſſi, detractionis legitimæ, & ſatisfactionis turbidæ, non impedit immiſſionem in Salviano.*

106 *Exceptio melioramentorum illiquida, ſimulationis, nullitatis contractus, & reſpiciens probationes extrinſecas, non impediunt immiſſionem in Salviano*

107 *Exceptio excuſſionis non admittitur in Salviano.*

108 *Contrariam opinionem, vel æquiorem defendit Cæcina.*

109 *Sed à prima opinione, in praxi obſervata, ac recentiori, non eſt recedendum in iudicando, & conſulendo.*

110 *Exceptio præſcriptionis in Salviano non admittitur, niſi ſit 30. vel 40. annorum.*

111 *Tertius poſſeſſor, ſuccedens debitori titulo ſingulari præſcribit hypothecariam decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes.*

112 *Præſcripta hypotheca remanet præſcriptum Salvianum.*

113 *Præſentia in Cive, vel Incola Civitatis præſumitur, niſi contrarium probetur.*

114 *Non valenti agere, non currit præſcriptio.*

115 *Et, cui competit reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ, non obſtat præſcriptio decem, vel viginti annorum.*

116 *Debitore conſtituente ſe nomine alterius poſſidere, non obſtat agenti præſcriptio decem, vel viginti annorum, & quare.*

117 *Exceptiones dominii, & aliæ probatæ, vel probandæ incontinenti, impediunt immiſſionem in Salviano.*

118 *Facta mixtura in poſſeſſorio ſummario, neceſſe eſt ſuſpendere petitorium, & quare,*

119 *Suſpenſio petitorii poteſt fieri in quacumque inſtantia.*

120 *In Salviano quatuor tantum termini ſubſtantiales ſunt neceſſitate obſervandi, & qui.*

121 Innocentius Sextus *Cardinalem* Ægidium *in toto Statu Eccleſiaſtico in Italia Legatum in temporalibus deputavit.*

122 Sixtus Quartus *Conſtitutiones Aegidianas à Cardinale Aegidio editas ad Vrbem, & alia loca Status Eccleſiaſtici extendit, confirmavit, & ſervari mandavit.*

123 Paulus Tertius *Conſtitutiones Aegidianas cum ſua extenſione etiam in Vrbe, & locis ditioni Eccleſiæ immediatè ſubiectis confirmando ſervari mandavit.*

124 Paulus Tertius *Conſtitutiones Carpenſes, à Cardinali* Pio de Carpo *Provinciæ Marchiæ Legato, editas, confirmavit, & in eadem Provincia ſervari mandavit.*

125 *Carpenſes non ligant extra Provinciam Marchiæ, & quare.*

126 *Conſtitutiones Aegidianæ non præiudicant, nec ligant in caſibus, in quibus Statuta locorum particularia diſponunt.*

127 *Appellatio in poſſeſſorio momentaneo de iure civili non datur, quo ad effectum ſuſpenſivum.*

128 *Signatura in poſſeſſoriis ſummariis committit cauſas appellationum cum clauſula,* ſine præiudicio, *vel clauſula,* quatenus ſit locus Ægidianæ.

129 *Si appellatur ab inordinato proceſſu, committitur cauſa appellationis ad utrumque effectum.*

130 *Si infertur præiudicium irreparabile, datur appellatio ad utrumque effectum*

131 *Appellatio in poſſeſſoriis de iure canonico datur ad utrumque effectum.*

132 *Ampliſſima appellandi licentia de iure canonico in poſſeſſoriis fuit per Conſtitutionem Aegidianam, & Summos Pontifices reducta ad terminos iuris civilis.*

133 *Aegidiana habet locum in Salviano, & alio quolibet poſſeſſorio.*

134 *Aegidiana locum habet, etiam ſi ſententia ſit lata per cedulam, dummodo in mero poſſeſſorio.*

135 *Aegidiana, ſi non fuit oppoſita in prima poteſt opponi in ſecunda, vel alia inſtantia contra appellantem.*

136 *Lata ſententia prima ad favorem rei, & ſecunda ad favorem actoris, non eſt locus Aegidianæ.*

137 *Lata prima ſententia evidenter ex eiſdem actis nulla, & iniuſta ad favorem rei, ſecunda verò valida, & iuſta ad favorem actoris, intrat Aegidiana, ſecus ſi prima ſententia fuiſſet revocata uti nulla, & iniuſta ex noviter deductis.*

138 *Si in ſecunda ſententia lata pro actore revocetur expreſſè prima lata pro reo, vel fiat alia mixtura, non intrat Aegidiana.*

139 *Aegidiana habet locum in omnibus locis Romano Pontifici immediatè ſubiectis.*

140 *Aegidiana habet locum, ubi lis vertitur in Curia inter perſonas Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectas, etiamſi bona non ſint Sedi immediatè ſubiecta.*

141 *Aegidiana intrat, ubicumque ſententia fuit reſtricta ad merum poſſeſſorium, licet incidenter ſit cognitum de petitorio, & eo magis petitorio ſuſpenſo.*

142 *Sententia, ut ſit locus Aegidianæ, debet eſſe iuſta, & valida.*

143 *Sententia, ut ſit exequenda, debet eſſe iuſta, & valida.*

144 *Aegidiana habet locum, ſive ſit pronunciatum contra reum ſive contra actorem.*

145 *Aegidiana æqua paratur,* l. poſt C. de moment. *& recipit eaſdem limitationes.*

146 *Aegidiana recipit interpretationem paſſivam à iure communi.*

147 *Aegidianam producere non eſt neceſſe, cum ſit notoria.*

148 *Aegidiana an intret, necne, attenditur ſententia, & non petitio, aut probatio.*

149 *Aegidiana non habet locum inter perſonas eccleſiaſticas.*

150 *Ægi.*

150 *Ægidiana non comprehendit perſonas eccleſiaſticas, etiam ad earum favorem & litis conſortium laicorum.*

151 *Aegidiana non intrat, quando agitur de bonis eccleſiaſticis.*

152 *Aegidiana non intrat, quando agitur de utili dominio Eccleſiæ, etiamſi lis ſit tantum inter laicos.*

153 *Aegidiana nunquam locum habet, quando agitur de aliquo præjudicio Eccleſiæ, etiamſi lis ſit tantum inter laicos.*

154 *Aegidiana intrat, quando agitur tantum de poſſeſſione bonorum emphiteuticorum Eccleſiæ inter laicos, & lis vertitur in foro ſæculari, ſecus ſi in foro eccleſiaſtico.*

155 *Vt dicatur agi de bonis eccleſiaſticis, jus metitur ex parte actoris.*

156 *Bon. me. Cardinalis Aegidius, qui Conſtitutiones Aegidianas compilavit; non habebat juriſdictionem, niſi in temporalibus, & prophanis, unde dictæ Conſtitutiones non ligant perſonas, bona, & cauſas fori eccleſiaſtici.*

157 *Aegidiana non comprehendit eccleſiaſticos; & eorum bona, licet ſit confirmata à Summis Pontificibus, & quare.*

158 *Statutum Vrbis habuit originem à Papa, à quo fuit etiam confirmatum, & ob id tanquam Papale ligat Clericos, & perſonas, & bona eccleſiaſtica.*

159 *Aegidiana non intrat, quando ſententia continet mixturam petitorii.*

160 *Aegidiana intrat, licet mixtura ſit in proceſſu, dummodo non ſit in ſententia, cujus tenor tantum ad hoc debet attendi.*

161 *Licet verba ſententiæ ſint dubia, ſi tamen conſtat Iudicem voluiſſe procedere in ſolo poſſeſſorio, eſt locus Aegidianæ.*

162 *Aegidiana non intrat lata ſententia in petitorio.*

163 *Aegidiana non habet locum in juriſdictionalibus & quare.*

164 *Aegidiana non intrat, quando ſententia eſt notoriè injuſta.*

165 *Aegidiana non intrat, quando ſententia non juſtificatur ejuſdem ex actis ante ſententiam.*

166 *Sententia, ut ſit locus Aegidianæ non poteſt ex noviter deductis juſtificari, niſi poſt ſententiam eſſet facta probatio contraria, nam tunc executio non impediretur.*

167 *Aegidiana intrat, niſi doceatur de notorio gravamine, aut injuſtitia.*

168 *Aegidiana non habet locum, quando conſtat de evidenti nullitate ſententiæ.*

169 *Aegidiana non intrat, ſi agitur de gravamine irreparabili.*

170 *Aegidiana non habet locum in ſententia conditionali.*

171 *Aegidiana non habet locum in Terris Imperii.*

De Salviano interdicto Pars II. Cap. VI.

1 UTile Salvianum interdictum, *a*, quando eſt adipiſcendæ poſſeſſionis remedium, quotidie occurrit in praxi eſt enim poſſeſſorium ſummarium valdè frequens, & utile.

2 Datur autem primò creditori in bonis ei à debitore hypothecatis, ſivè ab ipſo debitore, ſivè à tertio poſſeſſis, ad effectum ſatisfaciendi de ejus credito ex eorumdem bonorum fructibus.

3 Datur, & ſecundò etiam Legatario, & Fideicommiſſario, vel alteri cui competit actio hypothecaria pro conſequutione proprietatis rei legatæ, vel per fideicommiſſum relictæ, aut aliàs ſibi debitæ.

Primò caſu, ſcilicet ſuper immiſſione ad effectum ſe ſatisfaciendi de credito ex fructibus, fit monitorium, Tenoris ſequentis, videlicet.

4 De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C. ſivè R. P. D. NN. ejus in civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis creditoris NN. in ſcutis NN. *(vel in ſcutis NN. pro fructibus decurſis, & non ſolutis cenſus ſcutorum NN. in ſorte, vel aliàs ſecundum facti contingentiam)* Tenore præſentium.

Moneatur NN. exadverſo [*principalis poſſeſſor unius domus ſitæ in Urbe in regione N. juxta bona N. & N. ſi agitur contra principalem debitorem, ſin minus*] detentor, & occupator unius domus ſitæ in Vrbe in Regione N. aliàs per dd. NN. principalem debitorem poſſeſſæ, juxtà bona N. & N. & alios notiſſimos fines, prout in actis ſuis loco, & tempore verificabitur, &c. quatenus infra triduum ſub 500. ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applicandorum &c. & pro illis mandati exequtivi, & in Iuris ſubſidium excommunicationis, aliiſque &c. pœnis &c. debeat dictum Inſtantem in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem dictæ domus, & illius annexorum jurium, & pertinentiarum quarumcumque, immiſiſſe, poſuiſſe, induxiſſe, poſitumque, & inductum, & immiſſum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, & de fructibus, proventibus, & penſionibus ejuſdem reſpondiſſe, & ſatisfeciſſe, damnaque, expenſas, & intereſſe præmiſſorum cauſa, & occaſione paſſa, & patienda &c. ac liquidanda &c. refeciſſe, mandatumque de immittendo, & manutenendo, &c. ac aliud neceſſarium, & opportunum decerni, concedi, & relaxari, jus, & juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe &c. & per d. inſtantem &c. retinendam, & uſufructuandam &c. donec, & quouſque ex fructibus d. domus fuerit de d. ejus credito ſatisfactus (*vel de fructibus cenſus de quo agitur decurſis, nec non decurrendis, vel aliàs ſecundum facti contingentiam*) in vim utilis Salviani interdicti, aut alterius remedii poſſeſſorii magis utilis, & proficui, Deducens &c. omne jus, omnemque actionem, ac remedium in præmiſſis competen. &c. non ſolum præmiſſo, ſed etiam omni alio meliori modo &c. præſentibus &c. paruiſſe, & ſi quis compareat &c. alioquin. &c.

NN. Notarius. Locus † Sigilli.

Secundò verò caſu, videlicet pro conſequutione rei debitæ fit monitorium ſuper immiſſione Tenoris ſequentis, & aliàs ſecundum contigentiam mutatis mutandis.

De mandato illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C. ſivè R. P. D. N. ejus in civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis Fideicommiſſarii quondam NN. exponentis, quod aliàs d. quondam NN. ſuum condidit ultimum noncupativum teſtamentum, ſub die NN. in actis rogatum, cum quo deceſſit, relicto hærede NN. cui ſine liberis decedenti eumdem NN. Inſtantem vulgariter, & per fideicommiſſum ſubſtituit; qui NN. hæres ut ſupra, inſtitutus, adita hæreditate, nullis liberis ſuperſtitibus, diem clauſit extremum, prout in actis ſuis loco, & tempore verificabitur. Tenore præſentium. 5

Moneatur NN. exadverſo detentor, & occupator unius domus ſitæ in Vrbe in Regione N. juxta bona N. & N. ac unius Vineæ ſitæ extra Portam N. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. necnon aliorum bonorum in proceſſu cauſæ ſpecificandorum, quæ d. q. NN. dum vixit, & tempore ſui obitus poſſidebat &c. quatenus infra triduum proximum, ſub 500. ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum &c. & pro illis mandati exequutivi, & excommunicationis in juris ſubſidium, aliiſque &c. pœnis debeat d. inſtantem in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem dd. bonorum &c. fideicommiſſariorum, ac illorum annexorum, jurium, ac pertinentiarum: & membrorum quorumcumque immiſiſſe, poſuiſſe, induxiſſe, poſitumque, inductum, & immiſſum manutenuiſſe, & defendiſſe, conſervaſſe, ac de fructibus, redditibus, & proventibus eorumdem reſpondiſſe, & ſatisfeciſſe ac reſponderi, & ſatisfieri feciſſe damnaque, expenſas ac intereſſe præmiſſorum cauſa, & occaſione paſſa, facta, & incurſa, & in futurum patienda, facienda, & incurrenda ac liquidanda, refeciſſe, mandatumque de immittendo &c. manutenendo &c. & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, concedi, relaxari, jus, & juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe, in vim utilis Salviani interdicti, aut alterius remedii poſſeſſorii magis, utilis, & proficui, Deducens &c. omne jus, omnemque actionem, & remedium in præmiſſis ſibi magis competen. &c. & ſi quis &c. compareat &c. alioquin &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli.

Exadverſo is, contra quem monitorium fuit exequo.

quantum, ante lapſum tridui ab illius executione, pro teſtator, ut inf a videlicet

6 Pro NN. contra NN.

In Officio NN. & negando monitorium, dixit narrata, prout narrantur, non eſſe vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri Ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, & verificatis verificandis, alias &c.

7 Cæterum, ſive negato ſive non negato monitorio, neceſſaria eſt illius verificatio, nam aliàs actor obtinere non poteſt

8 Pro verificatione autem monitorii in hoc judicio, ſi bona, in quibus petitur immiſſio, ſunt penes debitorem, probandum eſt creditum cum hypotheca, nec non quod debitor illa poſſideat.

9 Si verò bona ſunt penes tertium, tunc probanda ſunt duo extrema, Primum ſcilicet creditum cum hypotheca, & ſic quod debitor de tempore obligationis, aut poſtea poſſederit: Secundum quod reus conventus eadem bona in corpore, & ſubſtantia poſſideat.

10 Quod ſi agatur de immiſſione in poſſeſſionem rei legatæ, aut bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, dato de exiſtentia legati, vel fideicommiſſi, per productionem teſtamenti, ſunt adhuc duo extrema probanda Primum ſcilicet quod qui teſtatur, legavit, vel fideicommiſit de tempore obitus bona legata, vel fideicommiſſo ſubiecta poſſideret: Secundum quod reus eadem bona in corpore, & ſubſtantia poſſideat,

11 Igitur citanda eſt pars ad dicendum contra jura, & in termino citationis ſunt in actis producenda inſtrumenta, & ſcripturæ neceſſariæ, & opportunæ, & obtinenda admiſſio illorum cum ſolita clauſula *ſi & in quantum.*

Ex adverſo verò contra hujuſmodi jura ſunt opponenda generalia, juxta ſuperius tradita *part.* 1 *cap.* 2. *nu.* 18.

Et ſi ſcripturæ indigent recognitione, & perſonæ legitimatione, procedetur ad recognitionem, & legitimationem earum dem, ut dictum eſt *ſupra par.* 1. *c* 4. *n.* 11.
12 *& ſeqq c* 5. *num.* 1. *& ſeqq* Sed ſi ſcripturæ non ſunt ſufficientes ad extremorum probationem, erunt conficiendi articuli, & in actis producendi, citata parte ad dicendum contra illos, & videndum admitti in forma, & jurare teſtes, juxta ſuperius tradita *d. part* 1. *c.* 10. *& c.* 11. *n.* 2 *& ſeq.*

13 Articuli verò in Salviano ſunt in mero poſſeſſorio conficiendi ne fiat mixtura petitorii, & ob id detur appellatio, & contra tertium poſſeſſorem poterunt confici, ut infra, & alias mutatis mutandis, ſecundum facti contingentiam, videlicet.

14 Articulos infraſcriptos dat, facit, exhibet, & producit Procurator, & eo nomine NN. contra NN. petens recipi, & admitti, & ſuper eis teſtes inducendos ſervatis ſervandis examinari, ad ſuperfluam tamen probationem non ſe aſtringens &c. de quo proteſtatur, ſalvo jure &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio &c.

In primis hoc loco articulorum repetit omnia jura in quantum &c. ex quibus &c. licet &c. tamen ad majorem cautelam &c probare volt, & intendit, quatenus opus ſit.

1. Che la verità fù, & è, che fù già al Mondo NN quale mentre viſſe dell'anno NN. e fino alla ſua morte poſsedè una vigna poſta fuori di porta NN. à lato alli beni di NN. & di NN. & altri &c. della quale il detto NN. pigliava, e riceveva li frutti da' ſuoi lavoratori, vignaroli, & affittuarii a'debiti tempi, e come meglio li teſtimonii informati deporranno la verità del fatto, e così &c.

2. Item che dell' anno NN. la detta vigna articolata di ſopra fù, & è ancu al preſente occupata da NN. Avverſario, il quale ne hà preſo, e ricevuto, e piglia, e riceve li frutti dalli ſuoi Lavoratori, Vignaroli, & Affittuarii alli debiti tempi, e come meglio li teſtimonii informati diranno la verità del fatto, e così &c.

3. Item che la vigna articolata di ſopra occupata al preſente dal detto NN. avverſario, è quella iſteſſa in corpo, e ſoſtanza che già poſſedeva, e poſſedè fin che viſſe il d. q. NN. come ſopra nel primo articolo, e così &c.

4. Item che nelle dette coſe ne fù, era, & è publica voce, e fama, publico, notorio &c. e così &c. Hos &c. ſalvo jure &c. omni &c.

Nomina Teſtium.

N.N.N.N.N.N. & altri da nominarſi &c.

Si verò teſtes examinandi ſunt in partibus, expediuntur literæ miſſivæ loco remiſſorialium, & proceditur ad examen illorum, ut ſupra *part.* 1. *cap.* 15. *n.* 1. *& ſeq.* 15

Sed reus contra agentem in Salviano poterit opponere exceptiones, de quibus ſupra dictum eſt *par.* 1 *c.* 7. *& c.* 8. & alias quaſcumque ſibi de jure competentes, ad effectum impediendi immiſſionem. 16

Veruntamen actor citatus ad dicendum contra jura, vel contra articulos, debet in hujuſmodi terminis proteſtari, ut infra videlicet,

Pro NN. contra NN.

In Officio &c. NN. proteſtatus fuit non admitti aliqua jura (*vel alias articulos*) in præjudicium proceſſus, & poſſeſſorii ſummarii intentati, & his ſalvis contra prætenſa jura (*vel prætenſos articulos*) dixit pro nunc generalia contra verbo, ſalvo jure &c & pendente &c, omni &c.

Et ſuper in termino, ad dicendum contra articulos, debet addere in proteſtatione, *nihil fieri, niſi ſpecificatis materiis omnibus, cognominibus, Patria, & exercitio Teſtium, & intimata die, & hora certis, ad effectum &c. & alias juxta ſuperius tradita, par* 1. *c.* 51. *n.* 5.

Qua proteſtatione ſtante, Judex non debet admittere jura, vel articulos, niſi cum clauſula *ſine præjudicio proceſſus, & poſſeſſorii ſummariè intentati.*

Quod ſi in hoc, aut alio judicio poſſeſſorio, aliquam petitorii mixturam fieri contigerit, tunc actor, ne cauſa efficiatur appellabilis, poterit ſuſpendere petitorium, ut infra, videlicet. 17

Pro NN. contra NN.

In officio &c. NN proteſtatus fuit, quod ſi aliquid in præſenti judicio factum fuit, aut fieri contigerit, quod aliquod modo concernat petitorium, illud tantum factum fuit, & fieri tantummodò ad concordandum poſſeſſorium, & non alias, ideò ſuſpendendo in omnibus, & per omnia Petitorium, *b*, dixit nihil fieri, niſi in omnia terminato, non ſolum ut ſupra, ſed omni alio &c. 18 b

Cæterum, ſi Reus exceptiones oppoſitas non probaverit, vel illæ probatæ apparent irrelevantes, poterit Actor, completo proceſſu, procedere ad obſervantiam terminorum ſubſtantialium, ut infra videlicet.

A C. N.

Citetur NN. ex adverſo principalis, ad libellandum, ad p. d articulandum ad ra. ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad a. d ad declarandum, ad jurandum de calumnia ad p. d. in terminis ſubſtantialibus, Inſtante NN. principali, ſivè &c. 19

Decretum.

NN. petiit jura hodie in actis producta, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra, & admitti, ſi, & in quantum, omni &c.

In quo quidem termino, ad dicendum contra producti, repetuntur jura in actis exhibita, & poteſt etiam fieri nova jurium productio, ſi opus fuerit, abſque alia citatione ad dicendum contra jura, ut infra, videlicet

Pro NN contra NN. 20

In officio &c. NN. facto per compulſum produxit Inſtrumentum NN. rogatum per acta NN. ſub die NN. prout in folio tenoris &c & reperiit omnia jura, acta, & actitata, geſta, & facta per acta mei &c. parte, & partibus &c. & in quantum &c. & non alias &c. petens &c. omni &c.

Non eſt tamen neceſſe in Salviano, & aliis ſummariis poſſeſſoriis in Tribunali A. C. ſervare omnes ſupradictos terminos ſubſtantiales, ſed ſufficit ſervare quatuor ex illis, ut infra videlicet. *c* 21 c

A. C. N.

Citetur NN. ex adverſo principalis, ad articulandum ad 8. d ad dicendum contra Articulos, an producen- 22

Digitized by Google

ceudum omnia, ad dicendum contra producta ad a. d. in terminis ſubſtantialibus, Inſtante NN. principali, ſive &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura in Broliatdo producta, & repetita, repetiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra, & admitti ſi, & in quantum, omni &c

Succeſſivè citatur Pars, ad videndum reiterari terminos præfatos, & ad Sententiam, ut infra videlicet.

A. C. N.

23 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & inculcatè tentos, habitos, atque ſervatos in vim quarumcumque facultatum, abſolvi Inſtantem à cenſuris ad effectum &c. deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendum Sententiam definitivam in forma & alias omni meliori modo &c. ad p. d. Inſtanti NN. principali ſisè &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit, in forma, &c. deferri Juramentum &c qui tactis &c. juravit &c. & ſententiati prout in Cedula, quàm Reverendiſs. D. Locumtenens legit, ſubſcripſit, & mihi conſignavit, tenoris &c. ſuper quibus &c. præſentibus Sociis teſtibus &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio &c.

Tenor Cedulæ.

24 Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeù veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantiam, inter NN. Actorem ex una, & NN. Reum conventum, ex altera partibus, de, & ſuper immiſſione in poſſeſſiones Unius Domus, ſitæ in Urbe, in Rigione NN. juxta bona NN & d. rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum NN immittendum fore, & eſſe prout immittimus in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem d. Domus, illiuſque jurium, & pertinentiarum quarumcumque, ad effectum retinendi donec, & quouſcumque d. NN fuerit ex fructibus d. Domus de ejus credito ſcutorum NN. (*vel fructibus Cenſus, de qua agitur, ſcutorum NN. in ſorte, decurſis, & non ſolutis, ac decurrendis vel aliàs ſecundum facti contingentiam*) integrè ſatisfactus, & quodcumque Mandatum de immittendo deſuper neceſſarium, & opportunum, decernimus, & relaxamus, victumque victori in expenſis condamnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure, impoſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, ſententiamus, declaramus, & definitivè decernimus, non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

Tenor alterius Cedulæ ſuper immiſſione in poſſeſſionem rei legatæ, ſeù alias debitæ.

25 Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeù veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. Actorem, ex una, & NN. Reum conventum ex altera partibus, de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem unius Domus ſitæ in Urbe, in Regione N. juxta bona N. & N. & unius Vineæ ſitæ extra Portam N. in loco nuncupato N. juxta bona N. & N &c. occaſione de qua in actis &c. rebuſque aliis &c Dicimus, pronunciamus, & definitivè ſententiamus, decernimus, & declaramus d NN. Actorem immittendum fore, & eſſe, prout immittimus, in realem, actualem, & corporalem, poſſeſſionem, dictorum bonorum, omniumque illorum jurium, pertinentiarum, ac membrorum quorumcumque, amoto ex inde d. NN. detentore, ac quodcumque Mandatum de immittendo, de ſuper neceſſarium, & opportunum, decernendum fore, & eſſe, prout decernimus, & relaxamus, Victumque victori in expenſis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure impoſterum reſervamus. & ita dicimus, pronunciamus declaramus, & definitivè ſententiamus non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

Cæterum ſi cauſa non excederet valorem ducatorum ducentorum, non eſſet neceſſe ſervare terminos ſubſtantiales, ſed poſſet citari Pars ad videndum deferri juramentum in ſupplementum, & ad Sententiam juxta ſuperius tradita, hac eadem *part.* 1. c 4 *num* 20 & *ſeq.* quæ procedunt in omnibus cauſis ſummam ducentorum ducatorum non exceden. Sed quia termini huiuſmodi ſervati, etiam in his poſſeſſoriis ſummariis, quando cauſa venit expedienda per Cedulam, non poſſunt obeſse, ſed fortè potius prodeſſe, poterunt a quolibet ad libitum, etiam in cauſis poſseſsoriis infra valorem dictorum ducentorum ducatorum ſervari abſque ſcrupulo. 26

Et quia in Judicio Salviani, & aliis Poſſeſsoriis ſummariis regulariter non datur appellatio ſuſpenſiva, idcircò ſi quis à Sententia lata in ſimili iudicio appellare voluerit, neceſſe habebit adire Præfectum Signaturæ Iuſtitiæ, pro Superſeſſoria uſque ad Signaturam, ſi illam obtinere voluerit, & cauſam in Signatura parte citata proponendam curare iuxta ſuperius tradita *part.* 1. *cap.* 13 *de appell n.* 19. & *ſeq* 27

Erit autem appellatio coram Judice à quo in primis proponenda infra decem dies, & alias, ut ſupra *d part.* 1. c 13. *n.* 1. & *ſeq* ut infra videlicet. 28

Pro NN contra NN.

Coram Domino, meque &c. NN habita notitia de Sententia lata contra N. ad favorem N. ab ea, & omnibus aliis gravaminibus ad Sanctiſſimum D. N. Innocentium X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam appellavit prout in Cedula, quam facto dedit, Tenoris &c. petens &c. omni &c. 29

Cui Dominus dedit Refutatorios in forma &c. omni &c. Tenor Cedulæ.

A quadam aſſerta definitiva Sententia per R. P. D. NN. Locumtenentem lata ad favorem NN. contra NN. de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem quorundem bonorum. rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis Procurator, & eo nomine d. NN. ſentiens ſe læſum, & gravatum, & timens impoſterum magis lædi, & gravari &c ab illa, & toto proceſſu deſuper fabricato ad Sanctiſs. D. N. Innocentium Papam Decimum, ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam in his ſcriptis provocat, & appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit. petens ſemel, bis, tertio, ſæpè, ſæpius ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi. & quatenus &c. à non admiſſione, ac toto ulteriori proceſſu iterum, & toties quoties, ut ſupra, provocat, appellat, & de nullitate dicit &c. Ita ut ſit ultimus in appellando &c. & interim &c. nihil innovari &c. alias de nullitate, & attentatis &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio &c. 30

Commiſſio verò in Signatura proponenda poterit fieri, ut infra, & alias mutatis mutandis ſecundum facti contingentiam, videlicet.

Romana.

Beatiſſime Pater NN. Adverſarius aſſertus Creditor quondam NN. in ſcutis N. monetæ egit coram A. C & obtinuit contra NN. devotum S. V. Oratorem Sententiam favorabilem ſuper immiſſione in poſſeſſionem unius Domus, & aliorum bonorum valoris ſcutorum mille per Oratorem ſpacio decem annorum, & ultra legitimè poſseſsorum. Verum quia idem NN. nullam ſuper dictis bonis habet Hypothecam, & in omnem caſum ceſsat ex Oratoris poſſeſſione decennali, ultra quod agitur de bonis Emphiteuticis Eccleſiaſticis. Supplicat igitur humiliter S. V. Oratore antedictus, ut dignetur cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex ſcribus, iniquitatis, & notoriæ iniuſtitiæ à d. aſserta Sententia infra legitima tempora, interpoſitæ & interpoſitarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de jure &c. una 31

cum

Digitized by Google

cum omnibus inciden. deciden. emergen. annexis, connexis, ac toto negocio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Sacri Palatii Apoſtolici, Auditori, vel Locumtenenti (ſi adeſt) audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, ſtatum, &c. plenè &c.

32 Si verò cauſa non eſt Roralis, dicitur in Commiſſione alicui Romanæ Curiæ Prælato auden. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. Committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties, ſingulis, diebus, & horis feriatis, & non feriatis, præterquam in honorem Dei feriatis, Conſtitutionibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque ſtatim &c. pro plene &c. ut in formulis poſitis ſupra *part. 1. c. 53. n. 29. & ſeqq.*

33 Soletque Signatura in his ſummariis Poſſeſſoriis, ſi Sententia eſt iuſta, & valida, & lis non eſt inter perſona Eccleſiaſticas, vel non agitur de bonis Eccleſiaſticis, etiam Emphiteuticis, reſcribere cum clauſula, *ſine præiudicio Mandati de immittendo &c.*

34 Si vero iuſtitia Sententiæ non eſt clara, vel aliàs adeſt difficultas, an Sententia admittat appellationem, ſolet reſcribere cum clauſula, *quatenus ſit locus Ægidianæ*, quæ clauſula eſt eiuſdem virtutis in iudiciis poſſeſſoriis, cuius eſt clauſula, *ſi quid exequendum in exequutivis.*

35 Sed ſi Sententia ſit nulla vel iniuſta, vel contineat mixturam poſſeſſorii cum Petitorio, vel agatur inter, pro, vel contra Perſonas Eccleſiaſticas, vel de bonis Eccleſiaſticis, ut ſupra, Signatura reſcribit pro appellatione ſimpliciter, cauſam appellationis committendo.

36 Cæterum ſi ſuperſeſſoria non fuit obtenta, vel Signatura reſcripſit cum clauſula, *ſine præiudicio*, aut aliàs iuridicè, ad ulteriora poteſt abſque vitio attentatorum procedi, expedi, Mandatum de immittendo, tenoris ſequentis videlicet.

37 De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A.C. ſivè R. P.D. N.N. eius in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis Tenore præſentium.

Mandatur vobis Baroncello, & Exequutoribus, Subexequutoribus, & aliis, ad quos ſpectat &c. quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, ſub 500. ducatorum, aliiſque &c. pœnis debeatis eumdem Inſtantem in realem actualem, & corporalem poſſeſſionem unius Domus ſitæ in Vrbe; in Regione N. iuxta bona NN. & NN. &c necnon unius Vineæ ſitæ extra Portam N. iuxta bona NN. & NN. &c. amoto NN. Adverſario, & quocumque alio illicito, Detentore, immiſiſſe, induxiſſe, & impoſuiſſe, ac immiſſum, inductum, & impoſitum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, ac de fructibus, redditibus, ac proventibus dictorum bonorum reſpondiſſe, & reſpondere feciſſe (*& ſi Actor petit immitti ad effectum ſe ſatisfaciendi ſuo credito, additur in Mandato*) per inſtantem retinen. & donec, & quouſque fuerit ex fructibus d.d. bonorum integrè de eius Credito ſcutorum N. ſatisfactus quoniam d. N. Adverſario citato, & intimato, ſervatis ſervandis, in vim Sententiæ deſuperlatæ, prout in actis, Reverendiſs. D. ita mandavit, hac die &c.

N. Notarius. *Locus* † Sigilli. N. *Locumten.*

38 Hoc Mandatum de immittendo ſic expeditum datur Exequutori Curiæ, ad quem ſpectat, qui illius vigore immittit eum, qui Mandatum obtinuit in poſſeſſionem bonorum, de quibus in eo; de qua immiſſione Notarius actuarius conficit Inſtrumentum publicum tenoris, videlicet.

39 In Dei nomine Amen.

NN. Exequutor Baroncelli Curiæ Illuſtriſs. & Reverendiſs. Domini A. C. mihi cognitus &c. cui eſt directum Mandatum de immittendo in poſſeſſione unius Domus ſitæ in Vrbe in regione N. iuxta bona NN. & NN. necnon unius Vineæ ſitæ extra Portam NN. in loco nuncupato N. iuxtà bona NN. & NN. &c. ad inſtantiam N. & contra N.N. per acta mei &c per R. P. D. N. A.C. Locumtenentem ſub die NN. ſed &c ſervatis ſervandis in vim Sententiæ, decretum & relaxatum, prout in Actis &c. quod quidem Mandatum præ manibus habens mihi tradidit præſenti Inſtrumento inſerendum, tenoris.

De Mandato &c. Virtute dicti mandati ſupra dictum NN. immiſit in realem, & actualem poſſeſſionem præfatæ domus, qui NN. ſic immiſſus eiuſdem Domus realem, corporalem, & actualem poſſeſſionem accepit, & adeptus fuit, per eam deambulando, Portaſque & Feneſtras illius claudendo, & aperiendo, ac NN. Inquilinum, ibi repertum, extra illam expellendo &c, Proteſtans d. NN. quod per ejus inde diſceſſum, aut receſſum è d. domo, non intendit illius poſſeſſionem acceptam, & acquiſitam dimittere, aut relaxare, ſed illam animo, & corpore, & continuare non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c. Actum &c. præſentibus &c. Teſtibus ad præmiſſa &c. vocatis habitis, atque rogatis &c.

In Dei nomine Amen anno &c eadem die.

Idem NN. Exequutor Curiæ Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A.C. ſupraſcriptus mihi cognitus &c. virtute ſupradicti Mandati de immittendo, acceſſit ad vineam ſitam extra Portam NN. in loco nuncupato N. iuxta bona NN. & NN. mecum Notario &c. & impoſuit, & immiſit NN. ſuprascriptum in realem, & corporalem dictæ Vineæ poſſeſſionem. Qui NN. ſic immiſſus accepit, & adeptus eſt veram, realem, corporalem, & actualem eiuſdem Vineæ poſſeſſionem, per eam deambulando, & in ſignum veræ, & realis poſſeſſionis glebas Terræ in manibus accipiendo, & alia neceſſaria, & opportuna faciendo &c. Proteſtans &c. d. NN. quod per ius diſceſſum, aut receſſum è d. Vinea non intendit illius poſſeſſionem acceptam, & acquiſitam dimittere, aut relaxare, ſed illam animo, & corpore continuare, & retinere, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c. actum &c præſentibus &c Teſtibus ad præmiſſa &c. vocatis, habitis, atque rogatis &c. 40

Cæterum quia ubicumque quis fuit immiſſus in poſſeſſionem aliquorum bonorum, uti Creditor in vim utilis Salviani, donec ex illorum fructibus fuerit de eius Credito ſatisfactus, evenit aliquando, ut non poſſit, niſi longo interveniente tempore ob mendicitatem fructuum de Credito ſatisfieri, & interim ad ſubhaſtationem, & deliberationem eorumdem bonorum devenire ſine licentia Principis non poteſt, neceſſe eſt ob id adire Signaturam Sanctiſſimi, & porrigere, et obtinere Commiſſionem, & reſcriptum tenoris ſequentis videlicet. 41

Romana.

Beatiſſime Pater Cum NN. devotus S. V. orator eſſet creditor NN. in ſcutis mille monetæ fuit ideò prodicti eius Crediti ſectione per R.P.D.A.C. in vim utilis Salviani Interdicti immiſſus in poſſeſſionem unius Vineæ eiuſdem NN. ſitæ extra Portam NN. in loco nuncupato N. iuxta ſuos notiſſimos fines Verum quoniam Pater Sancte, dicta Vinea eſt Infructifera, & ob id Orator non poteſt ex illius fructibus de eius Credito ſatisfieri, ideò ſupplicat humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur eidem R. P. D. A. C. ut præfixo d. NN. aliquo brevi, & competente termino, tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, ad dicendum, & probandum quicquid vult, & poteſt dictam Vineam reluendum, ſeù Oratori de ſuo Credito ſatisfaciendum, quo elapſo, & nihil quod relevet docto, & dictis bonis non redemptis, ac Oratore non ſatisfacto, ad eiuſdem Vineæ ſubhaſtationem, & deliberationem ad effectum, ut Oratori ex illius pretio poſſit ſatisfieri procedat, committere, & mandare cum poteſtate citandi, & inhibendi quos, quibus, quoties ubi, & quando opus fuerit &c. præmiſſis, necnon Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque Statum &c. pro plene &c. 42

Reſcriptum.

De mandato D. N. Papæ Idem Iudex præfignat, & procedat, ut petitur Placeat. I.

Quæ commiſſio ſignata, ac proinde ad Bancum Curſoris allata, & in Capſa judicis, cui eſt directa, repoſita 43

poſita

Digitized by Google

poſita, per Notarium menſarium inde extrahitur, &
Iudici præſentatur, & ſucceſſivè citatur Pars, ut infra,
videlicet.

A. C. N.

44 Citetur NN. exadverſo principalis, ad dicendum
contra commiſſionem in Actis exhibitam, necnon vi-
dendum illam admitti, & iuxta illius formam, & teno-
rem mandari procedi, ad p. d. Inſtante NN. principali,
ſivè &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Commiſſionem in actis præſenta-
tam, & petiit, & obtinuit admitti, ſi, & in quantum,
& iuxta illius formam mandati, ut ſupra, procedi,
omni, &c.

Deinde iterum citatur Pars, ut infra videlicet.

A. C. N.

45 Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum ſibi
præfigi terminum ad probandum, & relaendum bona,
de quibus agitur, iuxta formam Commiſſionis, &
Decretum neceſſarium & opportunum fieri, & inter-
poni ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit præfigi, ut ſupra terminum
quindecim dierum, *Vel alias arbitrio Iudicis*, cum inti-
matione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter D.
præfixit terminum, & alias prout in Actis Inſtante NN.
principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Elapſis verò dictis quindecim diebus currentibus
poſt Intimationem exequutam, citatur Pars, ut infra
videlicet.

46 Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum
ſubhaſtari bona, de quibus agitur, iuxta formam Com-
miſſionis, & quodcumque Mandatum de ſubhaſtando
deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & rela-
xari, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, et obtinuit, ut ſupra niſi per totam, om-
ni &c.

47 Et ſucceſſivè d. die elapſa expedit ne Mandatum de
ſubhaſtando Curſori directum, et producta in acta Ce-
dula ſubhaſtationis, citatur Pars ad videndum delibera-
ri, et proceditur denique ad deliberationem bonorum,
iuxta Praxim ſuperius poſitam, *p. s. c. 15. de ſubbaſt.
et delib pign. n. 1a & ſeqq.*

Obſervationes.

A INterdictum eſt quædam formata, et ſolemnis con-
48 ceptio verborum, quibus Prætor aliquid fieri iubet
vel prohibet, quod tunc maxime is faciebat, cum de
poſſeſſione, vel cauſis inter aliquos contendebatur,
Inſtit. de interd. in princ. et ſic eſt actio extraordinaria ex
edicto Prætoris profluens, vel hodie Interdictum eſt
actio Prætoriam in factum, cum antiquæ ſolemnitates,
et formulæ ſunt ſublatæ, *§. fin. Inſtit. de interd.*

49 Interdictum eſt multiplex, ut conſtat *ex tot. tit. Inſtit.
de interdict. & tot. tit. ff. de interd. ſeù extraordin. actioni.*

50 Dicitur autem interdictum, quaſi inter duos dictum
§. ſunt tamen, in fin. inſtit. de interd.

51 Ad rem autem propius accedendo, interdictum
ex triplex videlicet, adipiſcendæ, retinendæ, et recu-
perandæ poſſeſſionis, *§. ſequens diviſio, inſtit. de interd.*

52 Eſt igitur interdictum Salvianum actio Prætoria in
factum, adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparatum,
§. interdictum, inſtit. de interd. Scapuc. *de util. Salv. interd.
q. 1. n. 1. lib. 1.*

Vel eſt remedium adipiſcendæ poſſeſſionis, *l. 2.
§. ſunt autem, ff. de interd. d. §. interdictum, Inſtit. de inter.*
cum aliis cumulatis per Pacif. *de util. Salv. interd. in-
ſpect. 1. cap. 1. num 59.* imo merum poſſeſſorium adipi-
ſcendæ, Scapuc. *de Salv. q. 1. n. 4. l. 1.* Rota *dec. 150. n. 2. part.
2. recent. & deciſ. 5. n. 2. poſt* Pacif *de Salvian.*

53 Salvianum eſt duplex, directum, et utile Scapuc. *de
Salv. q. 2. num. 4. lib. 1.* Pacif. *de Salv. Inſp. 1. c. 1. num. 6.*

Directum præcipuè datur, et inventum fuit ad favo- 54
rem Locantis contra Conductorem prædii ruſtici,
Vtilem verò contra Conductorem prædii Vrbani pro
adipiſcenda poſſeſſione rerum tacite pro penſione,
ſeu afflictu obſignatarum, et in prædium, Domini in-
troductarum, Scapuc. *de Salv. d. q. 2. nu. 4. lib. 1.* Pacif. *de
Salv. d. inſp. 1. c. 1. n. 9. & ſeqq.*

Et fuit hoc interdictum appellatum Salvianum à 55
Salvio Iuliano Prætore illius authore, ut poſt alios
tradunt Scapucc. *de Salv. q. 1. n. 1. lib. 1.* Pacif. *de Salv. in
præfat. n. 12. & ſeqq.* ubi rationibus *Theſauri* contrarium
tenentis reſpondet.

Licèt autem utile Salvianum propriè competeat, ut 56
ſupra pro rebus inquilini; competit tamen etiam cui-
cumque Creditori hypothecario, Bart. *in l. 1. num. 2. ff. de
Salv. interd.* et alii quos cumulat Scapucc. *de Salv. q. 5. n.
1. lib. 1. & q. 15. num. 3. eodem lib. 1.* Pacif. *de Salvian. in-
ſpect. 1. cap. 1. na. 11.* cui † enim competit hypothecaria, 57
cum petit Salvianum, Gabr. *conſ. 46. n. 20. lib. 1. & conſ.
44. n. 5. ubi de communi, & obſervantia Rotæ teſtatur lib.
2.* Rot *deciſ. 44. n. 4. p. 1. divers. & dec. 139. n. 1. & dec. 387
n. 1. p. 1. recent. & dec 132. n. 4. & deciſ. 371. n. 3. & deciſ.
292. n. 2. & dec. 291. n. 2. poſt.* Pacil. *de Salvian.* Duran.
dec 185. num. 3. & datur † Salvianum propter hypothe- 58
cam, Seraph. *dec. 563. n 1.* Rot. *dec. 15. n. 1. deciſ. 26. n.
1. & deciſ. 126. n. 1 poſt.* Pacif. *de Salv.* quæ † quidem 59
hypotheca dicitur ejus mater, & fundamentum, Rota
deciſ. 395. n. 3. p. 1. recent. & dec. 9. poſt. Pacif. *de Salv.
ſecun. nov. impreſſ.* Duran. *deciſ. 268. n. 1. & deciſ. 309. n. 1.
Anl. Cecin. in ejus vot. apud* Scapuc. *de Salv. lib. 1. c. 12.
n. 2.* ceſſante † verò hypotheca ceſſat Salvianum, & ſine 60
illa non datur, Rot. *dec. 185. num. 5. part. 4. & deciſ. 17.
num. 17. et dec. 407. num 11. part. 5. et dec. 205. num. 2. p.
7. recent. & dec. 17. num. 2. dec. 18. num. 1. deciſ. 39. num. 1.
deciſ. 31. num. 3. & dec. 104. num. 3. poſt.* Pacif. *de Salv.
ſecundum nov. impreſſ.* Cavaler. *dec. 253. num. 1. & deciſ.
333. num. 5.* Duran. *dec. 40. num. 15. & deciſ. 176. num. 2.*

Primò igitur ratione competentis Hypothecæ Sal- 61
vianum utile competit Legatario, Bertrand. *conſ. 446.
lib. 4.* Pacif. *de Salv. inſp. 3. c 4. q. 8. n. 435.* Rot. *dec. 674. n.
4. & ſeq. d. 3. lib. 3. divers.* Mantic. *dec. 256. num. 4.* Cav.
dec. 420. num. 1. Bart. *dec. 257. n. 20.* ubi de obſervantia
Rotæ teſtatur.

Et quod pro legato competat Salvianum juxta 62
communem, & veriorem opinionem, quam paſſim
ſervat Rota Gabr. *conſ. 46. num. 48. lib. 1. & conſ. 44. n. 4.
lib. 1.* Scapuc. *de util. Salv. interd. q. 7. n. 1. lib. 1.* Seraph.
dec. 828. n. 1. Rot. *dec. 689. n. 4. p. 3. lib. 3. divers. & deciſ.
1. n. 2. dec. 45. n. 1. dec. 52. n. 1. dec. 83. n. 2. & dec. 292. n. 1.
poſt.* Pacif. *de Salv. & dec. 193. n. 1. & deciſ. 387. num. 1. &
dec. 559. n. 2. p. 1. & dec. 402. n. 2. & deciſ. 560. num 2.
p 4. recent.* Duran. *dec. 185. n. 2. & n. 5.* ubi de communi
& veriori obſervantia Rotæ teſtatur, *& dec. 352. n. 1.*
Ferentill. ad Buratt. *dec. 557. lit. C. & dec. 286. lit. A. in
fin. n. 19.*

Et non ſolum contra alia bona per Teſtatorem poſ- 63
ſeſſa, quæ ſine dubio ſunt hypothecata, Rota *dec. 387.
num. 2. p. 1. recent.* Duran. *d. dec. 185. num. 6. & ſeqq.* Sed
etiam contra res ipſas legatas, ex veriori opinione,
Scapuc. *de Salvian. q. 7. num. 3. lib. 1.* Duran. *d. dec. 85.
num. 8. & ſeqq. & nu. 13.* cum aliis cumulatis per Feren-
till. ad Buratt. *dec. 285. n. 19.* & contra mobilia pecunias,
& nomina Debitorum, Rot. *dec. 559. n. 2. p. 1. recent. &
poſt* Pacif. *de Salvian. deciſ. 83. num 1. & ſeqq.*

Secundò competit etiam Fideicommiſſario, Gabr. 64
conſ. 44. num. 1. & ſeqq. lib. 2. Pacif. *de Salv. inſpect. 3. c. 4.
q. 8. n. 325.* Scapuc. *de Salvian. q. 8. n. 1. l. 1.* & paſſim te-
net Rota, Seraph. *dec. 828. num. 1.* Rot. *dec. 444. n. 4. p. 4.
recent.* Duran. *dec. 43 n. 1 deciſ. 258. n. 8. & deciſ. 432. n. 1.*
Buratt. *dec. 693. n. 3.* Cavaler. *dec. 204. num. 4.* etiam Fi-
deicommiſſario particulari, Ferentill. ad Buratt. *deciſ.
115. num. 17.* & tàm contra bona fideicommiſſaria à Te-
ſtatore tempore obitus poſſeſſa, Rot. *deciſ. 193. n. 1.
part. 1. & deciſ. 755. num. 1. p. 3. recent.* quàm in re Fidei-
commiſſo ſubjecta, Buratt. *dec. 693. num. 1.* & diſtinctè
ſecundum opinionem, quàm ſervat Rota Buratt. *deciſ.
175. n. 11.*

Ter-

Digitized by Google

65 Tertiò competit Hæredi, necnon Hæredi, Hæredis, Scapuc de Salu. *q.18.n.1 & ſeq.lib 1.* & Subſtitutis in teſtamento, Cavaler. *dec. 357.n. 8.*

66 Quartò datur Ceſſionario Scapuc. *d.q.18. nu. 2. & ſeq. lib. 2.* Rot. *deciſ.28.num.5. part.4.recent.* Duran. *deciſ. 401. num. 4.*

67 Nec deſunt alii caſus, in quibus ratione hypothecæ competit Salvianum, quos cumulat, Scapuc. & Pacific. *in eorum de util. Salvian. interd. tractatibus*, ad quos in facti occurrentia poterit haberi recurſus.

68 Ad hoc autem, ut detur Salvianum, requiſita neceſſaria, & opportuna probare neceſſe eſt, Seraph. *deciſ. 685.num. 1.& deciſ. 828. numer. 3.* Buratt. *deciſ. 822. numer. 1.*

69 Et ſunt hæc requiſita duo extrema, Primum ſcilicet creditum cum hypotheca, & poſſeſſio Debitoris, ſeù Hypothecantis de tempore obligationis, vel poſtea, Rol. *conſ.14. num 13.lib.1.* Menoch. *de adipiſ rem.3.q. 29.num. 160.* Scapuc.de Salvian.*q 25.n.4. lib. 1.* Pacific. de Salu. *inſpect 1.c.5.n.1.& ſeqq* Seraph.*deciſ. 579.n. 1.* Rota *deciſ.23. n.2.& ſeq.dec.25.num. 4. dec.29.n.2.deciſ. 56.num.1.& ſeq. dec. 98.num.9.& dec.171.num.3.* poſt Pacif. de Salu.*& deciſ. 307. num.4.par.1.& dec.477.num.1.& dec 669.n.3.& dec. 775. num.1.par.2.& dec.123.n.1.par.3.& dec. 513. num.1.& ſeq par. 4.& dec.308. num.1.dec.324. nu. 1. & ſeq. deciſ. 347. num. 1.& dec.318 n.2 par. 6. recent* Caval *dec.399.in princ.& num 1.* Gregor.*dec.491.num.6.* Duran.*dec.401.n.1.*

70 Secundò verò extremum eſt poſſeſſio Rei conventi, Aret. *in §. item Serviana, num. 9. inſt. de act.* Menoch. *de adipiſ.remed.3.num.15.* Rolan.*conſ.14 num 13. lib.1.* Rota *dec.674.numer.4 part.3.lib. 3. diverſ. & deciſ. 56 numer.2.* poſt Pacif. de Salvian. *& deciſ. 324. numer 2.& deciſ. 669. num.2. part.2 & deciſ. 560 num 1.par.4 & deciſ.328.num. 2.& deciſ.407.num. 1.part. 5 & deciſ. 59 num. 1.& deciſ. 518. num.2. part.6. recent.* Duran.*deciſ.405.num.1.dec.461. num. 1.*

71 Sed quando agitur pro Legati, vel fideicommiſſi conſequutione, primum extremum eſt poſſeſſio Teſtatoris de tempore obitus, ſeù conditi Teſtamenti, Rota *d. deciſ.674.n.4. lib. 3.par.3.diverſ.& deciſ 560.n 1.part.4. recent.* Secundum verò extremum poſſeſſio ex parte Rei conventi Rot. *d.dec. 560.n.1.*

72 Eſt namque Salvianum remedium perſonale in rem ſcriptum, *leg.1.* ubi Gloſ *in verbo competit, C de præc* Scapuc. de Salv *q.4 num.1 & num.3.lib.5* Rolan *conſ.14.in princ.lib.1.* Menoch. *de adipiſc. remed.3.q.7.num. 57.* Rota

73 *deciſ.324.num.2 part. 2.recent* & † ob id redditur contra quemcumque, etiam Tertium poſſeſſorem, Bart. *in l. prima, n.1. ff de Salv inter.* Rolan. *conſ.14 n.18.lib.1* Scapuc. de Salu. *q.4. num 1.& n. 3 lib.1.* Sal.Tib.*in prax.lib.2. q. 2. n.10.* Rota *deciſ. 1.n 5. deciſ.10.num.4.dec.15.n 2.dec. 25 n.5.deciſ 56.n 5 deciſ.98 num 4.& dec.207. num.2.* poſt Pacif. de Salu Seraph. *dec 935.n 3. & deciſ.1143. num.5.* Rota *deciſ.294. num.4.par 1.deciſ.324.n 2.par.2.deciſ.539. num. 1. ante fin. p.4. recent* etiam contra ſingularem poſſeſſorem, & titulo poſſidentem, Alex. *conſ.185.num 4. lib.6* Seraphin *deciſ.935.num.3* Rota *deciſ 208.n 6.par 5. recent.*

74 Verum ubi agitur in Salviano contra ipſum Debitorem, ſufficit, ultra creditum cum hypotheca probare poſſeſſionem ipſius Debitoris, Aret *in §. item, Serviana n.9. Inſtit. de act.* Menoch *de adipiſc.remed.3.n.14.* & paſſim obſervat praxis, cum Salvianum non detur, niſi contra poſſidentem, Scapuc.de Salu. *q. 25. num. 8. lib. 2.* & præſupponat reum poſſidere, Pacific. de Salviano *inſp. 3.c 2.n.435.* Rota *dec. 144.* poſt eundem Pacif. de Salvian.

75 Creditum eſt præcipuum fundamentum Salviani, Scapuc.de Salu *q.5.n 5.lib. 2.* Greg *dec. 26. num.3.* Rot.*dec. 61. n. 1.p.2.& dec.123.n.1.p.3.rec.& dec. 23.n.1.* poſt Pacif. de Salvian. Hypotheca verò Salviani mater, ex cumulatis ſupra, *verſ. licet autem, n.56*

76 Probatur autem Creditum cum hypotheca non ſolum ex publicis inſtrumentis, Rota *deciſ. 456.num 2. & deciſ. 669. num.1. & ſeq. par. 2. recent.* & alibi ſæpè, Duran. *deciſ.40.num.1 & dec.401. num.2.* ſed etiam ex Apocis privatis ſubſcriptis, & judicialiter recognitis, Duran. *deciſ. 193.n.1.*

77 Primum autem extremum primò probatur ex Inſtrumentis, & ſcripturis publicis, Seraph. *deciſ.728.n. 4.* Rota *dec. 387.num.2. par.1.& d.dec.669.n. 3.& ſeq. part.2. dec.123. n.1.part. 3. recent.* Cavaler. *deciſ.204. n.4.* Buratt. *deciſ. 32.n.2.*

78 Secundò probatur per Teſtes, Seraph. *deciſ. 1200. in princ. n.1.* Rot.*dec.1.n.1.* poſt Pacif. de Salu *& deciſ 669. num.2.& ſeq.part.2.& deciſ.123.n.1. part. 3. recent. & alibi ſæpè.*

79 Tertiò probatur ex clauſula Conſtituti in Inſtrumento venditionis appoſita, Seraph. *deciſ 1415. num. 2.* Rot. *deciſ. 98. num. 10.* poſt Pacif. de Salvian. Duran. *dec. 40. num 4.*

80 Quartò probatur etiam ex Confeſſione Judiciali in reſponſione ad poſitiones, & aliis legitimis probationum generibus, quibus in aliis judiciis ſolent incumbentia probari.

81 Secundum verò extremum primò probatur ex inſtrumentis, & ſcripturis publicis, Pacif. de Salv. *inſp. 1. cap. 6. num. 9* Seraph.*dec.1200. numer.1.* Duran. *deciſ. 40. num. 2.*

82 Secundò probatur, ex Scriptura privata manu Adverſarii confecta, Pacif.de Salv.*inſp.1.c.6.n.8.* Rot. *dec. 227. in princ. p.2. diverſ.*

83 Tertiò probatur per Teſtes, Rot. *dec. 5. numer. 1.* poſt Pacif. de Salvian. *& dec. 669. numer 2. & ſeqq. p.2. recent.*

84 Quartò probatur per confeſſionem Partis in reſponſione ad poſitiones, & præparatoria, Scapucc. de Salvian. *quæſt.25. numer. 9 lib. 1.* Seraph. *deciſ.1200. num.1.*

Quintò ex Mandato de manutenendo aliqui conceſſo ſuper eiſdem bonis, quod non datur, niſi poſſidenti, Mantic.*dec.252.n.2.* Rota *in Perusina Salviani, 3. Decembr. 1646. coram R. P. D. Melitoin §. alterum, verſ. verum etiam.*

85 Sextò ſi pars non negat ſe poſſidere, ſed ſe opponit contradicendo, actitando, & litigando, probatur ex hujuſmodi litis ſuſtentatione, Scapuc. de Salvian. *q. 25. n.9. verſ. ſi autem Pars, lib. 1.* Verall. *dec. 360 n. 1. part. 2.* Seraph. *dec.1415. n 3.* Rot. *dec. 83. n 2. part 1. rec.* ubi quod ſæpè fuit deciſum, *& dec. 669. numer 2. & ſeqq. p 2. & dec. 135. numer. 4. p. 6. recent. & deciſ. 20. n. 2.* ubi quod ita tenet Rota *& dec. 171. numer 2.* poſt Pacif. de Salvian. *& in Romana Salviani, 17 Aprilis 1643. coram R. P. D. Cerro,* Gregor. *dec. 491.* Duran. *deciſ. 42. num. 5. & dec. 193. num. 4.* Buratt. *dec. 584 n 5.* ubi quod ita ſæpè fuit reſolutum, *& dec. 693. numer. 4.* Præſertim ſi cum litis ſuſtentatione concurrat aliquod adminiculum, Rota *dec 24 numer. 5 dec. 26. numer. 16. & dec 98. numer 5. dec. 202 numer. 1.* poſt Pacif. de Salvian. *& dec. 123. num. 1. part. 3. recent.* Cavaler. *dec. 204. numer. 6.* Rot. *in 5. Severin. Dotis, ſeu Salviani 4. Maii 1640. coram R. P. D. Dunozet. in §. poſſeſſio denique.*

86 Et aliis decem modis probatur ſecundum extremum ex Menoc. *de adipiſc.* quem refert, & ſequitur Pacif. de Salv. *inſpect. 1. c. 6. num. 9.* & ſufficiunt ad illud probandum probationes etiam ſemiplenæ, & leviores, Rot. *dec. 8. de reſt. ſpol. in nov. & in Romana prætenſi Salviani, 30. Januarii 1617. coram bon. me. Remboldo.*

87 Denique, ut actor poſſit obtinere, debet conſtare, quod res à Reo poſſeſſa ſit eadem in corpore, & ſubſtantia, quàm debitor de tempore obligationis, vel poſtea poſſidebat, quæ quidem identitas eſt plenè ab Actore probanda, *l. duo ſunt Titii, ubi* Bart. *ff. de teſtam. tutel.* Cravet. *conſ. 812. n. 5. & ſeqq.* Sal. Tiber *in Prax. lib. 2. c. 2. n. 2.* Scapuc de Salv. *q. 25. n. 50. lib. 5.* Pacif. de Salvian. *inſp. 1. c. 6. n. 3.*

88 Probatur autem plenè identitas ex pluribus demonſtrationibus, Rota *in Bononien. Fideicommiſſi, 6. Februarii, 1645. coram R. P. D Rojas*; Sed ſufficit illam probare ex verificatione duarum demonſtrationum, ſeu confinium, *leg. forma, ff. de Cenſ* Rota *d. deciſ. 26. numer. 18. deciſ. 184. numer. 6. & deciſion. 294. num. 1.* poſt Pacific.de Salvian. *& deciſ. 123. num. 1. p. 3. recent.*

89 Licet autem in Salviano judicium principaliter dirigatur contra rem, Agenti tamen non debetur principaliter res ſed Creditum, Rot.*dec. 383. n. 2. & ſeq. p. 1. rec.*

Digitized by Google

l. rec. & *dec.* 274. *n.* 7. poſt Pacif. Salv. & *dec.* 476. *n* 2.
& *ſeqq. p.* 2. *recent.*

90 Hujus namque judicii natura, eſt quod creditor ex
fructibus bonorum, in quorum poſſeſſione fuit immiſ-
ſum, de ſuo Credito ſatisfieri debeat, non autem quod
illa diſtrahantur, vel adiudicentur, Scapuc. *q.* 11. *n.* 4.
lib. 3. Seraph. *dec.* 713. *num.* 15. & *dec.* 915. *n.* 2. Rota
dec. 43. *n* 2. & *dec.* 44. *n.* 7 *p* 1. *diverſ.* & *in Romana de
Comitibus*, 17. *Maii* 1581. *coram fæl. rec.* Clem. VIII.
num. 2. & *ſeqq. verſ. non obſtat apud* Saluſt. Tib. *in Prax.
lib.* 2. *poſt cap.* 5. *fol.* 175. & *dec.* 161. *numer.* 3. & *num.* 14.
p 6. & *dec.* 179. *num.* 13. *p.* 7. *recent* Duran. *dec.* 109. *num.* 1.

91 Sed hoc non procedit in Creditore bonorum cui com-
petit Salvianum ad effectum conſequendi rem ipſam
Rot. *deciſ.* 44. *num.* 7. *p.* 1. *diverſ* & *in d. Romana de
Comitibus*, 17. *Maii* 1681. *coram fæl. rec.* Clemente VIII.
impreſſ. apud Saluſt. Tibet. *in loco ſupra citato.*

92 Cæterum Immiſſus, ad effectum ſe ſatisfaciendi ex
fructibus, Pignus vendere minimè poteſt, Seraph. *dec.*
2100. *n.* 2. Rot. *dec.* 43. *n.* 2 *p* 1. *diverſ* ſed debet agere
Petitorio, & ſic devenire ad illius diſtractionem, Saluſt.
Tiber. *in Prax. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 36. *in fin.* Rot. *d. dec.* 43. *n.*
5. *p.* 1. *diverſ.*

93 Sed hoc non procedit, quando immiſſus, porrectis
precibus Principi, aliqua ratione abeo licentiam diſtra-
hendi Pignus obtinet, prout paſſim hujuſmodi preces
in Signatura Sanctiſſimi porrigi Solent, nam tunc ob-
tenta Commiſſione manu Sanctiſſimi Signata, juxta
formulam ſuperius poſitam *num.* 42. benè poterit illius
vigore, abſque eo, quod Petitorio agatur, ad Pignoris
diſtractionem devenire Marcheſan. *de Commiſſ. appellat.
in Salv. p.* 1. §. 2. *n.* 81. *fol.* 100. Pacif. de Salv *inſp.* 4. *c.* 1.
n. 144. cum aliis cumulatis ſupra *p.* 1. *c.* 15. *verſ.* 8. *in act.
reali n.* 88.

Advertendum tamen eſt, quod non ſolum, quoad
bona, & in quorum poſſeſſione creditor eſt immiſſus in
Salviano, Papa, & alii Principes ſolent ex cauſa reſcri-
bere, quod procedatur ad Subhaſtationem, ut ſupra;
ſed ſignanter quando fructus ipſorum bonorum ſunt adeo
tenues, quod creditor ſpatio 10. & ultra annorum non
poteſt ex illis ſatisfieri, & ſententia immiſſionis aliquo
modo tranſivit in judicatum, & ita frequenter practica-
tur in Signatura Gratiæ.

94 In hoc autem Salviani judicio avocatur ſola poſſeſſio
Seraph. *dec.* 1100. *n.* 1. Rot. *dec.* 2. *n.* 8. poſt Pacif de
Salv. & de illa tantummodo diſceptatur, Saluſt. Tiber.
in prax. l. 2. *c.* 2. *n.* 10.

95 Quinimò immiſſus acquirit, ſolam detentationem
l. ſi cum venditor., *ff. de evict.* Seraph. 725. *n.* 14. Buratt.
deciſ. 240. *n.* 11. adeo quod creditor non ſibi, ſed debitori
poſſideat, Alex. *in l.* 1. *§. ſi per Servum corporaliter*, *n.* 3. &
ſeqq. ff. de acquir poſſ. Saluſt. Tiber. *d. l.* 2. *c.* 2. *n.* 36.

96 Rota *dec.* 172. *num.* 8 *part.* 5. *recent.* & fructus † cedant
in extinctionem debiti ad commodum ejuſdem debito-
ris, *l.* 1. & 2. *C. de pignor. act.* penes quem remanet vera
poſſeſſio, Rot. *dec* 49. *n.* 7 & *ſeqq. p.* 5 *rec.* Duran *dec.* 70. *n.* 5.

97 Poſtquàm vero creditor ex fructibus de ejus creditis
ſatisfactus remanſit, bona in quorum poſſeſſionem
immiſſus fuit, reſtituere debitori tenetur, Greg. *dec.*
254. *num.* 1. Rot. *dec.* 161. *n.* 3. *p.* 6. *recent.* adeo ut reſti-
tuere nolens dicatur ſpoliare, Greg. *dec.* 254. *n.* 1. & *ibi*

98 Beltram. *num* 6. Ferentill. ad Burat. *dec.* 848. *n.* 16. &
competat contra eum actio ſpolii, Rot. *dec.* 130. *num.* 15.
& *dec.* 223. *num.* 10. *part.* 7 *recent.* ſeù interdictum re-
cuperandæ, Scapucc. de Salv. *q.* 12. *num.* 1. *lib.* 3. Saluſt.
Tib. *lib.* 2 *c.* 2. *n.* 37. Rot. *dec.* 11. *n.* 8. poſt Pacif. de Sal-
vian. cum aliis cumulatis per Beltram. ad Gregor. *dec.*
254. *n.* 6.

99 Quinimò, cum debitor verus poſſeſſor remaneat, ex
præallegatis, ſi non habet ſe pro ſpoliato, videtur illi
competere manutentio quia nec dominio, nec poſſeſ-
ſione civili eorundem bonorum privatus remanſit, &
naturalis, quæ fuerat ei tantum ademptus determi-
natum conceſſa, cum clauſula *donec*, & *quouſque de
jus credita fuerit ex fructibus ſatisfactus* ſequuta ſatisfa-
100 ctione, remanet extincta, & finita, † etenim
illius dictionis, *donec*, eſt limitativa, & determinativa
temporis, Aret. *in l. quod meò num.* 11. *ff. de acquir. poſſ.*
Pacif. de Salv. *inſpect.* 4. *c.* 2. *n.* 217. Grat. *dict.* 45. *num.* 1.
& *ſeqq.*

Sic in ſimili ſummariſſimum hoc poſſeſſorium re- 101
tinendæ datur domino directo ficta Emphitheuſi con-
tra hæredes, & ſucceſſores Emphitheutes, poſſeſſione
naturali cum civili, quæ apud eundem dominum dire-
ctum remanſerat, conſolida, Bart. *in l.* 1. *§. fin.* 15. *uti
poſſid* Abb. *in c. item cum quis*, *n.* 4. *verſ. poteſt etiam agere
de reſt.* Spol. Bero *conſ.* 102. *n* 43. *lib.* 1. Put. *dec.* 198. *n.* 4.
l. 1. Rot. *in Civitatis Caſtelli Bonorum* 8. *Novembr.* 1589.
*coram clar. me. Card. Pamphilio Seniore patruo Sanctiſſ.
D. N. Innocent. X. impreſſa apud* March. *de Commiſſ. p.* 1.
fol. 969.

Debet autem hoc Salviani judicium continere ſum- 102
mam certam, Rolan. *conſ.* 14. *n.* 13. *lib.* 1. Aret. *in §. item
recent.* ad hoc ut poſſeſſor poſſit, illam ſolvendo, evita-
re immiſſionem, Duran. *dec.* 268. *num.* 17. nàm per obla-
tionem creditur conventus liberatus, *l.* 1. *C. qui pot. in* 103
pign. habean. Rot. *dec.* 207. *num.* 8. poſt Pacif. de Salvian.
& ſic ceſſat Salvianum *l. Paulus § qui pignori s*, *ff. quibus
mod. pign. vel. hypoth.* Rot *dec.* 78. *n.* 1. poſt Pacif. de
Salvian.

Immiſſio verò in hoc judicio non impeditur per excep- 104
tiones requirentes altiorem indaginem, ſeu iſtæ ad peti-
torium referuntur, *l. fin C. quorum bonorum* Rip. *in rubr.
ff de pign. num.* 19. Pacif de Salv *inſp.* 4 *c.* 1. *n.* 225. Greg.
dec. 363. *num.* 15 Rot *dec.* 52 *num* 7. *dec.* 61. *num.* 1. & *dec.*
63. *numer.* 11. poſt Pacif. de Salvian. Buratt *deciſio* 420.
numer. 4. & *deciſio* 822. *numer* 4 prout † de exceptione do- 105
minii indaginem requirente tradit, Put. *deciſ.* 233. *num.*
1. *lib.* 3. Seraph. *dec* 1200. *num.* 5 Cavaler. *dec.* 399. *num.*
2. de exceptione fideicommiſſi, Seraph *dec* 1200. *num.*
5. & *ſeq.* Rot. *dec.* 223 *num.* 4. & *deciſ.* 107. *num.* 3. poſt
Pacif. de Salvian. Rota *dec.* 477. *num.* 5. *p.* 2 *recent.*
Buratt *dec.* 858. *num* 4. & de exceptione detractiones
legitimæ, aut illius ſupplementi, Pacific. de Salv. &
de exceptione † ſatisfactionis turpida, Buratt. *dec.* 858. 106
num 4. & de exceptione Melioramentorum aliquid Put.
dec 471. *num.* 1. *lib* 2. Cavaler *dec.* 54. *num.* 1. & de excep-
tione Simulationis Cavaler. *dec* 420. *num* 3. *Rota in Ro-
mana Salviani* 23 *Maii* 1644. *coram Em mentiſſimo D. Card.
Cecchino, quæ deciſio fuit confirmata in eadem cauſa* 16.
Ianuarii 1645. *coram R. P. D. Ghiſilerio*, & de exce-
ptionibus reſpicientibus nullitatem contractus Gregor.
deciſ 491. *numer* 9. & de exceptione reſpiciente probatio-
nes extrinſecas Rota *deciſ* 56. *num.* 25. poſt Pacif. de
Salvian.

Et de exceptione excuſſionis, quod pariter non ad- 107
mittatur in hoc judicio, Gabr. *concl.* 1. *n.* 112. *de fidejuſſ.*
Seraph. *dec.* 393. *num.* 9. Rot. *dec.* 10. *n.* 5. poſt Pacif. de
Salv.

Et † quamvis contrariam opinionem, ſcilicet exce- 108
ptionem excuſſionis etiam in Salviano admittendam
tamquàm veriorem, & æquiorem defendat, & ſequa-
tur, Aul. Cecin. *in ejus reſponſo*, ad favorem bo. mem.
patrui mei Equitis Ridolphini de Ridolphinis, ordi-
nis S Stephani, edito *in Cortonen. Salvian.*, *quod eſt*
apud Scapucc. de Salviano, *poſt. quæſt* 19. *num.* 2. & *ſeqq.
lib* 2. *in impreſſ. Peruſiæ.* Nihilominus à prima opinio-
ne tamquàm veriori, & in praxi obſervata recedendum
non eſſe, teſtatur Pacific. de Salv. *inſpec.* 2. *c.* 2. *nu.* 5. &
ſeqq. & eam magis uſu forenſi receptam aſſerit Gall.
de credit c. 4. *quæſt.* 7. *num.* 776 & *ſeqq.* & latè defendit
Scapucin. de Salv. *quæſt.* 19. *nu* 4 *et ſeqq.* Thomat. *dec.*
Marcheſ. 96 *nu.* 19. & *ſeqq* & magis communem, & ve-
riorem, & ſemper ita obſervari in practica dicit Gra- 109
tian. *dec.* March 15. *num.* 8. & hodie tam in foro, quam
in ſcholis canoniſtam, & ab ea in judicando, & con-
ſulendo nullo pacto recedendum affirmat Scapucin. de
Salv. *q* 19. *nu.* 4. *ante fin. lib.* 2. & denique hanc obſer-
vat Rot. *ut in dec.* 43. *n* 5. & *dec.* 444. *n* 1. & 7. *p.* 3. *diverſ.*
& *dec.* 10. *n.* 5 & *dec.* 277. *n.* 2. poſt Pacif. de Salvian. *ſec.
nov. impreſſ.* Duran. *dec.* 40. *num.* 48. & *ſeq.* & fuit ſæpius
reſolutum.

Et de exceptione præſcriptionis appoſita à debito- 110
re, vel ab eo qui poſſidet titulo univerſali, uti hæres,

In hoc

in hoc judicio ſimiliter non admittenda, niſi aſſet tri-
ginta, vel quadraginta annorum per tex. in *l. cum no-
tiſſimi*, §. 5. ubi Bar. *n. 2. & alii*, *C de præſcrip. 30. vel 40.
annorum*, tradit Gratian. *d decíſ.* March. 15. *n. 9.* Mantic.
decíſ 291. *n. 5.* Rota *decíſ* 85. *n. 9.* poſt Pacific. de Salv. &
decíſ. 750. *num. 1. par. 2. recent.*

111 Sed hoc non procedit in Tertio poſſeſſore ſuccedcn-
te Debitori titulo ſingulari, prout axempto, vel dona-
to, vel alio modo, quia iſta præſcribit hypothecariam
ſpacio decem annorum inter Præſentes, & viginti in-
ter Abſantes, *l fin. C. de act. & oblig.* Pacif. de Salv. *in-*
112 *ſpect 2. cap. 2. n. 272. & ſeqq.* præſcipta autem † hypo-
thecare manet etiam præſcriptum interdictum, Salviani
lib. 1. & 2. C. ſi adverſ credit. Rolan. *conſ.* 79. *n. 7. & ſeqq.*
lib. 1. Tiraq. *de retract lignag* §. 1. *gloſ.* 10. *n.* 15. ubi hoc
paſſim ab omnibus receptum teſtatur, quem refert, &
ſequitus Mantic. *d. decíſ.* 291. *n. 3. & n. 5.* Rota *decíſ.* 17.
num 8. *dec.* 85. *n.* 10 *& ſeqq. & decíſ.* 861. *n.* 55. poſt Pacific.
de Salv. *& decíſ.* 634. *n. 8. par. 1. & decíſ.* 59. *num. 6. par. 6.
recent.* Duran. *decíſ.* 401. *num* 12.

113 Præſentia autem in eo, qui eſt Civis, & Incola ali-
cujus Civitatis, præſumitur, niſi contrarium probetur,
& ita millies ſe obſervari vidiſſe, affirmat Bald. *in l. Em
ptor. n 2. & ſeq* & Ang. *n. 2. verſ. ſed pone*, *C. de præſc.* 10.
vel 20. *annorum* Mantic. *decíſ.* 291. *n.* 4. Rota *dec.* 185. *n.* 6.
poſt Pacif. de Salv.

114 Verumtamen hujuſmodi limitatio Primò non habet
locum contra eum, qui non potuit agere, cum, non va-
lenti agere, non currat præſcriptio *l. fin C. de annal. except.*
Scapuccin. de Salvian *q* 21. *n* 9. *lib.* 2 Rota *dec.* 300. *n.* 8.
poſt Pacific. de Salv. *& dec.* 59. *n.* 7. *par* 6. *recent.*

115 Secundò non habet locum, quando competit reſti-
tutio in integrum ex capite ignorantiæ, Rota *d. decíſ.*
300. *n.* 7. poſt Pacific. de Salv. *& d. decíſ.* 59. *num. 8. par. 6.
recent.*

116 Tertiò non habet locum, quando Debitor conſtituit
ſe nomine alterius poſſidere nàm tunc Agenti non obſtat
præſcriptio decem, vel viginti annorum, nam præſcri-
pta hypotheca ſupereſt Conſtitutum, vel Precarium,
quo caſu competit condictio *ex l. fin. C. de acquir. poſſeſſ* &
non præſcribitur niſi ſpacio triginta annorum, Cenc. *de
Cenſ par.* 3. *c.* 1. *q.* 8. *art* 1. *in addit.* Rota. *d.* 300. *num.* 10.
poſt Pacific. de Salv. *& decíſ.* 75. *n* 9. *& ſeq. poſt* Cenc.
de Cenſ. in addit.

117 Econtra verò exceptio Dominii probati, vel incon-
tinenti probandi, venit in Salviano admittenda, Put.
decíſ. 433. *n.* 5. *lib* 3. Seraph. *decíſ.* 757. *num.* 1. ſicuti aliæ
exceptiones incontinenti probatæ in hoc eodem judicio
admittuntur, etiam ſi alias non admitterentur, tradit
Rota *decíſ.* 19 *n.* 4. poſt Pacific. de Salv. *& decíſ.* 57. *n.* 4.
par. 2. diverſ. & dec. 704. *n. 1. par. 3. recent.*, Duran. *dec.* 193.
num. 12.

Necnon omitto quod hypotheca anterior obſtat
Agenti in Salviano *lib. 2 ff. qui pot. in pig hab.* cum aliis
cumulatis per Rotam *in Ravennat. Salvian.* 18. *Junii*
1642 *coram R. P. D. Melzio*, & fuit dictum in *Fulginaten.
Salvian.* 1. *Julii* 1643. *coram R. P. D. Bichio*. Et omnes
exceptiones quæ obſtarent Defuncto agenti obſtant etiam
ejus Hæredi, *l. Seja*; *ff. de evict. l. venditrici C. de
reb. alien. non alienan. cum aliis cumulatis per* Ro-
tam *in Roman. dotis* 13. *Junii* 1633. *coram R P. D. Cerro.*

B Ubicumque pendente judicio in Salviano, aut alio
118 quocumque poſſeſſorio, aliquam petitorii mixturam
fieri contigerit, neceſſe eſt ante Sententiam petito-
rium ſuſpendere, nè aliàs ratione mixturæ cauſa ef-
ficiatur appellabilis, Saluſt. Tiber. *in prax. lib.* 2. *cap.* 2.
num. 5.

119 Quæ quidem ſuſpenſio poteſt fieri in quacumque in-
ſtantia, ut tradit Rota *decíſ* 15. *n.* 2. poſt Pacific. de Salv.
ubi quod ita paſſim obſervat Rota.

C Quatuor tantum terminos ſubſtantiales videlicet ad
120 articulandum, ad dicendum contra Articulos, ad pro-
ducendum omnia, & ad dicendum contra producta, pro-
ut in formula citationis ſuperius poſita, in hoc Salviani
judicio eſſe de neceſſitate obſervandos, teſtatur Saluſt.
Tiber. *in prax. d. lib.* 2 *cap.* 2. *n* 22. & paſſim, prout in illa,
& etiam prout in alia formula citationis ſuperius tradita,
ut magis libet, obſervat Praxis.

Fœl. rec. *Innocentius Sextus* Summus Pontifex, Ave- D
nioni degens, bo. me. *Ægidium* Cardinalem Conchen. 121
Hyſpanum S. R. E. Presbyterum Cardinalem tituli S.
Clementis, in toto Stato Eccleſiaſtico in Italia Lega-
tum, & Vicarium in temporalibus conſtituit, & de-
putavit, ut expreſsè legitur in ejuſdem *Innoc. VI. Conſtit.*
5. *Cum onus*, *ſecundum nov. impreſſ.* & ibi Cherub. *in Com-
pend. Bulla.*

Hic Cardinalis, uti Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Lega- 122
tus, nonnullas Conſtitutiones Provinciales vulgo Æ-
gidianas nuncupatas edidit, quas ad Urbem, & alia
loca Status Eccleſiaſtici immediatè Sedi Apoſtolicæ ſub-
jecta, extendit, & confirmavit, atque obſervari manda-
vit *Sixtus IV. conſt.* 8. *Et ſi*, *ſecundum antiq. impreſſ.*

Verum quoniam non conſtabat hujuſmodi Conſti- 123
tutiones fuiſſe uſu receptas, eaſdem uti tales, & proſi-
cuas, una cum ſua extenſione, confirmavit, & obſer-
vati præcepit etiam in Urbe, & aliis locis, ut ſupra, di-
tioni Eccleſiaſticæ, immediatè ſubjectis *Paul. III. Conſt.*
17. *Officii*, *& in appendice ejuſdem ibi annexa*, *ſecundum
antiq. impreſſ.*

Et quia bo. mem. Cardinalis *Pius de Carpo* nuncupa- 124
tus ejuſdem Apoſtolicæ Sedis Legatus in gubernio tem-
porali Provinciæ Marchiæ Ægidianis Conſtitutionibus
nonnulla adjecit, has quidem additiones, ſeù Conſti-
tutiones vulgo *Carpenſes* appellatas, confirmavit, & in
eadem Provincia Marchiæ ſervari mandavit idem *Paul.
III. conſt.* 39. *Ex debito*, *ſecundum antiq impreſſ* proindè
non ligant Degentès extra dictam Provinciam, quia nec 125
etiam confirmatio ligat eos, quos non compræhendit Con-
ſtitutio confirmata Beltram. ad Gregor. *decíſ.* 260. *num.*
17 Durand. *decíſ.* 84. *num.* 28.

Non ſunt tamen Ægidianæ Conſtitutiones obſer- 126
vandæ in caſibus, in quibus diſponunt Civitatum, &
locorum Statuta particularia, quia his Ægidianæ Con-
ſtitutiones non præjudicant, *Sixt. IV. d conſt.* 8 *Et ſi*,
Cherub. *in compend. Bullar. ad Conſt.* 17. *Paul* III. *fol.* 5.
Rota *decíſ.* 330. *n.* 3. *part* 2. *diverſ.* prout etiam facultati-
bus A. C. *Paul. III d. conſt.* 17. *Officii*, *& in d. Conſtit. ap-
pendice incipien. Cum onus ſecundum antiq impreſſ.* Rota
decíſ. 247 *num* 1. *& num.* 3. *& num.* 5. poſt Pacific. de
Salvian.

Sed propius ad rem, de qua agitur accèdando, 127
obſervandum eſt, quod appellatio in poſſeſſorio mo-
mentaneo, non datur de jure civili, quoad effectum
ſuſpenſivum, *leg. unica* ubi DD. *C. ſi de moment.
poſſeſſ. fuerit appell.* Bart. *in lib.* 2. *num.* 6. *verſ. poſ-
ſumus dicere*, *ff. de Appell. recip.* Matan. *de ord.
iud. part.* 6. *act.* 2. *numer.* 254. *& ſeqq.* ubi de magis com-
muni teſtatur Gabaliin. *ad Conſtit. Aegid. lib.* 6. *capit.* 2.
in §. *poſſeſſionis*, *numer.* 1. ubi quod in hoc fere omnes
DD conveniunt, Gravat. ad Veſtr. *lib* 6 *cap* 3. *num.*
38. ubi quod crebriori calculo à DD in hanc itum eſt
ſententiam, Marcheſ. *de commiſs. appell in poſſ. Salv.
part.* 1. §. 2. *numer* 24. *fol.* 999. ubi hoc videtur firmare
pro indubitabili, Menoc. *de arbitr. rem* 4. *numer* 828.
& ſeqq. ubi crebriori DD. opinione teſtatur, latè Scacc.
de appell. q. 37. *lim.* 6. *mem.* 7. *n.* 53 *& ſeqq.* ubi quod hæc
opinio ſervatur in toto Statu Eccleſiaſtico, *& numer.* 22.
ubi quod apud Nos hæc opinio ſervatur in praxi Af-
flict. *decíſ.* 269. *numer.* 3. *& ſeqq.* ubi quod Scacc *Conc.*
hanc opinionem ſemper ſervavit Ludovic. *decíſ. Peruſ.*
20. *num.* 16. *& ſeqq.* ubi quam plures hanc Bart. opinio-
nem magis communem affirmantes allegat, & magis
communem ac receptiorem opinionem Modernorum
eſſe hac tempeſtate teſtatur, & ita etiam paſſim † ob- 128
ſervat Signatura, committendo in poſſeſſorii cauſas cum
clauſula, *quatenus ſit locus Aegidianæ*, vel ſi clarius con-
ſtat de validitate, & juſtitia Sententiæ cum clau-
ſula, *ſine præiudicio Mandati de immittendo*, *vel de
manutenendo*, *aut de reintegrando*, & ſic quoad ef-
fectum tantum devolutivum, non autem ſuſpenſi-
vum, Scacc. *de appellat. dict. quæſt.* 17. *lim.* 6. *membr.* 7.
num. 22.

Verumtamen concluſio Primò non procedit, quan- 129
do appellatur ab inordinato proceſſu, nàm tunc ad-
mittitur appellatio, ad utrumque effectum, Covar.
pract. quæſt. cap. 23. *num.* 8. *verſ. cæterum cum aliis cumu-*

Digitized by Google

latis per Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *n.* 807. *& ſeqq.* Ludov. *deciſ. Peruſ.* 39. *n* 8. *& ſeqq.* Scacc. *de appell. quæſt.* 17 *lim* 6. *membr.* 2. *num.* 33. *& ſeq. & membr.* 7 *num.* 131. *& ſeq.*

130 Secundò non procedit, quando infertur præjudicium irreparabile, Bart. *in l* 2. *num.* 3 *ff. de appell. recip.* Dec. *conſ.* 28. *n.* 2. Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 6. *membr* 8 *n.* 1. *& ſeqq.*

131 De jure vero Canonico datur appellatio à Sententia lata in Poſſeſſorio, non ſolum quoad effectum devolutivum, ſed etiam ſuſpenſivum, *c. ex conqueſtione de reſtit. Spol. c. ſignificaverunt de Teſt. clem.* 1 *in fin. de ſeq poſſ.* & Fucc. Maran. *de ord. Jud par.* 6. *act.* 2. *num.* 29. Contard, *in l unica in* 2. *appoſ. num.* 1. *ubi de communi, C. ſi de moment poſſ.* Afflict. *deciſ.* 269. *n.* 2. *ubi de communi,* Ludov. *deciſ. Peruſ.* 20. *n.* 19. Rota *deciſ.* 231. *n.* 2. poſt Pacific. de Salv.

132 Sed hæc adeò ampla in Poſſeſſoriis appellandi licentia fuit per Conſtitutionem Ægidianam *lib.* 6. *cap.* 2. & per Summos Pontifices, qui illam ut ſupra per totum Statum Eccleſiaſticum extendendo approbarunt, coarctata, & ad terminos Juris Civilis reducta, Veſt. *in prax. lib.* 7. *c.* 3. *num.* 5. Scapuccin. de Salvian. *q.* 1. *num.* 9. *lib.* 3. Marcheſ. *de commiſſ. appell. in poſſ par.* 1. §. 2. *n.* 1. *& ſeqq. & num.* 10 *fol.* 997. Rota *dec.* 324. *n.* 1. *par.* 2 *& deciſ.* 300. *num.* 2. *par.* 5. *recent. & deciſ.* 98. *n.* 3. *& deciſ.* 228 *num.* 1. poſt Pacif. de Salv. Greg. *deciſ.* 461. *n.* 3. Duran. *deciſ.* 219. *num.* 2.

133 Habet autem locum Ægidiana Conſtitutio in quolibet Poſſeſſorio, & ſic etiam in Salviano Pariſ. *conſil.* 108. *n.* 15. *lib.* 1. Beniotend *deciſ.* 17. *in fin.* Caputaq. *deciſ.* 141. *par.* 3. Pacif. de Salv. *inſp* 4. *cap.* 2. *n.* 49. Rota *deciſ* 5. *num.* 5. *& deciſ* 229 *n* 1. *& deciſ.* 240. *n.* 1 poſt Pacific. de Salvian *& deciſ.* 130. *n.* 3. *& deciſ.* 324. *n.* 1. *par.* 2. *recent.* Greg. *deciſ* 491. *num.* 2. & ib Beltramin. *lit. B.* quod eſſe
134 etiam † de Sylo Curiæ tradit Rota *deciſ.* 51. *n.* 1 *par.* 5. *recent.* & procedit etiamſi ſententia ſit lata per Cedulam, dummodo ſit lata in mero poſſeſſorio. Pariſ *d conſ.* 108. *num.* 23. *lib.* 1 Rota *deciſ.* 173. *n.* 1. *& n.* 3. *par.* 1. *& deciſ.* 79. *nu.* 18 *par.* 5. *recent.*

135 Et in quacumque inſtantia Scapucc. de Salv. *q.* 3. *n.* 1. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 175 *n.* 3. *par.* 1. *recent.* Cavaler. *deciſ.* 42 *n.* 3. *& deciſ* 69. *n.* 2. adeò quod ſi non fuerit oppoſitum de Ægidiana contra Appellantem à prima ſententia poſſit opponi in ſecunda inſtantia contra Appellantem à Sententia confirmatoria primæ, Put. *deciſ.* 480 *num* 13. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 201. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 3. *par.* 3. *diverſ.*

136 Sed hoc non procedit, quando prima Sententia fuit lata ad favorem Rei, ſecunda verò ad favorem Actoris, quia tunc non eſt locus Ægidianæ, Scapucc. *d. q.* 3. *num.* 2. *lib.* 3. Put. *d. deciſ.* 480. *n.* 1 *lib.* 2. Rota *deciſ.* 144. *num.* 4. poſt Pacif. de Salv.

137 Niſi prima Sententia lata pro Reo eſſet evidenter nulla, & injuſta ex eiſdem actis, nam tunc non reputaretur Sententia, & per conſequens intraret Ægidiana, ſecus, ſi ex noviter deductis, quia tunc intraret regula, quod cauſa ſemel effecta appellabilis, ſemper durat appellabilis, Scapucc. *d. q.* 2. *n.* 2. *& ſeqq. lib.* 3. Put. *d. deciſ.* 480 *n.* 13. *& ſeq. lib.* 2 Rota *d. dec.* 144 *nu.* 5. poſt Pacific de Salv.

138 Vel niſi in ſecunda Sententia lata ad favorem Actoris fuiſſet expreſſe revocata prima lata ad favorem Rei, vel facta expliecita mentio injuſtitiæ, vel nullitatis ejuſdem, quia tunc ratione mixturæ daretur appellatio, nec poſſet intrare Ægidiana, Scapucc. *qu.* 3. *num.* 3. *lib.* 3. Rota *d. deciſ.* 144. *n.* 6. poſt Pacific. de Salvian.

139 Et ſtantibus ſupradicti extenſionibus, & confirmationibus Apoſtolicis habet locum Ægidiana in omnibus locis, & Terris Romano Pontifici immediatè ſubjectis, Pacif. c. de Salv *in ſpec.* 4. *cap* 2. *n.* 23. Mohed. *dec* 47. *alias* 5. *de Conſt.* Rota *deciſ.* 112. *n.* 1. *&* 8. *lib.* 1. *par diverſ & deciſ.* 233. *n.* 1. poſt Pacific. de Salvian. *& dec* 238. *n.* 16. *& deciſ.* 260. *n.* 4 *par.* 6 *recent.* Quinimò
140 ſi Bona, † de quibus agitur non ſine Sedi Apo[...]
cæ immediatè ſubjecta, ſit tamen Lis vertatur in C[...]
& perſonæ litigantes ſint Sedi Apo[...]
ſubjectæ, intrat nihilominus Æ[...]
vian. *in ſpec.* 4. *c.* 2. *n.* 26. P[...]

num. 29. *part.* 5. *recent. et deciſ.* 233. *num.* 2. *poſt* Pacif. *de Salv.*

Dummodo Sententia ſit reſtricta ad Solum Poſſeſſorium, licèt incidenter fuerit cognitum de nullitate, 141
& eo magis petitorium ſuit ſuſpenſum, pro caſu quicquid factum fuit, intelligitur tantum ad effectum poſſeſſorii, & illud colorandum factum, Rot. *dec.* 230. *num.* 1. *& dec.* 242. *n.* 1. *& dec.* 243. *nu* 1. *poſt*, Pacific. *de Salv.*

Requiritur etiam ad hoc ut Aegidianæ locus ſit, quod 142
Sententia ſit juſta, & valida, Veſtr. *in Prax. l.* 7. *c.* 3. *n.* 5. Rot. *dec.* 98. *n.* 5. *poſt* Pacif. *de Salv. & dec.* 343. *n.* 1. *p.* 2.
recent. Gregor *dec.* 491. *n.* 5. Duran. *dec.* 259 *n.* 1. prout † 143
requiritur eadem validitas, & juſtitia, ad hoc ut Sententia ſit exequenda, Seraph. *dec.* 603. *in princ.*

Et habet locum hæc Conſtitutio, ſive fuerit pronunciatum pro Actore, ſive pro Reo, & ſive contra unum, ſivè contra alterum ex eis, Put. *dec.* 307. *lib.* 2. *in correct.* Buratt. *dec.* 315. *n.* 6. 144

Aequiparatur autem Aegidiana *l. unic. C. ſi de moment. poſſ.* & eaſdem recipit limitationes quas recipit 145
d. l. unica, Rot. *dec.* 252. *n.* 2. *poſt* Pacif. *de Salv.* & † re- 146
cepit à Jure communi paſſivam interpretationem, Scapuc. *de Salv. q.* 1. *n.* 8. *lib.* 3.

Cum tamen ſit notoria, non eſt neceſſe illam producere ut per Pacif. *de Salv. inſp.* 4. *cap.* 2. *num* 54. Rota *dec.* 244 *num.* 1. *& dec* 245. *num.* 4 *poſt eumdem* Pacif. *de Salv.* 147

Ad effectum verò ut detur vel non detur appellatio in hac materia Aegidianæ, attendenda eſt Sententia, non autem petitio, aut probatio Contrad. *in l. unica, limit.* 2 §. 5. *n.* 32. *& ſeqq. C. ſi de moment. poſſ.* Scacc. *de Appell. q.* 17. *lim* 6. *memb.* 9. *n.* 6 Rot. *dec.* 51. *num.* 15. *& dec.* 79. *n.* 20. *p* 5. *rec.* 148

Denique non ommitto, plures adeſſe caſus in quibus Conſtitutioni Aegidianæ locus non eſt. 149

Primo namque Aegidiana non habet locum inter Perſonas Eccleſiaſticas, Scapucc. *de Salv. q.* 2. *n.* 7 *l.* 3. Scacc. *de Appell. q.* 17. *lim.* 6. *memb.* 3. *n.* 15. Pacif. *de Salv. inſp* 4 *c.* 2 *n.* 28. Rot. *dec.* 234. *n.* 1. *dec.* 237. *n.* 6. *& dec.* 238. *n.* 1. *& dec* 239. *n.* 5. *poſt* Pacif. *de Salv. & dec.* 32. *n.* 2. *p.* 1. *& dec.* 51. *n.* 13. *part.* 5. *recent.* prout nec quando in cauſa adſunt Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ Rot. *in Viterbien Fideicommiſſi*, 16. *Junii* 1642. *coram R. P. D. Cerro*

Adeò quod non comprehendat Perſonas Eccleſiaſticas etiam ad illarum, favorem, Buratt. *dec.* 315. *num.* 1. *& ſeqq.* Rot. *d. dec.* 61. *num.* 13. *p.* 5. *recent* Et ſicut, ſi Sententia lata eſſet in Poſſeſſorio contra Perſonas Eccleſiaſticas, liceret eis appellare non obſtante Aegidiana, ita etiam ratione æqualitatis ſervandæ inter Actorem, & Reum, alteri Parti laicæ debet eſſe licita appellatio adverſus perſonas Eccleſiaſticas in eodem poſſeſſorio, Hond. *conſ* 20. *num* 2. *l.* 2 Scapucc. *de Salvian. quæſt.* 2. *num.* 7. & ibi Adden. *ſub lit. C. lib* 3. Beltram. ad Gregor. *dec* 381. *num.* 8. Buratt. *dec.* 315. *num.* 3. *& ſeqq.* 150

Secundò non habet locum, quando agitur de rebus, ſeù bonis Eccleſiaſticis, Scapuc. *de Salv. q.* 2. *num.* 7. *lib.* 2 Scacc *de Appell. quæſt.* 17. *lim.* 6 *memb.* 3. *n.* 14. Pacif. *de Salv inſpect.* 4 *c.* 2. *num.* 33. Rot. *dec.* 231. *num.* 1. *& dec.* 235. *n.* 1. *dec.* 236 *n.* 3. *dec* 238. *n.* 1. *& ſeq. & deciſ.* 239. *n.* 5. *poſt* Pacif. *de Salv. & dec.* 32. *num.* 1. *part.* 1. *& deciſ.* 391. *n.* 5. *& dec.* 472. *n* 1. *p.* 2. *& dec.* 326. *n.* 6 *p.* 6. *recent.* Cavaler. *dec.* 267. *n.* 6. *& dec.* 493. *n.* 1. Buratt. *dec.* 151. *num.* 11. 151

Quod procedit, etiamſi agatur de utili dominio Ecceleſiæ, & lis ſit tantum inter Laicos, Rot. *in Romana domus de Scapuciis*, 19. *Januarii* 1611. *coram bon mem.* 152
C[...]*ano, quæ eſt dec.* 238. *num.* 2. *ſeqq. poſt* Pa-
[...]am ſequitur Rot. *dec.* 572. *num.* 1. *part.* 2.
[...]*m.* 5. *p.* 5 *recent. & in Viterbien, Fideicom-*
[...]*tatorum*, 12. *Maii* 1649. *coram R. P. D.*
[...]r. *dec.* 493 *numer.* 2. Duran. *deciſ.* 70. *in*

[...]m enim eſt locus Ægidianæ, & ſi agatur 153
[...]os, quando agitur de quocumque præjudicio
[...], Rot. *dec.* 239. *n.* 6. poſt Pacif. de Salv.
[...]oc non vendicat ſibi locum, quando agitur 154
tan-

Digitized by Google

taotum de poſſeſſione bonorum Emphiteuticorum Ec-
cleſiæ inter Laicos, quia tunc, non dicitur agi de bo-
nis, ſeù rebus Eccleſiæ, cum non agatur de utili do-
minio annexo, & depeodente à directo dominio Ec-
cleſiæ, & per conſequens, cum noo agatur de aliquo
Eccleſiæ præjudicio, intrat Ægidiana, Coccin. *deciſ.*
150. *numer.* 5. Quod eſt intelligendum, quando lis ver-
titur io foro Sæculari, ſecus ſi vertatur in foro Ec-
cleſiaſtico, in quo non habet locum Ægidiana, ut
declarat Rot. *dec.* 238. *n.* 23. *& ſeq. poſt* Pacific. de Sal-
vian.
155 Ad effectum autem, ut dicatur agi de rebus, ſeù bo-
nis Eccleſiaſticis, jus metimur ex parte Actoria, adeo ut
ſatis ſit, quod Eccleſia ſit actrix arg. *l.* 1. *in princ. ff. ſi pars
hæred. petur.* Scapuc. Salv. *q.* 2. *n.* 7. *lib.* 3. Bellamer. *deciſ.*
617. Rot. *dec.* 231. *n.* 4. *dec.* 234 *n.* 2. *& dec.* 246. *n.* 3. *poſt*
Pacif. de Salv. *& deciſ.* 392. *n.* 9. *p.* 2. *recent.* Buratt. *dec.*
315. *n.* 2.
156 Et eſt ratio, cur Ægidiana non comprehendat Per-
ſonas bona, & cauſas fori Eccleſiaſtici, quia bo. mem.
Cardinalis *Ægidiue*, qui Conſtitutiones Ægidianas
condidit, & compilavit, erat Legatus in guberno tem-
porali, & non habebat juriſdictionem, niſi in tempora-
libus, & prophanis, Innoc. VI. *conſt.* 1. *Cum onus, ſecundum
nov. impreſſ.* Cher. *comp. Bull. ad conſt.* 17. Paol III. *fol.* 2.
ubi quod hoc caret omni difficultate, Pacific. de Salvian.
inſp 4. *cap* 2 *num.* 32. Scacc. *de Appell. q.* 17. *lim.* 6. *membr.*
3. *num.* 14. Rot. *dec.* 235. *& dec.* 250. *num.* 5. *poſt.* Pacif. de
Salv. *& deciſ* 472. *num.* 1. *p.* 2. *recent.* Cavaler. *dec.* 493
num. 1. Buratt. *dec.* 315. *num.* 1. & ſæpius fuit in Rota fir-
matum.
157 Et licet Ægidiana fuerit confirmata à Summis Pon-
tificibus *Sixto IV. & Paulo III.* nihilominus non com-
prehendit Eccleſiaſticos, aut cauſas fori Eccleſiaſti-
ci, cum ut ſupra dictum fuit bo. mem. Cardinalis *Aegi-
diue* illius author, a quo Ægidiana originem traxit,
non haberet Juriſdictionem ſuper Eccleſiaſticis, &
Summi Pontifices ſimpliciter hujuſmodi Conſtitutio-
nem confirmarunt, & extenderunt ad univerſum Sta-
tum Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectum cum eiſ-
dem qualitatibus, eademque d. Conſtitutionis rema-
nente natura, *l. ſi remanente, ff. de precar. l. labeo, §. 6. ſe
autem ff. de Arbit.* Veſtr. *in Prax. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 5. Rot. *dec.*
237. *num.* 6. *&* 8. *poſt.* Pacific. de Salvian. Beltram. ad
Greg. *dec.* 260. *num.* 17. neque aliquam in dd. confir-
mationibus, & extenſionibus de Eccleſiaſticis men-
tionem ſpecialem fecerunt, prout erat perneceſſe ad
comprehenſionem, Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in poſ-
ſeſſ.* Salv. *p.* 1. *§.* 2. *num.* 3. *fol.* 998. *ſecundum nov. impreſſ.*
Scacc. *de Appel. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 3. *num.* 14. Robur
etenim conſtitutioni non pervenit ad effectum, de
quo agitur, ex confirmatione Apoſtolica, niſi ab initio
fuiſſet condita authoritate Papali, Rota *dec.* 250. *n.* 4. *&
ſeq. poſt* Pacif. de Salv.
158 Vnde infertur, quod cum Statutum Vrbis fuerit con-
ditum authoritate Summi Pontificis, & à Deputatis
ab eo, ac proindè etiam à Papa confirmatum, dicitur
habuiſſe originem ab ipſo Summo Pontifice, & ſic
tamquam Papale ligat Clericos, & Perſonas, & bona
Eccleſiaſtica, Seraph. *dec.* 794. *n.* 26. Rot. *dec.* 452. *n.* 1. *p.*
5. *diverſ. & dec.* 37. *n.* 2. *& ſeq. & dec.* 250. *n.* 2. *& ſeqq. poſt*
Pacif. de Salv.
159 Tertio non habet locum, quando Sententia continet
mixturam, & connexitatem cum Petitorio, Scacc. de
appell. q. 17. *lim.* 6. *memb.* 9. Put. *dec.* 278. *n.* 2. *lib.* 2. *& deciſ.*
108. *lib.* 3. Rot. *dec.* 243 *n.* 2. *& dec.* 253. *n.* 3. *poſt* Pacific. de
Salv. *& dec.* 305. *n.* 13. *p.* 6. *rec.* Cavaler. *dec.* 503. *num.* 1.
& deciſ. 510. *n.* 1.
160 ſed hoc procedit, quando mixtura, & complicatio
eſt in ipſa Sententia, non autem quando eſſet tantum
in proceſſu, quia tunc intelligeretur ad effectum co-
lorandi Poſſeſſorium, ſi Judex poſtea in Sententia
ad poſſeſſorium tantum ſe reſtrinxit, Rot. *dec.* 263.
nu. 1. *& ſeqq. p.* 1. *diverſ.* nam tenor Sententiæ debet in
hoc attendi, Rot. *in Romana melioramentorum*, 24. *No-*
161 *vembris* 1617. *coram bo. mem. Vbaldo*, prout † nec
etiam quando amplicatio non eſſet clara, ſed verba
Sententiæ eſſent dubia, dummodo conſtet Judicem
voluiſſe procedere in ſolo Poſſeſſorio, Cavaler. *dec.* 499.
num. 4.
Quartò eo minus habet locum, quando Sententia 162
fuit lata in Petitorio, Seraph. *dec.* 536 *n.* 9. Rota *dec.* 230.
n. 2. *& dec.* 242. *n.* 2. *poſt* Pacif. de Salv.
Quintò non habet locum in juriſdictionalibus, quia 163
juriſdictionalia habent admixtam cauſam proprieta-
ris, Rota *dec.* 252. *n.* 1. *poſt* Pacif de Salv.
Sextò non habet locum, quando Senreoria, e ſt noto- 164
riè injuſta, Gregor. *dec.* 491. *n.* 5 Buratt. *dec.* 151. *num*
10. Rot. *dec.* 187. *n.* 1. *p.* 7. *recent.* prout † nec quando 165
Senteoria non juſtificatur ex actis, Corn. *conſ.* 10. *num.* 2.
verſ. niſi forte diceretur, lib. 4. Rot. *dec.* 445. *n.* 6 *p.* 1 *div.*
ſed ex eiſdem actis factis ante Senreotiam conſtat de
illius injuſtitia, Seraph. *deciſ.* 701. *num.* 3. Rot. *deciſ.*
31. *n.* 1. *poſt* Pacif. de Salv. *& dec.* 391. *num.* 6. *& num.*
8. *part.* 2. *recent.* Buratt. *deciſ.* 630. *num.* 2. *& deciſ.* 850.
num. 4 adeo † quod ad effectum, de quo agitur, 166
non poſſit ex noviter deductis juſtificari, Corn. *dict.
conſ.* 10. *n.* 2. *verſ. niſi forte, lib.* 4. Rot. *dec.* 446. *num.* 8.
part. 1. *diverſ.* ubi quod ita pluries reſolvit Rot. & ob
id ſi poſt Sententiam fuiſſet facta probatio contraria,
tunc exequutio non impediretur, ut per Seraph. *deciſ.*
872. *n.* 2.
Proindè ſequitur, quod niſi doceatur de notorio 167
gravamine aut injuſtitia, intrat Ægidiana, Buratt. *dec.*
63. *n.* 1 *&. dec.* 457. *n.* 10. *dec.* 749. *n.* 1. *dec.* 780. *num* 1. *&
dec.* 850. *n.* 1.
Septimò non habet locum, quaodo conſtat de evidenti 168
nullitate Sententiæ, Rot. *dec* 18. *num.* 1. *part.* 1. *& dec.*
391. *n.* 6. *p.* 2. *rec. & dec.* 63. *n.* 1. *dec.* 72. *num.* 1 *& dec.* 144.
n. 5. *& n.* 7. *poſt* Pacif. de Salv. Buratt. *d. deciſ.* 141. *n.* 10.
Octavò non habet locum, quando agitur de gravamine 169
irreparabilis, Rot. *dec.* 197. *numer.* 9. *poſt* Pacif. de Salv.
Nonò non habet locum in Senrentia conditionali, 170
Rota *in Peruſina Spolii*, 17. *Martii* 1586. *coram bon. me.
Gipſio.*
Decimò non habet locum in Terris Imperii, Pon- 171
tan. *de Spol. p.* 3. *c.* 3. *num* 42. Pacif. de Salv. *inſp.* 4. *cap.* 2.
num. 25.
Hæc ſatis de Salviano, in reliquis adſunt tractatus
Bartholum. et Scapuccini, Similis Pacifici, qui de eo ex
profeſſo ſcripſerunt.

Do rem. l. final. C. de edict. D. Adr. toll. Pars II. Cap. VII.

S U M M A R I U M.

1 *Remedium*, l. fin C. de edict. div. Adrian. toll. *quibus
& quomodo competat.*
2 *Hæres ſcriptus, ſi poſſeſſio bonorum Hæreditario-
rum eſt vacans, exhibito Teſtamento, & le-
gitimata ejus Perſona, abſque alia citatione cum
clauſula*, ſine præjudicio aliorum, *immiſſionem
obtinet.*
3 *Hæres, ſi poſſeſſio bonorum non eſt vacans, debet
agere via Monitorii contra Detentores.*
4 *Monitorium in remedio*, l. fin. C. de edict. div. Adr.
toll. *& ejus formula.*
5 *Monitorii exequutio adnotatur, & reproducitur in
actis, & quomodo, & n.* 6.
6 *Reproductio Monitorii, & ejus Formula.*
7 *Proteſtatio contra Monitorium, & ejus formula.*
8 *Monitorium eſt omninò verificandum, alias Reus
abſolvitur.*
9 *In Judicio remedii l. fin. eſt producendum in Actis Te-
ſtamentum in forma probanti, una cum fide obitus
Teſtatoris.*
10 *Articuli in remedio l. fin. conficiendi, & eorum For-
mula.*
11 *Facta mixtura poteſt ſuſpendi Petitorium, nè cauſa
efficiatur appellabilis.*
12 *Citatio ad libellandum in terminis ſubſtantialibus; &
ejus formula, & proceſſus.*
13 *Citatio ad articulandum in termino ſubſtantiali in*

reme. l. fin. & ejus formula, & proceſſu.

14 *Judex in remedio l. fin. poteſt expedire cauſam per Cedulam, vel per Decretum ad libitum.*

15 *Citatio ad videndum reiterari, & loco Sententiæ reintegenti Monitorium, & ejus formula, & proceſſus.*

16 *Citatio ad videndum reiterari, ad Sententiam, & ejus formula, & proceſſus.*

17 *Cedula Sententiæ in remedio, l. fin. & ejus Formula.*

18 *Facto Decreto, vel lata Sententia, niſi adſit impedimentum, vel ſuperſeſſoria, expeditur Mandatum de immittendo.*

19 *Mandatum de immittendo in poſſeſſionem bonorum Hæreditariorum in remedio, l. fin. & ejus formula.*

20 *Mandatum de immittendo virtute l. fin. quando poſſeſſio bonorum hæreditariorum eſt vacant, & ejus formula.*

21 *Appellare volens in remedio, l. fin. debet obtinere Superſeſſorium, & adire plenam Signaturam Juſtitiæ.*

22 *Appellatio coram Judice à quo interponenda infra decem dies.*

23 *Interpoſitio appellationis in remedio, l. fin. coram Judice à quo, & ejus Formula, & reſponſio Judicis.*

24 *Cedula appellationis in remedio, l. fin. & ejus Formula.*

25 *Commiſſio appellationis in plena Signatura proponenda in remedio, l. fin. & ejus Formula.*

26 *Signatura in remedio, l. fin. reſcribit, vel cum clauſula,* ſine præjudicio, vel quatenus ſit locus Ægidianæ, *vel appellationis cauſam ſimpliciter committit.*

27 *Si locus eſt executioni, in remedio, l. fin. Executor virtute Mandati expediti, immittit in poſſeſſionem bonorum, & Actuarius ſuper immiſſione conficit Inſtrumentum.*

28 *Inſtrumentum Teſtamenti non vitiatum habet executionem paratam.*

29 *Remedium, l. fin. eſt civile competens tantum Hæredi ſcripto, interdictum verò quorum bonorum eſt prætorium competens Hæredi ab inteſtato.*

30 *Remedium, l. fin. competit Hæredi ſcripto in Teſtamento in ſcriptis (quod conficere cum omnibus Solemnitatibus eſt ferè impoſſibile) & ob id videtur receſſiſſe.*

31 *Remedium, l. fin. competit etiam Hæredi Inſtituto in Teſtamento nuncupativo in ſcriptis redacto, ſecus ſi Teſtes ſint tantum ducti coram Judice, & oretenus de ejus tenore fidem faciant.*

32 *Remedium, l. fin. competit tantum Hæredi ex Teſtamento interdictum verò quorum bonorum, tàm Hæredi ex Teſtamento, quam ab Inteſtato.*

33 *Hæredi ſcripto in remedio, l. fin. ſuffragatur præſumptio continuationis poſſeſſionis uſque ad mortem Defuncti.*

34 *Hæres ſcriptus, ut poſſit obtinere immiſſionem, debet exhibere in actis Teſtamentum non raſum, non cancellatum, nec in aliqua parte vitiatum, aut ſuſpectum.*

35 *Ex ſola productione Copiæ, aut vigore ſimplicis ſumpti Teſtamenti non datur Immiſſio.*

36 *Vigore copiæ, ſeù tranſumpti in forma autentica, & probanti Immiſſio eſt concedenda.*

37 *Si Fides teſtamenti revocatur in dubium eſt producendum Originale.*

38 *Ut detur Immiſſio ex remedio, l. fin. probanda eſt mors Teſtatoris.*

39 *Diſpoſita in Teſtamento locum non habent, niſi poſt Teſtatoris mortem.*

40 *Teſtamentum nondum valet, dum vivit, qui teſtatus eſt.*

41 *Voluntas Hominis eſt ambulatoria.*

42 *Immiſſio, ut detur, requiritur, quod bona fuerint à Teſtatore tempore mortis poſſeſſa.*

43 *Immiſſio virtute l. fin. datur in bonis à Teſtatore tempore obitus civiliter, & naturaliter, vel naturaliter tantum poſſeſſis, vel detentis.*

44 *Immiſſio ex l. fin. datur etiam in bonis civiliſſimè tantum à Teſtatore tempore mortis poſſeſſis.*

45 *Remedium, l. fin. competit hæredi Hæredis.*

46 *Immiſſio virtute, l. fin. in bonis tempore obitus Teſtatoris per Tertium poſſeſſis denegatur.*

47 *Intentans remedium, l. fin. debet citare Partem.*

48 *Intentans remedium, l. fin. quando Poſſeſſio eſt vacans, non tenetur etiam aliquem generaliter citare, & quare.*

49 *Remedium, l. fin. non datur contra legitimè Poſſidentem, ſeù legitimum Contradictorem, ſed agendum eſt contra via ordinaria.*

50 *Legitimus Contradictor, ut impediat Immiſſionem debet bona fide, & ſine vitio poſſidere, & incontinenti docere de Jure ſuo.*

51 *Legitimus Contradictor, ut impediat immiſſionem, debet oſtendere titulum purem.*

52 *Ad impediendam immiſſionem nihil intereſt, an Poſſidens habeat purem titulum ab eodem Teſtatore, vel ab Alio.*

53 *Ad Immiſſionem impediendam nihil intereſt, an Poſſeſſor habeat titulum ex Teſtamento, vel oſtendat alium titulum ſingularem legitimè obtentum, dummodo ſit talis, per quem poſſit impediri immiſſio.*

54 *In Judicio ordinario in quo adeſt legitimus Contradictor, obtinet, qui habet meliora, & potiora jura.*

55 *Legitimus Contradictor non eſt, qui poſſidet, etiam ſi habet titulum.*

56 *Legitimus Contradictor eſt habens titulum, & facultatem in Teſtamento capiendi poſſeſſionem propria auctoritate; licet non poſſideat, præſertim ſi pro tali fuit citatus & admiſſus.*

57 *Poſſidens ſine titulo non eſt legitimus Contradictor.*

58 *Legitimus Contradictor non eſt poſſidens cum titulo poſt mortem Teſtatoris quæſito.*

59 *Legitimus Contradictor eſt, qui habuit titulum ſuæ poſſeſſionis à Defuncto, vel ab Hærede, & incontinenti docet de jure ſuo.*

60 *Legitimus Contradictor non eſt, qui habet in cauſa Intereſſe.*

61 *Legitimus Contradictor non eſt, qui non habet in cauſa Intereſſe.*

62 *Legitimus Contradictor non eſt Fideicommiſſarius, etiam poſſidens ad impediendam Hæredis Immiſſionem, quando ſunt faciendæ pro Hærede detractiones, niſi prætenſiones detractionum ſint valdè turbidæ.*

63 *Legitimus Contradictor non eſt Legatarius ad impediendam hæredis Immiſſionem, & quare.*

64 *Legitimus Contradictor eſt Legatarius, qui erat in rei detentatione, vivente, & multo magis conſentiente Teſtatore.*

65 *Legitimus Contradictor non eſt Adminiſtrator, niſi habeat in re cum Domino communionem.*

66 *Legitimus Contradictor non eſt Filius contra Fideicommiſſarios volentes ei concedere retentionem pro ejus Legitima, & Rota concedit immiſſionem Fideicommiſſario pro indiviſo, quando detentiones ſunt claræ, & certæ.*

67 *Contradictor de facto per Citationem neceſſariam non eſt legitimus.*

68 *Contradictor de facto quis dicatur.*

69 *Legitimus Contradictor non eſt Fideicommiſſarius, qui debet capere de manu Hæredis, etiam ſi cæperit poſſeſſionem ante aditam.*

70 *Fideicommiſſarius, qui poſſidebat una cum Defuncto pro indiviſo, poteſt continuare, & non dicitur vitioſus poſſeſſor reſpectu totius.*

71 *Legitimus Contradictor eſt Fideicommiſſarius habens facultatem capiendi poſſeſſionem propria authoritate.*

72 *Legitimus Contradictor eſt Fideicommiſſarius exiſtens in rerum detentatione ſine vitio vivente Teſtatore.*

73 *Poſſidenti, vel ſemel Immiſſo non datur immiſſio virtute, l. fin.*

74 *Nulliter Immiſſo adhuc competit remedium, l. fin.*

75 Im-

Digitized by Google

75 *Immiſſio virtute l. fin. poteſt concedi ad confirmandam poſſeſſionem jam obtentam.*

76 *Poſſidens ſine vitio poteſt petere in ſua poſſeſſione confirmari, ſecus ſi poſſeſſio ſit vitioſa.*

77 *Poſſidens poteſt petere ſe in ſua poſſeſſione confirmari, ſecus ſi facto ſuo à poſſeſſione ceciderit.*

78 *Petens immitti fatetur non poſſidere, & ſi ante poſſ. debat, cadit à poſſeſſione.*

79 *Intentans remedium l. fin. pro poſſeſſione confirmanda, quid & quomodo petere debeat.*

80 *Notarius debet de immiſſione rogari, & publicum Inſtrumentum conficere.*

81 *Remedium l. fin. competit etiam Fideicommiſſario poſt purificatum Fideicommiſſum, etiam contra Tertium habentem cauſam ad Hærede, probata poſſeſſione Fideicommiſſarii de tempore obitus.*

82 *Vt remedium l fin. detur Fideicommiſſario, primò videndum de Fideicommiſſo, ſecundò de identiate bonorum, tertio de detractionibus.*

83 *Remedium, l. fin. non competit Fideicommiſſario, quando ei ſaltem verbo non eſt facta reſtitutio per Hæredem.*

84 *Remedium, l. fin competit Eccleſiæ fideicommiſſariæ, etiam nulla reſtitutione facta.*

85 *Remedium, l. fin. de Æquitate Canonica ad evitandos inanes circuitus competit, etiam nulla reſtitutione facta.*

86 *Remedium, l. fin. competit Fideicommiſſario in caſibus, in quibus recta via Jura, & actiones in eam tranſeunt etiam nulla reſtitutione facta.*

87 *Salviano ſicut Hypothecaria competit Fideicommiſſario, abſque aliqua etiam verbali reſtitutione facta vel facienda.*

88 Clauſula, deducens, &c. omni &c. *in Libello appoſita operatur, ut non cenſeatur intentatum ſolum remedium, l. fin ſed etiam utile Salviani quod competebat.*

89 *Remedium, l. fin. competit Fideicommiſſario, quando Gravatus deceſſit ſine Hærede.*

09 *Salvianum competit Fideicommiſſario contra Hæredem ratione Hypothecæ, ut hæreditatem ſibi per fideicommiſſum reſtituat.*

91 *Immiſſio in remedio, l. fin. non retardatur per exceptiones reſpicientes Poſſeſſorium ordinarium, aut Petitorium, aut requirentes indaginem.*

92 *Immiſſio virtute, l. fin. impeditur per Exceptiones peremptorias relevantes incontinenti probatas.*

93 *In judicio vigore, l. fin. probationes debent eſſe plenæ, & quare.*

94 *In remedio, l. fin. quando adeſt legitimus Contradictor, debent probationes eſſe plenæ, ſecus ſi legitimus Contradictor non adſit, & quare.*

95 *Clauſula*, ſine præjudicio poſſidentium &c. *quando venit in Mandato de immittendo apponenda.*

96 *Clauſula*, ſine præjudicio &c. *non comprehendit ea, in quibus, quis ſibi expreſsè præjudicat.*

97 *Poſſeſſio tradita cum clauſula*, ſine præjudicio, *intelligitur data ſub conditione, ſi Alias non poſſideat.*

98 *Clauſula*, ſine præjudicio, *operatur præſervationem poſſeſſionis Alterius.*

99 *Poſſeſſio tradita cum clauſula*, ſine præjudicio, *conſtito de poſſeſſione, aut potiori jure Alterius, reſolvitur.*

100 *Obtinens poſſeſſionem cum clauſula*, ſine præjudicio *donec non conſtat de poſſeſſione, aut jure Alterius, habetur pro poſſeſſore.*

De rem. l. final. C. de edict. D. Adr. toll. Pars II. Cap. VII.

1 REmedium *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* eſt pariter adipiſcendæ poſſeſſionis, & valde frequens occurrit in Tribunalibus Vrbis, & orbis; datur etenim Hæredi ſcripto in Teſtamento, *a*, pro adipiſcenda poſſeſſione bonorum hæreditariorum, quæ Defunctus de tempore obitus ſui poſſidebat, exhibito ſcilicet in actis Teſtamento non abolito, non cancellato, non raſo, nec in aliqua ſui parte vitiato, aut ſuſpecto, illoque quatenus opus ſit, recognito, ac probata morte Teſtatoris per Teſtes, vel per Scripturas.

Vbicumque igitur Hæres vult petere immiſſionem in poſſeſſionem bonorum, quæ Defunctus tempore obitus poſſidebat ſi poſſeſſio eſt vacans, tunc exhibito Teſtamento, ut ſupra, & ejus Perſona legitimata abſque alia citatione conceditur ei Mandatum 2
de immittendo cum clauſula, *dummodo poſſeſſio ſit vacans, & ſine præjudicio poſſidentium, & habentium meliora, & potiora Iura, juxta Formulam inferius traditam ſub numer.* 20. cujus quidem Mandati vigore in dd. Bonorum hæreditariorum poſſeſſionem ſine præjudicio aliorum, ut ſupra, Hæres immitti curat, ut inferius, *num.* 27.

3 At ſi Poſſeſſio eſt vacans, ſed plena, tunc neceſſe eſt monere Detentorem, & Occupatorem bonorum, ut infra videlicet.

4 De mandato Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. A. C. ſivè R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. Hæredisque NN. ex Teſtamento rogato per acta NN. ſub die N. menſe N. Anni N. in actis ſuis loco, & tempore exhiben. Tenore præſentium.

5 Moneatur NN. exadverſo prætenſus Detentor, et Occupator infraſcriptorum Bonorum hæreditariorum q. NN. et quæ d. NN. de tempore obitus ſui poſſidebat, quatenus infra triduum proximum ſub quingentorum ducatorum, et pro illis mandati exequutivi, ac in Iuris ſubſidium Excommunicationis, aliiſque pœnis &c. debeat d. Inſtantem in realem, actualem, et corporalem poſſeſſionem dd. Bonorum hæreditariorum q. NN. ac illorum annexorum, Pertinentiarum ac Membrorum quorumcunque immiſiſſe, poſuiſſe, et induxiſſe, poſitumque inductum, et immiſſum, manutenuiſſe, d. fendiſse, et conſervaſſe, ac de fructibus, redditibus, et proventibus reſpondiſse, fructuſque dedecurſos perceptos, ac damna expenſas, et intereſse paſsa, &c. et patien. ac liquidan. refeciſse, mandarumque de immittendo manutenendo, &c. et aliud deſuper neceſsarium, et opportunum concedi, relaxari, Jus, et Juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſsaria, et opportuna fieri vidiſſe in vim *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* et alterius cujuſuis remedii poſseſsorii magis utilis, et proficui, et alias, omni meliori modo &c. deducens &c. omne jus, omnemque Actionem, ac remedium ſibi in præmiſſis magis competens, implorans &c. præſentibuſque paruiſſe, et ſi quis &c. compareat, &c. alioquin &c.

(Hic deſcribitur tenor bonorum, niſi ſupra in corpore Monitorii fuerit adnotatus)

NN. Notarius.

Locus † Sigilli.

Monitorio per Curſorem perſonaliter executo, ac in fidem Exequutionis ſubſcripto adnotatur in actis illius Executio, et re productio, ut infra, videlicet.

6 Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque &c. NN. Sanctiſs. D. N. Curſor retulit, ſe ad inſtantiam NN. perſonaliter monuiſſe NN. prout in follo, tenoris &c. omni &c.

Exadverſo verò pars monita, antequam labatur triduum a die exequutionis Monitorii proteſtari conſuevit, ut infra, videlicet.

7 Pro NN. contra NN.

In Officio &c. NN. negando Monitorium dixit narrata, prout narrantur, non fuiſſe, nec eſse vera, et ad petita, prout petuntur, non teneri, ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, et verificatis verificandis, alias &c.

8 Veruntamen Actor, ſive Monitorium fuerit negatum, ſivè non tenetur omninò ad illius, ac contentorum in eo verificationem, alias Actore non probante Reus obſolvitur.

9 Poterit in hoc iudicio, in quo competit etiam Salvianum, pro verificatione Monitorii in primis, et ante omnia exhiberi in actis Teſtamentum, una cum fide obitus Teſtatoris in forma probanti citata parte ad dicendum contra jura, in cujus citationis termino ob-

tinebitur admiſſio cum ſolita clauſula, *ſi & inquantum*, quibus admiſſis, & quatenus opus ſit, recognitis juxta Praxim ſuperius poſitam *par. 1. c. 3. num. 10 & ſeqq.* poterunt dari in actis Articuli opportuni, tenoris infraſcripti, & alias mutatis mutandis, juxta facti contingentiam, videlicet.

10 Articulos infraſcriptos, dat, facit, exhibet, & producit Procurator, & eo nomine NN. contra NN. petens recipi, & admitti, & ſuper eis Teſtes inducendos, ſervatis ſervandis, examinari medio juramento tactis &c. deducens &c. non ſe aſtringens &c. ſalvo jure &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio &c.

In primis hic loco Articulorum repetit omnia jura in quantum &c. ex quibus &c. licet &c. tamen ad majorem cautelam, quatenus &c. probare intendit, & vult.

1. Che la verità fù, & è, che fù già al Mondo il q. NN. il quale ſotto il dì N. del meſe di N. dell'anno N, morì, e prima, mentre viſſe, tenne, e poſſedette, e morendo, laſsò nella ſua Heredità gl'infraſcritti Beni, de' quali pigliava li frutti da' ſuoi Lavoratori, & Affittuarii, e pigionanti a' debiti tempi, e come meglio li Teſtimonii informati deporranno la verità del fatto, e così &c.

2. Item, che li detti infraſcritti Beni in corpo, e ſoſtanza ſono ſtati da alcuni meſi in quà, e ſono ſino al preſente occupati, e tenuti da NN. Avverſario, quale ne hà preſo, e piglia i frutti, benche indebitamente, e come meglio i Teſtimonii &c. e così &c.

3. Item, quod de prædictis fuit, & eſt publica vox, & fama palam &c. (*hic adnotatur tenor bonorum.*)

Hos pro nunc &c. ſalvo jure &c. deducens &c. non ſe aſtringens &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio &c.

Nomi de Teſtimonii N N. N. N. N. N. & altri da nominarſi.

11 Articulis productis citata Parte ad dicendum contra illos, & admiſſis, ac Teſtibus examinatis juxta Praxim de qua ſupra *par. 1. c. 11. n. 2 & ſeqq. & c. proximo præcedente, num. 11. & ſeqq* vel alias per legitima probationum genera, Reus quoque poterit deducere ſuas exceptiones. ſi habet juxta Praxim de qua ſupra *part. 1. cap. 7. & cap. 8.* & illas eodem modo, ut ſupra probare, & quatenus opus ſit, ſuſpendi poterit ab Actore Petitorium, ut in *c. proximo, præcedenti n. 18.* Ne cauſa efficiatur appellabilis.

Proinde obſervandi ſunt termini ſubſtantiales, videlicet.

A. C. N.

12 Citetur NN. exadverſo principalis ad libellandum, ad p. d. ad articulandum ad 12. ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2. ad declarandum, ad jurandum de Calumnia ad p. d. in Terminis ſubſtantialibus, Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Jura, hodie in actis producta, & repetita, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra, & admitti ſi & in quantum omni &c.

Productio verò, & repetitio fit, ut ſupra, *par. 1. cap. 2. num 11. & ſeqq. & in cap. præcedenti, ſub num. 11. dictum fuit.*

Vel termini ſubſtantiales poſſunt ſervari, ut infra, videlicet.

A. C. N.

13 Citetur NN. exadverſo principalis ad articulandum ad 8. d. ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2. d. in Terminis ſubſtantialibus, Inſtante NN. principali, ſivè &c N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Jura, hac die in Broliardo producta, & rejecta, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra, & admitti ſi, & in quantum omni &c.

14 Judex poteſt in hoc judicio expedire cauſam per decretum, vel per cedulam prout ſibi magis libet.

Si cauſa eſt expedienda per decretum, citatur pars adverſa, ut infra, videlicet.

A. C. N.

15. Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & inculcatè tentos, habitos & ſervatos, in vim quarumcumque facultatum, abſolvi inſtantem à Cenſuris ad effectum &c. deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendam ſententiam definitivam in forma, & loco ſententiæ videndum reintegrari monitorium, (*ſi illius reintegratione opus ſit*) & inſtantem immitti in poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur, & mandatum de immittendo, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra admitti ad reiterationem terminorum, qui ſic admiſſus reiteravit in forma &c. deferri juramentum &c. qui tactis juravit, &c. (*& reintegrari monitorium*) ac decerni, & relaxari mandatum, ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

A. C. N

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter D. relaxavit mandatum de immittendo, & aliàs prout in actis inſtante NN. principali, ſive &c.

N Notarius.

Si vero cauſa ſit expedienda per Cedulam, citatur pars, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN exadverſo principalis ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales malè forſan, nulliter, & inculcatè tentos, habitos, & ſervatos in vim quarumcunque facultatum, abſolvi Inſtantem à cenſuris ad effectum &c. deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, concludendum, concludique videndum in cauſa & audiendam ſententiam definitivam in forma, & aliàs omni &c. ad p d. inſtante NN. principali, ſive &c. 16

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra admitti ad reiterationem terminorum, qui ſic admiſſus reiteravit in forma &c. deferri juramentum &c. qui tactis &c. juravit &c. & Sententiari prout in Cedula, quam Reverendiſſimus Dominus Locumtenens legit, ſubſcripſit, & mihi conſignavit tenoris &c. ſuper quibus &c. præſentibus ſociis teſtibus &c. non ſolum ut ſupra, ſed & omni alio meliori modo &c.

Tenor Cedulæ.

Christi nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam ſententiam, quam de Juris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeu veriori, verſæ fuerunt, & vertuntur, inſtantia inter NN. Actorem ex una, & NN. Reum conventum ex altera partibus de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem infraſcriptorum bonorum hæreditariorum q. NN. de quibus agitur, rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus dictum NN. immittendum fore, & eſſe prout immittimus, in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem bonorum, eorumque Jurium, ac pertinentiarum quarumcumque amoto exinde d. NN. Detentore, & quodcumque mandatum de immittendo deſuper neceſſarium, & opportunum decernendum fore, & eſſe, prout decernimus, relaxamus, Victumque Victori in expenſis condemnandum fore, & eſſe, prout condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure impoſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, declaramus, & diffinitivè ſententiamus, non ſolum præmiſſo, ſed etiam omni alio meliori modo &c. 17

(Hic inſerendus eſt tenor bonorum, de quibus agitur.)

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

Facto autem decreto, vel lata ſententia per cedulam ut ſupra; niſi aliquod adſit impedimentum, ſeu niſi pars adverſa obtinuerit ab Eminentiſſimo Signaturæ 18

Digitized by Google

turæ Juſtitiæ Præfecto mandari ſuperſederi Parte citata, ut ſupra prima parte *cap. 13. num. 18. & ſeq.* dictum fuit, expeditur mandatum de immittendo, ut infra, videlicet.

19 De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C. ſive R. P. D. NN ejus in civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis, Tenore præſentium.

Mandatur vobis Baroncello, & Executoribus, Subexequutoribus, & aliis ad quos ſpectat &c. quatenus ſtatim viſis & receptis præſentibus ſub 500. ducatorum &c. aliiſque &c. pœnis &c. debeatis eundem Iſtantem in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem bonorum de quibus agitur, eorumque Jurium, pertinentiarum, ac membrorum quorumcumque amoto NN. Adverſario, & quolibet alio illicito Detentore immiſiſſe, induxiſſe, & impoſuiſſe, ac immiſſum, inductum, & impoſitum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, ac de fructibus, redditibus, ac proventibus eorumdem bonorum reſpondiſſe, & reſponderi feciſſe, quoniam d. NN. Adverſario citato, & intimato ſervatis ſervandis in vim decreti deſuper emanati (*vel ſententiæ deſuper latæ, ſi cauſa fuit expedita per cedulam*) prout in actis Reverendiſs. Dominus ita mandavit hac die &c.

(Hic exprimitur tenor bonorum, ſi ſupra in corpore mandati expreſſus non fuit.)

NN. Notarius. Locus † Sigilli. NN. Locumten.

Cæterum quando poſſeſſio eſt vacans, non eſt neceſſe Aliquam citare, ſed obtinetur mandatum tenoris ſequentis, videlicet.

De mandato illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A.C. ſive
20 R.P.D.NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. Principalis.

Tenore præſentium.

Mandatur vobis Baroncello, Exequutoribus, Subexequutoribus, & aliis, ad quos ſpectat &c. quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus ſub 500 ducatorum &c. aliiſque pœnis &c. debearis eundem NN Inſtantem in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem bonorum hæreditariorum q. NN. in pede præſentis mandati adnotatorum, eorumque jurium, pertinentiarum, ac membrorum quorumcunque, dummodò poſſeſſio ſit vacans, & ſine præjudicio poſſeſſionis
b aliorum, & habentium meliora, & potiora jura, *b*, immiſiſſe, induxiſſe, & impoſuiſſe, ac immiſſum, inductum, & impoſitum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, & de fructibus, redditibus, & proventibus eorumdem bonorum reſpondiſſe, reſponderique feciſſe, quoniam in vim ultimi nuncupativi Teſtamenti d. q NN. in publicam, & authenticam formam in actis producti, Reverendiſs. Dominus ita mandavit, hac die &c.

(Hic adnotatur tenor bonorum hæreditariorum, de quibus agitur)

NN. Notarius. Locus † ſigilli. NN. Locumtenens.

Sed ſi facto decreto, ſeu lata Sententia, Parte ut ſu-
21 pra citata quis appellare voluerit, & ſi fieri potuerit impedire immiſſionem, neceſſe habebit adire Eminentiſs. Signaturæ Juſtitiæ Præfectum, & coram illo ſeu illius D. Auditore citare Partem adverſam ad videndum mandari ſuperſederi uſque ad primam, vel ſecundam Signaturam, juxta ſuperius tradita *p. 1. c. 13. n. 10 & ſeq.* & obtenta Superſeſſoria, cauſam in plena Signatura, juxta ordinem infra relatum *d. p. 1. c. 13. num. 20. & ſeqq.* proponendam curare.

Appellatio verò coram Judice à quo interponitur in-
22 fra decem dies poſt Sententiam latam, & alias ut ſup. *d. p. 1. c. 13. n. 2. & ſeq.* ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

23 Coram Domino, meque &c. NN habita notitia de prætenſo Decreto facto, ſeu Sententia lata ad favorem aſſerti NN contra NN. ab ea, & omnibus aliis gravaminibus &c. ad Sanctiſs. D. N. Innocentium X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam appellavit prout in cedula, quam facto dedit, tenoris &c. petens &c. omni &c.

Cui Dominus dedit refutatorios in forma omni &c.

Tenor cedulæ.

A quadam aſſerta Sententia, ſeù Decreto definitivo 24
lata, ſeu facto, ut dicitur, ad prætenſum favorem NN. contra NN. de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem bonorum hæreditariorumque NN. rebuſque aliis in actis cauſæ; & cauſarum hujuſmodi latius deductis &c. Procurator, & eo nomine d. NN. ſentiens ſe læſum, & gravatum, & timens impoſterum magis lædi, & gravari &c. ab illa, & toto proceſſu deſuper fabricato ad Sanctiſs. D. N. Innocentium X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam in his ſcriptis provocat, appellat, & æque principaliter de nullitate dicit, Petena ſemel, bis, tertio, ſæpè ſæpiùs, ſæpiſſimè inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſime ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus &c. à non admiſſione, ac toto ulteriori proceſſu iterum, & toties quoties &c ut ſupra provocat, appellat, & de nullitate dicit, itaut ſit ultimus in appellando &c & interim &c. nihil innovari &c. alias de nullitate, & attentatis &c. proteſtans &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo.

Commiſſio autem in plena Signatura proponenda cum narrativa fieri poterit ut infra (*& alias mutatis mutandis ſecundum contingentiam factorum*) videlicet.

Romana.

Beatiſſime Pater, Licet devotus S. V Orator NN. 25
filius, & ab inteſtato Hæres q NN. ſui Patris reperiatur in quieta, & pacifica poſſeſſione bonorum hæreditariorum ejuſdem, Nihilominus NN. Adverſarius vigore aſſerti Teſtamenti nulli, in quo aſſeritur d. NN. relictis eidem Oratori ſcutis centum pro ejus Legitima, instituiſſe eumdem NN. Adverſarium Hæredem univerſalem, egit coram A. C contra Oratorem, & Sententiam ſavorabilem, ut dicitur ſuper immiſſione in poſſeſſionem dd. bonorum hæreditariorum valorem ſcutorum 500. excedentium extorſit, Verum quia d. aſſertum teſtamentum non eſt perfectum, nec legitimo numero Teſtium munitum, quinimo eſt etiam nullum, cum d ſcuta centum non ſufficiant Oratori pro ejus Legitima, nec fuerint ei titulo inſtitutionis relicta. Supplicat igitur humiliter S. V. orator antedictus, ut dignetur cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, nec non nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ à d aſſerta Sententia definitiva infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, nec non attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de Jure &c. una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negocio principali, quam, & quas &c. alicui S V. Sacri Palatii Apoſtolici Auditori, vel Locumtenenti, audien. cognoſcen deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit &c. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, Statutum &c. pro plenè &c.

Quod ſi cauſa non ſit rotalis, petitur committi alicui Romanæ Curiæ Prælato, ut in *cap. proximè præcedente ſub n. 31.*

Signatura verò, ſi cauſa eſt appellabilis, eam ſimpli- 26
citer committit, ſi non eſt appellabilis, ſcribit cum clauſula, *ſine præjudicio mandati de immittendo*, ſi verò res eſt dubia, an detur nec ne appellatio ſuſpenſiva, reſcribit cum clauſula *quatenus ſit locus Ægidianæ*, C, ut C
latius in præcedenti cap. ſub *n. 33. & ſeqq & n. 121. & ſeqq* dictum fuit.

Quod ſi locus ſit exequutioni, expeditur manda- 27
tum, & datur Exequutoribus, qui procedunt ad immiſſionem in poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur, & Notarius actuarius de hujuſmodi immiſſione conficit inſtrumentum, juxta formulam ſupra in proximo præcedente capite num. 39. traditam, mutatis mutandis.

Digitized by Google

Obſervationes.

28 INſtrumentum Teſtamenti non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua ſui parte vitiatum, paratam habet executionem ex remedio *l. fin. C. de edict.* D. *Adr. toll.* Menoch. *de adipiſc. rem.* 4 *n.* 693. Surd. *conſ.* 214 *n.* 20. Campeg. *de Dot. p.* 5. *q.* 111. *n.* 5. Suarez. *in repet. l. poſt rem. judicatam, in* 3. *not.* 5. *adde quartum, ff. de re jud.*

29 Differt remedium *l. fin. C. de Edict. Div. Adr. toll* ab interdicto, *Quorum bonorum*, in pluribus, ſignanter verò in eo, quia remedium *leg. fin.* eſt remedium civile, quod competit Hæredi ſcripto in Teſtamento, Papien. *in form. libell. quando per hæred. ex teſt. in fin. in omnibus ejus bonis n.* 3. Interdictum verò, *Quorum bonorum*, eſt remedium prætorium, quod competit Hæredi ab inteſtato, Menoch. *de adipiſc. d. rem.* 4 *n.* 46. & *n.* 54. Maran. *de ord. jud. p.* 4. *diſt.* 7. *n.* 2.

30 Non ſolum, autem remedium *d. l. fin.* competit Hæredi ſcripto in Teſtamento in ſcriptis, quod cum ſit ferè impoſſibile cum omnibus requiſitis ſolemnitatibus conficere, videtur receſſiſſe, ab eo quod affirmaverit Bart. ſe unum tantummodo ſolemne teſtamentum in ſcriptis ſua tempeſtate vidiſſe quod nihilominus, ob quamdam ſolemnitatem defectum, ſubſiſtere non potuit, ut refert Prot. *in* §. 1. *verſ. circa primum Inſtit. de Teſtam.* Rolan. *conſ.* 36. *num.* 5. *lib.* 1. Menoch. *de adipiſ. d. rem.* 4. *n.* 95.

31 Sed etiam Hæredi inſtituto in Teſtamento nuncupativo in ſcriptum à Notario redacto, Menoch. *d. rem.* 4. *n.* 91. & *ſeqq.* Argel. *de acq. poſſeſſ. q.* 6. *nu.* 6 ubi de receptiſſima praxi, & DD. opinione teſtatur, etiam ſi de eo conſtet ex ſolis Teſtibus examinatis, & in ſcriptis redactis, ac publicatis, juxta *tex. in l. publicati, C. de Teſt.* Menoch. *d. remed.* 4. *n.* 96. & *ſeq.* Argel. *q.* 6. *nu.* 24. ubi de receptiſſima omnium ſententia teſtatur, ſecus ſi Teſtes non fuiſſent examinati, nec in ſcriptis redacti, ſed ſolummodo ducti coram Judice fidem facerent de Teſtamenti tenore, ut per eundem Menoch. *d. remed.* 4. *n.* 107. & *ſeq.*

32 Differt etiam remedium *d. l. fin.* ab Interdicto *Quorum bonorum*, quia remedium *l. fin.* competit Hæredi ex Teſtamento, non autem ab inteſtato, ex præalleg. ſub num. 29 Interdictum verò tam Hæredi ex Teſtamento, quam ab inteſtato, Maran. *de ord. jud. part.* 4. *diſt.* 9 *num.* 2. Menoch. *de adipiſc. remed.* 1. *num.* 3. & *ſeq.* ubi quod aliquando eſt utilius experiri hoc remedium, prout ſi Teſtamentum aliquam haberet cavillationem, ſeu aliquo defectu laboraret, Peregr. *de Fidec. art.* 46. *num.* 1. & *ſeq.*

33 Et ſuffragatur Hæredi ſcripto in hoc remedio *l. fin.* ad effectum immiſſionis, præſumptio continuationis poſſeſſionis uſque ad mortem Defuncti *l.* 3 §. *in amittenda*, & §. *quod ſi Servus, ff. de acquir. poſſ. l. cum qui, ff. de probat.* Rot. *deciſ.* 4. *de probat. in nov.* Gregor. *deciſ.* 394. *num.* 4. Caval. *dec.* 116. *in princ.* & *num.* 1. Rot. *deciſ.* 237. *n.* 2. *p.* 1. *recent.*

34 Ad hæc autem, ut immiſſio ex hoc remedio concedatur, plura requiſita concurrere debent.

Primò requiritur, ut Hæres probet ſeſe fuiſſe inſtitutum, & ſic exhibeat in actis coram Judice, Teſtamentum ipſum non raſum, non abolitum, nec cancellatum aut in aliqua ſui parte vitiatum, aut ſuſpectum, *text. eſt in d. l. fin. C. de edict. D. u. Adrian. Tollen.* Menoch *de adipiſc. d. rem* 4. *num.* 5. Saluſt. Tiber. *in prax. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 1 Butratt. *dec* 781. *n.* 8. Cavalet. *d. deciſ.* 316. *in princ.* & *num.* 1.

35 Nec ex ſola productione Copiæ Teſtamenti non authenticæ, licet datæ à Notario, immiſſio obtineri poteſt, Rot *dec.* 135. *nu.* 6. *p.* 2. *recent.* Buratt. *dec.* 78 *s. nu.* 8. prout nec etiam datetur immiſſio vigore ſimplicis ſumpti ejuſdem Teſtamenti, Bart. *in l.* 1. §. *ſi quis in duobus. ff. de bon. poſſeſſ. ſecundum tab.* Menoch *de adipiſc. d. rem.* 4. *n.* 65. & *ſeq.* Buratt. *deciſ.* 211. *n.* 11. & *deciſ.* 78 *t. num.* 8.

36 Sed hoc non procedit, quando copia, vel Tranſumptum eſſet in forma authentica, & probanti, nàm tunc illius vigore eſſet concedenda immiſſio, Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. d. remed.* 4. *n.* 653. & *ſeq.* Verall. *dec* 351. ubi de obſervantia Rotæ teſtatur, *p.* 1. Grat. *deſcept.* 187. *n.* 13. & *ſeq.* cum aliis cumulatis per Burat. *d. dec.* 211. *num.* 12. & *ſeq.*

Veruntamen ſi fides Teſtamenti revocetur in dubium, tunc eſt producendum originale, Bet. *conſ.* 1. *num.* 9. & *conſ.* 55 *n.* 5. *lib.* 2. Menoch. *de adipiſc. rem.* 4. *num.* 54. *verſ. niſi in dubium*, Zoccard. *in l. fi hum.* 92 *verſ. ſed nihilominus, C. de edict. diu. Adr. coll.* Rot. *dec.* 135. *n.* 6. *in fin. p.* 1. *recent.* 37

Secundò requiritur, ut probetur mors Teſtatoris, *arg. l.* 2. §. *ſi dubitetur, ff. quemad. teſt. aper.* Bart. *in l. fin. n.* 41. *C. de edict. div. Adr. tollen. cum aliis cumulatis* per Menoch. *de adipiſc. rem.* 4. *n.* 66. & *ſeq.* Saluſt. Tibet. *in prax. l.* 2. *c.* 5. *n.* 1. 38

Nam diſpoſita in Teſtamento locum non habent niſi mortuo Teſtatore, D. Paul. ad Hebr. *c.* 9. *n.* 16. & *ſeq. c. cum Marthæ*, §. *cæterum, verſ. noviſſimum enim, de celebr. Miſſar. l.* 1. *C. de Sacroſanct. Eccl. l. quemum indignum, C. de Teſtam.* Gloſ. *in d. c. cum Marthæ* §. *cæterum, in verbo immobile, de celebra. Miſſar.* Caſtr. *conſ.* 101. *num.* 2. *verſ.* & *quod dixi in fin. lib.* 1. alioquin † nondum valet, dum vivit, qui teſtatus eſt Apoſt. ad Hebr. *d. c.* 9. *num.* 17. *d. cap. cum Marthæ* § *cæterum, verſ. noviſſimum enim, de celebr. Miſſ.* Brun. *in tract. de Monet. vol.* 11. *p.* 9. *num.* 2. Ambulatoria † eſt enim hominis voluntas uſque ad ſupremum vitæ ſpiritum, *l.* 3. §. *fin.* & *l. ſeq. ff. de adim. leg. l. cum hic ſtatus*, §. *pœnitentiam, ff. de donat. inter Vir.* & *Uxor. l. ſi quis, C. qui teſt. fac. poſſ.* Gloſ. *in cap. cum Marthæ* §. *cæterum in verbo non valet, de celebr. Miſſ. Gloſ. in princ. Inſtit. de Donat. in verbo mortis*, & *in rubr. Inſt. de adim leg.* 39 40 41

Tertiò requiritur, quod bona, in quibus petitur immiſſio, fuerint à Teſtatore de tempore ejus obitus poſſeſſa, aliàs enim immiſſio non concederetur, *l. fin.* ubi Gloſ. *in verbo fuerunt*, & *DD. communiter uno ore affirmant, C. de edict. diu. Adr. Toll.* Soccin. Iun. *conſ.* 77. *num.* 160. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 168. *num.* 26. *lib* 1. & *conſ.* 51. *num.* 2. *lib.* 4. Menoch. *de adipiſc. rem.* 4. *num.* 363 ubi de communi Saluſt. Tiber *in prax. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 9. *verſ. etiam hac deciſione, ibi, Fideicommiſſario autem*, Rot. *dec.* 237. *n.* 1. *p.* 1. & *dec.* 131. *num.* 1. *p.* 2. & *deciſ.* 445. *num.* 5. *p.* 4. *recent.* Mantic. *deciſ* 33. *num.* 9. *et num.* 11 Greg. *dec.* 206. *num.* 1. Cavalet. *dec.* 316. *num.* 1. *et num.* 8. Duran. *dec* §. 301. *num.* 3. *deciſ.* 321. *num.* 2. *et deciſ.* 358. *num.* 2. ubi quod hoc eſt unum de duobus extremis neceſſariis ad immiſſionem. 42

Quod procedit non ſolum in bonis per Teſtatorem civiliter, & naturaliter, ſed etiam naturaliter tantùm poſſeſſis, Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *num.* 3. *et ſeq.* 43

Necnon etiam in bonis per Teſtatorem detentis, *d. l. fin.* ubi Gloſ. *in verbo fuerunt*, & Caſtr. *num.* 12. *C. de edict. Diu. A de. Tollen.* Bero *conſ.* 53. *num.* 5. *lib.* 2. Rol. *conſ.* 2 *num.* 30 *ubi de communi lib.* 3. Menoch. *d. remed.* 4. *n.* 368. Rot. *deciſ.* 131. *n.* 5. *part.* 2. *recent.* Gregor. *deciſ.* 394. *num.* 11.

Quinimò etiam in bonis à Teſtatore civiliſſimè tantum poſſeſſis, Menoch. *d. remed.* 4. *num.* 365. *et ſeq.* nam competit hoc Beneficium, ſeu remedium, etiam Hæredi Hæredis, Menoch. *d. remed.* 4. *num.* 250. Titaq. *in tract le mort ſai ſit le vif part.* 2. *declar.* 5. *num.* 17. *et ſeq.* Rot. *dec.* 116. *num* 1. *par.* 3. *recent.* 44 45

Cæterum pro bonis de tempore obitus Teſtatoris per Tertium poſſeſſis immiſſio hujus remedii virtute denegatur, *d. l. fin.* & ibi Salic. *numer.* 18. & *ſeq. C. de edict. Diu. Adr. Toll.* Jaſ. *conſ.* 138. *num.* 2. *verſ. ſecundò reſpondetur lib.* 4 Grat. *conſ.* 149. *num* 6 & *ſeq. lib.* 2. Soccin. Iun *conſ.* 77 *numer.* 161. & *ſeq. lib.* 1. Menoch. *de adipiſc. d. remed.* 4. *numer.* 363. *verſic. hic reſpondet Gratus.* 46

Quartò requiritur citatio Partis, Bart. *in l. fin. numer.* 26. & ibi Salic. *numer.* 20. *ubi de communi*, & *alii*, *C. de edict. Diu. Andr. toll.* Menoch. *d. remed.* 4. *num.* 447. & *ſeq.* 47

Sed hoc non procedit, quando poſſeſſio eſt vacans, tunc enim aliqua citatio, etiam generalis, non eſt neceſſaria, Bart. *in l. fin. numer.* 16. *C. de edict. Diu. Adr. Toll.* Menoch. *de adipiſc. d. remed.* 4. *num.* 458. & *ſeq. ubi de commun*, & *numer* 460. ubi reddit rationem, quia hoc caſu agitur de modico, vel nullo præjudicio, unde 48

Digitized by Google

de citatio non requiritur, arg. *l. de unoquoque, ff. de re jud.*

49 Quintò requiritur, quod alius legitimè non poſſideat text. eſt in *d. l. fin. ibi non autem legitimo modo ab alio detentis, C. de edict. Div. Adr. toll.* & ob id ſi adſit aliquis poſſeſſor bonorum, qui ſit legitimus contradictor, utique Immiſſio ex hoc remedio non conceditur, Bart. *in l. filiam num. 1. & ibi* Alex. *num. 3 ff. ad Sen. Conſul. Trebell.* Cavaler. *dec.* 316. *num.* 2. Sed contra eum agendum eſt via ordinaria, Bart. *in l. fin. num.*

a 21. *verſ. aut comparet, C. de edict. Div. Adr. Tollen.* Suarez *in l. poſt rem judicatam in 3. not. §. adde quartum, circa fin. ff. de re jud.* Peregr. *de Fideicommiſſ. art.* 48. *numer.* 40. Seraph. *dec.* 801. *num.* 1. Rot. *dec.* 711. *numer.* 1. *& ſeq. p.* 1. *& dec.* 306. *num.* 2. *part.* 3. *recent.* Cavaler. *dec.* 485. *numer.* 1. Duran. *dec.* 178. *numer.* 31. *& ſeqq.*

50 Adhoc autem, ut quis dicatur legitimus Contradictor ad effectum impediendi immiſſionem, debet poſſidere bona fide, & ſine vitio, ac incontinenti docere jure ſuo, Gabr. *de fideic. concl.* 5. Seraph. *dec.* 609. *numer.* 4. Rot. *dec.* 270. *numer.* 2. *p.* 1. *& dec.* 360. *num.* 11. *part.* 5. *recent.* Gregor. *dec.* 206. *numer.* 9. Cavaler. *dec.* 401. *num.* 7.

51 Et oſtendere titulum parem, prout ex alio Teſtamento, Peregr. *de Fideic. art.* 38. *n.* 40 Rot. *dec.* 811. *n.* 2. *& ſeq. p.* 1. *& dec.* 362. *num.* 2. *& ſeq. p.* 3. *recent.* Caval. *dec.* 450. *num.* 5. *& dec.* 485. *num.* 1. Duran. *dec.* 178. *num.* 31.

52 Nec intereſt, ad effectum impediendi immiſſionem an poſſidens habeat parem titulum ab eodem Teſtatore, ut per Seraph. *dec.* 801. *numer.* 1. *& dec.* 1219. *num.* 5. Rot. *dec.* 312. *numer.* 2. *part.* 3. *recent.* Cavaler. *dec.* 357. *numer.* 6. vel ab Alio Teſtatore, ut per Ruin. *conſil.* 28. *numer.* 2. *verſ. & ſubdit.* Bartol. *libr.* 5. quem refert, & ſequitur Rota *dec.* 362. *numer.* 2. *part.* 3. *recent.*

53 Vel etiam non oſtendat alium titulum ſingularem prout emptionis, donationis, dotis, & hujuſmodi legitimè tamen, & non alias obtentum, ut per Peregr. *de Fideic. art.* 48. *numer.* 43. Rota *dec.* 127. *numer.* 4 *p.* 7. *recent.*

Dummodo titulus, qui oſtenditur, ſit ita legitimus, & talis, per quem poſſit obtineri, & impediri immiſſio, Rot. *dec.* 711. *n.* 2. *& ſeqq. p.* 1. *rec.*

54 In judicio verò ordinario, in quo Poſſeſſor, habens titulum, eſt legitimus Contradictor, ille debet obtinere qui habet meliora, & potiora jura. Bart. *in l. fin. n.* 21. *verſ. aut comparet aliquis, C. de edict. D. Adr. toll.* Cagnol. *in l. in p.* 171. *n.* 3. *verſ. ſed ubi appacet, ff. de reg. jur.* Rolan. *conſ.* 77. *num.* 3. *& n.* 27. *lib.* 3. Rot. *dec.* 198. *n.* 1. *p.* 3. *recent.*

In pluribus autem caſibus quis legitimus Contradictor non eſt ad immiſſionem impediendam in hoc remedio, *l. g. fin.* &

55 Primò ille quia non poſſidet, non eſt legitimus contradictor, Seraph. *dec.* 33. *n.* 2. *& dec.* 37. *n.* 3. *& dec.* 144. *n.* 5. Rot. *dec.* 185. *n.* 8. *p.* 5. *recent.*

Quod locum habet etiam in eo, qui habet titulum, Seraph. *dec.* 29. *n.* 1.

56 Sed hoc non procedit, quando habens titulum, habet etiam facultatem in Teſtamento capiendi poſſeſſionem propria authoritate, tunc enim, licèt adhuc non poſſideat, eſt nihilominus Contradictor legitimus, Eugen. *conſ.* 55. *nu.* 22. *lib.* 1. Menoch. *de adip. ſc. rem.* 4. *numer.* 633. cum aliis cumulatis per Rot. *dec.* 185. *numer.* 9. *& ſeqq. p.* 5. *recent.* ubi quod hoc eo facilius locum ſibi vendicat, quando quis fuit, etiam ſimpliciter citatus, & admiſſus pro legitimo Contradictore.

57 Secundò qui poſſidet ſine titulo, ſimiliter non eſt contradictor legitimus, Cocc. *dec.* 475. *num.* 10.

58 Tertiò nec etiam qui poſſidet cum titulo poſt Teſtatoris mortem quæſito, Saluſt. Tiber. *in Prax. lib.* 2. *c.* 5. *num.* 9. *verſ. nota amplius,* Peregr. *de Fideic. ar.* 48. *n.* 31. *ubi de communi,* Afflict. *dec.* 119. *num.* 6. Mantic. *dec.* 341. *numer.* 3.

59 Sed hoc non procedit, quando quis titulum ſuæ poſſeſſionis habuit à Defuncto, Soccin. *Jun. conſ.* 77. *num.* 161. *ubi, de communi lib.* 1. Peregr. *de Fideic. art.* 48. *num.* 41. *& ſeqq.* ubi quod idem juris eſt, quando quis habuiſſet titulum ab Hærede, & incontinenti de jure ſuo doceret.

Quartò qui habet contra ſe Decretum irritans, legitimus contradictor eſſe non poteſt quia decretum hujuſmodi inficit titulum, & poſſeſſionem, Rot. *dec.* 362. *n.* 3. *p.* 3. *rec.* Cavaler. *dec.* 278. *n.* 10. 60

Quintò nec eſt etiam legitimus contradictor, qui non habet in cauſa intereſſe, Cravet. *conſ.* 184. *num.* 8. Seraph. *dec.* 144. *n.* 1. Rot. *dec.* 147. *n.* 4. *p.* 6. *recent.* Duran. *dec.* 55. *in prin.* 61

Sextò ſimiliter nec Fideicommiſſarius etiam poſſidens ad impediendam Hæredis immiſſionem eſt contradictor legitimus, quando ſunt pro hærede faciendæ detractiones, *l. filiam fratribus, ff. ad Trebell. lineam Margaritarum, ff. ad leg. Falcid.* Jaſ. *in l. non eſt dubium prin. C. de legat.* Rip. *in l.* 1. *n.* 24. *ff. quor. legator.* Boer. *dec.* 156. *n.* 2. Seraph. *dec.* 609. *n.* 4. Rot. *dec.* 115. *n.* 11. *p.* 2. *rec.* Duran. *dec.* 189. *n.* 9. 62

Niſi prætenſiones Hæredis circa detractiones eſſent valdè turpidæ, quia tunc reſpiciunt Petitorium, & ad illud rejiciuntur, Rot. *apud Poſt. de Manut. deciſ.* 216. *numer.* 14 Seraph. *dec.* 1229. *num.* 7. Cavaler. *deciſ.* 573. *nu.* 3. Rot. *dec.* 47. *num.* 13. *& dec.* 52. *n.* 21 *p.* 5. *recent.*

Septimò Legatarius debet regulariter capere de manu Hæredis rem legatam, & ob id ſi poſſideat, ejus poſſeſſio dicitur vitioſa, & ob id ad Hæredis immiſſionem impediendam legitimus contradictor non eſt in hoc *l. fin.* remedio, Rot. *dec.* 315. *numer.* 5 *part.* 5. *recent.* 63

Sed hoc non procedit, quando quis vivente Teſtatore erat in rei detentatione ſine vitio, tunc enim competit Legatario retentio ad immiſſionem impediendam, præſertim ad hoc accedente conſenſu expreſſo, vel etiam tacito ipſius Teſtatoris, Rot. *dec.* 315. *n.* 6. *& ſeqq. p.* 3 *recent.* 64

Octavo adminiſtrator etiam ſi aliquid pro labore percipiat, niſi habeat in re cum Domino communionem, non eſt contradictor legitimus, Seraph. *deciſ.* 707. *num.* 5. 65

Nonò Filius non eſt legitimus contradictor adverſus Fideicommiſſarios petentes immiſſionem, ſi velint ei concedere retentionem pro ejus Legitima, aliàs ſecus, Rot *dec.* 562. *num.* 2. *& ſeq. part.* 1 *recent.* Quinimò detractio legitimæ non impedit immiſſionem, ſecundum opinionem, quàm ſervat Rota, quæ concedit immiſſionem Fideicommiſſario pro indiviſo Rot. *apud Poſt. de Manuten. dec.* 316. *n.* 13. ubi plures deciſiones cumulat, Buratt. *dec.* 63. *n.* 9 *& ſeqq.* 66

Sed hoc procedit quando detractiones ſunt certæ ratione quotæ, & loci alias ſecus ſe deciſionibus cumulatis per Beltram. ad Greg. *dec.* 283. *n.* 5. eſt latius per Feren. till. ad Buratt. *dec.* 63. *n.* 14. *ſub lit. C.*

Decimò contradictor de facto per citationem non voluntariam, ſed neceſſariam non efficitur legitimus contradictor, Seraph. *dec.* 144. *nu.* 5. Cavaler. *dec.* 450. *n.* 5. Rot. *dec.* 601. *n.* 4 *p.* 4. *et deciſ.* 348. *num.* 15. *part.* 5. *recent.* 67

Dicitur autem contradictor de facto non ſolum, qui de intereſſe in cauſa non docet, ut per Seraph. *deciſ.* 145. *n.* 1. *et n.* 5. Rot. *deciſ.* 601. *num.* 4. *p.* 4 *recent.* Sed etiam qui habet contra ſe ſententiam, & executoriales Romæ, & illarum virtute ordinationes, Cavaler. *deciſ.* 283 *n.* 2. 68

Vndecimò Fideicommiſſarius, qui debet capere de manu Hæredis etiamſi cœperit poſſeſſionem ante aditam Hæreditatem, legitimus non eſt contradictor, ſed ejus poſſeſſio, tamquàm vitioſa, ad immiſſionem impediendam non attenditur, Gregor. *dec.* 296. *n.* 5. *et ſeq. & ibi* Beltramin. *n.* 10. 69

Sed hoc primò non procedit, quando Fideicommiſſarius poſſidebat unà cum Defuncto pro individuo, nàm tunc poteſt continuare, & non dicitur vitioſus poſſeſſor reſpectu totius, Petiſ. *conſ.* 53. *numer.* 110. *lib.* 3. Mareſc. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 139. *num.* 36. cum aliis cumulatis per Beltram. ad Gregor. *deciſ.* 206. *n.* 10. *verſ. ſi tamen.* 70

Secundò non procedit, quando Fideicommiſſarius haberet facultatem capiendi poſſeſſionem propria autho- 71

Digitized by Google

latis per Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *n.* 807. & *ſeqq.* Lu-
dov. *deciſ. Peruſ.* 39. *n.* 8. & *ſeqq.* Scacc. *de appell. quæſt.*
17 *lim* 6, *membr.* 2. *num.* 33. & *ſeq.* & *membr.* 7 *num.* 131.
& *ſeq.*

130 Secundò non procedit, quando inferiur præjudicium
irreparabile, Bart. *in l* 2. *num.* 3 *ff. de appell. recip.* Dec,
conſ. 28. *n.* 2. Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 6. *membr* 8 *n.* 1.
& *ſeqq.*

131 De jure vero Canonico datur appellatio à Sententia
lata in Poſſeſſorio, non ſolum quoad effectum devolu-
tivum, ſedetiam ſuſpenſivum, *c. ex conqueſtione de reſtit.
Spol. c. ſignificaverunt de Teſt. clem.* 5 *in fin. de ſeq poſſ.* &
Fucc. Maran. *de ord. Jud par.* 6. *act.* 2. *num.* 29 5. Contard,
in l unica in 3. *oppoſ. num.* 1. *ubi de communi*, *C. ſi de mo-
ment poſſ.* Afflict. *deciſ.* 269. *n.* 2. *ubi de communi*, Ludov.
deciſ. Peruſ. 20. *n.* 19. Rota *deciſ.* 231. *n.* 2. poſt Pacific. de
Salv.

132 Sed hæc adeò ampla in Poſſeſſoriis appellandi licen-
tia fuit per Conſtitutionem Ægidianam *lib.* 6. *cap.* 2. &
per Summos Pontifices, qui illam ut ſupra per totum
Statum Eccleſiaſticum extendendo approbarunt, coar-
ctata, & ad terminos Juris Civilis reducta, Veſt. *in prax,
lib.* 7. c. 3. *num.* 5. Scapuccin. de Salvian. *q.* 1. *num.* 9. *lib.* 3.
Marcheſ. *de commiſſ appell. in poſſ par.* 1. 5. 2. *n.* 1. & *ſeqq.*
& *num.* 10 *fol.* 997. Rota *dec.* 324. *n.* 1. *par.* 2 & *deciſ.* 300,
num. 2. *par.* 5. *recent.* & *deciſ.* 98. *n.* 3. & *deciſ.* 228 *num.* 5,
poſt Pacif. de Salv. Greg. *deciſ.* 462. *n.* 3. Duran. *deciſ.* 219.
num. 2.

133 Habet autem locum Ægidiana Conſtitutio in quo-
libet Poſſeſſorio, & ſic etiam in Salviano Paris. *conſil,*
308. *n.* 15. *lib.* 1. Benintend *deciſ.* 17. *in fin.* Caputaq. *deciſ.*
241. *par.* 3. Pacif. de Salv. *inſp* 4. *cap.* 2. *n.* 49. Rota *deciſ* 5.
num. 5. & *deciſ* 229 *n* 1. & *deciſ.* 240. *n.* 1 poſt Pacific. de
Salvian & *deciſ.* 150. *n.* 3. & *deciſ.* 324. *n.* 1. *par.* 2. *recent.*
Greg. *deciſ* 491. *num.* 2. & ib Beltramin. *lit. B.* quod eſſe
134 etiam † de Stylo Curiæ tradit Rota *deciſ.* 51. *n.* 1 *par.* 5.
recent. & procedit etiamſi ſententia ſit lata per Cedu-
lam, dummodo ſit lata in mero poſſeſſorio. Paris *d conſ.*
308. *num.* 23. *lib.* 1. Rota *deciſ* 173. *n.* 1. & *n.* 3. *par.* 1. &
deciſ. 79. *nu.* 18 *par.* 5. *recent.*

135 Et in quacumque inſtantia Scapucc. de Salv. *q.* 3. *n.* 1.
lib. 1. Rota *deciſ.* 175. *n.* 3. *par.* 1. *recent.* Cavaler. *deciſ.* 42
n. 3. & *deciſ* 69. *n.* 2. adeò quod ſi non fuerit oppoſitum
de Ægidiana contra Appellantem à prima ſententia, poſ-
ſit opponi in ſecunda inſtantia contra Appellantem à
Sententia confirmatoria primæ, Put. *deciſ.* 480 *num* 13.
lib. 2. Rota *deciſ.* 201. *num.* 1. & *ſeq. lib.* 3. *par.* 3. *diverſ.*

136 Sed hoc non procedit, quando prima Sententia fuit
lata ad favorem Rei, ſecunda verò ad favorem Acto-
ris, quia tunc non eſt locus Ægidianæ, Scapucc. *d. q.* 3.
num. 2. *lib.* 3. Put. *d. deciſ.* 480. *n.* 13 *lib.* 2. Rota *deciſ.* 144.
num. 4. poſt Pacif. de Salv.

137 Niſi prima Sententia lata pro Reo eſſet evidenter nul-
la, & injuſta ex eiſdem actis, nam tunc non reputaretur
Sententia, & per conſequens intraret Ægidiana, ſecus,
ſi ex noviter deductis, quia tunc intraret regula, quod
cauſa ſemel effecta appellabilis, ſemper durat appellabilis,
Scapucc. *d. q.* 2. *n.* 2. & *ſeqq. lib.* 3. Put. *d. deciſ.* 480 *n.* 13.
& *ſeq. lib.* 2 Rota *d. dec.* 144 *nu.* 5. poſt Pacific de Salv.

138 Vel niſi in ſecunda Sententia lata ad favorem
Actoris fuiſſet expreſſe revocata prima lata ad favo-
rem Rei, vel facta explicita mentio injuſtitiæ, vel nul-
litatis ejuſdem, quia tunc ratione mixturæ daretur
appellatio, nec poſſet intrare Ægidiana, Scapucc.
qu. 3. *num.* 3. *lib.* 3. Rota *d. deciſ.* 144. *n.* 6. poſt Pacific. de
Salvian.

139 Et ſtantibus ſupradictis extenſionibus, & confirma-
tionibus Apoſtolicis habet locum Ægidiana in omni-
bus locis, & Terris Romano Pontifici immediatè ſub-
jectis, Pacific. de Salv *in ſpec.* 4. *cap* 2. *n.* 23 Mohed. *dec.*
47. *alias* 5. *de Conſt.* Rota *deciſ.* 112. *n.* 5. & 8. *lib.* 1. *par.* 3.
diverſ & *deciſ.* 233. *n* 1. poſt Pacific. de Salvian. & *deciſ.*
238. *n.* 16. & *deciſ* 260. *n.* 4 *par.* 6 *recent.* Quinimò etiam
140 ſi Bona, † de quibus agitur non ſint Sedi Apoſtoli-
cæ immediatè ſubjecta, ſit tamen Lis vertatur in Curia,
& perſonæ litigantes ſint Sedi Apoſtolicæ immediatè
ſubjectæ, intrat nihilominus Ægidiana, Pacific. de Sal-
vian. *in ſpec.* 4. *c.* 2. *n.* 26. Rota *deciſ.* 79. *n.* 19. & *dec.* 117.
num. 19. *part.* 5. *recent. et deciſ.* 233. *num.* 2. *poſt* Pacif. *de
Salv.*

Dummodo Sententia ſit reſtricta ad Solum Poſſeſ- 141
ſorium, licèt incidenter fuerit cognitum de nullitate,
& eo magis petitorium fuit ſuſpenſum, pro caſu quicquid
factum fuit, intelligitur tantum ad effectum poſſeſſorii,
& illud colorandum factum, Rot. *dec.* 230. *num.* 1. & *dec.*
242. *n.* 1. & *dec.* 243. *nu* 1. *poſt*, Pacific. *de Salv.*

Requiritur etiam ad hoc ut Aegidianæ locus ſit, quod 142
Sententia ſit juſta, & valida, Veſtr. *in Prax. l.* 7. *c.* 3. *n.*
5. Rot. *dec.* 98. *n.* 5. *poſt* Pacif. *de Salv.* & *dec.* 343. *n.* 5. *p.* 2.
recent. Gregor. *dec.* 491. *n.* 5. Duran. *dec.* 259 *n.* 1. prout † 143
requiritur eadem validitas, & juſtitia, ad hoc ut Sen-
tentia ſit exequenda, Seraph. *dec.* 603. *in princ.*

Et habet locum hæc Conſtitutio, ſive fuerit pronun- 144
ciatum pro Actore, ſive pro Reo, & ſive contra unum,
ſivè contra alterum ex eis, Put. *dec.* 307. *lib.* 2. *in correct.*
Buratt. *dec.* 315. *n* 6.

Aequiparatur autem Aegidiana *l. unic. C. ſi de mo-* 145
ment. poſſ. & eaſdem recipit limitationes quas recipit
d. l. unica, Rot. *dec.* 252. *n.* 2. *poſt* Pacif. *de Salv.* & † re- 146
cepit à Jure communi paſſivam interpretationem, Sca-
puc. *de Salv. q.* 1. *n.* 8. *lib.* 3.

Cum tamen ſit notoria, non eſt neceſſe illam pro- 147
ducere ut per Pacif. *de Salv. inſp.* 4. *cap.* 2. *num* 54. Rota
dec. 244 *num.* 1. & *dec* 245. *num.* 4 *poſt eumdem* Pacif. *de
Salv.*

Ad effectum verò ut detur vel non detur appellatio 148
in hac materia Aegidianæ, attendenda eſt Sententia,
non autem petitio, aut probatio Contrad. *in l. unica*, *li-
mit.* 2 §. 5. *n.* 30. & *ſeqq. C. ſi de moment. poſſ.* Scacc. *de Ap-
pell. q.* 57. *lim* 6. *memb.* 9. *n.* 6 Rot. *dec.* 51. *num.* 15. & *dec.*
79. *n.* 20. *p* 5. *rec.*

Denique non ommitto, plures adeſſe caſus in quibus 149
Conſtitutioni Aegidianæ locus non eſt.

Primo namque Aegidiana non habet locum inter
Perſonas Eccleſiaſticas, Scapucc. *de Salv. q.* 2. *n.* 7. *l.* 3.
Scacc. *de Appell. q.* 17. *lim.* 6. *memb.* 3. *n.* 15. Pacif. *de Salv.
inſp* 4 *c.* 2 *n.* 28. Rot. *dec.* 234. *n.* 1. *dec.* 237. *n.* 6. & *dec.*
238. *n.* 1. & *dec* 239. *n.* 5. *poſt* Pacif. *de Salv.* & *dec.* 32. *n.* 2.
p. 1. & *dec.* 51. *n.* 13. *part.* 5. *recent.* prout nec quando
in cauſa adſunt Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ Rot. *in
Viterbien Fideicommiſſi*, 16. *Junii* 1642. *coram R. P. D.
Cerro*

Adeò quod non comprehendat Perſonas Eccleſia- 150
ſticas etiam ad illarum, favorem, Buratt. *dec.* 315. *num.*
5. & *ſeqq.* Rot. *d. dec.* 61. *num.* 13. *p.* 5. *recent* Et ſicut,
ſi Sententia lata eſset in Poſſeſſorio contra Perſonas
Eccleſiaſticas, liceret eis appellare non obſtante Aegi-
diana, ita etiam ratione æqualitatis ſervandæ inter
Actorem, & Reum, alteri Parti laicæ debere eſſe licita
appellatio adverſus perſonas Eccleſiaſticas in eodem
poſſeſſorio, Hord. *conſ* 20. *num* 1. *l.* 2 Scapucc. *de Sal-
vian. quæſt.* 2. *num.* 7. & ibi Adden. *ſub lit. C. lib* 3. Beltram.
ad Gregor. *dec* 581. *num.* 8. Buratt. *dec.* 315. *num.* 3. &
ſeqq.

Secundò non habet locum, quando agitur de rebus, 151
ſeù bonis Eccleſiaſticis, Scapuc. *de Salv. q.* 2. *num.* 7. *lib.*
2 Scacc *de Appell. quæſt.* 17. *lim.* 6. *memb.* 3. *n.* 14. Pacif. *de
Salv inſpect.* 4 *c.* 2. *num.* 33. Rot. *dec.* 231. *num.* 5. & *dec.*
235. *n.* 1. *dec.* 236. *n.* 3. *dec* 238. *n.* 1. & *ſeq.* & *deciſ.* 239.
n. 5. *poſt* Pacif. *de Salv.* & *dec.* 32. *num.* 1. *part.* 1. & *deciſ.*
395. *n.* 5. & *dec.* 472. *n.* 1. *p.* 2. & *dec.* 326. *n.* 6 *p.* 6. *re-
cent.* Cavaler. *dec.* 267. *n.* 6. & *dec.* 493. *n.* 1. Buratt. *dec.*
251. *num.* 11.

Quod procedit, etiamſi agatur de utili dominio Ec- 152
cleſiæ, & lis ſit tantum inter Laicos, Rot. *in Romana
domus de Scapucciis*, 19. *Januarii* 1615. *coram bon. mem.
Coccino Decano, quæ eſt dec.* 238. *num.* 2. *ſeqq. poſt* Pa-
cif. *de Salv.* quam ſequitur Rot. *dec.* 572. *num.* 1. *part.* 2.
& *deciſ* 49 *num.* 1. *p.* 5 *recent.* & *in Viterbien*, *Fideicom-
miſſi*, *ſeu Attentatorum*, 12. *Maii* 1645. *coram R. P. D.
Cerro*, Cavaler. *dec.* 493 *numer.* 2. Duran. *deciſ.* 70. *in
princ.*

Numquam enim eſt locus Ægidianæ, & ſi agatur 153
inter Laicos, quando agitur de quocumque præjudicio
Eccleſiæ, Rot. *dec.* 239. *n.* 6. poſt Pacif. de Salv.

Sed hoc non vendicat ſibi locum, quando agitur 154
tan-

tantum de poſſeſſione bonorum Emphiteuticorum Ec-
cleſiæ inter Laicos, quia tunc, non dicitur agi de bo-
nis, ſeù rebus Eccleſiæ, cum non agatur de utili do-
minio annexo, & dependente à directo dominio Ec-
cleſiæ, & per conſequens, cum non agatur de aliquo
Eccleſiæ præjudicio, intrat Ægidiana, Coccin. *deciſ.*
150. *numer.* 5. Quod eſt intelligendum, quando lis ver-
titur in foro Sæculari, ſecus ſi vertatur in foro Ec-
cleſiaſtico, in quo non habet locum Ægidiana, ut
declarat Rot. *dec.* 238. *n.* 53. *& ſeq. poſt* Pacific. de Sal-
vian.

155 Ad effectum autem, ut dicatur agi de rebus, ſeù bo-
nis Eccleſiaſticis, jus metimur ex parte Actoris, adeo ut
ſatis ſit, quod Eccleſia ſit actrix arg. *l.* 1. *in princ. ff. ſi pars*
hæred. petat. Scapuc. Salv. *q.* 2. *n.* 7. *lib.* 3. Bellamer. *deciſ.*
617. Rot. *dec.* 531. *n.* 4. *dec.* 234 *n.* 2. *& dec.* 246. *n.* 3. *poſt*
Pacif. de Salv. *& deciſ.* 391. *n.* 9. *p.* 3. *recent.* Buratt. *dec.*
315. *n.* 5.

156 Et eſt ratio, cur Ægidiana non comprehendat Per-
ſonas bona, & cauſas fori Eccleſiaſtici, quia bo. mem.
Cardinalis *Ægidiar*, qui Conſtitutiones Ægidianas
condidit, & compilavit, erat Legatus in guberno tem-
porali, & non habebat juriſdictionem, niſi in tempora-
libus, & prophanis, Innoc. VI. *conſt.* 1. *Camonas, ſecundum*
nov. impreſſ. Cher. *comp, Bull ad conſt.* 17. Paul III. *fol.* 5,
ubi quod hoc caret omni difficultate, Pacific. de Salvian.
inſp 4. *cap* 5 *num.* 32. Scacc. *de Appell. q.* 17. *lim.* 6. *membr.*
3. *num.* 14. Rot. *dec.* 235. *& dec.* 530. *num.* 5. *poſt.* Pacif. de
Salv. *& deciſ* 475. *num.* 1. *p.* 2. *recent.* Cavaler. *dec.* 493.
num. 1. Buratt. *dec.* 315. *num.* 1. & ſæpius fuit in Rota fir-
matum.

157 Et licet Ægidiana fuerit confirmata à Summis Pon-
tificibus *Sixto IV. & Paulo III.* nihilominus non com-
prehendit Eccleſiaſticos, aut cauſas fori Eccleſiaſti-
ci, cum ut ſupra dictum fuit bo. mem. Cardinalis *Aegi-*
diar illius author, a quo Ægidiana originem traxit,
non haberet Juriſdictionem ſuper Eccleſiaſticis, &
Summi Pontifices ſimpliciter hujuſmodi Conſtitutio-
nem confirmarunt, & extenderunt ad univerſum Sta-
tum Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectum cum eiſ-
dem qualitatibus, eademque d. Conſtitutionis rema-
nente natura, *l. ſi remanente, ff. de precar. l. labeo, §. hoc*
autem ff. de Arbit. Veſtr. *in Prax. lib.* 7. *cap* 5. *n.* 5. Rot. *dec.*
237. *num.* 6. *&* 8. *poſt.* Pacific. de Salvian. Beltram. ad
Greg. *dec.* 560. *num.* 17. neque aliquam in dd. confir-
mationibus, & extenſionibus de Eccleſiaſticis men-
tionem ſpecialem fecerunt, prout erat pernecesse ad
comprehenſionem, Marcheſ. *de Commiſſ appell. in poſ-*
ſeſſ Salv. *p.* 1. *§.* 2. *num* 3. *fol.* 998. *ſecundum nov. impreſſ.*
Scacc. *de Appel. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 3. *num.* 14. Robur
etenim conſtitutioni non pervenit ad effectum, de
quo agitur, ex confirmatione Apoſtolica, niſi ab initio
fuiſſet condita authoritate Papali, Rota *dec.* 250. *n.* 4. *&*
ſeq. poſt Pacif. de Salv.

158 Unde infertur, quod cum Statutum Urbis fuerit con-
ditum authoritate Summi Pontificis, & à Deputatis
ab eo, ac proindè etiam à Papa confirmatum, dicitur
habuiſſe originem ab ipſo Summo Pontifice, & ſic
tamquam Papale ligat Clericos, & Perſonas, & bona
Eccleſiaſtica, Seraph. *dec.* 794. *n.* 56. Rot. *dec.* 452. *n.* 1. *p.*
5. *diverſ. & dec.* 37. *n.* 2. *& ſeq. & dec.* 250. *n.* 2. *& ſeqq. poſt*
Pacif. de Salv.

159 Tertio non habet locum, quando Sententia continet
mixturam, & connexitatem cum Petitorio, Scacc. de
appell. q. 17. *lim.* 6. *memb.* 9. Put. *dec.* 578. *n.* 2. *lib.* 5. *& deciſ.*
508. *lib.* 3. Rot. *dec.* 243 *n.* 2 *& dec.* 253. *n.* 3. *poſt* Pacific. de
Salv. *& dec.* 305. *n.* 13. *p.* 6. *rec.* Cavaler. *dec.* 505. *num.* 1.
& deciſ. 510. *n.* 1.

160 ſed hoc procedit, quando mixtura, & complicatio
eſt in ipſa Sententia, non autem quando eſſet tantum
in proceſſu, quia tunc intelligeretur ad effectum co-
lorandi Poſſeſſorium, ſi Judex poſtea in Sententia
ad poſſeſſorium tantum ſe reſtrinxit, Rot. *dec.* 263.
nu. 1. *& ſeqq. p.* 1. *diverſ.* nam tenor Sententiæ debet in
hoc attendi, Rot. *in Romana melioramentorum*, 24. *No-*
161 *vembris* 1617. *coram bo. mem. Ubaldo*, prout † nec
etiam quando amplicatio non eſſet clara, ſed verba
Sententiæ eſſent dubia, dummodo conſtet Judicem

Petri Ridolph. Pars II.

voluiſſe procedere in ſolo Poſſeſſorio, Cavaler. *dec.* 499.
num. 4.

Quartò eo minus habet locum, quando Sententia 162
fuit lata in Petitorio, Seraph. *dec.* 536 *n.* 9. Rota *dec.* 230.
n. 2. *& dec.* 242. *n.* 2. *poſt* Pacif. de Salv.

Quintò non habet locum in juriſdictionalibus, quia 163
juriſdictionalia habent admixtam cauſam proprieta-
tis, Rota *dec.* 552. *n.* 1. *poſt* Pacif de Salv.

Sextò non habet locum, quando Sententia, eſt noto- 164
riè injuſta, Gregor. *dec.* 491. *n.* 5 Buratt. *dec.* 151. *num*
10. Rot. *dec.* 187. *n.* 1. *p.* 7. *recent.* prout † nec quando 165
Sententia non juſtificatur ex actis, Corn. *conſ.* 10. *num.* 2.
verſ. niſi forte diceretur, *lib.* 4. Rot. *dec.* 445. *n.* 6 *p.* 1 *div.*
ſed ex eiſdem actis factis ante Sententiam conſtat de
illius injuſtitia, Seraph *deciſ.* 701. *num.* 3. Rot. *deciſ.*
31. *n.* 1. *poſt* Pacif. de Salv. *& dec.* 391. *num.* 6. *& num.*
8. *part.* 2. *recent.* Buratt. *deciſ.* 630. *num.* 2. *& deciſ.* 850.
num. 4 adeo † quod ad effectum, de quo agitur, 166
non poſſit ex noviter deductis juſtificari, Corn. *d. &.*
conſ. 10. *n.* 2. *verſ. niſi forte*, *lib.* 4. Rot. *dec.* 446. *num.* 8.
part. 1. *diverſ.* ubi quod ita pluries reſolvit Rot. & ob
id ſi poſt Sententiam fuiſſet facta probatio contraria,
tunc exequutio non impediretur, ut per Seraph. *deciſ.*
872. *n.* 2.

Proindè ſequitur, quod niſi doceatur de notorio 167
gravamine aut injuſtitia, intrat Ægidiana, Burstt. *dec.*
63. *n.* 11. *dec.* 457. *n.* 10. *dec.* 749. *n.* 1. *dec.* 780. *num* 2. *&*
dec. 850. *n.* 1.

Septimò non habet locum, quando conſtat de evidenti 168
nullitate Sententiæ, Rot. *dec* 18. *num.* 1. *part.* 1. *& dec.*
391. *n.* 6. *p.* 2. *rec. & dec.* 63. *n.* 1. *dec.* 72. *num.* 2 *& dec.* 144.
n. 5. *& n.* 7. *poſt* Pacif. de Salv. Buratt. *d. deciſ.* 141. *n.* 10.

Octavò non habet locum, quando agitur de gravamine 169
irreparabili, Rot. *dec.* 197. *numer.* 9. *poſt* Pacif. de Salv.

Nonò non habet locum in Sententia conditionali, 170
Rota *in Pecaſina Spolii*, 17. *Martii* 1586. *coram bon. me.*
Gipſio.

Decimò non habet locum in Terris imperii, Pon- 171
tan. *de Spol. p.* 3. *c.* 3. *num* 42. Pacif. de Salv. *inſp.* 4. *cap.* 5.
num. 25.

Hæc ſatis de Salviano, in reliquis adſunt tractatus
Berthalum. et Scapaccini, Statilii Pacifici, qui de eo ex
profeſſo ſcripſerunt.

De rem. l. final. C. de edict. D. Adr. toll. Pars II. Cap. VII.

SUMMARIUM.

1 *Remedium*, l. fin C. de edict. div. Adrian. toll. *quibus & quomodo competat.*
2 *Hæres ſcriptus, ſi poſſeſſio bonorum Hæreditariorum eſt vacans, exhibito Teſtamento, & legitimata ejus Perſona, abſque alia citatione cum clauſula*, ſine præjudicio aliorum, *immiſſionem obtinet.*
3 *Hæres, ſi poſſeſſio bonorum non eſt vacans, debet agere via Monitorii contra Detentores.*
4 *Monitorium in remedio*, l. fin. C. de edict. div. Adr. toll. *& ejus formula.*
5 *Monitorii exequutio adnotatur, & reproducitur in actis, & quomodo, & n.* 6.
6 *Reproductio Monitorii, & ejus Formula.*
7 *Proteſtatio contra Monitorium, & ejus formula.*
8 *Monitorium eſt omninò verificandum, alias Reus abſolvitur.*
9 *In Judicio remedii l. fin. eſt producendum in Actis Teſtamentum in forma probanti, una cum fide obitus Teſtatoris.*
10 *Articuli in remedio l. fin. conficiendi, & eorum Formula.*
11 *Facta mixtura poteſt ſuſpendi Petitorium, nè cauſa efficiatur appellabilis.*
12 *Citatio ad libellandum in terminis ſubſtantialibus, & ejus formula, & proceſſus.*
13 *Citatio ad articulandum in termino ſubſtantiali in reme-*

reme. l. fin. & ejus formula, & proceſſus.

14 *Judex in remedio l. fin. poteſt expedire cauſam per Cedulam, vel per Decretum ad libitum.*

15 *Citatio ad videndum reiterari, & loco Sententiæ reintegrari Monitorium, & ejus formula, & proceſſus.*

16 *Citatio ad videndum reiterari, ad Sententiam, & ejus formula, & proceſſus.*

17 *Cedula Sententiæ in remedio, l. fin. & ejus Formula.*

18 *Facto Decreto, vel lata Sententia, niſi adſit impedimentum, vel ſuperſeſſoria, expeditur Mandatum de immittendo.*

19 *Mandatum de immittendo in poſſeſſionem bonorum Hæreditariorum in remedio, l. fin. & ejus formula.*

20 *Mandatum de immittendo virtute l. fin. quando poſſeſſio bonorum hæreditariorum eſt vacans, & ejus formula.*

21 *Appellare volens in remedio, l. fin. debet obtinere Superſeſſorium, & adire plenam Signaturam Juſtitiæ.*

22 *Appellatio coram Judice à quo interponenda infra decem dies.*

23 *Interpoſitio appellationis in remedio, l. fin. coram Judice à quo, & ejus Formula, & reſponſio Judicis.*

24 *Cedula appellationis in remedio, l. fin. & ejus Formula.*

25 *Commiſſio appellationis in plena Signatura proponenda in remedio, l. fin. & ejus Formula.*

26 *Signatura in remedio, l. fin. reſcribit, vel cum clauſula,* ſine præjudicio, vel quatenus ſit locus Ægidianæ, *vel appellationis cauſam ſimpliciter committit.*

27 *Si locus eſt executioni, in remedio, l. fin. Executor virtute Mandati expediti, immittit in poſſeſſionem bonorum, & Actuarius ſuper immiſſione conficit Inſtrumentum.*

28 *Inſtrumentum Teſtamenti non vitiatum habet executionem paratam.*

29 *Remedium. l. fin. eſt civile competens tantum Hæredi ſcripto, interdictum verò quorum bonorum eſt prætorium competens Hæredi ab inteſtato.*

30 *Remedium, l. fin. competit Hæredi ſcripto in Teſtamento in ſcriptis (quod conficere cum omnibus Solemnitatibus eſt ferè impoſſibile) & ob id videtur receſſiſſe.*

31 *Remedium, l. fin. competit etiam Hæredi Inſtituto in Teſtamento nuncupativo in ſcriptis redacto, ſecus ſi Teſtes ſint tantum ducti coram Judice, & oretenus de ejus tenore fidem faciant.*

32 *Remedium, l. fin. competit tantum Hæredi ex Teſtamento interdictum verò quorum bonorum, tùm Hæredi ex Teſtamento, quam ab Inteſtato.*

33 *Hæredi ſcripto in remedio, l. fin. ſuffragatur præſumptio continuationis poſſeſſionis uſque ad mortem Defuncti.*

34 *Hæres ſcriptus, ut poſſit obtinere immiſſionem, debet exhibere in actis Teſtamentum non caſſum, non cancellatum, nec in aliqua parte vitiatum, aut ſuſpectum.*

35 *Ex ſola productione Copiæ, aut vigore ſimplicis ſumpti Teſtamenti non datur Immiſſio.*

36 *Vigore copiæ, ſeù tranſumpti in forma autentica, & probanti Immiſſio eſt concedenda.*

37 *Si Fides teſtamenti revocatur in dubium eſt producendum Originale.*

38 *Ut detur Immiſſio ex remedio, l. fin. probanda eſt mors Teſtatoris.*

39 *Diſpoſita in Teſtamento locum non habent, niſi poſt Teſtatoris mortem.*

40 *Teſtamentum nondum valet, dum vivit, qui teſtatus eſt.*

41 *Voluntas Hominis eſt ambulatoria.*

42 *Immiſſio, ut detur, requiritur, quod bona fuerint à Teſtatore tempore mortis poſſeſſa.*

43 *Immiſſio virtute l. fin. datur in bonis à Teſtatore tempore obitus civiliter, & naturaliter, vel naturaliter tantum poſſeſſis, vel detentis.*

44 *Immiſſio ex l. fin. datur etiam in bonis civiliſſimè tantum à Teſtatore tempore mortis poſſeſſis.*

45 *Remedium, l. fin. competit hæredi Hæredis.*

46 *Immiſſio virtute, l. fin. in bonis tempore obitus Teſtatoris per Tertium poſſeſſis denegatur.*

47 *Intentans remedium, l. fin. debet citare Partem.*

48 *Intentans remedium, l. fin. quando Poſſeſſio eſt vacans, non tenetur etiam aliquem generaliter citare, & quare.*

49 *Remedium, l. fin. non datur contra legitimè Poſſidentem, ſeù legitimum Contradictorem, ſed agendum eſt contra via ordinaria.*

50 *Legitimus Contradictor, ut impediat Immiſſionem debet bona fide, & ſine vitio poſſidere, & incontinenti docere de Jure ſuo.*

51 *Legitimus Contradictor, ut impediat immiſſionem, debet oſtendere titulum parem.*

52 *Ad impediendam immiſſionem nihil intereſt, an Poſſidens habeat parem titulum ab eodem Teſtatore, vel ab Alio.*

53 *Ad immiſſionem impediendam nihil intereſt, an Poſſeſſor habeat titulum ex Teſtamento, vel oſtendat alium titulum ſingularem legitimè obtentum, dummodo ſit talis, per quem poſſit impediri immiſſio.*

54 *In Judicio ordinario in quo adeſt legitimus Contradictor, obtinet, qui habet meliora, & potiora jura.*

55 *Legitimus Contradictor non eſt, qui poſſidet, etiam ſi habet titulum.*

56 *Legitimus Contradictor eſt habens titulum, & facultatem in Teſtamento capiendi poſſeſſionem propria auctoritate; licet non poſſideat, præſertim ſi pro tali fuit citatus & admiſſus.*

57 *Poſſidens ſine titulo non eſt legitimus Contradictor.*

58 *Legitimus Contradictor non eſt poſſidens cum titulo poſt mortem Teſtatoris quæſita.*

59 *Legitimus Contradictor eſt, qui habuit titulum ſuæ poſſeſſionis à Defuncto, vel ab Hærede, & incontinenti docet de jure ſuo.*

60 *Legitimus Contradictor non eſt, qui habet in cauſa Intereſſe.*

61 *Legitimus Contradictor non eſt, qui non habet in cauſa Intereſſe.*

62 *Legitimus Contradictor non eſt Fideicommiſſarius, etiam poſſidens ad impediendam Hæredis Immiſſionem, quando ſunt faciendæ pro Hærede detractiones, niſi prætenſiones detractionum ſint valdè turbidæ.*

63 *Legitimus Contradictor non eſt Legatarius ad impediendam hæredis immiſſionem, & quare.*

64 *Legitimus Contradictor eſt Legatarius, qui erat in rei detentatione, vivente, & multo magis conſentiente Teſtatore.*

65 *Legitimus Contradictor non eſt Adminiſtrator, niſi habeat in re cum Domino communionem.*

66 *Legitimus Contradictor non eſt Filius contra Fideicommiſſarios volentes et concedere retentionem pro ejus Legitima, & Rota concedit immiſſionem Fideicommiſſario pro indiviſo, quando detractiones ſunt claræ, & certæ.*

67 *Contradictor de facto per Citationem neceſſariam non eſt legitimus.*

68 *Contradictor de facto quis dicatur.*

69 *Legitimus Contradictor non eſt Fideicommiſſarius, qui debet capere de manu Hæredis, etiam ſi cœperit poſſeſſionem ante aditam.*

70 *Fideicommiſſarius, qui poſſidebat una cum Defuncto pro indiviſo, poteſt continuare, & non dicitur vitioſus poſſeſſor reſpectu totius.*

71 *Legitimus Contradictor eſt Fideicommiſſarius habens facultatem capiendi poſſeſſionem propria authoritate.*

72 *Legitimus Contradictor eſt Fideicommiſſarius exiſtens in rerum detentatione ſine vitio vivente Teſtatore.*

73 *Poſſidenti, vel ſemel Immiſſo non datur immiſſio virtute, l. fin.*

74 *Nulliter Immiſſo adhuc competit remedium, l. fin.*

75 Im-

Digitized by Google

75 *Immiſſio virtute l. fin. poteſt concedi ad confirmandam poſſeſſionem jam obtentam.*

76 *Poſſidens ſine vitio poteſt petere in ſua poſſeſſione confirmari, ſecus ſi poſſeſſio ſit vitioſa.*

77 *Poſſideas poteſt petere ſe in ſua poſſeſſione confirmari, ſecus ſi facto ſuo à poſſeſſione ceciderit.*

78 *Petens immitti fatetur non poſſidere, & ſi ante poſſidebat, cadit à poſſeſſione.*

79 *Intentans remedium l. fin. pro poſſeſſione confirmanda, quid & quomodo petere debeat.*

80 *Notarius debet de immiſſione rogari, & publicum Inſtrumentum conficere.*

81 *Remedium l. fin. competit etiam Fideicommiſſario poſt purificatum Fideicommiſſum, ètiam contra Tertium habentem cauſam ad Hærede, probata poſſeſſione Fideicommiſſarii de tempore obitus.*

82 *Vt remedium l. fin. detur Fideicommiſſario, primò videndum de Fideicommiſſo, ſecundò de identiate bonorum, tertio de detractionibus.*

83 *Remedium, l. fin. non competit Fideicommiſſario, quando ei ſaltem verbonen eſt facta reſtitutio per Hæredem.*

84 *Remedium, l. fin. competit Eccleſiæ fideicommiſſariæ, etiam nulla reſtitutione facta.*

85 *Remedium, l. fin. de Æquitate Canonica ad evitandos inanes circuitus competit, etiam nulla reſtitutione facta.*

86 *Remedium, l. fin. competit Fideicommiſſario in caſibus, in quibus recta via Jura, & actiones in eum tranſeunt etiam nulla reſtitutione facta.*

87 *Salviano ſicut Hypothecaria competit Fideicommiſſario, abſque aliqua etiam verbali reſtitutione facta vel facienda.*

88 Clauſula, deducens, &c. omni &c. *in Libello appoſita operatur, ut non cenſeatur intentatum ſolum remedium, l. fin ſed etiam utilis Salviani quod competebat.*

89 *Remedium, l. fin. competit Fideicommiſſario, quando Gravatus deceſſit ſine Hærede.*

09 *Salvianum competit Fideicommiſſario contra Hæredem ratione Hypothecæ, ut hæreditatem ſibi per fideicommiſſum reſtituat.*

91 *Immiſſio in remedio, l. fin. non retardatur per exceptiones reſpicientes Poſſeſſorium ordinarium, aut Petitorium, aut requirentes indaginem.*

95 *Immiſſio virtute, l. fin. impeditur per Exceptiones peremptorias relevantes incontinenti probatas.*

93 *In judicio vigore, l. fin. probationes debent eſſe plenæ, & quare.*

94 *In remedio, l. fin. quando adeſt legitimus Contradictor, debent probationes eſſe plenæ, ſecus ſi legitimus Contradictor non adſit, & quare.*

95 *Clauſula*, ſine præjudicio poſſidentium &c. *quando venit in Mandato de immittendo apponenda.*

96 *Clauſula*, ſine præjudicio &c. *non comprehendit ea, in quibus, quis ſibi expreſsè præiudicat.*

97 *Poſſeſſio tradita cum clauſula*, ſine præjudicio, *intelligitur data ſub conditione, ſi Alius non poſſideat.*

98 *Clauſula*, ſine præjudicio, *operatur præſervationem poſſeſſionis Alterius.*

99 *Poſſeſſio tradita cum clauſula*, ſine præjudicio, *conſtito de poſſeſſione, aut potiori jure Alterius, reſolvitur.*

100 *Obtinens poſſeſſionem cum clauſula*, ſine præjudicio *donec non conſtat de poſſeſſione, aut jure Alterius, habetur pro poſſeſſore.*

De rem. l. final. C. de edict. D. Adr. toll. Pars II. Cap. VII.

1 Remedium *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* eſt pariter adipiſcendæ poſſeſſionis, & valde frequens occurrit in Tribunalibus Vrbis, & orbis; datur etenim Hæredi ſcripto in Teſtamento, *a*, pro adipiſcenda poſſeſſione bonorum hæreditariorum, quæ Defunctus de tempore obitus ſui poſſidebat, exhibito ſcilicet in actis Teſtamento non abolito, non cancellato, non raſo, nec in aliqua ſui parte vitiato, aut ſuſpecto, illoque quatenus opus ſit, recognito, ac probata morte Teſtatoris per Teſtes, vel per Scripturas.

Vbicumque igitur Hæres vult petere immiſſionem in poſſeſſionem bonorum, quæ Defunctus tempore obitus poſſidebat ſi poſſeſſio eſt vacans, tunc exhibito Teſtamento, ut ſupra, & ejus Perſona legitimata abſque alia citatione conceditur ei Mandatum 2
de immittendo cum clauſula, *dummodo poſſeſſio ſit vacans, & ſine præiudicio poſſidentium, & habentium meliora, & potiora Iura, juxta Formulam inferius traditam ſub numer.* 20. cujus quidem Mandati vigore in dd. Bonorum hæreditariorum poſſeſſionem ſine præjudicio aliorum, ut ſupra, Hæres immitti curat, ut inferius, *num.* 57.

At ſi Poſſeſſio eſt vacans, ſed plena, tunc neceſ- 3
ſe eſt monere Detentorem, & Occupatorem bonorum, ut infra videlicet.

De mandato Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. A. 4
C. ſivè R.P.D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. Hæredisque NN. ex Teſtamento rogato per acta NN. ſub die N. menſe N. Anni N. in actis ſuis loco, & tempore exhibeo. Tenore præſentium.

Moneatur NN. exadverſo prætenſus Detentor, et 5
Occupator infraſcriptorum Bonorum hæreditariorum q. NN. et quæ d. NN. de tempore obitus ſui poſſidebat, quatenus infra triduum proximum ſub quingentorum ducatorum, et pro illis mandati exequutivi, ac in Iuris ſubſidium Excommunicationis, aliiſque pœnis &c. debeat d. Inſtantem in realem, actualem, et corporalem poſſeſſionem dd. Bonorum hæreditariorum q. NN. ac illorum annexorum, Pertinentiarum ac Membrorum quorumcunque immiſiſſe, poſuiſſe, et induxiſſe, poſitumque inductum, et immiſſum, manutenuiſſe, d. ſendiſse, et conſervaſſe, ac de fructibus, redditibus, et proventibus reſpondiſse, fructuſque dedecurſos perceptos, ac damna expenſas, et intereſse paſsa, &c. et patien. ac liquidan. refeciſse, mandatumque de immittendo manutenendo, &c. et aliud deſuper neceſsarium, et opportunum concedi, relaxari, Jus, et Juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſsatis, et opportuna fieri vidiſſe in vim *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* et alterius cujuſuis remedii poſseſsorii magis utilis, et proficui, et alias, omni meliori modo &c. deducens &c. omne jus, omnemque Actionem, ac remedium ſibi in præmiſſis magis competens, implorans &c. præſentibuſque paruiſse, et ſi quis &c. compareat, &c. alioquin &c.

(Hic deſcribitur tenor bonorum, niſi ſupra in corpore Monitorii fuerit adnotatus)

NN. Notarius.

Locus † Sigilli.

Monitorio per Curſorem perſonaliter executo, ac in fidem Exequutionis ſubſcripto adnotator in actis illius Executio, et re productio, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN. 6

Corsm Domino, meque &c. NN. Sanctiſs. D. N. Curſor retulit, ſe ad inſtanriam NN. perſonaliter monuiſſe NN. prout in folio, tenoris &c. omni &c.

Exadverſo verò pars monita, antequam labatur triduum a die exequutionis Monitorii proteſtari conſuevit, ut infra, videlicet.

Pro N.N. contra NN. 7

In Officio &c. NN. negando Monitorium dixit narrata, prout narrantur, non fuiſſe, nec eſse vera, et ad petita, prout petuntur, non teneri, ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, et verificatis verificandis, aliis &c.

Veruntamen Actor, ſive Monitorium fuerit nega- 8
tum, ſivè non tenetur omninò ad illius, ac contentorum in eo verificationem, alias Actore non probante Reus obſolvitur.

Poterit in hoc iudicio, in quo competit etiam Salvia- 9
num, pro verificatione Monitorii in primis, et ante omnia exhiberi in actis Teſtamentum, una cum fide obitus Teſtatoris in forma probanti citata parte ad dicendum contra jura, in cujus citationis termino obtine-

Digitized by Google

tinebitur admiſſio cum ſolita clauſula, *ſi & inquantum*, quibus admiſſis, & quatenus opus ſit, recognitis juxta Praxim ſuperius poſitam *par. 1. c. 2. num. 10 & ſeqq.* poterunt dari in actis Articuli opportuni, tenoris infraſcripti, & alias mutatis mutandis, juxta facti contingentiam, videlicet.

10 Articulos infraſcriptos, dat, facit, exhibet, & producit Procurator, & eo nomine NN. contra NN. petens recipi, & admitti, & ſuper eis Teſtes inducendos, ſervatis ſervandis, examinari medio juramento tactis &c. deducens &c. non ſe aſtringens &c. ſalvo jure &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio &c.

In primis hic loco Articulorum repetit omnia jura in quantum &c. ex quibus &c. licet &c. tamen ad majorem cautelam, quatenus &c. probare intendit, & vult.

1. Che la verità fù, & è, che fù già al Mondo il q. NN. il quale ſotto il dì N. del meſe di N. dell'anno N, morì, e prima, mentre viſſe, tenne, e poſſedette, e morendo, laſsò nella ſua Heredità gl'infraſcritti Beni, de' quali pigliava li frutti da' ſuoi Lavoratori, & Affittuarii, e pigionanti a' debiti tempi, e come meglio li Teſtimonii informati deporranno la verità del fatto, e così &c.

2. Item, che li detti infraſcritti Beni in corpo, e ſoſtanza ſono ſtati da alcuni meſi in quà, e ſono ſino al preſente occupati, e tenuti da NN. Avverſario, quale ne hà preſo, e piglia i frutti, benche indebitamente, e come meglio i Teſtimonii &c. e così &c.

3. Item, quod de prædictis fuit, & eſt publica vox, & fama palam &c. (*hic adnotatur tenor bonorum.*)

Hoc pro nunc &c. ſalvo jure &c. deducens &c. non ſe aſtringens &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio &c.

Nomi de Teſtimonii N N. N. N. N. N. & altri da nominarſi.

11 Articulis productis citata Parte ad dicendum contra illos, & admiſſis ac Teſtibus examinatis juxta Praxim de qua ſupra *par. 1. c. 11. n. 2. & ſeqq. & c. proximo præcedente, num. 11. & ſeqq* vel alias per legitima probationum genera, Reus quoque poterit deducere ſuas exceptiones. ſi habet juxta Praxim de qua ſupra *part. 1. cap. 7. & cap. 8.* & illas eodem modo, ut ſupra probare, & quatenus opus ſit, ſuſpendi poterit ab Actore Petitorium, ut in *c. proximo, præcedenti n. 18.* Ne cauſa efficiatur appellabilis.

Proinde obſervandi ſunt termini ſubſtantiales, videlicet.

A. C. N.

12 Citetur NN. exadverſo principalis ad libellandum, ad p. d. ad articulandum ad 12. ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2. ad declarandum, ad jurandum de Calumnia ad p. d. in Terminis ſubſtantialibus, Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Jura, hodie in actis producta, & repetita, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra, & admitti ſi & in quantum omni &c.

Productio verò, & repetitio fit, ut ſupra, *par. 1. cap. 2. num 11. & ſeqq. & in cap. præcedenti, ſub num. 11. dictum fuit.*

Vel termini ſubſtantiales poſſunt ſervari, ut infra, videlicet.

A. C. N.

13 Citetur NN exadverſo principalis ad articulandum ad 8. d. ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2. d. in Terminis ſubſtantialibus, Inſtante NN. principali, ſivè &c N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Jura, hac die in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra, & admitti ſi, & in quantum omni &c.

14 Judex poteſt in hoc judicio expedire cauſam per decretum, vel per cedulam prout ſibi magis libet.

Si cauſa eſt expedienda per decretum, citatur pars adverſa, ut infra, videlicet.

A. C. N.

15 Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & inculcate tentos, habitos & ſervatos, in vim quarumcumque facultatum, abſolvi inſtantem à Cenſuris ad effectum &c. deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendam ſententiam definitivam in forma, & loco ſententiæ videndum reintegrari monitorium, (*ſi illius reintegratione opus ſit*) & inſtantem immitti in poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur, & mandatum de immittendo, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari ad p. d. inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra admitti ad reiterationem terminorum, qui ſic admiſſus reiteravit in forma &c. deferri juramentum &c. qui tactis juravit, &c. (*& reintegrari monitorium*) ac decerni, & relaxari mandatum, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter D. relaxavit mandatum de immittendo, & aliàs prout in actis inſtante NN. principali, ſive &c.

N Notarius.

Si vero cauſa ſit expedienda per Cedulam, citatur pars, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN exadverſo principalis ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales malè forſan, nulliter, & inculcatè tentos, habitos, & ſervatos in vim quarumcumque facultatum, abſolvi Inſtantem à cenſuris ad effectum &c. deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, concludendum, concludique videndum in cauſa & audiendam ſententiam definitivam in forma, & aliàs omni &c. ad p. d. inſtante NN. principali, ſive &c. 16

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra admitti ad reiterationem terminorum, qui ſic admiſſus reiteravit in forma &c. deferri juramentum &c. qui tactis &c. juravit &c. & Sententiari prout in Cedula, quam Reverendiſſimus Dominus Locumtenens legit, ſubſcripſit, & mihi conſignavit tenoris &c. ſuper quibus &c. præſentibus ſociis teſtibus &c. non ſolum ut ſupra, ſed & omni alio meliori modo &c.

Tenor Cedulæ.

Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam ſententiam, quam de Juris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeu veriori, verſæ fuerunt, & vertuntur, inſtantia inter NN. Actorem ex una, & NN. Reum conventum ex altera partibus de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem infraſcriptorum bonorum hæreditariorum q. NN. de quibus agitur, rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus dictum NN. immittendum fore, & eſſe prout immittimus, in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem bonorum, eorumque Jurium, ac pertinentiarum quarumcumque amoto exinde d. NN. Detentore, & quodcumque mandatum de immittendo deſuper neceſſarium, & opportunum decernendum fore, & eſſe, prout decernimus, relaxamus, Victumque Victori in expenſis condemnandum fore, & eſſe, prout condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure impoſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, declaramus, & diffinitivè ſententiamus, non ſolum præmiſſo, ſed etiam omni alio meliori modo &c. 17

(Hic inſerendus eſt tenor bonorum, de quibus agitur.)

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

Facto autem decreto, vel lata ſententia per cedulam ut ſupra; niſi aliquod adſit impedimentum, ſeu niſi pars adverſa obtinuerit ab Eminentiſſimo Signaturæ 18

Digitized by Google

ruræ Juſtitiæ Præfecto mandari ſuperſederi Parte citata, ut ſupra prima parte *cap. 13. num. 18. & ſeq.* dictum fuit, expeditur mandatum de immittendo, ut infra, videlicet.

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A.C. ſive
19 R.P. D.NN ejus in civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis, Tenore præſentium.

Mandatur vobis Baroncello, & Executoribus, Subexequutoribus, & aliis ad quos ſpectat &c. quatenus ſtatim viſis & receptis præſentibus ſub 500. ducatorum &c. aliiſque &c. pœnis &c. debeatis eundem iſtantem in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem bonorum de quibus agitur, eorumque Jurium, pertinentiarum, ac membrorum quorumcumque amoto NN. Adverſario, & quolibet alio illicito Detentore immiſiſſe, induxiſſe, & impoſuiſſe, ac immiſſum, inductum, & impoſitum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, ac de fructibus, redditibus, ac proventibus eorumdem bonorum reſpondiſſe, & reſponderi feciſſe, quoniam d. NN. Adverſario citato, & intimato ſervaris ſervandis in vim decreti deſuper emanati (*vel ſententia deſuper latæ, ſi cauſa fuit expedita per cedulam*) ptout in actis Reverendiſs. Dominus ita mandavit hac die &c.

(Hic exprimitur tenor bonorum, ſi ſupra in corpore mandati expreſsus non fuit.)

NN. Notarius. Locus † Sigilli. NN. Locumten.

Cæterum quando poſſeſſio eſt vacans, non eſt neceſſe Aliquam citare, ſed obtinetur mandatum tenoris ſequantis, videlicet.

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A.C. ſive
20 R.P.D.NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. Principalis.

Tenore præſentium.

Mandatur vobis Baroncello, Exequntoribus, Subexequutoribus, & aliis, ad quos ſpectat &c. quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus ſub 500 ducatorum &c. aliiſque pœnis &c. debeatis eundem NN Inſtantem in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem bonorum hæreditariorum q. NN. in pede præſentis mandati adnotatorum, eorumque jurium, pertinentiarum, ac membrorum quorumcunque, dummodò poſteſſio ſit vacans, & ſine præjudicio poſſeſſionis
b aliorum, & habentium meliora, & potiora jura, *b*, immiſiſſe, induxiſſe, & impoſuiſſe, ac immiſſum, inductum, & impoſitum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, & de fructibus, redditibus, & proventibus eorumdem bonorum reſpondiſse, reſponderique feciſſe, quoniam in vim ultimi nuncupativi Teſtamenti d. q. NN. in publicam, & authenticam formam in actis producti, Reverendiſs. Dominus ita mandavit, hac die &c.

(Hic adnotatur tenor bonorum hæreditariorum, de quibus agitur)

NN. Notarius. Locus † ſigilli. NN. Locumtenens.

Sed ſi facto decreto, ſeu lata Sententia, Parte ut ſu-
21 pra citata quis appellare voluerit, & ſi fieri potuerit impedire immiſſionem, neceſſe habebit adire Eminentiſs. Signaturæ Juſtitiæ Præfectum, & coram illo ſeu illius D. Auditore citare Partem adverſam ad videndum mandati ſuperſederi uſque ad primam, vel ſecundam Signaturam, juxta ſuperius tradita *p. 1. c. 13. n. 10 & ſeq.* & obtenta Superſeſsoria, cauſam in plena Signatura, juxta ordinem infra relatum *d. p. 1. c. 13. num. 20. & ſeqq.* proponendam curare.

Appellatio verò coram Judice à quo interponitur in-
22 fra decem dies poſt Sententiam latam, & alias ut ſup. *d. p. 1. c. 13. n. 2. & ſeq.* ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

23 Coram Domino, meque &c. NN habita notitia de prætenſo Decreto facto, ſeu Sententia lata ad favorem aſſerti NN contra NN. ab ea, & omnibus aliis gravaminibus &c. ad Sanctiſs. D. N. Innocentium X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam appellavit prout in cedula, quam facto dedit, tenoris &c. petens &c. omni &c.

Cui Dominus dedit retutatorios in forma omni &c.

Tenor cedulæ.

A quadam aſſerta Sententia, ſeù Decreto deffinitivo 24
lata, ſeu facto, ut dicitur, ad prætenſum ſavorem NN. contra NN. de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem bonorum hæreditariorumque NN. rebuſque aliis in actis cauſæ; & cauſarum hujuſmodi latius deductis &c. Procurator, & eo nomine d. NN. ſentiens ſe læſum, & gravatum, & timens impoſterum magis lædi, & gravari &c. ab illa, & toto proceſſu deſuper fabricato ad Sanctiſs. D. N. Innocentium X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam in his ſcriptis provocat, appellat, & æque principaliter de nullitate dicit, Petens ſemel, bis, tertio, ſæpè ſæpiùs, ſæpiſſimè inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſime ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus &c. à non admiſſione, ac toto ulteriori proceſſu iterum, & toties quoties &c ut ſupra provocat, appellat, & de nullitate dicit, itaut ſit ultimus in appellando &c & interim &c. nihil innovari &c. alias de nullitate, & attentatis &c. proteſtans &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo.

Commiſſio autem in plena Signatura proponenda cum narrativa fieri poterit ut infra (*& alias mutatis mutandis ſecundum contingentiam factorum*) videlicet.

Romana.

Beatiſſime Pater, Licet devotus S. V Orator NN. 25
filius, & ab inteſtato Hæres q. NN. ſui Patris reperiatur in quieta, & pacifica poſſeſſione bonorum hæreditariorum ejuſdem, Nihilominus NN. Adverſarius vigore aſſerti Teſtamenti nulli, in quo aſſeritur d. NN. relictis eidem Oratori ſcutis centum pro eius Legitima, inſtituiſſe eumdem NN. Adverſarium Hæredem univerſalem, egit coram A. C contra Oratorem, & Sententiam favorabilem, ut dicitur ſuper immiſſione in poſſeſſionem dd. bonorum hæreditariorum valorem ſcutorum 500. excedentium extorſit, Verum quia d. aſſertum teſtamentum non eſt perfectum, nec legitimo numero Teſtium munitum, quinimo eſt etiam nullum, cum d. ſcuta centum non ſufficiant Oratori pro ejus Legitima, nec fuerint ei titulo inſtitutionis relicta. Supplicat igitur humiliter S. V. orator antedictus, ut dignetur cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, nec non nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ à d. aſſerta Sententia definitiva intra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, nec non attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de Jure &c. una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negocio principali, quam, & quas &c. alicui S V. Sacri Palatii Apoſtolici Auditori, vel Locumtenenti, audien. cognoſcen deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare cum facultate citandi, Inhibendi quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit &c. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, Statuum &c. pro plenè &c.

Quod ſi cauſa non ſit rotalis, petitur committi alicui Romanæ Curiæ Prælato, ut in *cap. proximè præcedente ſub n. 32.*

Signatura verò, ſi cauſa eſt appellabilis, eam ſimpli- 26
citer committit, ſi non eſt appellabilis, ſcribit cum clauſula, *ſine præjudicio mandati de immittendo*, ſi verò res eſt dubia, an detur nec ne appellatio ſuſpenſiva, re-
ſcribit cum clauſula *quatenus ſit locus Ægidianæ*, *C*, ut C
latius in præcedenti cap. ſub *n. 33. & ſeqq & n. 121. & ſeqq* dictum fuit.

Quod ſi locus ſit exequutioni, expeditur manda- 27
tum, & datur Exequutoribus, qui procedunt ad immiſſionem in poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur, & Notarius actuarius de hujuſmodi Immiſſione conficit inſtrumentum, juxta formulam ſupra in proximo præcedente capite num. 39. traditam, mutatis mutandis.

Obſer-

Obſervationes.

28 A INſtrumentum Teſtamenti non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua ſui parte vitiatum, paratam habet executionem ex remedio *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll*, Menoch. *de adipiſc. rem 4 n. 693.* Surd. *conſ. 214. n. 20.* Campeg. *de Dot. p. 5. q. 111. n. 3.* Suarez. *in repet. l. poſt rem. judicatam, in 3. not. §. addo quartum, ff. de re jud.*

29 Differt remedium *l. fin. C. de Edict. Div. Adr. toll* ab interdicto, *Quorum bonorum*, in pluribus, ſignanter verò in eo, quia remedium *leg. fin.* eſt remedium civile, quod competit Hæredi ſcripto in Teſtamento, Papien. *in form. libell. quando per hæred. ex teſt. in fin. in omnibus ejus bonis n. 3.* Interdictum verò, *Quorum bonorum*, eſt remedium prætorium, quod competit Hæredi ad inteſtato, Menoch. *de adipiſc. d. rem. 4 n. 46. & n. 54.* Maran. *de ord. jud. p. 4. diſt. 7. n. 2.*

30 Non ſolum, autem remedium *d. l. fin.* competit Hæredi ſcripto in Teſtamento in ſcriptis, quod cum ſit ferè impoſſibile cum omnibus requiſitis ſolemnitatibus conficere, videtur receſſiſſe, ab eo quod affirmaverit Bart. ſe onum tantummodo ſolemne teſtamentum in ſcriptis ſua tempeſtate vidiſſe quod nihilominus, ob quarumdam ſolemnitatum deffectum, ſubſiſtere non potuit, ut refert Prot. *in §. 1. verſ. circa primum Inſtit. de Teſtam.* Roian. *conſ. 36. num. 1. lib. 1.* Menoch. *de adipiſ. d. rem. 4. n. 95.*

31 Sed etiam Hæredi inſtituto in Teſtamento nuncupativo in ſcriptum à Notario redacto, Menoch. *d. rem. 4. n. 91. & ſeqq.* Argel *de acq. poſſeſſ. q. 6. nu. 6* ubi de receptiſſima praxi, & DD. opinione teſtatur, etiam ſi de eo conſtet ex ſolis Teſtibus examinatis, & in ſcriptis redactis, ac publicatis, juxta *ten. in l. publicati, C. de Teſt.* Menoch. *d. remed. 4. n. 96. & ſeq.* Argel. *q. 6. nu. 22.* ubi de receptiſſima omnium ſententia reſtatur, ſecus ſi Teſtes non fuiſſent examinati, nec in ſcriptis redacti, ſed ſolummodo ducti coram Judice fidem facerent de Teſtamenti tenore, ut per eundem Menoch. *d. remed. 4. n. 107. & ſeq.*

32 Differt etiam remedium *d. l. fin.* ab Interdicto *Quorum bonorum*, quia remedium *l. fin.* competit Hæredi ex Teſtamento, non autem ab inteſtato, ex præalleg. ſub num. 29 Interdictum verò tàm Hæredi ex Teſtamento, quam ab inteſtato, Marant. *de ord. jud. part. 4. diſt. 9 num. 2.* Menoch. *de adipiſc. remed 1. num. 3. & ſeq.* ubi quod aliquando eſt utilius experiri hoc remedium, prout ſi Teſtamentum aliquam haberet cavillationem, ſeu aliquo defectu laboraret, Peregr. *de Fidec. art. 46. num. 1. & ſeq.*

33 Et ſuffragatur Hæredi ſcripto in hoc remedio *l. fin.* ad effectum immiſſionis, præſumptio continuationis poſſeſſionis uſque ad mortem Defuncti *l. 3. §. in amittenda, & §. quod ſi Servus, ff. de acquir. poſſ. l. cum qui, ff. de probat.* Rot. *deciſ. 4. de probat. in nov.* Gregor. *deciſ. 394. num. 4.* Caval. *dec. 116. in princ. & num. 8.* Rot. *deciſ. 237. n. 2. p. 1. recent.*

34 Ad hæc autem, ut immiſſio ex hoc remedio concedatur, plura requiſita concurrere debent.

Primò requiritur, ut Hæres probet ſe fuiſſe inſtitutum, & ſic exhibeat in actis coram Judice, Teſtamentum ipſum non raſum, non abolitum, nec cancellatum aut in aliqua ſui parte vitiatum, aut ſuſpectum, *tent. eſt in d. l. fin. C. de edict. D. n. Adrian. Tollen.* Menoch. *de adipiſc. d. rem 4. num. 5.* Saluſt. Tiber. *in prax. lib. 2. cap. 5. num. 1* Buratt. *dec. 781. n. 8.* Cavaler. *d. deciſ. 316. in princ. & num. 1.*

35 Nec ex ſola productione Copiæ Teſtamenti non authenticæ, licet datæ à Notario, immiſſio obtineri poteſt, Rot. *dec. 135. nu. 6. p. 2. recent.* Buratt. *dec. 781. nu. 8.* prout nec etiam daretur immiſſio vigore ſimplicis ſumpti ejuſdem Teſtamenti, Bart. *in l. 1. §. ſi quis in duobus. ff. de bon. poſſeſſ. ſecundum tab.* Menoch *de adipiſc. d. rem. 4. n. 651 & ſeq.* Buratt. *deciſ. 211. n. 11. & deciſ. 781. num. 8.*

36 Sed hoc non procedit, quando copia, vel Tranſumptum eſſet in forma authentica, & probanti, nàm tunc illius vigore eſſet concedenda immiſſio, Menoch. de *adipiſc poſſeſſ. d. remed 4. n. 653. & ſeq.* Verall. *dec 351.* ubi de obſervantia Rotæ teſtatur, *p. 1.* Grat. *deſcept. 187. n. 13. & ſeq.* cum aliis cumulatis per Burat. *d. dec. 211. num. 12. & ſeq.*

Verontamen ſi fides Teſtamenti revocetur in dubium, tunc eſt producendum originale, Ber. *conſ. 1. num. 9. & conſ. 55 n. 5. lib. 2.* Menoch. *de adipiſc. rem. 4. num. 54. verſ niſi in dubium*, Zuccard. *in l fin. num 92 verſ. ſed nihilominus, C. de edict. div. Adr. toll.* Rot. *dec. 135. n. 6. in fin. p. 5. recent.* 37

Secundò requiritur, ut probetur mors Teſtatoris, *arg. l. 2. §. ſi dubitetur, ff. quemad. teſt. aper.* Bart. *in l. fin. n. 41. C. de edict. div. Adr. tollen. cum aliis cumulatis* per Menoch. *de adipiſc. rem. 4. n. 66. & ſeq.* Salnſt. Tiber. *in prax. l. 2. c. 5. n. 1.* 38

Nam diſpoſita in Teſtamento locum non habent ni- 39
ſi mortuo Teſtatore, D. Paul. ad Hebr. *c. 9. n. 16. & ſeq. c.*
cum Marthæ, §. cæterum, verſ. noviſſimam enim, de celebr.
Miſſar. l. 1. C. de Sacroſanct. Eccl. l. quoniam indignum, C.
de Teſtam. Gloſ. *in d. c. cum Marthæ §. cæterum, in verbo*
immobile, de celebra. Miſſar. Caſtr. *conſ. 101. num. 2. verſ. &*
quod dixi in fin. lib. 1. alioquin † nondum valet, dum vi- 40
vit, qui teſtatus eſt Apoſt. ad Hebr. *d. c. 9. num. 17. d. cap.*
cum Marthæ §. cæterum, verſ. noviſſimum enim, de celebr.
Miſſ. Brun. *in tract. de Monet. vol. 21. p. 9. num. 2.* Ambu-
latoria † eſt enim hominis voluntas uſque ad ſupre- 41
mum vitæ ſpiritum, *l. 3. §. fin. & l. ſeq. ff. de adim. leg. l. cum*
hic ſtatus, § pœnitentiam, ff. de donat. inter Vir. & Uxor.
l. ſi quis, C. qui teſt. fac poſſ. Gloſ. *in cap. cum Marthæ §. cæ-*
terum in verbo non valet, de celebr. Miſſ. Gloſ. in princ.
Inſtit. de Donat. in verbo moreis, & in rubr. Inſt. de adim leg.

Tertiò requiritur, quod bona, in quibus petitur immiſſio, fuerint à Teſtatore de tempore ejus obitus poſſeſſa, aliàs enim immiſſio non concederetur, *l. fin.* ubi Gloſ. *in verbo fuerunt, & DD. communiter uno ore affirmat, C. de edict. div. Adr. Toll.* Soccin. Iun. *conſ. 77. num. 160 lib. 1.* Roin. *conſ. 168. num. 26. lib. 1. & conſ. 51. num. 2. lib. 4.* Menoch. *de adipiſc. rem. 4. num. 363* ubi de communi Saluſt. Tiber *in prax. lib. 2. cap. 5. num. 9. verſ. etiam hac deciſione, ibi, Fideicommiſſario autem*, Rot. *dec. 237. n. 1. p. 1. & dec. 131. num. 2. p. 2. & deciſ. 445. num 5. p. 4. recent.* Mantic. *deciſ 33. num. 9. et num. 11* Greg. *dec. 206. num. 1.* Cavaler. *dec. 316. num. 1. et num. 8.* Duran. *dec ſ. 301. num. 3. deciſ. 321. num. 2. et deciſ. 358. num. 2.* ubi quod hoc eſt unum de duobus extremis neceſariis ad immiſſionem. 42

Quod procedit non ſolum in bonis per Teſtatorem civiliter, & naturaliter, ſed etiam naturaliter tantùm poſſeſſis, Menoch. *de adipiſc. remed. 4. num. 3. et ſeq.* 43

Necnon etiam in bonis per Teſtatorem detentis, *d. l fin.* ubi Gloſ. *in verbo fuerint*, & Caſtr. *num. 12. C. de edict Div. Adr. Tollen.* Bero *conſ. 55. num. 9. lib. 2.* Rol. *conſ. 2 num. 30 ubi de communi lib. 3.* Menoch. *d. remed. 4. n. 368.* Rot. *deciſ. 131. n. 5. part. 2. recent.* Gregor. *deciſ. 394. num. 11.*

Quinimò etiam in bonis à Teſtatore civiliſſimè tan- 44
tum poſſeſſis, Menoch. *d. remed. 4. num. 365. et ſeq.* nam
competit hoc Beneficium, ſeù remedium, etiam Hære- 45
di Hæredis, Menoch. *d. remed. 4. num. 290.* Tiraq. *in tract. le mort ſaiſit le vif part. 2. declar. 5. numer. 57. et ſeq.* Rot. *dec. 116. num. 1. par. 3. recent.*

Cæterum pro bonis de tempore obitus Teſtatoris per Tertium poſſeſſis immiſſio hujus remedii virtute denegatur, *d l. fin.* & ibi Salic. *numer. 18. & ſeq. C. de edict. Div. Adr. Toll.* Jaſ. *conſ. 138. num. 1. verſ. ſecundò reſpondetur lib. 4.* Grat. *conſ. 149. num. 6. & ſeq. lib. 2.* Soccin. Iun *conſ. 77 numer. 161. & ſeq. lib. 1.* Menoch. *de adipiſc. d. remed. 4. numer. 363. verſic. hic reſpondet Gratus.* 46

Quartò requiritur citatio Partis, Bart. *in l. fin. numer. 26.* & ibi Salic. *numer. 20. ubi de communi, & alii, C. de edict. Div. Andr. toll.* Menoch. *d. remed. 4. num. 447. & ſeq.* 47

Sed hoc non procedit, quando poſſeſſio eſt vacans, tunc enim aliqua citatio, etiam generalis, non eſt neceſſaria, Bart. *in l. fin. numer. 16. C. de edict. Div. Adr. Toll.* Menoch. *de adipiſc. d. remed. 4. num. 458. & ſeq. ubi de communi, & numer 460.* ubi reddit rationem, quia hoc caſu agitur de modico, vel nullo præjudicio, unda 48

da

de citatio non requiritur, arg. *l. de unoquoque, ff. de re jud.*

49 Quintò requiritur, quod alius legitimè non poſſideat text. eſt in *d. l. fin. ibi non autem legitimo modo ab alia detentis, C. de edict. Div. Adr. toll.* & ob id ſi adſit aliquis poſseſsor bonorum, qui ſit legitimus contradictor, utique immiſſio ex hoc remedio non conceditur, Bart. *in l. filiam num. 1. & ibi* Alex. *num. 3 ff. ad Sen. Conſul. Trebell.* Cavaler. *dec.* 316. *num.* 2. Sed contra eum agendum eſt via ordinaria, Bart. *in l. fin. num.* 21. *verſ. aut comparet, C. de edict. Div. Adr. Tollen.* Suarez *in l. poſt rem judicatam in 3. not. §. adde quartum, circa fin. ff. de re jud.* Peregr. *de Fideicommiſſ. art.* 48. *numer.* 40. Seraph. *dec.* 801. *num.* 1. Rot. *dec.* 711. *numer.* 1. *& ſeq. p.* 1. *& dec.* 306. *num.* 1. *part.* 3. *recent.* Cavaler. *dec.* 485. *numer.* 1. Duran. *dec.* 178. *numer.* 31. *& ſeqq.*

50 Adhoc autem, ut quis dicatur legitimus Contradictor ad effectum impediendi immiſſionem, debet poſſidere bona fide, & ſine vitio, ac incontinenti docere jure ſuo, Gabr. *de fideic. concl.* 5. Seraph. *dec.* 609. *numer.* 4. Rot. *dec.* 270. *numer.* 2. *p.* 1. *& dec.* 360 *num.* 11. *part.* 5. *recent.* Gregor. *dec.* 206. *numer.* 9. Cavaler. *dec.* 401. *num.* 7.

51 Et oſtendere titulum parem, prout ex alio Teſtamento, Peregr. *de Fideic. art.* 38. *n.* 40 Rot. *dec.* 811. *n.* 2. *& ſeq. p.* 1. *& dec.* 362. *num.* 2. *& ſeq. p.* 3. *recent.* Caval. *dec.* 450. *num.* 5. *& dec.* 485. *num.* 1. Duran. *dec.* 178. *num.* 31.

52 Nec intereſt, ad effectum impediendi immiſſionem an poſſidens habeat parem titulum ab eodem Teſtatore, ut per Seraph. *dec.* 801. *numer.* 1. *& dec.* 1219. *num.* 5. Rot. *dec.* 312. *numer.* 2. *part.* 3. *recent.* Cavaler. *dec.* 357. *numer.* 6. vel ab Alio Teſtatore, ut per Ruin. *conſil.* 28. *numer.* 2. *verſ. & ſubdit.* Bartol. *libr.* 5. quem refert, & ſequitur Rota *dec.* 361. *numer.* 2. *part.* 3. *recent.*

53 Vel etiam non oſtendat alium titulum ſingularem prout emptionis, donationis, dotis, & hujuſmodi legitimè tamen, & non alias obtentum, ut per Peregr. *de Fideic. art.* 48. *numer.* 43. Rota *dec.* 127. *numer.* 4 *p* 7. *recent.*

Dummodo titulus, qui oſtenditur, ſit ita legitimus, & talis, per quem poſſit obtineri, & impediri immiſſio, Rot. *dec.* 711. *n.* 2. *& ſeqq. p.* 1. *rec.*

54 In judicio verò ordinario, in quo Poſseſsor, habens titulum, eſt legitimus Contradictor, ille debet obtinere qui habet meliora, & potiora jura. Bart. *in l. fin. n.* 21. *verſ. aut compareat aliquis, C. de edict. D. Adr. toll.* Cagnol. *in l. in p.* 171. *n.* 3. *verſ. ſed ubi apparet, ff. de reg. jur.* Rolan. *conſ.* 77. *num.* 3. *& n.* 27. *lib.* 3. Rot. *dec.* 198. *n.* 1. *p.* 3. *recent.*

In pluribus autem caſibus quis legitimus Contradictor non eſt ad immiſſionem impediendam in hoc remedio, *leg. fin.* &

55 Primò ille quia non poſſidet, non eſt legitimus contradictor, Seraph. *dec.* 33. *n.* 2. *& dec.* 37. *n.* 3. *& dec.* 144. *n.* 5. Rot. *dec.* 185. *n.* 8. *p.* 5. *recent.*

Quod locum habet etiam in eo, qui habet titulum, Seraph. *dec.* 29. *n.* 1.

56 Sed hoc non procedit, quando habens titulum, habet etiam facultatem in Teſtamento capiendi poſseſſionem propria authoritate, tunc enim, licèt adhuc non poſſideat, eſt nihilominus Contradictor legitimus, Eugen. *conſ.* 55. *nu.* 12. *lib.* 1. Menoch. *de adip. ſe. rem.* 4. *numer.* 633. cum aliis cumulatis per Rot. *dec.* 185. *numer.* 9. *& ſeqq. p.* 5. *recent.* ubi quod hoc eo facilius locum ſibi vendicat, quando quis fuit, etiam ſimpliciter citatus, & admiſsus pro legitimo Contradictore.

57 Secundò qui poſſidet ſine titulo, ſimiliter non eſt contradictor legitimus, Cocc. *dec.* 475. *num.* 10.

58 Tertiò nec etiam qui poſſidet cum titulo poſt Teſtatoris mortem quæſito, Saluſt. Tiber. *in Prax. lib.* 2. *c.* 5. *num.* 9 *verſ. non amplius*, Peregr. *de Fideic. ar.* 48. *n.* 31. *ubi de communi*, Afflict. *dec.* 119. *num.* 6. Mantic. *dec.* 361 *numer.* 3.

59 Sed hoc non procedit, quando quis titulum ſuæ poſſeſſionis habuit à Defuncto, Soccin. *Iun. conſ.* 77. *num.* 161. *ubi, de communi lib.* 1. Peregr. *de Fideic. art.* 48. *num.* 41. *& ſeqq.* ubi quod idem juris eſt, quando quis habuiſſet titulum ab Hærede, & incontinenti de jure ſuo doceret.

Quartò qui habet contra ſe Decretum irritans, legitimus contradictor eſse non poteſt quia decretum hujuſmodi inficit titulum, & poſseſſionem, Rot. *dec.* 362. *n.* 3. *p.* 3. *rec.* Cavaler. *dec.* 278. *n.* 10. 60

Quintò nec eſt etiam legitimus contradictor, qui non habet in cauſa intereſse, Cravet. *conſ.* 184. *num.* 8. Seraph. *dec.* 144 *n.* 1. Rot. *dec.* 147. *n.* 4. *p.* 6. *recent.* Duran. *dec.* 55. *in prin.* 61

Sextò ſimiliter nec Fideicommiſsarius etiam poſſidens ad impediendam Hæredis immiſſionem eſt contradictor legitimus, quando ſunt pro hærede faciendæ detractiones, *l. filium fratribus, ff. ad Trebell. lineam Margaritarum, ff. ad leg. Falcid.* Jaſ. *in l. non eſt dubium princ. C. de legat.* Rip. *in l.* 1. *n.* 24. *ff. quor. legator.* Boer. *dec.* 136. *n.* 2. Seraph. *dec.* 609. *n.* 4. Rot. *dec.* 115. *n.* 11. *p.* 2. *rec.* Duran. *dec.* 189. *n.* 9. 62

Niſi prætenſiones Hæredis circa detractiones eſſent valdè turpidæ, quia tunc reſpiciunt Petitorium, & ad illud reiiciuntur, Rot. *apud Poſt de Manut. deciſ.* 216. *numer.* 14 Seraph *dec.* 1229. *num.* 7. Cavalet. *deciſ.* 573. *nu.* 3. Rot. *dec.* 47. *num.* 13. *& dec.* 51. *n.* 21. *p.* 5 *recent.*

Septimò Legatarius debet regulariter capere de manu Hæredis rem legatam, & ob id ſi poſſideat, ejus poſseſſio dicitur vitioſa, & ob id ad Hæredis immiſſionem impediendam legitimus contradictor non eſt in hoc *l. fin.* remedio, Rot. *dec.* 315. *numer.* 5 *part.* 3. *recent.* 63

Sed hoc non procedit, quando quis vivente Teſtatore erat in rei detentatione ſine vitio, tunc enim competit Legatario retentio ad immiſſionem impediendam, præſertim ad hoc accedente conſenſu expreſso, vel etiam tacito ipſius Teſtatoris, Rot. *dec.* 315. *n.* 6. *& ſeqq p.* 3 *recent.* 64

Octavo adminiſtrator etiam ſi aliquid pro labore percipiat, niſi habeat in re cum Domino communionem, non eſt contradictor legitimus, Seraph. *deciſ.* 707. *num.* 5. 65

Nonò Filius non eſt legitimus contradictor adverſus Fideicommiſsarios petentes immiſſionem, ſi velint ei concedere retentionem pro ejus Legitima, aliàs ſecus, Rot *dec.* 362. *num.* 2. *& ſeq. part.* 1 *recent.* Quinimò detractio legitimæ non impedit immiſſionem, ſecundum opinionem, quàm ſervat Rota, quæ concedit immiſſionem Fideicommiſsario pro indiviſo Rot. *apud Poſt. de Manuten. dec.* 316. *n.* 13. ubi plures deciſiones cumulat, Buratt. *dec.* 63. *n.* 9 *& ſeqq.* 66

Sed hoc procedit quando detractiones ſunt certæ ratione quotæ, & loci alias ſecus ſe deciſionibus cumulatis per Beltram. ad Greg *dec.* 183. *n.* 5. eſt latius per Ferentill. ad Buratt. *dec.* 63. *n.* 14. *ſub lit. C.*

Decimò contradictor de facto per citationem non voluntariam, ſed neceſsariam non efficitur legitimus contradictor, Seraph. *dec.* 144. *nu.* 5. Cavaler. *dec.* 450. *n.* 5. Rot. *dec.* 601. *n.* 4 *p.* 4. *et deciſ.* 348. *num.* 15. *part.* 5. *recent.* 67

Dicitur autem contradictor de facto non ſolum, qui de intereſſe in cauſa non docet, ut per Seraph. *deciſ.* 145. *n.* 1. *et n.* 5. Rot. *deciſ.* 601. *num.* 4. *p.* 4 *recent.* Sed etiam qui habet contra ſe ſententiam, & exequutoriales Rotæ, & illatum virtute ordinariones, Cavaler. *deciſ.* 283 *n.* 2. 68

Vndecimò Fideicommiſarius, qui debet capere de manu Hæredis etiamſi cœperit poſseſſionem ante aditam Hæreditatem, legitimus non eſt contradictor, ſed ejus poſseſſio, tamquàm vitioſa, ad immiſſionem impediendam non attenditur, Gregor. *dec.* 296. *n.* 5. *et ſeq.* & *ibi* Beltramiu. *n.* 10. 69

Sed hoc primò non procedit, quando Fideicommiſſarius poſſidebat unà cum Defuncto pro individuo, nàm tunc poteſt continuare, & non dicitur vitioſus poſſeſſor reſpectu totius, Pariſ. *conſ.* 53. *numer.* 110. *lib.* 3. Mareſc. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 139. *num.* 36. cum aliis cumulatis per Beltram. ad Gregor. *deciſ.* 206. *n.* 10. *verſ. ſi tamen.* 70

Secundò non procedit, quando Fideicommiſſarius haberet facultatem capiendi poſseſſionem propria 71
autho-

Digitized by Google

authoritate, ſivè facultas, ſeù licentia ſit expreſſa, ſive tacita, Eugen. *conſ.* 55. *n.* 12. *l.* 1. Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *n.* 633. *verſ. banc extenſionem*, Rot. *dec.* 315. *num.* 7. *p.* 3. *& dec.* 183. *n.* 9. *p.* 5. *rec.*

72 Tertiò non procedit, quando Fideicommiſſarius vivente Teſtatore eſſet in rerum detentatione ſine vitio, cum militet in eo eadem ratio, quæ militat in Legatario in hoc caſu contradictore legitimo, ut per Rot. *d. dec.* 315. *n.* 6.

73 Quarto ad obtinendam immiſſionem in remedio *l. fin.* opus eſt, quod Petens ſe immitti, non poſſideat, nam immiſſio poſſidenti, vel ſemel immiſſo non datur, *§. ſequens*, *Inſtit. de interd.* Bald. *conſ.* 186. *num.* 8. *l.* 1. Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *n.* 56. *verſ. ſeptimo*, *& n.* 178. *& n.* 505. *& ſeq.* Seraph. *dec.* 1268. *n.* 4. ubi quod ita fuit ſæpius in Rota reſolutum, Mantic. *dec.* 33. *n.* 12. Rota *dec.* 613. *n.* 5. *verſ.* 2. *conſiderabatur p.* 1. *diverſ.* *& dec.* 324. *n.* 9. *p.* 4. *recent.*

74 Sed hoc primò non procedit, quando quis fuiſſet nulliter immiſſus, tunc enim ei hoc remedium *l. fin.* adhuc competeret, Rot. *d. dec.* 344. *numer.* 9. *part.* 4. *recent.*

75 Secundò non procedit, quando peteretur immiſſio ad confirmandam poſſeſſionem jam obtentam, Bald. *d. conſil.* 186. *num.* 1. *libr.* 1. Menoch. *de adipiſc. d. rem.* 4. *num.* 348. ubi de communi, Rot. *dec.* 613. *numer.* 8. *p.* 1. *diverſ.* Mantic. *dec.* 20. *numer.* 3. *& ſeqq.* *& dec.* 33. *numer.* 12. *verſ. neque ad rem pertinet*, Buratt. *dec.* 201, *num.* 1.

76 Quod declaratur primò ut locum habeat, quando poſſeſſio eſſet ſine vitio, ſecus ſi eſſet vitioſa, tunc enim quis non poteſt petere, ſe in ea confirmari, ut poſt alios quos cumulat, tradit, Menoch. *de adip. rem.* 4. *num.* 362.

77 Declaratur ſecundò, ut locum habeat, quando quis poſſidet, ſecus ſi facto ſuo à poſſeſſione ceciderit, tunc enim remedium adipiſcendæ ei competere non poteſt, Mantic. *dec.* 33. *n.* 12. *verſ. neque ad rem.* Rot. *dec.* 561. *n.* 2. *p.* 3. *recent.*

78 Et ob id, ſi immiſſus petat, ſe denuo immitti, fatetur per conſequens, non poſſidere, & ſi antea poſſidebat cadit à poſſeſſione, quæ ſolo animo perditur *lib.* 3. *§. in amittenda*, *ff. de acq. poſſ.* Mant. *dec.* 20. *n.* 1. *& ſeq.* igitur fruſtra hoc caſu allegaret quis remedium *l. fin.* à ſe intentatum ad poſſeſſionem confirmandam, Mantic. *d. dec.* 20. *n.* 2. *& ſeqq.*

79 Qua propter, cum quis remedium *l. fin.* pro poſſeſſione confirmanda intentat, petere debet ſpecialiter in poſſeſſione earum rerum, quæ poſſidet, confirmari, & in earum poſſeſſionem, quas non poſſidet, immitti, qui eſt modus tutior in hoc remedio intentato, teſte Alex. *in l. fin. in fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* & Ruin. *conſ.* 164. *in fin. lib.* 2. quos refert, & ſequitur Mantic. *dec.* 20. *num.* 5.

80 Septimò denique requiritur, quod de immiſſione rogetur Notarius, qui de illa publicum conficiat inſtrumentum, Bero *conſ.* 55. *verſ. quintum*, *lib.* 2. Menoc. *de adipiſc. rem.* 4. *numer.* 56. *verſic. quinta*, *& numer.* 914. *& ſeqq.*

81 Competit autem remedium *l. fin.* non ſolum Hæredi ſcripto ex ſuperius allegatis, ſed etiam Fideicommiſſario poſt purificatum fideicommiſſum, Menoch. *de adip. rem.* 4. *num.* 181. Peregr. *de fideic. art.* 48. *num.* 55. Rot. *dec.* 45. *n.* 3. *p.* 3. *& dec.* 43. *n.* 4. *& dec.* 444. *num.* 4. *p.* 4. *& dec.* 180. *n.* 8. *& dec* 408. *n.* 6. *& ſeq. p.* 5. *recent* Cavaler. *dec.* 167. *n.* 4. Duran. *dec.* 146. *num.* 5. *dec.* 248. *n.* 8. *& dec.* 432. *n.* 1 etiam contra Tertium habentem cauſam ab Hærede gravato, probata tamen poſſeſſione fideicommittentis de tempore ejus obitus, Gabr. *conſ.* 44. *num.* 6. *libr.* 2. Saluſt. Tiber. *in Prax. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 9. *verſ. & de hac deciſione*, Rota *dec.* 237. *num.* 1. *p.* 1. *& dec.* 33. *num.* 6. *p.* 4. *& dec.* 408. *num.* 7. *& ſeqq. p.* 5. *recent.*

82 Veruntamen ad hoc Primò videndum eſt de fideicommiſſo, deinde de indentitate bonorum, & poſtremo de deſtractionibus ex eodem fideicommiſſo, & bonis faciendis, Rot. *dec.* 408. *n.* 7. *part.* 5. *recent.* Duran *dec.* 296. *n.* 1

83 Sed concluſio hujuſmodi quod ſcilicet remedium *l. fin.* competat fideicommiſſario poſt purificatum fideicommiſſum, non procedit, quando ſaltem verbo non eſt illi facta reſtitutio per Hæredem, Bart. *in d. l. fin. num.* 9. *verſ. ſi verò dicas*, *C. de edict. Div. Adr. Toll.* Sal. Tib. *in Prax. l.* 2. *c.* 5. *num.* 8. Menoch. *de adipiſc. rem.* 4. *numer.* 181. Rot. *dec.* 36. *n.* 2. *p.* 1. *& dec.* 599. *n.* 1. *in fin. part.* 3. *recent.*

84 Quæ limitatio Primò non habet locum in Eccleſia, cui competit hoc remedium etiam nulla reſtitutione facta, Alex *conſ.* 4. *num.* 16. *libr.* 2. Jaſ. *conſ.* 214. *num.* 3. *libr.* 2. cum aliis cumulatis per Seraph. *dec.* 848. *num.* 1.

85 Secundò non habet locum de æquitate Canonica ad evitandos inanes circuitus, Bald. *in capit. in præſentia num.* 31. *verſ. dubitatur modo, & probat.* Pariſ. *conſ.* 12. *n.* 115. *l.* 2. Saluſt. Tiber. *in Prax. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 9. ubi quod ita fuit reſolutum *in Senogallien. Hæreditatis*, 21. *Iunii* 1567. *coram fæl. record. Clemente VIII.* Gul. de Bened. *in rep. capit. Raynutius*, *in verbo abſque liberis*, *il ſeconda numer.* 85. ubi quod ideò hodie ceſſant multæ vanæ ſubtilitates, & ita judicari vidit in Parlamento Toloſano, *de Teſt.* Boer. *dec.* 156. *numer.* 8. Peregr. *de Fideic. articul.* 2. *numer.* 62. ubi quod reſtitutionem verbalem numquàm practicavit, aut practicari vidit, latè Rota apud Poſt. *de Manut dec.* 216. *num.* 7.

86 Tertiò non habet locum in caſibus, in quibus jura, & actiones, nulla facta reſtitutione, tranſeunt recta via in fideicommiſſarium, cum idem operetur reſtitutio legalis, quod verbalis, Gloſ. *in l. ſancimus*, *§ fin. in verba ipſo jure*, *C. ad Sen. Conſ. Trabell.* Bart. *in l. fin. numer.* 9. *verſ. ad etiam*, *C. de edict. D. Adr. Tollen*, latè Peregr. *de fideic art.* 2. *numer.* 56. *& plurib. ſeqq.* ubi plures caſus enumerat, *& art.* 48. *num.* 14. ubi de communi opinione teſtatur, Rota *dec.* 180. *n.* 1. *& ſeqq. p.* 5. *recent.*

87 Quartò non habet locum in Salviano, quod competit fideicommiſſario, abſque aliqua etiam verbali reſtitutione ab Hærede illi facienda, cum eidem fideicommiſſario ſimili modo, nulla facta reſtitutione, competat actio hypothecaria pro fideicommiſſi reſtitutione, Saluſt. Tiber. *in Prax. lib.* 2. *capit.* 5. *numer.* 9. Rota *in Romana de Commitibus* 30. *Ianuarii* 1581. *coram fæl. record. Clemente VIII. impreſſ. apud* Saluſt. Tiber. *d. libr.* 2. *poſt capit.* 5. *& dec.* 36. *numer.* 2. *part.* 1. *recent.* ubi † quod non cenſetur intentatum 88
ſolum remedium *l. fin.* ſed remedium utilis Salviani, quando in libello fuit oppoſita clauſula *Deducens omnia ejus &c. omni meliori modo*, & ſic remedium magis utile, ac proficuum, quod actori competebat.

89 Quintò non procedit, quandò Hæres gravatus deceſſit ſine Hærede, juxta Praxim, quam poſt Bart. & alios tradit Peregr. *de fideic. art.* 2. *n.* 7.

90 Ex quibus infertur, ut multo magis fideicommiſſario competat Salvianum ratione hypothecariæ contra Hæredem, ut ſibi Hæreditatem per fideicommiſſum relictam reſtituat, ex cumulatis per Rot. *dec.* 180. *num.* 3. *p.* 5. *recent.*

91 Nec immiſſio in hoc remedio *l. fin.* retardatur per exceptiones reſpicientes poſſeſſorium ordinarium, aut petitorium, Afflict. *deciſ.* 119. *numer.* 7. Rota *dec.* 135. *nu* 11. *part.* 1. *recent.* prout nec etiam ex requirentibus altiorem indaginem, Greg. *dec.* 194. *num.* 22.

92 Sed bene impeditur per exceptiones peremptorias relevantes incontinenti probatas, Bart. *in l. filiam*, *num.* 1. *ff. ad ſen. conſ. Trebell.* Pariſ. *conſ.* 53. *n.* 110. ubi de communi *libr.* 3. Seraph. *dec* 367. *num.* 4. Rot. 88. *n.* 3. *p.* 6. *recent.*

93 Non ommitto, quod in hoc judicio probationes debent eſſe plenæ, cum cauſa Poſſeſſorii non ſit modici præjudicii, *l. fin. §. ſin autem aliquis Contradictor. C. de edict. Div. Adr. toll.* Gloſ. *in l* 1. *in verbo filium*, *C. quorum bon.* Bart. *in extravag. ad reprimendum*, *in verbo ſummariè numer.* 6. Alex. *conſ.* 130. *numer.* 14. *& ſeqq. ubi de magis communi*, *libr.* 6. Rimin. *conſ.* 258. *numer.* 32. *lib.* 2. Cagnol. *in l.* 1a *parte* 171. *n.* 3 *in verſ. tu autem*, *et verſ. ex quibus*, *ubi de magis communi*, *ff. de reg. jur.* Menoch. *de adip. d. rem.* 4. *num.* 978. *ubi de communi*, *& veriori.*

Sed hoc procedit in poſſeſſorio ordinario & plenario,

Digitized by Google

rio, quando adeſt legitimus Contradictor, ſecus in mero poſſeſſorio, in quo legitimus Contradictor non adeſt, cum hujuſmodi cauſa momentaneæ poſſeſſionis ſit modici præjudicii, *l. fin. ubi Dec. in 4. not. & ſeq. num. 15. C. de edict. Adr. tollen.* Rimin. *d. conſ. 258. num. 33. l. 2.* Cagnol. *in d. l. in part. 171. num. 3. verſ. ſed in contrarium, & verſ. poſtremo, ff. de reg. jur.*

95 Clauſula *ſine præjudicio Poſſidentium, ſeu poſſeſſionis alterius, & habentium meliora, & potiora jura*, venit in mandato de immittendo apponenda, quando traditur poſſeſſio Parte non citata, Menoch. *de adipiſc. rem. 4. num.* 467. & ita quotidie obſervat Praxis.

96 Et non comprehendit ea, in quibus qui ſibi expreſsè præjudicat. Pariſ. *conſ. 70. num. 12. libr. 1.* Marth. *de Clauſ. p. 1. clauſ. 358. n. 3.* Seraph. *dec. 759. n. 3. & dec. 772. num. 10.*

97 Poſſeſſio verò tradita cum d. clauſula intelligitur data ſub conditione, ſi illius non poſſideat, *l. quis abſenti §. 1. ff. de acqu. poſſeſſ.* Maet. *de Clauſ. p. 1. clauſ. 158. num. 2.* Put. *dec. 34. lib. 1. in correct.* Surd. *dec. 333. poſt conſil. l. 4.* Cavaler. *dec. 446. n. 3.* Rot. *dec. 315. n. 2. in fin. p. 3. recent.*

98 Atque operatur alterius poſſeſſionis præſervationem Oldrad. *conſ. 237. n. 9.* Seraph. *dec. 144.* Rot. *d. dec. 315. n. 2. in fin. p. 3. recent.*

99 Quod ſi conſtet de poſſeſſione, vel potiori jure alterius poſſeſſio tradita reſolvitur, Biſignet. *dec. 9. in fin. de conceſſ. præb.* Caval. *dec. 446. n. 4. & ſeqq.*

100 Interim verò donec non conſtat de poſſeſſione, aut jure Alterius, qui poſſeſſione cum d. clauſula quæſivit, habetur pro poſſeſſore; Seraph. *dec. 877. n. 2.* Caval. *dec. 446. n. 5.*

C. De Aegidiana ſatiſdictum eſt, *in cap. præcedente, ſub lit. D. n. 121. & ſeqq.*

De Exequutione Litterarum Apoſtolicarum. Pars. II. Cap. VIII.

S U M M A R I U M.

1 *Executio Litterarum Apoſtolicarum conceditur ad inſtar remedii l. fin. ideò de eo nunc ſubjicitur.*

2 *In executione Litterarum Apoſtolicarum in Tribunali A. C. proceditur prævio Monitorio, cum eorum inſertione.*

3 *Monitorium ſuper exequutione Litterarum Apoſtolicarum & ejus formula.*

4 *Pro adipiſcenda poſſeſſione Canonicatus contra Intruſum proceditur via Monitorii.*

5 *Monitorium pro adipiſcenda poſſeſſione Canonicatus, & Præbenda contra Intruſum, & ejus formula.*

6 *Monitorium pro obtinenda executione Literarum Apoſtolicarum in forma Brevis, de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, & ejus formula.*

7 *Monitorium pro exequutione Litterarum Apoſtolicarum in aliis caſibus, in quibus agitur de poſſeſſione, ut ſupra adipiſcenda, & ejus formula.*

8 *Adnotatio relationis executionis Monitorii in actis, & ejus formula.*

9 *Reus debet negare Monitorium infra triduum.*

10 *Literæ Apoſtolicæ ſunt à Proviſo juſtificandæ, & docendum de Clericatu.*

11 *Literæ Apoſtolicæ poſſunt juſtificari per Scripturas, & per Teſtes, ſervatis ſervandis.*

12 *Si Rei, ad ejus exceptiones probandas producat Scripturas, vel articulos, Actor debet proteſtari, & quomodo n. 13.*

13 *Proteſtatio proviſi Apoſtolici contra Iura, vel articulos, & ejus formula.*

14 *Si Reus citet ad dicendum contra articulos, quid addendum in proteſtatione ab Actore.*

15 *Actore proteſtante, non admitti Iura, vel articulos in præjudicium Iudicii executivi, Judex non admittit, etſi cum clauſula,* ſine præjudicio &c.

16 *Iudicio exequutionis Literarum Apoſtolicarum poteſt ſuſpendi petitorium.*

17 *Commiſſarius Cameræ exiſtens in cauſa, eſt citandus ad ſingulos actus, & quomodo citatio ad ejus, Proviſi Apoſtolici illi adhærentis inſtantiam factu in fine concipi debeat.*

18 *Commiſſarius Cameræ negotiis gravioribus impeditus, in materia exequutionis Literarum Apoſtolicarum ſolet ſubſtituere Proviſum, vel alium ſibi beneviſum.*

19 *Si Literæ Apoſtolicæ non ſunt juſtificatæ, fertur abſolutoria pro Reo, qui debet ſervare terminos ſubſtantiales ad libellandum, prout in aliis Beneficialibus.*

20 *Literis juſtificatis ſervantur ab actore quatuor termini, ad docendum ſe paruiſſe Literis Apoſtolicis.*

21 *Citationes quatuor ad docendum ſe paruiſſe Literis Apoſtolicis, primo pro prima, ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione, & earum formula, & proceſſus.*

22 *Citatio ad videndum deferri juramentum in ſupplementum, & ad Sententiam, in materia executionis Literarum Apoſtolicarum, & ejus formula, & proceſſus.*

23 *Cedulæ Sententiæ ſuper immiſſione in poſſeſſionem, Beneficii, ac declaratoriæ in ſimul latæ, & earum formula.*

24 *Cedula Sententiæ ſuper immiſſione in poſſeſſionem Beneficii, & declaratoriæ ſimul latæ in caſu, in quo Commiſſarius Cameræ eſt in cauſa, & earum formula.*

25 *Ut fulminentur Cenſuræ contra obligatum in forma Cameræ, ſufficit citare domi dimiſſa copia, ſed contra eum qui non paruit Literis apoſtolicis, Mandato, vel Sententiæ, & in aliis caſibus, ad id requiritur citatio perſonalis.*

26 *Si Sententia ſit ferenda contra Capitulum, vel Univerſitatem, Cenſuræ non fulminantur ſtatim.*

27 *Cedula Sententiæ ſuper immiſſione in poſſeſſionem Canonicatus, ac declaratoriæ contra Capitulum, & earum formula.*

28 *Mandatum de immittendo in poſſeſſionem Beneficii in vim Sententiæ expeditum, quando R. P. D. Commiſſarius eſt in cauſa, & ejus formula.*

29 *Mandatum de immittendo in poſſeſſionem Beneficii vigore Sententiæ latæ, quando R. P. D. Commiſſarius non eſt in cauſa, & ejus formula*

30 *Si ad parendum declaratoriæ præfigitur terminus debet intimari Parti cum cedula quo elapſo prout eo non præfixo affiguntur Cedulones.*

31 *Cedulones contra Intruſum in Beneficio, & ejus formula.*

32 *Si exequutio Sententiæ ſuper immiſſione una cum declaratoria ſit facienda in partibus, tranſmittitur ad partes illius inſtrumentum.*

33 *Inſtrumentum Sententiæ ſuper immiſſione in poſſeſſionem Beneficii una cum declaratoria ad partes expeditum, & ejus formula.*

34 *Declaratus, qui poſt decem dies à die affixionis Cedulonis non paruit, ſervatis ſervandis citatur ad videndum aggravari.*

35 *Citatio ad videndum aggravari, & ejus formula, & proceſſus.*

36 *Brachium ſæculare ad partes tranſmittendum contra aggravatum, & ejus formula.*

37 *Lata ſententia in Curia, relaxatur ſequeſtrum ſuper fructibus Beneficii, aliquando non citata, & aliquando citata Parte.*

38 *Citatio ad videndum decerni Sequeſtrum ſuper fructibus Beneficii, & ejus formula, & proceſſus.*

39 *Citatio ad dandam liſtam Confidentium, & ejus formula, & proceſſus.*

40 *Sequeſtrum ad partes tranſmittendum ſuper fructibus Beneficii, & ejus formula.*

41 *Poſt declaratoriam aliquando ſubdelegatur Judex in partibus, pro liquidandis fructibus Parte citata.*

42 *Citatio ad videndum ſubdelegari Judicem in partibus pro liquidandis fructibus, & ejus formula, & proceſſus.*

43 *Si Pars non conſenſit in Judicem, vel eum allegat ſuſpectum, citatur denuo ad concordandum, & dandum liſtam, & demum ſervatis ſervandis, expeditur inſtrumentum ſubdelegationis Judicis.*

44 *Inſtrumentum ſubdelegationis Judicis pro liquidandis fructibus, in partibus, & ejus formula.*

45 *Appellatio ſuſpenſiva regulariter non datur in materia*

exe-

Digitized by Google

exequutionis literarum Apoſtolicarum.

46 *Interpoſitio appellationis coram Judice à quo prout in cedula, & ejus formula ac reſponſio Judicis.*

47 *Cedula appellationis à Sententia lata ſuper immiſſione in poſſeſſionem Beneficij, & ejus formula.*

48 *Appellans, qui exequutionem literarum Apoſtolicarum impedire prætendit, debet obtenta ſuperſeſſoria adire plenam Signaturam citata Parte.*

49 *Commiſſio appellationis in plena Signatura proponenda ad exequutionem literarum apoſtolicarum impediendam, & ejus formula.*

50 *Signatura ſolet in materia exequutionis literarum Apoſtolicarum reſcribere cum clauſula* ſine præiudicio.

51 *Si virtute literarum Apoſtolicarum fuit proceſſum ad declaratoriam, commiſſio non ſolet ſignari, niſi cum clauſula parito Brevi.*

52 *Signatura ſi ſententia lata pro exequutione literarum Apoſtolicarum eſt apparenter iniuſta, vel notoriè nulla, vel literæ ſunt vulneratæ, ſolet reſcribere pro appellatione, & aliquando ex cauſa cum clauſula* arbitrio Rotæ.

53 *Literarum Apoſtolicarum exequutio regulatur ſecundum terminos l. fin. C. de edict. d. o. Adr. tollen.*

54 *Litteræ Apoſtolicæ habent executionem paratam, ſicut Teſtamentum licet ſint expeditæ in forma Brevis, & n. 55.*

56 *Idque ob illarum authoritatem, honoremque Summi Pontificis mandantis.*

57 *Literæ Apoſtolicæ iuſtificatæ ſunt exequendæ, ſecus ante iuſtificationem.*

58 *Literis Apoſtolicis non iuſtificatis ſententia lata pro illarum exetutione eſt iniuſta.*

59 *Literæ Apoſtolicæ obſervatæ ſpatio 40. annorum & ultra non indigent alia iuſtificatione.*

60 *Narrativa literarum Apoſtolicarum motu proprio emanatarum non indiget alia iuſtificatione, etiam ſi ſit de facto alieno.*

61 *Sive motus proprius emanaverit ex mera liberalitate Principis ſivè ad Partis inſtantiam.*

62 *Clauſula* motu proprio, *transfert onus probandi in adverſarium.*

63 *Clauſula* motu proprio aut ex certa ſcientia, *operatur, ut non ſit opus literas apoſtolicas aliter iuſtificare.*

64 *Narrativa in literis Apoſtolicis ſub clauſula* ut aſſeritur, *eſt narrativa Papæ, & non compellit ad iuſtificandum.*

65 *Narrativa ſub clauſula,* ut aſſeris *eſt narrativa Partis, & indiget iuſtificatione.*

66 *Clauſula,* ut aſſeritur, *quando ſunt plures Supplicantes, ſecundum aliquot, non differt à clauſula,* ut aſſerunt, *ſed hæc diſtinctio reprobata fuit à Rota.*

67 *Narrativa ſub clauſula,* ut aſſeritur, *non indiget iuſtificatione ſive ſit unus, ſive ſint plures Supplicantes.*

68 *Literæ Apoſtolicæ habentes clauſulam* vocatis vocandis, *non habent exequutionem paratam, cum tunc ſit procedendum cauſa cognita, & Parte citata.*

69 *Clauſula* ſervatis ſervandis, *æquipollet clauſulæ* vocatis vocandis.

70 *Clauſula* vocatis vocandis, *facit Executorem mixtum, & cauſam appellabilem.*

71 *Clauſula* vocatis &c. *efficit, ut procedatur ordinariè, non exequutivè.*

72 *Clauſula* vocatis &c. *non facit appellabilem cauſam, quæ eſt de ſui natura inappellabilis.*

73 *Rota deciſ. 548. p. 1. recent. tenuit clauſulam* vocatis &c. *efficere, ut Judex procedat iudicialiter Parte citata retento iudicio exequutivo, ſed eſſet valdè difficile id in praxi obtinere, & quare.*

74 *Literæ Apoſtolicæ in forma* Dignum, *ratione mixturæ, quam habent in corpore, non habent exequutionem paratam.*

75 *Literæ Apoſtolicæ in forma* Dignum, *ſi non adeſt legitimus Contradictor, nec clauſula,* vocatis &c. *non videntur facere Executorem mixtum.*

76 *Literæ Apoſtolicæ contra habentem titulum parem non habent exequutionem paratam.*

77 *Literæ Apoſtolicę vulneratæ non habent paratam exequutionem.*

78 *Literę Apoſtolicę, ſi Sententia contraria non tangat ipſas literas, ſed tantum proceſſum, poſtmodum iuſtificatę, habent paratam exequutionem.*

79 *Literæ Apoſtolicæ, quando adeſt legitimus Contradictor, non habent paratam exequutionem.*

80 *Literæ Apoſtolicæ ſpatio triginta annorum amittunt viam exequutivam.*

81 *Legitimus contradictor eſt habens parem titulum in materia exequutionis literarum apoſtolicarum.*

82 *Poſſeſſor Beneficij habens proviſionem ab Ordinario eſt legitimus Contradictor.*

83 *Poſſeſſor cum titulo eſt legitimus Contradictor.*

84 *Poſſeſſor producens titulum poſt Sententiam, non eſt legitimus Contradictor, niſi incontinenti per huiſmodi titulum conſtaret de eius bono iure.*

85 *Præſentatus, etiam ſi non poſſideat, eſt legitimus Contradictor ad impediendam immiſſionem contra Proviſum Apoſtolicum, & quando.*

86 *Clauſula,* dummodo tempore datæ preſentium non ſit alteri jus quæſitum, *facit Exequutorem mixtum.*

87 *A Sententia Exequutoris mixti datur apellatio.*

88 *Clauſula,* dummodo tempore datæ præſentium non ſit alterius ius quæſitum, *præſervat ius quæſitum præſentationem Patroni.*

89 *Et non ſolum Jus in re, ſed etiam ad rem.*

90 *Clauſula,* dummodo tempore datæ &c. *præſervat jus validum, & conſiderabile, non autem invalidum, & coloratum.*

91 *Clauſula,* dummodo tempore datæ non ſit alteri jus quæſitum *intelligitur ex præſentatione facta à majori parte, non à medietate tantum niſi Præſentatus tempore datæ haberet etiam gratificationem ab Ordinario.*

92 *Clauſula,* dummodo tempore datæ non ſit alteri jus quæſitum, *habetur in literis pro appoſita licet fuerit omiſſa.*

93 *Clauſula,* dummodo tempore datæ &c. *non indiget alia iuſtificatione.*

94 *Præſentatus eſt contra Proviſum Apoſtolicum legitimus Contradictor quando in literis eſt clauſula,* amoto &c. *quæ facit Exequutorem mixtum.*

95 *Clauſula,* amoto illicito Detentore, *operatur, ut Exequutor debeat procedere cum cauſæ cognitione Juris ordine ſervato.*

96 *Clauſula,* amoto illicito Detentore, *operatur, ut Exequutor teneatur aſſumere partes Judicis, & ei detur appellatio ſuſpenſiva.*

97 *Clauſula,* amoto illicito Detentore *tunc dat cognitionem, quando Sententia, & cognitio non præceſſit, alias ſecus.*

98 *Clauſula,* amoto illicito Detentore, *tunc facit Exequutorem mixtum, quando adeſt legitimus Contradictor, alias ſecus.*

99 *Clauſula,* amoto &c. *exiſtente legitimo Contradictore facit Exequutorem mixtum, etiamſi dictum fuerit, amoto quolibet Detentore.*

100 *Clauſula,* amoto &c. *operatur, ut facta cenſeatur mentio de poſſeſſione facti, & coloratur, ſi eſt in gratia principali in parte diſpoſitiva, ſecus ſi in exequutiva.*

101 *Clauſula,* amoto &c. *in diſpoſitiva poſita non facit Exequutorem mixtum, ſed magis roborat eius authoritatem, in exequutiva vero non mutat diſpoſitionem.*

102 *Clauſula,* amoto &c *ſi adeſt legitimus Contradictor, facit Exequutorem mixtum, ſive in diſpoſitiva, ſive in exequutiva parte ſit poſita, & quare.*

103 *Exequutor cum clauſula* amoto &c. *poteſt amovere Intruſum non poſſeſſorem coloratum.*

104 *Exequutor cum clauſula,* amoto &c. *tenetur cognoſcere de colore tituli.*

105 *Poſſeſſio ſine titulo ſaltem colorante, nec in materia l. fin. nec exequutionis literarum Apoſtolicarum, attenditur, alias ſecus.*

106 *Poſſeſſio eorum, quæ à Tertio poſſidentur, non acquiritur ex poſſeſſione univerſali regulariter.*

107 *Quando non adeſt legitimus Contradictor, & poſſeſſio cui jus reſiſtit, non habetur in conſideratione, ex poſſeſſione univerſali acquiritur poſſeſſio etiam eorum, quæ poſſidentur à Tertio.*

108 Con-

Digitized by Google

108 *Contradictor legitimus non eſt, qui nec titulum nec poſſeſſionem habet, nec eſt citandus.*

109 *Exceptio oriens ex ventre literarum admittitur ad earum exequutionem impediendam.*

110 *Exceptio defectus proprietatis non admittitur ad impediendam exequutionem literarum, niſi probetur vel probatio offeratur in continenti, Idem in exceptione defectus iuris agentis.*

111 *Exceptio concernens defectum tituli tunc demum debet admitti, quando opponitur crimen cum infamia, vel collatio fuit clandeſtina, vel allegaretur proviſionem non tenere, niſi titulus eſſet apparenter iuſtus.*

112 *Exceptio inhabilitatis perſonæ in Beneficialibus ſemper admittitur, & quare.*

113 *Ex magno fumo Iuriſpatronatus ſuperſedendum eſt in exequutione literarum, donec meliores fiant probationes.*

114 *Superſedendum eſt in exequutione literarum ex magno fumo, tunc demum, quando exceptio oritur ex ventre earum, ſecus ſi eſt aliundè probanda, nam tunc debet eſſe clara, & notoria ad d. effectum.*

115 *Literæ in forma Brevis de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, & ſignanter reſervatio, tunc debet iuſtificari*

116 *Brevia de capienda poſſeſſione nomine Cameræ ſunt fundata in reſervatione, & propter eam conceduntur.*

117 *Reſervatione ceſſante Brevia non conceduntur, & conceſſa non mandantur exequutioni.*

118 *Reſervatio eſt iuſtificanda ante Brevis exequutionem, quando in brevi adeſt clauſula* conſtito, *vel aliæ faciat Exequutorem mixtum, ſecus ſi reſervatio tantum narretur, & A.C. ſit exequutor merus.*

119 *Clauſula*, conſtito, *in Brevi poſita eſt ſemper verificanda.*

120 *Brevis exequutio concedenda eſt verificatis contentis ſub clauſula*, conſtito.

121 *Verificatio narratorum in brevi extra clauſulam*, conſtito, *non eſt neceſſaria, & quare.*

122 *Verificata clauſula*, conſtito, *Exequutor efficitur merus.*

123 *Breve iuſtificatum habet exequutionem paratam ad inſtar literarum Apoſtolicarum.*

124 *Clauſula*, conſtito, *ante iuſtificationem facit Exequutorem mixtum.*

125 *Appellatio à mixto exequutore datur ad utrumque effectum, à mero vero non datur ſuſpenſiva, niſi forte in exequutione adſit exceſſus.*

126 *Clauſula* conſtito, *debet plenè, & concludenter iuſtificari, etiamſi non adſit legitimus Contradictor, & quare.*

127 *Clauſula*, conſtito, *tunc plenam, & concludentem probationem requirit, quando apponentes conditionem probationis, conſtat iam adeſſe probationem præſumptivam, alias ſecus.*

128 *Clauſula*, conſtito, *ubi agitur de probando obitu in genere, vel de longinquo vel cauſa eſt difficilis probationis, requirit plenam probationem.*

129 *Clauſula*, conſtito, *de Stylo Tribunalis A. C. non requirit plenam probationem, ſed iuſtificatur ex ſemiplena.*

130 *Reſervatio debet plenè, & concludenter probari.*

131 *Si Ordinarius, vel ab illo Proviſus non ſit in cauſa obitus in menſe reſervato probatur per teſtes de publica voce, & fama.*

132 *Plena probatio requiritur ad effectum reſervationis, ſed ad effectum iuſtificationis gratiæ ſufficit ſemiplena.*

133 *Clauſula*, conſtito, *requirit citationem Partis, alias proceſſus eſt nullus.*

134 *Contrarium quod citationem non requirat.*

135 *Clauſula*, conſtito, *ſi committitur exequutio de re vacante, non requirit citationem Partis, alias ſecus.*

136 *Clauſula*, conſtito, *requirit cauſæ cognitionem.*

137 *Clauſula*, conſtito, *ſi agitur de modico præiudicio, non requirit citationem Partis, nec cauſæ cognitionem.*

138 *Clauſula*, conſtito, *aliquando iuſtificatur ex informatione extraiudiciali, ſi natura negotij, de quo agitur, id patitur.*

139 *Mentio litis in Brevi eſt facienda, alias poſſeſſio capta eius vigore eſt attentata.*

140 *Commiſſarius Cameræ, ſi non poteſt de iure conſignare poſſeſſionem Beneficij Proviſo, tenetur illam reſtituere primo Poſſeſſori.*

141 *Ad proceſſus validitatem ſufficit citare proviſum, licet Commiſſarius non citetur.*

142 *Clauſula* alioquin &c. *& non clauſula* ſi quia &c. *apponenda eſt in monitorio, quod fit pro exequutione literarum Apoſtolicarum obtinenda, & quare, & quomodo clauſula*, alioquin *tunc entendatur.*

143 *Contra Negligentem parere literis Apoſtolicis ſervantur quatuor termini ad docendum ſe paruiſſe, & demum proceditur ad Declaratoriam.*

144 *Termini ad docendum ſe paruiſſe inſerviunt pro trina monitione, ſine qua non fertur Excommunicatio.*

145 *Si ferenda ſit abſolutoria pro reo, non ſufficiunt termini ad docendum ſe paruiſſe literis Apoſtolicis, ſed ſervandi ſunt termini ſubſtantiales, prout in Beneficialibus.*

146 *Contra Immiſſum non verificata Reſervatione datur actio ſpolij, & Expulſus probatis extremis uti ſpoliatus reſtituitur.*

147 *Clauſula*, ſine vitio ſpolij, *recipit conditionem principalis diſpoſitionis, quatenus Breve ſit iuſtificatum ſi ita eo adſit clauſula*, conſtito.

148 *Si in Brevi non adeſt clauſula*, conſtito; *poteſt doceri de reſervatione quandocunque, & eo magis ſi in brevi adſit clauſula* ſine vitio ſpolij.

149 *Si poſſeſſio eſt vacans, poteſt Breve iuſtificari quandocumque, etiamſi inſit clauſula*, conſtito, *& quare.*

150 *Si alius poſſidet, & poteſt intrare ſpolium, Breve debet iuſtificari ex eiſdem actis, non ex noviter deductis.*

151 *Signatura, quando Exequutor, vel Iudex gravat in exequutione literarum Apoſtolicarum committit cauſam appellationis ſimpliciter, vel cum clauſula*, arbitrio Rotæ.

152 *Rota ex iuſta cauſa paſſim interponit arbitrium pro retardanda exequutione literarum, etiamſi fuerit reſcriptum cum clauſula*, parito Brevi arbitrio Rotæ.

153 *Signatura quando Sententia lata pro exequutione literarum eſt iuſta reſcribit cum clauſula*, ſine præiudicio.

154 *Literæ Apoſtolicæ, licet reſpectu Cenſurarum illarum admittant appellationem, non tamen illam admittunt ad impediendum immiſſionem etiamſi fuerit pronunciatum per cedulam.*

155 *Clauſula*, ſine præiudicio, *præſervat facultatem exequendi Iudici à quo, non obſtante Iudicio ordinario.*

156 *Clauſula*, ſine præiudicio, *non operatur, quod exequutio attentata, & nulla revocari non poſſit.*

157 *A ſententia lata contra literas Apoſtolicas datur appellatio ad utrumque effectum, & poſtmodum ſemper remanet appellabilis.*

158 *Exequutore ritè, & rectè procedente Signatura reſcribit cum clauſula*, parito brevi.

156 *Clauſula*, parito brevi, *importat dimiſſionem poſſeſſionis, & fructuum.*

160 *Clauſula*, parito brevi, *non includit expenſas litis.*

161 *Clauſula*, parito brevi, *tribuit Iuriſdictionem conditionalem.*

162 *Clauſula*, parito, *dicitur impleta ex præſtatione patientiæ, & paritione verbali, quoad poſſeſſionem, & per oblationem compenſationis quoad fructus.*

163 *Clauſula*, parito, *quoad fructus perceptos non dicitur impleta, niſi Pars probet, non percepiſſe, vel reſtituiſſe, vel obtineat Commiſſionem de præfigendo termino ad illos liquidandum, & quando hoc procedat.*

184 *Virtus brevis de capienda poſſeſſione nomine Cameræ expirat*

Digitized by Google

pirat per primum actum adeptionis poſſeſſionis, nam ſemel immiſſo non datur immiſſio.

165 *Si agitur contra Negligentem parere literis Apoſtolicis proceditur ad Declaratoriam ſervatis quatuor terminis ad docendum ſe paruiſſe, ſed contra eam, qui in litteras commiſit, eſt ad id eo citato, docendum de contraventione.*

166 *Impediens executionem literarum apoſtolicarum eſt eo ipſo excommunicatus in Bulla Cœnæ, & ob id declarandus.*

167 *Impediens Exequutionem literarum Apoſtolicarum privatur iure, quod habet in beneficio, & efficitur inhabilis ad beneficia conſequenda.*

168 *Recurrens ad Judices laicos pro impedienda exequutione literarum Apoſtolicarum incidit in excommunicationem maiorem Bullæ Cœnæ Domini, & committit Sacrilegium.*

169 *Recurſus ad judices Laicos pro impedienda exequutione literarum Apoſtolicarum eſt prohibitus, tàm ex diſpoſitione Sacrorum Canonum quam Bullæ Cœnæ Domini.*

170 *Recurrens ad Iudices Laicos pro impedienda exequutio literarum tanquam excommuncatus repellitur à limine, & Collatio ab eo facta non tenet.*

171 *Excommunicatio Clerici reſultat ex ipſo actu recurſus ad Judices Laicos non ex aliis, quæ fiunt per ipſos Judices.*

172 *Licet Bulla Cœnæ inducat privationem juris ſui ipſo jure contra Recurrentes ad Laicos, requiritur tamen ſententia declaratoria privationis.*

173 *Recurſus ad Judices Laicos debet plene, & concludenter probari.*

174 *Licet excommunicatio Bullæ Cœnæ ſit notoria, ſufficit tamen, quod non ſit notorius recurſus, ob quem illa imponitur.*

175 *Sententia excommunicationis judicialiter lata dicitur interloquutoria.*

176 *A Sententia excommunicationis datur appellatio.*

177 *Exequutio Sententiæ excommunicationis per appellationem non ſuſpenditur.*

178 *A Sententia excommunicationis datur appellatio ad effectum devolutivum.*

179 *A ſententia declaratoria excommunicationis, & ſeu Cenſuram datur appellatio ad utrumque effectum.*

180 *Judex ferendo declaratoriam excommunicationis, & Cenſurarum de facili poteſt errare.*

181 *A declaratoria excommunicationis non datur appellatio quando factum eſt notorium.*

182 *A declaratoria excommunicationis lata virtute exequutorialium, & rei judicatæ non datur appellatio.*

183 *A declaratoria Cenſurarum contra Obligatum in forma Cameræ non datur appellatio.*

184 *A Sententia excommunicationis, ſeu Cenſurarum lata ſub conditione, vel in diem datur appellatio.*

185 *Sententia excommunicationis lata ſub conditione, vel in diem in exequutionem rei iudicatæ non admittit appellationem ſuſpenſivam.*

186 *Sententia excommunicationis lata cauſa ferendi teſtimonium non admittit appellationem ſuſpenſivam.*

187 *Exequutio Sententiæ excommunicationis latæ poſt legitimam appellationem remanet ab appellatione ſuſpenſa.*

188 *Appellatione deſerta poteſt quis denunciari excommunicatus.*

189 *Exequutio Sententiæ excommunicationis non ſuſpenditur per appellationem, quando cauſa eſt commiſſa cum clauſula,* appellatione remota.

190 *Excommunicationis ignorantér, ſi appellat à die ſcientiæ impedit denunciationem.*

191 *Si Judex delegatus detulit appellationi, vel appellatio fuit à ſuperiore recepta, non poteſt Appellans denunciari excommunicatus.*

192 *Appellatio impedit denunciationem, quando Excommunicatus pro denunciationem in plus ligatur.*

193 *A Sententia excommunicationis continente intolerabilem errorem datur, appellatio ad utrumque effectum.*

194 *Poſſeſſor non tenetur ad ſimplex verbum Exequutoris in partibus dimittere jus ſuum indefenſum, niſi declaratoria veniat poſt rem judicatam.*

195 *Appellatio impedit effectum Sententiæ ſuſpenſionis, vel interdicti à Beneficio, aut Pontificalibus, ſeu uſu Pallii.*

196 *Si Sententia ſuſpicionis, vel interdicti feratur in pœnam ſuſpenditur per appellationem, ſecus ſi feratur in contumaciam.*

197 *Appellatio ſuſpendit effectum Sententiæ excommunicationis, quando judex ad quem præcipit Excommunicatum non denunciari, dummodo non intervenerit manifeſta.*

198 *Si fuit appellatum à præcepto facto ſub pœna excommunicationis, quis non poteſt poſt interpoſitam appellationem denunciari excommunicatus.*

De Exequutione Litterarum Apoſtolicarum
Pars II. Cap. VIII.

QVoniam exequutio Litterarum Apoſtolicarum, 1
a, pro alicujus Beneficii poſſeſſione adipiſcenda, a
da, conceditur ad inſtar remedii *leg. fin. Cod. de edict. Div. Adr. Tollen.* & ſecundum terminos illius regulatur, Idcirco, cum ſupra dictum fuerit de ipſo *l. fin.* remedio, meritò ſubiicitur de Litterarum Apoſtolicarum exequutione.

In Tribunali Auditoris Cameræ ſive Litteræ Apo- 2
ſtolicæ ſint expeditæ ſub plumbo, ſive in forma Brevis, ad illarum exequutionem proceditur ſemper prævio Monitorio cum inſertione earumdem, pro poſſeſſione autem alicujus Beneficii adipiſcenda conficitur Monitorium, ut infra, videlicet.

De Mandato Illuſtriſſimi & Reverendiſs. Dom. 3
Aud. Cam. ſive Rev. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. Principalis præſentantis litteras Apoſtolicas Sanctiſs. D. N. Papæ ſub plumbo expeditas, tenoris inſraſcripti, videlicet.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei, &c. *(hic inſerendus eſt totus tenor litterarum).*

Tenore præſentium, ſupradictæ Literæ Apoſtolicæ, & omnia, & ſingula ſupradicta in eis contenta intimentur, & notificentur NN. & NN. & aliis quibuſcumque in exequutione præſentium nominandis, & cognominandis, & ad eorum, & cujuslibet eorum notitiam deducantur ad majorem cautelam, & alias omni meliori modo &c. necnon.

Moneatur NN. quatenus infra triduum proximum ſub 500. Ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applican. &c. & pro illius Mandati exequutivi & in juris ſubſidium Excommunicationis, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, Cenſuris & pœnis etiam in dd. Literis Apoſtolicis contentis, debet dictum inſtantem in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem Beneficii in præfatis Literis Apoſtolicis nominati, & de quo agitur, ac illius annexorum, jurium, membrorum, ac pertinentiarum quorumcumque immiſiſſe, impoſuiſſe, & induxiſſe, immiſſumque, impoſitum, & inductum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, ac de fructibus, redditibus, proventibus, & obventionibus, ejuſdem reſpondiſſe, & ſatisfeciſſe, juxta formam dd. Literarum Apoſtolicarum, dictaſque Literas Apoſtolicas debitæ exequutioni demandaſſe, ac ſuos plenarios effectus ſortiri feciſſe, damnaque, expenſas, & intereſſe præmiſſorum cauſa, & occaſione paſſa, & incurſa, & in futurum patien. &c. ac liquidan. &c. refeciſſe, mandatumque de immittendo, manutenendo, & aliud quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum concedi, decerni, & relaxari, jus, & juſtitiam miniſtrari, & alia deſuper neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe, & alias omni meliori modo &c. Deducens &c. omne Jus &c. implorans, dictiſque Literis Apoſtolicis, ac præſentibus noſtris Monitorialibus paruiſſe, ac de paritione docuiſſe &c. Alioquin præfatum NN. ſic monitum, & requiſitum, ſi Literis Apoſtolicis & noſtris Monitorialibus hujuſmodi obtemperare diſtulerit, Contradictoreſque omnes, rebelles, & moleſtatores in exequutione præſentium nominan. &c. cognominan. &c. citamus &c. quatenus

tenus die N. compareant &c. ad videndum, ſe Excommunicationis, aliaſque Sententias, Cenſuras, & pœnas prædictas incidiſſe, incurriſſe declarari, & alias ad omnes, & ſingulos actus, & terminos neceſſarios gradatim uſquè ad Sententiam, ac Sententiarum Pœnarum, & Cenſurarum prædictarum aggrauationem, & reaggrauationem, Brachii Sæcularis inuocationem procedi, Citatorum contumacia, ſeù abſentia in aliquo non obſtante, omni &c.

NN. Notarius. Locus † Sigilli.

4 Pro adipiſcenda verò poſſeſſione Canonicatus, & Præbendæ contra Intruſum poterit fieri Monitorium, vt infra, & aliàs mutatis mutandis, ſecundum facti contingentiam, videlicet.

5 De Mandato Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. A. C. ſiuè R. P. D. NN. ejus in Ciuilibus Locumtenentis, & ad Inſtantiam NN. principalis præſentantis Literas Apoſtolicas Sanctiſſimi D. N. Papæ ſub plumbo expeditas, tenoris infraſcripti videlicet. *Innocentius &c.*

Tenore præſentium ſupradictæ Literæ Apoſtolicæ, & omnia, & ſingula ſupradicta in eis contenta intimentur, & notificentur N. N. N. N. & NN. & aliis quibuſcumquè in exequutione præſentium nominandis & cognominandis & ad eorum, & cujuslibet eorum notitiam deducantur ad majorem cautelam, & aliàs omni meliori modo &c. necnon.

Moneantur Prior, Capitulum, & Canonici Eccleſiæ NN. omneſque alii, & ſinguli, ad quos poſſeſſionis traditio, & reſponſio, ac ſolutio fructuum dictorum Canonicatus, & Præbendæ ſpectat, & pertinet, necnon NN. in dicto Canonicatu, & Præbenda intruſus, quatenus infra triduum &c. ſub 500 ducatorum auri de Camera, ac mandati exequutiui, & in Iuris ſubſidium ſuſpenſionis à Diuini, ac reſpectiuè Excommunicationis &c. aliiſque pœnis, etiam in dictis Literis Apoſtolicis contentis, debeant dictum NN. Prouiſum Apoſtolicum in poſſeſſionem, realem, corporalem, & actualem dd. Canonicatus, & Præbendæ, ac annexorum, Iuriumquè, & pertinentiarum quarumcumque induxiſſe, impoſuiſſe, & immiſiſſe, ac inductum, impoſitum, & immiſſum manutenuiſſe, & conſervaſſe, ac de omnibus fructibus, redditibus, & prouentibus ejuſdem Canonicatus, & Præbendæ, à die obitusq. NN vltimi poſſeſſoris decurſis, & decurrendis &c. eidem NN. Prouiſo Apoſtolico integrè reſpondiſſe, ac reſponderi feciſſe juxta formam, & tenorem dd. Literarum Apoſtolicarum, dictaſque Literas Apoſtolicas debitæ exequutioni demandaſſe, ac ſuos plenarios effectus ſortiri feciſſe, damnaque expenſas, & intereſſe, præmiſſorum cauſa, & occaſione paſſa, & incurſa, & in futurum patien. & liquidan. &c. feciſſe, Mandatumquè de immittendo, manutenendo, & aliud quodcumquè deſuper neceſſarium, & opportunum concedi, decerni relaxari, ius, iuſtitiam miniſtrari, & alia deſuper neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe, & aliàs omni meliori modo &c. Deducens &c. omne Ius. &c. implorans &c. dictiſque Literis Apoſtolicis, ac præſentis noſtris Monitorialibus, paruiſſe, de paritione docuiſſe, &c. alioquin.

NN. Notarius. Locus † Sigilli.

Pro obtinenda vero exequutione Literarum Apoſto-
B licarum in forma Breuis, B., de capienda poſſeſſione nomine Cameræ fit Monitorium vt infra, videlicet.

6 De mandato Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. A. C. ſiuè R. P. D. NN. ejus in Ciuilibus Locumtenentis & ad Inſtantiam R. P. D. NN. Sanctiſſ. D. N. Papæ, ejuſque
C Reu. Cameræ Apoſtolicæ Generalis Commiſſarii, C., principalis, & NN. prouiſi Apoſtolici pro ſuo intereſſe illi adhærentis, præſentantis Literas Apoſtolicas Sanctiſſ. D. N. Papæ in forma Breuis ſub Annulo Piſcatoris expeditas, tenoris videlicet *Innocentius Papa X. &c.*

Tenore præſentium ſupradictæ Literæ Apoſtolicæ, & omnia, & ſingula ſupraſcripta, & in eis contenta intimentur, & notificentur NN. & NN., & aliis quibuſcumque, in exequutione præſentium nominan. & cognominan. & ad eorum, & cujuslibet eorum notitiam deducantur ad majorem cautelam, & alias omni meliori modo &c. nec non.

Moneatur NN. quatenus infra triduum proximum, ſub 500. ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applican. & pro illis Mandati exequutiui, & in Iuris ſubſidium Excommunicationis &c. aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pœnis, etiam in dd. Literis Apoſtolicis contentis, debeat dictum NN. Prouiſum Apoſtolicum in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem Beneficii in ſupradictis Litteris Apoſtolicis nominati, de quo agitur, illiuſque iurium ac pertinentiarum quarumcumque induxiſſe, poſuiſſe, & immiſiſſe, per eum, prelibati, Sanctiſſimi D. N. ac Cameræ Apoſtolicæ nomine capiendam, & retinendam, & ſubindè eidem NN. Prouiſo, ſi, & poſtquàm Literas Apoſtolicas prouiſionis ejuſdem Beneficii, ſub plumbo legitimè expeditas, præſentauerit, conſignandam, inductumq. impoſitum, ac immiſſum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſeruaſſe, ac de omnibus, & ſingulis ejuſdem Beneficii fructibus, redditibus prouentibus, & obuentionibus reſpondiſſe, & ſatisfeciſſe, iuxta earumdem Literarum Apoſtolicarum formam, & tenorem, dictaſque Literas Apoſtolicas debitæ ac totali exequutioni demandaſſe, ac plenarios effectus ſortiri feciſſe, damnaque expenſas, & intereſſe præmiſſorum, cauſa, & occaſione paſſa, & incurſa, & in futurum patien. ac liquidan. &c. refeciſſe, Mandatumque de immittendo, manutenendo, & aliud quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum concedi, decerni, & relaxari, Jus, & Juſtitiam miniſtrari & alia deſuper neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe &c. & alias omni meliori modo &c. Deducens &c omne jus &c. ac remedium in præmiſſis magis competens magiſquè proficuum &c. imploran. &c. dictiſquè Literis Apoſtolicis ac præſentibus noſtris Monitorialibus paruiſſe, ac de paritione docuiſſe &c. Alioquin &c. D.

N. Notarius. Locus † Sigilli.

In aliis verò caſibus, in quibus non agitur de poſſeſſione adipiſcenda, ut ſupra, monitorium pro Literarum Apoſtolicarum exequutione obtinenda fieri poteſt, ut infra (& aliàs ſecundum facti contingentiam, & ſubiectam materiam) videlicet.

De Mandato Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. A. C. ſiuè R. P. D. NN. ejus in Ciuilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN principali, præſentantis Literas Apoſtolicas Sanctiſſ. D. N. PP. ſub plumbo (*vel. in forma Breuis, ſub Annulo Piſcatoris*) expeditas, tenoris ſequentis, videlicet *Innocentius, &c.*

Tenore igitur præſentium ſupradictæ Literæ Apoſtolicæ, & omnia, & ſingula ſupradicta, in eis contenta intimentur, & notificentur NN. & NN. ac aliis quibuſcumquè, in exequutione præſentium nominan. & cognominan. & ad eorum, & cuiuslibet eorum notitiam deducantur ad maiorem cautelam, & aliàs omni meliori modo &c. necnon.

Moneatur NN. quatenus infra triduum proximum, ſub quingentorum ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applican. & pro illis Mandati exequutiui, & Excommunicationis, in ſubſidium juris, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pœnis etiam in dictis Literis Apoſtolicis contenti, debeat (Hic exprimatur petitio ejus, quod in Literis Apoſtolicis principaliter continetur, & ab Impetrante illarum virtute prætenditur, juxta formam, & tenorem earumdem, & deindè addatur (prædictaſque Literas Apoſtolicas juxta illarum formam, & tenorem, & in eis contenta quæcumquè obſeruaſſe, & adimpleuiſſe, & debitæ exequutioni demandaſſe, ac ſuos plenarios effectus ſortiri in omnibus, ac per omnia feciſſe, damnaque expenſas, & intereſſe paſſa, & incurſa, & in futurum patien. &c. & liquidan. &c. refeciſſe. mandatumque &c. ac de obſeruando, & aliud quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum concedi, decerni, ac relaxari, jus, & juſtitiam miniſtrari, aliaque in præmiſſis quomodolibet neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe, & aliàs omni meliori modo &c. Deducens &c. omne Jus, omnemque actionem, ac remedium &c. implorans &c. dictiſquè Literis Apoſtolicis, ac præſentibus noſtris Monitorialibus paruiſſe, & de paritione docuiſſe &c. Alioquin, &c.

N.N. Notarius. Locus † Sigilli.

Monitorio perſonaliter per Curſorem exequuto, ac

Digitized by Google

ſubſcripto adnotatur in actis illius intimatio, exequutio, vt infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

8 Coram Domino, mequè &c. NN. Sanctiſſ. D. N. Curſor retulit, ſe ad inſtantiam NN. intimaſſe Literas Apoſtolicas, & perſonaliter moniſſe NN. prout in ſolio, tenoris &c. omni &c.

9 Ex aduerſo poteſt fieri infra triduum proteſtatio, & negari Monitorium, juxta ſuperius tradita in præcedente capite n. 7.

10 Pro parte verò Actoris, vt Juridicè obtineri poſſit Literarum Apoſtolicarum exequutio, ſunt omnino Literæ juſtificandæ, docendumquè de Prouiſi Clericatu.

11 Iuſtificatio autem poteſt fieri, tàm per Scripturas, citata Parte ad dicendum contra iura in forma, quàm etiam per Teſtes, exhibitis in actis Articulis opportunis, ſecundum facti contingentiam, citata Parte ad dicendum contra illos, & aliàs ſervatis ſeruandis, juxtà ſuperius tradita *in prima parte cap. 2. nu. 10. & ſeqq. & c. 11. nu. 2. & ſeqq.*

12 Quod ſi Reus ad eius exceptiones probandas citaret ad dicendum contra Jura, vel etiam Articulos, tunc Actor poterit proteſtari, vt infra, videlicet,

Pro NN. contra NN.

13 In Officio &c NN. proteſtatus fuit, non admitti aliqua Jura (vel aliquos Articulos) in præjudicium Proceſſus executiui, & Literarum Apoſtolicarum, ac ſummarii Poſſeſſorii, & his ſaluis, contra prætenſa Jura (vel Articulos prætenſos) dixit pro nunc generalia verbo, ſaluo jure &c. & pendente &c. omni &c.

14 Et quatenus fuerit facta citatio, ad dicendum contra Articulos, addatur etiam in proteſtatione, nihil fieri, niſi ſpecificatis materiis medio juramento tactis &c. nominibus, cognominibus patria, & exercitio Teſtium, & intimato die, & hora certis ad effectum &c. & alias, vt ſupra dictum fuit *d. p. 1. c. 21. ſub n. 5. & ſeqq.*

15 Quoties autem pro parte Actoris ut ſupra proteſtari contigerit, Judex non admittit Jura, ſeù Articulos Rei conuenti, niſi cum d. clauſula, *ſine præjudicio &c.*

16 Poteſt etiam in hoc judicio, ſi opus fuerit, ſuſpendi Petitorium, juxta ſuperius tradita, hac eadem *p. 2. ſub c. 6. n. 17. & ſeq.*

17 Cæterum, quando R. P. D. Commiſſarius Cameræ eſt in cauſa, debet etiam ipſe ad omnes, & ſingulos actus citari, In Citationibus verò, quæ ad ejus, ac Prouiſi illi adhærentis inſtantiam fiunt, dicitur in fine, *Inſtante R. P. D. NN. Sanctiſſimi NN. ejuſquè R. Cameræ Apoſtolicæ Commiſſario Generali principali, & NN. Prouiſo Apoſtolico, illi pro ſuo intereſſe adhærente ſiuè &c.*

18 Commiſſarius autem, aliis grauioribus negociis in dies impeditus, non ſolet de per ſe Citationes reproducere, aut terminos hujuſmodi ſeruare, ſed vel Prouiſum ipſum Apoſtolicum, vel alium ſibi benevisum ad id, cum facultatibus neceſſariis, & opportunis, ſubſtituere.

19 Quod ſi Literæ non fuerint juſtificatæ, & ob id ferenda ſit abſolutoria Pro Reo, non ſufficit Reo ſeruare infraſcriptos quatuor terminos, ad docendum ſe paruiſſe, ſed opus eſt illi, ſeruare terminos ſubſtantiales ad libellandum &c. prout in aliis Beneficialibus, juxta ſuperius tradita, hac eadem *par. 2. c. 1. lit. L. verſ. In cauſis vero num.* 106.

20 Verum † Literis juſtificatis, ſunt pro parte Actoris ſeruandi infraſcripti termini, ad docendum, ſe paruiſſe Literis Apoſtolicis, videlicet.

A. C. N.

21 Citetur NN. exaduerſo principalis, ad docendum, ſe paruiſſe Literis Apoſtolicis, ac monitorialibus illarum

E virtute emanatis, primo pro prima dilatione, E, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ſeruari ſecundò pro ſecunda, omni &c.

Et ſucceſſiuè fiunt aliæ tres citationes, ſingulæ ad primam, vnà poſt aliam, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exaduerſo principalis, ad docendum, ſe paruiſſe Literis Apoſtolicis, & monitorialibus illarum virtute emanatis, ſecundo pro ſecunda dilatione, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſiuè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, vt ſupra ſeruari tertiò pro tertia, omni &c.

Et fit tertia citatio tenoris, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exaduerſo principalis, ad docendum ſe paruiſſe Literis Apoſtolicis & monitorialibus illarum vigore emanatis tertio pro tertia dilatione, p. d. Inſtante NN. principali ſiuè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, vt ſupra, ſeruari quartò pro quarta, omni &c.

Et fit quarta citatio, tenoris videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exaduerſo principalis, ad docendum, ſe paruiſſe Literis Apoſtolicis, & monitorialibus illarum virtute emanatis, quartò pro quarta, & ſuperabundanti delatione, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſiuè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, vt ſupra omni &c.

Deindè fit citatio ad ſententiam tenoris infraſcripti, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exaduerſo principalis, ad videndum deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, abſolui inſtantem à Cenſuris, ad effectum &c. concludendum; concludiq. videndum in cauſa, & audiendam ſententiam definitiuam in forma, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſiuè &c. 22

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, vt ſupra &c. deferri iuramentum &c. qui tactis jurauit &c. & ſententiari, prout in Cedula quàm Reuerendiſſ. D. Locumtenens legit, ſubſcripſit, & mihi conſignauit, tenoris &c ſuper quibus & præſentibus Sociis Teſtibus &c. non ſolum, vt ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Tenor Cedulæ ſententiæ ſuper immiſſione in poſſeſſionem Beneficii ad fauorem Prouiſi Apoſtolici, necnon etiam declaratoriæ inſimul latæ. 23

Chriſti nomine Invocato pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitiuam ſententiam, quàm de juris peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeù veriori verſa fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. Prouiſum Apoſtolicum actorem ex vnà, & NN. intruſum in beneficio NN vacan. per obitum N. de menſe N. defuncti, aſſertum prouiſum ab ordinario, Reum conuentum, ex altera partibus, de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem dicti Beneficii, rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, & definitiuè decernimus, & declaramus d. NN. prouiſum Apoſtolicum immittendum forè, & eſſe, prout immittimus in poſſeſſionem realem, corporalem, & actualem d. Beneficii, illiuſquè iurium, & pertinentiarum, ac membrorum quorumcumque amoto exinde d. NN. detentore, & quodcumque mandatum de immittendo deſuper neceſſarium, & opportunum decernendum fore, & eſſe, prout decernimus, & relaxamus, non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo &c.

Item pari noſtra Sententia dicimus, ſententiamus, decernimus, & declaramus d. NN. intruſum in d. beneficio excommunicationis aliaſque Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & pænas in Literis Apoſtolicis ſibi intimatis, contentas, ob illarum non paritionem, ac ejuſdem beneficii poſſeſſionis non dimiſſionem, fructuumque perceptorum, ac in futurum, vſque in diem realis dimiſſionis decurrendorum, non reſtitutionem, damna.

damnabiliter incideſſe, & incurriſſe, ipſumque ſic excommunicatum, & declaratum publicè denunciandum, & ab omnibus Chriſto fidelibus arctius evitandum, Literaſque declaratorias deſuper opportunas decernendas, & concedendas fore, & eſſe, prout declaramus, & ita mandamus, ac decernimus, concedimus, & relaxamus. Victumq; Victori in expenſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure impoſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, ſenteotiamus, ac decernimus, non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo &c. Ità pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

Verum ſi Commiſſarios Cameræ ſit in cauſa, Cedula conficitur tenoris ſequentis, & aliàs mutatis mutandis ſecundum ſubiectam materiam, & contingentiam facti, vidalicet.

24 Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam ſenteutiam, quam de juris Peritorum conſilio ferimus in his ſcriptis, in cauſa, & cauſis, quæ coram Nobis in prima, ſeù veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantiam, inter R. P. D. Ghinum Sanctiſſimi D. N. Papæ, ejuſque Reu. Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarium Generalem, & NN. Proviſum Apoſtolicum, pro ejus intereſſe illi adhærentem, Actores ex una, & NN. Intruſum in præbenda, & Canonicatu Eccleſiæ NN. Reum conventum, partibus ex altera, de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem dicti Canonicatus & præbendæ, ac literarum Apoſtolicarum in forma Brevis productarum, & adverſario intimatarum, de quibus in actis, paritione, & exequutione, rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum NN. Proviſum Apoſtolicum immitteudum fore, & eſſe, prout immittimus, in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem dicti Canonicatus, & præbendæ illiuſque jurium, & pertinentiarum, ac membrorum quorumcumque amoto d. NN. intruſo, & quolibet alio illicito detentore per eumdem NN. Proviſum Apoſtolicum, prælibati Sanctiſſimi, ac Cameræ Apoſtolicæ nomine retinendam, ac proinde eidem NN. Proviſo Apoſtulico, ſi, & poſtquam literas Apoſtolicas proviſionis ejuſdem Cannonicatus, & præbendæ ſub plumbo legitimè expeditas præſentaverit, conſignandam, & tradendam, & quodcumque mandatum de immittendo deſuper neceſſarium, & opportunum decernimus, & relaxamus, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Item pari noſtra Senrentia, Dicimus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum NN. in dicto Canonicatu, & præbenda intruſum excommunicationis, aliasque Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & pænas in literis Apoſtolicis in forma brevis ſibi intimatis, contenias, ob illarum non paritionem, ac ajuſdem Canonicatus, & præbendæ poſſeſſionia non admiſſionem, fructumque perceptorum, & qui percepi potuerunt, ac in futurum uſque ad diem realis admiſſionis percipiendorum, non reſtitutionem, damoabiliter incidiſse, & incurriſse, ipſumque ſic excommunicatum, & declaratum publicè denunciandom, & ab omnibus Chriſti Fidelibus arctius evitandum, litaraſque declaratorias deſuper neceſſarias, & opportunas decernendas, & relaxandas fore, & eſſe prout declaramus, & evitari mandamus, ac decernimus, concedimus, & relaxamus, Victumque Victori in expenſis condemnamus, quarum expenſarum taxationem, ac fructum liquidationem nobis, vel cui do jure, impoſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè ſententiamus, non ſolum ut ſupra, ſod omni alio meliori modo. &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

25 Hic tamen obiter eſt obſervandum, ad ſententiam declaratoriam procedi non poſſe contra eum qui non fuerit prius perſonaliter citatus, licet enim quando quis eſt in forma Cameræ obligatus, ut ad fulminationom Cenſurarum procedi poſſit, ſufficiat ciatio domi dimiſsa copia, ſemper tamen, ut, ex quo non ſit paritum literis Apoſtolicis, mandato de manutendo, & ſententiæ, ac io aliis caſibus Cenſuras procedi poſſit, requiritur citatio perſonalis.

Verum ſi ſententia ſit ſerenda contra Capitulum, Univerſitatem, vel Collegium, cenſuræ non fulminantur ſtatim, ſed ut infra videlicet. 26

Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes. Per hanc noſtram definitivam ſententiam, quam de juris peritorum conſilio ferimus in his ſcriptis, in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeu veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia inter R.P.D. Ghinum S.D. N. Papæ ejuſque R. C. Apoſtolicæ Commiſsarium Generalem, & NN. Proviſum Apoſtolicum, pro ejus intereſſe illi adhærentem, actores ex una, & Decanum, Capirulum, & Canonicos Eccleſiæ NN. Reos conventos, ex altera partibus, de, & ſuper immiſſione, necnon traditione poſſeſſionis, ac conſignatione fructuum, Canonicatus, & præbendæ dictæ Eccleſiæ NN. per obitum q. NN. ultimi illius poſſeſſoris vacan. de menſe N. ac literarum Apoſtolicarum in forma brevis paritione, & executione, rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramos, dictum R. P. D. Ghinum S. D. N. ejuſque R.C. Apoſtolicæ Commiſsarium Generalem, ſive NN. ab eo ad hoc ſpecialiter ſubſtitutum, prout in actis, immittendum fore, & eſse prout Immittimus in realem, corporalem, & actualem poſſeſſionem d. Canonicatus, & præbendæ, illiuſque jurium, pertinentiarum, ac membrorum quorumcumque, amoto quoliber detentore, eidemque de fructibus, & obventionibus dicti Canonicatus, & præbendæ, a die obitus d. q. NN. juxta formam d. Brevis, reſponderi mandamus, & quodcumque mandatum de immittendo, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum decernimus, & relaxamus, non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo &c. 27

Item pari noſtra ſententia dicimus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictus NN. Decanum, & NN. NN. Canonicos, & capitulum Eccleſiæ NN. niſi infra, quindecim dies à die intimatioois præſentis noſtræ ſententiæ, ſeù illius inſtrumenti, ejus faciendæ computandos, realiter, & cum effectu aidem ſententiæ paruerint, ex nunc proot ex tunc ſuſpenſionis à divinis, interdicti ingreſsus Eccleſiæ, aliaſque Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & pœnas in eiſdem literis Apoſtolicis contenras ob illarum non paritionem, poſseſſionis, & fructuum d. Canonicatus, & præbendæ non traditionem, & aſſignationem, damnabiliter incidiſse, & incurriſse, ipſoſque uti ſic ſuſpenſos, interdictos, & cenſuris Eccleſiaſticis ſuppoſitos, aa declaratos publicè denunciandos, & ab omnibus Chriſti fidelibus uti tales habendos, & evitandos, prout arctius evitari mandamus, literaſqua declaratorias deſuper neceſsarias, & opportunas decernendas, & relaxandas fore, & eſse, prout declaramus, decernimus, concedimus, & relaxamus, victumque victori in expenſis condemnamus, quarum quidem expenſarum texationem, & fructuum liquidationem nobis, vel cui de jure, impoſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

Lata ſententia, expeditur illius virtute mandatum de immittendo, tenoris infraſcripti, & alias ſecundum ſubiectam materiam, videlicet.

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C. ſive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, ad inſtantiam R. P. D. Ghini Sanctiſs. D. N. ejuſq; R. C. Apoſtolicæ Generalis Commiſsarii principalis, & NN. proviſi Apoſtolici, & pro ſuo intereſse adhærentis, Tenore præſentium.

Mandatur vobis Capitulo, & Canonici Eccleſiæ NN. necnon Capitaneo, Executoribus, & ſub Exequutoribus noſtræ Curiæ, & aliis ad quos ſpectat quatenus ſtatim viſis, et receptis præſentibus ſub quingentorum ducatorum &c. aliiſque pœnis &c. debeatis eundem NN. Proviſum Apoſtolicum in realem, actualem, et corporalem poſſeſſionem Canonicatus, et Præbendæ NN. per obitum q. NN. vacantis, et annexorum, ju- 28

rium, membrorum, ac pertinentiarum quarumcumque amoto NN. & quolibet alio detentore, immiſiſſe, induxiſſe, & impoſuiſſe: ac immiſſum, inductum, & impoſitum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, ac de fructibus, redditibus, proventibus, & obventionibus univerſis ejuſdem Canonicatus, & Præbendæ, à die obitus dicti qq. NN. decurſis, necnon etiam decurrendis, reſpondiſſe, & ſatisfeciſſe, & reſponderi, & ſatisfieri feciſſe, per d. NN. Proviſum Apoſtolicum, prælibati Sanctiſſ. D. N. Papæ, ejuſque R. C. Apoſtolicæ nomine retinen. ac percipien. ac ſubinde ejuſdem NN. Proviſo Apoſtolico ſi, & poſtquam literas ſuæ proviſionis ejuſdem Canonicatus, & Præbendæ ſub plumbo legitimè expeditas præſentaverit traden. ac conſignan. quoniam NN. adverſario citato, & intimato, ſervatis ſervandis, in vim ſententiæ deſuper latæ, prout in actis Reverendiſſ. D. ita mandavit, hac die &c.

NN. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumtenen.

Si verò R. P. D. Commiſſarius non eſt in cauſa, expeditur Mandatum, ut infra, & alias ſecundum facti contingentiam, videlicet.

29 De mandato Illuſtr. & Rev. D. A. C. ſive R. P. D. NN. ejus in civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. Proviſi Apoſtolici principalis, Tenore præſentium.

Mandatur vobis Capitaneo, Exequutoribus, & Subexequutoribus Curiæ noſtræ, & aliis ad quos ſpectat &c. quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, ſub 500. ducatorum auri &c. aliiſque pœnis &c. debeatis d. NN. Proviſum Apoſtolicum in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem Beneficii NN. vacantis per obitum q. N. necnon annexorum jurium, membrorum, ac pertinentiarum quarumcumque amoto NN. adverſario, & quolibet illicitò detentore, immiſiſſe, induxiſſe, & impoſuiſſe, & immiſſum, inductum, & impoſitum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, ac de fructibus, redditibus univerſis, à die obitus dicti q. NN. decurſis ac decurrendis, reſpondiſſe, & ſatisfeciſſe, ac reſponderi, & ſatisfieri feciſſe, quoniam d. NN. Adverſario citato, & intimato ſervatis ſervandis, in vim Sententiæ deſuper latæ, prout in actis, Reverendiſſ. D. ita mandavit hac die &c.

N. Notarius. Loco † Sigilli. N. Locumten.

30 Quo verò ad exequutionem Sententiæ declaratoriæ, ſi in ea forte fuit præfixus terminus quindecim dierum ad parendum, ut ſupra, intimatur d. Sententia Parti adverſæ cum Cedula, & demum d. termino elapſo, ac relatione facta, prout etiamſi nullus terminus fuit in ea præfixus, expediuntur Cedulones, & affiguntur ut infra, & alias ſecundum ſubjectam materiam, & contingentiam facti videlicet.

Cedulones.

31 Dominus NN. Clericus N. intruſus in Beneficio NN. vacante per obitum NN. hic authoritate Apoſtolica denunciatur Excommunicationis, aliaſque Eccleſiaſticas Sententias, Cenſuras, & pœnas in litteris Apoſtolicis, & Monitorialibus deſuper pro illarum exequutione emanatis, contentas, ob illarum non paritionem, dicti beneficii poſſeſſionis non dimiſſionem, fructuumq; non reſtitutionem damnabiliter incurriſſe, ac incidiſſe, & declaratur, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

32 Verum ſi exequutio Sententiæ aliquo caſu ſit in partibus facienda, expeditur illius Inſtrumentum, & tranſmittitur ad partes tenoris ſequentis, & alias ſecundum contingentiam facti videlicet.

33 Chriſtophorus Vidman Utriuſque Signaturæ Sanctiſſ. D. N. Referendarius, Prothonotarius Apoſtolicus, necnon cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, Sententiarum quoque, & Cenſurarum in Romana Curia, quam extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, & merus exequutor ab eodem Sanctiſſimo ſpecialiter deputatus: Univerſis, & ſingulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scolaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Canonicis; Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, eorum Locumtenentibus, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, cœteriſque Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis per Civitatem, & Diœceſim N. ac alias ubilibet conſtitutis, illique vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ Literæ pervenerint ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, imò verius Apoſtolicis firmiter obedire Mandatis, Noveritis, quod lite, et cauſa coram nobis inter Rev. Cam. Apoſtolicam, et R. P. D. Ghinum illius Commiſſarium Generalem, necnon NN. Proviſum Apoſtolicum, illi pro ſuo intereſſe adhærentem ex una, & NN. Intruſum in Beneficio NN. Reum conventum, ex altera partibus, de et ſuper immiſſione in poſſeſſionem Beneficii NN. per obitum q. N. vacantis de menſe N. necnon Literarum Apoſtolicarum, ac noſtrarum Monitorialium intimatarum paritione, rebuſque aliis &c. introducta, Exequuto contra NN. d. Monitorio, relatione facta, et pro illius verificatione pro parte d. Commiſſarii, et d. NN. illi adhærentis exhibitis nonnullis juribus, et articulis, ac examinatis Teſtibus, ſervatis omnibus terminis de ſtylo Curiæ ſervari ſolitis, Tandem R. P. D. Caballettus Utriuſque Signaturæ Sanctiſs. D. N. Papæ Referendarius, ac noſter in Civilibus Locumtenens d. NN. exadverſo principali per unum ex Sanctiſs. D. N. Papæ Curſoribus, prout etiam omnes, et ſingulos præcedentes actus citato, viſis videndis &c. ad favorem d. Commiſſarii, et Proviſi Apoſtolici illi adhærentis principalium, contra d. N. ſuam in ſcriptis promulgavit Sententiam tenoris infraſcripti videlicet: *Christi nomine invocato &c.* Quam quidem præinſertam Sententiam, et omnia, et ſingula ſupradicta, vobis omnibus, et ſingulis intimamus &c. inſinuamus, et notificamus, et ad veſtram, et cujuslibet veſtrum notitiam deducimus, et deduci volumus per præſentes, ne de præmiſſis ignorantiam aliquam prætendaris &c. Voſque omnes ſupradictos tenore præſentium monemus, et requirimus Vobis verò aliàs ſupradictis Juſtitiæ Miniſtris, tenore præſentium, committimus, quatenus ſtatim viſis, et receptis præſentibus, et poſtquam pro parte d. R. P. D. Commiſſarii et NN. Proviſi Apoſtolici præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu aliquis veſtrum fuerit requiſitus, ipſum R. P. D. Commiſſarium, ſeu ab eo ad id ſpecialiter deputatum in realem, actualem, et corporalem poſſeſſionem d. Beneficii & illius jurium, & pertinentiarum, ac membrorum quorumcumque, expulſo, & amoto d. NN. et quolibet alio detentore, immittatis imponatis, inducatis, immiſſum, inductum, & impoſitum manuteneatis, conſervetis, defendatis, ac de fructibus ejuſdem, juxta formam d. Sententiæ, reſpondeatis, & immitti, imponi, & induci, & immiſſum, & impoſitum, & inductum manuteneri, & conſervari, ac de fructibus reſponderi, & ſatisfieri faciatis, & mandetis; prout nos quantum poſſumus, immittimus, imponimus, inducimus, ac inductum immiſſum, & impoſitum manutenemus, & conſervamus, immittique, induci, manuteneri, & de fructibus per præſentes reſponderi, & ſatisfieri mandamus. Et nihilominus d. NN. intruſum, ut ſupra, excommunicatum, & declaratum in veſtris Eccleſiis, Monaſteriis, & Capellis, aliiſque locis, publicis, publicè nuncietis, & ab aliis nunciari, ab omnibus Chriſti Fidelibus arctius evitari faciatis, & mandetis, donec aliud à Nobis, vel ſuperiore noſtro deſuper habueritis in mandatis, lecta lata &c. In quorum &c. Datum &c.

NN. Notarius.

Locus † Sigilli. N. Locumt.

Quod ſi Reus conventus per decem dies poſt publicationem Cedulonis, Declaratoriæ non paruerit, tunc Cedulone exequuto in actis cauſæ reproducto, citatur ut infra videlicet. 34

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum ſe aggravari, & reaggravari, literaſque aggravatorias, & reaggravatorias, Brachiumque ſæculare deſuper neceſſarium, & opportunum, ac illius invocationem decerni, & relaxari, ad p. d. Inſtante NN. principali ſive &c. 35

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra niſi ad p. d. cum intimatione omni &c.

A. C. N.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus relaxavit gravamen &c. & Brachium ſæculare, & alias prout in actis, Inſtante NN. principali ſive &c.

N. Notarius.

Elapſa prima die juridica poſt exequutam intimationem, expeditur Brachium ſeculare, & tranſmittitur ad partes, tenoris infraſcripti, videlicet.

36 Potentiſſimo, & Catholico Principi, & Domino D. Philippo ab Auſtria Hiſpaniarum &c. Regi &c. ejuſque Proregibus &c. Prætoribus, Poteſtatibus, Judicibus &c. necnon Reverendiſs. D. Epiſcopo NN. ejuſque Vicario in ſpiritualibus Generali, Univerſis quoque D. Abbatibus &c. Chriſtophorus Vidman &c. alias pro parte R. C. Apoſtolicæ, illiuſque R.P.D. Commiſſarii, & NN. proviſi Apoſtolici, pro ſuo intereſſe illi adhærentis præſentatis literis Apoſtolicis &c. (*hic narrentur reliqua prout in inſtrumento Sententiæ Declaratoriæ ſuperius ſcripto, & inſeratur Sententiæ tenor, prout in eo*) Et quoniam idem NN. ſic excommunicatus, & declaratus, rebellis, & inobediens, excommunicationis ſententiam per decem dies poſt illius publicationem, & denuntiationem in locis publicis per unum ex Sanctiſſimi D N Papæ Curſoribus (*vel alias ſecundum facti contingentiam*) publicè factam, animo ſuſtinuit indurato, ad ulteriorem præfati R.P.D. Commiſſarii, & NN. Proviſi Apoſtolici inſtantiam, citato iterum d. NN. & contumace, & parere negligente, Sententiam Excommunicationis antedictam aggravamus, & harum ſerie reaggravamus. Quocirca vobis omnibus Eccleſiaſticis perſonis committimus &c. quatenus eundem NN. ita excommunicatum, declaratam, aggravatum, & reaggravatum in veſtris Eccleſiis, Monaſteriis, & Cappellis, etiam inter Miſſarum ſolemnia, publicè nuncietis, & ab aliis nunciari, & ab omnibus Chriſti Fidelibus arctius evitari faciatis, donec aliud à nobis habueritis in mandatis. Et quia eaſe non proficiente Eccleſiaſtico, temporalis gladius non immeritò ſuffragatur, ut quos Dei timor à malo non revocat ſaltem exerceat ſeveritas diſciplinæ, Brachium ſæculare Invocantes Vos Sereniſſimum &c. benignè in Domino hortamur, & rogamus. Vobis verò omnibus, & ſingulis aliis, quibus poſſumus, committimus &c quatenus eundem NN. per ejus perſonæ captionem, & carcerationem, bonorumque ſuorum quorumcumque temporalium, & Eccleſiaſticorum ſubhaſtationem, & deliberationem, ac alium quemcumque modum, qui opportunus Vobis videbitur, ad dimittendum, & relaxandum cum effectu d. Beneficii NN. liberam, & vacuam, & pacificam poſſeſſionem, illiuſque fructus à die obitus q. NN. decurſos, & impoſterum, uſque in diem actualis poſſeſſionis prædictæ dimiſſionis, decurrendos, & ſcuta NN. pro expenſis in hac cauſa legitimè factis, eidem R. P. D. Commiſſario, vel Subſtituto ad hoc ab eo deputando integrè perſolvendum &c. cogatis, & compellatis &c. In quorum &c.

NN. Notarius, *Locus* † ſigilli. NN. Locumten.

37 Verò quoniam lata Sententia in Curia fit locus *Clementinæ unicæ, de ſeq. poſſ. & fruct.* idcirco donec exequutioni locus ſit, ſolet in vim d. Clem relaxari ſequeſtrum ſuper fructibus beneficii abſque alia citatione, ut infra nu. 40. mutatis mutandis. Et aliquando etiam conceditur aliud Sequeſtrum, citata Parte ut infra videlicet.

A. C. N.

38 Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum decerni, & concedi Sequeſtrum ſuper fructibus Beneficii NN. de quo agitur, concordandum de Sequeſtratore, & dandum liſtam Confidentium, alias videndum per Dominum deputari ex officio, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, & dari liſtam cum intimatione omni &c.

A. C. N.

39 Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus conceſſit, & relaxavit ſequeſtrum, & mandavit dari liſtam, & alias prout in actis: Ideò citetur idem, ad dandam d. liſtam, alias videndum per Dominum deputari Sequeſtratorem ex officio, ad p. d. Inſtante NN. principali ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit ut ſupra, Ex tunc Dominus deputavit in Sequeſtratorem NN. niſi ad p. d. cum Intimatione omni &c. (*vel de conſenſu omni &c.*)

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus deputavit Sequeſtratorem, & alias prout in actis, Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Cæterum in Rota Auditor non mandat dari liſtam, nec citatur Pars ad illam dandum, ſed in prima citatione ad concordandum deputat Sequeſtratorem de conſenſu, ſi minus ex officio.

Elapſa prima die juridica poſt intimationem exequutam, expeditur Sequeſtram ut infra, & alias mutatis mutandis, ſecundum facti contingentiam, videlicet.

Chriſtophorus Vidman &c. R. D. NN. Priori Eccleſiæ 40
NN. Salutem in Domino, & noſtris, imò verius Apoſtolicis, firmiter obedire mandatis &c. Aliàs ſi quidem ad favorem NN. Proviſi Apoſtolici, de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem Beneficii NN. per obitum q. NN. illius ultimi Poſſeſſoris vacantis, fructuumque à die obitus d. quon. NN. decurſorum, ac decurrendorum reſtitutione, contra NN. in d. Beneficio intruſum, virtute literarum Apoſtolicarum ſub plumbo legitimè expeditarum, prævio monitorio opportuno pro illarum exequutione emanato, & eidem NN. legitimè intimato, ut in actis juſtificatiſque eiſdem literis, ac ſervatis ſervandis & verificatis verificandis, eodem NN. intruſo in quolibet actu, & ad infraſcripta per unum ex Sanctiſſimi D. N. Papæ Curſoribus legitimè citato, Sententiam tulimus, & promulgavimus prout in actis infraſcripti Notarii plenius continetur. Nuper verò ab eodem NN. Proviſo Apoſtolico requiſiti ad ejus inſtantiam, dictum Intruſum, ad videndum ſuper fructibus dicti beneficii decerni, & concedi ſequeſtrum, & concordandum de Sequeſtratore, & alia fieri deſuper neceſſaria, & opportuna, citari mandavimus, & quia Partes non concordarunt, Te in ſequeſtratorem ex officio elegimus, prout per præſentes eligimus, & deputamus. Quocirca tibi committimus &c. quatenus &c. ſub mille ducatorum &c. aliiſque &c pœnis &c mandati exequtivi, ac excommunicationis in ſubſidium juris &c prædictum Beneficium, illiuſque poſſeſſionem, ac omnes, ac ſingulos fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque ejuſdem Beneficii, ac quaſcumque Domos, Terras, vineas, & poſſeſſiones ad d. Beneficium quomodolibet ſpectan. & pertinen. dicta authoritate noſtra imò verius apoſtolica, ſub firmo, & arcto Sequeſtro teneas, dictoſque fructus, & emolumenta quæcumque d. Beneficii, ejuſque bonorum exigas, percipias, & omnia prædicta utiliter conſerves, & cuſtodias ad uſum. & utilitatem partis in hujuſmodi cauſa victoriam obtenturæ, ac eidem & ad omne mandatum noſtrum conſignanda, & donec, & quouſque hujuſmodi Sequeſtrum revocatum fuerit. Volumus tamen, quod per hujuſmodi Sequeſtri appoſitionem cultus Divinus debitis non defraudetur officiis, ſed quod Sequeſtro durante ex dicti Beneficii fructibus debita, & conſueta ſupportentur onera, eidem pro illius manutentione incumbentia, ac illi per d. Sequeſtratorem fideliter, ac legaliter deſerviatur. Inhibemus præterea eidem NN. Adverſario, NN. & aliis quibuſcumque, ne ſub eiſdem pœnis audeant, vel præſumant quoquo modo in eodem Beneficio, ac illius fructuum prædictorum perceptione ſe ingerere, aut d. Sequeſtratorem in præmiſſis perturbare, vel impedire, ita quod liberè ſinant, & permittant hujuſmodi Sequeſtrum ſuum plenarium effectum ſortiri. Injungentes nihilominus ſub eiſdem pœnis, Omnibus ad quos ſpectat &c. ut de fructibus, & emolumentis univerſis d. Beneficii eidem Sequeſtratori reſpondeant, & reſponderi faciant, quibuſcumque non obſtantibus &c. abſolutionem &c. in quorum &c.

NN. Notarius *Locus* † Sigilli. N. Locumten.

Aliquando verò etiam poſt declaratoriam obtinetur 41
ſubdelegari Judicem in partibus pro liquidandis

Digitized by Google

fructibus ab interiſſo perceptis, citata parte, ut infra videlicet.

A.C.N.

42 Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum ſubdelegari Judicem in partibus, pro liquidandis fructibus Beneficii, de quo agitur, concordandum de Judice, loco, loci, Portitore, alias videndum per Dominum deputari ex officio cum omnibus facultatibus neceſſariis & opportunis, conſtituendum (vel ſubſtituendum) in partibus Procuratorem reperibilem, & acceptantem, alias videndum decerni proceſſum per affixionem ad valvas Eccleſiæ, ſeù loci deputandi, ad p.d. Inſtante NN. principali ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit deputari in Judicem NN. locum NN. eorumque loci. Palatium ſolitæ reſidentiæ d. Judicis, (vel Eccleſiam NN.) & ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus ſubdelegavit Judicem, & aliàs prout in actis, Inſtante NN. principali ſive &c.

43 Si verò Pars non vult conſentire in Judicem, vel allegat eum ſuſpectum, poteſt citari iterum ad concordandum de alio Judice, & dandum liſtam Confidentium, juxta ſuperius tradita *part. 1. ſub cap. 12. nu. 7. & ſeq*

Elapſa prima die juridica poſt intimationem exequutam, illa de more reproducta, poterit expediri inſtrumentum ſub delegationis Judicis ut infra, & alias ſecundum contingentiam facti, & tranſmitti ad partes, videlicet.

44 Chriſtophorus Vidman. &c. Rev. D. Priori Eccleſiæ NN. per nos ad infraſcripta ſubdelegato, ſalutem in Domino, & noſtris, imò verius Apoſtolici firmiter obedire mandatis, Alias ſiquidem Sententiam declaratoriam, ad Inſtantiam NN. Proviſi Apoſtolici de Beneficio N. contra NN. in d. Beneficium Intruſum, ob non dimiſſionem poſſeſſionis illius, ac fructuum, a die obitus q. N. illius ultimi poſſeſſionis decurſorum, & uſque in utilem realis dimiſſionis decurrendorum, non reſtitutionem, & literarum Apoſtolicarum, mandati de capiendo ejuſdem Beneficii poſſeſſionem ſub Annulo Piſcatoris expeditarum, Nobis exhibitarum, ac monitorialium per nos in illarum exequutionem conceſſarum, & Adverſario legitimè intimatarum, prout in actis, non paritionem, ſervatis de jure ſervandis, & verificatis verificandis citata parte, in ſcriptis tulimus, & promulgavimus, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Poſt cujus Sententiæ prolationem pro illius omnimoda executione, à præfato NN. Proviſo Apoſtolico requiſiti ad ejus inſtantiam, NN. dicti NN. Procuratorem ad videndum per nos Judicem aliquem in partibus, pro fructuum antedictorum liquidatione, ſubdelegari, ac locum, locumque loci, eligi citari fecimus, & in d. Procuratoris contumaciam, te Priorem NN. in Judicem, ad dictos fructus liquidandum, liquidarique faciendum ſubdelegavimus, & locum, Civitatem N. ac locum loci, palatium tuæ ſolitæ reſidentiæ (ſeu Eccleſiam NN.) in quibus hæc liquidatio fieri debet, eligimus; Quocirca tibi committimus &c. ſub mille ducatorum &c. quatenus omnes, & ſingulos fructus &c. & emolumenta quæcumque d. Beneficii à die obitus d. q. N. decurſos, & uſque in diem actualis dimiſſionis poſſeſſionis dicti Beneficii decurrendos, citatos ad omnia d. N. ſi in dicta Civitate interfuerit, alioquin ad valvas Eccleſiæ d. loci deputati, liquides, & liquidationem debitam facias, & deſuper omnes, & ſingulos Teſtes coram te, pro parte d. NN. proviſi Apoſtolici, recipias, & juxta interrogatoria, ſi quæ d. NN. exhibuerit coram te: ſin minus juxta diſcretionem tuam, prævio Juramento per eos per diem ante præſtando, examines, ac per Notarium publicum, per te, Partibus non ſuſpectum, deputandum examinari cures, ipſorumque depoſitiones, & dicta in ſcriptis fideliter redacta, juraque, ſcripturas, libros, & alia quæcumque munimenta pro hujuſmodi liquidatione neceſſaria capias, recipias, extrahas, ac extrahi facias, proceſſumque ſuper hac liquidatione faciendum in publicam, & authenticam formam, tuo ſigillo clauſum, & obſignatum ad Nos tranſmittas. Teſtes examini ſubiicere ac ſcripturas exhibere negligentes per pecuniarias pœnas, & denique per Cenſuras Eccleſiaſticas cogendo, In quibus omnibus exequendis vices, & voces noſtras, cum facultatibus neceſſariis, & opportunis, tibi committimus per præſentes, In quorum &c.

NN. Notarius. Locus † Sigilli. NN. Locumten.

45 Cæterum in hac literarum Apoſtolicarum Exequutionis materia regulariter Appellatio ſuſpenſiva non datur, ſi quis tamen ſe læſum, & gravatum ſenſerit, poterit appellare in actis infra legitima tempora ut ſequitur videlicet.

Pro NN. contra NN.

46 Coram Domino, meque &c. NN. habita notitia de prætenſa Sententia lata ad aſſertum favorem NN. contra NN. ab eo, & omnibus aliis gravaminibus &c. ad Sanctiſſimum D. N. Innocentium X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam appellavit, prout in cedula, quam facto dedit prout in folio, tenoris &c. petens &c. omni &c.

Cui Dominus dedit reſutatorios in forma omni &c.

Tenor Cedulæ.

47 A quadam aſſerta Sententia ad prætenſum favorem NN. contra NN. de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem Beneficii NN. fructuumque reſtitutione, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis &c. Procurator, & eo nomine NN. ſentiens ſe læſum, & gravatum, & timens magis lædi & gravari &c. ab illa, & aliis gravaminibus, ac toto proceſſu deſuper fabricato ad Sanctiſſimum D. N. Innocentium Papa X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam in his ſcriptis provocat, appellat, & annuè principaliter de nullitate dicit, petens ſemel, bis, tertiò, ſæpè, ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus &c. a non admiſſione, ac toto ulteriori proceſſu iterum ac toties quoties &c. appellat, provocat, & ut ſupra de nullitate dicit; itaut ſit ultimus in appellando &c. & interim &c. nihil innovari &c. aliàs de nullitate, & attentatis &c. Proteſtans &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

48 Ad hoc autem ut Exequutio literarum Apoſtolicarum poſſit impediri, neceſſe eſt adire plenam Signaturam Juſtitiæ, *f.* & rationes, ob quas cauſa appellationis ad utrumque effectum committenda veniat, formiter in voce, & in ſcriptis deducere, obtenta *prius ab Eminentiſſ.* illius Præfectu Superſeſſoria, ſi opus fuerit, & juxta ſuperius tradita *p. 1. c. 13. n. 18. & ſeq.* cauſam proponendam curare; Commiſſio verò proponenda cum narrativa ut infra, & alias ſecundum ſubjectam materiam, confici poterit, videlicet.

Viterbien.

49 Beatiſſime Pater, Vacante Capella NN. ſita in Eccleſia NN. de Jure patronatus Laicorum ex dotatione, & fundatione, per obitum NN. ultimi illius Rectoris, & poſſeſſoris extra Romanam curiam defuncti, valoris Viginti quatuor ducatorum auri de Camera non excedentis, fuit à Patronis præſentatus ad illam coram Ordinario NN. S. V. Orator, qui ab eodem Ordinario inſtitutus, ejuſdem Beneficii poſſeſſionem adeptus fuit, nuper verò NN. adverſarius de eodem Beneficio, ut libero, & reſervato, nulla dicti Juris patronatus, aut præmiſſorum facta mentione, ſubreptitiè, & obreptitiè à S. V. ſibi provideri, & à R. P. D. A. C. in hujuſmodi proviſionis exequutionem Sententiam favorabilem ſuper Immiſſionem, ac Declaratoriam extorſit, ob id idem S. V. Orator ab eadem Sententia infra legitima tempora appellaverit. Dignetur igitur S. V. cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ, infra legitima tempora interpoſitæ, & Interpoſitarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcumq; ac reſtitutionis in integrum, prout de Jure &c. una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negocio principali & quam, & quas, &c. alicui S. V. Sacri Palatii Apoſtolici Auditori, audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere,

Digitized by Google

tere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit &c. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque Statutum &c. pro plenè &c.

50 Et ſolet Signatura, ubicumque agitur de Literarum Apoſtolicarum exequutione, reſcribere in huiuſmodi cauſis appellationum cum clauſula, *ſine præjudicio executionis Literarum Apoſtolicarum*.

51 Cæterum ſi virtute Literarum Apoſtolicarum fuit etiam proceſſum ad declaratoria, non ſolet Commiſſio appellationis, præſertim ſi Cenſuræ ſunt fulminatæ in Curia, ſignari, niſi cum clauſula, *partito Brevi*, idemque importat, quod clauſula, *partito judicato*.

52 Si tamen in literis Apoſtolicis adſit clauſula *vocatis vocandis*, aut alia ſimilis, faciens Exequutorem mixtum, vel adeſſet legitimus Contradictor, vel literæ Apoſtolicæ non eſſent juſtificatæ, & ob id Sententia eſſe appareret injuſta, vel notoriè nulla, vel etiamſi Literæ Apoſtolicæ eſſent vulneratæ, Signatura ſolet reſcribere pro appellatione ſimpliciter, & aliquando ex rationabili cauſa, licet Judex intulerit gravamen, etiam reſcribere conſuevit, cum clauſula, *arbitrio &c.* quæ relaxat de rigore Juris, non tamen ſolet cum hac clauſula, arbitrio, reſcribere, niſi cauſa ſit in Rota.

Obſervationes.

A Literarum Apoſtolicarum exequutio conceditur,
53 & regulatur ſecundum terminos remedii, *l. fin. C. de Edict. Div. Adr. toll.* Franc. *in cap. licet Epiſcopus n. 7. de Præben. in 6* Vitalin. *in Clemen. 1. num. 68 de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Menoch. *de adipiſc. rem. 6. num 35.* Rota *dec. 45. num. 1. & 2. part. 1. & deciſ. 133. num. 2 part. 6. recent.* Coccin. *deciſ. 542. numer. 3.* Cavaler. *deciſ. 230. numer. 2. & deciſ. 274. numer. 2.* ubi quod ita pluries, tenuis Rota, Gregor. *deciſ. 221. numer. 2. & deciſ. 339. numer. 15.*

54 Et habent Literæ Apoſtolicæ exequutionem paratam, ſicut teſtamentum, *cap. ſi quando, & cap. literis, de reſcrip.* Mohed. *deciſ. 13 ut lit. pend* Rot. *dec. 192. num. 1. & deciſ 933. num 2 par 1. & deciſ. 167. numer. 2. & deciſ. 338. numer. 1. & deciſ. 751 numer. 1. part. 2. & deciſ. 109. numer. 22. & deciſ. 199. numer. 2 & deciſ. 113. nu. 1. part. 6. & deciſ. 147 numer 2. part. 7. recent.* Coccin. *deciſ. 144. numer. 3.* Gregor. *deciſ. 221. numer. 2. & deciſ. 307. numer. 18.* Cavaler. *deciſ. 158. numer. 1. deciſ. 230. numer. 1. deciſ. 299 numer. 2. & deciſ. 638. numer. 1* Buratt. *deciſ.*

55 *435. numer. 1.* etiamſi † ſint expeditæ in forma Brevis, *cap. ſi Capitulo*, ubi Gloſ. *in verbo exequatur, de conceſſ. Præben. in. 6.* Mohed. *deciſ. 13. ut lit. pendens:* Rot. *deciſ. 234. numer. 1. part. 3. & deciſ. 174. numer. 1 part. 7. recent.* & in Gierunden *Juriſdictionis 1. Maii 1643. coram R. P. D. Rojas.*

56 Idque propter illarum authoritatem, Mohed. *d. deciſ. 13. ut lit. pend.* Rot. *deciſ. 192 numer 1. & deciſ. 506. n. 1. part. 1. recent.* Duran. *deciſ. 60. numer. 16.* & ob earum reverentiam Mohed. *d deciſ. 14* Rota *deciſ. 57. num. 2. part. 7. & deciſ 27. numer. 1. part. 6. recent* Duran. *deciſ. 59. numer. 1. & deciſ. 60. num. 16.* & propter honorem Summi Pontificis mandantis, Seraph. *de lit.* Grat. *fol. 153. verſicul quando utraque, ibi, alia, & ſecunda ratio.*

57 Sed primò hoc non procedit, quando literæ ſunt juſtificatæ, *cap. ſi quando de reſcript.* Rot. *deciſ. 558. numer. 2. par. 1. deciſ. 605. num 2 par. 2 deciſ. 348. num. 1 part. 5. deciſ. 27. num 2. deciſ. 92. num. 11. & deciſ. 109 num. 21. deciſ. 199. num 1. par. 6. & deciſ. 74 num. 1. part. 7 recent* & in Boven. *Abbatiæ 3. Junii 1645. coram R P. D. Arguellio*, And. *dec. 91. num. 2.* ubi quod ita ſæpius fuit reſolutum, Duran. *deciſ. 59 num. 1.* cum aliis ſuperius allegatis, non autem ante juſtificationem, quia tunc non ſunt exequendæ, *cap. 2.* ubi Abb. *num. 3. de reſcript.* Rota *deciſ. 251 num. 2. part. 2. deciſ. 129. n. 5. p. 3. deciſ. 466. n 1 part. 6. & dec. 147.*

58 *num. 5. par. 7. recent.* Buratt *deciſ. 18 num. 8* ubi, quod alias Sententia eſt injuſta, *& deciſ. 941 num. 9.* Duran. *deciſ. 54. num. 6.*

59 Hæc tamen limitatio Primò non vendicat ſibi locum quando literæ Apoſtolicæ fuerunt obſervatæ ſpatio quadraginta annorum, & ultra, tunc enim non indigent alia juſtificatione, Duran. *dec. 448. n. 3.*

Secundò nec etiam vendicat ſibi locum in literis Apoſtolicis motu proprio emanatis, nam licet narrativa in eis ſit de facto alieno, non tamen pro ejus juſtificatione requiritur alia probatio, *cap. ſi motu proprio de præb. in 6.* Clement *1. de probat.* Gabr. *de Clauſ. concluſ. 2. num. 89.* Achil. *deciſ. 10. num. 1. de probat.* Put. *deciſ. 501. lib. 3.* Seraph. *deciſ. 148. num. 10.* Rot. *deciſ 633. num. 2. part 1. deciſ. 656. numer. 1. part. 2. deciſ. 30. numer. 6. part. 5. deciſ. 109. numer. 21. part. 6. & deciſ. 99. numer. 4. & deciſ. 140. num. 8 part. 7. recent* Buratt. *deciſ. 401. num. 6.* Cavaler. *deciſ. 134 num. 1.* Duran. *deciſ. 60. numer. 8. deciſ. 285. num. 126. & ſeqq. & num. 146. & deciſ.* 60

399. num. 10. ſive † motus proprius emanaverit ex mera liberalitate Principis, ſive ad inſtantiam Partis, ex cumulatis per Rotam *deciſ. 656. numer 1.* ubi de veriori, *num. 2.* ubi quod quotidiana Praxis Romanæ Curiæ ita ſervat, *part. 2 recent.* Ferentill. ad Buratt. *deciſ.* 61

621. numer. 24. & ſeqq. adeo quod d. clauſula, *motu proprio*, transferat onus probandi in Adverſarium, Put. *deciſ. 323. num. 5. libr. 2.* Seraph. *deciſ. 1484. numer. 10. in fin.* & denique quod quando in Literis adeſt clauſula, *motu proprio, aut ex certa ſcientia*, non ſit opus illas aliter juſtificare, tradit Duran. *d. dec. 285 numer. 126. & ſeqq. & num 146.* cum ſint ejuſdem virtutis, Mart. *de clauſul. part. 1. clauſ. 73. num. 7.* & eo minus indigent juſtificatione, ſi in eis adſit clauſula, etiamſi de præmiſſis non poſſit aliquo modo edoceri, & clauſula ſublata, & quod de obreptione, ſubreptione, vel intentionis defectu dari non poſſit, Rota *in Bonanten. Macelli, 17. Februarii, & 15 Decembris 1642. coram R. P. D. Peutingero.* 62 63

Tertiò denique locum non habet quando in Literis Apoſtolicis narrativa eſt poſita ſub clauſula, *ut aſſeritur*, quia hæc non refertur Parti, cum ſit narrativa Papæ, & ob id non compellit ad juſtificandum, Mart. *de Clauſ. par. 1. clauſ. 197. num. 1.* Biſignett. *deciſ. 6. num. 2. de præb* Rota *deciſ. 60. numer. 1. & ſeqq. & deciſ. 77. de reſcript. in antiq.* Caſſad. *deciſ. 4. n 1 num 6. & 9. de probat. & deciſ. 7. num. 1. & ſeqq. & n. 8. verſ. ſecundo vero caſu de jurepatr.* Cæſ. de Graſſ. *deciſ. 2. numer. 1. & ſeqq. de probat.* Seraph *deciſ. 388. num. 3* Rota *deciſ. 412. numer. 2. & deciſ. 447. nu. 1 part. 1. diverſ. & deciſ 461 numer. 9. p. 1. & deciſ. 191 num. 6. & deciſ. 699 num 4. par. 2. deciſ 591. num. 6. & ſeq. par 4. & deciſ. 371. num 14. par. 5. recent* Cavaler. *dec. 553. num. 3.* Ferentill ad Buratt. *deciſ 621 num. 18. & deciſ 706. numer. 15. & ſeq.* licet ſecus ſit, quando eſt poſita ſub clauſula, *ut aſſerit*, quæ cum referatur Parti indiget juſtificatione, Mart. *d clauſ. 197. numer. 1.* Biſigneit. *d. deciſ. 6 numer. 2. de præbend.* Caſſad. *d. deciſ. 4. num. 1. num 6. & num. 9. de probat. & deciſ. 7. num. 1. & ſeq. & num. 8 verſ. ſecundo verò caſu de Jurepatr.* Rot. *dec. 60. num. 1. & ſeq. & deciſ. 77. de reſcript. in antiq & d. deciſ. 412. num. 1 & ſeq. part 1. diverſ. & in Melevitana Penſionum, 26. Junii 1610. coram bon. mem. Litta*, apud Marcheſ. *de Commiſſ. appellat. in cauſ. Penſ. part. 1. §. 1. dec. 20. num. 4. fol. 527. ſecund. nov. impreſſ.* Cæſ. de Graſſ. *deciſ. 1. numer. 1. & ſeqq. de probat.* Rota *deciſ. 511. numer. 3. part. 4. recent.* Cavaler. *deciſ. 533. numer. 5.* Ferentili. ad Buratt *dec. 621. nu. 28. & dec. 708. n. 15. & ſeq.* 64 65

Et licet, quando ſunt plures Supplicantes clauſula, *ut aſſeritur*, ſecundum aliquos, non videatur differre à clauſula, *ut aſſerunt*, hæc tamen diſtinctio nunquam fuit à Rota canonizata, ſed potius rejecta, ut nimis ſubtilis, & parum in jure fundata, Rota *dec. 371. num. 16. & ſeqq par. 5 recent.* Duran *deciſ. 254 numer. 15.* Ferentill. ad Buratt. *dicta deciſ. 708 num 16.* & ob id narrata per verba, *ut aſſeritur*, ſive ſint plures Supplicantes, ſive ſit unus tantum, alia juſtificatione non indigent; ex præallegatis. 66 67

Secundo concluſio, quod Literæ Apoſtolicæ habent exequutionem paratam, non procedit in Literis habentibus clauſulam, *vocatis vocandis*, quæ facit, ut procedendum ſit Judicialiter, Parte citata, & cauſa cognita Staphil. *de lit. Grat fol. 42. verſ. reperitur, & alia*, Felyn. *in cap. fin. num. 23. de præſum.* Card. *in cap. exhibita numer. 4. verſ.* in Gloſ. *tertia de jud. & cauſ. 63. in princ.* 68

Gonzal. *ad reg* 8. *gloſ*, 15. §. 1. *num.* 70. Rot *deciſ.* 32. *de reſcrip in antiq.* *quæ eſt eadem deciſ.* 30 *de reſcript. in nou.*
Cavaler. *deciſ.* 274. *num* 1. ubi quod ita pluries fuit reſolutum, Buratt *deciſ.* 185. *numer.* 3. *deciſ.* 529. *num.* 5.
& *deciſ.* 940. *num* 8. Duran. *deciſ.* 250. *num.* 10. Rota
deciſ. 367. *num* 30. & *deciſ* 371. *num.* 1. *part* 5. & *deciſ.*
69 97. *num.* 49. *part.* 7. *recent.* ubi † etiam quod clauſula,
ſervatis ſervandis, æquipollet d. clauſulæ, *vocatis vo-*
70 *candis*; & † facit hæc clauſula Exequutorem mixtum,
Staphil. *de lit. Grat. de fol.* 41. *verſ. reperitur*, & *alia*,
Mart. *de Clauſ. part.* 1 *clauſ.* 296. *num.* 1. & *ſeq* Coccin.
deciſ. 251. *num.* 1. & *deciſ.* 366. *num* 3. Rota *deciſ.* 367,
num 19. & *deciſ.* 371. *num* 1. *part.* 5. *deciſ.* 84. *numer.* 4.
part. 6. *recent* Greg. *deciſ.* 69. *num.* 1. Buratt. *deciſ.* 940.
num. 8. Duran. *deciſ.* 198. *numer.* 7. & *numer.* 9. & cauſam Appellabilem, *cap. exhibita*, ubi Abb. *numer.* 6. &
Felyn. *numer.* 4. *de jud idem* Felyn. *in cap. fin. numer.* 24.
de præſumpt. Staphil. *de lit. Grat. fol.* 42. *verſic. ſecundo convenit*, Card *conſil.* 63. *in prin.* & *numer* 2. Mantic.
deciſ. 324. *num.* 3. Coccin. *deciſ.* 253. *num.* 1. ubi quod
ita pluries fuit reſolutum, & *deciſ.* 374. *num.* 1. Buratt. *deciſ.* 185. *numer.* 3. *deciſ.* 519. *numer.* 3. & *deciſ.*
940. *numer.* 8. Rota *deciſ.* 219. *numer.* 21. *part.* 5. *recent.*
71 & † per conſequens quod procedatur ordinariè non
exequutivè, Rota *deciſ.* 119. *numer.* 22. *part.* 5. *recent.*

72 Sed hoc non habet locum, quod Decretum alias eſſet inappellabile de ſui natura, prout Decretum de exequendo, vel ex Statuto prohibente appellationem, vigore duarum conformium, nam tunc clauſula *vocatis*, non redderet cauſam appellabilem, Duran. *dec.* 198, *num.* 4. & *ſeq.*

73 Et licet Rota *dec.* 558. *part.* 1. *recent.* tenuit clauſulam *vocatis vocandis*, ſolum efficere, ut Judex non poſſit procedere extrajudicialiter, ſed judicialiter cum cauſæ cognitione, Parte citata, retento judicio exequutivo, ad inſtar obligationis Cameralis, idque bonis rationibus comprobaverit, in practica nihilominus eſſet difficillimum obtinere contra primam opinionem in Rota ſæpeſſimè canonizatam, ut pariter advertit Beltramin. ad Greg. *dec* 69. *lit. A*, *num.* 9. ubi alias deciſiones propriam opinionem cumulat, & alios congerit, Mart *d. clauſ.* 169. *num.* 1. & *ſeq.*

74 Tertio non procedit in literis Apoſtolicis in forma, Dignum, ratione mixturæ, quam habent in corpore Seraph. *deciſ.* 817. *num.* 1. & *ſeq.* Rot. *deciſ.* 202 *n.* 2. & *ſeq. par.* 1. *diverſ.* & *deciſ.* 278. *num.* 1. *par* 1. & *deciſ.* 52. *numer.* 2. & *deciſ.* 159. *num.* 3. *in fin.* ubi quod ita pluries tenuit Rota *par.* 2 *recent.* Burat. *dec* 171. *num.* 2. & ibi Ferentill, *n.* 8. & *dec.* 539. *num.* 5. Duran. *dec.* 414. *num.* 2. & *dec.* 437. *num.* 3.

75 Si tamen nullus adſit Contradictor, nec clauſula *vocatis vocandis*, literæ in forma dignum non videntur facere Exequutorem mixtum, Card *conſil* 63. *in princ* & *conſ.* 71. *in princ.* cum aliis, quos refert, & ſequitur, Put. *dec.* 144. *n.* 1. *lib.* 2.

76 Quartò non procedit contra habentem parem titulum, Mohed. *deciſ.* 13. *ut lit pend.* quia tunc non proceditur exequutivè, ſed ordinariè per Doctor. Bart. *in l. fin. num.* 21. *verſ. aut comparet aliquis*, *quid dicit*, & ibi Bald. *num.* 49. *in fin verſ* 7. *æqualiter*, *de Edict. Div. Adr. Toll*, Mohed. *d. deciſ.* 13. Menoch. *de adipiſc remed* 4. *num.* 563. & *ſeq.* Verall. *deciſ.* 329 *num.* 2. *part.* 1. Cavaler. *deciſ.* 211. *num.* 5 Greg. *dec.* 221. *num.* 2, & *ſeqq.* Buratt. *deciſ.* 842. *num.* 1.

77 Quintò non procedit; quando Literæ Apoſtolicæ ſunt vulneratæ per Sententiam contrariam prout ſi fuit pronunciatum, literas non eſſe exequendas, Rota *deciſ.* 132. *numer.* 12. *par.* 2. *diverſ.* Coccin. *dec.* 78. *num.* 1. & *ſeq.* Cavaler. *deciſ.* 2. *numer.* 7. & prout ſi reus abſolvatur ab Imperitis, quando quis in monitorio, ſeu Libello petiit Literarum exequutionem, juxta illarum formam Cavaler, *deciſ.* 148 *numer.* 2. & *deciſ.* 258. *num.* 1. & *ſeqq.*

78 Sed hoc non habet locum, quando fuit pronunciatum, Litteras non eſſe juſtificatas, nàm tunc, illis deinde juſtificatis, poterit ad earum executionem deveniri, prout etiam ſi annullaretur Proceſſus ſuper earum juſtificatione confectus, cum enim Sententia non tangat ipſas Literas, ſi illas poſtmodum juſtificari contigerit, non impeditur earumdem exequutio, Rota *in Aſtoricen. Archidiaconatus* 6. *Novembris* 1602. *coram bon. mem. Card Lancelloto*, apud Marcheſ. *de commiſſ. appel. ab execut.* Breu *part.* 1. §. 1. *deciſ.* 44 *n.* 9 *fol.* 375. Cavaler. *deciſ.* 11. *numer.* 5. & 6. Rota *in Vlixbonen. Beneficii*, 4 Iunii 1618. *coram Sanctiſſimo D. N. Innocentio* X.

Sextò non procedit, quando adeſt legitimus Contra- 79
dictor, Cavaler. *dec.* 278. *n.* 2. Burat. *dec.* 171. *num* 2. & *dec.*
242. *n.* 6.

Septimò non procedit ſtante lapſu triginta annorum, 80
quo tempore Literæ Apoſtolicæ amittunt viam exequutivam, Buratt. *dec.* 267. *n.* 5. & *ſeq.*

Eſt autem in hac materia legitimus Contradictor, Pri- 81
mò qui habet parem titulum, Mohed. *deciſ* 13. *ut lit. pend.* cum aliis cumulatis ſupra *verſ.* 4. *non procedit numer.* 76.

Secundò, poſſeſſor habens proviſionem ab Ordinario 82
Buratt. *dec.* 171. *n.* 1. & *dec.* 242. *n* 6.

Tertiò poſſeſſor cum titulo, *cap. licet Epiſcopus*, *de* 83
Præb, *in* 6. *l. meminerint cuncti*, *unde vi* Put. *deciſ* 271. *n.* 7. *lib.* 3. Mantic. *deciſ.* 324. *n.* 2 Rota *dec.* 392. *num.* 1. *par.* 3. *recent.*

Sed hoc non habet locum, quando titulus produci- 84
tur poſt ſententiam, niſi per huiuſmodi titulum appareret incontinenti de bono iure Edentis, Seraph. *deciſ* 297. *num.* 4.

Quartò Præſentatus, licet non poſſideat, eſt legiti- 85
mus contradictor ad impediendam Immiſſionem contra Proviſum Apoſtolicum, quando in Literis in forma dignum, demandatur cognitio Juris patronatus, cum Papa non præſumatur voluiſſe derogare præſentationi, Rota *dec.* 52. *n.* 2. & *ſeq part.* 2. *recent.* Buratt. *dec.* 211. *n.* 4.

Quod ſignanter procedit, quando, in Literis adeſt 86
clauſula, *dummodo tempore datæ præſentium non ſit alteri Ius quæſitum*, quæ faciat Exequutorem mixtum, Rota *d. dec* 52. *n.* 3. *par* 2. *rec* Gregor. *deciſ.* 92 *n.* 2. Duran *dec.* 414. *n.* 2. & *dec.* 437. *n.* 3. Ferentill ad Buratt *deciſ.* 651. *lit A*, &
ab † eis Sententia datur etiam appellatio, Duran. *deciſ.* 87
414, *num* 2, & *dec* 437. *num.* 3. Ferentill. ad Buratt. *d deciſ.* 651. *lit. A.*

Et præſervat jus quæſitum per ſolam præſentationem 88
Patroni, Suarez. *in reg. de jure quæſit quæſt.* 1. *fol.* 28. *lit. E*, Rota *deciſ.* 17. *de præb. in nou* Bellamer. *deciſ.* 167. Creſceo *deciſ.* 7. *numer.* 3. *de iurepatr.* Cavaler. *deciſ.* 231. *numer.* 4. & *deciſ.* 478. *numer.* 6. Rota *deciſ* 52. *num.* 3. *par.* 2. & *deciſ.* 643. *numer.* 7. *par.* 4. *recent.* Duran. *deciſ.* 200. *num* 5.

Et non ſolum jus in re, Staphil *de lit. Grat fol.* 31. *par.* 89
2. *diverſ. eu quo infertur*, Cavaler. *deciſ* 231. *numer.* 4. Ferentill. ad Buratt. *deciſ.* 55. *num.* 7 ſed etiam jus ad rem, Rota *deciſ* 17. *de præben. in nou.* Seraph. *deciſ* 1274. *numer.* 3. Cavaler. *d. deciſ.* 578. *numer.* 4. Buratt. *deciſ.* 55. *numer.* 2 & *ſeqq.* ubi Ferentill. *numer.* 7. & *deciſ.* 651. *numer* 4. & ibi Ferentili *numer.* 10. & operatur, ut propter bonum jus illius, qui beneficium prius impetravit, ſecunda Gratia habeatur pro non facta, Rota *in Barbinon. Canonicatus*, 24. *Ianuarii* 1618. *coram Sanctiſs. D. N. Innocent.* X.

Hoc tamen primò Intelligitur de jure valido, & con- 90
ſiderabili, Rot. *dec.* 572. *num.* 6 *par.* 1. & *dec.* 253. *num.* 1. & *ſeq. par.* 2. *recent* non autem de invalido, & colorato, Seraph. *dec.* 1498. *num.* 4 Ferentill. ad Burat. *deciſ.* 55. *num.* 8. & *ſeq.*

Secundò intelligitur de præſentatione facta à ma- 91
jori parte Patronorum, non autem à medietate tantum, Rot. *deciſ.* 643. *num.* 7. *par.* 4. *recent.* niſi Præſentatus de tempore datæ haberet etiam gratificationem ab ordinario, Ferentill, ad Buratt. *deciſ* 651. *numer.* 10. & *ſeqq.* tunc enim conſtito de jure alterius reſolvitur Gratia, ac ſi non eſſet facta, Seraph. *deciſ.* 1484. *numer.* 12 Burat. *deciſ.* 137. *num.* 6. Beltram, ad Gregor. *deciſ.* 350. *lit. A*

Et habetur hæc clauſula in Literis ſemper pro appo- 92
ſita, licet fuerit omiſſa, Felin. *in c. capitulum*, *numer.* 16. *verſ. adducitur ratio*, *de reſcript* Buratt. *dec.* 55. *num.* 1. Rota *deciſ.* 579. *num.* 1 *part.* 3. & *deciſ.* 510 *numer.* 5 *part.* 5. & *deciſ.* 250. *numer.* 44. *part.* 7. *recent.* Durand. *deciſ.* 114.
num. 5. non † tamen indiget juſtificatione, Gregor. *deciſ.* 93
350.

Digitized by Google

350. numer. 2. & ibi Beltramin. latè ſub litter. A.
94 Eo magis autem præſentatus eſt, ut ſupra contra Provi-
ſum Apoſtolicum Contradictor legitimus, quando in Lite-
ris adeſt etiam clauſula amoto illicito Detentore, quæ ſimili-
ter facit Exequutorem mixtum, Rota dec. 52. num. 2. &
dec. 159. num. 3. par. 2. & dec. 142. num. 7 par. 5 recent.
Cavaler. dec. 478. n. 5. Buratt. dec. 171. n. 2. & ibi Feren-
till. lit. A. n. 8. Duran. dec. 414. n 2. & deciſ. 437. num. 3.
95 Cum enim tunc Exequutor debeat ſcrutari, An poſſeſ-
ſor ſit illicitus nec nè, operatur d. clauſula, ut ille debeat
procedere cum cauſæ cognitione, Juris ordine ſervato,
Abb. in cap. de cætero num. 8. verſ. quæro circa, de re jud.
Rebuff. ſuper concord. in form. mand. Apoſtol. verſ. aliquan-
do in reſcripto, fol. 669. Mohed. dec 7. num. 5. de reſt ſpoli-
at. Achil. dec. 6. num 2. ſuper reg de triennal Rot. dec. 147.
96 n. 2. p. 2. recent. Burat. dec. 270. n. 5. necnon aſſumere
partes Judicis, & ob id ab ejus Sententia datur appellatio
etiam ſuſpenſiva, Cavaler. dec. 478 n. 5. ubi alias deciſio-
nes cumulat, Burat. deciſ. 529. n. 5. Duran. dec. 414. n. 2.
& dec 437. n. 2.
97 Cæterum tunc hæc clauſula dat cognitionem quando
Sententia, & cognitio non præceſſit, aliàs ſecus. Abb. in
d. cap. de cætero num 8. & ibi Felyn. numer. 9. de ſent. & re
jud. Gonzal. ſuper regul. 8 in annot. contra nullit. num. 236.
fol. 285. Achil. deciſ. 6. num. 5 ſuper regul. de triennal.
98 Et tunc demum facit Executorem mixtum quando
adeſt legitimus contradictor, nam alias Exequutor re-
manet merus, & non tenetur aſſumere partes Judicis,
nec ab ejus Sententia datur appellatio, Cavaler. deciſ.
278. n 8. & dec. 478. n. 5. Ferentill. ad Buratt. dec. 171.
n. 8. ubi alias deciſiones cumulat.
99 Non ſolum autem legitimo exiſtente Contradictore, fa-
cit ut ſupra, Exequutorem mixtum ſi in ea adeſt verbum
illicito ex præallegatis, ſed etiam ſi in illa dictum fuerit
amoto quolibet detentore, abſque d. verbo illicito, Mart.
de Clauſ. par. 1. clauſ. 9. n. 1. Rot. dec. 353. n. 2. ante fin. par.
4. recent.
100 Operatur etiam clauſula, amoto &c. ut cenſeatur facta
mentio de poſſeſſione facti, Rot. dec. 353. num. 2. par.
4. recent & de poſſeſſione colorata, ſi eſt poſita in Gratia
principali, & parte diſpoſitiva, non autem ſi eſt poſita
in parte exequutiva, Felyn in cap de cætero num 9 de re
jud. Gemin. conſ. 86. num 6. Staphil. de lit. Grat. fol 98.
verſ. ulterius ſciendum, Rebuff. in prax. in form. nou. proviſ.
in verbo amoto, fol. 153. & ſuper Concordat in form. mand.
Apoſt. verſ. aliquando in reſcripto, fol 669 Gonzal. ſup. reg.
8. Cancell de menſ. & alter. Gl. 15. §. 1. nu. 68. fol. 492. Rot.
101 deciſ. 38. de reſcr in antiq. Cavaler. deciſ. 278. num 6. nam
clauſula hujuſmodi appoſita in parte principali, ſeù di-
ſpoſitiva non facit Exequutorem mixtum, ſed magis cor-
roborat authoritatem Exequutoris, Cavaler. dec. 354.
numer. 9. Poſita vero in parte executiva non immutat
diſpoſitionem, Rot. deciſ. 119. numer. 8. par. 5. re-
cent.
102 Sed quando adeſt legitimus Contradictor, benè clau-
ſula, amoto, facit exequutorem mixtum ſivè ſit in par-
te diſpoſitiva, ſivè in exequutiva, quod evenit pro-
pter titulum Contradictoris, ut per Cavaler. dec. 478.
num. 5.
103 Licet autem Exequutor virtute hujus clauſulæ, poſſit
amovere intruſum, non tamen poteſt amovere Poſſeſ-
ſorem coloratum. Staphil. de lit. Grat. fol. 98. verſ. in
quo ſequitur, Rebuf. in prax. in form. nou proviſ. in verb.
104 amoto &c. verſ. virtute hujus clauſulæ, fol. 154. ac † pro-
inde tenetur Exequutor datur cum hac clauſula cogno-
ſcere de colore tituli, Achill. dec. 9. n. 4. ut lit. pend.
Greg. dec. 335 n 15.
105 Non omitto quod ſicut in materia l fin. Cod. de edict.
Div. Adr. toll poſſeſſio ſine titulo, vel ſine titulo conſide-
rabili, & relevante, uti injuſta & infecta, non atten-
ditur, ſic etiam in materia Literarum Apoſtolicarum,
quarum Exequutio datur ad inſtar remedii d. l. fin. non
habetur in conſideratione, ſecus ſi titulus ſit conſidera-
bilis, & relevans, Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. rem. 4.
num. 161. Rot. dec. 711. part. rec.
106 Et ob id, licet ex poſſeſſione univerſali regulariter poſ-
ſeſſio eorum, quæ poſſidetur à Tertiò non acquiratur,
Imol. in l. 3. n. 3. & ſeq. ff. de acq. poſſ. Surd. conſ. 139.
n. 64. & ſeq & n 67. verſ. reſpondetur, Put. dec. 31. num. 1. &
ſeq. lib. 2. Seraph. dec. 1037. num. 2.
Hoc tamen non procedit, quando non adeſt legiti- 107
mus contradictor, & Poſſeſſio, cui Jus reſiſtit, non eſt
habenda in conſideratione, Veral. dec. 296. n. 4. par. 1. Put.
dec. 310. n. 1. & ſeq. lib. 2. hoc enim caſu ex poſſeſſione uni-
verſali acquiritur etiam poſſeſſio eorum, quæ poſſiden-
tur à Tertio Greg. dec. 404. n. 1.
Sed is, qui titulum, nec poſſeſſionem habet, ſi- 108
ne dubio Contradictor legitimus non eſt, quinimo nec
etiam eſt citandus, Menoch. de adipiſ. rem. 3. n. 556. Rot.
dec. 51. n. 10. par. 7. rec.
Signanter autem admittitur, ad exequutionem Lite- 109
rarum Apoſtolicarum impediendam, exceptio oriens
ex ventre earumdem, Saluſt. Tiber. in prax. lib. 3. c. 12. n.
6. Callad. d dec. 10. n. 8. & ſeq. de reſcript. Seraph. dec. 680.
num. 13.
Exceptio verò defectus proprietatis non admittitur, 110
niſi in continenti probetur, ſeu probatio incontinenti of-
feratur, Abb. in cap conſtitut. 46. num. 15. de appell. Ferret.
conſ. 3. n. 14. Franc. in cap licet Epiſcopus, num. 4. de præben.
in 6. ubi idem tradit de exceptione defectus juris Agentis.
Sed exceptio concernens defectum tituli, quæ in be- 111
neficialibus ſimiliter non admittitur Menoch. de adi-
piſc. rem 4 num. 748. Rot. dec. 723. p. 3. lib 3. diverſ. tunc de-
mum debet admitti, ſi opponitur crimen, ſeù defectus
cum infamia, vel etiam, & ſecundo quando collatio
fuit clandeſtina, denique tertio, quando allegaretur
proviſionem non tenere, niſi titulus eſſet apparenter
juſtus, quia tunc ſecus, Abb. in cap. cum olim. numer.
16. & ſeq. de cauſ. poſſ. & prop. quem ſequitur Felyn. in
cap. acceden. num. 2. verſ. ſed ut intelligas ſubtiliter de ac-
cuſat.
Cæterum exceptio Inhabilitatis Perſonæ in Benefi- 112
cialibus ſemper admittitur, ne detur vitioſus ingreſ-
ſus, prout in ſpecie de exceptione Apoſtolica dixit Ro-
ta in Urgelleo. Canonicatus 21. Maii 1593. co. bon. mem.
Card. Blanchetto.
Ex magno verò fumo Juriſpatronatus ſuperſedetur 113
in exequutione Literarum, donec meliores fiant pro-
bationes, Rota deciſ. 413. num. 2. part. 1. rec. Andr. dec. 2.
num. 3.
Sed hoc procedit, quando exceptio oritur ex ven- 114
tre literarum, ſecus quando eſt aliundè probanda,
nam tunc exceptio debet eſſe clara, & notoria ad effe-
ctum ſuperſedendi in exequutione, Rot. dec. 381. num 1.
p 1. recent. & in Aretina Plebaniæ 27 Maii 1620. cor. bo. me.
Archiepiſcopo Dunozetto, quæ eſt dec. 200. par 4. recen. tom. 2.
Non ſolum autem ſunt juſtificandæ literæ ſub plum- 115
bo expeditæ, ut fuit ſuperius demoſtratum, ſed etiam
expeditæ in forma brevis de capienda poſſeſſione no-
mine Cameræ, quo caſu eſt ſignanter juſtificanda Re-
ſervatio, Lancel. de attent. lit. pend in præfat numer. 442.
& ſeqq. verſ. ſecundo quod Rot dec. 659 p. 3. lib. 3. diverſ. &
in Corduben Portionis 25 Octobris 1557. cor. bo mem. Ru-
beo, quæ eſt deciſ 54. impreſſ. apud Garz. de Benef. p. 6. c. 3 &
in Aquilana Canonicatus 14. Novembris ſeù 6. Decembris
1586. coram bo mem. Cardinali Blanchetto, & in Burgen.
Præſtimonii 24. Octobris 1588. quæ eſt dec. 11. impreſ. apud
Garz. de Benefic. par 6 c. 4. f. 601. & in Vrgellen, Canonica-
tus 7. Maii 1593. cor. bo mem. Card. Blanchetto, & in Pla-
centina Beneficiorum 2. Maii 1603. cor. bo. me. Card. Mil-
lino quæ eſt deciſ. 21. impreſſ apud Marcheſ. de commiſſ ap-
pel. ab execut Breu par. 1 c. 1. fol 353 & in Dertuſen. Paro-
chialis 14 Novemb 1631. cor. bo. me. Card. Ubaldo, quæ eſt
dec. 71. n 2. p 6 rec.
Nam hujuſmodi brevia ſunt fundata in Reſervatio- 116
ne, & propter reſervationem conceduntur Gonzal. ſu-
per reg. 8. in annot. contra nullit. num. 262. Garz. de beneſ.
par. 6. c. 3. num. 9. & ſeq. Rot. in Vicen. Beneficii 29. Februar.
1600 coram bo. me. Card. Pamphilio, impreſſ. apud Saluſt.
Tiber. in prax. l. 3. c. 8. fol mihi 329. & in d Placentina Be-
neficiorum 2. Maii 1603. cor. bo me. Cardin. Millino, apud
Marcheſ. d. par. 1. fol. 353. & in d. Dertuſen Parochialis 14.
Novemb. 1631. cor. bo. mem. Card. Vbaldo, quæ eſt d. dec.
71. n 3. par. 6. rec.
Aliàs reſervationes ceſſante brevia non conceduntur, 117
& obtenta non mandantur exequutioni, Rot. in
Sala.

Digitized by Google

Salamantina portionis 16. Maii 1603. coram bo. mem. Juſto.

118 Sed quod dicitur reſervationem eſſe juſtificandam, antequam ad Brevis exequutionem deveniatur, procedit, quando in Brevi adeſt clauſula *conſtito*, *aut alia ſimilis*, faciens A.C. exequutorem mixtum, Gonzal. *ſuper d. reg. 8. in annot. contra nullit. num.* 157. Garz. *de Benef. p. 6. c. 2. n. 25. & ſeq.* Rot. *d. dec.* 659. *n. 3. p. 3. lib. 3. diverſ. & in d. Placentina Beneficiorum 2. Maii* 1603. *cor. ben. me. Card. Millino.*

Secus ſi narretur ſimpliciter reſervatio, & A.C. fit executor merus, tunc enim, abſque alia verificatione reſervationis, procedit ad exequutionem brevis, & ita ſervari de ſtylo Tribunalis A. C colligitur ex Rot. *deciſ.* 659. *n. 2. verſ. dixerunt tamen Domini part.* 3. *l.* 3. *diverſ.*

119 Si tamen in brevi adeſt clauſula, *conſtito*, illa ſemper eſt verificanda, Gonzal. *ad reg. 8. in annot. contra nullit. num.* 261. *& ſeq.* Greg. *dec.* 53. *num. 2. cum aliis ſuperius allegatis.*

120 Et ſufficit ad effectum exequutionis illius, ut contenta ſub d. clauſula, *conſtito*, verificentur, Anchar. *conſ.* 297. *verſ. & hoc maximè, & num. 8. verſ. & proxime dictu* Saluſt. Tib. *in prax. lib. 3. c. 8 n.* 27. Rot. *dec.* 484. *num. 1. & dec. 580. n. 5. part. 2. recent.* in quibus aliæ deciſiones allegantur.

121 Aliorum verò in brevi narratorum verificatio non eſt neceſſaria, Saluſt. Tib. *d. lib. 3 c. 7. num.* 17. Rot. *d. deciſ.* 484. *num. 1. & dec. 580. num. 5. p. 2. recent.* nàm in aliis extra dictam clauſulam, *conſtito*, is, cui commiſſa eſt exequutio brevis, eſt exequutor merus, cum ipſi mera exequutio abſque aliqua parte Judicis committatur, Anchar. *conſ. 297. n. 8. verſ. & ſic meram*, Felyn. *in cap. fin. num. 22. verſ. item amplia, de præſumpt.* Saluſt. Tiber. *lib. 3. cap* 5. *n.*
122 17. quinimò etiam † quoad clauſulam, *conſtito*, illa verificata, exequutor efficitur merus, Rot. *dec. 234. n. 2. p.*
123 3. *recent.* Cocc. *dec. 235. n. 2.* & per conſequens † Brevè, ad inſtar literarum Apoſtolicarum, habet tunc paratam exequutionem, Duran. *dec. 59. n. 1.* Rot. *d. dec. 234. n. 1. p. 3 rec.*

124 Ante verò juſtificationem clauſula, *conſtito*, fecit executorem mixtum, Felyn. *in c. ſi conſtiterit, n. 5. verſ. num. quid in clauſula, de accuſ.* Saluſt. Tib *in prax lib. 3. cap. 7. n. 17.* Rot. *dec.* 659. *num. 2. & ſeq. p. 3. diverſ. l.* 3. Coccin. *dec. 225. nu. 2.* Greg. *dec. 91. nu. 2.* à quo datur appel-
125 latio ad utrumque effectum, Felyn. *in c. exhibita num 4 de jud.* Coc. *dec. 196. dec. 225. num. 6. dec. 251. num. 1. & dec. 366. nu. 3.* Greg. *deciſ. 91. nu. 3.* Sed à mero exequutore appellatio ſaltem ſuſpenſiva non conceditur, *cap. noviter. de appell. l. ab Exequutore, ff. de appell. & relutionibus*, Cocin. *deciſ. 144. num. 2.* niſi fortè ratione exceſſus, ii adſit in exequutione, ut per eumdem *d. deciſ. 144. num. 12.*

126 Primò autem requirit hæc clauſula, *conſtito*, plenam probationem, ac concludentem, Bald. *in l. in bonæ fidei, num. 28. C. de reb. cred.* Felin. *in c. ſi conſtiterit, n. 4. verſ.* Joan. *de Anan. etiam quærit, & n. 5. de accuſ.* Dec *in rubr. extr. de probat. n. 153. & ſeqq.* Garz *de benef. p. 6 c. 3. n.* 64. Cognol. *in l. in part. 7. n. 3. verſ. pro qua opinione ff. de reg. iur.* Saluſt. Tiber. qui de ſtylo Rotæ teſtatur, *in prax. lib. 3. c. 7. n.* 15. Rot. *dec. 9. n. 20. p. 2. diverſ.* Greg *dec. 11. n. 2.* Beltram. ad Greg. *dec. 53. n. 3.* Rot. *dec. 234. n. 1. & n. 4. p. 3. recent.* ubi quod hoc procedit, etiamſi non adſit legitimus contradictor, quia hæc clauſula facit conditionem, quæ debet perfectè impleri in forma ſpecifica.

127 Sed hoc primò procedit, quando apponenti conditionem probationis conſtaret, jam adeſſe conditionem, præſumptivam, nàm tunc præſumptiva probatio non ſufficeret, ſed requireretur vera, & concludens ne fiat contra mentem apponentis conditionem, & conditio reddatur inutilis, ſecus ſi illi de hoc non conſtaret, ut per Rot. *dec. 9. n. 21. p. 2. rec.*

128 Secundò non procedit, quando ageretur de probando obitu in genere, vel de longiquo ultra Montes.

129 Tertiò non procedit de ſtylo Tribunali A. C. vel aliàs in cauſa difficilis probationis, Saluſt. Tib. *l. 3. cap. 7. n.* 15. Put. *dec. 17. n. 4. lib.* 3. nàm quicquid ſit de Stylo Rotæ in Tribunali A. C. ſufficit ſemiplena probatio, Saluſt. Tiber. *in prax. lib. 3. capit. 7. numer.* 15.

Reſervatio etiam debet plenè, & concludenter probari Put. *dec. 206. n. 2. & ſeq. lib.* 3. Rot. *dec. 234. n. 1. par. 3. rec.* 130
Coc. *dec. 87. n. 2.*

Quod tamen, Primò non procedit, quando Ordinarius vel ab eo proviſus non eſt in cauſa, quia tunc obitus in menſe reſervato probatur ex Teſtibus de publica voce, & fama, Caſſad. *dec. 1. n. 1. verſ. unum prova, de prob.* Rota apud Marcheſ. *de commiſ. appel. ab exeq. Brev. p. 1. c. 1. dec. 13. n. 1. fol.* 337. Coc. *dec. 87. n. 2. ubi alias deciſiones cumulat.* 131

Secundò non procedit ad effectum juſtificationis Gratiæ, quia tunc ſufficit ſemiplena probatio, ſecundum opinionem, quæ in Sacro Palatio ſemper ſervari conſuevit, ſed benè procedit ad effectum reſervationis Rot. *dec. 234. n. 1. in fin. p. 3. rec.* 132

Clauſula, *conſtito*, requirit partis citationem, Gloſ. *in Clem. præſenti in verbo conſtiterit, de Cenſ.* Felyn. *in d. cap. ſi conſtit. vit num. 5. verſ. & not. ſecundum Abbat. de accuſat.* Lap. *alleg. 15. nu.* 7. Seraph. *de lit. Grat fol. 279. in fin. verſ. ſecus ſi forte in commiſſione, & fol.* 180. Alex. *conſ. 218. nu.* 1. *lib. 2.* Rot. *dec. 22. de reſcript. in antiq. & dec. 659. n. 2. & ſeq. p. 3. lib. 3. diverſ.* aliàs proceſſus eſt nullus, Felyn. *in d. cap. ſi conſtiterit, nu. 5. verſ. & not. ſecundum Abb. de accuſ.* Alex. *d. conſ. 218. nu. 1. ubi de magis communi lib 2.* 133

Contrarium tamen, quod citatio non ſit neceſſaria videtur velle, Anchar. *conſ. 297 num. 7. verſ nec tenetur, & n. 8. & ſeq.* Rot. *dec. 696. in prin. part. 3. lib 3 diverſ.* 134

Sed poteſt diſtingui, quod aut committitur exequutio de re vacante, & non includitur tunc citatio partis, aut committitur de re non vacante, & tunc citatio partis eſt neceſſaria. Felin. *in cap. fin. n. 12. verſ. item amplias iſtam concluſionem de præſumpt.* & colligitur etiam ex Anchar. *d. conſ 297. n. 8. verſ. non obſtat, & ex* Rot. *d. dec. 696. n. 1. par. 3. lib. 3. diverſ.* 135

Tertiò clauſula, *conſtito*, requirit cognitionem cauſæ, Innoc. *in cap. fin. in fin. de præſumpt.* Ægid. *deciſion.* 68. *cum aliis cumulatis per* Mart. *de Clauſ. par. 1. clauſ. 19. numer.* 3. 136

Quod tamen non procedit, quando agitur de modico præjudicio, nam tunc nec citatio, nec cauſæ cognitio eſt neceſſaria, Rot. *dec. 16. de dil. & cent. in antiq. cum aliis quos refert, & ſequitur* Mart. *d. Clauſ. 19. numer.* 4. 137

Et quandoque ſufficit, etiam ſtante hac clauſula, informatio extrajudicialis, ſi natura negocii de quo agitur, id patiatur, prout quando actus eſt de ſui natura extrajudicialis, Felin. *in cap. fin. nu. 18. verſ. item poteſt, de præſumpt.* 138

Eſt autem in Brevi facienda mentio litis, alias ſi lis adſit poſſeſſio illius vigore capta eſt nulla, & attentata, Lancell. *de attent. cap. 4. in præfat. num.* 413. Gonz. *in adnot. contra nul. nu.* 272 Garz. *de Benef. par. 6. c. 3. num. 14. & ſeq.* Verall. *dec. 70. p. 1.* Rot. 469. *n. 1. & ſeqq. p. 3. lib. 3. diverſ.* & apud Marcheſ. *de com. avoc. cauſ. par. 2 deciſ. 2 n. 2. fol.* 294. 139

Commiſſario Cameræ obſtat, ac in eum reflectun- C
tur, in hac literarum Apoſtolicarum materia, ea omnia, quæ obſtant, Proviſo Apoſtolico, & ob id, ſi Com- 140
miſſarius non poteſt de jure conſignare poſſeſſionem Proviſo, tenetur illam reſtituere primo poſſeſſori, Lan-
cel † *de attentat. lit. pend. par. 2. in præfat. cap. 4 num* 443. 141
& ſeq Rot. in Urgellen. Canonicatus 21. *Maii* 1593. *coram be. mem.* Cardinali Blanchetto, ſufficit tamen pro validitate proceſſus citare Proviſum Apoſtolicum, licet Commiſſarius non citetur Saluſt. Tib. *lib. 3. c. 8. n. 4.* ubi deciſiones Rotæ ad hoc allegat.

Clauſula, *ſi quis ſenſerit ſe gravatum, recurrat* in Moni- D
torio, quod fit pro exequutione literarum obtinenda, 142
apponi non debet, quia proceſſus tunc efficeretur ordinarius, & monitorium reſolveretur in ſimplicem citationem, ſed illius loco eſt in illo ponenda clauſula, *alioquin &c.* de qua ſupra. Hæc enim licet regulariter non differat à clauſula, *ſi quis &c.* cum extendatur, alioquin ſi quis ſenſerit ſe gravatum &c. ſecus tamen, eſt quando apponitur in monitorio, quod pro literarum Apoſtolicarum exequutione ſolet obtineri, tunc enim extenditur tantummodo, alioquin compareat, ad videndum

Digitized by Google

dendum declarari, ſe incidiſſe in cenſuris, & ideò nec efficit hoc caſu proceſſum ordinarium, nec reſolvitur in ſimplicem citationem reo comparente, ut ex Saluſt. Tiber. *in Prax. lib. 3. c. 7 num* 3. dictum fuit ſupra hac eadem *p. 1 cap. 4 lit. E. n.* 81. *& ſeq* & ita in dies obſervat Praxis in Tribunali A. C.

E Et hinc eſt quod ſi quis literis Apoſtolicis, ſivè ſub
143 plumbo, ſivè in forma Brevis expeditis parere neglexerit, ſervantur contra eum ſupradicti quatuor termini ad docendum, ſe illis paruiſſe, quibus elapſis, & non docto de paritione, proceditur ad declaratoriam, Veltr. *in Prax. l. 2. c. 4 n 8. verſ. non abſimilis*, Rot. *dec.* 30. *n.* 31. *p.* 5. *recent* Duran. *dec.* 60. *n.* 37.

144 Qui quidem tres termini, addito etiam quarto pro quarta, & ſuperabundanti, pro trina monitione inſerviunt, ſine qua excommunicatio ferri non debet, *Cap. conſtitutionem de Sent. excomm in 6. cum aliis cumulatis ſupra par. 1. cap. 4. lit. D. verſ 3. ad hoc, ut quis poſſit excommunicari, num* 24. *& ſeq.* Saluſt. Tiber *in prax. lib* 2 *cap.* 1. *num.* 1.

145 Cæterum, ſi reus prætendat abſolutoriam, non ſufficit pro validitate Sententiæ ſervare quatuor terminos ad docendum ſe paruiſſe, ſed ſunt omninò ſervandi termini ſubſtantiales, ad libellandum, ad articulandum & alii in beneficialibus ſervari ſoliti, Saluſt. Tib. *in prax. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 49. de quibus [illegible] dictum eſt ſupra *hac eadem p.* 2. *c.* 1. *ſub lit L. n.* 106.

146 Contra nulliter autem immiſſum vigore Brevis, non juſtificata ſurreptione, datur actio ſpolii, Cocin. *dec.* 225. *num.* 8 & ob id, ſi committitur cauſa in Rota, expulſus probat extrema in ſpolio neceſſaria, uti ſpoliatus reſtituitur, Rot. *in Viterb. Beneficii*, 25. *Februarii* 1606 *coram clar me.* Card. Pamphilio, *impreſſ* apud Saluſt Tib. *in prax. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 2 *& ſeq fol* 529. & quod ſententia lata pro executione Brevis non juſtificata reſolutiva ſit ſpoliativa, dixit etiam Rota in Maioricen. *Sacriſtiæ* 16 *Decembris* 1602. *coram eod clar. me.* Card. Pamphilio ſeniore.

147 Sed hoc procedit, quando adeſt in Brevi clauſula, *Conſtito*, tunc enim Expulſus reſtituitur uti ſpoliatus, etiamſi in Brevi adſit clauſula, *ſine vitio ſpolii*, quæ recipit conditionem principalis diſpoſitionis, quatenus Breve ſit juſtificatum, Rota *in d. Viterb. Beneficii*, 25. *Februarii* 1602. *coram clar. mem. Pamphilio ſub num.* 6. *& deciſ.* 659. *numer.* 2. *& ſeq. part.* 3 *lib.* 3. *diverſ.* Coccin. *deciſ.* 225. *num.* 10.

148 Secus ſi non adſit in Brevi clauſula, *conſtito* quo caſu A. C. remanet merus Exequutor, tunc enim de Reſervatione poteſt doceri quandocumque Rot *d. deciſ.* 650 *n.* 2. *& ſeq.* & eo magis hoc caſu rejicitur Spolium, ſi in Brevi adſit etiam clauſula *ſine vitio ſpolii*, Verall. *deciſ.* 72. *p.* 1. *& dec.* 180. *n.* 1. *& ſeq par* 3.

149 Quinimò, etiam ſi in Brevi adſit clauſula, *conſtito*, ſi nemo alius poſſideat, poteſt Breve juſtificari quandocumque, cum non poſſit competere alicui ſpolium, nemine poſſidente, cum etiam nemo ſit in hoc caſu citandus, Rot. *dec.* 696. *n.* 1. *& ſeq. p.* 3. *lib.* 3. *diverſ.*

150 In cauſis tamen, in quibus alius poſſidet, & poteſt jurare ſpolium, debet Breve juſtificari ex eiſdem actis non ex noviter deductis Rot. *d. dec.* 659 *n.* 2. *par.* 3. *lib.* 5. *diverſ. & in d. Maioricen. Sacriſtiæ* 16. *Decembris* 1602. *coram bon me. Cardinali Pamphilio.*

151 Solet Signatura Juſtitiæ, quando Exequutor, ſeu Judex gravat in literarum Apoſtolicarum vel Brevis exequutione, committere cauſam appellationis, à ſententia ſimpliciter, vel ſi cauſa ſit committenda in Rota, cum clauſula Arbitrio Rotæ, Coccin. *deciſ.* 525. *n*
152 7 quod quidem † arbitrium paſſim interponitur pro retardatione exequutionis literarum, etiamſi fuerit reſcriptum cum clauſula *parito Brevi arbitrio* Rotæ, quod tamen procedit juſta ſubſiſtente cauſa Rot. *dec.* 228. *n.* 2. *p.* 1. *recent* Caval. *dec.* 92. *num* 1 & fuit aliàs ſæpè deciſum Buratt *dec.* 442. *n* 1.

153 Sed ſi Sententia lata pro exequutione literarum Apoſtolicarum eſt juſta, Signatura ſolet ſcribere cum clauſula, *ſine præjudicio exequutionis literarum Apoſtolicarum*, Rota in Hyſpalen. *Permutationis* 31. *Martii* 1596. *coram bo. me. Gypſio*, apud Marcheſ. *de Commiſſ. appell. ab execut. Brev. p* 1. *cap.* 1. *dec* 32. *fol.* 2366. Seraph. *dec.*
154 1484. *numer.* 2. *& ſeq.* Illæ etenim non admittunt appellationem ſuſpenſivam, & licet reſpectu Cenſurarum latarum detur appellatio, non tamen inde reſultat impedimentum immiſſionis, ſeu exequutione literarum, Seraph. *dec.* 357. *nu.* 2. *& ſeq.* Duran. *deciſ.* 60. *n.* 48. quod procedit etiam ſi fuerit pronunciatum per Cedulam, prout paſſim in hac materia literarum, & Breuium pronunciari ſolet, Rot. *deciſ.* 30. *n.* 41. *& ſeq par* 5. *recent* Duran. *dec.* 60. *n.* 48. ubi quod ita quotidie obſervat Praxis.

Præſervat autem hæc clauſula jus, & facultatem judici à quo procedendi ad exequutionem, non obſtante judicio ordinario Marchel. *de Commiſſ appell. ab exec* Breu 1. *c* 2. *nu.* 48. *& ſeq. fol* 402. *& ſeq.* Marc. *de clauſ p* 1. *clauſ.* 260. *nu.* 5. Rot. *in d* Hyſpalen. *Permutationis coram bon. mem. Gypſio*, apud Marchel *d.* 1. *fol.* 366. *& in Oritana Parochialis* 12 *Decembris* 1597 *coram bon. me. Peregrino, impreſſ.* apud Marchel. *de Commiſſ. Appel in poſt.* Salv. *part.* 1 *cap* 1. *deciſ.* 9 *fol.* 964. Greg. *deciſ.* 91. *num.* 11 & ibi 155
Beltramio. *numer* 13. ſed non † efficit quod ſi exequutio eſt nulla, & attentata, non poſſit uti attentata, revocari, Gregor. *d. dec.* 91 *n.* 1. & ibi latè Beltram *n.* 13. 156

A Sententia verò lata contra litteras Apoſtolicas datur appellatio ad utrumque effectum, adeò quod, cum cauſa poſtmodum efficiatur appellabilis, & literæ remanserint vulneratæ Judex appellationis exequi non poſſit ſine vitio attentatorum Cavaler. *deciſ.* 2. *numer.* 7. 157

Verùm in materia Brevis, ſi Exequutor ritè & rectè proceſſit, Signatura reſcribit cum clauſula, *parito Brevi* Sal. Tib. *in prax. l.* 3 *c.* 7. *nu.* 26. Seraph. *dec.* 1484. *numer.* 2. 158

Quæ clauſula importat admiſſionem poſſeſſionis, & fructuum Rot *dec.* 319. *num.* 1 *& ſeq. par.* 2. *dec.* 264. *n.* 1. *& ſeq part.* 3. *recent.* Greg *dec.* 36. *n.* 1. Caval. *dec.* 478. *num.* 4. 169

Non tamen includis impenſas litis, Rot. *deciſ.* 319 *n.* 2. *par.* 2. *& deciſ.* 166 *num.* 4. *par.* 7. *recent.* Greg. *deciſ.* 36. *numer.* 4. & ita fuit ſæpius reſolutum Rot. *d deciſ.* 319. *n.* 2. *par.* 2 *recent.* Buratt *deciſ.* 646. *num.* 4. & ibi Fereotiil. *lit.* A. 160

Tribuit hæc clauſula Juriſdictionem conditionalem, adeò quod Judex non poſſit ad ulteriora procedere, nec Pars audiri, niſi doceat integrè ſe paruiſſe Put. *dec.* 16 *ut lit pend.* Greg. *d. dec.* 36. *n* 1. & ibi Beltramin *lit A.* Burat. *dec.* 577 *n.* 1 161

Veruntamen impleta dicitur clauſula, *parito* ex ſola præſtatione patientiæ, & ex paritione verbali quoad poſſeſſionem Rot. *dec* 194 *n.* 1. *& ſeq par.* 3. *& deciſ.* 649. *n.* 1. *& ſeq p.* 4. *recent.* præſertim in incorporalibus, Buratt. *dec.* 22[illegible]. *n.* 11. *& dec* 646 *n.* 1. ubi quod ita millies tenuit Rota, & per oblationem compenſationis quoad fructus Rot. *d. dec.* 194. *n.* 2. *p* 3. *rec.* 162

Sed hoc non procedit quoad fructus, quando clauſula, *parito*, in Brevi expreſsè continet etiam fructus perceptos, nam tunc non poteſt dici paritum, niſi Pars probet non percepiſse, vel reſtituiſse, vel obtineat commiſſionem ſolitam de præfigendo terminum ad illos liquidandum, juxta ſtylum Rotæ, Seraph *deciſ* 655. *n* 4. Burat. *d dec.* 646. *n* 4. adeò quod nec nolentia nec impotentia conditionem implere Debentis in hoc caſu excuſet Rot *d. dec.* 194. *num.* 3. *p.* 3 *rec.* 163

Virtus autem Brevis de capienda poſſeſſione nomine Cameræ expirat per primum actum adeptionis poſſeſſionis Rot. *deciſ.* 261 *n.* 2. *p.* 5. *recent.* non ſecus ac literæ Apoſtolicæ ſemel exequutæ non ſunt amplius exequendæ ad inſtar remedii *l. fin. C. edict. Diu. Adr. toll.* quod ſemel immiſſio non datur Burat. *deciſ.* 464. *numer.* 10 164

Non omitto, quod licet, quando agitur contra Negligentem parere literis Apoſtolicis, procedatur ad Declaratoriam tantum, ſervatis quatuor terminis, ad docendum ſe paruiſse literis Apoſtolicis quando tamen agitur contra eum, qui in litteras hujuſmodi commiſerit, tunc, ut Declaratoria ob id obtineri poſſit, eſt etiam, eo citato, docendum de contraventione Veltr. *in prax. lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 8. *verſ. non abſimilis & verſ. quod ſi ad exequutionem.*

Siquidem cum impediens exequutionem literarum Apoſtolicarum ſit excommunicatus eo ipſo, Innoc. 166
VIII.

Digitized by Google

VIII. *conſtit.* 14. *Offici*, Leo X. *conſtit.* 26. *In ſupremo*, Clemen. VII. *conſt.* 42. *Romanus Pontifex* Greg XIII. *in Bulla Cœnæ quæ eſt ejus conſt.* 92. *Conſueverunt fol.* 1330. *ſec. antiq. impreſſ.* Paul. V. *in Bull Cœnæ, quæ eſt ejus conſt* 63. *Paſtoralis in* §. 21. *cap. noverint & cap. ſi gravem de Sent. excom.* Rot. *deciſ.* 281. *numer.* 6. *poſt conſ. crim.* Fariuac. *lib.* 2. utique eſt contra eum ferenda Declaratoria, Gregor. XIII. *conſt.* 23. ad Romani, *ſecundum antiq impreſſ.*

167 Quinimo ille quem cauſa hujuſmodi tangit, ob id privatus jure ſuo, quod habet in Beneficio. & efficitur inhabilis ad Beneficia conſequenda Innoc. VIII. *d. conſt.* 14. *Offe ſecundum antiq. impreſſ.*

168 Multò Magis autem Impediens exequutionem literarum Apoſtolicarum incidit in excommunicationem majorem Bullæ Cœnæ Domini, ſi pro earumdem literarum exequutione impedienda recurſum habeat ad Judices laicos *c. noverint, & c. gravem. de Sent. excom.* Paul. V. *in Bulla Cœnæ, quæ eſt ejus conſtit.* 63. *Paſtoralis* §. 16. *& alii*, committit Sacrilegium Cajet. *in ſumm. in verbo Excommunicatio cap.* 3 *& ſeq.* Rota *deciſ.* 8 *n.* 3. *part.* 4. *recent.*

169 Nam recurſus huiuſmodi tàm de iure communi, & ex diſpoſitione Sacrorum Canonum, quàm ex bulla Cœnæ Domini eſt probibitus *c. qualiter, & quando, & ibi Canoniſtæ de iud.* Rot. *d. deciſ.* 8. *numer.* 1. *& ſeq & dec.* 10. *n.* 1. *& ſeq p.* 4 *recent. & d. dec* 281 *n.* 6. *poſt conſ. crim.* Farin. *lib.* 2. latè Mar. Antouin. *reſol. cap* 32. *per tot. &* Bellet. *diſquiſit. Clerical. part.* 1. *ſub tit de favor. cleric. perſon.* §. 2. *num.* 31. Cavaler *deciſ.* 372. *num.* 1. *& deciſ.* 529. *num.* 1.

170 Et ob id ſic Recurrens tamquàm excommunicatus repellitur à limine iudicii *c. exceptionem de except. clem.* 1. *de excep* Rot. *deciſ* 491. *n.* 6. *& deciſ.* 514 *n.* 2. *verſ. nihil aus obſtat. p.* 2. *recent.* Caval. *dec.* 529. *num.* 1. & collatio ab eo facta non tenet *cap.* 1. *de reſcrip. in* 6. Rot *dec.* 534. *n* 2. *p.* 1. *recent.*

171 Reſultatque excommunicatio Clerici recurrentis ad Judices Laicos ex ipſo actu recurſus non ex aliis quæ fiunt poſtea per ipſo Judices Rot. *deciſ.* 179. *numer.* 5. *poſt conſ. crim.* Fariuac. *lib.* 2. & præſumitur recurſus obtentus ab eo, de cuius intereſſe agitur, Rot. *in Brixien. Clericatus Sancti Martini* 26. *Ianuarii* 1598. *cor. bo. mem. Orano.*

172 Verùm licet Conſtitutio ipſius Bullæ Cœnæ inducat Privationem iuris ſui ipſo jure contra Recurrentem ad Judices laicos, ut ſupra, dum tamen non agitur de cenſuris, aut irregularitate, ſed pœna privationis, requiritur Sententia declaratoria facti, ob quod inducitur talis privatio *cum ſecundum, de Hæret. in* 6. *cum aliis cumulatis per* Rot. *d deciſ.* 179. *n* 9 *poſt con*. Farin. *l.* 2. *& latius deciſ.* 83. *n.* 5. *p.* 7. *recent.*

173 Debetque huiuſmodi recurſus in primis plenè, & concludenter probari Rot. *d. deciſ.* 179 *num.* 7. *poſt conſil.* Farin.

174 *lib.* 2 licèt enim Bulla Cœnæ, ac excommunicatio per eam indicta ſit notoria, ſufficit tamen, quod non ſit notorius recurſus, ob quem excommunicatio imponitur *c. cum ſecundum, de Hæret. in* 6 Dec. *conſ.* 483. *nu.* 27. *in fi.* ubi quod requiritur Sententia declaratoria ſuper notarietate Rot. *deciſ.* 167. *n.* 3. *poſt conſ.* Farin. *lib.* 1. *& dec.* 534. *n.* 4. *p.* 1. *recent.*

175 Cæterum & ſi regulariter Sententia excommunicationis, judicialiter lata, dicatur interlocutoria, Felyn. *in c. Sacro. n.* 1. *verſ. nota quod Judex de ſen. excommun.* Burat. *dec.* 760. *num.* 2.

176 Cum tamen contineat damnum irreparabile, datur ab ea appellatio, Duen. *reg.* 52. *limit.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. Gloſ. 9 §. 1. *in adnot. n.* 197. cum aliis allegatis per Ferentil. ad Burat. *d. dec.* 760. *num.* 4.

177 Sed Nihilominus, cum Sententia excommunicationis, ſeu alterius, cenſuræ, trahat ſecum exequutionem, ſeu exequutio per appellationem non ſuſpenditur *c. Paſtoralis* §. *verum quia de appell. c. per tuas de ſent. excom. c. is cui*, 20. *de Sent. excommun in* 6. Felyn. *in c. Rodulphus num.* 43. *verſ. operabitur, de reſcript.* Maran. *de ord. jud. p.* 6. *prin. act.* 2. *lim.* 32. *num.* 340. *& in* 4. *differentia lim.* 5. *num.* 167. Scac. *de appell q.* 17. *limit.* 22. *num.* 1. *ubi de communi & n.* 2. *& ſeq.* Genuen *in prax.* Archiep. *c.* 22. *n.* 2. Achil. *dec.* 9. *n.* 1. *de Sent. excommun.* Rot. *dec.* 3. *n.* 1. *par.* 2. *recent.*

Sed hoc primò non procedit, quoad effectum devo- 178 lutivum, Specul. *de appel.* §. *in quibus verſ. ſed dicis n.* 17. *lib* 2 Scac. *de appell d. q.* 17. *lim.* 22. *n.* 34.

Secundò non procedit in Sententia declaratoria ex- 179 communicationis, ſeu cenſurarum nàm à Sententia, qua quis declaratur, incidiſſe in excommunicationem, ſeu cenſura, datur appellatio etiam ſuſpenſiva, Gemin. *in clem.* 1. *col. ult. verſ. undecimo quæro*, ubi quod hoc eſt ſingulare, & utile in practica, & ibi etiam Imol. *num.* 21. *de ſeq poſſeſſ. & fruct.* quos refert & ſequtur Felyn. *in d. c. Rodulphus n* 43. *verſ. operabitur d reſcript. & in c. Paſtoralis num* 2. *de Sent. excom.* Maran *de ord. jud. d. p.* 6. *act.* 2. *lim.* 5. *num.* 169 Aufret. *ad Cappell. Toloſ. q.* 299. *verſ.* 4. Scacc *de appell d. q.* 17. *lim* 22. *num* 31. Genuen. *in prax.* Archiep *d. c.* 22 *n.* 1 Put. *dec.* 27. *n.* 1. *& n.* 4 *lib.* 3. Rot. *deciſ.* 100. *num.* 3. *par.* 1 *diver.* Archil. *deciſ.* 4. *num.* 7. *de ſent. excomm.* Rot. *dec.* 3. *n.* 1. *p.* 2. *& deciſ* 248. *num.* 2. *verſ hinc videtur, p* 3. *recent.*

Et ratio eſt, quia Judex, ferendo Declaratoriam, ſeù 180 declarando, aliquem incidiſſe in Sententiam excommunicationis, facilius poteſt errare Maran. *de ord. jud. d. p.* 6. *act.* 2 *n.* 169 Scac. *d. q.* 17. *lim* 22. *n* 88.

Sed hoc primò non habet locum, quando factum eſt 181 notorium, nàm tunc non licet appellare *c. provenit il primo de Appell.* Abb. Franc. *& alii, quos refert & ſequitur* Genuen. *in prax* Archiep. *d. c.* 22. *n.* 2. Lancel *de attent. appell. pend. limit.* 21. *num.* 27.

Secundò non habet locum, quando Declaratoria eſſet 182 lata virtute exequutorialium, & rei judicatæ, Lancell. *de attent. appell pend. d. lim.* 21. *num.* 17. Scacc. *de appell. lim.* 22. *nu.* 44. Archil. *dec.* 4. *num.* 13. *de ſent. Excommun.* Rot *dec.* 248. *nu.* 2. *p.* 3. *recent.*

Tertiò non habet locum in declaratione incurſus ex- 183 communicationis, & cenſurarum contra Obligatum in forma Cameræ, quia appellatio hoc caſu non ſuſpendit, Galleſ *de oblig. Camer q.* 36. *nu* 43. & ibi Zacch. *num.* 7. Lancell. *de attent appell. pend d. lim.* 21 *p.* 26. Scac. *de appell. d q.* 17. *lim* 22. *nu.* 45. *& ſeq.* ubi de hoc reddit rationem.

Tertio concluſio quod ab excommunicatione non detur 184 appellatio, non procedit, quando ſententia lata eſt ſub conditione, vel in diem, quia tunc appellatio interpoſita ante conditionem, vel diem, etiam poſt decennium, ſuſpendit excommunicationem, *c. præterea il ſecondo, ubi omnes de appell.* Genuen. *in prax.* Archip. *d. cap.* 22. *nu.* 2. *verſ. declara ſeptimo*, Scacc. *de appell. d. q.* 17. *lim.* 22. *n.* 13. Rot. *dec* 248. *nu.* 1. *par.* 3. *recent.*

Sed hoc primò non habet locum in excommunicatio- 185 ne, & cenſuris latis pro exequutione rei judicatæ, quia *tex. in d. c. præterea* de his non loquitur, Rot. *d. dec.* 148. *n.* 2. *p.* 3. *recent.*

Secundò non habet locum, quando ſententia fuit lata 186 cauſa ferendi teſtimonium, juxta *tex. in c. veniens, de Teſt.* Bald. *in c.* 2. *nu.* 4. *de Teſt. cogn.* Genuen. *in prax.* Archiep. *d. c.* 22 *num.* 8.

Quartò non procedit in ſententia excommunicationis lata poſt impoſitam legitimam appellationem *c. licet de ſent excom. in* 6. *c. dilecti in ſecunda*, ubi Gloſſ. & DD. *de appell.* Angel. *conſ.* 188. *num.* 1. *& ſeq.* latè Scac. *de appell. d q.* 17. *lim.* 22. *num.* 54. Lancell. *de attent. pend. lim.* 26. *num.* 5. Genuen. *in prax.* Archip. *d. c.* 22. *n.* 2. *verſ. declara ſexto.*

Sed hoc primò non habet locum appellatione de- 188 ſerta, nàm tunc excommunicatus poteſt denunciari, *d. c. licet de ſent. excom. in* 6.

Secundò non habet locum, quando cauſa eſt com- 189 miſſa appellatione remota, quia excommunicatio lata poſt appellationem eo caſu non eſt nulla, Abb. & Franc. *in c. paſtoralis in princ de appel.* Genuen. *in Prax. Arch. d. c.* 22 *num.* 2. *verſ. declara* 6. Scac. *de appell. d. q.* 17. *limit.* 22. *num.* 59.

Quintò non procedit, quando quis fuit excommuni- 190 catus ignorans, quod fieri poteſt, *cap. ad Apoſtolica, & c. illud de Cler. excommunic. miniſt.* nàm ſi is à die notitiæ appellet, impedit denunciationem *cap. dilectus, de appell.* Franc. *in c. Paſtoralis*, §. *verum num.* 26. *de appell.* Lancell. *de attent. appell. pend. lim.* 21. *num.* 19. Aufret. *ad Capell. Toloſ. quæſt.* 299. *verſic.* 3. *fallit*, Scac. *de appellat. dicta quæſt.* 17. *limit.* 22. *num.* 15.

Gen.

Digitized by Google

Genuen. *in prax. d. capit.* 22. *numer.* 2. *verſ. declara quarto.*

191 Sextò non procedit, quando Judex delegatus detulit appellationi, *cap. cum appellationibus, de appellat. in* 6. vel appellatio fuiſſe à ſuperiore recepta, *cap. Paſtoralis, §. præterea offic. deleg.* Aufrer. *ad Capell. Toloſ. d. quæſt.* 299 *verſ. aut ante, & verſ fallit,* Genuen *in prax. d. cap.* 22. *n.* 2. *verſ. declara quinto,* Scacc. *de appellat. dicta quæſt.* 17. *limit* 22. *n.* 14 Achill. *dec.* 4 *n.* 4. *de Sententia excommunicat.*

192 Septimò non procedit, quando excommunicatus in plus ligaretur, prout in caſu, *c. tua de Sent excomm.* in quo incendiarius poſtquam eſt declaratus excommunicatus, non abſolvitur niſi à Papa licèt ante declarationem non eſſe de neceſſitate à ſolo Papa abſolvendus, nàm tunc, poſt appellationem non poteſt denunciari, ex quo in plus ligatur, Aufrer. *ad Capell. Toloſ. dicta quæſt.* 299. *verſ. ſecundo fallit.* Scacc. *de appell. quæſt.* 17. *limit.* 22. *num.* 21. Genuen. *in Prax. cap.* 22 *n.* 2, *verſ. declara ſecundo.*

193 Octavò non procedit, quando ſententiam contineret intollerabilem errorem, prout ſi diceret, excommunicamus Titium, quia non furatur vel quia facit eleemoſynam, vel quid ſimile, *cap. per tuas, ubi* Gloſ. *in verbo intolerabilem, de Sent. excommun. cap. licet, de Sent. excomm. in* 6. Farinacc. *quæſtionum crimin quæſt.* 101. *n.* 69. Scacc. *de appell. quæſt* 17. *limit.* 22. *n.* 53.

194 Nonò non procedit, quando in partibus fuerunt fulminatæ cenſuræ per exequutorem, quia per appellationem omnia per exequutorem geſta reſolvuntur in vim citationis. Etenim exequutor non poteſt aliquid facere contra reſiſtentes de jure, licèt ſecus contra rebelles nec poſſeſſor tenetur ad ſimplex verbum exequutoris dimittere jus ſuum indefenſum ubicumque declaratoria non venit poſt rem judicatam, Achill. *dec.* 4. *num.* 10. *& ſeqq. de Sent. excomm.*

195 Decimò non procedit in ſuſpenſione, vel interdicto à beneficio, aut Pontificalibus, ſeù ab uſu Pallii, quia appellatio impedit effectum Sententiæ quoad iſta, Scacc. *de appell. quæſt* 3. *n.* 67 *& n* 68. *& quæſt.* 17. *lim.* 22 *num.* 60.

196 Undecimò non procedit in ſuſpenſione, & interdicto latis in pœnam per ſententiam, quia ſuſpenduntur per appellationem, ſecus quando feruntur in contumaciam, Abb *& alii, quos refert, & ſequitur* Genuen. *in prax. d. c* 22 *num* 3.

197 Duodecimo non procedit, quando Judex ad quem præcipit, excommunicatum non denunciari, vel denunciari non excommunicatum, niſi interveniſſet manifeſta offenſa, quia tunc pars adverſa, audiretur, cum tali caſu appellatio non teneat, *cap. conſuluit, & cap. pervenit de appell.* Genuen *in prax. d. c* 22. *num.* 2. *verſ. declara octavo.*

198 Decimò tertiò non procedit in præcepto ſub pœna excommunicationis, ſivè judicialiter, ſivè extrajudicialiter facto, quia appellatione interpoſita, quis non poteſt denunciari, *cap dilecti, il ſecondo, ubi* Abb *& alii, de appell.* Ang. *conſ.* 188. *n.* 1. *& ſeq.* Muran. *de ord. Jud p.* 6. *act* 2. *princ. num* 170. cum aliis cumulatis per Scacc. *de appell d. q.* 17. *lim* 22. *n* 47. *& ſeqq.*

De Cauſis Penſionum. Pars II. Cap IX.

S U M M A R I U M.

1 *In Tribunali A.C. ſæpe agitur de exequutione literarum Apoſtolicarum occaſione penſionis Eccleſiaſticæ ideo de cauſis penſionis in ſpecie agitur,*

2 *Contra, obligatum in forma Cameræ ad ſolutionem penſionis, doctoſaltem de Clericatu proceditur via exequutiva.*

3 *Literæ penſionis, quæ indigent juſtificatione ſunt juſtificandæ, ut ad illarum exequutionem procedi poſſit.*

4 *Exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem poteſt petere manutentionem, & quomodo tunc proceſſus conficiendus ſit.*

5 *Spoliatus quaſi poſſeſſione exigendi penſionem poteſt intentare interdictum recuperandæ, & quomodo, tunc debeat conficere proceſſum.*

6 *Contra Hæredes Beneficiati, pro terminis decurſis non ſolutis conficitur proceſſus ordinarius.*

7 *Contra eum, qui conſenſit reſervationi penſionis, & ejus Succeſſorem in beneficio proceditur via Monitorii, & quando.*

8 *In materia tranſlationis penſionis proceditur via Monitorii, & quando, & quomodo.*

9 *Monitorium etiam pro tranſlatario, quando penſio antiqua non fuit extincta, contra eum, qui penſionis reſervationi conſenſit, & ejus formula.*

10 *Monitorium pro Tranſlatario quando penſio antiqua fuit extincta, & alia de novo creata, & ejus formula.*

11 *Monitorium in materia penſionis quomodo & contra quem exequendum ſit, & quomodo facienda exequutionis relatio in Curia.*

12 *Adnotatio exequutionis Monitorii in actis, & ejus formula.*

13 *Monitorium extra Curiam perſonaliter exequutum reproducitur in actis cum fide exequutionis à tergo.*

14 *Reproductio Monitorii in partibus exequutivo & ejus formula.*

15 *Negatio monitorii debet fieri infra triduum, & ſic in termino præfixo.*

16 *Proteſtatio ſuper negatione Monitorii, & ejus formula.*

17 *Clauſula,* conſilio, *aut ſimilis indigens juſtificatione exiſtens in Literis penſionis, eſt illis in actis productis una cum clericatu penſionarii, juſtificanda ſervatis ſervandis.*

18 *In Judicio ſuper Tranſlatione penſionis quid probandum ſit.*

19 *Reo Jura, vel Articulos ad ſuas exceptiones probandas in materia penſionis in actis producente, quomodo actor proteſtari, & Judex ad admiſſionem procedere debeat.*

20 *Commiſſaria Cameræ in cauſa exiſtente, quomodo procedendum ſit in materia penſionis.*

21 *Juſtificatis Literis penſionis, ſervantur termini ad docendum ſe paruiſſe.*

22 *Citationes, ſeu termini quatuor ad docendum ſe paruiſſe Literis Apoſtolicis, & Monitorialibus, & earum formula, & proceſſus.*

23 *Si ferenda ſit abſolutoria pro Reo in materia penſionis ſunt ſervandi termini ſubſtantiales, uti in beneficialibus, & deinde citanda pars ad videndum concluderi & ad Sententiam.*

24 *Actor juſtificatis Literis penſionis, & ſervatis terminis, ad docendum ſe paruiſſe poteſt citare ad Sententiam.*

25 *Citatio ad videndum deferri juramentum in ſupplementum & ad Sententiam in materia penſionis, & ejus formula, & proceſſus.*

26 *Cedula Sententiæ in materia penſionis, & ejus formula.*

27 *In Curiali ac Sententia contra eum, qui penſioni conſenſit vel ejus in Beneficio Succeſſorem, ſtatim expeditur Mandatum, & Cedulonus.*

28 *Mandatum exequutivum habet vim Sententiæ contra eum, cui penſioni conſenſit, vel ejus in Beneficio Succeſſorem.*

29 *Cedulonus contra eum, qui non paruit litteris Apoſtolicis, & penſionem non ſolvit in vim ſententiæ relaxatus, & ejus formula.*

30 *Si exequutio eſt facienda extra Curiam, expeditur mandatum exequutivum, & inſtrumentum declaratoriæ unico contextu*

31 *Mandatum exequutivum una cum inſtrumento declaratoriæ ad partes in materia penſionis, & ejus formula.*

32 *Si penſio antiqua fuit in tranſlatione extincta, & alia de novo creata, cedula Sententiæ conficienda eſt ſuper immiſſione, juxta formam monitorii.*

33 *Cedula Sententiæ ſuper immiſſione in poſſeſſionem, vel quaſi exigendi penſionem, & ejus formula.*

34 *Si pars adverſa non obtinet ſuperſeſſoriam ſtatim lata ſententia ſuper immiſſione in poſſeſſionem, vel quaſi exigendi penſionem, poteſt expediri mandatum.*

35 *Man-*

35 *Mandatum de immittendo, & exequutiuum virtute ſententiæ latæ ſuper immiſſione in poſſeſſionem, vel quaſi exigendi penſionem, & eius formula.*

36 *Aliud ſimile mandatum, quando exequutio facienda eſt extra Curiam, & eius formula.*

37 *Appellare volens à ſententia lata pro exequutione literarum penſionis, debet, obtenta ſuperſeſſoria, adire plenam Signaturam, parte citata, interpoſita prius appellatione coram judice à quo infra decem dies.*

38 *Appellatio interponenda coram Judice à quo, & eius formula, ac reſponſio iudicis.*

39 *Cedula appellationis interponendæ coram judice à quo, & eius formula.*

40 *Commiſſio appellationis à ſententia lata ſuper exequutione literarum penſionis in plena Signatura proponenda, & eius formula.*

41 *Signatura in materia exequutionis literarum penſionis reſcribit cum clauſula,* ſine retardatione &c. *ſed ſi Sententia eſt nulla, vel iniuſta, vel literæ non ſint juſtificatæ, reſcribit pro appellatione ſimpliciter.*

42 *Penſio accipitur pro ea, quam quis conſequitur ex re propria, de qua hic non agitur.*

33 *Penſio accipitur etiam pro ea, quam quis conſequitur ex re aliena, prout eſt penſio Eccleſiaſtica, de qua agitur.*

44 *Penſio unde dicatur.*

45 *Penſio quo jure introducta.*

46 *Penſio qua ratione inuenta.*

47 *Penſio quid ſit.*

48 *Penſio alia temporalis, alia perpetua, & quid ſit temporalis, & perpetua penſio.*

49 *Penſio licita, quæ, & quando ſit.*

50 *Penſio illicita, quæ & quando dicatur.*

51 *Penſio Eccleſiaſtica ut reſervari poſſit, requiritur poteſtas in reſervante.*

52 *Papa ampliſſimam, & omnimodam poteſtatem habet in beneficialibus.*

53 *Papa poteſt reſervare penſionem ſuper fructibus Beneficii, etiam ſine cauſa de poteſtatis plenitudine.*

54 *Papa de poteſtate ordinaria non poteſt imponere penſionem ſine cauſa.*

55 *Inferior à Papa, prout legatus vel Epiſcopus, non poteſt conſtituere penſionem ſine cauſa, ſecus cum cauſa, & pro bono pacis.*

56 *Cauſæ iuſtæ imponendi penſionem quot, & quæ ſint.*

57 *Penſio ut conſtitui poſſit, requiritur capacitas Penſionarii.*

58 *Excommunicatus ante abſolutionem eſt incapax penſionis, & redditunm Eccleſiaſticorum*

59 *Purus Laicus eſt incapax penſionis Eccleſiaſticæ.*

60 *Penſio de Stylo Curiæ non reſervatur, niſi capacibus Beneficiorum.*

61 *Penſio reſervata alicui, uti Clerico, ſi is eo tempore non erat talis, eſt nulla, etiamſi poſtea efficiatur.*

62 *Laicus de jure communi, eſt capax penſionis, etiamſi ſit uxoratus.*

63 *Penſio, licet dicatur Eccleſiaſtica, videtur quid temporale nihil habens ſpiritualitatis, licet ſpiritualitati annexum ſed hodie dicitur res Eccleſiaſtica & nu. 64.*

64 *Pater ſuper penſione Filii nullam habet adminiſtrationem, & idem de ea iudicatur, quod de Beneficio.*

65 *Papa poteſt reſervare alicui penſionem, uti Laico.*

66 *Papa in dubio non præſumitur voluiſſe alicui reſervare penſionem, ut Laico.*

67 *Penſio reſervata à Papa motu proprio ob paupertatem, vel benemerita, alicui uti Clerico, valet etiamſi ille non ſit Clericus.*

68 *Penſio reſervata Equiti Hieroſolymitano valet etiamſi is non ſit Clericus, vel non conſtet de Clericatu.*

69 *Miles Lauretanus merus Laicus eſt capax ducentorum ducatorum penſionis.*

70 *Bigamus eſt incapax penſionis.*

71 *Penſio Eccleſiaſtica reſervata alicui Laico, valet etiam ſi ille ſit bigamus.*

72 *Qui contraxit cum Vidua, ante conſumatum Matrimonium per copulam carnalem, eſt capax penſionis.*

73 *Eques Sancti Stephani, etiam Bigamus, eſt capax quadringentorum ducatorum penſionis.*

74 *Clericus. Bigamus diſpenſatus eſt capax penſionis Eccleſiaſticæ.*

75 *Clericus Coniugatus, niſi fuerit diſpenſatus, eſt incapax penſionis Eccleſiaſticæ.*

76 *Miles Sanctorum Mauritii, & Lazari, etiam Coniugatus cum unica tantum, & Vergine eſt capax quadringentorum ducatorum penſionis.*

77 *Clericus Coniugatus eſt capax penſionis, ſi penſio fuit ei aſſignata uti laico.*

78 *Filius illegitimus eſt incapax penſionis ſuper fructibus Beneficii paterni.*

79 *Illegitimus eſt capax penſionis reſervata ante Concilium ſuper fructibus beneficii paterni.*

80 *Pater Clericus habens facultatem transferendi penſiones, poteſt illas transferre, etiam in Filium illegitimum, & quare.*

81 *Illegitimus regulariter eſt penſionis incapax.*

82 *Illegitimus prævia diſpenſatione effectus Clericus, eſt capax penſionis Eccleſiaſticæ.*

83 *Eques Sancti Stephani, etiam illegitimus, poteſt retinere penſiones uſque ad ſummam quadringentorum ducatorum.*

84 *Mulier eſt incapax penſionis, niſi ſit penſio, quæ datur ob benemerita, nam illius eſt capax, ſicut Abbatiſſatus, & huiuſmodi.*

85 *Fratres Tertii Ordinis ſunt incapaces penſionis, ſed ſi eis detur ob benemerita ſunt capaces, ſicut quilibet Laicus.*

86 *Capacitas penſionis non ex ſolo Clericatu, ſed etiam ex pia, & rationabili cauſa elicitur.*

87 *Infans eſt capax penſionis.*

88 *Penſio reſervata cum narrativa, quæ non cadit in Infante, nulla facta mentione infantilis ætatis, eſt ſubreptitia etiamſi alias talis ætatis expreſſio non ſit neceſſaria.*

89 *Expreſſio ætatis infantilis in reſervatione penſionis non requiritur, ſi Infans fuit ante diſpenſatus ad Clericatum, quo caſu ei aſſignatur penſio uti Clerico.*

90 *Expreſſio ætatis infantilis non eſt neceſſaria, quando ei reſervatur penſio, uti laico, cum tunc non ſit de eſſentia ætas ſeptennii, quæ requiritur ad ſuſcipiendam primam Tonſuram.*

91 *Si penſio reſervatur ſuper beneficio Iuriſpatronatus, eſt de hoc facienda mentio in reſervatione, & quare.*

92 *Papa poteſt ſuper beneficio Iuriſpatronatus reſervare penſionem etiam ſine conſenſu Patroni, dummodo in reſervatione fuerit Iuriſpatronatus facta mentio.*

93 *Si Papa non habet notitiam Iuriſpatronatus reſervatio penſionis ſine conſenſu Patroni non valet.*

94 *Penſio eſt onus reale, quod ſequitur quemcumque fructuum Perceptorem, & Detentorem.*

95 *Camera, vel Oeconomus percipiens fructus, tenetur ad penſionis ſolutionem.*

96 *Qui ſentit commodum debet ſentire incommodum.*

97 *Penſio ſicut imponitur ſuper fructibus, ità ſolui debet ex fructibus Beneficii.*

98 *Titularis, qui abſque eius culpa aliquo tempore fructus Beneficii non habuit, non tenetur pro eo tempore ad penſionis ſolutionem.*

99 *Penſio non debetur pro rata temporis, ſed pro rata fructuum*

100 *Penſionis ſolutio regulatur iuxta terminos, l. defuncta, ff. de uſufruct.*

101 *Si mortuo Titulari fructus pervenerunt partim ad Succeſſorem in Beneficio, & partim ad Cameram, tunc Succeſſor, & Camera pro rata fructuum tenentur ſoluere penſionem.*

102 *Rota non admittit, quod Succeſſor, qui fructus non habuit, teneatur ad penſionis ſolutionem, niſi factis diligentiis contra eum, qui fructus percepit.*

103 *Succeſſor in beneficio, qui ſoluit, penſiones, licet fructus non habuerit non poteſt ob ſolutionem factam retinere terminos ſequentes.*

104 *Solutio penſionis dividitur in duos terminos, gratia commodioris ſolutionis.*

105 *Annus in ſolutionem penſionis computatur à die reſervationis*

vationis illius, & actio oritur ad totum in principio anni.

106 Si penſio eſt anticipata, utpote, quia inter diem reſervationis & primi termini nulli poſſunt colligi fructus, beneficiatus tenetur illam ſolvere, etiam ſi fructus non habuerit, alias tenetur ſolvere integram ex fructibus perceptis, vel pro rata.

107 Penſionis pro conſequutione competit via executiva, ob reverentiam Literarum Apoſtolicarum.

108 Narrativa in Literis penſionis pro obtinenda Gratia Clericatus, valor, & contenta ſub clauſula, ut aſſeris, ſunt verificanda, pro exequutione illarum obtinenda.

109 Gratia ſemper intelligitur, ſi preces veritate nitantur, ideò à Penſionario iuſtificanda.

110 Contra eum, qui conſenſit reſervationi penſionis non eſt neceſſe iuſtificare gratiam, niſi illa ſit conditionalis.

111 Penſionarius exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi, non tenetur iuſtificare Gratiam, niſi conſtaret de non reſervatione.

112 Penſionarius, exiſtens in pacifica poſſeſſione exigendi triginta annorum, non tenetur iuſtificare gratiam, quia literæ præſumuntur iuſtificatæ.

113 Penſionarius non tenetur iuſtificare Gratiam, quando Papa aſſignavit penſionem motu proprio, nec tunc admittitur probatio in contrarium, licet cauſa aſſignationis non ſit vera.

114 Penſionarius ſi ultra conſenſum, adeſt obligatio Cameralis, & Gratiam eſt pura, non tenetur aliquid iuſtificare.

115 Penſionarius contra Succeſſorem in Beneficio reſignato tenetur de aliquo iure docere, non autem illud iuſtificare.

116 Narrativa iuris reſſi, quando adeſt clauſula, quod penſio debeatur, etiam ſi Cedenti nullum ius competeret, non indiget iuſtificatione.

117 Parte non opponente ſolum ſunt iuſtificanda ea, quorum falſitas vitiaret, vel quorum expreſſio Papam ad gratiam concedendam facilius movifſet.

118 Clauſula, dummodo, facit gratiam conditionalem, & ob id debet à Penſionario iuſtificari.

119 Clauſula dummodo, eſt iuſtificanda à penſionario, etiam ſi quis penſioni conſenſerit, & quare.

120 Clauſula, dummodo, requirit plenam, & concludentem probationem, etiam Parte non opponente.

121 Iuſtificatio clauſulæ, dummodo, debet continuo durare, alias ſupplendum ex penſione, quod deeſt Titulari, detractis oneribus neceſſariis.

122 Penſionarius in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem exiſtens, non tenetur iuſtificare gratiam, etiam conditionalem, ſi agatur poſſeſſorio, ſecus ſi agatur petitorio.

123 Clauſula, dummodo, ex ſpacio triginta annorum præſumitur iuſtificata.

124 Si penſio eſt reſervata purè, onus probandi non remanere centum, vel mille ſpectat ad Titularem.

125 Clauſula, dummodo, appoſita reſervationi, non autem poſita poſt reſervationem, eſt iuſtificanda.

126 Clauſula, ſi ita eſt, vel ſi preces veritate nitantur, non facit gratiam conditionalem, nec egre iuſtificatione.

127 Conſenſus Titularis in penſionis reſervatione requiſitus non poteſt ſuppleri à Papa.

128 Conſenſus Titularis, in penſionis reſervatione requiſitus, poteſt ſuppleri à Papa ex cauſa motu proprio, dummodo clare conſtet, eum id facere voluiſſe.

129 Si Papa facilius motus fuit ad penſionis reſervationem ex conſenſu Titularis cauſali, ille debet probari, etiam ſi Papa poſtea derogaverit regulæ de conſenſu, nam derogatio intelligitur de formali.

130 Solutio penſionis non impeditur per exceptiones requirentes indaginem.

131 Solutio penſionis non impeditur ex clauſula, arbitrio, ſi literæ ſunt iuſtificatæ, vel non egent iuſtificatione.

132 Exceptio oriens ex ventre literarum impedit ſolutionem penſionis.

133 Nullitas oriens ex ventre literarum, ſicut gratiæ conditionalis, impedit ſolutionem penſionis.

134 Solvens alicui penſionem, & deinde ex mera voluntate ſolvere negans dicitur ſpoliare, ſecus ſi id facit ob impotentiam.

135 Negans ſolvere penſionem ex iuſta cauſa non dicitur ſpoliare.

136 Qui negat ſolvere penſionem, non dicitur ſpoliare, ſi penſionarius non habet ſe pro ſpoliato.

137 Exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi penſiones, qui non habet ſe pro ſpoliato, competit Manutentio.

138 Qui habuit ſe pro ſpoliato, habet remedium reintegrationis.

139 Etiam contra Succeſſorem in beneficio.

140 Si ante expeditionem literarum Apoſtolicarum penſionem exigi contingat, penſio eſt nulla, & quare.

141 Literæ dicuntur expeditæ ſtatim, ac ſunt plumbatæ.

142 Penſionarius Clericus tenetur recitare officium parvum Beatæ Virginis Mariæ.

143 Penſio finitur morte naturali ipſius penſionarii.

144 Penſio finitur morte civili penſionarij, ut per profeſſionem in Religione emiſſam.

145 Penſio finitur per promotionem ad Epiſcopatum niſi ſit aſſignata pro ſervitio impenſo, vel impendendo.

146 Penſio finitur per Militiam, niſi ſit aſſignata pro ſervitio impenſo, vel impendendo.

147 Penſio finitur extinctione.

148 Penſio poteſt caſſari coram Notario, & Teſtibus, maximè accedente beneplacito Papæ.

149 Penſio non extinguitur per contractum Matrimonij.

150 Etiam non ſequuta copula carnali.

151 Etiamſi Matrimonium ſit nullum, dummodo nullitas non proveniat ex defectu conſenſus penſionarij.

152 Penſionarius habens Matrimonium pro contracto quantum in ſe eſt habet penſionem pro derelicta, & quare.

153 Penſio non extinguitur per Sponſalia de futuro.

154 Penſio non extinguitur per contractum Matrimonij, quando fuit reſervata uti laico, vel ob benemerita.

155 Penſio ex diſpenſatione Apoſtolica poteſt retineri ab Vxorato.

156 Eques Sancti Stephani etiam Vxoratus eſt capax penſionis, uſque ad ſummam quadringentorum ducatorum.

157 Miles Sanctorum Mauritij, & Lazari, etiam ſi Vxorem duxerit, poteſt retinere penſiones, uſque ad ſummam quadringentorum ducatorum.

158 Miles Lauretanus poteſt retinere penſiones, uſque ad ſummam ducentorum ducatorum, & eas transferre, etiamſi duxerit Vxorem.

159 Tranſlatione finitur penſio antiqua, & creatur nova.

160 Penſio tranſlata reſpectu ſubſtantiæ dicitur antiqua reſpectu verò Tranſlatarij dicitur nova.

161 Tranſlatio penſionis quid ſit.

162 Tranſlatarius poteſt agere non ſervatis terminis, ſed ſola citatione ad ſolvendum.

163 Tranſlatarius poteſt agere prævio Monitorio ſervatis quatuor terminis, ad docendum ſe paruiſſe, ut praxis obſervat, nec ideo cauſa deſinit eſſe exequutiva.

164 Tranſlatarius in quaſi poſſeſſione exiſtens, eo quia exegit penſiones ab eo, qui conſenſit reſervationi, poteſt agere Literis non iuſtificatis, alias ſecus.

165 Tranſlatario, qui nunquam exegit, quando, antiqua penſione extincta, fuit nova in tranſlatione creata, Rota non dat manutentionem, ſed immiſſionem.

166 Stante longiſſima quaſi poſſeſſione exigendi Transferentis, poteſt Tranſlatarius agere illius literis non iuſtificatis, & quare.

167 Tranſlatarius debet eſſe Clericus de tempore tranſlationis, quando fuit ei reſervata penſio uti Clerico.

168 Penſio reſervata per inferiorem ipſo ſummo Pontifice finitur morte Titularis conſentientis.

169 Termini decurſi non ſoluti ante mortem penſionarij tranſmittuntur ad eius Hæredes.

170 Etiam mortuo penſionario ante maturatum terminum, ſi fructus tempore eius mortis erant recollecti.

171 Terminus penſionis tranſmittitur ad Hæredes penſionarij pro rata fructuum perceptorum tempore eius mortis.

172 Succeſſor non tenetur pro terminis penſionis decurſis tempore prædeceſſoris, niſi factis diligentiis iudicialibus,

bus, & continuatis contra illius Hæredes.

173 *Factis diligentiis contra anteceſſorem, termini penſionis ejus tempore decurſi debeat ſolvi reſervata Congrua à Succeſſore.*

174 *Si quod Cameræ remanſit, & quod Succeſſor accepit, non eſt ſatis pro penſionario, poteſt hic agere contra Hæredes Anteceſſoris, etiamſi aliquid ex gratia Principis percepiſſent à Camera.*

175 *Contra Hæredes beneficiati proceditur via ordinaria, non exequutiva.*

176 *Literæ Apoſtolicæ originales reſervationis penſionis ſunt intimandæ, ſed hodie, quicquid fuerit olim reſervatum, praxis obſervat, ut citè procedatur, intimatis literis in Monitorio inſertis, ac illo poſtea reproducto, & literis originalibus in actis exhibitis, citata parte, ſervatis ſervandis.*

177 *Signatura in cauſis appellationum in materia penſionis reſcribit cum clauſula,* ſine retardatione.

178 *Idque ob honorem literarum, & ad obviandum malitiæ recuſantium ſolvere penſionem.*

179 *Signatura ex cauſa ob exceſſum, committit cauſas appellationis in materia penſionis ad utrumque effectum.*

180 *Si in materia penſionis ſit actum via ordinaria datur appellatio ad utrumque effectum.*

181 *Penſione ſub conditione, vel modo reſervata, ante conditionis implementum, vel modi verificationem datur in hac materia appellatio ad utrumque effectum.*

182 *Penſione reſervata ab inferiore à Papa, niſi authoritas Papæ superveniat, vel penſionarius ſit in quaſi poſſeſſione exigendi, datur appellatio ad utrumque effectum.*

183 *Si penſionarius poterat agere, & longo temporis ſpacio penſionem non petiit, datur appellatio ad utrumque effectum.*

184 *Si ex ventre Literarum oritur exceptio, ex qua conſtat de non jure penſionarii, datur appellatio ad utramque effectum.*

185 *Exceptio ad effectum appellationis ſuſpenſivæ dicitur oriri ex ventre literarum, quando penſio fuit reſervata ſub conditione, ex cujus defectu conſtat de non reſervatione.*

186 *Si literæ reſervationis penſionis non ſunt expeditæ, nec conſtat de quaſi poſſeſſione exigendi, datur appellatio ad utrumque effectum.*

187 *Si penſio fuit ab Epiſcopo impoſita ſuper fructibus beneficii de jurepatronatus, ſine conſenſu patroni, quod facere poteſt, datur appellatio ad utrumque effectum.*

188 *Si penſio reſervata, ſuper pluribus beneficiis, quæ deinde pervenerunt ad diverſas perſonas, & penſionarius agit contra unum in ſolidum non datur clauſula.* ſine retardatione, *& quare.*

189 *Si Translatarius tranſtulit penſionem in alium cum ſolo conſenſu beneficiati datur appellatio ad utrumque effectum, ſecus ſi id fecit etiam authoritate Apoſtolica interveniente.*

190 *Si fuit pronunciatum contra reſervationem & literæ Apoſtolicæ ſunt vulneratæ, datur appellatio ſuſpenſiva.*

191 *Si rector beneficii expendit pro reparatione, & prætendit quod penſionarius contribuat expenſis, vel ſolutioni ſubſidii charitativi, vel decimæ Papalis, non datur clauſula,* ſine retardatione, *niſi penſio ſit exempta ab oneribus hujuſmodi.*

192 *Si penſio eſt impoſita per arbitros electos, & ſucceſſor in beneficio vult eam redarguere de nullitate, & petit cauſam committi ſuper invaliditate, non conceditur clauſula,* ſine retardatione.

193 *Conceſſa facultate transferendi penſionem, dummodo intimetur translatio infra certum tempus, penſione translata, & intimatione non facta, ſi petitur, committi cauſam nullitatis, vel extinctionis non datur clauſula,* ſine retardatione.

194 *Si Penſio fuit reſervata alicui uti Clerico, & poſtea compertum, eum eſſe ſimplicem Laicum, non conceditur clauſula,* ſine retardatione.

195 *Si commiſſio in prima inſtantia fuit ſignata ſine clauſula, datur in ſecunda inſtantia clauſula* ſine retardatione.

196 *Si Clericus penſionarius contrahit matrimonium, efficitur miles, non datur clauſula,* ſine retardatione *niſi ex diſpenſatione, aut privilegio fuiſſet illi conceſſa retentio penſionis.*

197 *Si fuit impoſita ſecunda penſio non facta mentione de prima ſecunda eſt nulla, etiam conceſſa motu proprio, nec datur clauſula,* ſine retardatione.

198 *Si agitur contra Oeconomum, & ſimile non datur clauſula* ſine retardatione.

199 *Si penſio corruit defectu cauſæ, ſeu eſt nulla ob invaliditatem reſignationis, non datur clauſula,* ſine retardatione.

200 *Clauſula, ſine retardatione ſolutionis penſionis, operatur ut Iudex non poſſit procedere ad ulteriora, niſi penſio fuerit ſoluta.*

201 *Si ex ventre Literarum oritur exceptio evidens, non reſervationis nullitatis vel extinctionis, impediens ſolutionem Judex poteſt procedere ad ulteriora non obſtante clauſula,* ſine retardatione.

202 *Clauſula* ſine retardatione, *ſemel conceſſa durat etiam in ſequentibus inſtantiis.*

203 *Si exceptio evidens extinctionis vel non reſervationis penſionis oritur ex ventre literarum clauſula.* ſine retardatione, *ſemel oppoſita non durat in ſequentibus inſtantiis.*

204 *Si totum negocium principale fuit commiſſum Judici ad quem clauſula* ſine retardatione, *ſemel appoſita non durat in ſequentibus inſtantiis.*

205 *Clauſula* ſine retardatione, *datur ubi literæ apoſtolicæ ſunt expeditæ pro illarum executione.*

206 *Clauſula,* ſine retardatione, *datur quando quis eſt in quaſi poſſeſſione exigendi.*

207 *Clauſula* ſine retardatione, *ſolutionis penſionis datur in iudicio Spolii.*

208 *Clauſula* ſine retardatione, *datur nè exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi ſpolietur.*

209 *Clauſula,* ſine retardatione, *præſervat in jurisdictionem Judicis à quo.*

210 *Exceptio oriens ex clauſula dummodo, non juſtificata, non dicitur oriri ex ventre literarum, ad impediendum effectum clauſulæ* ſine retardatione.

211 *Contrarium quod poſſit ſuperſederi, donec narrativa juſtificetur, videtur voluiſſe Rota.*

212 *Signatura ſolet aliquando reſcribere cum clauſula,* ſine retardatione ſolutionis penſionis, *arbitrio* Rotæ.

213 *Signatura ſolet aliquando reſcribere cum clauſula,* ſine retardatione ſolutionis penſionis, & ſine præiudicio legitimæ exequutionis, *arbitrio* Rotæ.

214 *Papa concedens Rotæ arbitrium procedendi cum clauſula, vel ſine videtur dare facultatem examinandi validitatem literarum reſervationis Penſionis.*

De Cauſis Penſionum Pars II. Cap. IX.

QUoniam frequenter in Tribunali A. C. agitur de exequutione Literarum Apoſtolicarum, occaſione Penſionis, *a*, Eccleſiaſticæ ſuper fructibus alicujus Beneficii reſervatæ, idcircò præſens caput in ſpecie de cauſis Penſionum hic ſubtexere, non ab re viſum fuit. 1

Pro Penſionis Eccleſiaſticæ conſequutione diverſimodè ſecundum facti contingentias procedi ſolet: Nam ſi agatur contra eum, qui Penſioni conſentiendo, ad illius ſolutionem ſe in forma Cameræ obligavit, tunc verificato ſaltem Clericatu competit via exequutiva, & conficitur proceſsus exequutivus, juxta ſuperius tradita in obligatione Camerali, *par.* 1. *capit.* 2. *& ſeqq.* 2

Animadvertendum in hoc tamen eſt, quod ſi in literis Apoſtolicis adſit aliqua conditio, vel quid aliud, quod juſtificatione indigeat, literæ ſunt in primis, & ante omnia juſtificandæ, aliàs nunquam ad illarum exequutionem procedi poteſt. 3

Circumſcripta verò Camerali obligatione, ſi actor 4
eſt in

eſt in quaſi Poſſeſſione exigendæ penſionis, poterit in tentando interdictum retinendæ petere Manutentionem in quaſi poſſeſſione exigendi, quo caſu conficiendus eſt proceſſus, ut inferiùs generaliter de interdicto retinendæ traderur, hac eadem no. 2. *ſub cap.* 12

5 Cæterum, ſi quis in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem exiſtens, fuerit illa ſpoliatus, vel pro ſpoliato ſe habuerit, tunc intentando remedium recuperandæ, proceſſum conficere debet, juxta inferius hac eadem, *ſecunda parte* tradita, *ſub cap.* 14. *de interd. recuper.*

6 Quod ſi agendum ſit contra Hæredes Beneficiati,
b pro terminis decurſis & non ſolutis, tunc proceſſus non erit exequutivus, ſed ordinarius, & conficietur prout de aliis cauſis ordinariis inferius tradetur, 3. *part. cap.* 2.

7 Circumſcripta verò, nedum obligatione Camerali, ſed etiam quaſi poſſeſſione exigendi, ſi agendum ſit contra eum, qui penſionis reſervationi conſenſit vel ejus in beneficio Succeſſorem, tunc procedendum erit,
8 ut infra prævio Monitorio. Quæ omnia † præmiſſa juxta ſuos caſus procedunt etiam, quando agitur de tranſlatione penſionis, & Monitorium, quaſi poſſeſſione exigendi ut ſupra circumſcripta, etiamſi agatur de tranſlatione abſque extinctione antiquæ penſionis ad favorem alterius, prout quando habens facultatem transfert penſionem coram Notario, & Teſtibus, confici poterit ut infra, & alias mutatis mutandis, juxta facti contingentiam.

9 De Mandato Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. A. C. ſivè R. P. D. NN ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. Clerici NN. principalis exponentis, quod alias ad favorem N. fuit ſuper fructibus, redditibus, & proventibus Eccleſiæ NN. authoritate Apoſtolica, reſervata annua penſio ſcutorum NN. (quæ fuit tranſlata in dictum Inſtantem, Penſio fuit, ut ſupra, tranſlata) prout in Literis Apoſtolicis deſuper, ſub plumbo, ut moris eſt, expeditis, tenoris infraſcripti; videlicet. *Innocentius, &c.*

Tenore igitur præſentium ſupradictæ Literæ Apoſtolicæ, & omnia, & ſingula ſupradicta in eis contenta intimentur, & notificentur NN. & NN ac aliis quibuſcumque, in exequutione præſentium nominan. & cognominan. et ad eorum, et cujuslibet eorum notitiam deducantur ad majorem cautelam, et alias omni meliori modo etc necnon.

Moneatur NN. Rector Eccleſiæ NN. exadverſo principalis, quatenus infra triduum, ſub pœnis quingentorum ducatorum auri A. C. applican. et pro aliis Mandati exequutivi, et in juris ſubſidium Excommunicationis, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, Cenſuris, et pœnis, etiam in dictis Literis Apoſtolicis contentis, debeat dicto inſtanti de omnibus et ſingulis dictæ annuæ penſionis terminis decurſis, et non ſolutis, et in futurum decurrendis, in loco, et terminis, ac modo, et forma in dictis litteris expreſſis, ſatisfeciſſe, et reſpondiſſe dictaſque Literas Apoſtolicas debitæ exequutioni demandaſſe, ac ſuos plenarios effectus ſortiri feciſſe, damnaque, expenſas, et intereſſe præmiſſorum cauſa, et occaſione paſſa, et incurſa, et in futurum patien. etc. et liquidan. etc. feciſſe; mandatumque executivum deſuper neceſſarium concedi, decerni, ac relaxari, et juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſſaria, et opportuna fieri vidiſſe, et alias omni meliori modo etc. Deducens etc. omne Jus, etc. implorans etc. dictiſque Literis Apoſtolicis, ac præſentibus noſtris Monitorialibus paruiſſe, et de paritione docuiſſe, etc. alioqui etc.

10 Sed ſi non agitur de tranſlatione penſionis abſque extinctione primæ, ſed ſumus in caſu, in quo penſio primo loco reſervata fuit extincta, et ad favorem Tranſlatarii altera de novo creata, Monitorium ut infra ſuper immiſſione, et alias mutatis mutandis, conficiendum eſt videlicet.

De mandato Illuſtriſs. et Reverendiſs. D. A. C ſive R. P. D. NN ejus in Civilibus Locumtenentis, et ad inſtantiam NN. Clerici NN. principalis exponentis, quod alias ad ejus favorem fuit ſuper fructibus, redditibus, et proventibus Eccleſiæ NN. authoritate Apoſtolica reſervata annua penſio ſcutorum NN. ad favorem N. qui tranſtulit in perſonam d. Inſtantis, prout in literis Apoſtolicis deſuper ſub plumbo, ut moris eſt, expeditis tenoris infraſcripti, videlicet *Innocentius Papa X. &c.*

Tenore præſentium ſupradictæ Literæ Apoſtolicæ, et omnia, et ſingula ſupradicta, et in eis contenta intimentur, et notificentur NN. et NN. et aliis quibuſcumque, in exequutione præſentium nominan. et cognominan. et ad eorum, & cujuslibet eorum notitiam deducantur ad majorem cautelam; et alias omni meliori modo etc. necnon.

Moneatur NN Rector Parochialis Eccleſiæ NN exadverſo principalis, quatenus infra triduum proximum, ſub pœnis 500 ducatorum auri C. A. applican. et pro illis Mandati exequutivi, et in Juris ſubſidium Excommunicationis etc. aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, et pœnis, etiam in dd. Literis Apoſtolicis contentis, debeat dictum NN. Tranſlatarium Inſtantem in realem, actualem, quietam, et pacificam poſſeſſionem, vel quaſi exigendi d. penſionem tranſlatam, in qua exiſtebat Transferens, immiſiſſe, impoſuiſſe, ac relaxaſſe, et immiſſum manutenuiſſe, defendiſſe, et conſervaſſe, ac immitti manuteneri, et conſervari feciſſe, et mandaſſe, ac d. NN. Tranſlatario inſtanti de omnibus, et ſingulis d. annuæ penſionis terminis decurſis, et non ſolutis, et in futuram decurrendis, in loco, modo, et terminis et modo, et forma in dictis Literis Apoſtolicis expreſſis, ſatisfeciſſe, et reſpondiſſe, dictamque tranſlationem, et literas Apoſtolicas præfatas debitæ exequutioni demandaſſe, et ſuos plenarios effectus ſortiri feciſſe, juxta illarum formam, et tenorem, damnaque, expenſas, et intereſſe præmiſſorum cauſa et occaſione paſſa, et incurſa, et in futurum patien. ac liquidan. etc. refeciſſe, Mandatumq; de immittendo, manutenendo, et exequutivum, ac aliud deſuper neceſſarium, et opportunum concedi, decerni, et relaxari, jus, et juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſſaria, et opportuna fieri vidiſſe etc. Deducens etc. omne Jus etc. et implorans, etc. et alias omni meliori modo etc. dictiſque Literis Apoſtolicis, et præſentibus noſtris Monitorialibus paruiſſe, ac de paritione docuiſſe etc. alioquin etc.

Hoc monitorium eſt perſonaliter contra Titularem, 11
ſeù Rectorem Beneficii ſignanter, ſuper cujus fructibus fuit annua penſio reſervata exequendum per unum ex Sanctiſs. D. N. Papæ Curſoribus, quo in pede illius de exequutione fidem faciente, adnotatur in actis intimatio, et exequutio ejuſdem, his vel ſimilibus verbis, videlicet.

pro NN. contra NN. 12

Coram Domino, meque etc. NN. Sanctiſs D. N Curſor retulit, ſe ad inſtantiam NN. intimaſſe Literas Apoſtolicas, et perſonaliter monuiſſe NN. prout in folio, tenoris etc. omni etc.

Sed ſi Monitorium fuit expeditum extra Curiam 13
tunc illo in partibus per Nuncium perſonaliter exequuto una cum fide illius exequutionis à tergo reproducitur in actis ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. facto per compulſum etc. reproduxit 14
Monitorium in partibus; ut à tergo illius legitimè contra Partem adverſam exequutum prout in folio, tenoris, etc. omni etc.

Exadverſo, ſi quis Monitorium negare voluerit, po- 15
terit proteſtari infra triduum, et ſic in termino in Monitorio aſſignato, ut infra; videlicet.

Pro NN contra NN.

In Officio NN. & negando Monitorium, dixit ad pe- 16
tita, prout petuntur, non teneri, ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, et verificatis verificandis, alias etc. omni etc.

Veruntamen, ſi Actor ad ulteriora in executione 17
procedere voluerit, et in literis Apoſtolicis reſervationis Penſionis, quæ ſunt in actis Parte citata ad dicendum contra producendæ, adſit aliqua clauſula, *conſtito*, vel alia, quæ juſtificatione indigeat, illa una cum Clericatu Penſionarii, erit omninò juſtificanda, et poterit juſtificari per Scripturas, et per Teſtes, exhibitis in actis articulis opportunis, citata Parte ad dicendum contra Jura, vel contra Articulos juxta ſupe-

ſius tradita *p. 1. c. 2. p. 10. & ſeq. & c. 1. 2. & ſeqq.* et alias per legitima probationum genera.

18 Sed ſi agatur de tranſlatione Penſionis, ſunt exhibendæ Literæ Apoſtolicæ reſervationis Penſionis tranſlatæ, facultas transferendi, et inſtrumentum tranſlationis, necnon docendum de Clericatu Tranſlatarii, et probanda eſt Transferentis quaſi poſſeſſio exigendi Penſionem.

19 Quod ſi reus Jura, vel Articulos in actis exhibeat, ad ſuas exceptiones probandas, citata parte ad dicendum contra, tunc pro parte Actoris poterit fieri proteſtatio non admitti in præjudicium, et judex tunc jura, vel articulos non admittet, niſi cum ſolita clauſula *ſine tamen præjudicio &c.* juxta ſuperius tradita in cap. proximo præcedente *num. 12. & ſeqq.*

20 Et ſi forte Commiſſarius Cameræ aliquo caſu ſit in cauſa, erit citandus, et alia ut ſupra in eodem capite præcedente, et alias, ſecundum facti contingentiam, erunt circa illa facienda, et obſervanda.

21 Juſtificatis literis Apoſtolicis et probatis probandis, ut ſupra, obſervantur infraſcripti quatuor termini, unus poſt alium, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad docendum, ſe paruiſſe Literis Apoſtolicis, ac monitorialibus illarum virtute emanatis, primò pro prima dilatione, *&* ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive, etc.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, et obtinuit ſervari ſecundò pro ſecunda, omni etc.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad docendum, ſe paruiſſe Literis Apoſtolicis, et monitorialibus illarum vigore emanatis, ſecundò pro ſecunda dilatione, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive etc.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, et obtinuit, ut ſupra ſervari tertiò pro tertia, omni etc.

A. C. N.

22 Citetur NN. exadverſo principalis, ad docendum ſe paruiſſe Literis Apoſtolicis, & monitorialibus illarum vigore emanatis tertiò pro tertia dilatione, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, et obtinuit, ut ſupra, ſervari quartò pro quarta, omni &c.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad docendum, ſe paruiſſe Literis Apoſtolicis, et monitorialibus illarum virtute emanatis, quartò pro quarta, et ſuperabundanti dilatione, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, et obtinuit, ut ſupra omni etc.

23 Verùm, ſi aliquo caſu eſſet ferenda abſolutoria pro Reo, tunc non ſufficeret ad validitatem abſolutoriæ ſervare præfatos quatuor terminos, ſed opus eſſet ſervare terminos ſubſtantiales, prout in aliis Beneficialibus, videlicet, ad libellandum &c. juxta ſuperius tradita hac eadem *p. 2. c. 1. lit. I. verſ. in cauſis num 106.* ut etiam ſupra in c. proximè præcedente n. 19. innuimus, deinde ad videndum reiterati, & ad Sententiam, ut inferius dicetur *p. 3. c. 2. n. 17. & ſeqq.*

24 Cæterum Actor juſtificatis literis, & obſervatis dictis quatuor terminis, ad docendum ſe paruiſſe poterit citare ad Sententiam, ut infra videlicet.

A. C. N.

25 Citetur NN exadverſo principalis, ad videndum deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis quatenus opus ſit abſolvi Inſtantem à Cenſuris, ad effectum &c. concludendum concludique videndum in cauſa, & audiendam ſententiam definitivam in forma, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra &c deferri juramentum &c. qui tactis juravit etc. et ſententiari, prout in Cedula, quam Reverendiſſ. D. Locumtenens legit, ſubſcripſit, & mihi conſignavit, tenoris &c. ſuper quibus &c. præſentibus Sociis Teſtibus, &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Tenor Cedulæ contra eum qui penſioni conſenſit, vel ejus ſucceſſorem, etiam ad favorem Tranſlatarii, ſi penſio antiqua non fuit in tranſlatione extincta, & alia de novo creata, poteſt confici, ut infra videlicet.

Chriſti nomine Invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes per hanc noſtram definitivam ſententiam, quam de juris peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis in prima ſeù veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. actorem ex una, & NN. modernum Rectorem, & poſſeſſorem Beneficii NN. Reum conventum, partibus ex altera, de, & ſuper ſolutione annuæ Penſionis ducatorum ducentorum auri de Camera ad favorem dicti NN. Clerici ſuper fructibus d. Eccleſiæ, & Beneficii, auctoritate Apoſtolica reſervatæ *(vel ad favorem NN. alias ſuper fructibus dictæ Eccleſiæ, Authoritate Apoſtolica reſervatæ, & deinde in perſonam dicti NN. Actoris tranſlata)* illiuſque terminis decurſis, & non ſolutis, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, d. NN. Rectorem, & poſſeſſorem d. Beneficii ſententias, Cenſuras & pœnas, in Literis Apoſtolicis reſervationis dictæ penſionis, de quibus in actis contentas, ob illarum non paritionem, ac ejuſdem penſionis, illiuſque terminorum decurſorum non ſolutionem, damnabiliter incurriſſe, ac in eis incidiſſe, ipſumque, uti excommunicatum, & declaratum ab omnibus Chriſti fidelibus arctius evitandum, Literaſque declaratorias, in forma ſolita, & conſueta, ac Inſtrumentum deſuper neceſſarium, et opportunum, mandatumque exequutivum pro dictis terminis decurſis, & non ſolutis, concedimus, decernimus, & relaxamus, Victumque Victori in expenſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure impoſterum reſervamus, et ita dicimus pronunciamus, ſententiamus decernimus, et declaramus, non ſolùm præmiſſo, ſed omni alio meliori modo etc. 26

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

LataSētentia, ſtatim in Curia expeditur Mandatū exequutivū, necnon Cedulonus tenoris ſequentis videlicet. 27

Mandatum exequutivum.

De mandato Illuſtriſſ. et Reverendiſſ. D. A. C. ſive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, et ad inſtantiam NN. Clerici principalis Creditoris NN. in ſcutis NN Tenore Præſentium 28

Auferantur de bonis, de domo, vel aliundè D. NN, Rectoris, ac poſſeſſoris Beneficii NN. exadverſo principalis, bona valoris ſcutorum NN. monetæ debitorum pro terminis decurſis & non ſolutis annuæ penſionis, occaſione de qua in actis una cum Juliis NN. pro Expenſis præſentis mandati ablataque deponantur, ut moris eſt, ut ſubhaſtentur, ſi extent, ſin minus capiatur idem, et captus carceretur, et non relaxetur, donec etc. quoniam ipſo citato, in vim ſententiæ latæ in exequutionem Literarum Apoſtolicarum, de quibus in actis Reverendiſſ. D. ita mandavit hac die etc.

N Notarius. Locus † Sigilli N. Locumt.

Ad cujus mandati exequutionem proceditur juxta ſuperius tradita, *in prim. p. c. 6. & ſeqq. c. 14. & ſeqq.*

Cedulonus.

Dominus NN. Rector Eccleſiæ NN. hic, authoritate Apoſtolica denunciatur excommunicatus, alia ſque Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, et pœnas in Literis Apoſtolicis contentas, ob illarum non paritionem, et terminorum penſionis, de qua in actis, decurſorum non ſolutionem damnabiliter incurriſſe, et incidiſſe declaratur, et aliàs prout in Actis, Inſtante NN. Clerico NN. principali, ſive etc. 29

N. Notarius. Locus † Sigilli N. Locumt.

Sed ſi exequutio eſt facienda extra Curiam expeditur Mandatum exequutivum, nec non inſtrumentum Dela- 30

claratoriæ unien contextu ut infra videlicet.

31 Chriſtophorus Vidman Utriuſque Signaturæ Sanctiſs. D N. Papæ Referendarius, & Prothonotarius Apoſtolicus, necnon cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, ſententiarum quoque, & Cenſurarum, tam in Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac Literarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, & merus executor ab eodem Sanctiſs. ſpecialiter deputatus Univerſis, & ſingulis Dominis Abbatibus &c. ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi, immo veriùs Apoſtolicis, firmiter obedire Mandatis. Noveritis, quod lite, & cauſa coram Nobis inter NN. Clericum NN. Actorem ex una, & N N. Rectorem, & poſſeſſorem beneficii NN Reum Conventum ex altera partibus, & ſuper annua penſione ducatorum NN. ad favorem dicti NN. Clerici ſuper fructibus d. Eccleſiæ, & beneficii NN. authoritate Apoſt. reſervata, illiuſque terminorum non ſolutorum ſolutione, literarumque Apoſtolicarum paritione, ac executione, rebuſque aliis &c. introducta, exequuto Monitorio contra dictum NN. relatione facta, & pro illius, ac literarum Apoſtolicarum verificatione, pro parte dicti NN. Clerici N N. exhibitis nonnullis iuribus, & articulis, examinatiſque Teſtibus ſervatis ſervandis, ac terminis de ſtylo Curiæ ſervari ſolitis, tandem R. P D. NN. Utriuſque Signaturæ Sanctiſs. D. N. Papæ Referendarius, ac noſter in Civilibus Locumtenent, dicto NN. ex adverſo principali, per unum ex Sanctiſſimi D. N. Papæ Curſoribus ad omnes, & ſingulos actus præcedentes ac denique ad ſententiam, citato, viſis videndis ad favorem dicti NN. Clerici, & Penſionarii principalis, contra dictum NN. ſuam in ſcriptis promulgavit ſententiam, tenoris videlicet.

Chriſti nomine invocato, Pro Tribunali ſedentes, &c. Quam quidem præinſertam Sententiam, & omnia, & ſingula ſupradicta vobis omnibus, & ſingulis intimamus, & inſinuamus, ac notificamus, & ad veſtram, & veſtrum cuiuslibet notitiam deducimus per præſentes, ne de præmiſſis ignorantiam aliquam prætendatis, Voſque omnes prædictos, tenore præſentium, monemus, & requirimus, Vobis verò aliis ſupradictis Juſtitiæ Miniſtris committimus, & mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam pro parte d. NN. Clerici NN. & Penſionarii principalis, præſentium vigore, fueritis requiſiti, ſeù aliquis veſtrum fuerit requiſitus, præfatum NN. Rectorem Eccleſiæ, ſeù beneficii NN. ad integrè prædicto NN Clerico perſolvenda ſcuta NN. pro terminis decurſis, & non ſolutis dictæ annuæ penſionis iuxta formam, & tenorem dictarum literarum Apoſtolicarum, ac ſententiæ præfatæ, una cum Juliis NN. pro expenſis præſentis Mandati, per bonorum eiuſdem ablationem, ſubhaſtationem ac deliberationem, ſi extent, ſin minus per eius perſonæ carcerationem, omninò compellatis, ac perſolvi, & ſatisfieri faciatis, prout Nos, quantum poſſumus, compellimus, ac compelli, perſolvi, ac integrè ſatisfieri mandamus, & nihilominus dictum NN. Rectorem dicti beneficii NN. ut ſupra excommunicatum, declaratum in veſtris Eccleſiis, Monaſteriis, & Capellis, aliiſque locis publicis publicè nuncietis, & ab aliis nunciari, & ab omnibus Chriſti fidelibus arctius evitari, faciatis, & mandetis, donec aliud à nobis, vel ſuperiore noſtro deſuper habueritis in mandatis. Lecta, lata &c. In quorum &c. Datum &c.

N. Notarius. *Locus* † Sigilli. N. Locumt.

a Verùm ſi antiqua penſio fuit in translatione extincta, & alia de novo creata, Cedula ſententiæ erit conficienda ſuper immiſſione, ut infra, & alias iuxta contingentiam facti, videlicet.

33 Chriſti nomine invocato, Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam Sententiam, quàm de iuris peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeu veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. Clericum NN. actorem ex una, & NN. Rectorem, & Poſſeſſorem Parochialis Eccleſiæ NN. Reum conventum partibus ex altera, de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem, vel quaſi exigendi annuam penſionem ducatorum NN. auri de Camera, alias ad favorem NN. Clerici NN. ſuper fructibus dictæ parochialis Eccleſiæ, authoritate Apoſtolica reſervatam, ac proindè in perſona dicti NN. actoris, eadem Apoſtolica authoritate, translatam, illiuſque terminorum decurſorum, & non ſolutorum ſolutione rebuſque aliis; &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictam translationem penſionis, & Literas Apoſtolicas deſuper expeditas, fore, & eſſe exequendas & pro illarum exequutione d. NN Translatarium immittendum fore, & eſſe in poſſeſſionem, vel quaſi exigendi d. penſionem, ut ſupra translatam, illiuſque terminos decurſos, & non ſolutos immiſſumque manutenendum, defendendum, & conſervandum, mandatumque de immittendo, manutenendo, necnon exequutivum pro terminis decurſis non ſolutis, decernendum, & relaxandum fore, & eſſe prout decernimus, & relaxamus, & ita dicimus, ſententiamus, & declaramus non ſolùm, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c.

Item pari noſtra ſententia, dicimus, pronunciamus, & ſententiamus, ac declaramus, dictum NN. Rectorem & poſſeſſorem dictæ Parochialis Eccleſiæ, ſententias cenſuras, & pœnas in Literis Apoſtolicis reſervationis, & translationis dictæ penſionis, de quibus in actis, contentas, ob illarum non paritionem, ac eiuſdem penſionis, illiuſque terminorum decurſorum non ſolutionem damnabiliter incurriſſe, ac in eis incidiſſe, ipſumque uti excommunicatum, & declaratum ab omnibus Chriſti fidelibus arctius evitandum, Literaſquè declaratorias in forma ſolita, & conſueta, ac inſtrumentum deſuper neceſſarium, & opportunum concedimus, decernimus, & relaxamus. Victumque Victori in expenſis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de iure impoſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus ſententiamus, & declaramus non ſolùm, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

Cujus quidem ſententiæ virtute, ex quo in hac materia literarum Apoſtolicarum non datur appellatio ſaltem ſuſpenſiva; niſi pars adverſa obtineat a Præfecto Signaturæ mandari ſuperſederi juxta Praxim, de qua ſupra *par. 1 c. 1. n. 19.* poteſt expediri mandatum de immittendo, aut exequutivum, ac Cedulonus, ut infra, videlicet. 34

De Mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C. ſive R. P. D. N ineius in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. Clerici NN. Translatarii penſionis ducatorum NN. aliàs ſuper fructibus Eccleſiæ N. authoritate Apoſtolica reſervatæ principalis, Tenore præſentium. 35

Mandatur vobis exequutoribus, & ſubexecutoribus Curiæ noſtræ, & aliis, ad quos ſpectat &c. quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus ſub 500. ducatorum auri &c. aliiſque pœnis &c debeatis d. NN. ad cuius favorem fuit, authoritate Apoſtolica translata d. annua penſio ſcutorum NN. in realem actualem, & corporalem poſſeſſionem, vel quaſi exigendi d. penſionem, illiuſque terminos decurſos, & non ſolutos, iuriumque, & annexorum quorumcumque immiſiſſe, induxiſſe, & impoſuiſſe, ac immiſſum, inductum, & impoſitum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, ac de terminis d. penſionis decurſis, & non ſolutis, ac decurrendis ſuo loco, & tempore reſpondiſſe, ſatisfeciſſe, & reſponderi, ac ſatisfieri feciſſe, & mandaſſe, necnon in præmiſſorum exequutionem, auferatis de bonis de domo, vel aliundè d. NN. Rectoris, ac poſſeſſoris dictæ Parochialis Eccleſiæ NN. bona valoris ducatorum NN. auri de Camera debitorum d. NN. Translatario inſtanti pro terminis decurſis, & non ſolutis dictæ annuæ penſionis, de qua in actis, una cum Juliis NN pro Expenſis præſentis Mandati, ablataque deponatis, ut moris eſt, ut ſubhaſtentur, ſi extent, ſin minus capiatis eumdem, & captum carceretis non relaxan. donec &c. quoniam ipſo citato in vim Sententiæ latæ, in exequutionem literarum Apoſtolicarum, de quibus in actis Reverendiſs. D. ita mandavit, hac die &c.

N. Notarius *Loco* † Sigilli. N. Locumt.

Ad cujus Mandati exequutivi ulteriorem exequutionem proceditur juxta ſuperius tradita *p. 1. c. 6. & ſeq. & c. 54. & ſeqq.*

Cedulonus verò expediri poterit juxta formulam ſuperius traditam *nu.*29.

Quod ſi exequutio ſit facienda extra Curiam, expeditur Mandatum de immittendo, & exequutivum, tenoris ſequentis, videlicet.

36 Chriſtophorus Vidman, utriuſque Signaturæ Sanctiſs. D. N Papæ Referendarius, Prothonotarius Apoſtolicus necnon cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generalis auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, ſententiarum quoque, & Cenſurarum, tàm in Romana Curia, quam extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiſs D. Papa ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis RR DD. Abbatibus &c. ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, imò verius Apoſtolicis firmiter obedire Mandatis. Noveritis quod lite, & cauſa coram Nobis inter NN. actorem ex una, & N N. Rectorem, ac poſſeſſorem Parochialis Eccleſiæ NN. reum conventum, ex altera partibus, de & ſuper immiſſione in poſſeſſionem, vel quaſi exigendi annuam penſionem ducatorum N. auri de Camera aliàs NN. ſuper fructibus Eccleſiæ præfatæ ad favorem NN. authoritate Apoſtolica reſervatam, ac deindè ad favorem dicti NN. Actoris, eadem Apoſtolica authoritate translatam, illiuſque terminorum decurſorum & non ſolutorum ſolutione, literarumque Apoſtolicarum paritione, rebuſque aliis &c introducta in prima inſtantia, exequuto Monitorio, contra dictum NN. relatione facta, & pro illius, ac Literarum Apoſtolicarum verificatione ac juſtificatione, pro parte dicti NN Clerici ac Translatarii, exhibitis nonnullis Juribus, & Articulis, examinatiſque Teſtibus ſervatis ſervandis, ac terminis de ſtylo Curiæ ſervari ſolitis, tandem R. P D. Angelus, utriuſque Signaturæ Sanctiſs. D.N Papæ Referendarius, ac noſter in civilibus Locumtenens, dicto NN. exadverſo principali, per unum ex Sanctiſs D N. Papæ Curſoribus, ad omnes, & ſingulos actus præcedentes, & denique ad Sententiam citato, viſis videndis &c. ad favorem dicti NN. Translatarii principalis contradictum NN. ſuam in ſcriptis promulgavit Sententiam, tenoris videlicet.

Chriſti nomine invocato, pro Tribunali ſedentes &c.

Quam quidem præinſertam Sententiam, & omnia ſupradicta vobis omnibus, & ſingulis intimamus, & inſinuamus, & ad veſtram, & cuiuslibet veſtrum notitiam deducimus per præſentes, nè de præmiſſis ignorantiam aliquam prætendere valeatis &c. Voſque omnes ſupradictos, tenore præſentium, monemus, & requirimus, Vobis verò aliis ſupradictis Juſtitiæ Miniſtris committimus, & mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam pro parte dicti NN. Clerici NN. Translatarii Principalis, præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu aliquis veſtrum fuerit requiſitus, eumdem NN. Translatarium in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem, vel quaſi exigendi d. annuam penſionem, illiuſque terminos non ſolutos, ac iurium, & annexorum quorumcumque, immittatis, inducatis, & imponatis, ac immiſſum, inductum, & impoſitum manuteneatis, defendatis, & conſervetis, ac de terminis dictæ Penſionis decurſis, & non ſolutis, ac ſuis loco, & tempore decurrendis reſpondeatis, ſatisfaciatis, ac reſponderi, & ſatisfieri faciatis, necnon præfatum NN. Rectorem, & Poſſeſſorem dictæ Parochialis Eccleſiæ NN. ad integrè prædicto NN Clerico Translatario perſolvendum ſummam ducatorum NN auri de Camera, pro terminis decurſis, & non ſolutis dictæ annuæ Penſionis, iuxta formam, & tenorem dictarum literarum Apoſtolicarum, ac Sententiæ præfatæ, una cum Juliis NN. pro expenſis præſentis Mandati, per bonorum eiuſdem ablationem, & ſubhaſtationem, & deliberationem, ſi eatenus, ſin minus per eius perſonæ carcerationem, omnino compellatis, ac perſolvi, & ſatisfieri faciatis, prout Nos in quantum poſſumus, compellimus, & compelli, perſolvi, ac integrè ſatisfieri mandamus. Et nihilominus dictum NN. Rectorem dictæ Parochialis Eccleſiæ, ut ſupra excommunicatum, & declaratum in veſtris Eccleſiis, Monaſteriis, & Cappellis, aliiſque locis publicis publicè nuncietis, & ab aliis nunciari, & ab omnibus Chriſti fidelibus arctius evitari faciatis, & mandetis, donec aliud à Nobis, vel ſuperiore noſtro deſuper habueritis in mandatis, Lata lecta &c. in quorum &c. Datum &c.

N. Notarius.

Locus † Sigilli. N Locumt.

Cæterum ſi quis ſenſerit ſe gravatum, & à ſententia ſuperius lata appellare voluerit, quia cum agatur de literarum Apoſtolicarum exequutione, Appellatio ſuſpenſiva non datur, opus erit ad exequutionem impediendam, adire Præfectum Signaturæ pro Superſeſſoria, & deindè plenam Signaturam pro Commiſſione appellationis ad utrumque effectum, allegatis rationibus opportunis, ut generaliter de exequutione litterarum Apoſtolicarum in proximo præcedente capite dictum fuit *verſ. ad hoc autem, nu* 148. & latius de obtinenda Superſeſſoria, ac adeunda Signatura diximus ſupra *part.* 1. *cap.* 13. *de Appellat. ſub num.* 19 *& ſeqq.* 37

Appellatio verò infra decem dies, & ſic infra legitima tempora iuxta pariter tradita *d. part* 1 *cap* 13. *nu.* 2. *& ſeqq.* eſt interponenda, & prout in Cedula appellari poterit coram Judice à quo, ut infra, videlicet:

Pro NN. contra NN.

Coram Domino meque &c. NN. habita notitia de 38
prætenſa Sententia lata ad aſſertum favorem N.N. contra N.N: ab ea, ac omnibus gravaminibus &c. ad Sanctiſſimum D. N. Innocentium Papam Decimum, eiuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris &c. petens &c. omni &c

Cui Dominus dedit reſutatorios in forma, omni, &c.

Tenor Cedulæ.

A quadam aſſerta Sententia ad prætenſum favorem 39
NN. ut dicitur per R.P.D. N.A.C. Locumtenentem lata, de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem, vel quaſi aſſertæ penſionis, rebuſque aliis &c. Procurator, & eo nomine d.N. ſentiens ſe læſum, & gravatum, & timens impoſterum magis lædi, & gravari &c. ab illa, & aliis gravaminibus, totoque proceſſu deſuper fabricato ad Sanctiſſimum D. N. Innocentium Papam X. eiuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam, in his ſcriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens ſemel, bis, tertiò, ſæpè, ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, inſtantiſſimè, ſibi de Apoſtolis, reſponderi, & quatenus &c. à non admiſſione ac toto ulteriori proceſſu iterum, & toties quoties, ut ſupra, provocat, appellat, & de nullitate dicit, itaut, ſit ultimus in appellando &c. & interim &c. nihil innovari; aliàs de nullitate, & attentatis proteſtans &c non ſolum, ut ſupra, ſed omni meliori modo &c

Commiſſio verò in plena Signatura proponenda, ut infra, & aliàs ſecundùm facti contingentiam mutatis mutandis, confici poterit, videlicet.

Romana.

Beatiſſimè Pater Introducto Judicio coram A C. ad inſtantiam NN. aſſerti Clerici N. adverſarii contra devotum S. V. Oratorem NN. Rectorem Parochialis Eccleſiæ NN. de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem, vel quaſi exigendi aſſertam annuam penſionem, aliàs, ut dicitur ad favorem NN. ſuper fructibus dictæ Parochialis cum clauſula, *dummodo remaneant Centum pro Rectore*, reſervatam, & in perſonam dicti NN Adverſarii, ut aſſeritur, translatam, illiuſque terminorum ſolutione, rebuſque aliis &c. Idem Judex dicta clauſula, *dummodo*, non iuſtificata nec docto ſufficienter de Adverſarii Clericatu, Literiſque Apoſtolicis originalibus nullatenus exhibitis, ad favorem eiuſdem NN. Adverſarii non minus nulliter, quàm iniuſtè, ſententiavit, ac Declaratoriam promulgavit, Mandatumque de Immittendo, & exequutivum, ac Literas declaratorias contra eundem Oratorem decrevit, & relaxavit, ob id idem Orator ad Sanctitatem V. appellavit, & de nullitate dixit. Dignetur igitur S V. cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ iniuſtitiæ, attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de Jure, infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, una cum omni-

bus

bus inciden. dependen. emergen: annexis, connexis, ac toto negocio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Sacri Palatii Apoſtolici Auditoribus, audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi, quos quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit &c Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, Statum &c. pro plenè &c.

D Soletque Signatura, *D*, in his caſibus reſcribere cum
41 clauſula, *ſine retardatione ſolutionis Penſionis*, ſed ſi literæ Apoſtolicæ non eſſent juſtificatæ, vel Sententia eſſet notoriè nulla, vel injuſta, reſcribit pro appellatione ſimpliciter, & aliàs prout in capite proximo præcedente generaliter in materia Literarum Apoſtolicarum dictum fuit, *ſub nu 50 & ſeqq.*

Obſervationes.

A Penſio duobus potiſſimum modis uſurpatur, ſeu acci-
42 pitur, Primò, pro ea, quam quis conſequitur ex re propria, prout ex locatione Domus, vel alterius rei ad tempus, vel ex Emphiteuſi in perpetuum, de qua *in l. ſi tibi, & l. ſi fundum, & tot. tit. ff. loc.* & de hac in præſenti non agitur.

43 Secundò penſio uſurpatur, ſeu accipitur pro ea, quam quis conſequitur ex re aliena, prout eſt Penſio Eccleſiaſtica, quam quis conſequitur ex fructibus Beneficii reſignati, vel ab altero impetrati, vel obtenti, de qua per Gambar. *de offic & poteſt. Leg. lib. 6 ſub tit. de Penſ. nu 12. & ſeqq.* & de hac agitur in præſenti.

44 Dicitur autem penſio à pendeo, pendes, quia ſolvitur, cum pendere ſit ſolvere, & penſio quaſi ſolutio, *l. ſi legatum, ff. de ann leg. l 1. de agr. veſtig.* Gambar. *de Offic. & poteſt Leg. l 6. tit de Penſion nu. 39. & ſeqq.*

45 Et fuit introducta penſio de Jure Pontificio, non autem de Jure Divino, fuit etenim inventa à Summis Pontificibus ex rationabili cauſa, ut latè tradit Gigas *de Penſ. q 2. nu. 1. & ſeqq.*

46 Ratio verò ob quam penſio fuit introducta, fuit publica utilitas, ut ex beneficio pingui plures Clerici alerentur, Gambar *de Offic. & poteſt. leg. lib. 6 tit. de penſ. num 68. 87. & ſeqq. num 102. & ſeq. num. 111, & ſeqq* Duran. *dec. 67 nu. 1.*

47 Eſt autem penſio certa portio ex menſa, vel beneficio ex cauſa ad tempus, non in perpetuum ſeparata, Gig. *de penſ. qu. 5. nu. 1* & aliis, quos refert Gambar. *de Offic. & poteſt Leg lib 6. tit de penſ. nu 6.*

Verùm, quoniam hæc definitio non tranſit ſine difficultate, penſionem eſſe annuam præſtationem impoſitam Beneficio ſuper proventibus illius perpetuò, vel ad tempus ex qualitate cauſæ, definivit Gambar. *in d tract. de offic. Leg. lib. 6. tit. de penſ. nu 12.*

48 Et eſt duplex, ut ex dicta definitione colligitur, nam alia eſt temporalis, alia perpetua, Temporalis eſt illa, quæ datur ad tempus ex redditibus Beneficii, perpetua verò quæ perpetuò datur, prout quando ex redditibus alicujus beneficii aſſignatur penſio alteri, ut ex illa Rector vivere poſſit, de qua in *c. extirpandæ, §. cum igitur, & § qui vero, de præb. cap. 1. de præb. in ſexto*, Gambar. *d. tit de penſ. nu. 68.*

49 Rurſus penſio alia eſt licita, & alia illicita, Licita eſt illa quæ reſervatur ſuper fructibus Beneficiorum fraude ceſſante, & quandoque aſſignatur ex cauſa lucrativa, prout ſi Papa illam aſſignet alicui, ut commodius vivere valeat, quandoque pro ſervitio impendendo, prout pro pulſandis Campanis, aperiendis foribus Eccleſiæ, & hujuſmodi, quandoque datur in titulum Beneficii, ut quando certa portio, extrahitur ex beneficio pingui, ut deinceps ſit Beneficium perpetuum quandoque tandem datur loco Beneficii ex cauſa oneroſa, ut ex cauſa ceſſionis juris, reſignationis, extinctionis litis, & hujuſmodi, latè Gig. *de penſ. qu. 3. numer. 1. & ſeqq. & q. 4. per tot.*

50 Illicita verò penſio eſt illa, quæ reſervatur in fraudem Sacrorum Canonum, prout ad favorem incapacis, vel ſine authoritate Superioris, vel nimis onero'a Rectori, ſeù quæ Eccleſiam ob fructus illius diminutos, nimis incipit gravare, vel quæ ex falſa cauſa aſſignatur, vel ſi quis renunciet Beneficio cum hoc pacto expreſſo ut penſio ſibi reſervetur, hoc enim eſſet Simonia, ſecus ſi non fuerit factum pactum expreſſum, ſed tantum cogitatum, & tractatum, prout in reſignationibus Beneficiorum, quæ quotidiè fiunt in manibus Papæ, fieri conſuevit, latè Gigas *de penſ. q. 5.*

Cæterum, ad hoc, ut penſio Eccleſiaſtica ſuper fru- 51
ctibus beneficii reſervari poſſit, plura requiruntur, ſignanter autem Primò requiritur poteſtas in Reſervante, † undè cum Papa, ob ejus latiſſimam, & omni- 52
modam poteſtatem, quam habet in Beneficialibus, *cap. propoſuit, de conceſſ præben cap. 2. de præb. in ſexto*, Rot. *dec 641. num 3. & deciſ 689. nu. 2. part 4. diverſ.* ſit Beneficiorum Dominus, nullum dubium eſt, quod ipſe poſſit † conſtituere penſionem ſuper fructibus Bene- 53
ficii, etiam ſine cauſa de poteſtatis plenitudine, Gigas *de Penſ. q 6 num. 1. & ſeqq & num. 17.* Duran *deciſ. 324. num. 21.*

Sed hoc primò non procedit de poteſtate ordinaria, 54
nam tunc non poteſt imponere penſionem ſine cauſa, Gig *de penſ. d. q. 6. n 7.*

Secundò non procedit in Inferiore à Papa prout eſt 55
Legatus à Latere, vel Epiſcopus: hi enim inferiores non poſſunt ſine cauſa conſtituere penſionem perpetuam, vel ad tempus, Gonzal. *ad reg 8. Gloſ. 5. §. 5. num 27. & ſeqq.* Gambar *de offic & poteſt Leg lib 6. tit. de penſ. n. 90. & ſeqq* Rot. *deciſ. 102 nu. 3 p 1 recent.* Sed benè cum cauſa, & pro bono pacis Gigas *de penſ. q. 6. num 4. & num 18.* Gonzal *cap. Gloſ. 5. . 5. num. 21. & ſeqq.* Gamb. *d. tit de penſ. num. 77. & ſeqq* Rot. *dec. 166. num. 5 part. 2. recent.*

Cauſæ verò juſtæ imponendi penſionem ſunt ſeptem, 56
videlicet. Prima paupertas ne Clericus, in opprobrium ordinis Clericalis, cogatur mendicare, vel ut commodiùs conſanguineus Epiſcopi literis incumbere valeat, *cap. relatum, de teſtam. cum aliis præallegatis*, Secunda neceſſitas, prout quando Eccleſia indiget aliis Miniſtris: poteſt enim tunc Epiſcopus ex Eccleſiæ redditibus illis conſtituere Penſionem, Tertia Subrogatio, prout ſi quis non poteſt Eccleſiæ unitæ inſervire, cogitur enim tunc in ea Vicarium conſtituere, qui ejus curam gerat. Quarta ſervitium, quod quis merè, & liberaliter Eccleſiæ impendit. Quinta titulus, quando quis ordinatur ad titulum beneficii alterius ipſo permittente, ut promotus poſſit ali conſtituitur illi penſio ex fructibus Beneficii. Sexta dimiſſio, prout quando quis dimmittit, vel renunciat Beneficium, vel cedit juri, vel liti. Septima reſervatio, quando ab initio Dominus Eccleſiæ ſibi reſervat Penſionem latè Gambar. *d. lib 6. tit. de Penſ. nu 100 cum pluribus ſeq.* Gonzal. *d. Gloſ. 5. §. 5. nu. 22 & ſeqq.*

Secundò, requiritur capacitas Penſionarii, nàm ſi eſt 57
incapax nihil agitur, ex infra allegandis.

Primò autem eſt incapax penſionis Excommunicatus 58
ante abſolutionem, & ob id de ſtylo Curiæ in literis Penſionum ſemper ſolet apponi clauſula à quibuſcumque excommunicationis &c. aliiſque &c. ſi quibus &c ad effectum &c. abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, Gig. *de Penſ q 14. nu. 9.* quod Excommunicatus ſit incapax reddit.uum Eccleſiaſticorum, dixit etiam *Rot. in Pacen. Penſionis 20 Novembris 1609 cor. bon. mem. Card. Maremontia.*

Secundò purus Laicus eſt incapax Penſionis Eccleſiaſti- 59
cæ, Gigas *de Penſ. q. 22 nu. 14.* Gambar. *de offic. & poteſt. Leg. lib 6. tit. de Penſ nu 337.* Rot. *dec. 12. nu. 4. & ſeqq. & nu 28 & ſeqq. part 5. recent*

De ſtylo namque Curiæ † non reſervatur Penſio, 60
niſi capacibus Beneficiorum, Gambar. *d. lib. 6. tit. de Penſ. num. 241. & num. 337.* Ferentill. ad Bur. *dec. 790. num. 5.*

Et ob id ſi fuerit alicui reſervata penſio, uti Clerico 61
ſi ille tempore reſervationis, non erat Clericus, penſio erit nulla, Gig. *de Pen. q. 22. num. 14* Rot *dec. 20. part. 3 l. 3. diverſ. & in Trulen. Penſionis 13 Novembris 1596. coram bon. mem. Penia*, etiam ſi Poſtea Clericus efficiatur Rot. *deciſ. 168 part. 3. lib. 3. diverſ.* cum aliis cumula-

Google

Cedulonus verò expediri poterit juxta formulam ſuperius traditam *nu.*29.

Quod ſi exequutio ſit facienda extra Curiam, expeditur Mandatum de immittendo, & exequutivum, tenoris ſequentis, videlicet.

36 Chriſtophorus Vidman, utriuſque Sigoaturæ Sanctiſs. D. N Papæ Referendarius, Prothonotarius Apoſtolicua necnon cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generalis auditor, Romanæque Cur æ Judex ordinarius, ſententiarum quoque, & Cenſuratum, tàm in Romana Curia, quam extra eam latarum, ac literarum Apoſtocarum quarumcumque univerſalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiſs D. Papa ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis RR DD. Abbatibus &c. ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, imò verius Apoſtol cis firmiter obedire Mandat s. Noveritis quod lite, & cauſa coram Nobis inter NN. actorem ex una, & N N. Rectorem, ac poſſeſſorem Parochialis Eccleſiæ NN. reum conventum, ex altera partibus, de & ſuper immiſſione in poſſeſſionem, vel quaſi exigendi annuam penſionem ducatorum N. auri de Camera aliàs NN. ſuper fructibus Eccleſiæ præfatæ ad favorem NN. authoritate Apoſtolica reſervatam, ac deindè ad favorem dicti NN. Actoris, eadem Apoſtolica authoritate translatam, illiuſque terminorum decurſorum & non ſolutorum ſolutione, literarumque Apoſtolicarum paritione, rebuſque ali s &c. introducta in prima inſtantia, exequuto Monitorio, contra dictum NN. relatione facta, & pro illius, ac Literarum Apoſtolicarum verificatione ac iuſtificatione, pro parte dicti NN Clerici ac Translatarii, exhibitis nonnullis Juribus, & Articulis, examinatiſque Teſtibus ſervaris ſervandis, ac terminis de ſtylo Curiæ ſervari ſol tis, tandem R. P D. Argelus, utriuſque Signaturæ Sanctiſs. D.N Papæ Referendarius, ac noſter in civilibus Locumtenens, dicto NN. exadverſo principali, per unam ex Sanctiis D N. Papæ Curſoribus, ad omnes, & ſingulos actus præcedentes, & denique ad Sententiam citato, viſis videndis &c. ad favorem dicti NN. Translatarii principalis contradictum NN. ſuam in ſcriptis promulgavit Sententiam, tenoris videlicet.

Chriſti nomine invocato, pro Tribunali ſedentes &c.

Quam quidem præinſertam Sententiam, & omnia ſupradicta vobis omnibus, & ſingulis intimamus, & inſinuamus, & ad veſtram, & cuiuslibet veſtrum notitiam deducimus per præſentes, nè de præmiſſis ignorantiam aliquam prætendere valeatis &c. Voſque omnes ſupradictos, tenore præſentium, monemus, & requirimus, Vobis verò aliis ſupradict s Juſtitiæ Miniſtris committimus, & mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam pro parte dicti NN. Clerici NN. Translatarii Principalis, præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu aliquis veſtrum fueris requiſitus, eumdem NN. Translatarium in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem, vel quaſi exigendi d. annuam penſionem, illiuſque terminos non ſolutos, ac iurium, & annexorum quorumcumque, immittatis, inducatis, & imponatis, ac immiſſum, inductum, & impoſitum manuteneatis, defendatis. & conſervetis, ac de terminis dictæ Penſionis decurſis, & non ſolutis, ac ſuis loco, & tempore decurrend s reſpondeatis, ſatisfaciatis, ac reſpondeꝛi, & ſatisfieri faciatis, necnon præfatum NN. Rectorem, & Poſſeſſorem dictæ Parochialis Eccleſiæ NN. ad integrè prædicto NN Clerico Translatario perſolvendum ſummam ducatorum NN auri de Camera, pro terminis decurſis, & non ſolutis dictæ annuæ Penſionis, iuxta formam, & tenorem dictarum literarum Apoſtolicarum, ac Sententiæ præfatæ, una cum Jaliis NN. pro expenſis præſentis Mandati, per bonorum eiuſdem ablationem, & ſubhaſtationem, & deliberationem, ſi extent, ſin minus per eius perſonæ carcerationem, omnino compellatis, ac perſolvi, & ſatisfieri faciatis, prout Nos in quantum poſſumus, compellimus, & compelli, perſolvi, ac integrè ſatisfieri mandamus. Et nihilominus dictum NN. Rectorem dictæ Parochialis Eccleſiæ, ut ſupra excommunicatum, & declaratum in veſtris Eccleſiis, Monaſteriis, & Cappellis, aliiſque locis publicis publicè nuncietis, & ab aliis nunciari, & ab omnibus Chriſti fidelibus arctius evitari faciatis, & mandetis, donec aliud à Nobis, vel ſuperiore noſtro deſuper habueritis in mandatis, Lata lecta &c. in quorum &c. Datum &c.

N. Notarius.

Locus † Sigilli. N Locumt.

Cæterum ſi quis ſenſerit ſe gravatum, & à ſententia ſuperius lata appellare voluerit, quia cum agatur de literarum Apoſtolicarum exequutione, Appellatio ſuſpenſiva non datur, opus erit ad exequutionem impediendam, adire Præfectum Signaturæ pro Superſeſſoria, & deindè plenam Signaturam pro Comm ſſione appellationis ad utrumque effectum, allegatis ration bus opportunis, ut generaliter de exequutione litterarum Apoſtolicarum in proximo præcedente capite dictum fuit *verſ. ad hoc autem, nu* 148. & latius de obtinenda Superſeſſoria, ac adeon da Signatura diximus ſupra *part.* 1. *cap.*13. *de Appellat. ſub num.*19 *& ſeqq.* 37

Appellatio verò infra decem dies, & ſic infra legitima tempora iuxta pariter tradita *d. part* 1 *cap* 13. *nu.*2. *& ſeqq.* eſt interponenda, & prout in Cedula appellari poterit coram Judice à quo, ut infra, videlicet:

Pro NN. contra NN.

Coram Domino meque &c. NN. habita notitia de prætenſa Sententia lata ad aſſertum favorem N.N. contra N.N. ab ea, ac omnibus gravaminibus &c. ad Sanctiſſimum D. N. Innocentium Papam Decimum, eiuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris &c. petens &c. omni &c 38

Cui Dominus dedit reſutatorios in forma, omni, &c.

Tenor Cedulæ.

A quadam aſſerta Sententia ad prætenſum favorem NN. ut dicitur per R. P D. N. A.C. Locumtenentem lata, de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem, vel quaſi aſſertæ penſionis, rebuſque aliis &c. Procurator, & eo nomine d. N. ſentiens ſe læſum, & gravatum, & timens impoſterum magis lædi, & gravari &c. ab illa, & aliis gravaminibus, totoque proceſſu deſuper fabricato ad Sanctiſſimum D. N. Innocentium Papam X. eiuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam, in his ſcriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens ſemel, bis, tertiò, ſæpè, ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, inſtantiſſimè, ſibi de Apoſtolis, reſponderi, & quatenus &c. à non admiſſione ac toto ulteriori proceſſu iterum, & toties quoties, ut ſupra, provocat, appellat, & de nullitate dicit, itaut, ſit ultimus in appellando &c. & interim &c. nihil innovari; aliàs de nullitate, & attentatis proteſtans &c non ſolum, ut ſupra, ſed omni meliori modo &c. 39

Commiſſio verò in plena Signatura proponenda, ac infra, & aliàs ſecundùm facti contingentiam mutatis mutandis, confici poterit videlicet.

Romana.

Beatiſſimè Pater Introducto Judicio coram A C. ad inſtantiam NN. aſſerti Clerici N. adverſarii contra devotum S. V. Oratorem NN. Rectorem Parochialis Eccleſiæ NN. de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem, vel quaſi exigendi aſſertam annuam penſionem, aliàs, ut dicitur ad favorem NN. ſuper fruct bus dictæ Parochialis cum clauſula, *dummodo remaneant Centum pro Rectore*, reſervatam, & in perſonam dicti NN Adverſarii, ut aſſeritur, translatam, illiuſque terminorum ſolutione, rebuſque aliis &c. idem Judex dicta clauſula, *dummodo*, non iuſtificata nec docto ſufficienter de Adverſarii Clericatu, Literiſque Apoſtolicis originalibus nullatenus exhibitis, ad favorem eiuſdem NN. Adverſarii non minus nulliter, quàm iniuſtè, ſententiavit, ac Declaratoriam promulgavit, Mandatumque de immittendo, & exequutivum, ac Literas declaratorias contra eundem Oratorem decrevit, & relaxavit, ob id idem Orator ad Sanctitatem V. appellavit, & de nullitate dixit. Dignetur igitur S V. cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ iniuſtitiæ, attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de Jure, infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, una cum omnibus

Digitized by Google

bus inciden. dependen. emergen: annexis, connexis, ac toto negocio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Sacri Palatii Apoſtolici Auditoribus, audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi, quos quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit &c Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, Statum &c. pro plené &c.

D Soletque Signatura, *D*, in his caſibus reſcribere cum
41 clauſula, *ſine retardatione ſolutionis Penſionis*, ſed ſi
literæ Apoſtolicæ non eſſent juſtificatæ, vel Sententia eſſet notorié nulla, vel in uſta, reſcribit pro appellatione ſimpliciter, & aliàs prout in capite proximo præcedente generaliter in materia Literarum Apoſtolicarum dictum fuit, *ſub nu 50 & ſeqq.*

Obſervationes.

A PEnſio duobus potiſſimum modis uſurpatur, ſeu acci-
42 pitur. Primò, pro ea, quam quis conſequitur ex re
propria, prout ex locatione Domus, vel alterius rei ad tempus, vel ex Emphiteuſi in perpetuum, de qua *in l. ſi sibi, & l. ſi fundum, & tot. tit. ff. loc.* & de hac in præſenti non agitur.

43 Secundò penſio uſurpatur, ſeù accipitur pro ea, quam quis conſequitur ex re aliena, prout eſt Penſio Eccleſiaſtica, quam quis conſequitur ex fructibus Beneficii reſignati, vel ab altero impetrati, vel obtenti, de qua per Gambar. *de offic & poteſt, Leg. lib.6 ſub tit. de Penſ. nu 52. & ſeqq.* & de hac agitur in præſenti.

44 Dicitur autem penſio à pendeo, pendes, quia ſolvitur, cum pendere ſit ſolvere, & penſio quaſi ſolutio, *l. ſi legatum, ff. de ann leg. l 1. de agr. veſtig.* Gambar. *de Offic. & poteſt Leg. l 6. tit de Penſion nu.39. & ſeqq.*

45 Et fuit introducta penſio de Jure Pontificio, non autem de Jure Divino, fuit etenim inventa à Summis Pontificibus ex rationabili cauſa, ut laté tradit Gigas *de Penſ. q 2. nu.1. & ſeqq.*

46 Ratio veró ob quam penſio fuit introducta, fuit publica utilitas, ut ex beneficio pingui plures Clerici alerentur, Gambar *de Offic: & poteſt. leg lib. 6 tit. de penſ. num 68. 87. & ſeqq. num 102. & ſeq. num. 115. & ſeqq* Duran. *dec. 67 nu. 1.*

47 Eſt autem penſio certa portio ex menſa, vel beneficio ex cauſa ad tempus, non in perpetuum ſeparata, Gig. *de penſ. qu. 5. nu. 1* & aliis, quos refert Gambar. *de Offic. & poteſt Leg lib 6. tit de penſ. nu 6.*

Verùm, quoniam hæc definitio non tranſit ſine difficultate, penſionem eſſe annuam præſtationem impoſitam Beneficio ſuper proventibus illius perpetuò, vel ad tempus ex qualitate cauſæ, definivit Gambar, *in d tract. de offic. Leg. lib.6. tit. de penſ. nu 52.*

48 Et eſt duplex, ut ex dicta definitione colligitur, nam alia eſt temporalis, alia perpetua, Temporalis eſt illa, quæ datur ad tempus ex redditibus Beneficii, perpetua verò quæ perpetuò datur, prout quando ex redditibus alicujus beneficii aſſignatur penſio alteri, ut ex illa Rector vivere poſſit, de qua in *c. extirpandæ, § cum igitur, & § qui vero, de præb. cap. 1. de præb. in ſexta*, Gambar. *d. tit de penſ. nu.68.*

49 Rurſus penſio alia eſt licita, & alia illicita, Licita eſt illa quæ reſervatur ſuper fructibus Beneficiorum fraude ceſſante, & quandoque aſſignatur ex cauſa lucrativa, prout ſi Papa illam aſſignet alicui, ut commodius vivere valeat, quandoque pro ſervitio impendendo, prout pro pulſandis Campanis, aperiendis foribus Eccleſiæ, & hujuſmodi, quandoque datur in titulum Beneficii, ut quando certa portio, extrahitur ex beneficio pingui, ut deinceps ſit Beneficium perpetuum quandoque tandem datur loco Beneficii ex cauſa oneroſa, ut ex cauſa ceſſionis juris, reſignationis, extinctionis litis, & hujuſmodi, laté Gig. *de penſ. qu. 3. numer. 1. & ſeqq. & q. 4. per tot.*

50 Illicita verò penſio eſt illa, quæ reſervatur in fraudem Sacrorum Canonum, prout ad favorem incapacis, vel ſine authoritate Superioris, vel nimis onerosa Re-

ctori, ſeù quæ Eccleſiam, ob fructus illius diminutos, nimis incipit gravare, vel quæ ex falſa cauſa aſſignatur, vel ſi quis renunciet Beneficio cum hoc pacto expreſſo ut penſio ſibi reſervetur, hoc enim eſſet Simonia, ſecus ſi non fuerit factum pactum expreſſum, ſed tantum cogitatum, & tractatum, prout in reſignationibus Beneficiorum, quæ quotidié fiunt in manibus Papæ, fieri conſuevit, laté Gigas *de penſ. q. 5.*

Cæterum, ad hoc, ut penſio Eccleſiaſtica ſuper fru- 51
ctibus beneficii reſervari poſſit, plura requiruntur, ſi-
gnanter autem Primò requiritur poteſtas in Reſervan-
te, † undé cum Papa, ob ejus latiſſimam, & omni- 52
modam poteſtatem, quam habet in Beneficialibus, *cap.*
propoſuit, de conceſſ præben cap. 2. de præb. in ſexto,
Rot. *dec 641. num 2. & deciſ 689. nu. 2. part 4. diverſ.*
ſit Beneficiorum Dominus, nullum dubium eſt, quod ip-
ſe poſſit † conſtituere penſionem ſuper fructibus Bene- 53
ficii, etiam ſine cauſa de poteſtatis plenitudine, Gigas
de Penſ. q 6 num.1. & ſeqq & num. 17 Duran *deciſ. 324.*
num. 23.

Sed hoc primò non procedit de poteſtate ordinaria, nam tunc non poteſt imponere penſionem ſine cauſa, Gig *de penſ. d. q.6. n 7.* 54

Secundò non procedit in Inferiore à Papa prout eſt Legatus à Latere, vel Epiſcopus: hi enim inferiores non poſſunt ſine cauſa conſtituere penſionem perpetuam, vel ad tempus, Gonzal. *ad reg 8. Gloſ. 5. § 5. num 27. & ſeqq.* Gambar *de offic & poteſt Leg lib 6. tit. de penſ. n. 90. & ſeqq* Rot. *deciſ. 102 nu. 3. p 1 recent.* Sed bené cum cauſa, & pro bono pacis Gigas *de penſ. q 6. num 4. & num 18.* Gonzal *cap. Gloſ. 5. § 5. num. 21. & ſeqq.* Gamb. *d. tit de penſ. num.77. & ſeqq* Rot. *dec. 166. num. 5 part. 2. recent.* 55

Cauſæ verò juſtæ imponendi penſionem ſunt ſeptem, videlicet. Prima paupertas ne Clericus, in opprobrium ordinis Clericalis, cogatur mendicare, vel ut commodiùs conſanguineus Epiſcopi literis incumbere valeat, *cap. relatum, de teſtam. cum aliis præallegatis*, Secunda neceſſitas, prout quando Eccleſia indiget aliis Miniſtris: poteſt enim tunc Epiſcopus ex Eccleſiæ redditibus illis conſtituere Penſionem, Tertia Subrogatio, prout ſi quis non poteſt Eccleſiæ unitæ inſervire, cogitur enim tunc in ea Vicarium conſtituere, qui ejus curam gerat. Quarta ſervitium, quod quis meré, & liberaliter Eccleſiæ impendit. Quinta titulus, quando quis ordinatur ad titulum beneficii alterius ipſo permittente, ut promotus poſſit ali conſtituitur illi penſio ex fructibus Beneficii. Sexta dimiſſio, prout quando quis dimmittit, vel renunciat Beneficium, vel cedit juri, vel liti. Septima reſervatio, quando ab initio Dominus Eccleſiæ ſibi reſervat Penſionem laté Gambar. *d. lib 6. tit. de Penſ. nu 100 cum pluribus ſeq.* Gonzal. *d. Gloſ. 5. § 5. nu. 22 & ſeqq.* 56

Secundò, requiritur capacitas Penſionarii, nàm ſi eſt incapax nihil agitur, ex infra allegandis. 57

Primò autem eſt incapax penſionis Excommunicatus ante abſolutionem, & ob id de ſtylo Curiæ in literis Penſionum ſemper ſolet apponi clauſula à quibuſcumque excommunicationis &c. aliiſque &c. ſi quibus &c ad effectum &c. abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, Gig. *de Penſ q 14. nu.9.* quod Excommunicatus ſit incapax reddituum Eccleſiaſticorum, dixit etiam *Rot. in Pacen. Penſionis* 20 *Novembris* 1609 *cor. bon. mem. Card. Maremontia.* 58

Secundò purus Laicus eſt incapax Penſionis Eccleſiaſticæ, Gigas *de Penſ. q. 22 nu. 14.* Gambar. *de off. & poteſt. Leg. lib 6. tit. de Penſ nu 337.* Rot. *dec. 12. nu. 4. & ſeqq. & nu 28 & ſeqq. part 5. recent* 59

De ſtylo namque Curiæ † non reſervatur Penſio, niſi capacibus Beneficiorum, Gambar. *d. lib. 6. tit. de Penſ. num. 241. & num. 337.* Ferentill. ad Bur. *dec. 790. num. 5.* 60

Et ob id ſi fuerit alicui reſervata penſio, uti Clerico ſi ille tempore reſervationis, non erat Clericus, penſio erit nulla, Gig. *de Pen. q. 22. num. 14* Rot *dec. 20. part. 3 l. 1. diverſ. & in Trulen. Penſionis 15 Novembris* 1596. *coram bon. mem. Penia*, etiam ſi Poſtea Clericus efficiatur Rot. *deciſ. 268 part. 3. lib. 3. diverſ.* cum aliis cumula- 61

Digitized by Google

mulatis, per Ferentill. ad Baratt. *d. dec. 791. n. 1. & ſeqq.*

62 Sed concluſio, quod Laicus ſit incapax penſionis, Primò non procedit de jure communi, nam eo Jure inſpecto Laicus eſt capax penſionis temporalis, etiam ſi ſit uxoratus, Gig *de Penſ. q. 21. n. 1. & ſeqq.* Rot *deciſ. 50 n 22. p. 5. recent.* Ferentill. ad Buratt. *dec.* 791 *nu* 5.

63 Penſio namque licèt dicatur Eccleſiaſtica, videtur nihilominus quid merè temporale diſtinctum ab ipſo beneficio, nihil habens ſpiritualis, Gigas *de penſ. quæſt.* 13. *num.* 2. Gonzal. *ſuper reg. 7. Gloſ. 5. § 5. num* 25. Rot. *dec* 12. *nu.* 1. *in fin. part.* 4 *rec* Eſt tamen quid ſpirituali
64 tali † annexum, ob id Pater in hujuſmodi penſionibus ſeu bonis Filii nullam habet à lege adminiſtrationem, *c. fin. de Iud. in* 6. Rot. *dec* 585 *n.* 3 *p.* 4. *recent.*

Sed poſt Bullas *Pii V. & Sixti V.* obligantes Penſionarium ad Officium Beatæ Mariæ Virginis, & ad Clericatum, penſio dicitur res Eccleſiaſtica, & de ea idem judicatur, quod de Beneficiis plenè Garz. *de Benef. p.* 1. *c.* 5 *n.* 8. 17. *& ſeqq.* Felin. *de pen. c.* 2 *n* 17. Caval. *dec.* 18.. *num* 1

65 Secundò non procedit, quando Papa reſervavit alicui penſionem uti Laico quod facere poteſt, Gigas *de Penſ. q.* 2.. Gambar. *d lib* 6 *tit de penſ. num.* 537 Rot. *in d. Terulen. Penſionis* 15. *Novemb.* 1596. *cor. bo me. Penia*

66 Sed in dubio quia Papa ſolet reſervare regulariter penſiones tantum Clericis non præſumeretur voluiſſe illam alicui, ut Laico reſervare, Gig. *de penſ. q.* 22. Rot. *in Teru penſion.* 15. *Novemb.* 1596. *coram bo. me. Penia.*

67 Tertiò, procedit quando penſio fuit alicui reſervata ob paupertatem, vel ob benemerita, tunc enim valet reſervatio facta a Papa, motu proprio, etiam ſi fuerit ei reſervata uti Clerico, Gigas *de penſ. q* 22. *in princ & n.* 1 *& ſeqq*

68 Quartò non procedit in Equite Hieroſolymitano, in quo Penſio ſuſtinetur, etiamſi non ſit Clericus, vel Clericatus non prohibeatur, Rot. *dec.* 645. *n.* 6. *p* 1 *recent.*

69 Quintò non procedit in Milite Lauretano, qui etiam ſi ſit merus Laicus, poteſt obtinere Penſiones, uſque ad ſummam ducentorum ducatorum, *Sixtus V. Conſt* 16. *poſt Romanum ſecundum antiq impreſſ.*

70 Tertiò, Bigamus eſt incapax Penſionis, Rot. *dec* 319. *num.* 5. *p* 2. *& deciſ.* 12. *num.* 26. *part.* 5. *recent* Belta min. ad Greg. *deciſ.* 316 *n* 16. Ferentill. ad Buratt. *deciſ.* 79 *num.* 11.

71 Sed hoc Primò non procedit, quando penſio Eccleſiaſtica fuit alicui reſervata uti laico Rot. *deciſ.* 12 *num.* 39. *part.* 5. *recent.*

72 Secundò non procedit, quando qui cum Vidua contraxit adhuc per copulam carnalem matrimonium non conſummavit, *c. debitum de Bigam.* Rot *dec.* 515. *n* 4. *p.* 2. *recent. cum aliis cumulatis,* per Ferentill. ad Bur. *dec.* 71. *n.* 1. *& ſeqq.*

73 Tertiò non procedit in Equite Sancti Stephani, qui etiam bigamus poteſt obtinere Penſiones uſque ad ſummam ducentorum ducatorum, *Sixtus V. conſt.* 104. *Circumſpectio, ſecundum nov. impreſſ.* quinimò uſque ad ſummam ducatorum quadringentorum *Paul V. conſtit.* 46. *Dum generoſa.*

Quartò non procedit in Clerico Bigamo diſpenſato Rot. *dec.* 12. *n.* 28. *& ſeqq. & n* 43. *p.* 5. *recent. lat.* Ferentill. ad Buratt. *dec.* 791. *n.* 19. *& ſeqq.*

75 Quartò Clericus conjugatus eſt incapax penſionis Eccleſiaſticæ niſi fuerit diſpenſatus Buratt. *deciſ.* 85. *nu.* 4 *& dec.* 99.. *n.* 1.

76 Sed hoc primò non procedit in Milite Sanctorum, Mauritii, & Lazari, qui etiam conjugatus cum unica tantum & Virgine poteſt retinere Penſiones uſque ad ſummam ducatorum quadringentorum, Clem VIII. *conſtit.* 102. §. 13. *Decet. ſecundum nov. impreſſ.*

77 Secundò non procedit, quando penſio fuiſſet ei aſſignata uti Laico, Rot. *d. dec.* 12. *numer.* 39. *par.* 5. *recent cum aliis allegatis ſupra verſ Secund purus Laicus, in ſecunda fallentia nu* 65.

78 Quintò Filius illegitimus Clerici, eſt incapax penſionis ſuper fructibus Beneficii Paterni, *Conc. Trid ſeſſ.* 25. *cap.* 15 *de reform.* Buratt *dec* 53. *num* 3. Rot. *in Cæſaraugustana penſionis* 18. *Iunii* 1590. *coram bo. me Gypſio.*

79 Sed hoc primò non procedit in penſione reſervata ante Concilium Rot *in Cæſaraugustana Penſionis, cor. bo. me. Gypſio.*

80 Secundò non procedit, in penſione quam habet, & poſſidet Pater Clericus, habens facultatem transferendi penſiones, quia poteſt illam transferre in Filium etiam illegitimum, cum diſpoſitio Concilii procedat tantummodo quando penſio reſervatur ſuper Beneficio quod habuit Pater Pariſ *de Reſign. lib.* 6. *q* 4 *n.* 21. *& ſeqq* Gonzal. *ſuper. reg.* 8 *gloſ* 5. §. 5. *n.* 22 *& ſeqq.*

81 Sextò, illegitimus regulariter eſt Penſionis incapax. Gig. *de penſ q.* 16. Gambar. *de offic. & poteſt. Leg lib.* 6. *tit. de penſ n.* 284. Coccin *dec.* 31. *num.* 8 Duran *dec.* 117 *num.* 1.

82 Sed hoc Procedit ratione Clericatus, ſecus ſi illegitimus fuerit prævia diſpenſatione, effectus Clericus, tunc enim eſt penſionis capax, ſecundùm opinionem. quàm ſervat Rota, Gonzal. *ſuper reg.* 8 *gloſ* 5. §. 5. *numer.* 24. Rot. *dec* 425 *num.* 1. *p.* 1. *divers. & dec.* 12. *numer* 2. *p.* 4 *recent.* Coccin *dec* 312. *num* 8. Duran. *dec.* 243. *num.* 1. *& ſeqq.*

83 Secundò, non procedit in Equite S. Stephani, qui etiam illegitimus poteſt retinere penſionem uſque ad ſummam quadringentorum ducatorum *Paul. V. conſt.* 46. *Dum generoſa.*

84 Septimò, Mulier quoque eſt incapax penſionis, niſi ſit penſio, quæ datur ob benemerita, illius enim Mulier eſt capax prout Abbatiſſatus, Prioriſſatus, & hujuſmodi officiorum, quæ dantur Mulieribus, Gambar *de offic. & poteſt. Leg lib* 6. *tit. de penſ. n* 281

85 Octavò, Fratres Tertii Ordinis, cum non ſint Clerici ſunt penſionis incapaces niſi penſio eis detur ob ſervitia, & benemerita, quia tunc ſunt capaces, prout quilibet Laicus, Gambar *d lib.* 6. *tit de penſ. numer* 28.. *&*
86 *ſeqq.* Non enim capacitas † penſionis elicitur ex ſolo Clericatu, ſed etiam ex pia rationabili cauſa, prout ex meritis penſionarii, ex utilitate Eccleſiæ, ex diremptione litis, & bono pacis, Rot. *dec.* 38 *num* 15. *& num.* 30 *p.* 6. *recent*

87 Cæterum Infans eſt penſionis capax, Rot *dec.* 549. *n.* 6. *par* 2. *recent.* ubi quod ita fuit reſolutum alias *in Veneta Penſionis* 10. *Aprilis* 1573 *coram bo. m. Robuſterio, & Cutunten. Penſionis* 4 *Maii* 1583 *cor. bo. me. Gypſio,* Buratt. *dec* 53. *n.* 5 *& ibi* Ferentill *lit C*

88 Si tamen Infanti reſervaretur penſio cum narrativa, *Vitæ, ac morum honeſtas, aliaque laudabilia* &c. quæ non cadunt in Infantem, & ſub qua narrativa Penſio ſolet aſſignari majori, nulla facta mentione ætatis infantilis, eſſet ſubreptitia, licèt aliàs infantilis ætatis expreſſio non ſit neceſſaria, Buratt *d. deciſ* 56. *n.* 4. *cum aliis prææallegatis.*

89 Et concluſio, quod hujuſmodi expreſſio ætatis infantilis non requiratur, videtur procedere, ſive Infans fuerit antea diſpenſatus ad Clericatum, quo caſu, ei aſſignaretur Penſio uti Clerico, juxta tradita per Gigas *de*
90 *penſ. q.* 3. *num.* 4. ſive † ei fuerit reſervata uti laico, cum tunc non ſit de eſſentia ætas ſeptennii, quæ requiritur ad ſuſcipiendam primam Tonſuram, ſic & ceſſet ratio, ob quam Infans aliquo modo poteſt dici incapax illius prout Beneficii Eccleſiaſtici ut per eundem Gig *d q* 13. *n.* 2. *& ſeqq.*

91 Tertiò requiritur, quando reſervanda eſt aliqua penſio ſuper Beneficio de jurepatronatus Laicorum, quod in reſervatione fiat mentio ejuſdem Juriſpatronatus, quia Papa haud facilè ſolet hujuſmodi Beneficia Penſionibus gravare Gig. *de penſ. q.* 24. *n.* 4 Rot. *dec.* 902. *n.* 2. *p.* 4 *diverſ.*

92 Si autem in hujuſmodi reſervatione fuerit de Jure patronatus Laicorum facta mentio, poteſt Papa ſuper beneficio Juriſpatronatus etiam ſine conſenſu patroni reſervare Penſionem, Gig *de penſ. q* 23. *n* 8. Gambar. *de off & poteſt. Leg lib.* 6 *tit. de penſ numer.* 94 *& ſeqq.* Cattad *dec* 3. *num.* 4. *de Iurepatr* Seraph *dec* 1264 *nu.* 1. Rota *deciſ.* 683. *numer.* 2 *& deciſ.* 902. *numer.* 1. *part.* 1. *diverſ.*

93 Sed ſi Papa Juriſpatronatus notitiam non habuerit reſervatio penſionis ſine conſenſu patroni non valebit. Gig *de penſ d q* 24. *n* 4. Gamb *d lib* 6. *tit. de penſ. num.* 94 *& ſeq.* Rot. *d. dec.* 689. *num.* 2. *& dec.* 902. *num.* 2. *p* 4. *diverſ.*

94 Veruntamen penſio in eſſe conſtituta, plures, & diverſos

Digitized by Google

verſos operatur effectus, ſignanter cum ſit onus reale,
Gig. *de penſ. n.* 39. *n.* 1. *& q.* 47. *n.* 2. Buratt. *conſ.* 361. *nu.*
2. *lib* 4. Rota *dec.* 179. *n.* 3. *& dec.* 291 *num* 2. *part* 2. *&*
dec. 407 *n* 2. *p* 3. *& dec* 56. *n.* 24. *p.* 5. *recent.* Gregor. *dec.*
307. *nu.* 8. Buratt. *dec.* 445. *nu.* 8. ſequitur quemcumque
fructuum Perceptorem Gig. *de Penſ. q.* 39 Rot. *d. deciſ.*
176. *n.* 3. *part.* 2. *& deciſ.* 407. *n* 2. *p.* 3 *recent.* Duran. *deciſ.*
369. *nu.* 1. quinimò etiam ſequitur quemcumque Decre-
torem prout videmus in Oeconomo, Camera, & Capi-
tulo, qui etiam ſi non ſint ſucceſſores Defuncti, cum ta-
men percipiant fructus, tenentur ad ſolutionem penſio-
num, ut ſæpè viſum fuit in diverſis cauſis, & teſtatur,
95 Rota *d. dec.* 291. *n.* 2 *p.* 2. *recent.* & quod † quando Ca-
mera, vel Oeconomus percipit fructus teneatur etiam ad
Penſionis ſolutionem, tradit Gig. *de Penſ. q* 65. Buratt.
conſ. 391. *n.* 24. *lib.* 4. Pariſ. *de reg. lib.* 14. *q.* 8. *n* 23. Coccin.
96 *dec.* 327. *n.* 1. Buratt. *dec.* 669. *n.* 2. qui enim † ſenſit com-
modum, debet etiam ſentire incommodum ut in his ter-
minis dixit Gonzal *ad reg.* 8. Gloſ. 5. *§.* 5. *n* 52. *& ſeqq.*
97 Et cum etiam penſio imponatur ſuper fructibus
Gig. *conſ.* 136. *n.* 6. *& in tract de penſ. q* 39. *n.* 1. Rot. *dec.*
308. *n* 3. *p.* 2. *rec.* debent etiam ſolvi ex fructibus Benefi-
cii Seraph. *dec.* 66. *n.* 3. Rot. *dec* 128. *nu* 2. *p.* 1. *diverſ. &*
dec. 176. *n.* 2. *& ſeq p.* 2. *recent* Buratt. *dec.* 445. *n.* 8. *& dec.*
545. *n.* 2. *& dec.* 669. *in princ. & ſeq. & dec* 915. *n.* 3. *& ibi*
Ferentill *lit. A.*
98 Undè infertur, quod Titularis, qui abſque ejus culpa
fructus beneficii aliquo tempore non habuerit, non te-
neatur pro eo tempore ad penſionis ſolutionem, Creſ-
cent *dec* 3 *n.* 5. *de ſolut* Put. *dec.* 189. *n.* 5. *& ſeqq. lib.* 2.
Seraph. *dec* 66. *n.* 3. Bur. *dec.* 669. *n.* 3. *& dec.* 676. *nu* 9.
99 Et ob id ſecundum opinionem, quam ſervat Rota,
penſio non debetur pro rata temporis, ſed pro rata fru-
ctuum, Gabr *conſ.* 161. *n.* 13. *& ſeq l.* 2. Coccin. *dec* 327 *nu.*
3. Cavaler. *dec* 129. *nu.* 5. cum aliis cumulatis *in Peruſina*
penſionis 15. *Januarii* 1614. *coram bon. me Card Sacr.*
100 Penſionis etenim ſolutio ex obſervantia Rotæ in
hoc regulatur juxta terminos, *l. defuncta, ff. de uſuf.* &
nullatenus rata temporis, ſed fructuum tantummodo
conſideratur in ſolutione illius Cavall. *dec.* 529 *nu.* 5. Du-
ran. *dec.* 148. *n.* 27. Buratt. *dec.* 670. *n.* 5. ubi quod ita pro-
cedere ſolet Rota.
101 Proindè, ſi mortuo Titulari fructus pervenerunt
partim ad Succeſſorem in beneficio, & partim ad Ca-
meram, Succeſſor, & Camera tenentur ad ſolutionem
penſionis, pro illa rata fructuum, quam perceperunt,
Coccin. *dec.* 327. *n* 1. *& ſeqq.*
102 Cæterum licèt Rota nunquam admittere voluerit
illam concluſionem, quod Succeſſor, qui fructus non
habuit, teneatur ad integram penſionis ſolutionem,
niſi factis prius diligentiis contra illum, qui fructus
103 percepit, hoc tamen † procedit ex quadam æquita-
te quæ locum non habet, quando Succeſſor jam ſolvit,
tunc enim illa æquitas ceſſat, & ob id dictus Succeſ-
ſor hoc caſu non poteſt ob ſolutionem factam in ma-
nibus retinere terminos ſequentes Coccin. *dec.* 327. *num.*
2. *& ſeqq.*
104 Et quamvis etiam ſolutio penſionis dividatur in
duos terminos, videlicet Nativitatis Sancti Joannis
Baptiſtæ, & Sanctiſſimi D. N Jeſu Chriſti, hoc tamen
fit gratia commodioris ſolutionis, Put. *dec.* 189. *num.*
2. *lib.* 2. Coccin. *dec.* 327 *num.* 1. Cavalet. *dec.* 129. *num.*
105 2. Duran. *dec.* 448. *num.* 35. Sed annus † computa-
tur à die reſervationis illius, Coccin. *dec.* 327. *numer.* 1.
& actio oritur ad totum in principio anni, nimirum
condictio ex lege Duran. *dec.* 448. *nu.* 35. *& n.* 41. *& ſeq.*
& num. 56.
106 Verumtamen quandò quæritur pro qua rata ad pen-
ſionem teneatur beneficiatus, qui fructus non habuit
vel integros percepit, diſtinguendum eſt, aut pen-
ſio eſt anticipata, utpotè, quia inter diem reſervatio-
nis penſionis, & diem primi termini maturati nulli
poſſunt colligi fructus, & tunc Beneficiatus tenetur
illam ſolvere de proprio, etiam ſi nullos fructus habue-
rit, cum cenſeatur hoc caſu Papa voluiſſe, ut ſe re-
levat ex fructibus recolligendis, aut penſio, eſt poſti-
cipata, utpotè, quia inter diem reſervationis, &c. ma-
turati termini poſſunt colligi fructus juxta *deciſ.* Bu-

ratt. 670. *numer.* 1. & tunc penſio eſt ſolvenda ex fructi-
bus perceptis, & ob id ſi Beneficiatus habuit integros
fructus, tenebitur ad integram penſionem, ſi verò il-
los percepit pro rata, tunc tenebitur etiam ſolvere
penſionem pro rata fructuum, ita magiſtraliter diſtin-
xit *Rota in peruſina penſionis*, 23. *Januarii* 1614. *coram bo.*
m. Card. Sacrato.
Prò conſequutione autem penſionis competit via 107
exequutiva ob reverentiam literarum Apoſtolicarum
Rota *dec.* 308. *n.* 1. *p.* 3. *recent.*
Sed ad hoc ut illarum exequutioni locus ſit eſt ne- 108
ceſſaria verificatio narratorum pro Gratia hujuſmo-
di obtinenda, & ſi penſio fuit alicui reſervata uti Cle-
rico, debet verificari Clericatus, etiam ſi Papa illum
Clericum nominet, Saluſt. Tib. *in Prax. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 5.
Marcheſ *de Commiſſ. Appell. in cauſ penſ. p.* 1. *§.* 2 *n.* 103. *fol.*
593. & ſimiliter debet verificari valor, cum aliis conten-
tis ſub clauſula, *ut aſſerit*, Saluſt Tiber *in prax. l.* 3. *cap* 1.
n. 4. *& ſeq. & n.* 8. *cum aliis cumulatis ſupra hac eadem p* 2. *c.* 8.
ſub lit. A. verſ. 3. *denique locum non habet n.* 64.
Qua in re prima poteſt conſtitui concluſio, quod pen- 109
ſionarius tenetur juſtificare gratiam, ſemper enim gratia
intelligitur, ſi preces veritati nitantur, *c. ex parte de reſcri-*
pt. Caſſad *dec.* 20 *n.* 8 *de reſcript.* Mohed *dec.* 35. *de renunc.*
Rota *dec.* 221. *n.* 4. *p* 2 *diverſ & dec.* 645. *n.* 1 *p.* . *& dec.* 57.
n.... *& dec.* 267. *n.* 1. *& dec* 599. *n.* 2 *p.* 2. *& dec* 253. *n.* 2. *p.*
3. *& dec.* 511. *n.* 1. *p.* 4. *& dec* 287. *nu* 5. *p.* 5. *recent.* Buratt.
dec. 296. *n.* 2. *dec.* 464. *n.* 1. Greg *dec.* 57. *n.* 1. Andr. *dec.* 18.
n. 2. *& ſæpius fuit deciſum.*
Sed hæc concluſio primò non procedit, quando agi- 110
tur contra eum, qui penſionis reſervationi conſenſit, niſi
gratia, ut ſupra ſit conditionalis, ex conſenſu enim in
hoc caſu reſultat virtualis confeſſio veritati narrati-
væ literarum æquipollens illarum juſtificationi, Gui-
dopap. *deciſ.* 141. Caſſad. *dec.* 10. *num.* 8. *de reſcript.* Se-
raph *dec.* 1017 *num* 3. Rot. *dec.* 23. *numer.* 1. *& deciſ.*
519. *num.* 2. *p.* 2. *recent.* Buratt. *dec.* 383. *nu.* 5. & ibi Fe-
rentill. *lit. B.* Coccin. *dec.* 299. *n.* 3 Beltram. ad Greg. *dec.*
57. *num.* 13.
Secundò non procedit, quando penſionarius eſt in 111
quaſi poſſeſſione exigendi, Gabr. *conſ* 181. *num.* 2. *lib.* 2.
Paril. *de Reſign. p.* 1. *lib.* 6. *q.* 2. *num.* 107. Put. *dec.* 239. *n.*
4. *lib.* 1. *in correct.* niſi fortè conſtaret de non reſervatio-
ne penſionis, Achill. *dec.* 4. *n.* 2. *de reſcript.*
Tertiò, & eo minus procedit, quando penſionarius 112
eſt in pacifica poſſeſſione trigiota annorum, quia tunc
literæ præſumuntur juſtificatæ, Rot. *dec.* 253. *n.* 2. *part.*
3. *& dec* 319 *n.* 5. *p* 4. *& dec.* 7. *n.* 1. *& dec.* 39. *n* 7. *part.*
5. *recent.* Buratt. *dec.* 196. *n.* 3. *& ibi* Ferentill. *lit. B.*
Quartò non procedit, quando Papa aſſignat alicui 113
penſionem motu proprio, licèt enim cauſa ob quam
illam aſſignat, non ſit vera, nihilominus non requiri-
tur juſtificatio nec admittitur probatio in contrarium,
Saluſt. Tib. *in prax. lib.* 3. *cap.* 3. *numer.* 22. Achill. *dec.* 10.
de probat. Seraph. *dec.* 1484. *n.* 10. Rot. *dec.* 645. *n.* 2. *p.* 1.
recent.
Quintò, & eo minus procedit, quando ultra conſen- 114
ſum adeſt obligatio Cameralis, & gratia eſt pura, tunc
enim nulla juſtificatio requiritur, Seraph *dec.* 1017. *num.*
8. Rot. *dec.* 441. *n.* 2. *& ſeq. p.* 4. *recen.* ubi alias deciſiones
cumulat.
Sextò non procedit contra Succeſſorem in benefi- 115
cio reſervato, quia penſionarius tenetur de aliquo ju-
re docere, non autem illud juſtificare Pariſ. *de Reſign. d.*
p. 1 *l.* 6. *q.* 2. *n.* 106. *in fine verſ. declara ſec.*
Septimò non procedit in narrativa juris ceſſi, quan- 116
do adeſt clauſula, quod penſio debeatur, etiam ſi nul-
lum jus cedenti competeret, Pariſ. *de reſign. d. p.* 1. *lib.*
q 2. *n* 103 *verſ.* 3. *quæro.*
Octavò non procedit parte non opponente, tunc 117
enim ea ſolum ſunt juſtificanda, quorum falſitas gra-
tiam vitiaret, vel quorum expreſſio Papam ad gratiam
concedendam facilius moviſſet, Saluſt. Tib. *in prax. lib.*
3. *c.* 1. *n.* 10. *prope fin.*
Secunda concluſio poteſt conſtitui, quod penſiona-
rius tenetur juſtificare poſita in reſervatione per mo-
dum conditionis cum clauſula, *dummodo remaneant*
mille pro Epiſcopo, vel centum pro Rectore, vel dummodo

118 medietatem fructuum non excedat, cum enim † Gratia
ſit conditionalis, debet omninò Juſtificari, Caſſad. dec.
10. n. 8. de reſcript. Rot. deciſ. 547. n 2 p. 1. & dec. 640. n 2
dec. 642 n. 2. & ſeqq. & dec. 747. num. 1. p. 3. & dec. 548.
n. 3. p. 4. & dec. 281. n 5. p. 5. recent. Cavaler. deciſ. 148.
nu. 4. & dec. 183. n. 1. Buratt. dec. 261. n. 8. & ibi Ferent.
num. 17.
119 Quod procedit etiam ſi quis penſioni conſenſerit,
nàm dicitur conſentire ſub eadem conditione, ſub qua
penſio eſt reſervata, Seraph. deciſ. 1017. numer. 3. & ſeqq.
Rota dec. 547 num. 3. p 1. & dec. 426. num 4. p. 4. recent.
Cavaler. dec. 183. num. 2. Beltram. ad Gregor. deciſ. 57.
num. 12. & ſeq Ferent. ad Buratt. deciſ. 261. n. 17.
120 Et requirit hæc clauſula dummodo, plenam, & concludentem
probationem, Seraph. dec. 1122. n. 2. latè Beltram.
ad Greg. dec. 245. n. 11. Ferentill. ad Buratt. deciſ.
291. num. 17. & etiam parte non opponente, Sal. Tiber.
in prax. l. 3. c. 1. n. 8.
121 Et debet hujuſmodi clauſulæ juſtificatio continuo
durare, aliàs eſt ſupplendum ex penſione quod Titulari
deeſt, Seraph dec. 951. n. 4. Beltram. ad Greg. d. dec.
245. n. 12. & ſeqq. ubi etiam latè tradit, quod hæc juſtificatio
eſt facienda, detractis oneribus ordinariis, & neceſſariis.
122 Sed hoc primò non procedit, quando quis eſt in quaſi
poſſeſſione exigendi penſionem, tunc enim non eſt opus
juſtificatione, etiam ſi gratia ſit conditionalis, Caſſad.
dec. 10. num. 8. de reſcript. Rot. deciſ. 547. numer. 4.
part. 1. & deciſ. 57. num 3. & num. 5. & dec. 567 numer. 1.
part. 2. & deciſ. 253. num. 2. p. 3. recent. dummodo agatur
poſſeſſorio, ſecus ſi petitorio Mantic. deciſ 96. num 2. &
ſeqq. Beltram. ad Greg. deciſ. 57. num. 16. Ferentil. ad
123 Buratt. dec. 261. num. 17. & † eo magis ſi quis ſit in quaſi
poſſeſſione triginta annorum, cum hoc temporis ſpatium
clauſula, dummodo, juſtificata præſumitur, Rot.
dec. 265. num. 4. part. 2. recent.
124 Secundò non procedit, quando penſio eſt reſervata
purè, tunc enim opus probandi non remanere centum,
vel mille ſpectat ad Titularem, Cavaler. dec. 151.
num 1.
125 Tertiò non procedit, quando clauſula, dummodo,
non fuit appoſita reſervationi, ſed tantum poſt reſervationem
Cavaler. deciſ. 148. num. 5.
126 Quartò non procedit in clauſula, ſi ita eſt vel ſi preces
veritati nitantur, quæ non faciunt gratiam conditionalem
Beltram. ad Gregor. dec. 57. num 25. Ferent. ad
Buratt. dec. 362. n 17. in fin. verſ. notandum autem.
127 Conſenſus verò Titularis, qui in penſionis reſervatione
omninò requiritur non poteſt per Papam ſuppleri
Rot. dec. 458. n 11. p. 3 diverſ. lib. 3. Duran. dec. 324.
num 21.
128 Sed hoc non procedit, quando claré conſtat Papam
ex cauſa motu proprio voluiſſe conſenſum ſupplere,
hoc enim uti dominus beneficiorum poteſt, capit. 2.
de Præben. in 6. Duran. dec. 324. n. 22. & ſeqq.
129 Quando verò Papa ſaltem facilius motus fuit ad
penſionis reſervationem ex conſenſu Titularis cauſali,
prout quando penſio fuit reſervata cum clauſula,
quod ad d. ejus reſervationem expreſſus Titularis accedit
aſſenſus, ille debet probari, etiamſi Papa poſteà derogaverit
regulæ, de conſenſu præſtando, nàm derogatio
intelligitur de formali ac in Cancellaria formiter
pro expeditione litterarum præſtatur Cavaler. dec. 26.
n. 1. & ſeqq.
130 Nec impeditur penſionis ſolutio per exceptiones requirentes
indaginem, Rot. dec 617. n. 2. & ſeq. p. 1. &
131 dec. 387. num. 4. p. 2. recent. Buratt. dec. 841. n. 4. nec † per
clauſulam, arbitrio, quando litteræ ſunt juſtificatæ, vel
non indigent juſtificatione, Ferentill. ad Buratt. dec. 638.
num. 15.
132 Sed bene retardat illius ſolutionem exceptio oriens
ex ventre literarum, Rota d. deciſ. 617 num. 1 & ſeqq. p 1.
133 recent. ſicut nullitas † ex earum ventre proveniens, Buratt.
d. deciſ. 542. numer. 5. & ſicut gratia conditionalis,
prout ſi penſio reſervetur alicui, poſtquàm fuerit
clericali charactere inſignitus, quæ exceptio ſignanter
dicitur oriri ex ventre, Seraph. deciſ. 664. num. 4.
134 Cæterum qui ſolvit alicui penſionem, & deinde illam
ſolvere negat, ſi hoc facit, ex mera voluntate, dicitur
ſpoliare, ſecus ſi ob impotentiam Innoc. in cap. querelam
in verbo penſionem, & num. 3. & ſeqq. de elect. & ibi
etiam Abb. in 3. not. num. 2. Gig de penſ. q. 47. numer. 1. Menoch.
de recuper. rem. 1. q. 8. n. 89. Put. dec. 419. n. 1. lib. 2.
Sed hoc primò non procedit, ſi neget ex iuxta cauſa, 135
Menoch. de recuper. rem. 1. quæſt. 8. num. 89. Beltramin.
conſ. 21. n. 6. verſ. item rectè Rot. dec. 99. n. 8. & ſeq. p. 1.
diverſ.
Secundò non procedit quando quis non habet ſe 136
pro ſpoliato, Caccialup de pen quæſt. 18 in fine Afflict. dec.
395. n. 7. Put. d. dec. 419. n. 2. Rot. dec 99. p. 1. diverſ.
Ac proinde, qui non habet ſe pro ſpoliato, habet re- 137
medium manutentionis, Bellamer. d. conſ. 21. nu 6. verſ.
Item rectè, Put. dec. 419. num 2. & ſeqq. Rot. dec. 99. num.
3. p. 1. diverſ. & in Regien. reſervationis fructuum, 6. Iunii
1586. coram bo. me. Gipſio.
Aliàs, ſi habet ſe pro ſpoliato, habet remedium rein- 138
tegrationis, ſeù reſtitutionis, Innoc. in d. c. querelam, n.
3. de elect. Bellamer. conſ. 21. n. 6 Gigas de penſ. q. 47. n. 1.
Menoch. de recuperan. rem. 1. q. 8. n. 81. & n 87. & rem.
15. q. 17. num. 200. Afflict. deciſ. 395. num. 5. Put. dec.
419. num. 3. & ſeqq. lib. 2. Rot. dec. 99. num. 3. part. 1. diverſ.
Etiam contra ſucceſſorem in Beneficio, Gig. de Penſ. 139
quæſt. 47. num. 10. Menoch. de recuper. rem. 1. quæſt. 8. n 89.
Guid. Pap. dec. 629. quem ſequitur Put. dec. 151. libr. 3.
& Rot. in d. Regien. Reſervationis fructuum, 6. Junii 1586.
coram bo me. Gipſio.
Verum ſi ante expeditionem Literarum Apoſtoli- 140
carum Penſionem exigi contigerit, Penſio erit omninò
nulla, ob clauſulam ſolitam in hujuſmodi literis apponi,
videlicet vigore Literarum Apoſtolicarum deſuper
expediendarum, & non ante, alias præſens
Penſio ſit nulla, de qua per Saluſt Tib. in Prax. lib. 3.
cap. 4. num 1. Buratt. dec. 542. num 4. Beltram. ad Greg.
dec 440. num. 8. Ferentill. ad Buratt. dec. 659. num. 14.
& ſeqq.
Dicuntur autem literæ expeditæ, ſtatim ac ſunt plum- 141
batæ, Saluſt. Tib. d. lib. 3. cap 4 n. 5. Rot. dec. 170. num.
2. p. 2. recent. Greg. deciſ. 440. n. 5. & ibi Beltram. num.
8. Ferentill ad Buratt. d. dec. 859 num. 15.
Non omitto quod penſionarius Clericus tenetur 142
recitare Officium parvum Beatæ Mariæ Virginis, Pius
V. Conſtit. 38 Ex proximo, ſecundum antiq. impreſſ. Gonzal.
ad reg. gloſ. 5. §. 5. num. 13. Duran. dec. 448. numer.
21.
Denique penſio finitur pluribus modis, & primò 143
finitur morte naturali Penſionarii ad inſtar Vſusfructus,
§. finitur Inſtit. de uſufr. Gig de Penſ. quæſt. 1. nu. 5.
& quæſt. 12. numer. 1. Gambat. de offic. & pot. Leg. tit. de
Penſ. num. 686. & ſeqq. Gonzal. ad reg. 8 gloſ. 5. §. 5. numer.
37.
Secundò finitur etiam Penſionarii morte civili per 144
ingreſſum Religionis poſt poſſeſſionem emiſſam, Gig.
de Penſ. quæſt. 57. Gonzal. gloſ. 5. §. 5. n. 47. Rot. dec. 119.
n. 2. p. 1. rec.
Tertio finitur per promotionem ad Epiſcopatum, 145
niſi pro ſervitio impenſo, vel impendendo aſſignata
fuiſſet, Gig. de penſ. quæſt. 56. Gonzal. d. gloſſ 5 §. 5. n. 37.
Quartò finitur per Militiam, niſi ſit aſſignata pro 146
ſervitio impenſo, vel impendendo, Gig. de penſ. quæſt.
55. Gonzal. dict. gloſ. 5. § 5. n. 57.
Quintò finitur extinctione, nàm Penſionarius Po- 147
teſt illam extinguere de Jure, Rot. dec. 129. num. 2. p.
1. recent. & † poteſt etiam illam caſſare coram Nota- 148
rio, & Teſtibus, maximè accedente Beneplacito Papæ,
Seraph. dec. 987. n. 2.
Sextò extinguitur Penſio per contractum Matri- 149
monii, Gig. de Penſ. quæſt. 54. n. 4. Gonzal. ſupr. dict. reg.
8. gloſſ. 5. §. 5. n. 37. Gambar de offic. & pot. Leg. ſub tit. de
Penſ. num. 743. & ſeq. Rot. dec. 1795. p. 3. lib. 3. diverſ.
Put. dec. 459. lib. 2 Rot. dec. 119 num. 2. par. 1. & deciſ.
12. num. 27. & deciſ. 50. num 19. p. 5. recent. Cavaler.
deciſ. 166. num. 1. & dec. 180. num. 1. Greg dec. 18. numer.
11. & ibi Beltram. num. 6. Ferentil. ad Buratt. dec. 791.
num. 8.
Quod procedit, etiamſi non ſit ſequuta copula car- 150
nalis,

Digitized by Google

nalis Rot. *dec. 1. de Sponſ. in antiq. & dec. 1. de Cler. conjug. in nov.* Cavaler. *dec. 169. nu. 2.* Beltramin. ad Gregor. *dec. 18. nu. 7.* Ferentill. ad Buratt. *dict. dec. 791. nu. 9.*

151 Et etiamſi Matrimonium fuerit contractum de facto, & nulliter, dummodo nullitas non proveniat ex defectu con-
152 ſenſus Penſionarii, Cavaler. *d. dec. 166. nu. 3.* qui † enim
habet Matrimonium pro contracto; quantum in ſe eſt,
habet Penſionem pro derelicta, cum faciat actum contrarium Clericatui, Abb. *in c. 1. nu. 7. in fin. de Cler. conjug.* Cavaler. *dec. 166. nu. 4. & ſeqq.*

153 Sed hæc Primo non procedunt in Sponſalibus de futuro, Rot. *dec. 5. de Cler. conjug. in nov. & dec. 772. num. 2. part. 2. recent.*

154 Secundò non procedunt, quando Penſio non fuit alicui reſervata uti Clerico, ſed ob benemerita, vel pro commodo temporali, Gabr. *de offic. & pot. Leg. tit. de Penſ. lib. 6. nu. 731.* Rot. *dec. 387. nu. 3. p. 3. recent.* Beltram. ad Greg. *dec. 18. nu. 10.* Ferentill. ad Buratt *dec. 791. nu. 14.*

155 Tertiò non procedunt attenta diſpenſatione Apoſtolica, nam tunc Penſio poteſt retineri etiam ab Uxorato, Rot. *dec. 367. nu. 1. p. 1. recent.*

156 Quartò non procedunt in Equite Sancti Stephani, qui etiam Uxoratus poteſt retinere Penſiones uſque ad ſummam quadringentorum ducatorum, Paul. V. *Conſt. 46. Dum generoſa.*

157 Quintò non procedunt in Milite Sanctorum Mauritii, & Lazzari, qui poteſt retinere Penſiones, ut diximus ſupra *nu. 76.* uſque ad ſummam ducatorum quadringentorum auri de Camera, Clem. VIII. *Conſt. 102. Decet, ſecundum nov. impreſſ.*

158 Sextò non procedunt in Milite Lauretano, qui poteſt retinere Penſiones uſque ad ſummam ducatorum ducentorum auri de Camera, & eas transferre, etiamſi duxerit Uxorem, Sixt. V. *Conſt. 16. Romanum, ſecundum antiq. impreſſ.*

159 Septimò finitur Penſio antiqua per translationem, quando in translatione prima Penſio extinguitur, & creatur nova, Gabr *conſ. 186. nu 7. lib. 1.* Gig. *de Penſ. quæſt. 74. num. 1.* Veſtr. *in Prax. lib. 3. cap. 6. in princ.* Rot. *dec. 122. nu. 3. & dec. 327. nu. 1. part. 1. & dec. 7. nu. 15. & dec. 50. nu. 32. p. 5. recent.* Greg. *dec. 18. nu 4.* & ibi Beltramin. *nu 12. & dec. 445. nu. 7.*

160 Sed nihilominus, reſpectu ſubſtantiæ, hujuſmodi Penſio dicitur antiqua, Rot. *dec 122 num 9. p 1. & dec. 733. nu. 1. p. 2. & dec. 119. num. 2. part. 4. recent.* Buratt *dec. 12. nu. 2. & dec. 670. nu. 4.* licet reſpectu translatarii dicatur nova, Rota *dicta dec. 7. nu. 14 p. 5. recent.* Buratt. *dec. 636. nu. 5. & nu 11.*

161 Eſt autem translatio de perſona ad perſonam tranſportatio, Pariſ. *de Reſig. lib. 6. tit. 4 nu. 4.* Rot. *dec. 34. n. 42. & ſeqq. p. 5. & dec. 38. nu. 22. p 6. rec.*

162 Et poteſt translatarius agere non ſervatis terminis,
& ſola citatione ad ſolvendum, Duran. *dec. 60. num.*
163 45. vel prævio † Monitorio, prout quotidie obſervatur in Tribunali A. C. ſervatiſque quatuor terminis, ut ſupra, ſervari ſolitis, quo caſu judicium pariter non deſinit eſſe exequutivum, licet pronuncietur etiam per Cedulam; Duran. *dict. dec. 60. nu. 44 & ſeqq.*

164 Et literis etiam non juſtificatis, quando ipſemet translatarius eſt in quaſi poſſeſſione exigendi, & in effectu Penſiones exegit, & Beneficiatus reſervationi Penſionis conſenſit, ſecus ſi agatur contra eum, qui reſervationi non conſenſit, & a quo Translatarius nunquam exegit, quia tunc Literæ ſunt juſtificandæ, Saluſt. Tiber. *in Prax. lib. 3. cap. 6. nu. 4.* Rota, ſic magiſtraliter diſtinguens *dec. 305. nu 2. p. 1. recent.*

165 Nec Rota hoc ultimo caſu non concedit Manutentionem, Rota *in Brixien. Penſionis, 19. Maii. 1594. coram bo. me. Card. Millino, apud* Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in cauſ. Penſ. p. 1. §. 1. dec. 56. num. 1. & ſeqq. fol. 561.* ſed ſi in translatione Penſio antiqua fuit extincta, & alia de novo creata, dat Immiſſionem, etiam ſi quis ſit ſubrogatus ad quaſi poſſeſſionem Transferentis, Rota *in Sancti Martii Penſionis, 30. Januarii 1612. cor. bo. me. Cardin. Sacrato, apud* Marcheſ. *de Commiſſ. inter dec. imprimendo omiſſas, p. 2. fol 586.*

166 Si tamen concurreret quaſi poſſeſſio longiſſima transferentis, poſſet translatarius agere exequutivè, literis transferentis non juſtificatis, ex quo juſtificatio hoc caſu præſumitur, Rota *in Bonon. Penſionis 17. Maii 1593. coram bon. mem. Card. Millino, apud* Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in cauſ. Penſ. p. 1. §. 1. dec. 52. numer. 1. & ſeqq. fol. 558 & in d. Brixien. Penſionis num. 4. fol. 561. & in Piſcien. Penſionis, 6. Februarii 1635. coram R. P. D. Ottobono.*

Et debet eſſe translatarius Clericus de tempore translationis, quando fuit ei Penſio reſervata in Clerico Greg. *dec. 18. num 5.* 167

Octavò denique, ſi Penſio reſervata fuit per Epiſcopum, aut alium inferiorem à Papa, finitur morte Titularis conſentientis, prout de communi teſtatur Gambar. *de offic. & pot. Leg. libr. 6. tit. de Penſ. num. 385. & ſeq. & nu. 684. & ſeqq.* licet ipſe contrarium tueatur. 168

Termini autem Penſionis decurſi non ſoluti ante mortem Penſionarii transmittuntur ad illius Hæredes, Gig. *de Penſ. qu. 52. nu. 2. & ſeqq.* Buratt. *dec. 448. nu. 3.* 169

Quod procedit, etiam ſi Penſionarius deceſſerit ante maturatum terminum dummodo, tempore mortis Penſionarii fructus eſſent jam recollecti, alias ſecus, Gabr. *conſ. 191. num. 4 lib. 2.* Buratt. *dec 264. num. 1. & deciſ. 670. n. 2. & dec. 841. num. 1.* Duran. *dec. 448. n. 26. & ſeqq.* 170

Sed ſi fructus tempore mortis Penſionarii erant tantum ex parte recollecti, terminus Penſionis tranſmittitur ad Hæredes Penſionarii pro rata fructuum perceptorum, Gabr. *d. conſ 191. numer. 5. & ſeqq. lib. 2. latè.* Duran. *d. dec. 448. num 34.* 171

Pro terminis verò Penſionis decurſis tempore Præde- B
ceſſoris non debetur Penſio à Succeſſore, niſi adhibitis 172
diligentiis contra illius Hæredes, Seraph. *deciſ. 1351. num. 2.* cum aliis cumulatis, per Buratt. *dec. 617 n. 5. & ſeqq.* ubi quod diligentiæ debent eſſe Judiciales, & continuatæ.

Factis autem diligentiis contra Anteceſſorem, termini Penſionis tempore illius decurſi debent ſolvi, reſervata Congrua à Succeſſore, Gregor. *deciſ. 507. n. 1. & ſeqq. & ibi* Beltram. *num. 7.* Ferentill. ad. Buratt. *deciſ. 448. num. 11.* 173

Quoties, verò Camera aliquid recepit, & id quod remanſit Cameræ, & ſucceſſor percepit, non ſufficeret pro ſatisfactione Penſionarii, poſſet Penſionarius agere etiam contra Hæredem, licet Hæres aliquid ex Gratia Principis, quæ debet ſemper intelligi ſine præjudicio Tertii aliquid percepiſſet à Camera, Coccio. *deciſ. 317. nu 4 & ſeqq.* 174

Contra Hæredes tamen Beneficiati non proceditur via exequutiva, ſed via ordinaria, Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in cauſa Penſion. p. 1. §. 2. num. 3. fol. 597.* Saluſt. Tiber. *in Prax. lib. 3. cap. 3. num. 24. verſ. ſi autem.* 175

Licet autem Literæ Apoſtolicæ originales reſervatio- C
nis Penſionis ſint intimandæ, cum aliàs illarum Inſer- 176
tio in Monitorio non credatur, & ob id quandoquè fuerit obſervatum, ut impetraretur à Signatura Commiſſio A. C. directa, in qua committeretur eidem, ut literas in Monitorio inſertas, ne Originale earum, ob viarum diſcrimen, deperderetur, intimari faceret, & intimationem in hunc modum factam, ac ſi Literæ ipſæ originales intimarentur, valere decerneret, ut per Saluſt. Tiber. *in Prax. lib. 3. c. 2. num. 5 & ſeqq.* ubi ponit etiam Commiſſionis hujuſmodi formulam, Nihilominus hodiè inſertis literis reſervationis Penſionis in Monitorio, illo legitimè executo, & in actis reproducto, & exhibitis in actis literis originalibus reſervationis Penſionis citata Parte ad dicendum contra, abſque alia intimatione literarum originalium, & abſque d. Commiſſione, quæ receſſit ab Aula, ritè, & rectè proceditur, juxta tradita per eundem Saluſt. Tiber. *dict. lib. 3. c. 2. n. 8.* & ita obſervat Praxis.

Cum penſionis cauſa ſit exequutiva, ſolet Signatu- D
ra, ſi contingat cauſam appellationis in ea interpo- 177
ni conſtito de reſervatione, reſcribere regulariter, cum ſolita clauſula, *ſine retardatione ſolutionis Penſionis*, Staphil. *de lit. Grat. fol. 153. verſ. non minus commendatur*, Veſtr. *in prax. lib. 3. cap. ult. num. 1.* Gig. *de Penſ. quæſt. 35. num. 9. & quæſt. 85. in princ. & quæſt. 95. num. 5.*

num. 5. Lancelott. *de Attent. p.* 2. *cap.* 4. *lim.* 30. *de clar.* 2. *num.* 2. Mareſcott. *var reſolut. lib.* 1. *c* 21. *num.* 1. Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in cauſa*, Penſ *par.* 1. §. 1. *num.* 14. *fol.* 488. Caſſad. *dec.* 10. *in princ.* & *num.* 10. *de reſcript.* Rot. *dec.* 301. *num.* 1. & *ſeqq p.* 1. *diverſ.* Cavaler. *dec.* 11. *num.* 3. & *deciſ.* 78. *num.* 1. Rota *dec.* 30. *num.* 3. *p.* 5. *recent.*

178 Idque duplici ratione, ob honorem ſcilicet Literarum Apoſtolicarum, & ad obviandum malitiæ ſolvere recuſantium Penſiones, Gig. *de Penſ. quæſt.* 35. *n.* 7. Mart. *de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 165. *num.* 23. Veſtr. *in prax. l.* 3. *cap. ultimo*, *num.* 1. Mareſcott. *var. reſolut. dicto lib.* 1. *cap.* 21. *num* 1. Cavaler. *dict. deciſ.* 11. *num.* 3. & *d deciſ.* 78. *num.* 1.

179 Sed hoc primò non procedit, quando ſubeſt juſta, & rationabilis cauſa admittendi appellationem ad utrumque effectum, prout ſi Iudex modum in exequendo exceſſerit, Gig. *de Penſ. quæſt.* 95. *n.* 5. Mareſcott. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 19.

180 Secundò non procedit, quando fuit actum via ordinaria, nàm tunc datur appellatio ad utrumque effectum Gig. *de Penſ. quæſt.* 95. *num.* 6.

181 Tertiò non procedit in penſione reſervata ſub conditione, vel ſub modo ante conditionis implementum vel modi verificationem, Veſtr. *in Prax lib.* 3. *c. ultimo*, *num.* 1. *verſ. item ſi Apoſtolica*, Gig. *de Penſ. q* 85. *numer.* 10. Mareſcott. *var. reſol. d. l.* 1 *cap.* 21. *num.* 9. Caſſad. *dec.* 10. *n.* 6. & *ſeqq. de reſcript.* Rot. *dec.* 310. *num.* 3. *part.* 1. *diverſ.*

182 Quartò non procedit in Penſione reſervata ab Inferiore à Papa, Staphil *de lit Grat.* fol. 153. *verſ non minus*, Veſtr. *in prax. lib.* 3 *cap. ult. num.* 1. *verſ. quamobrem*, Gig. *de Penſ. d q.* 85. *num* 1. Mareſcott. *var. reſol. lib.* 1 *c.* 21. *n.* 11. niſi inferior illam reſervaſſet authoritate Papæ quia tunc Papa reſervare videtur Gig. *de Penſ. d. q.* 85. *num.* 12. Mareſcott. *d. c.* 21. *num.* 13. vel niſi penſionarius eſſet in quaſi poſſeſſione exigendi, Veſtr. *d. lib.* 3 *cap. ult. num.* 1. *verſ. item ſi Apoſtolica*, Mareſcott. *var. reſol d l.* 1. *c.* 21. *n.* 14.

183 Quintò, non procedit, quando Penſionarius per longi temporis ſpatium penſionem non petiit cum tamen potuiſſet agere, Gig. *de Penſ. quæſt.* 85. *num.* 3. Mart. *de Clauſ. p.* 1. *clauſ.* 165. *n.* 15. Mareſcott. *var. reſol. d. lib.* 1. *c.* 21. *num.* 15

184 Sextò non procedit, quando ex ventre Litterarum oritur talis exceptio, ut ex ea clarè conſtet de non jure penſionarii, Marcheſ. *de Commiſſ. apell. in cauſ. Penſ. p.* 1. §. 2. *num.* 108. *fol.* 193. Mareſcott. *var. reſol. d l.* 1. *c.* 21.

185 *num.* 7. Rot. *dec.* 301. *num.* 3. *p.* 1. *diverſ.* dicitur † autem talis exceptio oriri ex ventre, ad effectum de quo agitur quando penſio fuit reſervata ſub aliqua conditione, ex cujus defectu conſtet de non reſervatione penſionis, Mareſcott. *var. reſol, d lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 7. Seraph *dec.* 664. *num.* 4.

186 Septimò non procedit, quando non ſunt expeditæ literæ reſervationis penſionis, nec conſtat de quaſi poſſeſſione exigendi, Rot. *d. deciſ.* 301. *num.* 2. *part.* 1. *diverſ.*

187 Octavò non procedit, quando penſio fuit impoſita ab Epiſcopo ſuper fructibus Beneficii de jure patronatus Laicorum ſine conſenſu Patroni, quod facere poteſt, licèt hujuſmodi penſio contra Succeſſorem in Beneficio non tranſeat, Gig. *de Penſ. quæſt.* 85. *numer.* 6. *quem ſequitur* Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in cauſ. Penſ. par.* 1. §. 2. *numer.* 66. *fol.* 589.

188 Octavò non procedit, quando penſio fuit reſervata ſuper pluribus Beneficiis, quæ poſtea pervenerunt ad manus diverſarum perſonarum, nam ſi penſionarius agat contra unum inſolidum, non datur clauſula, *ſine retardatione*, cum quilibet teneatur pro ſua rata, Gig. *de Penſ. d. q.* 85. *numer.* 5 Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in cauſ. penſ. part.* 1. §. 2. *n.* 61. *fol.* 588. Mart. *de Clauſ. par.* 1. *clauſ.* 165. *numer.* 26. Mareſcott. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 16.

189 Decimò non procedit, quando Tranſlatarius tranſtulit penſionem in alium de ſolo conſenſu Beneficiati ſecus ſi vigore facultatis ſibi authoritate Apoſtolica conceſſæ, Gig. *de Penſ. q.* 85. *n.* 8. Mareſcott. *var. reſol. l.* 1. *c.* 21. *n* 17.

Decimò primò non procedit, quando fuit pronun- 190
ciatum contra reſervationem, & ſic Literæ Apoſtolicæ fuerunt vulneratæ, Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in cauſ. Penſ. p.* 1. §. 2. *n.* 98. *fol.* 592. *Rota Brixien. penſionis*, 21. *Maii* 1599. *coram bo. me. Penia.*

Decimo ſecundò non procedit, quando Rector Bene- 191
ficii plures expenſas facit pro reparatione, vel recuperatione bonorum ejuſdem Beneficii, & prætendit quod penſionarius contribuat hujuſmodi expenſis, vel ſolutioni Charitativi ſubſidij, vel Decimæ Papalis, nàm tunc non datur clauſula, *ſine retardatione*, niſi penſio eſſet exempta, & immunis ab hujuſmodi oneribus, Gig. *de Penſ. q.* 85. *n.* 7. Marcheſ. *de Commiſſ. appel. in cauſ. Penſ. p.* 1. §. 2. *n.* 73. & *ſeqq. fol.* 589. & *ſeqq.*

Decimo tertiò non procedit quando Penſio fuit im- 192
poſita per Arbitros electos à Collitigantibus, & Succeſſor in Beneficio illam de nullitate redarguere intendit petitque cauſam committi deſuper invaliditate ejuſdem, Gig. *de Penſ. d. q.* 85. *n.* 4. March. *de Comm. appell. in cauſ. Penſ. p.* 1. §. 2. *n.* 58. *fol.* 587.

Decimo quartò non procedit, quando in reſerva- 193
tione penſionis fuit conceſſa facultas illam transferendi dummodo infra certum tempus ſolventi penſionem fieret tranſlationis denunciatio, aliàs non facta denunciatione penſio cenſeretur extincta, nam tunc tranſlatione facta, et conditione non adimpleta, ſi cauſa nullitatis vel extinctionis committi petatur, non dabitur in commiſſione clauſula, *ſine retardatione*, Gig. *de Penſ. q.* 85. *n.* 9. Marcheſ. *de commiſſ. appel. in cauſ. Penſ. p.* 1. §. 2. *n.* 90. *fol.* 591.

Decimo quintò non procedit, quando penſio fuit 194
alicui conceſſa, & reſervata uti Clerico, & compertum fuit eum non eſſe Clericum, ſed ſimplicem Laicum, Marcheſ *de Commiſſ. appell. in cauſ. Penſ. p.* 1 §. 2. *n.* 100. *fol.* 592

Decimoſextò non procedit, in ſecunda inſtantia, ſi com- 195
miſſio fuerit in prima inſtantia abſque d. clauſula ſignata, Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in cauſ. Penſ. p.* 1. §. 2. *n.* 107 *fol.* 593.

Decimò ſeptimò non procedit, quando Clericus ad cu- 196
jus favorem fuit reſervata penſio, matrimonium contraxit aut miles effectus fuit, niſi ex diſpenſatione, aut privilegio illi retentio penſionis fuiſſet conceſſa, Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in cauſ. Penſ. part.* 1. §. 2. *nu.* 108. & *ſeqq fol.* 593.

Decimo octavò non procedit, quando ſuper fructibus 197
alicujus Beneficii fuit impoſita ſecunda penſio, non facta mentione de prima, nam tunc ſecunda eſt nulla, etiamſi fuiſſet à Papa conceſſa motu proprio, Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in cauſ. penſ p.* 1. §. 2. *n.* 110. & *ſeqq. fol.* 593. & *ſeqq.*

Decimo nonò non procedit, quando agitur contra 198
eum, qui non eſt ſucceſſor juris, vel Dominus Beneficii, prout contra œconomum, & ſimiles. Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in cauſ. Penſ. part.* 1. §. 2. *num.* 115. *fol.* 594.

Vigeſimò denique non procedit, quando defectu cau- 199
ſæ Penſio corruit, prout quando reſervatio eſt nulla ob reſignationis invaliditatem, Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in cauſ. Penſ. d part.* 1. §. 2. *nu.* 116. & *ſeq. fol.* 594. & *ſeqq.*

Hæc clauſula, *ſine retardatione ſolutionis Penſionis*, 200
ſuſpendit, & limitat juriſdictionem, adeò quod non poſſit ad ulteriora Judex procedere, niſi penſio fuerit ſoluta, Marcheſ *de commiſſ. appell in cauſ. Penſ. part.* 1. §. 1. *nu* 73. *fol.* 594. Pontan. *de Alim. cap.* 19. *nu* 4. Cæſar. de Graſſ. *dec.* 8. *num.* 1. *de Sent.* & *re jud.* Rot. *deciſ.* 301. *num.* 2. & *ſeq. p.* 1. *diverſ.* & *deciſ.* 328 *numer.* 8. *part.* 1. & *deciſ.* 193. *num.* 15. & *deciſ.* 308. *num.* 3, *in fin.* & *num.* 4. *p.* 3. *recent* Cavaler. *deciſ.* 78. *num.* 2. Buratt. *deciſ.* 144 *num.* 12.

Sed hoc non procedit, quando ex ventre Literarum 201
reſultaret evidens exceptio non reſervationis, aut nullitatis, vel extinctionis impediens ſolutionem, Caſſad. *dec.* 10. *num.* 1. & *ſeqq. de reſcript.* Achil. *deciſ.* 4. *de reſcrip.* Seraph. *dec.* 664. *nu.* 4. Rot. *deciſ.* 310. *nu.* 3. *p.* 1. &

deciſ.

dec.649. num 3. part. 3. lib. 3. di verſ & dec. 167. num. 1. part. 1. rec.

202 Semel autem hæc clauſula conceſsa durat etiam in aliis ſequentibus inſtantiis, licèt in aliis Commiſſionibus non fuerit appoſita, Caſsad. *dec 8. n 1. & ſeqq. de reſcript.* Put. *dec 426. num. 2. lib 2.* Rot. *dec. 43. n. 1. & ſeqq poſt. 2. div.* Cavaler. *deciſ. 19. num. 3. verſic nec obſtare.*

203 Sed hoc primò non procedit, ſi exceptio evidens extinctionis, aut non reſervationis oriretur ex ventre Literarum, ex allegatis ſupra *verſ ſed hoc non procedit quando, n. 20*

204 Secundò non procedit, quando totum negocium principale fuit commiſsum Judicis ad quem, Cavaler. *dec. 19 n. 1. verſ. quia cum poſt Sententiam.*

205 Datur verò d. clauſula, primò ubi Literæ Apoſtolicæ ſunt expeditæ, pro illarum exequutione ob earum authoritatem, Seraph. *dec. 1017 n. 2* Rot. *dec. 301. n. 2. p. 1 diverſ & in Brixien. penſionis 21. Maii 1599. coram bo. me. Penia.*

206 Secundò datur, quando quis eſt in quaſi poſſeſſione exigendi. Caſſad *dec. 10. n. 8. de reſcrip.* Seraph. *d. dec. 101.* Rot. *dec 301 nu. 2. p. 1 diverſ.* Verall. *dec 317. part. 2.* Rot. *in d Brixien. penſionis, 21. Maii 1599 coram bo. me. Penia.*

207 Tertiò multò magis datur in judicio ſpolii, cum illud ſit magis privilegiatum, quam judicium retinendæ, & militent eædem rationes, Rot. *in d. Brixien. Penſionis, 21. Maii 1599 coram bon. mem. Penia.*

208 Quartò denique datur, nè interim, qui eſt in poſſeſſione exigendi, ſpolietur, ut fuit dictum *in d. Brixien. §. quinimo.*

209 Præſervat etiam hujuſmodi clauſula juriſdictionem Judicis à quo in exequendo, Cavaler. *d. dec. 19. num. 1.*

210 Non ommitto, quod exceptio oriens ex clauſula, *dummodo remaneant mille, vel centum, vel medietatem fructuum non excedat,* quando hujuſmodi clauſula non eſt juſtificata, non dicitur oriri ex ventre ad impediendum effectum clauſulæ, *ſine retardatione ſolutionis,* ſed Pars poterit, ſi habet aliquid relevans, adire Signaturam, Seraph. *dec. 664. num. 1. & ſeq.* & in his terminis videntur procedere tradita per Mart. *de Clauſ. par. 1. clauſ. 165. num. 10.*

211 Contrarium tamen quod poſſit ſuperſedeti, donec narrativa juſtificetur, videtur voluiſſe, Rot. *d. 310. nu. 3 p. 1. diverſ.*

212 Denique in hac penſionum materia ſolet aliquando Signatura etiam reſcribere cum clauſula, *ſine retardatione ſolutionis penſionis, arbitrio* Rot Seraph. *dec. 1017. n. 2.* Rot. *dec. 567. num 1. & dec 599. n. 1 p. 2. recent.* Cavaler. *dec. 19. num. 1 & dec. 283. in princ. & num. 3.* Andr. *dec 88. n. 1.*

213 & † aliquando etiam cum clauſula, *ſine retardatione ſolutionis penſionis, & ſine præjudicio legitimæ exequutionis, arbi-*

214 *trio* Rot. *dec. 57. n. 1. part. 2. recent.* quo † caſu cum Papa concedat Rotæ arbitrium, ut procedat cum clauſula, vel ſine, videtur etiam dare facultatem examinandi validitatem Literarum reſervationis penſionis, Seraph. *deciſ. 674. numer. 4.*

Quorum bonorum Pars II. Cap. X.

S U M M A R I U M.

1 *Continuatio Tituli ad præcedentes ex n. 4.*
2 *Interdictum Quorum bonorum. quibus competat.*
3 *Interdictum quorum bonorum differt à remedio, l. final. & in quibus.*
4 *Intentans interdictum quorum bonorum in Tribunali A.C. quomodo procedere debeat, ut immiſſionem obtineat, ſi poſſeſſio eſt vacans.*
5 *Agere volens interdicto quorum bonorum, ſi alius poſſidet, tenetur conficere monitorium.*
6 *Monitorium in interdicto, quorum bonorum, & ejus Formula.*
7 *Monitorium contra Partem adverſam exequutum reproducitur, & quomodo reproductio illius adnotetur in actis*
8 *Proteſtatio Rei ſeù negatio Monitorii, & ejus Formula.*
9 *Actor tenetur omninò Monitorium, etiam non negatum, verificare.*
10 *Articuli probandi in interdicto quorum bonorum, & eorum Formula.*
11 *Hæres ex Teſtamento quomodo conficere debeat Articulos in interdicto quorum bonorum.*
12 *Probatis Articulis ab actore, Reus tenetur probare ſuas exceptiones, ſi habet, & quomodo Actor tunc debeat proteſtare.*
13 *Actor in interdicto quorum bonorum poteſt ſuſpendere Petitorium, ne forte cauſa efficiatur appellabilis.*
14 *Citatio ad libellandum in terminis ſubſtantialibus, & ejus Formula, & Proceſſus.*
15 *Citatio ad articulandum in terminis ſubſtantialibus, & ejus Formula, & Proceſſus.*
16 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam & loco Sententiæ reintegrari Monitorium, & immitti, & ejus Formula, & Proceſſus.*
17 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam, & ejus Formula, & Proceſſus.*
18 *Cedula Sententiæ ſuper immiſſione in Judicio in interdicto quorum bonorum, & ejus formula.*
19 *Lata Sententia in interdicto quorum bonorum regulariter ſtatim poteſt expediri mandatum de immittendo.*
20 *Mandatum de immittendo in judicio quorum bonorum, & ejus formula.*
21 *Si quis velit appellare à ſententia lata, ſeù Decreto facto in judicio quorum bonorum, debet obtenta ſuperſeſſoria à Præfecto adire plenam Signaturam.*
22 *Interpoſitio appellationis coram Judice à quo, & ejus Formula, ac reſponſio Judicis.*
23 *Cedula appellationis & ejus formula.*
24 *Commiſſio appellationis à ſententia lata in interdicto quorum bonorum in plena Signatura proponenda, & ejus Formula.*
25 *Signatura quomodo committat cauſam appellationis à Sententia lata, ſeù Decreto facto in interdicto quorum bonorum.*
26 *Ad exequutionem ſententiæ, ſeù Decreti in interdicto quorum bonorum, quomodo procedatur.*
27 *Interdictum quorum bonorum undè dicatur.*
28 *Interdictum quorum bonorum quid ſit.*
29 *Interdictum quorum bonorum aliud directum, aliud utile, & cui detur directum, cui & utile.*
30 *Ut ſit locus interdicto quorum bonorum, requiritur, quod hæreditas ſit delata, & adita, vel bonorum poſſeſſio agnita.*
31 *Agnitio in præſentia Judicis ſufficit abſque alio Decreto, ut ſit locus interdicto quorum bonorum.*
32 *Hæreditas poteſt adiri ſolo animo abſque aliqua ſolemnitate.*
33 *Hæres in interdicto quorum bonorum debet legitimare perſonam ſuam ſervatis ſervandis:*
34 *Interdictum quorum bonorum competit, tam pro rebus per Defunctum tempore mortis poſſeſſis, quàm pro detentis*
35 *In interdicto quorum bonorum requiritur, quod Reus conventus poſſideat pro hærede, vel pro poſſeſſore.*
36 *Contra Titulo valido poſſidentem interdictum quorum bonorum non datur, ſed bene datur contra poſſidentem titulo invalido.*
37 *Ut quis ſit legitimus contradictor in interdicto quorum bonorum quæ requirantur.*
38 *Exceptio Juris incontinenti probandi, & multo magis probatio admittitur in interdicto quorum bonorum & judiciis ſummariis*
39 *Titulus putativus, vel invalidus in interdicto quorum bonorum nihil eſt.*
40 *Si poſſeſſio eſt vacans, datur Hæredi immiſſio cum clauſula* ſine præjudicio poſſidentium, & habentium meliora Jura, *abſque alia citatione.*
41 *Interdictum quorum bonorum non datur contra non poſſidentem.*
42 *Interdictum quorum bonorum datur contra eum, qui dolo deſiit poſſidere ad ſucceſſe.*
43 *Interdictum quorum bonorum datur, tàm Hæredi ex Teſta-*

Digitized by Google

Teſtamento, quàm ab inteſtato, & ad quid.

44 *Interdictum quorum bonorum datur ſignanter Hæredi ab inteſtato.*

45 *Interdictum quorum bonorum datur hæredibus proximioribus, & quibus.*

46 *Si Reus neget Actorem eſſe Cohæredem, agendum eſt judicio familiæ erciſcundæ.*

47 *Interdictum quorum bonorum datur Hæredi Hæredis.*

48 *Interdictum quorum bonorum datur ad conſequendam hæreditatem ex Teſtamento, vel ab inteſtato de jure Prætorio, vel civili bonorum poſſeſſori, & ejus Hæredibus.*

49 *Semel immiſſo non datur interdictum quorum bonorum.*

50 *In Judicio quorum bonorum veniunt acceſſiones, & fructus Hæreditatis.*

51 *Interdictum quorum bonorum datur pro univerſa hæreditate vel bonorum poſſeſſione*

52 *Interdictum quorum bonorum datur etiam pro quota, vel re particulari.*

53 *Contrarium quod non datur pro re particulari.*

54 *Interdictum quorum bonorum, ſi agatur ex titulo univerſali, datur etiam pro re particulari, aliàs ſecus.*

55 *Interdictum quorum bonorum, & remedium* l. fin. *non competunt Legatario, nec Uſufructuario, niſi in legato adſit hæredis inſtitutio, & non adſit alius Cohæres, qui adiverit*

56 *Interdictum quorum bonorum datur pro incorporalibus & nu. 57.*

57 *Interdictum quorum bonorum non datur, contra Debitores hæreditarios, & quare.*

58 *Interdictum quorum bonorum datur etiam pro rebus detentis, velut ex cauſa commodati, vel Depoſiti.*

59 *Interdictum quorum bonorum non datur pro fructibus poſt mortem Defuncti decurſis, niſi à die motæ litis.*

60 *Contrarium, quod in eo veniant fructus, etiam ante litem motam.*

61 *Fructus principaliter petiti, uti ſors debentur etiam ante litem motam.*

62 *Fructus petiti acceſſoriè, incidenter conſumpti abſque mala fide, ſi quis non eſt factus ex eis locupletior, non debentur, niſi à die litis motæ.*

63 *Quælibet cauſa etiam temeraria, opinio erronea excuſat à reſtitutione fructuum.*

64 *Fructus mala fide percepti debentur à die malæ fidei etiam ante litem motam.*

65 *Fructus percepti etiam bona fide, ſi extant, & quis ex eis eſt factus locupletior ſunt reſtituendi, etiam recepti.*

66 *Ubi Titulus eſt reprobus, prout in materia Uſurarum, bona fides non excuſat à reſtitutione fructuum, niſi poſſeſſor ignoraverit factum, ex quo oritur juris reſiſtentia.*

67 *Interdictum quorum bonorum competit contra fideicommiſſarium non poſſidentem legitimè.*

68 *Exceptiones requirentes induginem in interdicto quorum bonorum non admittuntur.*

69 *Ut fideicommiſſarius ſit legitimus contradictor, debet poſſidere, & docere incontinenti de jure ſuo*

70 *Fideicommiſſarius debet capere poſſeſſionem de manu hæredis non propria authoritate, ut dicatur, poſſidere ſine vitio*

71 *Etiamſi reſtitutio fideicommiſſi fiat ipſo jure, & poſſeſſio ſit capta hæreditate jacente, authore Prætore*

72 *Fideicommiſſarius poſſidens pro indiviſo cum Defuncto poteſt continuare reſpectu totius, & hoc caſu non dicitur poſſeſſor vitioſus, prout nec etiam quando nullus eſt Hæres*

73 *Fideicommiſſarius habens authoritatem capiendi poſſeſſionem propria authoritate, ſi illam ſic accipit, non dicitur vitioſus Poſſeſſor.*

74 *Fideicommiſſarius poſſidens ſine vitio docens incontinenti de jure ſuo, ſi non ſunt faciendæ detractiones, eſt legitimus Contradictor, aliàs ſecus.*

75 *Si detractiones faciendæ ab hærede ſunt valdè turbidæ remittuntur ad Petitorium, & interim datur Fideicommiſſario manutentio*

76 *In poſſeſſorio ſummario, quorum bonorum non datur appellatio ſuſpenſiva.*

77 *Interdictum quorum bonorum fuit inventum ad inſtar petitionis Hæreditatis.*

78 *Interdictum quorum bonorum, & petitio Hæreditatis in quibus conveniant.*

79 *Interdictum quorum bonorum, & petitio Hæreditatis quibus diſcrepent.*

Quorum bonorum Pars II. Cap. X.

Actum fuit ſupra de Salviano interdicto, quod datur cuicumque Creditori hypothecario, & quibus etiam virtute cujuſvis ultimæ voluntatis competit hypothecaria, ac deinde de remedio, l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll. quod competit Hæredi ex teſtamento. Sequitur tertiò loco videre de alio adipiſcendæ poſſeſſionis remedio, hoc eſt, de Interdicto *Quorum bonorum*, A, quod competit non ſolum Hæredi ex teſtamento, ſed etiam Hæredi ab inteſtato de Jure civili, ac bonorum Poſſeſſori de jure prætorio, ut omnibus Hæredibus de modo agendi ſit proviſum. 1

Differt Interdictum Quorum bonorum à remedio, *l. fin.* nam hoc competit tantum Hæredi ex Teſtamento pro bonis à Teſtatore tempore mortis poſſeſſis, ſed illud datur etiam Hæredi ab Inteſtato, ac bonorum poſſeſſori, ut ſupra pro bonis, quæ Defuncti tempore mortis fuerunt, & ſic ſive illa tunc fuerint à Defuncto poſſeſſa, ſive tantum detenta contra Poſſidentem pro hærede vel pro poſſeſſore, non autem contra titulo valido poſſidentem 3

Quare ſi Hæres, cui hæreditas eſt delata, immiſſionem in bonis, quæ Defuncti tempore mortis fuerunt, petere voluerit in Tribunali A. C & poſſeſſio illorum eſt vacua (quidquid ſit de jure, & quidquid aliàs fuerit obſervatum) hodie non tenetur aliquem citare, ſed inductis duobus Teſtibus, illiſque ſummatim examinatis ſuper obitu Defuncti, ac legitimatione perſonæ NN. Hæredis, conſtitoque ex illorum depoſitionibus, aut aliàs legitimè de d. obitu, & d. NN. tanquàm Hæredem ab inteſtato in Hæreditate Defuncti ſuccedere, vel ſi immiſſionem petere voluerit uti hæres ex Teſtamento, probato obitu Defuncti producto in actis Teſtamento in forma probanti, & legitimata ejus perſona, obtinet à Judice Mandatum de immittendo cum clauſula *dummodo poſſeſſio ſit vacans, & ſine præjudicio Poſſidentium, & habentium meliora, & potiora jura*, juxta formulam ſuperius traditam, hac eadem *p. a. c. 7. nu. 20.* in cujus fine loco illorum verborum, quoniam in vim ultimi nuncupativi Teſtamenti q. NN. &c. ſi immiſſio petitur ab eo cui delata eſt hæreditas ab inteſtato, dicitur, *quoniam in vim Teſtium in actis examinatorum, ac Jurium exhibitorum* (ſi quæ ſint) *Reverendiſs. D. ita mandavit &c.* & ita hodie obſervat Praxis. 4

Verùm, ſi alius poſſidet pro Hærede, vel pro poſſeſſore, Hæres interdicto Quorum bonorum agere volens, tenetur conficere Monitorium, ut infra, & aliàs mutatis mutandis, ſecundum facti contingentiam, videlicet. 5

De mandato Illuſtriſs, & Reverendiſs Domini A. C ſivè R. P. D NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad Inſtantiam NN Hæredis ab inteſtato q. NN. (vel ex Teſtamento rogato per acta N ſub die N. menſis N. anni N,) ut ſuis loco, & tempore demonſtrabitur, Tenore præſentium. 6

Monentur NN ex adverſo detentor, & occupator bonorum Hæreditariorum q NN. quatenus infra triduum proximum, ſub pœna 500. ducatorum, Cameræ Apoſtolicæ applican. ac pro illis Mandati exequutivi, & in juris ſubſidium Excommunicationis &c. aliiſque pœnis &c. debeat d. NN. Inſtantem in pacificam, & quietam poſſeſſionem unius Domus ſitæ in Urbe in Regione N. juxta bona NN. & NN & alios &c. & quorum-

cum-

Digitized by Google

cumque bonorum Hæreditariorum dicti q. NN. mobilium, ſtabilium, & ſemoventium, jurium, & aliorum quorumcumque ad Hæreditatem dicti q. NN. ſpectantium, ubique locorum poſitorum & exiſtentium, & ſub quibuſcumque finibus confinatorum, ac prout in actis, ac proceſſu cauſæ verificabitur, illorumque, & cujuſlibet eorum jurium, membrorum, pertinentiarum, & annexorum quorumcumque, immiſiſſe, poſuiſſe, & induxiſſe, immiſſumque, poſitum, & inductum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, ac de fructibus redditibus, & proventibus reſpondiſſe, & ſatisfeciſſe, ac per quos opus fuerit immitti, manuteneri, ac reſponderi feciſſe, damnsque, expenſas, & intereſſe præmiſſorum cauſa, & occaſione facta, paſſa, & patien ac liquidan. refeciſſe, Mandatumque de immittendo, ac manutenendo, & alind deſuper neceſſarium, & opportunum concedi, & relaxari, Jus, & Juſtitiam miniſtrari, aliaquè deſuper neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe, in vim interdicti quorum bonorum, ſed alterius cujuſvis remedii poſſeſſorii magis utilis, & proficui d. Inſtanti competentis, &c. Deducens &c. implorans &c. non ſolum, ut ſupra &c. ſed omni alio &c. & ſi quis &c. comparent &c alioquin &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli.

7 Hoc monitorium datur curſori, qui illud perſonaliter exequutum ſubſcribit, & deinde in actis reproducit, quæ quidem reproductio ab actuario adnotatur in Broliardo, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

Coram D. meque &c NN. Sanctiſs. D. N. Curſor retulit, ſe ad inſtantiam NN. perſonaliter monuiſſe NN. prout in folio, tenoris &c. omni &c

8 Exadverſo pars monita proteſtatur infra triduum, prout infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. & negando Monitorium, dixit narrata, prout narrantur, non eſſe vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri, ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, & verificatis verificandis, alias &c. omni &c.

9 Cæterum actor ſivè negato, ſivè non negato Monitorio, tenetur illud juſtificare, & pro verificatione probare ſe hæredem ex teſtamento, vel ab inteſtato, & alias juxta contingentiam facti, producendo in actis Teſtamentum in forma probante, citata parte ad dicendum contra jura, juribuſque, quatenus opus ſit recognitis, ut ſupra *part 1. cap 2. nu* 10. *& ſeqq. & part. 2. cap 6. num.* 11. *& ſeqq* & perſonis legitimatis, exhibendo etiam in actis Articulos opportunos, citata parte ad dicendum contra illos, juxta formulam citationis ſuperius traditam *part* 1. *cap.* 11. *nu.* 2. *& ſeq.*

10 Articuli verò ab Hærede ab inteſtato poterunt fieri ut infra, & alias ſecundum contingentiam facti, mutatis mutandis &c. videlicet.

Articulos infraſcriptos dat, facit, exhibet, & producit Procurator, & eo nomine NN. in cauſa, quam habet cum NN. petens recipi, & admitti, ac ſuper eis Teſtes inducendos, ſervatis ſervandis, examinari, ad ſuperfluam tamen probationem non ſe aſtringens &c. deducens &c. ſalvo jure &c. non ſolùm ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

In primis hic loco Articulorum repetit omnia jura &c. in quantum &c. ex quibus &c. licet &c. tamen &c. ad majorem cautelam, & quatenus opus ſit, probare vult, & intendit.

1 Che la verità fù, & è che fù già al mondo il q. NN. dal quale, e dalla q. NN. ſua Conſorte, e loro legitimo Matrimonio ne nacquero il d. NN. Articolante, & NN. loro Figliuoli legitimi, e naturali, e per tali, e come tali, li ſopradetti da tutti communemente ſono ſtati, e ſono havuti, tenuti, e reputati, e come meglio li Teſtimonii informati diranno la verità del tutto &c. è così &c.

2 Che la verità fù, & è che il d. q. NN. Figliuolo del d. q. N. N. e Fratello del d. articolante del meſe di N. ſotto il dì N ò altro &c. dell'Anno N come à Dio piacque, paſsò à miglior vita ſenza Figliuoli, ò Deſcendenti legitimi, e naturali, e ſenza haver fatto Teſtamento, havendo ſolo laſciato dopo di ſe il detto articolante ſuo Fratello carnale più proſſimo, per tale, come tale da tutti tenuto, havuto, e reputato, e come meglio li Teſtimonii informati diranno la verità del fatto; e così &c.

Che la verità fù, & è che il d. q. NN. Fratello carnale dell'Articolante al tempo della ſua morte haveva fra li altri ſuoi beni, e morendo laſciò nella ſua heredità, gl' infraſcritti ſtabili, mobili, e ſemoventi, de quali ſi tratta, poſſedendo dd beni, e pigliandone li frutti, e facendo altri atti poſſeſſorii, mentre viſſe, e per ſino alla ſua morte, e come meglio li Teſtimonii informati diranno la verità del tutto, e così &c. 3

Che la verità fù, & e', che li ſopradetti infraſcritti beni hereditarii del d. q. N. N laſciati da lui nella ſua heredità, come ſopra, ſono ſtati da più meſi in quà, e ſono al preſente occupati benche indebitamente da N. N. Avverſario, il quale ne hà preſo, e piglia i frutti da Lavoratori, e da chi occorre, e come meglio li Teſtimonii informati diranno la verità del fatto, e così &c. 4

Che la verità fù, & è che li detti beni occupati indebitamente dal detto avverſario ſono quelli medeſimi in corpo, e ſoſtanza, che laſsò già nella ſua heredità come ſopra il d. q. N. N. Fratello carnale dell'Articolante, e come meglio li Teſtimonii diranno la verità del tutto, e così &c. 5

Item che delle ſopradette coſe ne fù, era, & è publica voce, e fama, publico, è notorio, e così &c. 6

In fine Articulorum inſeratur tenor bonorum, de quibus agitur, & deinde dicatur.

Hos pro nunc &c. non ſe aſtringens &c. ſalvo jure &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio &c.

Nomi de Teſtimonii N. N. N. N. N. N e altri da nominarſi.

Cæterum Hæres ex teſtamento omiſſis dictis duobus articulis primis, poterit primum articulum conficere ut infra videlicet.

Che la verità, fù & è, che fù già al mondo il q. NN. il quale ſotto il dì N. del meſe N dell'anno N. paſsò à miglior vita, con haver fatto prima il ſuo ultimo Teſtamento nuncupativo, con il quale morì, rogato per li atti di NN. ſotto il dì N. del meſe di N. dell'anno N. nel quale inſtituì, e laſciò ſuo univerſale herede il d. N. N. Articolante, come più amplamente in detto Teſtamento, al quale &c. e così &c. 11

Et deinde poterit proſequi alios articulos, ut ſupra, mutatis mutandis, ſecundum facti contingentiam.

Demum probatis articulis per Teſtes, & alia legitima probationum genera, ſervatis ſervandis, poterit etiam Reus eodem modo, ſi vult, probare exceptiones, ſi quas habet, juxta ſuperius tradita hac eadem *part.* 2. *in præcedentibus capitibus*, debetque actor in termino ad dicendum contra hoc caſu proteſtari juxta formulam, de qua ſupra hac eadem *part.* 2. *c.* 6. *nu* 16. & Judex tenetur admittere eo caſu jura, & articulos cum clauſula, de qua in d. *part.* 2. *cap.* 6. *nu.* 16. 12

Verum quoniam in hoc ſummario Poſſeſſorio judicio non datur appellatio ſuſpenſiva, ſi forte in præmiſſis mixturam fieri contingeret, poſſet actor ſuſpendere Petitorium juxta ſuperius tradita hac eadem *p.* 2. *c.* 6. *n.* 17. *& ſeq* nè alias cauſa efficeretur appellabilia. 13

Succeſſive, probatis probandis, ſunt obſervandi termini ſubſtantiales videlicet.

A. C. N.

Citetur N. N. exadverſo principalis, ad libellandum ad p. d. ad articulandum ad 2. a. ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2. ad declarandum, ad jurandum de calumnia ad p. d. in terminis ſubſtantialibus, inſtante N. N. principali ſive &c. 14

N. N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura hac die in actis producta, & repetita, & petiis, & obtinuit ſervari, ut ſupra, & admitti, ſi & in quantum, omni &c.

Vel ſi magis libet, termini poſſunt ſervari in hoc judicio, ut infra videlicet.

A C N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad articulandum ad 2. d. ad dicendum contra articulos, ad producendum 15

omnia,

Digitized by Google

omnia, ad dicendum contrà producta ad a. d. in terminis ſubſtantialibus inſtante N.N. principali ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura hodie in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit ſervari ut ſupra, & admitti ſi & in quantum, omni &c.

Productio verò Jurium in actis poteſt fieri at ſupra *p. 1, c. 2. nu 10. & ſeqq.*

Proinde, ſi cauſa debet expediri per decretum, poterit citari pars ut infra, videlicet,

A. C N.

16 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & inculcatè ientos habitos atque ſervatos, in vim quarumcumque facultatum, abſolvi inſtantem à Cenſuris ad effectum &c. deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus &c. concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendam ſententiam definitivum in forma, & loco ſententiæ videndam (reintegrari Monitorium, ſi illud fuit negatum) inſtantem immitti in poſſeſſionem bonorum de quibus agitur, & quodcumque mandatum de immittendo, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari ad p.d. Inſtante N.N. principali, ſivè &c.

N.N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma &c. deferri juramentum &c. qui tactis juravit &c. (& reintegrari monitorium,) ac decerni, & relaxari mandatum, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C N.

Intimetur NN exadverſo principali, qualiter Dominus relaxavit mandatum de immitrendo, & alias prout in actis, Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Quod ſi cauſa ſit terminanda per cedulam, citatur pars ut infra videlicet.

A. C. N.

17 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales malè forſan, nulliter, & inculcatè ientos, habitos atque ſervatos, in vim quarumcumque facultatum, abſolvi inſtantem à Cenſuris, ad effectum &c. deferri iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendam ſententiam definitivam in forma, & alias omni &c. ad p d. Inſtante NN. principali ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

N N. petiit, & obtinuit, ut ſupra &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma, &c. deferri juramentum &c. qui tactis juravit &c. & ſententiari prout in cedula quam Reverendiſs. Dominus Locumtenens legit, ſubſcripſit, & mihi conſignavit, tenoris &c. ſuper quibus &c. præſentibus Sociis Teſtibus &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Tenor Cedulæ.

18 Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum conſilio ferimus in his ſcriptis, in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeù veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter N. N. ab inteſtato hæredem univerſalem q. NN. (vel ex Teſtamento rogato per acta N. N. die N. menſis N. anni &c ſeu &c. ad quod &c.) Actorem, ex una, & N. N. Reum conventum, ex altera partibus, de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem infraſcriptorum bonorum hæreditariorum q NN. de quibus agitur, rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum N N. immittendum fore, & eſſe prout immittimus, in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem dd. bonorum, eorumque iurium, & pertinentiarum quarumcumque, amoto exindè N. N detentore, & quodcumque mandatum de immittendo deſuper neceſſarium, & opportunum decernendum fore, & eſſe, prout decernimus, & relaxamus, Victamque Victori in expenſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de iure imposterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, declaramus, & definitivè ſententiamus, non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo &c. (*hic inſeratur tenor bonorum*)

Ita pronunciavi Ego N N Locumtenens.

Cauſa verò ut ſupra, expedita, niſi pars obtineat Su- 19
perſeſſoriam à Præfecto Signaturæ, juxta ſuperius tradita, *part. 1. cap. 13. nu 19.* vel aliud obſiſtat, expeditur Mandatum, ut infra, videlicet.

De Mandato Illuſtris & Reverendiſs. D. A. C. ſivè R. 20
P D. NN. eius in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. Hæredis univerſalis q. NN.

Tenore præſentium.

Mandatur vobis Baroncello, & exequutoribus, Subexequutoribus, & aliis, ad quos ſpectat &c. quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, ſub 500 ducatorum &c. aliiſque pænis &c debeatis, & quilibet veſtrum debeat eumdem inſtantem in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem bonorum Hæreditariorum q. NN. in fine præſentis Mandati adnotatorum, de quibus agitur, eorumque iurium, pertinentiarum, ac membrorum quorumcumque, amoto N N. Adverſario, & quolibet alio illicito detentore immiſiſſe, induxiſſe, & impoſuiſſe, ac immiſſum, inductum, ac impoſitum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, ac de fructibus, redditibus, ac proventibus eorundem reſpondiſse, & reſponderi fecisse, quoniam d. NN. Adverſario citato, & intimato, ſervatis ſervandis, in vim decreti deſuper emanati (vel ſententiæ deſuper latæ, ſi cauſa fuit expedita per Cedulam) pro ut in actis, Reverendiſs. D. ita mandavit, hac die &c. [*hic exprimatur tenor bonorum, niſi ſupra in corpore Mandati expreſſus fuerit.*]

N. Notarius Locus † Sigilli N. Locumtenens.

Cæterum ſi Reus, qui in hoc interdicto Decretum, 21
vel Sententiam contrariam reportavit, appellare voluerit, cum appellatio ſuſpenſiva non detur, neceſſe habebit adire Præfectum Signaturæ, ſeù ejus Auditorem pro ſuperſeſsoria ad effectum impediendi Immiſſionem, ac proinde cauſam in plena Signatura proponendam curare, iuxta ſuperius tradita *p. 1. c. 13. num. 20. & ſeqq.*

Appellatio autem coram Judice à quo infra decem dies, *ut in d. par. 1. cap. 3. nu. 2. & ſeq.* interponi poterit, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque &c. NN. habita notitia de 22
prætenſo Decreto facto, ſeù Sententia lata ad aſsertam favorem NN. contra NN ab ea, & omnibus aliis gravaminibus &c. ad Sanctiſs. D N. Innocentium X eiuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris &c. petens &c. omni &c.

Cui D. dedit refutatorios in forma, omni &c.

Tenor Cedulæ appellationis.

A quadam aſſerta ſententia, ſeù decreto definitivo per 23
R. P. D. NN. A. C. Locumtenentem lata, ſeu facto, ut dicitur, ad prætenſum favorem NN. contra NN. de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem bonorum Hæreditariorum q. NN. rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius deductis &c. Procurator, & eo nomine d NN. ſentiens ſe læſum, & gravatum, & timens imposterum magis lædi, & gravari &c. ab illa ſeù ab illo, & toto proceſſu deſuper fabricato ad Sanctiſs D N. Innocentium Papam X. eiuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam in his ſcriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit petens ſemel, bis, tertiò, ſæpè, ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus &c. à non admiſſione, ac toto ulteriori proceſſu, iterum, & toties quoties appellat, & ut ſupra de nullitate dicit, itaut ſit ultimus in appellando &c. & interim &c. nihil innovari &c. aliàs de nullitate, & attentatis &c. proteſtans &c non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Commiſſio autem in Signatura proponenda poterit fieri, ut ſupra, & aliàs, mutatis mutandis iuxta contingen-

Digitized by Google

gentiam facti, videlicet. / Romana.

24 Beatiſſime Pater. Devotus S. V. Orator NN. do-
natarius omnium bonorum q. NN. reperitur à pluribus
annis citra in pacifica, & quieta poſſeſſione eorundem
bonorum, ſed nihilominus NN. Adverſarius, aſſer-
tus Hæres ab inteſtato d.q. NN ſub minus vero prætex-
tu, quod d. donatio non ſit de jure valida, egit coram
A.C. contra eumdem Oratorem, & ſententiam ſavo-
rabilem, ut dicitur, ſuper Immiſſione in poſſeſſionem
dd. bonorum, in vim interdicti Quorum bonorum,
quod non datur contra titulo poſſidentem, extorſit, à
qua quidem aſſerta ſententia idem Orator ad S V. infra
legitima tempora appellavit. Supplicat igitur S. V.
Orator antedictus, ut dignetur cauſam, & cauſas ap-
pellationis, & appellationum, necnon nullitatis &
nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitię
à dict. aſſerta ſententia definitiva infra legitima tem-
pora interpoſitæ, & interpoſitarum, necnon attenta-
torum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitu-
tionis in integrum, prout de Jure &c. unà cum omnibus
inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac
toto negocio principali, & quam, & quas &c. alicui
S. V. Sacri Palatii Apoſtolici Auditori audien. cogno-
ſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, &
mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, qui-
bus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, Conſtitutio-
nibus Apoſtolicis. Stylo Palatii, cæteriſque contra-
riis non obſtantibus quibuſcumque Statum &c. pro ple-
nè &c.

Sed ſi cauſa non eſt Rotalis, petitur committi alicui
Romanæ Curiæ Prælato, ut traditum fuit ſupra, hac
eadem *p. 2. c. 6. n. 32.*

25 Signatura, ſi cauſa non admittit appellationem, re-
ſcribit cum clauſula, *ſine præjudicio Mandati de immit-
tendo*, vel ſi datur appellatio, reſcribit ſimpliciter,
committendo cauſam appellationis, vel ſi eſt dubium,
an detur appellatio, reſcribit cum clauſula, *quatenus
ſit locus Ægidianæ*, juxta ſuperius tradita hac eadem
par. 2. c. 6. n. 33. & ſeqq.

26 Tandem, ſi locus eſt executioni, expeditur Man-
datum, & datur Executoribus, qui illius vigore pro-
cedunt ad immiſſionem in poſſeſſionem bonorum, de
qua Actuarius conficit publicum Inſtrumentum, juxta
formulam ſuperius traditam *d. par. 2. cap. 3. n. 39.* mu-
tatis mutandis.

Obſervationes.

27 INterdictum Quorum bonorum ſic appellatum fuit à
primis verbis Edicti Prætoris, *l. prima ff. quorum
bonorum*, Mynſing. *in §. ſequens, n. 5.* & ibi etiam Oynot.
n. 13. verſ. tertio datur, Inſtit. de Interdict.

28 Eſt enim interdictum Quorum bonorum remedium
adipiſcendæ poſſeſſionis bonorum hæreditariorum De-
functi, de Jure prætorio introductum, & advectum,
l. prima, & ibi DD *ff. Quorum bonorum, §. ſequens*,
& ibi Myſing. *n. 5.* Oynot. *n. 7. & n. 12.* & alii *inſtit. de In-
terd.* Bar. *conſ. 82. in princ. verſ. prætorem, l. 2.*

29 Et eſt duplex, directum, & utile, Marant. *de ord.
jud. par. 4. diſt. 7. n. 7.*

Directum datur Agenti ad univerſam Hæreditatem
dict. l. prima ff. Quorum bonorum, Marant. *dict. par. 4.
diſt. 7. n. 7.* Utile verò datur Agenti ad unam rem
particularem, Specul. *de Teſtam. in §. nunc dicendum,
verſ. quid ſi res*, Marant. *dict. par. 4. diſtinct. 7. n. 7.*

Vel potius directum datur bonorum Poſſeſſori de Ju-
re Prætorio, utile datur Hæredi de Jure civili, Myn-
ſing. *dict. §. ſequens, n. 8.* & ibi Oynot. *n. 13. Inſt. de In-
terdict.* Marant. *dict. part. 4. diſt. 7. n. 7.* Bart. *conſ. 82. in
princ. verſ. aut dicimus, quod petierit, lib. 2.*

30 Primò autem ad hoc, ut interdicto Quorum bono-
rum locus ſit, requiritur ex parte Actoris, quod ei de-
lata ſit Hæreditas, & quod eandem adiverit, vel bono-
rum poſſeſſionem agnoverit, *l. 1. & 2. ff. quorum bono-
rum*, Marant. *d. par. 4. diſt. 7. n. 4.*

31 Sufficit tamen agnitio in præſentia Judicis, nec
hodie eſt de eſſentia Judicis decretum, *lib. fin. C. qui
admitti*, Oynot. *in dict. §. ſequens, nu. 13. Inſtit. de
Interd.*

At de jure Civili non requiritur ſolemnitas præſen- 32
tię Judicis in aditione, cum Hęreditas ſolo animo poſſit
adiri, *l pro Hærede in princ. ff. de acquir. Hæred. l. ſi
Avia, C. de Jur. delib.* Oynot. *in d. §. ſequens, n. 24.
Inſtit. de Interd.*

Debet ergo in effectu Hæres, hoc interdicto agere 33
volens, legitimare ſervatis ſervandis ejus perſonam,
Saluſt. Tib. *in prax. lib. 2. c. 4. n. 5.*

Secundò requiritur, quod res, quarum poſſeſſio pe- 34
titur, fuerint in bonis ipſius defuncti tempore mortis,
nec intereſt, an tunc fuerint ab eo poſſeſſæ, vel deten-
tæ, *leg. prima in princ. ff. quorum bonorum* Bart. *in l.
prima n. 15. C. quorum bonorum* cum aliis cumulatis per
Menoc. *de adipiſc. remed. 1. n. 78. & ſeq. & rem. 4. n. 54.
verſ. undecimo*, & in his terminis poſt Menoch. quem
allegat, procedit Rot. *dec. 173. n. 4. part. 5. recent.* Bu-
ratt. *dec. 386. n. 2.*

Tertiò requiritur, quod Reus conventus in hoc Judi- 35
cio poſſideat pro Hærede, vel pro Poſſeſſore, *l. prima,
ff. quorum bonorum l. 1. C. quor. bonor. §. ſequens, Inſt.
de Interd.* Bart. *conſ. 82. verſ. aut dicimus quod petierit,
l. 2.* Oynot. *in d. § ſequens, n. 12. & ſeq.* Marant *de ord.
jud. par. 4 diſt. 7. n. 4.* Peregrin. *de Fideic. art. 46. nu. 18.*
Cavaler. *dec. 386. n. 1.* Rota *dec. 756. n. 1. p. 3. & dec. 364.
n. 1. par. 5 & dec. 48. n. 6. & dec. 68. n. 2. par. 6 recent.*

Nam ſi reus non pro hærede, vel pro poſſeſſore, 36
ſed alio titulo poſſideat, hoc interdictum non datur,
*d. l. 1. ubi not. ff. quorum bonorum d. §. ſequens Inſtit. de In-
terd* Oynot. *in d. §. ſequens n. 17* Alex. *conſ. 184. Viſo,
n. 10. lib. 5.* Maran *de ord. jud. dict par. 4. diſt. 7. nu.
4.* Cavaler. *d. dec. 386, nu. 2.* Rota *dec. 671. nu. 1. p. 1,
& dec. 756 num. 1. part. 3. & dec. 415. num. 9. part. 9.
recent.* & apud Poſt. *de Manut. dec. 294. nu. 5. lux prim.
impreſſ.*

Verùm quod dicitur non dari interdictum contra poſ-
ſidentem alio titulo, debet intelligi de valido, nàm
competit interdictum, quando titulus fuerat mala fide,
vel fortè poſt mortem Defuncti acquiſitus, per Buratt.
dec. 772. n. 3. & ſeq.

Ad hoc autem ut quis ſit legitimus Contradictor in 37
hoc judicio, requiritur, quod poſſideat bona fide, & ſi-
ne vitio, & doceat incontinenti de jure ſuo, Rninn. *con.
1. n. 23. & ſeq. lib. 1.* Saluſt Tiber. *in prax lib. 2. c. 4. n. 7.*
Rot. *dec. 15. n. 1. & n. 10. & ſeq. par. 1. rec.* Greg. *dec. 506.
n. 9.* & † ſicut ex præmiſſis admittitur in hoc judicio ex- 38
ceptio juris incontinenti probandi, dum Reus paratus
eſt docere incontinenti de jure ſuo, ita, & multo ma-
gis admittitur illa de cujus probatione, & veritate in-
continenti liquet, Rota, *dec. 415. nu. 14. p 5. rec* ubi
quod hoc procedit in omnibus judiciis ſummariis.

Nec ſufficiet Poſſeſſori oſtendere titulum invali- 39
dum, vel putativum, quia ad excluſionem hujus in-
terdicti requiritur titulus validus, uti de communi te-
ſtatur Seraph. *dec. 256. numer. 1.* quem ſequitur Rota
*dec. 755. numer. 5. part. 2. & dec. 189. num. 4. part. 4.
recent.*

Verùm ſi Nemo poſſideat, licet olim Praxis obſer- 40
vaverit, quod petens immitti teneretur generaliter ci-
tare ſua quomodolibet intereſſe putantes, juxta tradi-
ta per Saluſt Tiber. *d l. 2 c. 4. n. 4.* nihilominus quia ci-
tatio hoc caſu non eſt neceſſaria, ut per Bart. *d conſ 82.
verſ. aut dicemus quod cum, lib 2.* hodie hæredi ab inte-
ſtato, qui ejus perſonam, ut ſupra, legitimavit, datur
Immiſſio cum clauſula, de qua ſupra, *num. 4* abſque
alia citatione.

Cæterum, ſi Adverſarius non poſſideat, hoc reme- 41
dium non competit, Menoch *de adipiſc. remed. 1 n 47.
& ſeq.* Peregr *de Fideic. art. 6. n. 30.* Oynot. *in § ſequens,
n. 29. Inſtit. de Interd.* Caval. *dec. 33. n. 7.* Ferentiil. ad Bu-
rat *dec. 772. num. 11.*

Sed hoc non procedit, quando quis dolo deſiit poſſi- 42
dere, nam datur tunc contra eum hoc interdictum ad in-
tereſſe, *l. 1. ff.* quorum bonorum Oynot. *in d. §. ſequens,
n. 30. Inſt. de Interd.* Cavaler. *dec. 21. n. 7.*

Competit autem hoc Interdictum, tam Hæredi 43
ex teſtamento, quàm ab inteſtato, pro acquirenda
poſſeſ-

Digitized by Google

poſſeſſione hæreditatis. & rerum hæreditariarum, Oynot. *in §. ſequens, n. 13. verſ. Tertio datur, Inſtit. de Interd.* Aret. *in § quadrupli, n. 34. Inſtit. de act.* Marant. *de ord. jud. p. 4. diſt. 7. n. 2.* cum aliis ſupra allegatis *hac eadem p. 2. c. 7. n. 32. verſ. Interdictum verò.*

44 Sed ſignanter datur Hæredi venienti ab inteſtato, *l. 1. ff. & C. quorum bonorum* Saluſt. Tib. *in prax. d. l. 2. cap. 4. n. 3.* Rota *dec. 115. n. 1. par. 1. & dec. 254. nu. 1. par. 4. & dec. 157. nu. 6. par. 5. recent.* Burat. *dec. 738. num. 7.*

45 Et quidem Hæredi proximiori, & Fratri contra alios Fratres, Cavaler. *dec. 386. n. 1. & n. 3.* Filiis pro immiſſione in poſſeſſionem bonorum Maternorum, Buratt. *dec. 386. n. 1.* Cohæredi, qui non negatur Cohæres, ſed non poſſidet, Cavaler *dec. 386. n. 4.* & *dec. 401. nu. 3. & ſeq.* quinimò Cohæredi, pro ſua portione denegari non poteſt, Rota *dec. 286. nu. 5. par. 7. recent.*

46 ſed † ſi is, qui poſſidet, negat Actorem eſſe Cohæredem, agi debet familiæ herciſcundæ judicio, Rota *dec. 736. n. 2. part. 3. recent.* Cavaler. *d. dec. 386. n. 4. & ſeq.*

47 Competitque hoc interdictum, non ſolum Hæredi, ſed etiam Hæredi Hæredis, Saluſt. Tiber *in prax. lib. 2. cap. 4. num. 9* Rota *dec. 115. num. 1. par. 4. recent.* & Hæredis Ceſſionario, Menoch. *de adipiſc. remed. 4. n. 249.* Burat. *dec. 386. num. 1.* Rota *dec. 48. num. 1. part. 6. recent.*

48 Etiam ad conſequendum hæreditatem Hæredi ex Teſtamento, vel ab inteſtato de Jure prætorio, vel civili, & bonorum Poſſeſſori, & etiam ejus Hæredibus ad conſequendam hæreditatem Defuncto delatam Jure Prætorio Oynot *in d. §. ſequens, num. 13. Inſtit. de Interd* Aret. *in § quadrupli, nu. 34. Inſtit. de action.*

49 Veruntamen ſemel Immiſſo, qui à poſſeſſione cecidit, non datur hoc remedium Quorum bonorum, *§ ſequens ubi* Oynot. *n. 25. & ſeq. Inſt. de Inter.* Alex. *conſ. 70.* Magnificus, *num. 11. lib. 6. & conſ. 88. Omiſſis, n. 18. lib. 7.* Marant. *de ord. jud. d. part. 4. diſt. 7. n. 5. & ſeqq.* Peregr. *de Fideic. art. 46. num. 8.* Rota *dec. 115. nu. 15. & ſeq. part. 1. & dec. 254. numer. 1. part. 4. recent.*

50 In hoc Judicio venit univerſitas bonorum, & per conſequens veniunt etiam acceſſiones, & fructus Hæreditatis, *l. 1. ff. quorum bonorum,* Gloſ. *in rub. C. quorum bonorum,* Saluſt. Tiber. *d. l. 2. cap. 4. n. 1. & ſeqq.* Alex. *conſ. 70.* Magnificus, *nu. 11. lib. 6.* Buratt. *dec. 474. num. 7.*

51 Et ob id datur Interdictum Quorum bonorum pro univerſa Hæreditate, & bonorum poſſeſſione adipiſcenda. *l. 1. ff quorum bonorum, §. ſequens ubi* Oynot. *n. 16. Inſt. de Interd* Rot *dec. 217. nu 6. par. 5. recent.* & apud Poſt. *de Manut. dec. 294. nu. 5. ſecun. prim. impreſſ.*

52 Quinimò datur etiam pro adipiſcenda poſſeſſione quotæ vel alterius rei particularis, *l. 1. in princ. verſ. quod ex his,* & ibi Gloſ. *in verbo ad ſingulas, ff. quorum bonorum d. § ſequens,* & ibi Oynot. *nu. 16. Inſt. de Interd.* Marant. *de ord. jud. par. 4. d. diſt. 7. n. 8* Pereg. *de Fideicom. art. 46. n. 15.* ubi quod hoc eſt valdè notandum in practica, Rota *dec. 415. n. 8. part. 5. recent.* & apud Poſt. *de Manuten. dec. 294. n. 4.* Buratt. *dec. 386. n. 2.*

53 Contrarium, quod hoc interdictum non competat pro adipiſcenda Poſſeſſione rerum particularium, quia eſt judicium univerſale per *tex. in lib. 1. §. fin. ff. quorum bonorum* videtur tenere Papien. *in Prax. in Form. libell. quando pet. Hæred. ex Teſt. §. in omnibus ejus bonis, num. 2*

54 Sed poteſt diſtingui, quod aut agitur ex titulo univerſali, & tunc hoc interdictum competit etiam pro rebus particularibus, aut agitur ex titulo ſingulari, & tunc ſecus, licet enim hoc, & ſimilia judicia ſint univerſalia, apta competere ad univerſitatem, tamen quando competunt ad res ſingulares, hoc non fit ex titulo ſingulari, ſed ex fonte univerſali, ut poſt Jaſ. & alios declarat Oynot. *in d. §. ſequens, n. 16. Inſtit. de Interdict.*

55 Undè infertur, quod cum Legatarius, & Uſufructuarius non habeant titulum ex fonte univerſali, ſed ex ſingulari, non competit eis hoc Interdictum, prout nec remedium, *l. fin.* niſi haberent in legato Hæredis inſtitutionem, & nullus adeſſet alius Cohæres, qui adiverit, Papien. *in d. §. in omnibus, num. 1. & ſeqq.* Saluſt. Tiber. *d. lib. 2. cap. 4. numer. 3.* Greg. *dec. 206. num. 2.*

Et competit etiam Interdictum Quorum bonorum pro rebus incorporalibus, Rip. *in l. 1. nu. 2. ff. quorum bonorum* Peregr. *de Fideic. d. art. 45. n. 16.* Buratt. *dec. 474. num. 7.* 56

Sed hoc non procedit in debitoribus hæreditariis, qui hoc interdicto non tenentur, cum tantum eo teneantur corporum Poſſeſſores *l. 2. ff. quorum bonorum.* Ratio diverſitatis eſt quia Debitores Hæreditatis non poſſunt quaſi poſſideri, cum non ſint in bonis noſtris, ſed poſſeſſores prædiorum debentium ſervitutes dicuntur poſſeſſores corporum, & ſervitutum habita ratione ad prædia, quibus cohærent, propterea datur Interdictum Quorum bonorum, non ſolum pro ſervitutibus, ſed etiam pro aliis rebus Incorporalibus, quæ cum rei corporali cohæreant, quaſi poſſideri poſſunt, prout ex mente Bart. tradit Rip. *in d. lib. 2. n. 2. ff. quorum bonor.* & aliis rationibus comprobat latius Peregr. *de Fideicom. d. art 46. n. 16.* 57

Frequenter autem datur hoc interdictum pro bonis, quæ defunctus tempore ſuæ mortis poſſidebat, vel ſaltem detinebat veluti ex cauſa Commodati, vel Depoſiti, Rip. *in l. 1. n. 18. in fin. ff. quorum bonorum* Gabr *conſ. 31. n. 5. l. 1.* Peregr. *de Fideic. art. 46, n. 14.* Mantic. *dec. 241. n. 1. & dec. 245. n. 1.* Cavaler. *dec. 409. nu. 2. & ſeq.* Rot. *dec. 415. n. 7 par. 5. rec.* cum aliis cumulatis ſupra *verſ. 2. requiritur, n. 34.* 58

Sed licet competat pro bonis relictis à Defuncto tempore mortis, non tamen comprehendit fructus poſtea decurſos, niſi à die motæ litis Seraph *dec. 170. n. 1.* Cavaler. *dec. 409. n. 1. & ſeqq.* Buratt. *dec. 184. n. 1.* 59

Veruntamen cum Interdictum Quorum bonorum fuerit inventum ad inſtar Petitionis Hæreditatis, in eo ſicut in Petitione Hæreditatis venire fructus, etiam ante litem motam tradit Peregr. *de Fidec. art. 46. n. 9.* cum aliis allegatis ſupra *verſ. in hoc judicio, n. 50.* Buratt. *dec. 474. n. 7. & dec. 843. n. 3.* 60

Diſtinguendum eſt in materia fructuum, nam aut agitur principaliter ad ipſos fructus, qui petuntur uti ſors, et tunc debentur etiam antè litem motam, Rot. *decis. 689. n. 3. & ſeq. par. 3. l. 3. diverſ.* Seraph. *dec. 835. n. 2. & ſeqq. & dec. 1168. nu. 3.* cum aliis cumulatis per Ferentill. ad Burat. *d. dec. 184. num. 8. ſub lit. A* ubi de obſervantia Rotæ teſtatur Rot. *dec. 3. n. 6. & ſeq. p. 7. recent.* ubi quod hanc opinionem perpetuò tenuit Rota, *& dec. 281. nu. 4 & n. 6. d. p. 7. recent.* ubi quod quando dicti fructus petuntur uti ſors principalis, non mala fides, ſed obligatio ex legitimo fonte manans tribuit actionem. 61

Aut agitur ad aliquam rem, cujus fructus veniunt in condemnatione acceſſoriè, et incidenter, et tunc aut ſunt percepti et conſumpti bona fide, vel ſaltem abſque mala fide, et quis non eſt factus locupletior, nec auctum ex his ejus patrimonium, et tunc quis non tenetur ad eos, niſi a die motæ litis, et ſic malæ fidei ſupervenientis, in quibus terminis procedit Seraphin. *d. dec. 170.* Rot *dec. 528. n. 7. part. 2. recent.* ubi quod quælibet cauſa etiam temeraria excuſat à reſtitutione fructuum, Buratt. *dec. 184. nu 1 & ſeq.* Caval. *dec. 409. n. 5. & ſeq.* Rot. *dec. 3. n. 1. & dec. 187. num. 18. & dec. 218. n. 17. & dec. 213. n. 6. par. 7. recent.* et ad hoc ſufficere opinionem etiam erroneam non ſolum in facto, ſed etiam in Jure, poſt alios tradit Beltram. ad Greg. *dec. 74. lit. A.* 62 63

Aut fructus ſunt percepti mala fide, prout ab eo, qui ſcit ſe habere Cohæredem, et tunc quis tenetur ad eos etiam ante litem motam perceptos a die malæ fidei, *l. qui bona fide, ff. de acquir. rer. domin.* Rot. *d. dec. 689. n. 6. p. 3. diverſ. lib. 3.* et in his terminis procedit, Buratt. *d. dec. 474. n. 6. & ſeq. & dec. 843. n. 1. & ſeqq* et ibi Ferentill. *lit. B. n. 7.* cum aliis cumulatis per Rot. *d. dec. 3. n. 23. & ſeq. par. 7. rec.* 64

Aut fructus ſunt percepti bona fide, et non ſunt 65

coo-

conſumpti, ſed eatant, & quis eſt eis factus locupletior, & auctum eſt ejus patrimonium, & tunc illi debent reſtitui, vel eorum æſtimatio, *l. item veniat*; *§. præter hæc, verſ. eos autem, ff. de petit. Hæred.* cum aliis cumulatis per Rotam *dicta dec. 3. n. 38. & ſeq.* ubi de receptiori, & quod ab hac opinione non eſt in conſulendo, & judicando recedendum, *p. 7. rec.*

66 Aut titulus eſt reprobus, prout quando agitur de Uſuris, & tunc bona fides non excuſat à reſtitutione fructuum, Seraph. *dec* 106. Beltramin. ad Gregor. *d. dec. 74. lit. A.* ubi hoc temperat, niſi Poſſeſſor ignoraret factum, ex quo oritur d. reſiſtentia Juris, ut fuit dictum in *Mantuana fructuum, 31. Januarii 1618. coram bo. me. Vbaldo.*

67 Competit denique hoc Interdictum Quorum bonorum contra Fideicommiſſarium non poſſidentem legitimè, *l. 1. ff. quorum bonorum*, Menoch *de adipiſc. rem. 1. n. 53.* Rot. *dec. 115. n. 1. par. 1. rec.* Caval. *dec.* 550. *num. 1.*

68 Nec exceptiones requirentes altiorem indaginem in hoc Judicio admittuntur, nec ex eis impeditur immiſſio Buratt. *dec.* 386. *nu.* 4. prout idem de exceptione proveniente ex titulo diviſionis tradit idem Buratt. *dec.* 772. *num.* 1.

69 Ad hoc autem, ut Fideicommiſſarius legitimè poſſideat, & per conſequens ut legitimus contradictor, duo copulativè requiruntur, quod ſcilicet poſſideat ſine vitio, & doceat incontinenti de jure ſuo, Rota *dec.* 115. *numer.* 3. *par. 2. recent.* ubi quod hanc opinionem perpetuò tenuit Rota, Gregor. *dec.* 206. *num.* 6.

70 Nec dicitur Fideicommiſſarius poſſidere ſine vitio, quando poſſeſſio fuit capta propria authoritate, non autem de manu Hæredis prout requiritur *l. 1. ff. quorum bonorum* Rolan. *conſ. 71. n. 14. l. 3.* Greg *dec.* 109. *n.* 1.
71 cum aliis cumulatis per Rot. *d. dec.* 115. *n.* 3. ubi † quod hoc procedit etiam, quando reſtitutio Fideicommiſſi ſit ipſo jure, & poſſeſſio fuit capta Hæreditate jacente, Gregor. *d. dec.* 206. *n.* 8. *& ſeq.* ubi quod hoc procedit, etiamſi poſſeſſio ſit capta authore Prætore, quia Hæreditati jacenti debuit dari Curator, Beltramin. ad
72 Greg. *d. dec.* 206. *nu.* 10. ubi † quod hoc non procedit, quando Fideicommiſſarius poſſidebat pro indiviſo cum Defuncto, nam poteſt continuare, nec dicetur vitioſus, etiam reſpectu totius, prout nec etiam procedit, quando nullus eſſet Hæres, de cujus manu Fideicommiſſarius capere poſſet.

73 Sed concluſio, quod poſſeſſio capta à Fideicommiſſario, ut ſupra, ſit vitioſa, non habet locum, quando Fideicommiſſarius habebat facultatem capiendi poſſeſſionem propria autoritate, Rot. *d. dec.* 115. *n.* 17. *p.* 1. *recent.* Greg. *d. dec.* 206. *n.* 7.

74 Quando Fideicommiſſarius poſſidet ſine vitio, & docet incontinenti de jure ſuo, tunc ſi non ſint faciendæ detractiones, eſt legitimus Contradictor, & poteſt impedire Hæredi immiſſionem, ut evitetur inutilis circuitus, Pariſ. *conſ.* 52. *n.* 114. *lib.* 3. cum aliis cumulatis per Beltramin. ad Gregor. *d. dec.* 206. *n.* 15.

Secus ſi ab Hærede ſint faciendæ detractiones Caſtr. *in leg. fin. nu.* 13. *C. de edict. Div. Adr. toll.* Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *n.* 638. Gabr. *conſ.* 45. *num.* 24. *lib.* 2. Boer. *dec.* 156. *num.* 2. Rot. *d. dec.* 115. *nu.* 11. *par.* 1. *& dec.* 254. *numer.* 3. *par.* 4. *rec.* Gregor. *d. deciſ.* 206. *num.* 8. cum aliis cumulatis ibidem per Beltramin. *ſub num.* 11.

75 Sed hoc non procedit, quando detractiones faciendæ ſunt valdè turbidæ, quæ ob id reſpiciunt Petitorium, & ad illud rejiciuntur; Rot. apud Poſt. *de Manut. dec.* 150. *n.* 10. *& dec.* 216. *n.* 14. *juxta prim. impreſſ.* & interim datur Fideicommiſſario Manutentio, Poſt. *de Manut. obſeru.* 47. *n.* 9.

76 Cæterum in hoc ſummario poſſeſſorio appellatio ſuſpenſiva non admittitur, Oynot. *in §. ſequens, n.* 42. *Inſt. de interdict.* Marant. *de ord. jud. p. 4. diſtinct. 7. n.* 9. quod eſt regulare in omnibus Poſſeſſoriis, ut tradit idem Marant. *de ord. jud. par. 6. in princ. act. 2. numer.* 294. ubi de magis communi Gravat. ad Veſtr. *in prax. l. 7. cap. 3. numer.* 38. ubi de magis communi Marcheſan. *de commiſſ. appell. in Salu. & aliis poſt. par. 1. §.* 1.

num. 12. *& num* 28, *& nu.* 29. *& ſeq. fol.* 927. *ſecundam nou. impreſſ.*

Licet autem interdictum quorum bonorum fuerit adinventum ad inſtar Petitionis Hæreditatis, ut per Burat. *d. dec.* 772 *n.* 1. & in multis conveniant, tamen in pluribus diſcrepant. 77

Nam primò conveniunt, quia in utroque judicio veniunt acceſſiones, ſeu fructus ex allegatis ſupra, *verſ. in hoc judicio n.* 50. 78

Secundò, quia dantur ſolum contra Poſſidentem pro Hærede, vel non poſſeſſore.

Tertiò, quia in utroque judicio requiritur, quod Actor ſit Hæres.

Quartò, quod reus poſſideat, vel dolo deſierit poſſidere.

Quintò, utrunque eſt judicium univerſale, quod datur aliquando pro rebus particularibus.

Sextò, Neutrum datur pro recuperanda re, cujus quis aliàs fuit adeptus poſſeſſionem, quam poſtea amiſit.

Septimò utrunque judicium proponi poteſt ſæpius pro diverſarum rerum poſſeſſione adipiſcenda, latè Oynot. *in §. ſequens, n.* 35 *& ſeqq. Inſtit. de Interdict.*

Diſcrepant verò primò origine, nam Petitio Hæreditatis de jure civili, interdictum verò Quorum bonorum eſt de jure Prætorio introductum. 79

Secundò petitio Hæreditatis directa datur Hæredi, utilis bonorum Poſſeſſori, Interdictum verò Quorum bonorum directum datur bonorum Poſſeſſori, utile Hæredi.

Tertiò petitio Hæreditatis eſt bonæ fidei, Interdictum verò ſecus.

Quartò petitio Hæreditatis eſt judicium petitorium interdictum verò Poſſeſſorium.

Quintò in petitione Hæreditatis datur appellatio ad utrunque effectum, ſecus in interdicto.

Sextò in petitione Hæreditatis Actor petit declarari ſe Hæredem, & ſibi res Hæreditarias reſtitui, in interdicto verò petit immitti in poſſeſſionem earum.

Septimò in petitione Hæreditatis Judex declarat Actorem Hæredem, in interdicto condemnat Reum ad reſtitutionem Poſſeſſionis.

Octavò, in Petitione Hæreditatis actor debet plenè probare ſe Hæredem, & bona eſſe Hæreditaria, vel ſaltem poſſeſſa, vel detenta à Defuncto; in Interdicto ſufficit probatio ſemiplena, vel præſumptiva.

Nonò, Petitio Hæreditatis datur pro bonis ſimpliciter poſſeſſis, vel detentis a Defuncto, Interdictum verò pro rebus, quæ in bonis Defuncti tempore mortis fuerunt, ſed hæc differentia videtur verbalis ex allegatis ſupra, *verſ. a. requiritur, n.* 34. *& verſ. frequenter num.* 58.

Decimò. Petitio Hæreditatis datur contra Debitores Hæreditarios, Interdictum vero ſecus, latè Oynot. *in d. §. ſequens, n.* 31. *& latius, n.* 38. *& ſeqq.* Maran. *de ord. iud. p. 4. diſt. 7. n. 7. & ſeq.*

Quorum legatorum. Pars II. Cap. XI.

S U M M A R I U M.

1 *Continuatio Tituli ad præcedentes.*
2 *Interdictum Quorum Legatorum, quibus, & ad quid competat.*
3 *Agens Interdicto Quorum Legatorum debet conficere Monitorium.*
4 *Monitorium pro Hærede contra Legatarium in Interdicto Quorum Legatorum, & ejus formula.*
5 *Monitorium perſonaliter eſt exequendum, & deindè reproducendum in actis,*
6 *Reproductio Monitorii in actis, & eius Formula.*
7 *Negatio Monitorii in actis, & eius formula.*
8 *Actor debet verificare Monitorium, etiamſi ex adverſo non negetur,*
9 *Actor Hæres pro verificatione Monitorii in Judicio Quorum Legatorum probare debet ſe Hæredem.*

10 *In termino, ad dicendum contra, Reus proteſtar., debet, & quomodo.*

11 *Agens Heres in hoc iudicio probare etiam debet, rem ab eo pecitam fuiſſe hæreditariam, & reum illam occupaſſe propria authoritate, ac adhuc occupare, vel dolo deſiiſſe poſſidere.*

12 *Interdictum Quorum Legatorum non competit Hæredi, niſi docto de intereſſe ratione falcidiæ detrahendæ.*

13 *Reus in hoc judicio poteſt opponere, & probare exceptiones, quas habet per legitima probationum genera*

14 *In Interdicto Quorum Legatorum poteſt ſuſpendi Petitorium, & ad quid.*

15 *Citatio ad libellandum in terminis ſubſtantialibus in Interdicto Quorum Legatorum, & ejus Formula, & Proceſſus.*

16 *Citatio ad articulandum in terminis ſubſtantialibus in judicio Quorum Legatorum, & ejus Formula, & Proceſſus.*

17 *Citatio ad videndum reiterari, & loco Sententiæ reintegrari Monitorium, & immitti, & ejus Formula, & Proceſſus.*

18 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam, & ejus Formula, & Proceſſus.*

19 *Cedula Sententiæ pro Hærede in interdicto Quorum Legatorum, & ejus formula.*

20 *Cauſa ad favorem Hæredis in hoc judicio expedita, niſi aliud obſtet, poteſt expediri Mandatum de immittendo.*

21 *Mandatum de immittendo in interdicto Quorum Legatorum, & ejus Formula.*

22 *Reus appellare volens in Interdicto Quorum Legatorum, debet adire plenam Signaturam ſervatis ſervandis.*

23 *Interpoſitio appellationis coram Judice à quo, & ejus formula, & reſponſio Judicis.*

24 *Cedula appellationis interpoſita, ſeu interponenda coram Judice à quo, & ejus Formula.*

25 *Commiſſio pro Reo in plena Signatura proponenda in interdicto Quorum Legatorum, & ejus Formula.*

26 *Signatura quomodo reſcribat in cauſa appellationis à Legatario interpoſita in interdicto Quorum Legatorum.*

27 *Si eſt locus exequutioni in hoc Judicio proceditur ad immiſſionem, de qua conficitur ab Actuario Inſtrumentum.*

28 *Legatarius pro Legato poteſt agere contra Hæredem via exequutiva, vel ſummaria.*

29 *Legatarius pro pecunia legata agere volens executivè contra Hæredem, quomodo agere, & quid probare debeat.*

30 *Legatarius agere volens executivè pro mobilibus, vel ſemoventibus legatis, debet, docto de legato, ſervatis ſervandis, Perſonas legitimare.*

31 *Citatio contra Hæredem ad conſignandum mobilia legata, & ejus formula & proceſſus.*

32 *Citatio ad videndum relaxari Mandatum alias decretum pro Legato mobilium, & ejus formula, & proceſſus.*

33 *Hæres citatus poteſt deducere, & probare ſuas exceptiones, ſi quas habet contra Legatarium, aliàs expeditur Mandatum executivum.*

34 *Mandatum pro Legato mobilium, vel ſemoventium expeditur prout in formula, quæ datur.*

35 *Citatio ad conſignandum mobilia legata in executione capta, & ejus formula, & proceſſus.*

36 *Mandatum de conſignanda mobilia, vel ſemoventia in executione capta, & ejus Formula.*

37 *Executor, prævio mandato conſignat Legatario mobilia legata in executione capta, & Actuarius de hoc conficit inſtrumentum.*

38 *Si executor non inveniat bona mobilia legata, quomodo procedendum, & quid agendum.*

39 *Exequatur contra Perſonam, & bona propria Hæredis non docentis de legitimo Inventario, ſeu rationem non reddentis, & ejus formula.*

40 *Si valor mobilium legatorum non appareat ex publicis documentis, & dd. mobilia non reperiuntur, poteſt probari per Teſtes, ſed à Decreto liquidationis dabitur appellatio.*

41 *Mobilibus legatis non repertis, ſi contingat exequi Mandatum contra perſonam Hæredis, non eſt opus liquidatione valoris, & ob id cauſa non eſt appellabilis.*

42 *Mandatum non poteſt exequi contra perſonam Hæredis, quia habet in bonis, an, & quando, ad tollendam ei viam appellationis poſſit contra eum agi ad exhibendum, vel alio judicio, & n. 43.*

43 *Citatio ad tradendum mobilia legata, aliàs videndum gravari, & ejus formula, & proceſſus.*

44 *Contra non tradentem mobilia legata, expeditur Mandatum pro Gravamine, & proceditur ad illius executionem, & ſubbaſtationem, donec ille tædio affectus pareat.*

45 *Si valor legati eſt ſcutorum quingentorum, vel ab inde ſupra, quia cauſa appellationis tunc venit committenda in Rota, melius eſt agere coram A.C. via ordinaria, & quare.*

46 *Re legata ad valorem ſcutorum quingentorum aſcendente, cautius eſt coram A.C. agere in Salviano, & quare.*

47 *Legatarius volens agere contra Hæredem pro re legata ſummariè, ſeu interdicto Quorum legatorum debet agere prævio Monitorio.*

48 *Monitorium pro Legatario in interdicto Quorum legatorum, & ejus formula.*

49 *Monitorium contra partem adverſam executum, & reproductum, poteſt ex adverſo negari.*

50 *Legatarius hoc judicio agens debet docere de legato, & morte Teſtatoris, ac legitimare Perſonas ſervatis ſervandis.*

51 *Legatarius debet in hoc judicio probare rem legatam fuiſſe à Teſtatore tempore mortis poſſeſſam, ſeu detentam, & nunc Adverſarium uti hæredem eandem detinere.*

52 *Hæres reus conventus in interdicto quorum legatorum poteſt deducere, & probare per legitima probationum genera ſuas exceptiones, ſi quas habet.*

52 *In Interdicto Quorum legatorum intentato à Legatario contra Hæredem poteſt ſuſpendi Petitorium.*

54 *Legatarius intentans interdictum quorum legatorum contra Hæredem debet ſervare terminos ſubſtantiales, & quomodo.*

55 *Cedula ſententiæ, pro Legatario contra Hæredem in Interdicto quorum legatorum, & ejus formula.*

56 *Mandatum de immittendo ad favorem Legatarii expediri & ad immiſſionem illius virtute contra Hæredem procedi poteſt, & quomodo.*

57 *Hæres in interdicto Quorum legatorum à Legatario conventus quomodo appellare, & cauſam appellationis committendam curare debeat.*

58 *Commiſſio appellationis ab Hærede contra Legatarium interpoſitæ in interdicto quorum legatorum, & ejus formula.*

59 *Alia commiſſio appellationis ab hærede interpoſitæ contra Legatarium, quando cauſa fuit contra eum expedita per decretum.*

60 *Signatura quomodo in cauſis poſſeſſoriis, & quomodo in pecuniariis reſcribat, remiſſivè.*

61 *Reſcripto Signaturæ impedimentum non præſtante poteſt procedi ad expeditionem, & executionem mandati.*

62 *Prælegatis etiam pecuniariis, ac Fideicommiſſis ſolet frequenter intentari Salvianum.*

63 *Interdictum Quorum legatorum unde dicatur.*

64 *Interdictum Quorum legatorum quid ſit.*

65 *Legatarius, ſeu Fideicommiſſarius debet regulariter capere rem legatam, ſeu Fideicommiſſo relictam de manu Hæredis.*

66 *Regula, dolo facis petere quod reſtituturus es, non procedit, quando intereſt Actoris, ut res in primis reſtituatur.*

67 *Interdictum, Quorum legatorum non competit Hæredi,*

redi, niſi quando vult, & poteſt detrahere Falcidiam ſiù Trebellianicam.

68 Occupans rem legatam ab Hærede poſſeſſam propria authoritate poſt aditam cadit à jure ſuo, & Hæredi competit interdictum recuperandæ.

69 Occupans rem legatam vacantem, & ante aditam non cadit à jure, ſed competit Hæredi hoc caſu interdictum Quorum legatorum

70 Occupans rem hæreditariam ante aditam tenetur crimine expilatæ hæreditatis, ſi eſt Extraneus, ſecus ſi eſt Legatarius.

71 Occupans rem alicuam vacantem ob Domini abſentiam tenetur eam reſtituere uti Prædo, vel Fur, ſecus Legatarius occupans rem legatam vacantem ante aditam.

72 Creditor, jus ſibi dicens in bonis debitoris propria authoritate, amittit creditum.

73 Res legata ante aditam eſt in bonis nullius, poſt aditam verò eſt propria ipſius Legatarii.

74 Ut ſit locus interdicto Quorum legatorum ſex requiruntur, & quæ.

75 Interdictum quorum legatorum competit etiam Hæredi Hæredis & bonorum Poſſeſſoris

76 Interdictum quorum legatorum datur contra Legatarium qui rem legatam propria authoritate occupavit.

77 Interdictum quorum legatorum datur contra titulo poſſidentem, ſecus interdictum quorum bonorum.

78 Interdictum quorum legatorum datur contra Legatarium qui rem legatam cum conſenſu Hæredis antè aditam, occupavit.

79 Interdictum quorum legatorum datur contra Legatarium, qui legatorum ſervandorum nomine miſſus fuit in poſſeſſionem à Judice. & quando.

80 Interdictum quorum legatorum datur contra eum qui rem legatam occupatam dolo deſiit poſſidere, & ad quid.

81 Interdictum quorum legatorum datur contra cohæredem qui propria authoritate occupavit prælegatum & pro qua rata,

82 Interdictum quorum legatorum datur contra Hæredes, & Succeſſores Legatariorum.

83 Interdictum quorum legatorum datur contra Fideicommiſſarium univerſalem.

84 Interdictum quorum legatorum non datur contra Fideicommiſſarium vel Legatarium habentem facultatem capiendi poſſeſſionem propria authoritate dum tempore poſſeſſionis ab eo adeptæ Hæres adhuc non poſſidebat.

85 Interdictum quorum legatorum datur Legatario contra Hæredem pro re legata, etiam quando fuit ad eam occupatam illi reddendam coactus.

86 Conſuetudo, & Praxis eſt rerum magiſtra.

87 Interdictum quorum legatorum datur tam pro rebus corporalibus. quàm incorporalibus.

88 Interdictum quorum legatorum non habet locum in Donatione cauſa mortis, & quare.

89 In interdicto quorum legatorum non datur appellatio ſuſpenſiva niſi opus ſit detrahere Falcidiam ex legatis pro ſupplemento æris alieni

90 Legatario. & fideicommiſſario competunt tres actiones, & quæ

91 Legatario. & Fideicommiſſario ratione hypothecæ competit etiam Salvianum.

92 Pro Legato competit via executiva & ita obſervat Praxis in Tribunali A.C & num 93.

93 Contrariam opinionem paſſim ſequitur, & obſervat Rota.

94 Quando fuit actum via ordinaria, cenſetur renunciatum executivæ.

95 Si Hæres negat Teſtamentum, vel dicit de nullitate illius & eſt ſuper hoc contentio Judicialis, non competit pro Legato via executiva, etiam in Tribunali A.C.

96 Opinio Angeli, quod pro Legato competat via executiva, non habet locum, quando Legatarius intentat remedium l. fin., ſecus ſi intentat aliam actionem.

97 Opinio Rotæ, quod pro legato non competat via executiva non procedit in eo Tribunali, quando mandatum ab A. C. relaxatum tranſivit in judicatum ob non interpoſitam appellationem.

98 Actore non probante, Reus abſolvitur, etiam ſi probatio ſit dubia, & ſimus in favorabilibus.

99 Teſtis deponens, Teſtatorem accidenti impeditum dixiſſe, laſciate ſtar coſi, e tornate un'altra volta, che lo finiremo ad ſummum concludit de præparatoriis Teſtamenti, vel Codicilli faciendi.

100 Verba Teſtatoris, quæ differunt ultimam voluntatem in aliud tempus perficiendam, ad præparatoria tantum ſunt referenda.

101 Teſtator cenſendus eſt permanſiſſe in mero tractatu, & præparatoriis teſtandi, ſi hoc ex dictis Teſtium, vel aliis facti circumſtantiis colligi poteſt.

102 Præparatoria, & tractatus diſponendi in ultima voluntate imperfecta carent omni Juris effectu.

103 Voluntas imperfecta non eſt voluntas, nec diſpoſitio etiam ad pias cauſas.

104 Voluntas imperfecta ſuſtineri non poteſt etiam favore piæ cauſæ, ex receptiori.

105 Doctrina Bart in l. in Teſtamento, ff. de fideic libert. magis communiter reprobatur.

106 Opinio Bart. in d. l Teſtamento, ſi vera eſſet, poſſet ad omne peius procedere, quando Teſtator habuit aliquod capitulum Teſtamenti pro perfecto alias ſecus.

107 Voluntas Hominis eſt ambulatoria.

108 Legata Pia debentur, etiamſi Teſtator poſt Teſtamentum perfectum dixerit, tenete coſì ſino a domani, ſecus ſi hoc dixerit ante Teſtamentum & voluntatem perfectam.

109 Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis, nec etiam ſuſtinetur ex clauſula Codicillari inter liberos

110 Clauſula Codicillaris eſt inventa ad conſervandam non ad ſupplendam Teſtatoris voluntatem

111 Dum imperfectio eſt in voluntate, præſumitur, quod Teſtator diſtulerit in aliud tempus ad eximendum ſe à moleſtiis Laſſantium pro ultima voluntatis confectione.

112 Si Teſtator volebat ipſe diſponere per rogitum Notarii, & diſtulit in aliud tempus, non valet actus etiam ad pias cauſas, dum voluntas illius non eſt omninò adimpleta.

113 Duo Teſtes in relictis ad Pias cauſas quando non ſufficiant.

114 Duo Teſtes, qui requiruntur in relictis ad pias cauſas, debent eſſe omni exceptione majores.

115 Idem eſt dicere Teſtis idoneus, & Teſtis omni exceptione major.

116 Teſtes, qui plures irreparabiles patiuntur defectus, repelluntur in totum.

117 Teſtis nulliter examinatus ſine interrogatoriis Parte non citata repellitur.

118 Citatio eſt de Jure naturali, & divino.

119 Teſtis examinatus inter alios, & per diverſa acta non probat.

120 Teſtes plures idonei, inter alios formiter examinati, in antiquis probant ſemiplenè contra non citatum, ſi ſunt mortui.

121 Teſtis non deponens ſuper toto facto, & aliqua occultans fidem non meretur.

122 Teſtis habens in cauſa intereſſe non probat.

123 Teſtis, prætendens ſe legatarium in Codicillis, non probat Codicillos.

124 Teſti habenti lites, & malam affectionem contra eum contra quem deponit, diminuitur de fide.

125 Teſtis ſibi contrarius in eſſentialibus non meretur fidem.

126 Teſtes ſingulares ſingularitate obſtativa nihil probant

127 Teſtes ſibi contrarii in formalitate verborum, de qua fuerunt interrogati, & in ſubſtantia, non probant.

128 Teſtes, cum agitur de probanda ultima voluntate, debent eſſe conteſtes in omnibus, aliàs nihil probant.

Quorum legatorum Pars Secunda.
Cap XI.

1 SUpereſt, ut de quarto adipiſcendæ poſſeſſionis remedio, hoc eſt, de Interdicto Quorum Legatorum, A, inſpiciamus.

2 Competit hoc Interdictum ſignanter Hæredi adverſus Legatarium, qui rem ſibi legatam, non de manu Hæredis, ſed propria authoritate occupavit, ad ejuſdem rei poſſeſſionem ab eo avocandam, ut proindè Legatarius poſſit eundem ad rem legatam ſibi tradendam convenire.

3 Debet ergo Hæres, qui hoc interdicto vult experiri, conficere monitorium ut infra & aliàs ſecundum contingentiam facti, videlicet.

4 De mandato Illuſtriſſimi, & Reverendiſs. D. A. C. ſivè R. P. D. NN. eius in civilibus Locumtenentis, & ad Inſtantiam NN. Hæredis univerſalis q. NN. prout ſuis loco, & tempore demonſtrabitur.

Tenore præſentium.

Moneatur NN. aſſertus Legatarius d. q. NN detentor, & occupator unius Vineæ Hæreditariæ prædicti q. NN. ſitæ extra portam N. juxta bona NN. & NN. & alios, ſi qui &c. ſibi, ut aſſeritur, legatæ, quatenus infra triduum proximum, ſub 500. ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, ac pro illis mandati executivi, & in Juris ſubſidium, Excommunicationis &c. aliiſque pœnis, debeat d. NN. Inſtantem in realem, corporalem, & actualem, pacificam, & quietam poſſeſſionem d. vineæ, ac illius jurium, membrorum, pertinentiarum, & annexorum quorumcumque, immiſiſſe, poſuiſſe, & induxiſſe, immiſſumque, impoſitum, & inductum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, ac de fructibus, redditibus, & proventibus reſpondiſſe, & ſatisfeciſſe, & per quos opus fuerit immitti, reſtitui, & manuteneri, ac reſponderi feciſſe, damnaque, expenſas, & intereſſe præmiſſorum cauſa, & occaſione facta, paſſa, patienda ac liquidanda, refeciſſe, aſſertumque Legatum quatenus ſibi de Jure debeatur, de manu ejuſdem Hæredis recepiſſe, Mandatumque de immittendo, ac manutenendo, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum, concedi, & relaxari, Jus, & Juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe, in vim Interdicti Quorum Legatorum, ſeu alterius cuiuſcumque remedii poſſeſſorii magis utilis, & proficui, d. Inſtanti competentis &c deducens &c. implorans &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c & ſi quis &c. compareat &c. alioquin &c.

N. Notarius Locus † Sigilli.

5 Quod quidem monitorium, a Curſore perſonaliter executum, eſt reproducendum; & reproductum ab Actuario ſcribendum in Actis vid licet.

6 Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meq; &c. NN. Sanctiſs. D N. Curſor retulit, ſe ad Inſtantiam NN. perſonaliter monuiſſe NN. prout in folio, tenoris &c. omni &c.

Et poteſt exadverſo negari, ut infra, videlicet.

7 Pro NN. contra NN.

In Officio NN. et negando Monitorium, dixit narrata, prout narrantur non fuiſſe, nec eſſe vera, & ad petita, prout petuntur non teneri, ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, &c. alias &c. omni &c.

8 Debetque Actor hujuſmodi monitorium verificare, etiam ſi non fuerit exadverſo negatum.

9 Et primò, pro illius verificatione, debet actor probare, ſe eſſe hæredem, ac ob id producere in actis Teſtamentum ipſum in publicam, & autenticam formam, citata Parte ad dicendum contra jura, juxta ſuperius tradita *par* 1. *c.* 2. *num.* 10. *& ſeqq* vel ſe eſſe hæredem ab inteſtato, ſi fortè defunctus inteſtatus deceſſit, & Legatum in Codicillis reliquit, & ad id producere in actis articulos opportunos, juxta tradita *in c. proximo præcedente*, *num.* 10. citata Parte ad dicendum contra illa, juxta formulam, de qua ſupra, *part.* 1. *c.* 13. *numer.* 2. *& ſeqq.* necnon Jura recognoſcenda curare, Articulos probare per Teſtes ſervatis ſervandis, juxta ſuperius tradita *par.* 1. *cap.* 2. *num* 20. *& ſeqq.* *& cap.* 11. *n.* 4. *& ſeqq.* *& part.* 2 *c.* 6. *n.* 12. *& ſeq* vel per alia legitima probationum genera, ac in effectu perſonam ſuam, ut decet, legitimare juxta Praxim, de qua ſupra *p.* 7. *c.* 5. *n* 2. *& ſeq.*

In terminis autem ad dicendum contra Jura, vel At- 10
ticulos, Reus poterit opponere generalia contra, & proteſtari, ut dictum fuit ſupra *part.* 2 *c.* 2 *num.* 18. *& c.* 11. *n.* 5. *& par* 2. *c.* 6. *n.* 16. mutatis mutandis, juxta contingentiam facti.

Secundò actor probare debet, quod res, de qua 11
agitur, fuerit hæreditaria ipſius Defuncti, & quod Legatarius illam propria authoritate occupaverit ſine conſenſu Hæredis, & adhuc illam occupet, vel dolo deſierit poſſidere, juxta ſuperius tradita *in dict. cap proximo præcedente*, *num.* 10. & aliàs mutatis mutandis, juxta contingentiam facti.

Tertiò, quod eiuſdem actoris interſit ratione quartæ 12
Falcidiæ deducendæ ex re legata, cum Hæreditas non ſit ſolvendo, nàm aliàs non docto de Intereſſe, non competit Hæredi hoc Interdictum.

His ab actore probatis per ſcripturas, vel Te- 13
ſtes, aut alia probationum genera, Reus quoque, ſi ei libuerit, poterit eodem modo ſuas exceptiones deducendas, juxta Praxim de qua ſupra *part.* 1. *capit.* 7. *& ſeqq.* & alias, ſi quas habet, probare; in termino autem ad dicendum contra Jura, vel Articulos, Actor poterit proteſtari, ut ſupra *cap.* 6. *num.* 16. *& capit. proximo præcedente ſub nu.* 12. dictum fuit.

Demum ſuſpenſo, quatenus opus ſit, Petitorio, 14
juxta ſuperius tradita, hac eadem *par.* 2. *cap.* 6. *num.* 18. nè cauſa appellabilis evadat, obſervandi ſunt termini ſubſtantiales, videlicet,

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad libellandum 15
ad p d. ad articulandum ad 2a. ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2. ad declarandum, ad jurandum de calumnia ad p. d. in terminis ſubſtantialibus, inſtante N. N. principali ſive &c

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit jura hodie in Broliardo producta, & repetita & repetiit & obtinuit ſervari ut ſupra, & admitti ſi, & in quantum omni &c.

Vel A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad articulandum 16
ad octavum diem, ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad ſecundam diem in terminis ſubſtantialibus, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura hac die in actis producta, & repetita, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra, & admitti, ſi & in quantum, omni &c.

Et ſi cauſa eſt expedienda per Decretum, citatur dein- 17
dè Pars, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales malè forſan, nulliter, & inculcatè lentos, in vim quarumcumque facultatum, abſolvi inſtantem à cenſuris ad effectum &c. deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis (quatenus opus ſit concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendum ſententiam definitivam, & loco ſententiæ videndum reintegrari monitorium, (ſi illud reintegratione indigeat,) & Inſtantem immitti in poſſeſſionem vineæ, de qua agitur, & quodcumque mandatum de immittendo, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari, ad p. d. Inſtante NN. principali ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma &c. deferri Juramentum &c. qui tactis juravit &c. & reintegrari Monitorium ac decerni, & relaxari Mandatum,

Digitized by Google

datum, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D relaxavit Mandatum de immittendo, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c.

N Notarius.

18 Si verò magis libet cauſam expedire per Cedulam citatur Pars, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarumcumque facultatum, abſolvi inſtantem à cenſoris ad effectum &c. deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, concludendum concludique videndum in cauſa, & audiendum Sententiam definitivam in forma, & aliàs omni meliori modo &c. ad p d. inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. periit, & obtinuit, ut ſupra &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit, in forma &c. deferri juramentum &c. qui tactis juravit &c. et ſententiari, prout in Cedula, quam Reverendiſſimus D. Locumtenens legit, ſubſcripſit, & mihi conſignavit, tenoris &c. ſuper quibus &c. præſentibus Sociis teſtibus &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni meliori modo &c.

Tenor Cedulæ.

19 Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de juris peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, et cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeu veriori veriæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. Hæredem univerſalem q. NN. virtute Teſtamenti in publicam, & autenticam formam in actis producti, ad quod &c. (vel ab inteſtato Hæredem univerſalem q. NN.) Actorem ex una, & NN. Legatarium aſſertum dicti q. NN. Reum conventum, ex altera partibus, de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem unius Vineæ hæreditariæ q. NN. ſitæ extra portam NN. juxta bona NN. & bona NN. & alios confines, ſi qui &c. de qua agitur, rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus decernimus, et declaramus, dictum NN. immittendum fore, et eſſe in realem, actualem, et corporalem poſſeſſionem dictæ Vineæ, ejuſque jurium, et pertinentiarum amoto ea inde d. NN. detentore, et quodcumque Mandatum de immittendo deſuper neceſſarium, et opportunum decernendum fore, et eſſe, prout decernimus, & relaxamus, Victumque Victori in Expenſis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure impoſterum reſervamus, et ita dicimus, pronunciamus declaramus, et definitivè ſententiamus, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

20 Cæterum cauſa, ut ſupra, terminata, niſi aliud obſtet, vel Pars obtineat à Præfecto Signaturæ mandari ſuperſederi, juxta ſuperius dicta *part. 1. capit. 13. numer. 18. & ſeq.* expeditur Mandatum de immittendo, tenoris videlicet.

21 De Mandato Illuſtriſſimi et Reverendiſſimi D. A. C. ſive R. P. D. ejus in civilibus Locumtenentis, et ad inſtantiam NN. Hæredis univerſalis q. NN. principalis.

Tenore præſentium.

Mandatur vobis Baroncello, et Exequutoribus, Subexequutoribus, et aliis, ad quos ſpectat &c. quatenus, ſtatim viſis, et receptis præſentibus, ſub 500. ducatorum etc. aliiſque pœnis etc. debeatis eumdem inſtantem in realem, actualem, et corporalem poſſeſſionem vineæ hæreditariæ q. NN. ſitæ extra Portam NN. juxta bona NN. et NN. etc. de qua agitur, ejuſque jurium, et pertinentiarum, ac membrorum quorumcumque amoto NN. Adverſario, et quolibet alio illicito detentore, immiſiſſe, induxiſſe, impoſuiſſe, et immiſſum, impoſitum, et inductum manutenuiſſe, defendiſſe, et conſervaſſe, illique de fructibus, redditibus, et proventibus ejuſdem reſpondiſſe, et reſponderi feciſſe, quoniam d. NN. Adverſario citato, et intimato, ſervatis ſervandis in vim decreti deſuper emanati, vel quoniam d. NN. Adverſario, ſervatis ſervandis, in vim Sententiæ deſuper latæ (ſi cauſa fuit expedita per Cedulam) prout in actis, Reverendiſs. D. ita mandavit, hac die etc.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

Quod ſi Reus in hoc interdicto velit appellare, debet obtenta ſuperſeſſoria, adire Signaturam Juſtitiæ, et cauſam, Parte citata, proponendam curare, juxta ſuperius dicta *part. 1. cap. 13. num. 20 & ſeqq.* ac appellationem in primis coram Judice à quo infra decem dies, ut infra, interponere, videlicet. 22

Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque etc. NN. habito notitia de 23 prætenſo Decreto facto, ſeu ſententia lata ad aſſertum favorem NN. contra NN. a ſeo, ſeu ab ea, et omnibus aliis gravaminibus etc. ad Sanctiſs. D. N. Innocentium Papam X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto, dedit, tenoris etc. petens etc. omni etc.

Cui D dedit reſutatorios in forma, omni etc.

Tenor Cedulæ.

A quadam aſſerta ſententia, ſeu decreto definitivo 24 lata ſeu facto per R. P. D. NN. A. C. Locumtenentem, ut dicitur, ad prætenſum favorem NN. contra NN. de, et ſuper immiſſione in poſſeſſionem Vineæ. q. NN de qua agitur rebuſque aliis in actis cauſæ, et cauſarum hujuſmodi latius deductis etc. Procurator, et eo nomine præfati NN. ſentiens ſe læſum, et gravatum, et timens impoſterum magis, lædi, et gravari etc. ab illa, ſeù ab illo, et toto proceſſu deſuper fabricato, ad Sanctiſs. D. N. Innocentium Papam X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam, in his ſcriptis, provocat, appellat, et æque principaliter de nullitate dicit petens ſemel, bis, tertio, ſæpè ſæpiùs ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, et inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, et quatenus etc. à non admiſſione, ac toto ulteriori proceſſu appellat iterum, ac toties quoties, et ut ſupra de nullitate dicit, itaut ſit ultimus in appellando etc. et interim, nihil innovari etc. aliàs, etc. de nullitate, et attentatis etc. proteſtans etc. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo etc.

Et poterit fieri commiſſio in plena Signatura proponenda ut infra, et aliàs ſecundum contingentiam facti videlicet. Romana.

Beatiſſime Pater, Exponitur humiliter S. V. pro 25 parte devoti illius oratoris NN. qualiter q. NN. in ejus ultimo nuncupativo Teſtamento, rogato per acta NN. ſub die N. menſis N. anni N. cum quo deceſſit (vel in ejus Codicillis rogatis per acta NN. ſub die N. menſis N. cum quibus deceſſit) inter cætera eidem Oratori jure legati, et aliàs omni &c. reliquit Vineam ſcutorum 500. valorem excedentem, quam habebat extra Portam NN. juxta ſuos notiſſimos fines, prout ind. Teſtamento, ad quod etc. (ſeù prout in dictis codicillis ad quos etc.) et licet poſtmodum de conſenſu ejuſdem NN. Adverſarii aſſerti Hæredis dicti q. NN. idem Orator acceperit poſſeſſionem dictæ Vineæ, et non agatur de aliquo ejuſdem Adverſarii intereſſe, nihilominus ſententiam ſavorabilem contra Oratorem legitimum, ac pacificum dictæ Vineæ poſſeſſorem, ſuper Immiſſione in poſſeſſionem ejuſdem Vineæ, in vim interdicti Quorum legatorum, ut dicitur, ab A. C. extorſit, non minus nulliter, quam injuſtè, cum Adverſarius dolo faciat petere, quod ſtatim reſtiturus eſt, à qua idem Orator ad S. V. appellavit, dignetur igitur S. V. cauſam, et cauſas appellationis, et appellationum hujuſmodi, nec non nullitatis, & nullitatum, ex tribus, iniquitatis, et notoriæ, injuſtitiæ, à d. aſſerta Sententia definitiva, attentatorum, et Innovatorum quorumcumq; infra legitima tempora interpoſitæ, et interpoſitarum, ac reſtitutionis in integrum, prout de jure etc. una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negocio principali, et quàm, et quas etc.

Digitized by Google

alicui S. V. Sacri Palatii Apoſtolici Auditori (vel Locumtenenti, ſi adeſt) audien. cognoſcen. deciden. fineq; debito terminan. committere, et mandare, cum facultate citan. inhiben. quos quibus quoties, ubi, & quando opus fuerit. Conſtitutionibus, & ordinationibus, Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque Statum &c. pro plenè &c. Si cauſa non eſt Rotalis petitur committi Prælato, ut ſupra, hac eadem *p. 2. c. 6. n. 32.*

26 Reſcribitq; Signatura, vel cum clauſula, *ſine præjudicio*, vel cum clauſula, *quatenus ſit locus Aegidianæ*, vel admittit appellationem ſimpliciter, ut in aliis ſummariis poſſeſſoriis, & prout ſupra hac eadem *p. 2. c. 6. n. 33. & ſeqq.*

27 Demum, ſi eſt locus exequutioni, expeditur mandatum, ut ſupra, cujus vigore proceditur ad immiſſionem in poſſeſſionem bonorum, de qua Actuarius conficit Inſtrumentum, juxta Formulam ſupra traditam *d. c. 6. n. 39.* mutatis mutandis, ſecundùm contingentiam facti.

28 Veruntamen, ſi Legatarius agere velit, & debeat pro conſequutione rei legatæ, poteſt intentare Judicium

B exequutivum, B, vel ſummarium contra Hæredem.

29 Si vult agere via exequutiva, quæ ei competit juxta opinionem Angeli, quæ in Tribunali A. C. obſervatur in Praxi, & legatum conſiſtat in pecunia numerata, tunc poteſt Legatarius ad perſonæ ſuæ, & partis adverſæ legitimationem, et ad docendum de ſuo bono jure, ac de legato ſibi debito, producere in actis Teſtamentum, vel codicillos, ac fidem obitus Teſtatoris, citata Parte ad dicendum contra jura, juxta praxim, de qua ſupra *par. 1. c. 2. n. 9. & ſeqq.* & deinde ſervatis ſervandis, ac legitimatis legitimandis, quatenus opus ſit, juxta praxim, de qua *par. 1. cap. 5. num. 1. & ſeqq.* citare eundem Hæredem, ad ſolvendum, & ad ulteriora procedere, donec ei fuerit ſatisfactum, juxta ſuperius tradita in materia judicii executivi, *d. p. 1. c. 6. & ſeq.*

30 Si verò Legatum conſiſtit in mobilibus, vel ſe moventibus, citata Parte ad dicendum contra, ut ſupra, ac docto de legato, ac obitu Teſtatoris, & legitimatis perſonis, ut ſupra, poteſt Legatarius citare Hæredem, ut infra, videlicet,

A.C.N.

31 Citetur NN. Hæres q. NN. exadverſo principalis ad conſignandum inſtanti annulos gemmas, & alia ei a d. q. NN. legata, juxta formam jurium, de quibus in actis, docendum de quacumque nova conventione, aliiſque præjudicialibus, alias videndum decerni Mandatum exequutivum, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, et obtinuit, ut ſupra, niſi infra tres, omni &c.

Elapſis tribus diebus in Decreto contentis, vel tertia die poſt dictum Decretum, citatur iterum Hæres, ut infra, videlicet,

A.C.N.

32 Citetur NN. Hæres q. NN. exadverſo principalis, ad videndum relaxari Mandatum alias decretum, & quatenus opus ſit, denuo decerni, & relaxari, ad p. d. inſtante NN. principali ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. Hæredi q. NN. exadverſo principali, qualiter D. relaxavit Mandatum, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

33 Poterit autem Hæres Reus conventus in his terminis deducere omnes ſuas exceptiones, quas habet, & illas probare per legitima probationum genera, juxta praxim ſuperius traditam. *p. 1. c. 7. & ſeq.* quibus non exiſtentibus, vel non ſubſiſtentibus. Legatarius, niſi terminus ſuſceptus, vel aliud obſiſtat, juxta praxim, de qua ſupra *d. p. 1. c. 9. & 14.* vel niſi hæres, obtenta Superſeſſoria, adiverit Signaturam, & cauſam appellationis, Parte citata committi obtinuerit, ut ſupra *p. 1. c. 13. n. 18. & ſeq.* poterit, ſi agatur de legato pecuniæ expedire mandatum exequutivum, & ad illius executionem procedere juxta ſuperius tradita *d. p. 1. c. 6. & c. 14. & ſeqq.*

34 Vel ſi mandatum fuit relaxatum pro legato mobilium, vel ſemoventium, poterit illud expedire tenoris ſequentis, & aliàs mutatis mutandis juxta contingentiam facti, videlicet.

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C. ſive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. Legatarii q. NN. prout in Teſtamento rogato per acta NN. ſub die NN. de quo in actis.

Tenore præſentium.

Auferantur de bonis Hæreditariis quond. NN. Annuli & gemmæ NN. (hic deſcribantur qualitates, & ſigna rerum, de quibus agitur) eidem NN. Inſtanti debitæ occaſione, de qua in actis, quæ ablatæ, unà cum Juliis NN. pro Expenſis præſentis Mandati, deponantur &c. ad effectum &c. quia d. NN. Hærede q. NN. citato, & intimato, Reverend. D. ita mandavit, hac die &c.

N. Notarius. Loco † Sigilli. N. Locumt.

Mandatum expeditum datur Exequutori, qui ad illius exequutionem de more procedat, juxta illius formam, & tenorem, & demum exequutione facta, citatur, ut infra videlicet.

A.C.N.

35 Citetur NN. Hæres q. NN. exadverſo principalis ad videndum mandari conſignari Inſtanti Annulos, & alia bona per d. q. NN. legata in exequutione capta, & mandatum de conſignando deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, et obtinuit, ut ſupra, niſi per totam, omni &c.

Et expeditur Mandatum de conſignando, ut infra, videlicet.

De mandato Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi D. A. C. ſive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad Inſtantiam NN. Legatarii q. NN. prout in Actis &c.

Tenore præſentium.

36 Mandatur tibi Executori, ad quem ſpectat, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus ſub 500. ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applican. aliiſque pœnis, arbitrio Domini, debeas Annulos, gemmas et NN. in executione captas dicto Domino inſtanti conſignaſſe, & debitam conſignationem feciſſe, præſentibuſque &c. paruiſſe, quia d. NN. Hærede quon. NN. exadverſo principali citato, & intimato, Reverendiſſimus D. ita mandavit, hac die &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli N. Locumten.

37 Et ſucceſſivè Exequutor conſignat bona, juxta formam, & tenorem Mandati, de qua conſignatione Notarius actuarius conficit publicum Inſtrumentum in forma &c.

38 Ceterum, ſi Executor non inveniat bona mobilia legata, & ob id ad exequutionem Mandati exequutivi procedere non valet, citanda eſt Pars adverſa ad docendum ſe adiviſſe Hæreditatem q. NN. cum beneficio Legis, et Inventarii, alias videndum mandari exequi contra perſonam, et bona propria, juxta Praxim ſuperiùs traditam *par. 1. cap. 7. nu. 23.* et obtento decreto, terminoque in eo contento, poſt intimationem executam elapſo, & intimatione reproducta, ſi Pars docet de legitimo Inventario, & reddit rationem, fit executio contra alia bona Hæreditaria, quæ adſunt, alias, non docto de Inventario legitimo, & ratione non reddita, poteſt expediri Exequatur à tergo dicti Mandati, contra bona propria, & perſonam, tenoris, videlicet.

39 De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C. ſivè R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. retroſcripti.

Tenore præſentium.

Exequatur retroſcriptum Mandatum Pro contentis in eo

Digitized by Google

in eo contra bona propria, & perſonam dicti NN. & pro aliis Juliis NN. pro Expenſis præſentis Exequatur, quia d. NN citato, & intimato, Reverendiſſ. D. ita mandavit, hac die &c.

N. Notarius. *Loco* † Sigilli. N. Locumten.

Ac proinde fit exequutio contra bona propria, & perſonam, & ad ulteriora proceditur, juxta Praxim ſuperius poſitam, *part. 1. cap. 8. num. 24 & cap. 8. & cap. 14. & ſeqq.*

40 Sed ſi Teſtator non expreſſit valorem Annulorum, gemmarum & ſimilium bonorum legatorum, & de eo aliunde in Actis ex publicis documentis non apparet, & dicta bona ampliùs non reperiuntur, tunc poterit quidem Legatarius hujuſmodi valorem per Teſtes, & alia probationum genera verificare, ſed à Decreto Judicis ſuper valoris liquidatione, ſivè tacita, ſivè expreſſa, ſivè in termino citationis ad videndum liquidari, ſivè declarari valorem dictorum bonorum legatorum, ſivè alias quomodolibet interpoſito, dabitur appellatio, ſicut à fructuum liquidatione, & expenſarum taxatione exceſſiva appellari poſſe, non ambigitur.

41 Poteſt tamen virtute Mandati exequutivi obtenti pro bonis, & gemmis legatis contra bona propria, & perſonam, ſi non invenirentur bona, ſuper quibus poſſet fieri exequutio abſq; alia liquidatione valoris, fieri exequutio contra perſonam, nec hoc caſu daretur appellatio, cum nulla liquidatio, ſeù declaratio ſuper dicto valore intervenerit.

42 Vel ſi hæres habet in bonis, cum hoc caſù non poſſit procedi ad exequutionem contra perſonam, poſſet Legatarius ad viam appellationis illi amputandam, ſi ex inventario, vel aliàs clarè conſtaret, Teſtatorem tempore ejus mortis in eius bonis, & Hæreditate dicta bona mobilia legata reliquiſſe, citare Hæredem ad exhibendum, & contra eum procedere prævio judicio exhibitionis, juxta Praxim ſuperius traditam, hac eadem *part. 2. cap. 3.*

Vel agere contra eundem, ut infra videlicet.

A. C. N.

43 Citetur NN. Hæres q. NN. exadverſo principalis ad tradendum infraſcripto D. Inſtanti Annulos, & gemmas NN. per d. q NN. eidem legatas, alias videndum gravari, & pro gravamine decerni, & relaxari Mandatum executivum, ad p. d. *Inſtante* NN. Legatariu principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit gravari in Juliis tribus pro quolibet die, donec dicta bona tradiderit, & ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. Hæredi q. NN. exadverſo principali, qualiter D. eum gravavit, & alias prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

44 Et ſucceſſivè termino in Decreto contento elapſo, Intimatione executa, et reproducta, poſſet expediri Mandatum pro ſumma Judici benè viſa, & produci ad capturam Pignorum, & illorum ſubhaſtationem, donec Adverſarius tædio affectus, pareat mandatis, ut ſupra juxta ſimilem Praxim ſuperius traditam, hac eadem *p. 2. c. 1. n. 21. & ſeq.*

45 Veruntamen, ſi cauſa excedit valorem ſcutorum quingentorum, vel ad dictum valorem aſcendit, quia tunc cauſa appellationis, ad effectum devolutivum, committenda venit in Rota, quæ ſequitur illam opinionem, nè pro legato competat via exequutiva, & ob id de facili poſſet omnia, ut ſupra, geſta revocare; Idcirco meliùs erit hoc caſu agere coram A. C. via ordinaria.

46 Vel cautius erit hoc caſu agere Salviano, quod pariter pro Legato competit, ut ſupra, hac eadem *part. 2. c. 6. num. 2. & ſeq.* in quo quidem judicio ſummario nec dabitur appellatio ſuſpenſiva, nec Rota in omnem eventum aliquem poterit habere difficultatem, an judicium hujuſmodi potuerit pro Legato intentari.

47 Cæterum ſi Legatarius, non via exequutiva, ſed ſummaria, quæ illi multò magis competit, hoc est Interdicto, Quorum Legatorum, agere voluerit, poterit ſuper immiſſione in poſſeſſionem rei legatæ conficere Monitorium, ut infra, & alias juxta contingentiam facti videlicet,

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C. ſivè R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. Legatarii q. NN. prout in Teſtamento rogato per acta NN. ſub die &c. in actis ſuis loco, & tempore producendo, & exhibendo, 48

Tenore præſentium.

Moneatur NN. Hæres q. NN. exadverſo principalis, quatenus infra triduum proximum, ſub 500. ducatorum &c. Cameræ Apoſtolicæ applican. & pro illis Mandati exequutivi, & in Juris ſubſidium Excommunicationis &c. aliiſque pœnis &c. debeat d. NN. Inſtantem in realem, corporalem, & actualem, quietam, & pacificam poſſeſſionem Domus NN. ſitæ in Urbe, in Regione N. juxta bona NN. & NN. & alios fines, ſi qui &c. eidem Inſtanti per d. q. NN. in dicto ejus ultimo nuncupativo Teſtamento, cum quo deceſſit, jure Legati, & aliàs omni meliori modo &c. relictæ, & legatæ, ejuſque jurium, membrorum, pertinentiarum, & annexorum quorumcumque immiſiſſe, poſuiſſe, & induxiſſe, immiſſumque, poſitum, & inductum manutenuiſſe, & defendiſſe, & conſervaſſe, ac de fructibus, redditibus, ac proventibus reſpondiſſe, & ſatisfeciſſe, & per quos opus fuerit, immitti, manuteneri, ac reſponderi feciſſe, damnaque expenſas, & intereſſe præmiſſorum cauſa, & occaſione facta, paſſa, & patienda, ac liquidanda, refeciſſe, Mandatumque de immittendo, ac manutenendo, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum concedi, & relaxari, Jus, & Juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe, in vim cujuſvis remedii poſſeſſorii magis utilis, & proficui dicto Inſtanti competentis &c. Deducens &c. implorans &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c. ſi quis &c. compareat &c. alioquin &c.

N. Notarius Locus † Sigilli.

Hoc monitorium debet perſonaliter exequi, & in Actis reproduci, poteſtque exadverſo negari, juxta ſuperius tradita in principio præſentis *cap. 11. numer. 6. & ſeqq.* & in aliis capitibus præcedentibus, in quibus ponuntur Formulæ ad hæc neceſſariæ, & opportunæ. 49

Debetque Legatarius Actor in hoc judicio, ſicut in aliis, Monitorium, etiamſi negatum non fuerit, juſtificare per ſcripturas, & alia legitima probationum genera, & pro verificatione ſignanter probare ſe Legatarium, & mortem Teſtatoris, & producere in Actis Teſtamentum, & alia Jura ad cauſam facientia, pro legitimatione perſonæ utriuſque Litigantis, citata Parte ad dicendum contra Jura ac juribus, quatenus opus ſit, recognitis, ut ſupra *n. 6.* 50

Ac demum probare, quod res legata erat in bonis Teſtatoris, ſeù quod Teſtator, ſeu Defunctus rem legatam, ſeù Fideicommiſſo ſubiectam tempore mortis ſuæ poſſidebat, ſeù detinebat, & quod ad præſens eamdem, uti Hæres, occupat, et detinet adverſarius Reus conventus, ſuper quibus poterunt confici Articuli opportuni, juxta Formulas ſuperiùs traditas *part. 1. cap. 10 & cap. 13. n. 4. & part. 2. cap. 6. n. 14. & c. 20. n. 10.* & aliàs mutatis mutandis, ſecundum factorum contingentias, quibus in actis productis, citata Parte ad dicendum contra Articulos, poterunt ſuper eis examinari Teſtes ſervatis ſervandis, juxta ſuperius tradita *part. 1. c. 11. n. 1. & ſeq.* 51

Poteritque Reus deducere ſuas exceptiones juxta Praxim ſuperius traditam *par. 1. cap. 7. & cap. 8.* et al ar qualcumque ei competentes, ac illas ut ſupra per Scripturas, & Teſtes, ac legitima probationum genera, ſervatis ſervandis, probare. 52

Similiter poterit, facta, vel non facta mixtura, ſuſpendi Petitorium, juxta ſuperiùs tradita hac eadem *part. 2. c. 6. num. 18.* 53

Deinde, probatis probandis, erunt ſervandi termini

ſubſtantiales, ut ſupra hoc eodem *cap. 11. n. 15. & ſeq.* & deinde citanda Pars ad videndum reiterari, & ad Sententiam, ut ſupra hoc eodem *cap. 11. n. 17. & ſeq.* & demum ferenda eſt Sententia ſuper Immiſſione, ut infra, & aliàs mutatis mutandis, prout facti contingentia requiret.

Tenor Sententiæ.

55 Chriſti nomine Invocato. Pro Tribunali ſedentes & ſolum Deum præ oculis habentes. Per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de juris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeù alia veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia inter NN. Legatarium q. NN. prout in Teſtamento in publicam formam in actis producto, actorem ex una, & NN. Hæredem univerſalem d. q. NN. prout in dicto Teſtamento Reum conventum, partibus ex altera, de & ſuper immiſſione in poſſeſſionem unius Domus ſitæ in Urbe in Regione N. juxta bona NN. & NN. & alias, ſi qui &c. dicto NN. Actori, ut ſupra per q. NN legatæ, de qua agitur, rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, d. NN Actorem legatarium immittendum fore, & eſſe in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem d. Domus, ejuſque jurium, & pertinentiarum, amoto exinde d. NN. detentore; & quodcumque Mandatum de Immittendo, deſuper neceſſarium, & opportunum, decernendum fore, & eſſe, prout decernimus, & relaxamus, Victumque Victori in expenſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de Jure, impoſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, declaramus, & definitivè ſententiamus, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c. Ita pronunciavi Ego NN. Locūt.

56 Mandatum verò de immittendo, niſi aliud obſtet, expediri poterit, ut in Formula ſuperius poſita hoc eodem *cap. 11. n. 21.* & aliàs mutatis mutandis, juxta d. Sententiæ tenorem, & facti contingentiam.

Similiter procedi poterit ad Mandati executionem, & Immiſſionem præfatam in poſſeſſionem Domus, vel rei, de qua agitur, de qua immiſſione Actuarius conficiet Inſtrumentum publicum, juxta Formulam, de qua ſuperius, hac eadem *p. 2. c. 9. n. 39.* & aliàs prout facti contingentia ſuadebit, mutatis mutandis.

57 Et quia in hoc ſummario judicio non datur appellatio ſuſpenſiva, ſi Reus prætendit ſe gravatum, debet appellare, prout in Cedula ſuperius poſita, hoc eodem *cap. 11. nu. 24* ac proinde obtenta Superſeſſoria opportuna ab Eminentiſſimo Signaturæ Præfecto, antequam Pars ad executionem procedat, pro Commiſſione cauſæ appellationis poteſt adire plenam Signaturam, citata Parte, ut ſupra *p. 1. c. 13. n. 11. & ſeqq* porrigendo Commiſſionem opportunam, ut infra, & aliàs ſecundùm contingentiam facti proponendam, videlicet.

Romana.

58 Beatiſſime Pater. Licet devotus S. V. Orator NN. uti Hæres q. NN. reperiatur in pacifica, & quieta poſſeſſione Domus d. q. NN. ſitæ in Urbe in Regione N. juxta ſuos notiſſimos fines, nihilominus NN. aſſertus Legatarius Sententiam favorabilem ab A. C. ſuper immiſſione in poſſeſſionem d. Domus, vigore aſſerti Legati nulliter, & injuſtè extorſit. Verùm quia Hæreditas d. q. NN. eſt omninò debitis, & legatis gravata, adeò quod, illis ſolutis, Oratori non remaneat Falcidia, quam omninò detrahere, prout de Jure, intendit, Supplicat humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ, attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de Jure, à dicta prætenſa Sententia definitiva infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, unà cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, ac toto negocio principali, ac quam, & quas &c. alicui S. V. Rotæ Auditori, vel Locumtenenti audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus quoties opus fuerit, Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, Statum &c. pro plenè &c.

Vel ſi cauſa fuit expedita per Decretum, ut ſupra *num. 29. & ſeq.* & agitur de pecunia legata, poteſt Commiſſio confici, ut infra, & aliàs juxta contingentiam facti, videlicet.

Urbinaten.

59 Beatiſſime Pater. Licet devotus S. V. Orator NN. Hæres cum beneficio Legis, & Inventarii q. NN. non teneatur ad debita, & Legata d. q. NN. niſi quatenus vires Hæreditariæ ſufficiant, Nihilominus NN. aſſertus Legatarius, Adverſarius, ſub minus vero prætexto, quod Inventarium ab Oratore, de bonis d. q. NN. confectum de Jure non ſubſiſtat, Decretum definitivum favorabilem pro prætenſo Legato ſcutorum quadringentorum contra Oratorem ultra vires Hæreditarias d. q. NN. à R. P. D. A. C. extorſit. Verum quoniam, Pater Sancte, Inventarium ab Oratore factum eſt validum, cùm in eo ſint ſervata omnia de Stylo loci ſervari ſolita, eòque magis cum fuerit per decennium, & ultra abſque aliqua contradictione obſervatum. Supplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur, cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ Injuſtitiæ à prætenſo definitivo Decreto infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcumque ac reſtitutionis in Integrum prout de Jure, unà cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negocio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Romanæ Curiæ Prælato audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi, quos quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, ſingulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis, prætetquam in honorem Dei feriatis, Conſtitutionibus, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Statum &c. pro plenè &c.

60 Quomodo autem Signatura reſcribat in cauſis poſſeſſoriis, jam diximus ſupra hac eadem *p. 2. c. 6. n. 33.* quomodo verò reſcribat in cauſis pecuniariis ſuperius *p. 1. c. 13. n. 34. & ſeq.* tradidimus.

61 Igitur, niſi reſcriptum Signaturæ impediat Proceſſum ad ulteriora, poterit ad expeditionem Mandati, ut ſupra *n. 21. & n. 33. & ſeq.* & aliàs juxta facti contingentiam, omnino procedi.

62 Non omitto, quod ubicumque agitur de Legatis, vel Fideicommiſſis, ſolet frequenter in his caſibus intentari Salvianum, quod competit etiamſi Legatum conſiſtat in pecunia numerata, ratione Hypothecæ, juxta ſuperius tradita, hac eadem *p. 2. c. 6. n. 4. & ſeq. & n. 62. & ſeq.*

Obſervationes.

63 INterdictum Quorum Legatorum ſic dicitur à primis verbis Edicti Prætoris, *l. 1. in princ. & in §. quod ait Prætor il primo,* ubi Gloſ. *in verbo, quod ait. ff. quorum legat.* Mynſing. *in § ſequens, n. 12. Inſt. de Interd.* Oynot. *in d. §. ſequens, in 2. p. de Interd. quorum legatorum n. 1. Inſtit. de interd.*

64 Eſt autem Interdictum Quorum Legatorum remedium Poſſeſſorium adipiſcendæ, de Jure Prætorio introductum, competens ſignanter Hæredi contra Legatarium, vel Fideicommiſſarium ad avocandam poſſeſſionem rei legatæ, vel per Fideicommiſſum relictæ à legatario, vel Fideicommiſſario ante aditam Hæreditatem propria authoritate occupatæ, ad hoc, ut Hæres poſſit detrahere Falcidiam, & deinde conveniri pro re legata, vel per Fideicommiſſum relicta, *l. 1.* ubi Gloſ. & DD *ff. & C. quor. legat.* Mynſing. *in d. §. ſequens, n. 12.* & ibi Oynot. *in p. 2. de Interd. quor. legat. Inſt. de Interd.* Marant. *de ord. Jud. p. 4. diſtinct. 7. in prin. n. 10. verſ. ſecundò poteſt.*

Debet enim Legatarius, ſeu Fideicommiſſarius capere-

Digitized by Google

pere rem legatam, ſeu Fideicommiſſo relictam, regulariter de manu Hæredis, §. *Legatum Inſtit. de legat.* Myoſing. *in d. §. ſequens, n. 12. Inſtit. de Interd.* Marant. *de ord. Jud. p. 4. diſt. 8. verſ. ſecundo poteſt, n. 10.* Saluſt. Tib. *in Prax. l. 2. c. 6. n. 1.* niſi ei fuiſſet à Teſtatore conceſſa facultas capiendi Legatum propria authoritate, quo caſu nec etiam tenetur de præcepto adire Judicem. Rot. *in Romana Hæreditatis 6. Martii 1645. coram R. P. D. Melzio.*

66 Cæterum contra prædicta obiiciuntur plura, & primò obiicitur regula dolo facit petere quod ſtatim reſtituturus es, *l. dolo facit ff. de dol. except.*

Sed hæc regula non procedit, quando intereſt Actoris, prout hic, ut res in primis, & ante omnia reſtituatur, ratione Falcidiæ deducendæ, Jaſ. *in l. prima, in princ. quorum legator.* quem refert, & ſequitur Oynot. *in d. §. ſequens p. 2. de Interd. quorum legatorum n. 4. Inſtit. de Interd.*

67 Ex quo infertur, quod hoc interdictum non habet locum ad favorem Hæredis, niſi quando Hæres vult, & poteſt Falcidiam, ſeu Trebellianicam de Jure deducere, *l. prima §. ſi quis,* ubi Gloſ. *in verbo ceſſabit,* & Bart. *n. 3. & ſeq. quorum leg.* Mynſing. *in d. §. ſequens, n. 14. Inſtit. de Interdict.* Corn. *conſ. 16. col. antepen. l. 3.* Alex. *conſ. 163. Circa id, n. 7. l. 6.* Maran. *de ord. jud. dict. p. 4. diſt. 7. n. 10.*

68 Secundò obiicitur, quod occupans rem propria authoritate cadit à jure ſuo. *l. non dubium, C. de legat.*

Sed aut quis occupat rem legatam, ſeu Fideicommiſſo relictam, ab Hærede poſſeſſam, poſt aditam ab eo Hæreditatem, & tunc cadit à jure ſuo, Bart. *in l. 1. n. 2. ff. quorum leg. n. 6. Inſtit. de Interd.* Maran. *de ord. Jud. d. p. 4. diſt. 7. n. 10. verſic. 2. poteſt,* & competit Hæredi interdictum recuperandæ, Mynſing. *dict. §. ſequens, n. 12. Inſt. de Interd.*

69 Aut occupat illam vacantem, & ante aditam Hæreditatem, & tunc non cadit à jure ſuo, ſed ſi Hæres vult uti beneficio Falcidiæ, ſeu Trebellianicæ, tenetur ejus poſſeſſionem reſtituere Hæredi, cui competit hoc caſu interdictum Quorum legatorum, Bart. *in d. l. 1. n. 2. & ſeqq. ff. quorum leg.* Oynot. *ubi ſupra, de Interd. quorum leg. n. 6.* Alex. *d. conſ. 163. Circa id, in fin. n. 7. l. 6.* Maran. *de ord. Judic. d. p. 4. diſtinct. 7. n. 10. verſ. ſecundo poteſt.*

70 Tertiò obiicitur, quod occupans rem Hæreditariam ante aditam, tenetur crimine expilatæ Hæreditatis, *l. 2. C. de crimin. expilat. Hæred.*

Sed hoc non procedit, quando res Hæreditaria fuit occupata ab Extraneo, ſecus, quando fuit occupata à Legatario, Gloſ. *in l. prima, in verbo, & proinde,* & ibi Bart. *n. 2. quorum legat.*

71 Quartò obiicitur, quod occupans rem vacantem tenetur eam reſtituere, ut Prædo, vel Fur, nec ignorantia excuſat, *l. cum quærebatur C. unde vi.*

Sed hoc procedit in Occupante rem alienam vacantem ob abſentiam fortè Domini, ſecus in Legatario occupante rem legatam vacantem ante aditam, quæ erat in bonis nullius, vel quæ poſt aditam eſt propria Occupantis, Gloſ. *in d. l. prima, in verbo ut proinde, ff. quor. legat. & in d. l. cum quærebatur, in verbo per ignorantiam, C. unde vi,* Oynot. *in d. §. ſequens, in 2. p. de Interd. quorum legat. n. 7. Inſtit. de Interd.*

72 Quintò denique obiicitur *l. extat, ff. quod met. cauſ. & l. pen. ff. ad leg. Jul. de vi priu.* in quibus Creditor occupans bona Debitoris, & in eis jus ſibi dicens propria authoritate, amittit creditum.

73 Sed ibi res occupata erat in bonis alicujus, hic nullius ante aditam, poſt aditam verò erat propria ipſius Legatarii, Gloſ. *in d. l. 1. in verbo ut proxime,* & ibi Bart. *n. 2. ff. quorum leg.*

74 Primò igitur, ut ſit locus interdicto Quorum legatorum, requiritur, quod actor ſit Hæres ex Teſtamento, vel ab inteſtato de Jure civili, vel Prætorio.

Secundò, quod interſit Hæredis ratione Falcidiæ, ſibi debitæ, vel ratione alterius intereſſe.

Tertiò, quod Hæres ante poſſeſſionem rei legatæ non ſit acceptus.

Quartò, quod Legatarius occupaverit propria authoritate rem legatam ſine conſenſu hæredis poſt aditam, vel hoc cum conſenſu, ſivè ſine conſenſu ante aditam Hæreditatem.

Quintò, quod Reus poſſideat titulo pro Legato, vel dolo deſierit poſſidere *l. 1. §. quod autem, & §. quod ait, il primo, ff. quorum legatorum* latè Oynot. *in dict. §. ſequens, in 2. p. de Interd. quor. legat. n. 17. & ſeq. inſt. de interd.*

Sextò requiritur, quod Hæres ſatisdet de reſtituendo ipſi Legatario, vel Fideicommiſſario ſalvo jure Falcidiæ, *l. 1. §. quod ait Prætor, il terzo,* ubi Gloſ. *in verbo niſi, & §. ſatis datam,* ubi Bart. *n. 1. ff. quor. legat. l. 1.* ubi Gl. *in verbo ſatisdatione, & DD. C. quorum leg.* Menoc. *de adipiſc. rem. 2. n. 91. q. 26.*

75 Competit autem hoc remedium non ſolùm Hæredi, & bonorum Poſſeſſori, ſed etiam Hæredi Hæredis, & bonorum Poſſeſſoris, *l. 1. hoc interdictum, ff. quorum legatorum* Menoch. *de adipiſc. remed. 2. queſt. 2. n. 13. & q. 6. n. 20.* Rota *deciſion. 115. nu. 2. p. 5. recent.*

76 Et datur Primò contra Legatarium, qui rem legatam propria authoritate occupavit, *l. 1. ff. quorum legatorum.*

77 Undè infertur, quod cum interdictum Quorum Legatorum detur contra titulo Poſſidentem, differt in hoc ab Interdicto Quorum bonorum, quod non datur contra titulo Poſſidentem, ſed tantùm contra Poſſidentem pro Hærede, vel pro Poſſeſſore, Gloſ. *in d. lib. 1. §. rediguntur in fin. verſ. item nota ff. quor. legat.*

78 Secundò, datur contra Legatarium, qui rem legatam etiam cum conſenſu Hæredis ante aditam occupavit.

79 Tertiò contra Legatarium, qui legatorum ſervandorum nomine miſſus eſt in poſſeſſionem à Judice, cum eo nomine ſatiſdatum eſt ab Hærede, nec tamen Legatarius à bonis legatis recedere voluerit, *l. prima, §. quæſitam, ff. Quorum legat.*

80 Quartò datur contra Legatarium, qui rem legatam occupatam dolo deſiit poſſidere, ad eam, vel ejus æſtimationem reſtituendam, *l. prima, §. quod ait Prætor, il primo ff. quor. legat.*

81 Quintò contra Cohæredem, qui prælegatum propria authoritate occupavit prælegata, quam non uti hæres, ſed jure prælegati habet, *l. prima §. ſi quis, ff. Quorum legat.* Menoch *de adipiſc. remed. 2. q. 20. n. 78.*

82 Sextò contra Hæredes, & Succeſſores Legatariorum, *l. prima §. legatorum, ff. Quoram legator.* latè Oynot. *in d. §. ſequens, p. 2. de Interd. Quoram legat. n. 10. & ſeq. Inſt. de interd.*

83 Septimò conceditur etiam contra Fideicommiſſarium univerſalem, *l. 1. C. Quor. leg.* Menoch *de adipiſc. remed. 2. q. 8. n. 23.* Rota *dec. 115. n. 2. p. 1. rec.*

84 Sed hoc non procedit, quando Fideicommiſſarius haberet facultatem à Teſtatore capiendi poſſeſſionem propria authoritate, prout nec contra Legatarium hoc caſu conceditur, dum Hæres adhuc non poſſidebat, latè Menoch. *de adipiſc. remed. 2. q. 12. n. 42. & ſeq.*

85 Octavò, denique competit Legatario, qui vult convenire Hæredem ad rem ſibi legatam præſtandam, quod facere poteſt, etiam poſtquam ipſe Legatarius fuit hoc interdicto ad rem legatam, anteà occupatam Hæredi reſtituendam coactus, *l. 1. §. rediguntur, ff. quorum legat.* Maran. *de ord. jud. d. p. 4. d. 7. nu. 10. verſ. 2. poteſt.*

Et licet aliquis ex prædictis Doctoribus, nec alius, quem adhuc viderim, ſic explicitè dicat Legatario interdictum Quorum legatorum ſic, ut ſupra, competere, videtur tamen apertè colligi ex tex. in *d. l. §. 1. rediguntur. ibi rediguntur igitur ad Hæredem per hoc interdictum ea, quæ Legatorum nomine poſſidentur, ut proinde Legatarii poſſint eum convenire, ff. Quor. legat.*

Et Formulam Monitorii, quo uti ſolet Legatarius contra Hæredem in hoc interdicto in Tribunali A. C. ponit Saluſt. Tib. *in prax. lib. 2. cap. 6. nu. 2.* cui, tanquam Teſti de continuo viſu per plura annorum curricula, de facto proprio deponenti, eſt in hoc omninò credendum, cum præſertim hoc idem adhuc in eodem Tribunali quotidie obſervet praxis.

Et ob

10 Intermino, ad dicendum contra, Reus proteſtar., debet, & quòmodo.
11 Agens Heres in hoc judicio probare etiam debet, rem ab eo petitam fuiſſe hæreditariam, & reum illam occupaſſe propria authoritate, ac adhuc occupare, vel dolo deſiiſſe poſſidere.
12 Interdictum Quorum Legatorum non competit Hæredi, niſi docto de intereſſe ratione falcidiæ detrahendæ.
13 Reus in hoc judicio poteſt opponere, & probare exceptiones, quas habet per legitima probationum genera.
14 In Interdicto Quorum Legatorum poteſt ſuſpendi Petitorium, & ad quid.
15 Citatio ad libellandum in terminis ſubſtantialibus in Interdicto Quorum Legatorum, & ejus Formula, & Proceſſus.
16 Citatio ad articulandum in terminis ſubſtantialibus in judicio Quorum Legatorum, & ejus Formula, & Proceſſus.
17 Citatio ad videndum reiterari, & loca Sententiæ reintegrari Monitorium, & immitti, & ejus Formula, & Proceſſus.
18 Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam, & ejus Formula, & Proceſſus.
19 Cedula Sententiæ pro Hærede in interdicto Quorum Legatorum, & ejus formula.
20 Cauſa ad favorem Hæredis in hoc judicio expedita, niſi aliud obſtet, poteſt expediri Mandatum de immittendo.
21 Mandatum de immittendo in interdicto Quorum Legatorum, & ejus Formula.
22 Reus appellare volens in Interdicto Quorum Legatorum, debet adire plenam Signaturam ſervatis ſervandis.
23 Interpoſitio appellationis coram Judice à quo, & ejus formula, & reſponſio Judicis.
24 Cedula appellationis interpoſita, ſeu interponenda coram Judice à quo, & ejus Formula.
25 Commiſſio pro Reo in plena Signatura proponenda in interdicto Quorum Legatorum, & ejus Formula.
26 Signatura quomodo reſcribat in cauſa appellationis à Legatario interpoſita in interdicto Quorum Legatorum.
27 Si eſt locus exequutioni in hoc Judicio proceditur ad immiſſionem, de qua conficitur ab Actuario Inſtrumentum.
28 Legatarius pro Legato poteſt agere contra Hæredem via exequutiva, vel ſummaria.
29 Legatarius pro pecunia legata agere volens executivè contra Hæredem, quomodo agere, & quid probare debeat.
30 Legatarius agere volens executivè pro mobilibus, vel ſemoventibus legatis, debet, docto de legato, ſervatis ſervandis, Perſonas legitimare.
31 Citatio contra Heredem ad conſignandum mobilia legata, & ejus formula & proceſſus.
32 Citatio ad videndum relaxari Mandatum alias decretum pro Legato mobilium, & ejus formula, & proceſſus.
33 Hæres citatus poteſt deducere, & probare ſuas exceptiones, ſi quas habet contra Legatarium, aliàs expeditur Mandatum executivum.
34 Mandatum pro Legato mobilium, vel ſemoventium expeditur prout in formula, quæ datur.
35 Citatio ad conſignandum mobilia legata in executione capta, & ejus formula, & proceſſus.
36 Mandatum de conſignando mobilia, vel ſemoventia in executione capta, & ejus Formula.
37 Executor, prævio mandato conſignat Legatario mobilia legata in executione capta, & Actuarius de hoc conficit inſtrumentum.
38 Si executor non inveniat bona mobilia legata, quomodo procedendum, & quid agendum.
39 Exequatur contra Perſonam, & bona propria Hæredis non decreti de legitimo Inventario, ſeù rationem non reddentis, & ejus formula.
40 Si valor mobilium legatorum non appareat ex publicis documentis, & dd. mobilia non reperiuntur, poteſt probari per Teſtes, ſed a Decreto liquidationis dabitur appellatio.
41 Mobilibus legatis non repertis, ſi contingat exequi Mandatum contra perſonam Hæredis, non eſt opus liquidatione valoris, & ob id cauſa non eſt appellabilis.
42 Mandatum non poteſt exequi contra perſonam Heredis, quia habet in bonis, aa, & quando, ad tollendam ei viam appellationis poſſit contra eam agi ad exhibendum, vel alio judicio, & n. 43.
43 Citatio ad tradendum mobilia legata, aliàs videndum gravari, & ejus formula, & proceſſus.
44 Contra non tradentem mobilia legata, expeditur Mandatum pro Gravamine, & proceditur ad illius executionem, & ſubbaſtationem, donec ille tædio affectus pareat.
45 Si valor legati eſt ſcutorum quingentorum, vel ab inde ſupra, quia cauſa appellationis tunc venit committenda in Rota, melius eſt agere coram A.C. via ordinaria, & quare.
46 Re legata ad valorem ſcutorum quingentorum aſcendente, cautius eſt coram A.C. agere in Salviano, & quare.
47 Legatarius volens agere contra Hæredem pro re legata ſummariè, ſeu interdicto Quorum legatorum debet agere prævia Monitorio.
48 Monitorium pro Legatario in interdicto Quorum legatorum, & ejus formula.
49 Monitorium contra partem adverſam executum, & reproductum, poteſt ex adverſo negari.
50 Legatarius hoc judicio agens debet docere de legato, & morte Teſtatoris, ac legitimare Perſonas ſervatis ſervandis.
51 Legatarius debet in hoc judicio probare rem legatam fuiſſe à Teſtatore tempore mortis poſſeſſam, ſeù detentam; & nunc Adverſarium uti hæredem eandem detinere.
52 Hæres eius conventus in interdicto quorum legatorum poteſt deducere, & probare per legitima probationum genera ſuas exceptiones, ſi quas habet.
52 In Interdicto Quorum legatorum intentato à Legatario contra Heredem poteſt ſuſpendi Petitorium.
54 Legatarius intentans interdictum quorum legatorum contra Hæredem debet ſervare terminos ſubſtantiales, & quomodo.
55 Cedula ſententiæ, pro Legatario contra Hæredem in Interdicto quorum legatorum, & ejus formula.
56 Mandatum de immittendo ad favorem Legatarii expediri & ad immiſſionem illius virtute contra Hæredem procedi poteſt, & quomodo.
57 Hæres in interdicto Quorum legatorum à Legatario conventus quomodo appellare, & cauſam appellationis committendam curare debeat.
58 Commiſſio appellationis ab Hærede contra Legatarium interpoſitæ in interdicto quorum legatorum, & ejus formula.
59 Alia commiſſio appellationis ab hærede interpoſitæ contra Legatarium, quando cauſa fuit contra eum expedita per decretum.
60 Signatura quomodo in cauſis poſſeſſoriis, & quomodo in pecuniariis reſcribat, remiſſivè.
61 Reſcripta Signaturæ impedimentum non præſtante poteſt procedi ad expeditionem, & executionem mandati.
62 Prorogatis etiam pecuniariis, ac Fideicommiſſis ſolet frequenter intentari Salvianum.
63 Interdictum Quorum legatorum unde dicatur.
64 Interdictum Quorum legatorum quid ſit.
65 Legatarius, ſeu Fideicommiſſarius debet regulariter capere rem legatam, ſeu Fideicommiſſo relictam de manu Hæredis.
66 Regula, dolo facis petere quod reſtituturus es, non procedit, quando intereſt Actoris, ut res in primis reſtituatur.
67 Interdictum, Quorum legatorum non competit Hæredi,

redi, niſi quando vult, & poteſt detrabere Falcidiam ſeù Trebellianicam.

68 *Occupans rem legatam ab Hærede poſſeſſam propria authoritate poſt aditam cadit à jure ſuo, & Hæredi competit interdictum recuperandæ.*

69 *Occupans rem legatam vacantem, & ante aditam non cadit à jure, ſed competit Hæredi hoc caſu interdictum Quorum legatorum*

70 *Occupans rem hæreditariam ante aditam tenetur crimine expilatæ hæreditatis, ſi eſt Extraneus, ſecus ſi eſt Legatarius.*

71 *Occupans rem alienam vacantem ob Domini abſentiam tenetur eam reſtituere uti Prædo, vel Fur, ſecus Legatarius occupans rem legatam vacantem ante aditam.*

72 *Creditor, jus ſibi dicens in bonis debitoris propria authoritate, amittit creditum.*

73 *Res legata ante aditam eſt in bonis nullius, poſt aditam verò eſt propria ipſius Legatarii.*

74 *Ut ſit locus interdicto Quorum legatorum ſex requiruntur, & quæ.*

75 *Interdictum quorum legatorum competit etiam Hæredi Hæredis & bonorum Poſſeſſoris*

76 *Interdictum quorum legatorum datur contra Legatarium qui rem legatam propria authoritate occupavit.*

77 *Interdictum quorum legatorum datur contra titulo poſſidentem, ſecus interdictum quorum bonorum.*

78 *Interdictum quorum legatorum datur contra Legatarium qui rem legatam cum conſenſu Hæredis antè aditam, occupavit.*

79 *Interdictum quorum legatorum datur contra Legatarium, qui legatorum ſervandorum nomine miſſus fuit in poſſeſſionem à Judice. & quando.*

80 *Interdictum quorum legatorum datur contra eum qui rem legatam occupatam dolo deſiit poſſidere, & ad quid.*

81 *Interdictum quorum legatorum datur contra cohæredem qui propria authoritate occupavit prælegatum & pro qua rata,*

82 *Interdictum quorum legatorum datur contra Hæredes, & Succeſſores Legatariorum.*

83 *Interdictum quorum legatorum datur contra Fideicommiſſarium univerſalem.*

84 *Interdictum quorum legatorum non datur contra Fideicommiſſarium vel Legatarium habentem facultatem capiendi poſſeſſionem propria authoritate dum tempore poſſeſſionis ab eo adeptæ Hæres adhuc non poſſidebat.*

85 *Interdictum quorum legatorum datur Legatario contra Hæredem pro re legata, etiam quando fuit ad eam occupatam illi reddendam coactus.*

86 *Conſuetudo, & Praxis eſt rerum magiſtra.*

87 *Interdictum quorum legatorum datur tam pro rebus corporalibus, quàm incorporalibus.*

88 *Interdictum quorum legatorum non habet locum in Donatione cauſa mortis, & quare.*

89 *In interdicto quorum legatorum non datur appellatio ſuſpenſiva niſi opus ſit detrahere Falcidiam ex legatis pro ſupplemento æris alieni*

90 *Legatario, & fideicommiſſario competunt tres actiones, & quæ*

91 *Legatario, & Fideicommiſſario ratione hypothecæ competit etiam Salvianum.*

92 *Pro Legato competit via executiva & ita obſervat Praxis in Tribunali A.C. & num 93.*

93 *Contrariam opinionem paſſim ſequitur, & obſervat Rota.*

94 *Quando fuit actum via ordinaria, cenſetur renunciatum executivæ.*

95 *Si Hæres negat Teſtamentum, vel dicit de nullitate illius & eſt ſuper hoc contentio Judicialis, non competit pro Legato via executiva, etiam in Tribunali A.C.*

96 *Opinio* Angeli, *quod pro Legato competat via executiva, non habet locum, quando Legatarius intentat remedium l. fin., ſecus ſi intentat aliam actionem.*

97 *Opinio Rotæ, quod pro legato non competat via executiva non procedit in eo Tribunali, quando mandatum ab A. C. relaxatum tranſivit in judicatum ob non interpoſitam appellationem.*

98 *Actore non probante, Reus abſolvitur, etiam ſi probatio ſit dubia & ſimus in favorabilibus.*

99 *Teſtis deponens, Teſtatorem accidenti impeditum dixiſſe*, laſciate ſtar coſi, e tornate un'altra volta, che lo finiremo *ad ſummum concludit de præparatoriis Teſtamenti, vel Codicilli faciendi.*

100 *Verba Teſtatoris, quæ differunt ultimam voluntatem in aliud tempus perficiendam, ad præparatoria tantum ſunt referenda.*

101 *Teſtator cenſendus eſt permanſiſſe in mero tractatu, & præparatoriis teſtandi, ſi hoc ex dictis Teſtium, vel aliis facti circumſtantiis colligi poteſt.*

102 *Præparatoria, & tractatus diſponendi in ultima voluntate imperfecta carent omni Juris effectu.*

103 *Voluntas imperfecta non eſt voluntas, nec diſpoſitio etiam ad pias cauſas.*

104 *Voluntas imperfecta ſuſtineri non poteſt etiam favore piæ cauſæ, ex receptiori.*

105 *Doctrina* Bart in l. in Teſtamento, ff. de fideic libert. *magis communiter reprobatur.*

106 *Opinio* Bart. in d. l Teſtamento, *ſi vera eſſet, poſſet ad omne peius procedere, quando Teſtator habuit aliquod capitulum Teſtamenti pro perfecto alias ſecus.*

107 *Voluntas Hominis eſt ambulatoria.*

108 *Legata Pia debentur, etiamſi Teſtator poſt Teſtamentum perfectum dixerit*, tenete coſi fino à domani, *ſecus ſi hoc dixerit ante Teſtamentum & voluntatem perfectam.*

109 *Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis, nec etiam ſuſtinetur ex clauſula Codicillari inter liberos*

110 *Clauſula Codicillaris eſt inventa ad conſervandam non ad ſupplendam Teſtatoris voluntatem*

111 *Dum imperfectio eſt in voluntate, præſumitur, quod Teſtator diſtulerit in aliud tempus ad eximendum ſe à moleſtiis Inſtantium pro ultima voluntatis confectione.*

112 *Si Teſtator volebat ipſe diſponere per rogitum Notarii, & diſtulit in aliud tempus, non valet actus etiam ad pias cauſas, dum voluntas illius non eſt omninò adimpleta.*

113 *Duo Teſtes in relictis ad Pias cauſas quando non ſufficiant.*

114 *Duo Teſtes, qui requiruntur in relictis ad pias cauſas, debeat eſſe omni exceptione majores.*

115 *Idem eſt dicere Teſtis idoneus, & Teſtis omni exceptione major,*

116 *Teſtes, qui plures irreparabiles patiuntur defectus, repelluntur in totum.*

117 *Teſtis nulliter examinatus ſine interrogatoriis Parte non citata repellitur.*

118 *Citatio eſt de Jure naturali, & divino.*

119 *Teſtis examinatus inter alios, & per diverſa acta non probat.*

120 *Teſtes plures idonei, inter alios formiter examinati, in antiquis probant ſemiplenè contra non citatum, ſi ſunt mortui.*

121 *Teſtis non deponens ſuper ſuo facto, & aliqua occultans fidem non meretur.*

122 *Teſtis habens in cauſa intereſſe non probat.*

123 *Teſtis, prætendens ſe legatarium in Codicillis, non probat Codicillos.*

124 *Teſti habenti lites, & malam affectionem contra eum contra quem deponit, diminuitur de fide.*

125 *Teſtis ſibi contrarius in eſſentialibus non meretur fidem.*

126 *Teſtes ſingulares ſingularitate obſtativa nihil probant*

127 *Teſtes ſibi contrarii in formalitate verborum, de qua fuerunt interrogati, & in ſubſtantia, non probant.*

128 *Teſtes, cum agitur de probanda ultima voluntate, debent eſſe conteſtes in omnibus, aliàs nihil probant.*

Quorum legatorum Pars Secunda. Cap XI.

1 SUpereſt, ut de quarto adipiſcendæ poſſeſſionis remedio, hoc eſt, de Interdicto Quorum Legatorum, A, inſpiciamus.

2 Competit hoc Interdictum ſignanter Hæredi adverſus Legatarium, qui rem ſibi legatam, non de manu Hæredis, ſed propria authoritate occupavit, ad ejuſdem rei poſſeſſionem ab eo avocandam, ut proindè Legatarius poſſit eundem ad rem legatam ſibi tradendam convenire.

3 Debet ergo Hæres, qui hoc interdicto vult experiri, conficere monitorium ut infra & aliàs ſecundum contingentiam facti, videlicet.

4 De mandato Illuſtriſſimi, & Reverendiſs. D. A. C. ſivè R. P. D. NN. ejus in civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. Hæredis univerſalis q. NN. prout ſuis loco, & tempore demonſtrabitur.

Tenore præſentium.

Moneatur NN. aſſertus Legatarius d. q. NN detentor, & occupator unius Vineæ Hæreditariæ prædicti q. NN. ſitæ extra portam N. juxta bona NN. & NN. & alios, ſi qui &c. ſibi, ut aſſerit, legatæ, quatenus infra triduum proximum, ſub 500. ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, ac pro illis mandari executivi, & in Juris ſubſidium, Excommunicationis &c. aliiſque pœnis, debeat d. NN. Inſtantem in realem, corporalem, & actualem, pacificam, & quietam poſſeſſionem d. vineæ, ac illius jurium, membrorum, pertinentiarum, & annexorum quorumcumque, immiſiſſe, poſuiſſe, & induxiſſe, immiſſumque, impoſitum, & inductum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, ac de fructibus, redditibus, & proventibus reſpondiſſe, & ſatisfeciſſe, & per quos opus fuerit immitti, reſtitui, & manuteneri, ac reſponderi feciſſe, damnaque, expenſas, & intereſſe præmiſſorum cauſa, & occaſione facta, paſſa, patienda ac liquidanda, refeciſſe, aſſertumque Legatum quatenus ſibi de Jure debeatur, de manu ejuſdem Hæredis recepiſſe, Mandatumque de immittendo, ac manutenendo, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum, concedi, & relaxari, Jus, & Juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe, in vim Interdicti Quorum Legatorum, ſeu alterius cujuſcumque remedii poſſeſſorii magis utilis, & proficui, d. Inſtanti competentis &c deducens &c. implorans &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c & ſi quis &c. compareat &c. alioquin &c.

N. Notarius Locus † Sigilli.

5 Quod quidem monitorium, a Curſore perſonaliter executum, eſt reproducendum; & reproduci in ab Actuario ſcribenda in Actis vid licet.

6 Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meq; &c. NN. Sanctiſs. D N. Curſor retulit, ſe ad inſtantiam NN. perſonaliter monuiſſe NN. prout in folio, tenoris &c. omni &c.

Et poteſt exadverſo negari, ut infra, videlicet.

7 Pro NN. contra NN.

In Officio NN. et negando Monitorium, dixit narrata, prout narrantur non fuiſſe, nec eſſe vera, & ad petita, prout petuntur non teneri, ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, &c. alias &c. omni &c.

8 Debetque Actor hujuſmodi monitorium verificare, etiam ſi non fuerit exadverſo negatum.

9 Et primò, pro illius verificatione, debet actor probare, ſe eſſe hæredem, ac ob id producere in actis Teſtamentum ipſum in publicam, & autenticam formam, citata Parte ad dicendum contra jura, juxta ſuperius tradita *par* 1. *c.* 2. *num.* 10. *& ſeqq* vel ſe eſſe hæredem ab inteſtato, ſi forte defunctus inteſtatus deceſſit, & Legatum in Codicillis reliquit, & ad id producere in actis articulos opportunos, juxta tradita *in c. proximo præcedente*, *num.* 10. citata Parte ad dicendum contra illos, juxta formulam, de qua ſupra, *part.* 1. *c.* 11. *numer.* 2. *& ſeqq* necnon Jura recognoſcenda curare, Articulos probare per Teſtes ſervatis ſervandis, juxta ſuperius tradita *par.* 1. *cap.* 2. *num* 20. *& ſeqq: & cap.* 11. *n.* 4. *& ſeqq. & part.* 2 *c.* 6 *n.* 12. *& ſeq* vel per alia legitima probationum genera, ac in effectu perſonam ſuam, ut decet, legitimare juxta Praxim, de qua ſupra *p.* 1. *c.* 5. *n* 2. *& ſeq.*

In terminis autem ad dicendum contra Jura, vel Articulos, Reus poterit opponere generalia contra, & proteſtari, ut dictum fuit ſupra *part.* 2 *c.* 2 *num.* 18. *& c.* 11. *n.* 5. *& par* 2. *c.* 6. *n.* 16. mutatis mutandis, juxta contingentiam facti. 10

Secundò actor probare debet, quod res, de qua agitur, fuerit hæreditaria ipſius Defuncti, & quod Legatarius illam propria authoritate occupaverit ſine conſenſu Hæredis, & adhuc illam occupet, vel dolo deſierit poſſidere, juxta ſuperius tradita *in dict. cap proximo præcedente*, *num.* 10. & aliàs mutatis mutandis, juxta contingentiam facti. 11

Tertiò, quod ejuſdem actoris interſit ratione quartæ Falcidiæ deducendæ ex re legata, cum Hæreditas non ſit ſolvendo, nàm aliàs non docto de Intereſſe, non competit Hæredi hoc Interdictum. 12

His ab actore probatis per ſcripturas, vel Teſtes, aut alia probationum genera, Reus quoque, ſi ei libuerit, poterit eodem modo ſuas exceptiones deducendas, juxta Praxim de qua ſupra *part.* 1. *capit.* 7. *& ſeqq.* & alias, ſi quas habet, probare; in termino autem ad dicendum contra Jura, vel Articulos, Actor poterit proteſtari, ut ſupra *cap.* 6. *num.* 16. *& capit. proximo præcedente ſub nu.* 12. dictum fuit. 13

Demum ſuſpenſo, quatenus opus ſit, Petitorio, juxta ſuperius tradita, hac eadem *par.* 2. *cap.* 6. *num.* 18. ne cauſa appellabilis evadat, obſervandi ſunt termini ſubſtantiales, videlicet. 14

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad libellandum ad p. d. ad articulandum ad 12. ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2. ad declarandum, ad jurandum de calumnia ad p. d. in terminis ſubſtantialibus, inſtante N. N. principali ſive &c 15

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit jura hodie in Broliardo producta, & repetita & repetiit & obtinuit ſervari ut ſupra, & admitti ſi, & in quantum omni &c:

Vel A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad articulandum ad octavum diem, ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad ſecundam diem in terminis ſubſtantialibus, inſtante NN. principali, ſivè &c. 16

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura hac die in actis producta, & repetita, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra, & admitti, ſi & in quantum, omni &c.

Et ſi cauſa eſt expedienda per Decretum, citatur deindè Pars, ut infra videlicet. 17

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales malè forſan, nulliter, & incautè tentos, in vim quarumcumque facultatum, abſolvi inſtantem à cenſuris ad effectum &c. deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendum ſententiam definitivam, & loco ſententiæ videndum reintegrari monitorium, (ſi illud reintegratione indigeat,) & inſtantem immitti in poſſeſſionem vineæ, de qua agitur, & quodcumque mandatum de immittendo, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari, ad p. d. Inſtante NN. principali ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma &c. deferri Juramentum &c. qui ex actis juravit &c. & reintegrari Monitorium ac decerni, & relaxari Mandatum,

datum, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D relaxavit Mandatum de immittendo, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c.

N Notarius.

18 Si verò magis libet cauſam expedire per Cedulam citatur Pars, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarumcumque facultatum, abſolvi inſtantem à cenſuris ad effectum &c. deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, concludendum concludique videndum in cauſa, & audiendum Sententiam definitivam in forma, & aliàs omni meliori modo &c. ad p d. inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit, in forma &c. deferri juramentum &c. qui tactis juravit &c. et ſententiari, prout in Cedula, quam Reverendiſſimus D. Locumtenens legit, ſubſcripſit, & mihi conſignavit, tenoris &c. ſuper quibus &c. præſentibus Sociis teſtibus &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni meliori modo &c.

Tenor Cedulæ.

19 Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de juris peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, et cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeu veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. Hæredem univerſalem q. NN. virtute Teſtamenti in publicam, & autenticam formam in actis producti, ad quod &c. (vel ab inteſtato Hæredem univerſalem q. NN.) Actorem ex una, & NN. Legatarium aſſertum dicti q. NN. Reum conventum, ex altera partibus, de, & ſuper immiſſione in poſſeſſionem unius Vineæ hæreditariæ q. NN. ſitæ extra portam NN. juxta bona NN. & bona NN. & alios confines, ſi qui &c. de qua agitur, rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus decernimus, et declaramus, dictum NN. immittendum fore, et eſſe in realem, actualem, et corporalem poſſeſſionem dictæ Vineæ, ejuſque jurium, et pertinentiarum amoto ea inde d. NN. detentore, et quodcumque Mandatum de immittendo deſuper neceſſarium, et opportunum decernendum fore, et eſſe, prout decernimus, & relaxmus, Victumque Victori in Expenſis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure impoſterum reſervamus, et ita dicimus, pronunciamus dealaramus, et definitivè ſententiamus, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. *Locumtenens.*

20 Cæterum cauſa, ut ſupra, terminata, niſi aliud obſtet, vel Pars obtineat a Præfecto Signaturæ mandari ſuperſederi, juxta ſuperius dicta *part. 1. capit. 13. numer. 18. & ſeq.* expeditur Mandatum de immittendo, tenoris videlicet.

21 De Mandato Illuſtriſſimi et Reverendiſſimi D. A. C. ſive R. P. D. ejus in civilibus Locumtenentis, et ad inſtantiam NN. Hæredis univerſalis q. NN. principalis.

Tenore præſentium.

Mandatur vobis Baroncello, et Exequutoribus, Subexequutoribus, et aliis, ad quos ſpectat &c. quatenus, ſtatim viſis, et receptis præſentibus, ſub 500. ducatorum etc. aliiſque pœnis etc. debeatis eumdem inſtantem in realem, actualem, et corporalem poſſeſſionem vineæ hæreditariæ q. NN. ſitæ extra Portam NN. juxta bona NN. et NN. etc. de qua agitur, ejuſque jurium, et pertinentiarum, ac membrorum quorumcumque amoto NN. Adverſario, et quolibet alio illicito detentore, immiſiſſe, induxiſſe, impoſuiſſe, et immiſſum, impoſitum, et inductum manutenuiſſe, defendiſſe, et conſervaſſe, illique de fructibus, redditibus, et proventibus ejuſdem reſpondiſſe, et reſponderi feciſſe, quoniam d. NN. Adverſario citato, et intimato, ſervatis ſervandis in vim decreti deſuper emanati, vel quoniam d. NN. Adverſario, ſervatis ſervandis, in vim Sententiæ deſuper latæ (ſi cauſa fuit expedita per Cedulam) prout in actis, Reverendiſſ. D. ita mandavit, hac die etc.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

Quod ſi Reus in hoc interdicto velit appellare, debet obtenta ſuperſeſſoria, adire Signaturam Juſtitiæ, et cauſam, Parte citata, proponendam curare, juxta ſuperius dicta *part. 1. cap. 13. num. 20 & ſeqq* ac appellationem in primis coram Judice à quo infra decem dies, ut infra, interponere, videlicet. 22

Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque etc NN habita notitia de prætenſo Decreto facto, ſeu ſententia lata ad aſſertum favorem NN. contra NN. a b eo, ſeu ab ea, et omnibus aliis gravaminibus etc. ad Sanctiſſ. D. N Innocentium Papam X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto, dedit, tenoris etc. petens etc. omni etc. 23

Cui D dedit reſutatorios in forma, omni etc.

Tenor Cedulæ.

A quadam aſſerta ſententia, ſeu decreto definitivo lata ſeu facto per R. P D NN. A C. Locumtenentem, ut dicitur, ad prætenſum favorem NN. contra NN. de, et ſuper immiſſione in poſſeſſionem Vineæ. q. NN de qua agitur rebuſque aliis in actis cauſæ, et cauſatum hujuſmodi latius deductis etc. Procurator, et eo nomine præfati NN. ſentiens ſe læſum, et gravatum, et timens impoſterum magis, lædi, et gravari etc. ab illa, ſeù ab illo, et toto proceſſu deſuper fabricato, ad Sanctiſſ. D. N Innocentium Papam X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam, in his ſcriptis, provocat, appellat, et æque principaliter de nullitate dicit petens ſemel, bis, tertio, ſæpè ſæpiùs ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, et inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, et quatenus etc. à non admiſſione, ac toto ulteriori proceſſu appellat iterum, ac toties quoties, et ut ſupra de nullitate dicit, itaut ſit ultimus in appellando etc. et interim, nihil innovari etc. aliàs, etc. de nullitate, et attentatis etc. proteſtans etc. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo etc. 24

Et poterit fieri commiſſio in plena Signatura proponenda ut infra, et aliàs ſecundum contingentiam facti videlicet. Romana.

Beatiſſima Pater. Exponitur humiliter S. V. pro parte devoti illius oratoris NN. qualiter q. NN. in ejus ultimo nuncupativo Teſtamento, rogato per acta NN. ſub die N. menſis N. anni N. cum quo deceſſit (vel in ejus Codicillis rogatis per acta NN. ſub die N. menſis N. cum quibus deceſſit) inter cætera eidem Oratori jure legati, et aliàs omni &c. reliquit Vineam ſcutorum 500. valorem excedentem, quam habebat extra Portam NN juxta ſuos notiſſimos fines, prout in d. Teſtamento, ad quod etc (ſeù prout in dictis codicillis ad quos etc.) et licet poſtmodum de conſenſu ejuſdem NN. Adverſarii aſſerti Hæredis dicti q. NN. idem Orator acceperit poſſeſſionem dictæ Vineæ, et non agatur de aliquo ejuſdem Adverſarii intereſſe, nihilominus ſententiam favorabilem contra Oratorem legitimum, ac pacificum dictæ Vineæ poſſeſſorem, ſuper immiſſione in poſſeſſionem ejuſdem Vineæ, in vim interdicti Quorum legatorum, ut dicitur, ab A. C. extorſit, non minus nulliter, quam injuſtè, cum Adverſarius dolo faciat petere, quod ſtatim reſtituturus eſt, à qua idem Orator ad S. V. appellavit, dignetur igitur S. V. cauſam, et cauſas appellationis, et appellationum hujuſmodi, nec non nullitatis, & nullitatum, ex tribus, iniquitatis, et notoriæ, injuſtitiæ, à d. aſſerta Sententia definitiva, attentatorum, et innovatorum quorumcumq; infra legitima tempora interpoſitæ, et interpoſitarum, ac reſtitutionis in integrum, prout de jure etc. una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negocio principali, et quàm, et quas, etc. 25

Digitized by Google

alicui S. V. Sacri Palatii Apoſtolici Auditori (vel Locumtenenti, ſi adeſt) audien. cognoſcen. deciden. ſineq; debito terminan. committere, et mandare, cum facultate citan. inhiben. quos quibus quoties, ubi, & quando opus fuerit. Conſtitutionibus, & ordinationibus, Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque Statum &c. pro plend &c. Si cauſa non eſt Rotalis petitur committi Prælato, ut ſupra, hac eadem *p. 2. c. 6. n. 32.*

26 Reſcribitq; Signatura, vel cum clauſula, *ſine præjudicio*; vel cum clauſula, *quatenus ſit locus Aegidianæ*, vel admittit appellationem ſimpliciter, ut in aliis ſummariis poſſeſſoriis, & prout ſupra hac eadem *p. 2. c. 6. n. 33. & ſeqq.*

27 Demum, ſi eſt locus exequutioni, expeditur mandatum, ut ſupra, cujus vigore proceditur ad immiſſionem in poſſeſſionem bonorum, de qua Actuarius conficit Inſtrumentum, juxta Formulam ſupra traditam *d. c. 6. n. 39.* mutatis mutandis, ſecundùm contingentiam facti.

28 Veruntamen, ſi Legatarius agere velit, & debeat pro conſequutione rei legatæ, poteſt intentare Judicium
B exequutivum, B, vel ſummarium contra Hæredem.

29 Si vult agere via exequutiva, quæ ei competit juxta opinionem Angeli, quæ in Tribunali A. C. obſervatur in Praxi, & legatum conſiſtat in pecunia numerata, tunc poteſt Legatarius ad perſonæ ſuæ, & partis adverſæ legitimationem, et ad docendum de ſuo bono jure, ac de legato ſibi debito, producere in actis Teſtamentum, vel codicillos, ac fidem obitus Teſtatoris, citata Parte ad dicendum contra jura, juxta praxim, de qua ſupra *par. 1. c. 2. n. 9. & ſeqq.* & deinde ſervatis ſervandis, ac legitimatis legitimandis, quatenus opus ſit, juxta praxim, de qua *par. 1. cap. 5. num. 1. & ſeqq.* citare eundem Hæredem, ad ſolvendum, & ad ulteriora procedere, donec ei fuerit ſatisfactum, juxta ſuperius tradita in materia judicii executivi, *d. p. 1. c. 6. & ſeq.*

30 Si verò Legatum conſiſtit in mobilibus, vel ſe moventibus, citata Parte ad dicendum contra, ut ſupra, ac docto de legato, ac obitu Teſtatoris, & legitimatis perſonis, ut ſupra, poteſt Legatarius citare Hæredem, ut infra, videlicet,

A.C.N.

31 Citetur NN. Hæres q NN. exadverſo principalis ad conſignandum inſtanti annulos gemmas, & alia ei a d. q. NN. legata, juxta formam jurium, de quibus in actis, docendum de quacumque nova conventione, aliiſque præjudicialibus, alias videndum decerni Mandatum exequutivum, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, et obtinuit, ut ſupra, niſi infra tres, omni &c.

Elapſis tribus diebus in Decreto contentis, vel tertia die poſt dictum Decretum, citatur iterum Hæres, ut infra, videlicet.

A.C.N.

32 Citetur NN. Hæres q. NN. exadverſo principalis, ad videndum relaxari Mandatum alias decretum, & quatenus opus ſit, denuo decerni, & relaxari, ad p. d. inſtante NN. principali ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. Hæredi q. NN. exadverſo principali, qualiter D. relaxavit Mandatum, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

33 Poterit autem Hæres Reus conventus in his terminis deducere omnes ſuas exceptiones, quas habet, & illas probare per legitima probationum genera, juxta praxim ſuperius traditam. *p. 1. c. 7. & ſeq.* quibus non exiſtentibus, vel non ſubſiſtentibus. Legatarius, niſi terminus ſuſceptus, vel aliud obſiſtat, juxta praxim, de qua ſupra *d. p. 1. c. 9. & 14.* vel niſi hæres, obtenta Superſeſſoria, adiverit Signaturam, & cauſam appellationis, Parte citata commicti obtinuerit, ut ſupra *p. 1. c. 13. n. 18. & ſeq.* poterit, ſi agatur de legato pecuniæ expedire mandatum exequutivum, & ad illius executionem procedere juxta ſuperius tradita *d. p. 1. c. 6. & c. 14. & ſeqq.*

Vel ſi mandatum fuit relaxatum pro legato mobilium, vel ſemoventium, poterit illud expedire tenoris ſequentis, & aliàs mutatis mutandis juxta contingentiam facti, videlicet. 34

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C ſivè R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. Legatarii q. NN. prout in Teſtamento rogato per acta NN. ſub die NN. de quo in actis.

Tenore præſentium.

Auferantur de bonis Hæreditariis quond. NN. Annuli & gemmæ NN. (hic deſcribantur qualitates, & ſigna rerum, de quibus agitur) eidem NN. Inſtanti debito occaſione, de qua in actis, quæ ablatæ, unà cum Juliis NN. pro Expenſis præſentis Mandati, deponantur &c. ad effectum &c quia d. NN. Hærede q. NN. citato, & intimato, Reverend. D. ita mandavit, hac die &c.

N. Notarius. Loco † Sigilli. N. Locumt.

Mandatum expeditum datur Exequutori, qui ad illius exequutionem de more procedat, juxta illius formam, & tenorem, & demum exequutione facta, citatur, ut infra videlicet.

A.C.N.

Citetur NN. Hæres q. NN. exadverſo principalis ad videndum mandari conſignari inſtanti Annulos, & alia bona per d. q. NN. legata in exequutione capta, & mandatum de conſignando deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. 35

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, et obtinuit, ut ſupra, niſi per totam, omni &c.

Et expeditur Mandatum de conſignando, ut infra, videlicet.

De mandato Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi D. A. C. ſive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad Inſtantiam NN. Legatarii q. NN. prout in Actis &c.

Tenore præſentium.

Mandatur tibi Executori, ad quem ſpectat, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus ſub 500. ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applican. aliiſque pœnis, arbitrio Domini, debeas Annulos, gemmas et NN. in executione captas dicto Domino inſtanti conſignaſſe, & debitam conſignationem feciſſe, præſentibuſque &c. paruiſſe, quia d. NN. Hærede quon. NN. exadverſo principali citato, & intimato, Reverendiſſimus D. ita mandavit, hac die &c. 36

N. Notarius. Locus † Sigilli N. Locumten.

Et ſucceſſivè Exequutor conſignat bona, juxta formam, & tenorem Mandati, de qua conſignatione Notarius actuarius conficit publicum Inſtrumentum in forma &c. 37

Ceterum, ſi Executor non inveniat bona mobilia legata, & ob id ad exequutionem Mandati exequutivi procedere non valet, citanda eſt Pars adverſa ad docendum ſe adiviſſe Hæreditatem q NN. cum beneficio Legis, et Inventarii, alias videndum mandari exequi contra perſonam, et bona propria, juxta Praxim ſuperiùs traditam *par. 1. cap. 7. nu. 23.* et obtento decreto, terminoque in eo contento poſt Intimationem executam elapſo, & intimatione reproducta, ſi Pars docet de legitimo Inventario, & reddit rationem, fit executio contra alia bona Hæreditaria, quæ adſunt, alias, non docto de Inventario legitimo, & ratione non reddita, poteſt expediri Exequatur à tergo dicti Mandati, contra bona propria, & perſonam, tenoris, videlicet. 38

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C. ſivè R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. retroſcripti. 39

Tenore præſentium.

Exequatur retroſcriptum Mandatum Pro contentis

in eo

Digitized by Google

in eo contra bona propria, & perſonam dicti NN. & pro aliis Juliis NN. pro Expenſis præſentis Exequatur, quia d. NN citato, & intimato, Reverendiſſ. D. ita mandavit, hac die &c.

N. Notarius. Loco † Sigilli. N. Locumtan.

Ac proinde fit exequutio contra bona propria, & perſonam, & ad ulteriora proceditur, juxta Praxim ſuperius poſitam, *part. 1. cap. 8. num. 24 & cap. 8. & cap. 14. & ſeqq.*

40 Sed ſi Teſtator non expreſſit valorem Annulorum, gemmarum & ſimilium bonorum legatorum, & de eo aliunde in Actis ex publicis documentis non appatet, & dicta bona ampliùs non reperiuntur, tunc poterit quidem Legatarius hujuſmodi valorem per Teſtes, & alia probationum genera verificare, ſed à Decreto Judicis ſuper valoris liquidatione, ſivè tacita, ſivè expreſſa, ſivè in termino citationis ad videndum liquidari, ſivè declarari valorem dictorum bonorum legatorum, ſivè alias quomodolibet interpoſito, dabitur appallatio, ſicut a fructuum liquidatione, & expenſarum taxatione exceſſiva appellari poſſe, non ambigitur.

41 Poteſt tamen virtute Mandati exequutivi obtenti pro bonis, & gemmis legatis contra bona propria, & perſonam, ſi non invenirentur bona, ſuper quibus poſſet fieri exequutio abſq; alia liquidatione valoris, fieri exequutio contra perſonam, nec hoc caſu daretur appellatio, cum nulla liquidatio, ſeù declaratio ſuper dicto valore intervenerit.

42 Vel ſi hæres habet in bonis, cum hoc caſù non poſſit procedi ad exequutionem contra perſonam, poſſet Legatarius ad viam appellationis illi amputandam, ſi ex inventario, vel aliàs clarè conſtaret, Teſtatorem tempore ejus mortis in eius bonis, & Hæreditate dicta bona mobilia legata reliquiſſe, citare Hæredem ad exhibendum, & contra eum procedere prævio Judicio exhibitionis, juxta Praxim ſuperius traditam, hac eadem *part. 2. cap. 3.*

Vel agere contra eundem, ut infra videlicet.

A. C. N.

43 Citetur NN. Hæres q. NN. exadverſo principalis ad tradendum infraſcripto D. Inſtanti Annulos, & gemmas NN. per d. q. NN. eidem legatas, alias videndum gravari, & pro gravamine decerni, & relaxari Mandatum executivum, ad p. d. Inſtante NN Legatario principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit gravari in Juliis tribus pro quolibet die, donec dicta bona tradiderit, & ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. Hæredi q. NN. exadverſo principali, qualiter D. eum gravavit, & alias prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

44 Et ſucceſſivè termino in Decreto contento elapſo, intimatione executa, et reproducta, poſſet expediri Mandatum pro ſumma Judici benè viſa, & produci ad capturam Pignorum, & illorum ſubhaſtationem, donec Adverſarius tædio affectus, pareat mandatis, ut ſupra juxta ſimilem Praxim ſuperius traditam, hac eadem *p. 2. c. 1. n. 21. & ſeq.*

45 Veruntamen, ſi cauſa excedit valorem ſcutorum quingentorum, vel ad dictum valorem aſcendit, quia tunc cauſa appellationis, ad effectum devolutivum, committenda venit in Rota, quæ ſequitur illam opinionem, nè pro legato competat via exequutiva, & ob id de facili poſſet omnia, ut ſupra, geſta revocare; Idcirco meliùs erit hoc caſu agere coram A. C. via ordinaria.

46 Vel cautius erit hoc caſu agere Salviano, quod pariter pro Legato competit, ut ſupra, hac eadem *part. 2. c. 6. num. 2. & ſeq.* In quo quidem judicio ſummario nec dabitur appellatio ſuſpenſiva, nec Rota in omnem eventum aliquem poterit habere difficultatem, an judicium hujuſmodi potuerit pro Legato intentari.

47 Cæterum ſi Legatarius, non via exequutiva, ſed ſummaria, quæ illi multò magis competit, hoc eſt interdicto, Quorum Legatorum, agere voluerit, poterit ſuper immiſſione in poſſeſſionem rei legatæ conficere Monitorium, ut infra, & alias juxta contingentiam facti videlicet.

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C. ſivè R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. Legatarii q. NN. prout in Teſtamento rogato per acta NN. ſub die &c. in actis ſuis loco, & tempore producendo, & exhibendo. 48

Tenore præſentium.

Monetur NN. Hæres q. NN. exadverſo principalis, quatenus infra triduum proximum, ſub 500. ducatorum &c. Cameræ Apoſtolicæ applican. & pro illis Mandati exequutivi, & in Juris ſubſidium Excommunicationis &c. aliiſque pœnis &c. debeat d. NN. Inſtantem in realem, corporalem, & actualem, quietam, & pacificam poſſeſſionem Domus NN. ſitæ in Urbe, in Regione N. juxta bona NN. & NN. & alios fines, ſi qui &c. eidem Inſtanti per d. q. NN. in dicto ejus ultimo nuncupativo Teſtamento, cum quo deceſſit, jure Legati, & aliàs omni meliori modo &c. relictæ, & legatæ, ejuſque jurium, membrorum, pertinentiarum, & annexorum quorumcumque immiſiſſe, poſuiſſe, & induxiſſe, immiſſumque, poſitum, & inductum manutenuiſſe, & defendiſſe, & conſervaſſe, ac de fructibus, redditibus, ac proventibus reſpondiſſe, & ſatisfeciſſe, & per quos opus fuerit, immitti, manutenери, ac reſponderi feciſſe, damnaque expenſas, & intereſſe præmiſſorum cauſa, & occaſione facta, paſſa, & patienda, ac liquidanda, refeciſſe, Mandatumque de Immittendo, ac manutenendo, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum concedi, & relaxari, Jus, & Juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe, in vim cujuſvis remedii poſſeſſorii magis utilis, & proficui dicto Inſtanti competentis &c. Deducens &c. Implorans &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c. ſi quis &c. compareat &c. alioquin &c.

N. Notarius Locus † Sigilli.

Hoc monitorium debet perſonaliter exequi, & in Actis reproduci, poteſtque exadverſo negari, juxta ſuperius tradita in principio præſentis *cap. 11. numer. 6. & ſeqq.* & in aliis capitibus præcedentibus, in quibus ponuntur Formulæ ad hæc neceſſariæ, & opportunæ. 49

Debetque Legatarius Actor in hoc judicio, ſicut in aliis, Monitorium, etiamſi negatum non fuerit, juſtificare per ſcripturas, & alia legitima probationum genera, & pro verificatione ſignanter probare ſe Legatarium, & mortem Teſtatoris, & producere in Actis Teſtamentum, & alia Jura ad cauſam facientia, pro legitimatione perſonæ utriuſque Litigantis, citata Parte ad dicendum contra Jura ac juribus, quatenus opus ſit, recognitis, ut ſupra *n. 6.* 50

Ac demum probare, quod res legata erat in bonis Teſtatoris, ſeu quod Teſtator, ſeu Defunctus rem legatam, ſeù Fideicommiſſo ſubiectam tempore mortis ſuæ poſſidebat, ſeù detinebat, & quod ad præſens eamdem, uti Hæres, occupat, et detinet adverſarius Reus conventus, ſuper quibus poterunt confici Articuli opportuni, juxta Formulas ſuperiùs traditas *part. 1. cap. 10. & cap. 13. n. 4. & part. 2. cap. 6. n. 14. & c. 20. n. 10.* & aliàs mutatis mutandis, ſecundum factorum contingentias, quibus in actis productis, citata Parte ad dicendum contra Articulos, poterunt ſuper eis examinari Teſtes ſervatis ſervandis, juxta ſuperius tradita *part. 1. c. 11. n. 1. & ſeq.* 51

Poteritque Reus deducere ſuas exceptiones juxta Praxim ſuperius traditam *par. 1. cap. 7. & cap. 8.* et alias quaſcumque ei competentes, ac illas ut ſupra per Scripturas, & Teſtes, ac legitima probationum genera, ſervatis ſervandis, probare. 52

Similiter poterit, facta, vel non facta mixtura, ſuſpendi Petitorium, juxta ſuperiùs tradita hac eadem *part. 2. c. 6. num. 18.* 53

Deinde, probatis probandis, erunt ſervandi termini

Digitized by Google

ſubſtantialer, ut ſupra hoc eodem *cap.* 11. *n.* 15. *& ſeq.* & deinde citanda Pars ad videndum reiterari, & ad Sententiam, ut ſupra hoc eodem *cap.* 11. *n.* 17. *& ſeq.* & demum ferenda eſt Sententia ſuper Immiſſione, ut infra, & aliàs mutatis mutandis, prout facti contingentia requiret.

Tenor Sententiæ.

55 Chriſti nomine Invocato. Pro Tribunali ſedentes & ſolum Deum præ oculis habentes. Per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de juris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeù alia veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia inter NN. Legatarium q. NN. prout in Teſtamento in publicam formam in actis producto, actorem ex una, & NN. Hæredem univerſalem d. q. NN. prout in dicto Teſtamento Reum conventum, partibus ex altera, de & ſuper immiſſione in poſſeſſionem unius Domus ſitæ in Urbe in Regione N. juxta bona NN. & NN. & alias, ſi qui &c. dicto NN. Actori, ut ſupra per q. NN legatæ, de qua agitur, rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, d. NN Actorem legatarium immittendum fore, & eſſe in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem d. Domus, ejuſque jurium, & pertinentiarum, amoto exinde d. NN. detentore; & quodcumque Mandatum de Immittendo, deſuper neceſſarium, & opportunum, decernendum fore, & eſſe, prout decernimus, & relaxamus, Victumque Victori in expenſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de Jure, impoſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, declaramus, & definitivè ſententiamus, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c. Ita pronunciavi Ego NN. Locūt.

56 Mandatum verò de immittendo, niſi aliud obſtet, expediri poterit, ut in Formula ſuper ùs poſita hoc eodem *cap.* 11. *n.* 23. & aliàs mutatis mutandis, juxta d. Sententiæ tenorem, & facti contingentiam.

Similiter procedi poterit ad Mandati executionem, & Immiſſionem prætatam in poſſeſſionem Domus, vel rei, de qua agitur, de qua immiſſione Actuarius conficiet Inſtrumentum publicum, juxta Formulam, de qua ſuperius, hac eadem *p.* 2. *c.* 9. *n.* 39. & aliàs prout facti contingentia ſuadebit, mutatis mutandis.

57 Et quia in hoc ſummario judicio non datur appellatio ſuſpenſiva, ſi Reus prætendit ſe gravatum, debet appellare, prout in Cedula ſuperius poſita, hoc eodem *cap.* 11. *nu.* 24 ac proinde obtenta Superſeſſoria opportuna ab Eminentiſſimo Signaturæ Præfecto, antequam Pars ad exequutionem procedat, pro Comiſſione cauſæ appellationis poteſt adire plenam Signaturam, citata Parte, ut ſupra, *p.* 1. *c.* 13. *n.* 11. *& ſeqq* porrigendo Commiſſionem opportunam, ut infra, & aliàs ſecundùm contingentiam facti proponendam, videlicet.

Romana.

58 Beatiſſime Pater. Licet devotus S. V. Orator NN. uti Hæres q. NN. reperiatur in pacifica, & quieta poſſeſſione Domus d. q. NN. ſitæ in Urbe in Regione N. juxta ſuos notiſſimos fines, nihilominus NN. aſſertus Legatarius Sententiam ſavorabilem ab A. C. ſuper immiſſione in poſſeſſionem d. Domus, vigore aſſerti Legati nulliter, & injuſtè extorſit. Verùm quia Hæreditas d. q. NN. eſt omninò debitis, & legatis gravata, adeò quod, illis ſolutis, Oratori non remaneat Falcidia, quam omninò detrahere, prout de Jure, intendit, Supplicat humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ, attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de Jure, à dicta prætenſa Sententia definitiva infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, unà cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, ac toto negocio principali, ac quam, & quas &c. alicui S. V. Romanæ Auditori, vel Locumtenenti audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus quoties opus fuerit, Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, Statum &c. pro plenè &c.

Vel ſi cauſa fuit expedita per Decretum, ut ſupra *num.* 29. *& ſeq.* & agitur de pecunia legata, poteſt Commiſſio confici, ut inſra, & aliàs juxta contingentiam facti, videlicet.

Urbinaten.

59 Beatiſſime Pater. Licet devotus S. V. Orator NN. Hæres cum beneficio Legis, & Inventarii q. NN. non teneatur ad debita, & Legata d. q. NN. niſi quatenus vires Hæreditariæ ſufficiant, Nihilominus NN. aſſertus Legatarius, Adverſarius, ſub minus vero prætextu, quod Inventarium ab Oratore, de bonis d. q. NN. confectum de Jure non ſubſiſtat, Decretum definitivum ſavorabilem pro prætenſo Legato ſcutorum quadringentorum contra Oratorem ultra vires Hæreditarias d. q. NN. à R. P. D. A. C. extorſit. Verum quoniam, Pater Sancte, Inventarium ab Oratore factum eſt validum, cùm in eo ſint ſervata omnia de Stylo loci ſervari ſolita, eòque magis cum fuerit per decennium, & ultra abſque aliqua contradictione obſervatum. Supplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur, cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ Injuſtitiæ à prætenſo definitivo Decreto infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcumque ac reſtitutionis in Integrum prout de Jure, unà cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negocio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Romanæ Curiæ Prælato audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi, quos quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, ſingulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis, præterquam in honorem Dei feriatis, Conſtitutionibus, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Statum &c. pro plenè &c.

60 Quomodo autem Signatura reſcribat in cauſis poſſeſſoriis, jam diximus ſupra hac eadem *p.* 2. *c.* 6. *n.* 33. quomodo verò reſcribat in cauſis pecuniariis ſuperius *p.* 1. *c.* 13. *n.* 34. *& ſeq.* tradidimus.

61 Igitur, niſi reſcriptum Signaturæ impediat Proceſſum ad ulteriora, poterit ad expeditionem Mandati, ut ſupra *n.* 21. *& n.* 31. *& ſeq.* & aliàs juxta facti contingentiam, omnino procedi.

62 Non omitto, quod ubicumque agitur de Legatis, vel Fideicommiſſis, ſolet frequenter in his caſibus intentari Salvianum, quod competit etiamſi Legatum conſiſtat in pecunia numerata, ratione Hypothecæ, juxta ſuperius tradita, hac eadem *p.* 2. *c.* 6. *n.* 4. *& ſeq. & n.* 62. *& ſeq.*

Obſervationes.

63 INterdictum Quorum Legatorum ſic dicitur à primis verbis Edicti Prætoris, *l.* 1. *in princ. & in §. quod ait Prætor il primo*, ubi Gloſ. *in verbo, quod ait. ff. quorum legat.* Mynſing. *in § ſequens, n.* 12. *Inſt. de Interd.* Oynot. *in d. §. ſequent, in* 2. *p. de Interd. quorum legatorum n.* 1. *Inſtit. de interd.*

64 Eſt autem Interdictum Quorum Legatorum remedium Poſſeſſorium adipiſcendæ, de Jure Prætorio introductum, competens ſignanter Hæredi contra Legatarium, vel Fideicommiſſarium ad avocandam poſſeſſionem rei legatæ, vel per Fideicommiſſum relictæ à legatario, vel Fideicommiſſario ante aditam Hæreditatem propria authoritate occupatæ, ad hoc, ut Hæres poſſit detrahere Falcidiam, & deinde conveniri pro re legata, vel per Fideicommiſſum relicta, *l.* 1. ubi Gloſ. & DD *ff. & C. quor. legat.* Mynſing. *in d. §. ſequens, n.* 12. & ibi Oynot. *in p.* 2. *de Interd. quor. legat. Inſt. de Interd.* Marant. *de ord. Iud. p.* 4. *diſtinct.* 7. *in prin. n.* 10. *verſ. ſecundò poteſt.*

Debet enim Legatarius, ſeu Fideicommiſſarius capere-

Digitized by Google

pere rem legatam, ſeu Fideicommiſſo relictam, regulariter de manu Hæredis, §. *Legatum Inſtit. de legat.* Mynſing. *in d. §. ſequens*, *n. 12. Inſtit. de Interd.* Maranht. *de ord. Jud. p. 4. diſt. 8. verſ. ſecunda poteſt*, *n. 10.* Saluſt. Tib. *in Prax. l. 2. c. 6. n. 1.* niſi ei fuiſſet à Teſtatore conceſſa facultas capiendi Legatum propria authoritate, quo caſu nec etiam tenetur de præcepto adire Judicem. Rot. *in Romana Hæreditatis 6. Martii 1645. coram R. P. D. Melzio.*

66 Cæterum contra prædicta obiiciuntur plura, & primò obiicitur regula dolo facit petere quod ſtatim reſtiturus es, *l. dolo facit ff. de dol. except.*

Sed hæc regula non procedit, quando intereſt Actoris, prout hic, ut res in primis, & ante omnia reſtituatur, ratione Falcidiæ deducendæ, Jaſ. *in l. prima, in princ. quorum legator.* quem refert, & ſequitur Oynot. *in d. §. ſequens p. 2. de Interd. quorum legatorum n. 4. Inſtit. de Interd.*

67 Ex quo infertur, quod hoc interdictum non habet locum ad favorem Hæredis, niſi quando Hæres vult, & poteſt Falcidiam, ſeù Trebellianicam de Jure deducere, *l. prima §. ſi quis*, ubi Gloſ. *in verbo ceſſabit*, & Bart. *n. 3. & ſeq. quorum leg.* Mynſing. *in d. §. ſequens*, *n. 14. Inſtit. de Interdict.* Corn. *conſ. 16. col. antepen. l. 3.* Alex. *conſ. 163. Circa id*, *n. 7. l. 6.* Maran. *de ord. jud. dict. p. 4. diſt. 7. n. 10.*

68 Secundò obiicitur, quod occupans rem propria authoritate cadit à jure ſuo. *l. non dubium, C. de legat.*

Sed aut quis occupat rem legatam, ſeù Fideicommiſſo relictam, ab Hærede poſſeſſam, poſt aditam ab eo Hæreditatem, & tunc cadit à jure ſuo, Bart. *in l. 1. n. 2. ff. quorum leg. n. 6. Inſtit. de Interd.* Maran. *de ord. Jud. d. p. 4. diſt. 7. n. 10. verſic. 2. poteſt*, & competit Hæredi interdictum recuperandæ, Mynſing. *dict. §. ſequens*, *n. 12. Inſt. de Interd.*

69 Aut occupat illam vacantem, & ante aditam Hæreditatem, & tunc non cadit à jure ſuo, ſed ſi Hæres vult uti beneficio Falcidiæ, ſeu Trebellianicæ, tenetur ejus poſſeſſionem reſtituere Hæredi, cui competit hoc caſu interdictum Quorum legatorum, Bart. *in d. l. 1. n. 2. & ſeqq. ff. quorum leg.* Oynot. *ubi ſupra*, *de Interd. quorum leg. n. 6.* Alex. *d. conſ. 163. Circà id*, *in fin. n. 7. l. 6.* Maran. *de ord. Judic. d. p. 4. diſtinct. 7. n. 10. verſ. ſecunda poteſt.*

70 Tertiò obiicitur, quod occupans rem Hæreditariam ante aditam, tenetur crimine expilatæ Hæreditatis, *l. 2. C. de crimin. expilat. Hæred.*

Sed hoc non procedit, quando res Hæreditaria fuit occupata ab Extraneo, ſecus, quando fuit occupata à Legatario, Gloſ. *in l. prima*, *in verbo*, *& proinde*, & ibi Bart. *n. 2. quorum legat.*

71 Quartò obiicitur, quod occupans rem vacantem tenetur eam reſtituere, ut Prædo, vel Fur, nec ignorantia excuſat, *l. cum quærebatur C. unde vi.*

Sed hoc procedit in Occupante rem alienam vacantem ob abſentiam fortè Domini, ſecus in Legatario occupante rem legatam vacantem ante aditam, quæ erat in bonis nullius, vel quæ poſt aditam eſt propria Occupantis, Gloſ. *in d. l. prima*, *in verbo ut proinde*, *ff. quor. legat. & in d. l. cum quærebatur*, *in verbo per ignorantiam*, *C. undè vi*, Oynot. *in d. §. ſequens*, *in 2. p. de Interd. quorum legat. n. 7. Inſtit. de Interd.*

72 Quintò denique obiicitur *l. extat*, *ff. quod met. cauſ. & l. pen. ff. ad leg. Jul. de vi priv.* in quibus Creditor occupans bona Debitoris, & in eis jus ſibi dicens propria authoritate, amittit creditum.

73 Sed ibi res occupata erat in bonis alicujus, hic nullius ante aditam, poſt aditam verò erat propria ipſius Legatarii, Gloſ. *in d. l. 1. in verbo ut proxime*, & ibi Bart. *n. 2. ff. quorum leg.*

74 Primò igitur, ut ſit locus interdicto Quorum legatorum, requiritur, quod actor ſit Hæres ex Teſtamento, vel ab inteſtato de Jure civili, vel Prætorio.

Secundò, quod interſit Hæredis ratione Falcidiæ, ſibi debitæ, vel ratione alterius intereſſe.

Tertiò, quod Hæres ante poſſeſſionem rei legatæ non ſit acceptus.

Quartò, quod Legatarius occupaverit propria authoritate rem legatam ſine conſenſu hæredis poſt aditam, vel hoc cum conſenſu, ſivè ſine conſenſu ante aditam Hæreditatem.

Quintò, quod Reus poſſideat titulo pro Legato, vel dolo deſierit poſſidere *l. 1. §. quod autem*, *& §. quod ait*, *il primo*, *ff. quorum legatorum* latè Oynot. *in dict. §. ſequens*, *in 2. p. de Interd. quor. legat. n. 17. & ſeq. Inſt. de Interd.*

Sextò requiritur, quod Hæres ſatisdet de reſtituendo ipſi Legatario, vel Fideicommiſſario ſalvo jure Falcidiæ, *l. 1. §. quod ait Prætor*, *il terzo*, ubi Gloſ. *in verbo niſi*, *& §. ſatis datum*, ubi Bart. *n. 1. ff. quor. legat. l. 1.* ubi Gl. *in verbo ſatisdatione*, *& DD. C. quorum leg.* Menoc. *de adipiſc. rem. 2. n. 91. q. 26.*

Competit autem hoc remedium non ſolùm Hæredi, & bonorum Poſſeſſori, ſed etiam Hæredi Hæredis, & bonorum Poſſeſſoris, *l. 1. hoc interdictum*, *ff. quorum legatorum* Menoch. *de adipiſc. remed. 2. quæſt. 2. n. 13. & q. 6. n. 20.* Rota *deciſion. 115. nu. 2. p. 1. recent.* 75

Et datur Primò contra Legatarium, qui rem legatam propria authoritate occupavit, *l. 1. ff. quorum legatorum.* 76

Undè infertur, quod cum interdictum Quorum Legatorum detur contra titulo Poſſidentem, differt in hoc ab interdicto Quorum bonorum, quod non datur contra titulo Poſſidentem, ſed rantùm contra Poſſidentem pro Hærede, vel pro Poſſeſſore, Gloſ. *in d. lib. 1. §. rediguntur in fin. verſ. item nota ff. quor. legat.* 77

Secundò, datur contra Legatarium, qui rem legatam etiam cum conſenſu Hæredis ante aditam occupavit. 78

Tertiò contra Legatarium, qui legatorum ſervandorum nomine miſſus eſt in poſſeſſionem à Judice, cum eo nomine ſatiſdatum eſt ab Hærede, nec tamen Legatarius à bonis legatis recedere voluerit, *l. prima*, *§. quæſitum*, *ff. Quorum legat.* 79

Quartò datur contra Legatarium, qui rem legatam occupatam dolo deſiit poſſidere, ad eam, vel ejus æſtimationem reſtituendam, *l. prima*, *§. quod ait Prætor*, *il primo ff. quor. legat.* 80

Quintò contra Cohæredem, qui prælegatum propria authoritate occupavit pr... ata, quam non uti hæres, ſed jure prælegati habet, *l. prima §. ſi quis*, *ff. Quorum legat.* Menoch *de adipiſc. remed. 2. q. 20. n. 78.* 81

Sextò contra Hæredes, & Succeſſores Legatariorum, *l. prima §. legatorum*, *ff. Quorum legator.* latè Oynot. *in d. §. ſequens*, *p. 2. de Interd. Quorum legat. n. 10. & ſeq. Inſt. de interd.* 82

Septimò conceditur etiam contra Fideicommiſſarium univerſalem, *l. 1. C. Quor. leg.* Menoch. *de adipiſc. remed. 2. q. 8. n. 23.* Rota *dec. 115. n. 2. p. 1. rec.* 83

Sed hoc non procedit, quando Fideicommiſſarius haberet facultatem à Teſtatore capiendi poſſeſſionem propria authoritate, prout nec contra Legatarium hoc caſu conceditur, dum Hæres adhuc non poſſidebat, latè Menoch. *de adipiſc. remed. 2. q. 10. n. 42. & ſeq.* 84

Octavò, denique competit Legatario, qui vult convenire Hæredem ad rem ſibi legatam præſtandam, quod facere poteſt, etiam poſtquam ipſe Legatarius fuit hoc interdicto ad rem legatam, anteà occupatam Hæredi reſtituendam coactus, *l. 1. §. rediguntur*, *ff. quorum legat.* Maran. *de ord. jud. d. p. 4. d. 7. nu. 10. verſ. 2. poteſt.* 85

Et licet aliquis ex prædictis Doctoribus, nec alius, quem adhuc viderim, ſic explicitè dicat Legatario interdictum Quorum legatorum hic, ut ſupra, competere, videtur tamen apertè colligi ex tex. in *d. l. §. 1. rediguntur* ibi *rediguntur igitur ad Hæredem per hoc interdictum ea, quæ Legatorum nomine poſſidentur, ut proinde Legatarii poſſint eum convenire*, *ff. Quor. legat.*

Et Formulam Monitorii, quo uti ſolet Legatarius contra Hæredem in hoc interdicto in Tribunali A. C. ponit Saluſt. Tib. *in prax. lib. 2. cap. 6. nu. 2.* cui, tanquam Teſti de continuo viſu per plura annorum curricula, de facto proprio deponenti, eſt in hoc omninò credendum, cum præſertim hoc idem adhuc in eodem Tribunali quotidie obſervet praxis.

Et ob

Digitized by Google

86 Et ob id cum conſuetudo, & praxis optima legum interpres, & magiſtra ad *l. ſi de interpretatione, ff. de leg.* ſic declaravit edictum Prætoris, & *de leg. 1. ff. Quorum legatorum*, interpretata fuerit in Tribunali A. C. interdictum quorum legatorum, de quo agimus, Legatario, ut ſupra competere, ambigere non debemus.

87 Non ſolùm autem interdictum Quorum legatorum datur pro rebus corporalibus, ut ſupra, ſed etiam pro rebus in corporalibus, *l. primu §. quod ait Prætor, ii prime ff. quorum legatorum* Oynot. *d. §. ſequent, p. 2. de interdict. quor. legat. n. 22. Inſt. de Interd.*

88 In donatique tamen cauſa mortis hoc interdictum locum non habet, quia tunc Donator, cui res fuit a Defuncto tradita, non occupavit propria authoritate, Bart. *in l. 1. §. ſi quis ex mortis ff. quorum legat.* vel quia donatarius iſte poſſeſſionem rei donatæ propria authoritate capere poteſt, in quo differt à Legatario, Menoch. *de Adipiſc. rem. 2. q. 2t. n. 80. & ſeq.*

89 Et cum hoc judicium ſit merè poſſeſſorium, non datur in eo appellatio ſuſpenſiva, Abb. *in c. cum ad Sedem, n. 30. de reſt. ſpol.* Bero. *quæ. 91. n. 9.* Saluſt. Tib. *in prax. l. 2. c. 6. n. 4. verſ. quo verò*, ubi quod ita vidit obſervari in praxi.

Sed hoc non procedit, quando opus eſſet detrahere Falcidiam ex legatis pro ſupplemento æris alieni ipſius Hæreditatis Saluſt. Tib. *d. l. 2. c. 6. n. 4.* ubi quòd ita audivit ſervare Signaturam.

B Legatario, ſeu Fideicommiſſario pro conſecutione

90 rei legatæ, vel Fideicommiſſo relictæ ſignanter competunt tres actiones, videlicet actio perſonalis ex teſtamento, rei vindicatio, & Hypothecaria, *l. prima, C. commun. de leg. et.*

91 Ex quo inferri poteſt quod Legatario, ſeu Fideicommiſſario pro Legato, vel Fideicommiſſo conſequendo ratione hypotechę competit etiam interdictum Salvianum, ex latè cumulatis ſupra hac eadem *p. 2. c. 6. & ſignanter, n. 3. & n. 5. & n. 61. & ſeqq.*

92 Sed an competat via exequutiva, major eſt difficultas; opinio tamen affirmativa, quæ eſt etiam communis probatur, *in §. ſi quis autem* ubi Gloſ. *in verbo decreto, & Angel n. 13. & in §. ſi verò expreſſim, ſeu §. illud quoque perſpeximus*, ubi Gloſ. *in verbo decreto*, & Angel. *n. 57. in auth* de Hæred. & Falcid. quam opinionem probavit Specul. *de appellat. l. 2. ſub tit quando non detur appel. §. 11. noviſſime n. 1. verſ. ſecundus eſt*, ubi quod ſi Hæres convictus ſuper legato appellat, non deſertur ejus appellationi Gogliel de Benedic *in c. Raynutius, in verbo utque libeant, n. 192. & ſeq. de Teſtam.* Alex. *l. fin. num. 3. verſ. alium ponit* Angel & ibi Jſ. *num. 6. verſ. tertius notabilis, C. de edict. Div. Adr. toll.* Dec *in l. in Teſtamentis, n. 6. ff. de reg. Jur.* Suar. *in l. poſt rem. judicatam in 6. not. fol. 521. ff. de re jud.* Soccin. *conſ. 103. n. 1. lib. 3.* Nat *conſ 206. nu. 4.* Becc. *conſ. 17, nu. 6. & ſeqq.* ubi de communi, à qua in judicando, & conſulendo non eſt recedendum, & de Stylo Senatus notorio teſtatur, Surd. *conſ. 2: 4. in fin.* Mynſing. Centur. *5. obſerv. 61. num. 4.* Marcheſ. *de commiſſ. appel. in oblig. Camer. §. 1. n. 227. & ſeq. fol. 813.* Sim *de Pret. de Interpretat. volunt. interp. 2. dub. 3 n 144.* Graſſ. *de Succeſſ. in §. Legatum q. 77. in fin.* ubi quod hæc opinio verior, & æquior eſt omninò ſequenda, cum Gloſ. pro ea ſtet. Boer. *dec. 295. n. 2.* Ludov. *dec. Peruſ. 23. nu. 9. et ſeqq. & num. 23.* ubi de veriori, & magis communi, ſeu receptiori, *& num. 30.* Saluſt. Tiber *in prax. lib. 2. cap. 6. num 4.* ubi quod ita obſervat praxis in A. C. Tribunali, nec datur appellatio ſuſpenſiva, ut diximus etiam ſupra, *part. 1. cap. 9. num. 79.*

93 Contrariam opinionem tenet Alex. ſibi contrarius *in l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, n. 6. verſ. 4 limita, ff. ſolut. matr.* Dec. etiam ſibi contrarius *in l. fin. nu. 12. C. de edict. Div. Adr. tollen.* Rip. *in l. ait Prætor, § ſi judex, n. 6. ff. de jud.* Suar. *in l. poſt rem. judicatam, in 6. not. verſ. ſextus caſus eſt, ff. de judic. fol. 519.* ſed poſtea *nu. 6.* benè diſtinguit *fol. 521.* Menoch. *de Adipiſ. remed. 4. n. 697.* Theſaur. *dec. 26. n. 10.* ubi quod ita obſervat Senatus, Rot. apud Marcheſ. *Commiſſ. reſtit. in Integr. p. 2. dec. 5. n. 2. fol. 200.* ubi quod ita tenet Rota, & fuit reſolutum in Mediolanen. *Legati, 30. Octobris 1585. coram clar. me. Cardinale Pamphilio, & in Rmora Legati, 5. Maii 1599. coram bonæ me. Pacca.* Rota *dec. 168. n. 8.* ubi de obſervantia Rotæ, *& dec. 241. n. 34. & ſeqq. p. 7. recent.* Boratt. *dec. 208. n. 3.* & ibi Ferentill. *n. 12.*

Sed prima opinio Angeli, quæ paſſim de Stylo obſervatur in praxi in Tribunali A. C. primò non procedit, quando fuit actum via ordinaria, nam tunc cenſetur renunciatum viæ exequutivæ, Gugl. de Benedict. *in d. cap. Raynutius, in verbo abſque liberis, n. 194. de Teſtam.* Suarez. *in d. l. poſt rem judicatam, in 6. not. verſ. ſextus caſus, n. 6. & ſeqq. de re jud.* Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in oblig. Cam. p. 1. §. 2. n. 299. fol. 813.* Boer. *dec. 295. n. 12.* cum aliis cumulatis ſupra, *p. 1. cap. 1. num. 18.* 94

Secundò non procedit, quando Hæres negat Teſtamentum, ſeu dicit de nullitate illius, & adeſt ſuper hoc diſceptatio judicialis, quia tunc requiritur ſententia, Bald. *in auth. hoc amplius, nu. 3. verſ. vel dicas, C. de Fideic.* Gugliel. de Bened. *in d. c. Raynutius, in verbo abſque liberis, nu. 193. & ſeq. de Teſt* Suarez. *in lib. poſt rem judicatam, in ſexto notabili verſ. ſextus eſt caſus num. 6. fol. 521.* Becc. *conſ. 17 nu. 7.* Boer. *d. dec. 295. num. 12.* quæ quidem fallentia in idem videtur incidere cum prima, cum ſupponat cauſam effectam ordinariam. 95

Tertio non procedit, quando Legatarius intentaret remedium *l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* in quibus potiſſimum terminis loquuntur DD. pro contraria opinione allegatis, quia illud non competit, quando adeſt legitimus contradictor, prout eſt Hæres, Alex. *in l. ait Prætor §. Judex, n. 5. ff. de re jud.* Dec. *in l. fin. n. 16. C. de edict. Div. Adr. toll.* Becc. *d. conſ. 17. n. 7. verſ. non obſtat quod remedium*, Menoch. *de adipiſc. rem. 4. n. 686. & ſeq.* Ludovic. *dec. Peruſ. 23. n. 29* ubi de communi, & obſervata opinione reſtantes allegat, & de communi teſtatur, ſecus ſi intentaret aliam actionem pro Legato competentem, quia tunc etiam executivè Legatarius agere poterit, Becc *d. conſ. 17. num. 7. verſ. non obſtat*, Ludov. *d. dec. 23. n 18. & ſeq. & n. 38.* ubi quod in his potiſſimum terminis loquuntur DD. pro hac opinione allegati. 96

Opinio verò contraria, quam, ut ſupra, ſervat Rota, non procedit in illo Sacro Tribunali quando mandatum via exequutiva ab A. C. relaxatum tranſivit in judicatum, ob non interpoſitam appellationem; nam tunc res judicata paratam habet exequutionem, Veſtr. *in prax. l. 8. c. ult. n. 8.* cum aliis cumulatis per Rot. *d. dec. 168. n. 9. & ſeq. p. 7. rec.* 97

Obſervatio.

Subſtitutus Fiſcalis Fabricæ Sancti Petri, de anno 1632. inſtabat coram judice Fabricæ, pro exequutione prætenſi Codicilli, & aſſertorum Legatorum piorum præſtatione, ſed re maturè diſcuſſa, utraque parte informante, obtinuit abſolutoriam, etenim Pars Adverſa de præmiſſis non docuit, & regula eſt certa, quod Actore non probante Reus abſolvitur, *l. vertus, ff. de probat. l. qui accuſare C. de edend. l. 2. & l. actor. C. de probat.* Verall. *dec. 31. p. 1.* Bellamer. *dec. 76.* Cavaler, *dec. 231. num. 1.* 98

Quod procedit, etiamſi probatio eſſet dubia, *l. non hoc, C. unde legit. l. neque natales, & l. Matrem, C. de prob cap. in præſentia*, ubi Innoc & Abb. *n 34. de probat.* Bart. *conſ. 173. n. 10. l. 1.* Anchar. *conſ. 331. in princ.* Roman. *conſ. 167. n. 3.* Alex. *conſ. 85. in princ. lib. 7.* & etiam in favorabilibus, Dec. *conſ. 531. n. 5.* Ceau. *conſ. 288. n. 5. & ſeq.* de communi teſtant, Alex *conſ. 152. n. 3. l. 5.* Mantic. *de conject. lib. 3. tit. 3. nu. 12.*

Nec potuit fieri aliquod fundamentum in fide Notarii in actis exhibita, & examine confirmata, dum ipſe aſſeruit; ſe vocatum de ordine Teſtatoris cœpiſſe ſcribere Codicillum & nonnulla legata pia, quorum unum pro Miſſa quotidiana, de quo dum Teſtator cogitaret de pecunia præciſa pro dicta Miſſa, ex accidenti impeditus dixit, *laſciate ſtar così per hora, e tornate un' altra volta, che la finiremo*,

Nam

Digitized by Google

Nam ad ſummum concludit de præparatoriis faciendi Codicillum, & in eo relinquendi legata pia, non autem de aliquo Codicillo, aut Legato pio perfecto.

100 Primò quia illa verba Teſtatoris, quæ differunt ultimam voluntatem in aliud tempus perficiendam, ad præparatoria tantum ſunt referenda, Dec. *conſ.* 488. *n.* 13. Jaſ. *conſ.* 155. *n.* 6. *l.* 4. Caſtr. *conſ.* 75. *n.* 1. *verſ. ſed his non obſtantibus*, *l.* 1. Pariſ. *conſ.* 146. *nu.* 6. *& ſeqq. l.* 4. Covar. *in c. relatum*, *n.* 11. *verſ. ſecunda concluſio*, *nec a Teſtatore ſuſpenſus*, *Teſtam.* Seraph. *dec.* 623 *n.* 3. Rot. *dec.* 576. *n.* 2. *& ſeq. p. u. recent.*

101 Secundò quia ex dictis aliorum Teſtium conſtat, Teſtatorem permanſiſſe in mero tractatu, & præparatoriis faciendi codicillum, nam primus juxta 15. ait, trattò di fare il codicillo, juxta 18. ſù comnciato à fare il codicillo, & juxta a 9. ſe foſse ſtipulato non lo sò, & juxta 14. ſe haveſse voluto fare d. codicillo, haveria potuto, & juxta 1. additionale, trattò di fare il codicillo, & juxta 2. trattava di ſtendere il codicillo, e il Notaro andò via, e non ci fù fatto altro, & juxta 5. Io non sò, che ſi finiſse detto codicillo, ne che ordinaſse, che ſi chiamaſsero Teſtimoni; Et ſec. Teſti, juxta 19. ait mentre ſcriveva il Notaro, al detto Signor N venne un' accidente & juxta 5. additionale, ſe ſi trattaſse di ſtipulare, non lo sò, e non sò, che ſi veniſse à ſtipulatione, e sò che coſa ſia ſtipulare.

Tertiò & eo fortius, quia non fuerunt adhibiti Teſtes, quinimò, nec de eis vocandis fuit factum verbum, nec Notarius fuit rogatus, & quod magis eſt, licet omnes ponant, quod Notarius cœpit ſcribere, non conſtat de aſserta cœpta Scriptura, nec de die, & menſe, in quo cœpit ſcribere codicillum, cum nec Notarius in ejus fide, poſt duos menſes facta, nec Teſtes, de hoc deponant, ideò hæc ſine dubio ſunt referenda ad mera præparatoria, ut advertit Rot. *dec.* 576. *n.* 2. *p.* 2. *recent.*

102 Præparatoria autem, & tractatus diſponendi in ultima voluntate imperfecta carent omni Juris effectu, *l. ſi quis cum Teſtamentum*, ubi Gloſ. Bart. & DD. *ff. de Teſtam.* Oldrad. *conſ.* 119. Dec. *conſ.* 159. *n.* 4. *& conſ.* 488. *nu.* 12. *& ſeqq.* Jaſ. *conſ.* 8. *n.* 4. *lib.* 3. *& conſ.* 156. *n.* 6. *lib.* 4 Corn. *conſ.* 49. *num.* 9. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 7. *n.* 7. *& ſeqq.* ubi quod ab hac opinione in practica non eſt recedendum *lib.* 3. Caſtr. *conſ.* 75. *nu.* 1. *verſ. ſed tamen his non obſtantibus*, *lib.* 1. *& conſ.* 450. *n.* 2. *verſ. ſed his tamen non obſtantibus*, *l.* 2. Joan. Mar. Riminald. *conſ.* 331. *n.* 17. *lib.* 2. Card. Pariſ. *conſ.* 146. *n.* 6. *& ſeq. l.* 4. Alex *conſ.* 105. *n.* 9. *lib.* 7. Honded. *conſ.* 77. *n.* 1. *& n.* 19. Surd. *conſ.* 558. *n.* 21. Clar. *in* §. *Teſtamentum q.* 7. *verſ. aliquando, & tertio.* Covar. *in cap. relatum*, *n.* 9. *de Teſtam.* Vaſq. *de Succeſſ. p.* 1. *lib.* 3. §. 22 *limit.* 11. *n.* 6. *circa medium*, *verſ. ſecundus caſus*, Magdalen. *de nu. Teſt. par.* 2. *c.* 3. *n.* 2. Gratian. *diſcep.* 55. *n.* 14. Surd. *dec.* 292. *n.* 15. Creſc. *dec.* 3. *de Teſtam.* Seraph. *dec.* 623. *num.* 3. *& dec.* 1357. *num.* 6. Rot. *dec.* 620. *part.* 1. *& dec.* 173. *n.* 7. *par.* 2. *diverſ.* & apud Marcheſ. *de commiſſ. appell. in Sola par.* 1. §. 2. *dec.* 34. *n.* 6. *& ſeq. fol.* 1046. *& dec.* 576. *n.* 2. *p.* 2. *recent. & in Romana de Romaglietis*, 14. *Januarii* 1594. *coram bon. mem. Litta*, *& Peruſina Hæreditatis*, 20. *Novembris* 1602. *coram clar. me. Cardinali Pamphilio.*

103 Nec obſtitit favor Piæ cauſæ, Quia cum voluntas imperfecta non ſit voluntas, *l. cum ſyllanianum*, *C. de his quibus ut indig.* cum aliis cumulatis per Mantic. *de conject. lib.* 3. *tit.* 3. *nu.* 22. Ergo nec diſpoſitio ad pias cauſas, nec per conſequens intrat ejus favor, Mantic. *de conject. lib.* 6. *tit.* 3. *n.* 12. ubi quod nec. pia cauſa poteſt facere, ut præparatoria, & tractatus ſint ultimæ voluntates perfectæ, cum repugnet Juris diſpoſitio, & à Legum ratione, nec etiam favore piæ cauſæ, eſt recedendum.

104 Et quod hujuſmodi voluntas imperfecta, nec etiam favore piæ cauſæ poſſit ſuſtineri, eſt communis, & magis communis opinio, de qua teſtatur, Clar. *in* §. *Teſtamentum*, *quæſt.* 7. *n.* 3. *& ſeq.* Magdalen. *de n. Teſt. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 2. Viv. *commun. opin. l.* 1. *opin.* 33. quam ſequuntur Menoch. *conſ.* 150. *n.* 4. *& ſeq.* Jaſ. *dict. conſ.* 155. *n.* 6. *lib.* 4. Surd. *conſ.* 258. *num.* 19 *& n.* 21. *lib.* 2. Covar. *in c. relatum*, *n.* 9. *de Teſtam.* Gabr. *de Teſtam. concl.* 9. *n.* 3. *& n.* 6. ubi de communi, Vaſquez *de Succeſſ. d. p.* 1. *lib.* 3. §. 22. *limit.* 11. *n.* 6. *verſ. ſecundus caſus*, Clar. *in* §. *Teſtamentum*, *quæſt.* 12. *nu.* 2. Mantic. *de conject. lib* 6. *tit.* 3. *n.* 12. Grat. *alios cumulans diſcept.* 550. *nu.* 9. *& diſcept.* 764. *num.* 4. *& nu.* 25. Menoch. *præſumpt.* 5. *n.* 7. *lib.* 3. Boer. *dec.* 240. *n.* 5. Surd. *dec.* 292. *nu.* 14. *& ſeq.* Rot. *dicta dec.* 566. *num.* 3. *par.* 2. *rec. & in dicta Peruſina Hæreditatis*, 20. *Novembris* 1602 *coram clar. me. Cardinali Pamphilio*, & fuit reſolutum in Sacra Congregatione fabricæ *in illa Tolentina Legatorum piorum*, *de anno* 1616. *coram R. P. D. Aliſeca.*

Nec obſtitit doctrina Bart. *in l. in Teſtamento ff. de Fideicom. libert.* quem ſequitur Tiraq. *de privil. piæ cauſ. priv.* 7. 105

Quia ejus opinio magis communiter reprobatur, ut patet ex præallegatis, & de magis communi contra Bart. teſtatur Magdalen. *de n. Teſt. dicta par.* 2. *cap.* 5. *n.* 2. *in fin. & nu.* 3. *& ſeq.* ubi dicit Tiraquellum hallucinatum.

Tum etiam quia opinio Bart. (ſi vera eſset) poſset procedere, quando Teſtator habuit aliquod Capitulum teſtamenti pro perfecto, & abſoluto, ut ex ipſiuſmet Bart. verbis apparet, ſecus quando Teſtator nulla ex parte habuit diſpoſitionem pro perfecta, quia tantummodo ſe præparabat ad teſtandum, ex magis communi opinione ſupra firmata, à qua tamquam ſæpius à Rota, & noviſſimè *à Sacra Congregatione* approbata non eſt aliquo modo recedendum in judicando, & ita opinionem Oldrad. cum opinione Bart. conciliavit Menoch. *d. præſumpt. quinta n.* 6. *verſ. declaratur autem lib* 4. 106

Ratio diverſitatis eſt, quia quando circa illud Capitulum Teſtator nihil ulterius diſponere volebat, ejus voluntas eſt omninò perfecta, quando verò ſe præparabat ad teſtandum, & aliquid aliud, etiam quoad jam diſpoſita, facere volebat, voluntas eſt quo ad omnia, & ſingula imperfecta, ut in caſu de quo agitur, dum Teſtator volebat declarare quantitatem pecuniæ pro Miſſa quotidiana relinquendam, ſuſpendit in tempus futurum totam diſpoſitionem, & volebat diſponere non oretenus, ſed per ſcripturam, & rogitum Notarii cum Teſtibus, ut conſtat ex ipſa Notarii vocatione, & nihil ex his fuit adimpletum, & cum Teſtator ſupervixerit adhuc tribus diebus, ſanus mente, loquela, & intellectu, ut Teſtes deponunt, & nihil amplius de prætenſis Legatis, & codicillis dixerit, † præſumitur noluiſſe, cum voluntas hominis ſit uſque ad mortem ambulatoria, *l.* 3. §. *fin. & ſeq. ff. de admin. legat.* Gloſ. *in prin. Inſtit. de Donat. in verbo pœnituiſſet*, *& in rubr. Inſtit. de adimen. legat.* Surd. *dec.* 128. *n.* 1. ex quibus tollebantur omnia exadverſo noviter deducta, & propoſita. 107

Nec faciebat quod Legata pia debeantur etiam ſi Teſtator dixerit poſt factum Teſtamentum, tenete coſi ſino à dimani, ut per Sur. *dec.* 292. *n.* 6. 108

Quia Surd. loquitur dubitativè, & Senatus amplexus fuit contrariam partem, abſolvendo Hæredem ab impetitis per Fratres Sancti Franciſci, ut ipſe teſtatur *ſub n.* 11. *& nu.* 16. *verſ. removetur*, reſpondet motivo deducto *ſub num.* 6. ut procedat, quando Teſtator profert dicta verba poſt Teſtamentum perfectum, & ſtipulatum à Notario coram Teſtibus, & ad effectum ſalvandi Notarium à crimine falſi, ſecus quando Teſtator ante perfectam ejus voluntatem ſe tantummodo præparabat ad teſtandum, & dixit, laſciate ſtar coſì per hora, e tornate un' altra volta, che lo finiremo, tunc enim nec Legata pia debentur ex Dec. *conſil.* 488. *n.* 13. Jaſ. *conſ.* 155. *n.* 6. *lib.* 4. Caſtr. *conſ.* 75. *n.* 1. *verſ. ſed his*, *l.* 1. Pariſ. *conſ.* 146. *n.* 6. *& ſeq. l.* 4. & Seraph. *dec.* 623. *num.* 3. ultra alios, quos congerit Surd. exadverſo allegatus, *d. dec.* 292. *n.* 11. qui *n.* 14. *& ſeqq.* bene tollit contraria.

Et hoc eſt adeò verum, ut Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non ſuſtineatur etiam ex clauſula codicillari inter Liberos Surd. *conſ.* 258. *n.* 19. *lib.* 2. 109

lib. 2. Gratian. *diſceptat.* 550 *n.* 9. & *diſceptat.* 764. *n.* 4. ubi alios allegat.

110 Ratio eſt, quia clauſula codicillaris non eſt inventa ad ſupplendam Teſtatoris voluntatem, ubi deficit, ſed ad illam conſervandam. Greg. *dec.* 271. *n.* 10. & *ſeqq.*

111 Undè † dum imperfectio eſt in voluntate nihil relevat, an Teſtator voluerit facere Teſtamentum, vel codicillum; præſumitur enim, quod quidquid iſto caſu Teſtator dixit, differat in aliud tempus, ad effectum ſe eximendi à moleſtiis Inſtantium pro confectione ultimæ voluntatis, Gratian. *d. diſcept.* 550 *nu.* 17. Quod eo magis in caſu, de quo agitur, eſt præſumendum, ex quo Teſtator ſupervixit per tres dies, ſanus mente, ut ſupra, & nihil amplius de Codicillis loquutus eſt.

112 Nec relevabat, quod quantitas pecuniæ pro Miſſa quotidiana poſſet taxari per Judicem, licet eam non taxavit Teſtator, & quod ſcriptura, & rogitus Notarii non requirantur in relictis ad pias cauſas.

Quia ex quo ipſamet Teſtator voluit illam taxare, & diſponere per rogitum Notarii in ſcriptis, & ob id diſtulerit in aliud tempus, non valet actus etiam ad pias cauſas, ſi in præmiſſis omnibus voluntas Teſtatoris non eſt omninò adimpleta, etiamſi alias prædicta non eſſent neceſſaria ad validitatem Legatorum piorum, Surd. *dict. deciſ.* 292. *num.* 13. & *ſeqq.* cum aliis præallegatis.

113 Et ex his remanſit ſublatum id, quod dicebatur, legatum ſcilicet ad pias cauſas valere coram duobus Teſtibus, & hic adeſſe plures examinatos, quia teſtator volebat diſponere in ſcriptis per rogitum Notarii, & ſuſpendit, & diſtulit in aliud tempus, relinquendo totum actum imperfectum, qui ideò nullius eſt momenti ex præmiſſis.

114 Præterea, & ex abundanti licèt duo Teſtes ſufficerent in relictis ad pias cauſas, debent tamen eſſe omni exceptione majores, cum *tex. in cap. cum eſſes*, & *cap. relatum il primo de Teſtamen.* dicant Teſtes idoneos, & idoneus dicatur, qui nullam patitur exceptionem, Gloſ. *in* § *item verborum*, *in verbo idoneos*, *Inſt. de inutil. ſtipulat.* Patiſ. in terminis *conſ.* 4 *nu.* 13. & *ſeqq. libr.* 3, ubi allegat Abb. Imol. & Barbat. *in dd. Juribus*, Bald. *conſ.* 166. *in fin.* ibi Teſtes optimæ opinionis, & omni exceptione majores, ſi enim eſſent levi macula aſperſi, illis non crederetur, *l.* 2. Soccin. Jun. *conſ.* 89. *n.* 10. & *ſeqq. l.* 1. Dec. *conſ.* 105. *n.* 4. *verſ.* 3. *reſpondetur*, Capra *conſ.* 162. *nu.* 12. Honded. *conſ.* 77. *n.* 3. & *nu.* 21. *lib.* 1. Clar. *in* §. *Teſtamentum*, *q.* 57. *verſ. quæ quidem concluſio*, ibi, *bene verum eſt*. ubi quod de communi non eſt dubitandum, Tiraq. *de privil. piæ cauſæ privil.* 3 *in fin. verſ.* & *facit in hanc partem*. Mantic. *de conject. l.* 6. *tit.* 3. *n.*

115 24. & quod tantum eſt dicere Teſtis idoneus, quantum omni exceptione major, tradit ex magis communi DD. opinione Farinac. *de Teſt. quæſt.* 62. *num.* 2.

116 Teſtes autem in hac cauſa examinati plures, & quidem irreparabiles patiuntur defectos, & ideò repelluntur in totum, ut de communi teſtatur Burſatt. *conſ.* 69. *nu.* 25.

117 Nam primus eſt nulliter examinatus ante litem conteſtatam, Parte non citata, ac ſine interrogatoriis, *cap. in nomine Domini*, *de Teſt.* & *Atteſtat.* undè non facit gradum probationis, Rota *in Maceraten. pecuniaria*, 20. *Junii* 1644. *coram R P.D. Otthobono*, nam Pars debuit citari, ſaltem domi dimiſſa copia, etiam in relictis ad pias cauſas, Bald. *conſ.* 118. *num.* 6. *lib.*

118 5. cum † citatio ſit de jure naturali, & Divino Geneſ. *cap.* 3.

119 Et licet dicatur mortuus, tamen mors non fuit allegata, ſed ſimpliciter petitum, & obtentum Decretum examinari, & repeti Teſtes inductos, ex quo eſt jus quæſitum Parti, præterquam quod fuit examinatus inter alios, & per diverſa acta, undè non probat, Abb. Alex. Aretin. Franc. de Curt. Curt. Jun Rip. Jaſ. & Dec. quos refert, & ſequitur Natt. *conſ.* 394. *num.* 23. *verſ. huic fundamento*, & *n.* 24. Fertett. *conſ.* 80. *nu.* 6. Honded *conſ.* 101. *lib.* 1.

120 Et Teſtes ſi ſunt plures idonei, & formiter examinati inter alios in antiquis ad ſummum probant ſemiplenè contra non citatum, ſi ſunt mortui, plenè Natt. *dict. conſ.* 394. *num.* 24. Mohedan *deciſion.* 5. *de Teſtib.* Rota *deciſ.* 594. *numer.* 1. *part.* 1. *diverſ.* ſed iſte eſt unicus, nec ſumus in antiquis, & nunquam fuit formiter examinatus, undè non facit gradum probationis.

Et eo magis cum non deponat ſuper toto facto; 121
dicit enim, Teſtatorem inter cætera dixiſſe &c. & ſic occultat ea, quæ poterant nocere inducenti, ideò nullam prorſus fidem meretur Gloſ. *in l. Lucius in verbo debeant, ff. de his, qui not. infam. n.* Roman. *conſ.* 305. *in fi.*
n. 9. Alex. *conſ.* 88. *n.* 10. *lib.* 4. & † tempore examinis 122
prætendebat ſe exequutorem in Codicillo, de quo agitur ideò tanquam intereſſatus non probat Bald. *conſ.* 221. *per tot. libr.* 3. & *conſ.* 227. *num.* 2. *libr.* 5. Cavaler.
dec. 140. *num.* 2. prætendebat † etiam ſe Legatarium 123
in eodem Codicillo, ideò minus probat *l. nullus*, *ff. de Teſtibus*, *l. omnibus*, ubi DD. *de tiſt.* Soccin Jun. *d. conſ.* 86. *num.* 11. & *nu.* 15. & *ſeqq.* Cavaler. *dec.* 570.
num. 9. Habebat † etiam lites magni momenti con- 124
tra eos, adverſus quos ſe examinavit, & ex pluribus malè affectus, & odioſus erat, quod etiam detrahit de fide, Natt. *d. conſ.* 394. *num.* 25. Gabr. *conſ.* 178. *n.* 9. *libr.* 1. & eoſdem defectus patitur ſecundus Teſtis formiter examinatus, cum ejus Pater ſit hæres dicti Teſtis defuncti ejus Filii, & quod in Teſtibus, qui vel habent intereſſe in cauſa, vel litem cum eo, contra quem deponunt, fides non ſuperabundet, dixit etiam Rot. *in d. Macer. Pecuniaria*, 20. *Junii* 1644. *coram R. P. D. Ottobono*.

Quo verò ad Teſtes formiter examinatos. Primus 125
non fuit ſemper præſens, & eſt in eodem examine ſibi contrarius in multis eſſentialibus, ideò non meretur fidem, Clar. *in* §. *fin. q.* 55. *n.* 5. *verſ. quartus caſus*, ubi de communi.

Deinde iſti duo Teſtes pugnant, & quilibet eorum 126
pugnat cum depoſitione Notarii, & omnes ſunt inter ſe ſingulares, ſingularitate obſtativa in tempore, & formalitate verborum Teſtatoris circa Miſſam quotidianam, & in aliis, undè tamquam ſe deſtruentes, & lacerantes, nihil probant, ad inſtar Teſtium Suſannæ, Dan. *c.* 13. *n.* 54. & *ſeq.* Alex. *conſ.* 143. *nu.* 2. *lib.* 3. Grat. *conſ.* 267. *n.* 3. Bald. *conſ.* 221. *circa fin. l.* 3. Gabriel. *de Teſtib. concl.* 2. *n.* 9. & *n.* 11. & *n.* 13. Greg. *dec.* 390. *n.* 4. & *ſeqq.*

Et nihilominus cum deponant ſuper formalitate ver- 127
borum articulata, & de qua fuerunt interrogati, debent concordare etiam in cortice verborum, & iſti contrariantur in cortice, & quod pejus eſt, in formalitate, & ſubſtantia, undè nihil probant. Canoniſtæ *in c. nihil*, *de verb. ſignif.* Jaſ. *in l.* 2. *n.* 18. *C. de bon. poſſ. ſecundùm tab.* Barbat. *conſ.* 3. *Quidam col.* 8. *verſ. iſti duo Teſtes*, *lib.* 2. Alex. *conſ.* 150. *num* 2. & *conſ.* 152. *n.* 3. & *ſeqq. lib.* 5. Rolan. *conſ.* 33. *nu.* 11. & *nu.* 15. & *ſeqq. lib.* 2. Paciſ. in terminis *conſ.* 146. *n.* 14. & *ſeqq. lib.* 4. Maſchard. *de Prob. concl.* 1368.

Et cum agatur de probanda ultima voluntate debent 128
eſſe conteſtes in omnibus, ſi autem aliqui deponant plus, aliqui minus, ut hic, nihil probant, etiam in eo, in quo ſunt conteſtes, Bald. *in l. cum antiquitas*, *n.* 5. *C. de teſt* Pet Raven. *ſingul.* 705. Ruin. *conſ.* 14. *n.* 2. *l.* 2. Bald. Caſtr. Alex. But. & alii quos refert & ſequitur Pariſ. *d. conſ.* 146. *num.* 14. *lib.* 4.

Et ex his &c. utraque &c.

De Mandato de Manutenendo
Pars Secunda.
Cap XII.

SUMMARIUM.

1 *Poſt remedium poſſeſſionis Adipiſcendæ agitur de remediis Retinendæ.*
2 *Poſſeſſorium retinendæ aliud ſummariſſimum, aliud plenarium.*
3 *In poſſeſſorio ſummariſſimo procedi poteſt lite pendente ubicumque cauſa prævia Monitorio in Petitorio, vel Poſſeſſorio, vel in gradu appellationis, vel via executiva, introducta fuit.*

Digitized by Google

4 *Si cauſa non eſt introducta, eſt prævio Monitorio, vel alias, juxta illius naturam, introducenda, & deinde, ſi opus ſit, petenda Manutentio in ſummariſſimo poſſeſſorio probatis probandis.*

5 *Citatio ad dicendum contra jura in judicio manutentionis & eius Formula, & Proceſſus.*

6 *Productio Jurium, & ejus Formula.*

7 *Deficientibus ſcripturis, probanda eſt poſſeſſio, ſaltem de tempore motæ litis, per Teſtes, ſervatis ſervandis, ut poſſit obtineri Manutentio.*

8 *Articuli probandi in judicio Manutentionis, & eorum Formula*

9 *Poſſeſſione probata per legitima probationum genera ab eo, qui petit manuteneri, Pars adverſa ſuas exceptiones deducere, & eodem modo probare poteſt ſi quas habet.*

10 *In termino ad dicendum contra Jura, vel Articulos, quomodò Actor in hoc judicio proteſtari, & Judex ad admiſſionem procedere debeat.*

11 *Actor ſi fuit in hoc judicio facta mixtura, poteſt ſuſpendere Petitorium, & quomodo?*

12 *Citatio ad videndum manuteneri, & ejus formula, & proceſſus.*

13 *Manutentio poteſt peti, & obtineri in qualibet parte Judicii, & inſtantia, dummodo poſſeſſio fuerit ſervatis ſervandis probata.*

14 *Elapſo termino in Decreto contento, citatione reproducta, niſi Pars adverſa obtineat ſuperſederi, & cauſam appellationis in plena Signatura committi, expeditur Mandatum de Manutenendo, & proceditur ad ejus executionem.*

15 *In Poſſeſſorio retinendæ plenario proceditur via Monitorii*

16 *Monitorium in Poſſeſſorio retinendæ ſummario, ſeù plenario, & ejus formula.*

17 *Monitorium in poſſeſſorio ſummario pro reductione Innovatorum in priſtinum, & ejus Formula.*

18 *Monitorium pro Manutentione in poſſeſſione rei locatæ & ejus Formula.*

19 *Monitorium ſuper Manutentione in quaſi poſſeſſione exigendi Penſionem, & ejus Formula.*

20 *Monitorium pro Manutentione in quaſi poſſeſſione exigendi Canones, & fructus Cenſus, & ejus Formula.*

21 *Monitorium perſonaliter exequutum reproducitur in actis.*

22 *Reproductio Monitorii in actis, & ejus formula.*

23 *Proteſtatio Rei contra Monitorium infra triduum, & ejus Formula.*

24 *Actor tenetur verificare contenta in Monitorio, etiam non negato, per legitima probationum genera, ſervatis ſervandis.*

25 *Manutentio datur ei, qui ſervatis ſervandis probavit eius poſſeſſionem de tempore litis motæ.*

26 *Manutentio datur Penſionario contra Titularem Beneficii, & eius Succeſſorem, in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, probatis probandis.*

27 *Manutentio datur in quaſi poſſeſſione probata exigendi annuas præſtationes, Cenſus, Canones, & huiuſmodi.*

28 *Reus in iudicio Manutentionis poteſt opponere exceptionem præſcriptionis, & quas habet.*

29 *Proteſtatio Rei, & oppoſitio præſcriptionis, & eius Formula.*

30 *Proteſtatio, & oppoſitio aliarum exceptionum pro parte Rei & eius Formula.*

31 *Reus in Judicio Manutentionis poteſt deducere, & probare exceptiones, quas habet per legitima probationum genera.*

32 *In termino ad dicendum contra, Actor quomodò proteſtari, & Judex quomodò admittere Jura, & Articulos debeat.*

33 *Actor, nè ob mixturam cauſa efficiatur appellabilis, debet in hoc Manutentionis iudicio ſuſpendere Petitorium.*

34 *Probatis probandis, Actor poteſt citare ad videndum manuteneri, vel ſi magis placet, ſervare terminos ſubſtantiales.*

35 *Citatio ad libellandum in terminis ſubſtantialibus in dicio Manutentionis, & eius formula, & Proceſſus.*

36 *Citatio ad articulandum in terminis ſubſtantialibus, & eius Formula, & Proceſſus.*

37 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam, ac videndum manuteneri; & eius Formula, & Proceſſus.*

38 *In Tribunali A. C. olim cauſæ in iudicio Manutentionis ſummario expediebantur etiam per Cedulam; ſed hodie per decreta ex reformatione Pauli V. expediri ſolent.*

39 *Si in aliquo Tribunali cauſa Manutentionis ſit expedienda per Cedulam, quomodo ſit citanda Pars.*

40 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam audiendam in forma, & eius Formula, & Proceſſus.*

41 *Cedula Sententiæ ſuper Manutentione in quaſi poſſeſſione exigendi Penſionem Canonem, ſeù annuam præſtationem, & eius Formula.*

42 *Cedula Sententiæ ſuper Manutentione in poſſeſſione ſtabilium, & eius Formula.*

43 *Lata Sententia ſuper Manutentione, niſi Pars obtineat ſuperſederi, & committi cauſam appellationis, Parte citata in plena Signatura, ſtatim expeditur Mandatum, ſicut lapſo termino in Decreto contento poſt intimationem exequutam.*

44 *Mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi annuas præſtationes, & eius Formula.*

45 *Expedito Mandato de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſum, Canonem, vel annuam præſtationem ſtatim in eius exequutionem relaxatur Mandatum exequutivum abſque alio Decreto, decerni.*

46 *Citatio ad ſolvendum annuam præſtationem in executione Mandati de manutenendo, & eius Formula, & Proceſſus.*

47 *Reproducta intimatione, & elapſo termino in Decreto contento, expeditur Mandatum executivum in executionem mandati de manutenendo, & proceditur ad ulteriora in exequutione.*

48 *Reus conventus etiam poſt exequutionem factam poteſt deducere exceptiones, quas habet.*

49 *A Mandato exequutivo in exequutionem Mandati de manutenendo relaxato non datur appellatio.*

50 *Mandatum de manutenendo in poſſeſſione ſtabilium, & eius Formula.*

51 *Sentiens ſe læſum in iudicio Manutentionis, debet citata Parte, adire plenam Signaturam pro commiſſione cauſæ appellationis*

52 *Interpoſitio appellationis coram Judice à quo, & eius Formula. & reſponſio Judicis.*

53 *Cedula appellationis in iudicio Manutentionis, & eius Formula.*

54 *Commiſſio appellationis in plena Signatura proponenda in iudicio Manutentionis, & eius Formula*

55 *Commiſſio appellationis in Materia Manutentionis in quaſi poſſeſſione exigendi Penſionem, in plena Signatura proponenda, & eius formula.*

56 *Signatura in iudicio Manutentionis quomodo reſcribere ſoleat.*

57 *Ad exequutionem Mandati de manutenendo quomodo procedatur.*

58 *Inſtrumentum exequutionis Mandati de manutenendo in poſſeſſione ſtabilium, & eius formula.*

59 *Ad exequutionem Mandati de manutenendo poteſt etiam procedi per viam intimationis Mandati, & Cenſurarum & quomodo.*

60 *Adnotatio intimationis Mandati de Manutenendo in actis, & eius formula*

61 *Si intimatio mandati de manutenendo eſt facta in partibus, quomodo reproducatur in actis.*

62 *Reproductio Mandati de Manutenendo intimati in partibus, & eius formula.*

63 *Quatuor termini ad docendum ſe paruiſſe Mandato de manutenendo, & eorum formula, & Proceſſus.*

Stylus

64 *Stylus intimationis perſonalis, & obſervationis quatuor terminorum ad docendum, ſe paruiſſe pro obtinenda declaratoria, non ſolum ob non paritionem Mandati de manutenendo, ſed etiam in omnibus aliis caſibus, excepta obligatione Camerali, obſervatur.*

65 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam declaratoriam ob non paritionem, & eius Formula, & Proceſſus.*

66 *Cedula Sententiæ declaratoriæ ob non paritionem, & eius Formula.*

67 *Lata declaratoria, niſi præfixus ſit terminus quindecim dierum, quo caſu illius lapſus à die intimationis eſt expectandus, ſtatim poſſunt expediri Cedulones.*

68 *Cedulonus ob non paritionem, & eius Formula.*

69 *Si executio eſt facienda in partibus expeditur Inſtrumentum declaratoriæ.*

70 *Inſtrumentum declaratoriæ ad partes, & eius Formula.*

71 *Si neutra Pars poſſidet, vel poſſeſſio eſt adeò turbida, ut diſcerni non poſſit, an de iure poſſideat, eoque magis ſi eſt timor, nè Partes veniant ad arma, poſſeſſio eſt ſequeſtranda.*

72 *Citatio ad videndum manuteneri, & eius Formula.*

73 *De recursu Judicis ſuper avocatione poſſeſſionis, & oppoſitione Sequeſtri, & eius Formula*

74 *Sequeſtrum ſuper bonis, ac eorum poſſeſſione, & fructibus & eius Formula.*

75 *Sequeſtrator poteſt allegari ſuſpectus.*

76 *Allegatio Sequeſtratoris ſuſpecti, & eius formula.*

77 *Sequeſtratore ſuſpecto allegato, citatur ad concordandum de alio, & Judex eligit alium de conſenſu, ſin minus ex officio.*

78 *Sequeſtrum ad partes expeditum, & eius Formula*

79 *Remedia retinendæ poſſeſſionis ſunt octo, & quæ, & pro quibus ſingula dentur.*

80 *Officium Judicis datur, quando Partes de poſſeſſione contendunt armis, & ne partes veniant ad arma.*

81 *Præcipuu retinendæ poſſeſſionis remediu, quæ ſit undè dicta. & quo iure introducta.*

82 *Interdictum* uti poſſidetis *competit pro retentione poſſeſſionis ſtabilium.*

83 *Interdictum* uti poſſidetis *competit etiam pro conſervatione quaſi poſſeſſionis rerum incorporalium.*

84 *Interdictum* uti poſſidetis *competit pro re mobili cohærente rei immobili, & quare?*

85 *Interdictum* uti poſſidetis *competit etiam habenti Jus in Mare.*

86 *Interdictum* utrobi *ſignanter competit pro re mobili.*

87 *Retentio quid ſit?*

88 *Interdicta* uti poſſidetis, & utrobi *in quibus hodie ſint exequata?*

89 *Interdictum retinendæ manutenet Poſſeſſorem, ſeù Detentorem in poſſeſſione, ſeù detentione, in qua quis non vi, clam vel precario, tempore litis motæ, exiſtit.*

90 *Interdictum retinendæ in Romana Curia appellatur Mandatum de manutenendo.*

91 *Interdictum retinendæ aliud directum, quod datur pro re immobili, aliud utile, quod datur pro quaſi poſſeſſione incorporalium; ſed hoc quoque directum dici poteſt*

92 *Manutentio qua ratione introducta?*

93 *Iudicium manutentionis eſt ſummariſſimum, & breve.*

94 *In judicio manutentionis incidenter intentato, non eſt opus libello ſi lis fuit aliàs introducta, vel judex procedit ex officio, aliàs ſecus.*

95 *In judicio manutentionis ſummario, ſeu plenario libellus, ſeù Monitorium requiritur.*

96 *Petens Manuteneri eſt actor originarius, & voluntarius.*

97 *In judicio Manutentionis ſæpè uterque eſt actor & uterque Reus, & quando?*

98 *Etiamſi una Pars prius ad judicium provocaverit, & quare?*

99 *Manutentio non datur, niſi Parte citata, & cauſa cognita.*

100 *Manutentio datur Poſſidenti.*

101 *Manutentio datur ei, de cujus poſſeſſione conſtat.*

102 *Manutentio datur ei, qui in ſua poſſeſſione turbatur*

103 *Petens Manuteneri debet probare, ſe poſſediſſe de tempore litis motæ, vel paulò ante, aliàs ei denegatur Manutentio.*

104 *Ad effectum Manutentionis ſufficiunt probationes leviores*

105 *Ad obtinendam Manutentionem ſufficit ſemiplena probatio.*

106 *In judicio Manutentionis, licèt ſufficiant probationes leviores, debent tamen eſſe in ſuo genere concludentes.*

107 *In judicio manutentionis ſufficit etiam probatio minor ſemiplena.*

108 *Ad obtinendam Manutentionem ſufficit probatio, etiam præſumptiva.*

109 *Ad obtinendam Manutentionem ſufficiunt etiam Teſtes de fama.*

110 *Ad effectum Manutentionis ſufficit unicus Teſtis de viſu*

111 *Etiam ſi iſte Teſtis non ſit exceptione maior.*

112 *In ſummariſſimo poſſeſſorio retinendæ exceptiones contra Teſtes non admittuntur.*

113 *Ad obtinendam Manutentionem ſufficit probatio per confeſſionem Partis.*

114 *Ad effectum Manutentionis obtinendæ ſufficit confeſſio extrajudicialis, quæ de jure canonico plenè probat, & ſæpè repetita habet vim judicialis.*

115 *Poſſeſſio ad effectum Manutentionis probatur ex locatione cum perceptione affictus.*

116 *Poſſeſſio ad effectum Manutentionis probatur ex confeſſione emanata in Monitorio Partis adverſæ.*

117 *Etiamſi quis fuerit conventus uti Detentor, vel Occupator.*

118 *Poſſeſſio ad effectum Manutentionis probatur ex Inſtrumento adeptæ poſſeſſionis.*

119 *Poſſeſſio Inſtrumentalis, alio non exiſtente in poſſeſſione eſt Manutenibilis, etiam per aſpectum in præſentia rei, vel tactum annuli Eccleſiæ cauſæ.*

120 *Poſſeſſio Inſtrumentalis, alio in poſſeſſione nulliter exiſtente, eſt Manutenibilis, præſertim ſi eſt titulata.*

121 *Alio in poſſeſſione exiſtente poſſeſſio Inſtrumentalis non eſt Manutenibilis, niſi probetur anterior.*

122 *Poſſeſſio Inſtrumentalis, poſterior non eſt Manutenibilis, etiamſi cum ea concurrat perceptio fructuum.*

123 *Poſſeſſio Inſtrumentalis præſumitur capta ſnemine in poſſeſſione exiſtente.*

124 *Poſſeſſio Inſtrumentalis ſuffragatur etiam Ceſſionario.*

125 *Poſſeſſio ejus, qui in Inſtrumento habet Horam, præſumitur anterior.*

126 *Poſſeſſio Inſtrumentalis anterior non ſolùm in hora, ſed etiam in puncto præfertur.*

127 *Manutentio datur civiliter, & quaſi civiliter poſſidenti pro recuperatione naturalis poſſeſſionis.*

128 *Emphiteuſi finita datur Manutentio Domino habenti civilem pro recuperatione naturalis.*

129 *Et eò magis ſi in Inſtrumento Emphiteuſis adeſt clauſula Conſtituti ad favorem Domini directi.*

130 *Uſufructuario defuncto, datur Manutentio Proprietario civiliter poſſidenti, & quare?*

131 *Uſufructu finito, datur Manutentio etiam Hæredi Proprietarii uſque ad triginta annos, etiamſi Uſufructuarius alienaſſet.*

132 *Poſſeſſio Inſtrumentalis capta à proprietario exiſtente Uſufructuario in naturali eſt Manutenibilis, ratione civilis quæ erat vacua.*

Digitized by Google

133 Manutentio datur mero Detentori, donec de cauſa principali cognoſcatur.
134 Ad effectum Manutentionis tantum detentatio, & inſiſtentia, ſeù poſſeſſio de facto attenditur.
135 Manutentio datur etiam Spoliatori, donec cauſa terminetur per tres conformes.
136 Prædo, donec de Juribus ſuis diſcutitur, eſt lite pendente manutenendus in ſua poſſeſſione.
137 Prædoni non datur Manutentio, ſi ex eiſdem actis notoriè conſtat, eum eſſe prædonem.
138 Manutentio datur aliiter Immiſſo virtute l. fin.
139 Immiſſo etiam ex primo Decreto, cui competit interdictum nè vis fiat ei, datur manutentio.
140 Immiſſo ex primo Decreto, ut faciat fructus ſuos, competit Interdictum, uti poſſidetis.
141 Secus ſi renunciavit cuicumque commodo adiudicationis, & ſic etiam immiſſioni ex primo decreto.
142 Manutentio datur ex ſola detentatione, licet dominium non probetur.
143 Manutentio in Jurisdictionalibus conceditur ex ſola Juris aſſiſtentia.
144 In non juriſdictionalibus Rota moderna non concedit Manutentionem ex ſola aſſiſtentia.
145 Manutentio facilius conceditur eis, quibus Jus aſſiſtit, etiam in concurſu poſſeſſionum, & quare.
146 Manutentio ex Juris aſſiſtentia turbida etiam in juriſdictionalibus non conceditur.
147 Juris aſſiſtentia non ſuffragatur, quando alius reperitur in poſſeſſione temporis conſiderabilis.
148 In materia Decimarum ex ſola Juris aſſiſtentia, Rota non dat Manutentionem, niſi etiam probetur quaſi poſſeſſio exigendi.
149 Manutentio conceditur ad ſtatum, & limites poſſeſſionis, in eo ſtatu, in quo quis erat tempore litis motæ, vel paulò ante.
150 Rota paſſim dat Manutentionem adversùs factum Judicis nulliter, & injuſtè procedentis, ſi quis non habuit ſe pro ſpoliato.
151 Manutentio in concurſu datur poſſeſſori anteriori, qui non habuit ſe pro ſpoliato.
152 Poſſeſſio anterior carens titulo præfertur poſteriori etiam titulatæ.
153 Etiam in Beneficialibus, quicquid dixerit Menochius.
154 In concurſu, data diſparitate poſſeſſio titulata præfertur non titulatæ.
155 Manutentio datur anteriori Poſſeſſori etiam in caſu reſtitutionis in integrum.
156 Poſſeſſio poſterior præſumitur clandeſtina, & injuſta, & ob id non eſt manutenibilis.
157 Manutentio non datur Poſſeſſori anteriori, quando poſſeſſio junior habet pro ſe Juris aſſiſtentiam.
158 Si poſſeſſio antiquior eſt virtute reſervationis fructuum, junior reſpectu tituli illi nocet, & non eſt manutenenda.
159 Poſſeſſio antiquior non præfertur juniori, quando illa non habet expulſionem, ſeù recognitionem Colonorum.
160 Poſſeſſio antiquior non eſt manutenibilis, quando poſſeſſor habuit ſe pro ſpoliato.
161 Poſſeſſio poſterior actualis, cum perceptione fructuum, & recognitione Colonorum, eſt manutenibilis, cum etiam Prædo ſit manutenendus.
162 Poſſeſſio antiquior finita, ob finitum Emphiteuſim non eſt manutenibilis.
163 Poſſeſſio antiquior capta contra Decretum Irritans, non eſt manutenibilis.
164 Poſſeſſio antiquior capta contra Decretum Irritans, donec dubium eſt, an dictum decretum intret, eſt manutenibilis.
165 Poſſeſſio antiquior intercepta, vel deperdita, non eſt manutenibilis.
166 In Manutentionem merum factum poſſeſſionis attenditur.
167 Etiam in Manutentione in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, & reintegratione perceptionis illius.
168 In Beneficialibus datur manutentio abſque juſtificatione, aut productione tituli.
169 Poſſeſſio habens contra ſe vehementem Juris reſiſtentiam, debet aliquo titulo colorari, ut ſit manutenibilis.
170 Ex longæva, & conſiderabili poſſeſſione oritur præſumptio tituli, & datur Manutentio, non obſtante reſiſtentia Juris.
171 Si Juris reſiſtentia contra poſſeſſionem non eſt vehemens, datur Manutentio, etiamſi illa habeat contra ſe Juris præſumptionem.
172 Ad obtinendam Manutentionem contra Cameram, vel Superiorem, requiritur titulus.
173 Contra Principem, in his quæ ex ſola ejus conceſſione conceduntur, non datur Manutentio, niſi doceatur de titulo.
174 Manutentio pendens à validitate tituli non datur, niſi prius diſcuſſo titulo.
175 Manutentio pendens à negocio principali non datur, niſi prius illo diſcuſſo.
176 Data paritate, poſſeſſio titulata requiritur ad Manutentionem obtinendam.
177 Manutentio datur etiam lite pendente, & quare.
178 Et in qualibet inſtantia.
179 Non obſtante Sententia lata in contrarium, etiam in poſſeſſorio, dummodo ſit ſuſpenſa per appellationem.
180 In ſummariſſimo poſſeſſorio Manutentio uni conceſſa revocatur, & ſemel denegata conceditur alteri melius de ſua poſſeſſione docenti.
181 Manutentio poteſt dari per Judicem ad quem, etiam commiſſa cauſa cum clauſula, ſine præjudicio.
182 Manutentio non conceditur, quando Sententia tranſivit in judicatum.
183 Manutentio datur, non obſtante Sententia notoriè injuſta.
184 Manutentio non datur ei, qui reportavit Sententiam contrariam ſuper Manutentione niſi ab ea appellaverit, & quare.
185 In gradu reſtitutionis in integrum poteſt concedi Manutentio, præſertim ſi res judicata eſt turbida.
186 Pendente cauſa nullitatis, uſque ad triginta annos poteſt dari Manutentio.
187 Manutentio datur Succeſſori nominè Dignitatis ob poſſeſſionem anteceſſoris, abſque alia apprehenſione, ſecus nomine Hæreditario.
188 Manutentio datur contra anteceſſores ex poſſeſſione quæſita contra Succeſſorem, quod procedit tam in materia Penſionis, quàm Cenſus.
189 Manutentio datur Rectori non poſſidenti nomine Eccleſiæ quæ poſſidet.
190 Manutentio datur exiſtenti in quaſi poſſeſſione præſentandi quando conſtat de Jurepatronatus.
191 Inter Patronos ſufficit ultimus ſtatus præſentationis ad effectum obtinendi Manutentionem in quaſi poſſeſſione præſentandi.
192 Manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi Decimas, datur ex quaſi poſſeſſione generali, alio non exiſtente in poſſeſſione.
193 Manutentio conceditur in quaſi poſſeſſione exigendi Penſionem ex unica exactione.
194 Manutentio datur Locatori in quaſi poſſeſſione exigendi affictus, ſeù penſiones.
195 Manutentio datur in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſus, & Cenſuam fructus, & unica ſolutio conſtituit in quaſi poſſeſſione.
196 Manutentio datur in quaſi poſſeſſione Præeminentiarum, & intereſſendi in Capitulo.
197 Hæredi datur Manutentio virtute Statuti continuantis poſſeſſionem in eum.
198 Si poſſeſſio fuit à Tertio occupata ante aditam, non datur Manutentio Hæredi virtute ſtatuti poſſeſſionem in eum continuantis.
199 In bonis Emphiteuticis non datur Manutentio Hæredi virtute Statuti poſſeſſionem in eum continuantis.
200 Facultas Fideicommiſſario conceſſa, capiendi poſſeſſionem propria authoritate, impedit nè Hæres vir-

Digitized by Google

virtute Statuti continuantis poſſeſſionem poſſit obtinere manutentionem.

201 Poſſidenti ex Judicis decreto datur Manutentio.

202 Poſſidenti ex clauſula Conſtituti datur Manutentio, etiam Hæredi conſtituarii, & contra Hæredem Conſtituentis, etiam in Incorporalibus.

203 Probatis aliquibus actibus ad Officium pertinentibus, datur Manutentio ad omnes alios ad dictum Officium ſpectantes.

204 Quando quis eſt in poſſeſſione certi actus, vel adeſt Juris reſiſtentia, non attenditur poſſeſſio generalis ex titulo univerſali.

205 In incorporalibus datur manutentio, etiam Ceſſionario, probata ceſſione, & quaſi poſſeſſione cedentis, abſque alia apprehenſione.

206 Poſſidenti ab inteſtato datur manutentio, donec de validitate Teſtamenti, & exceptionibus cognoſcatur.

207 Manutentio datur etiam in rei commoditate, & participanti de commodo, & quando.

208 Manutentio denegatur habenti ſe pro ſpoliato.

209 Manutentio datur Eccleſiæ poſſidenti, etiam ſi Prælatus habuerit ſe pro ſpoliato.

210 Confitenti, ſe pro ſpoliato, denegatur manutentio, dùm conſtat eum depoſuiſſe animo poſſidendi civiliter.

211 Confeſſio Procuratoris ſuper Spolio poteſt de Stylo Rotæ à Domino, revocari, etiam non docto de errore.

212 Confeſſio Procuratoris, mandatum ſpeciale non habentis, ſuper ſpolio emanata non nocet Domino.

213 Petenti ſimpliciter ſe reintegrari, ſi petitio eſt turbida, & obſcura, non eſt denegaanda manutentio.

214 Dicenti ſe ſpoliatum de facto, & deinde petenti ſe manuteneri, non eſt deneganda manutentio.

215 Petenti reintegrari cum clauſula quatenus opus ſit non eſt deneganda manutentio.

216 Petitio reintegrationis in dubio debet intelligi de poſſeſſione naturali.

217 Reſtitutus ad poſſeſſionem vigore Sententiæ latæ in Spolio, eſt, ut legitimus poſſeſſor, manutenendus.

218 Confitenti, Adverſarium poſſidere, non poteſt dari manutentio.

219 Poſſidenti facto Judicis nulliter procedentis non datur manutentio.

220 Poſſidenti contra Decretum irritans non datur manutentio.

221 Attentanti denegatur manutentio.

222 Excommunicato manutentio non conceditur.

223 Privatis, & ejectis a ſua poſſeſſione, authore Prætore, non datur manutentio.

224 Si in actis clarè conſtat, quem fuiſſe ejectum à ſua poſſeſſione authoritatè Judicis, nulliter, & injuſtè procedentis, & is non habuit ſe pro ſpoliato, conceditur ei manutentio.

225 Gratiosè Subrogato non datur manutentio, ſed Immiſſio.

226 Subdito contra Superiorem non datur manutentio,

227 Subdito docenti non ſolùm de poſſeſſione, ſed etiam de titulo, & jure ſuo datur manutentio.

228 Si clarè conſtet in actis, quod poſſeſſio eſt vitioſa, non datur manutentio.

229 Jus cauſæ univerſalis non ſuffragatur ad manutentionem obtinendam, quando quis eſt in poſſeſſione particulari.

231 Actio Fideicommiſſarii clara ſufficit ad impediendam Hæredi manutentionem.

232 Manutentio non datur, quando illa pendet à negotio principali.

232 Manutentio non datur Hæredi ſine nova poſſeſſionis apprehenſione.

233 Poſſeſſio non tranſit in Hæredem, niſi apprehendatur.

234 Si Judicium manutentionis eſt cœptum vivente poſſeſſore, nova apprehenſio in Hærede ad effectum obtinendi manutentionem non eſt neceſſaria.

235 Statuto ſtante de continuanda poſſeſſione in Hæredem, non eſt neceſſaria nova apprehenſio illius ad manutentionem obtinendam.

236 Statutum de continuanda habet locum etiam in Fideicommiſſario univerſali.

237 Idem operatur Fideicommiſſi reſtitutio verbalis, quod legalis.

238 Reſtitutio verbalis de æquitate Canonica non eſt neceſſaria.

239 Fideicommiſſarius an, & quando poſſit capere poſſeſſionem bonorum Fideicommiſſariorum propria authoritate.

240 Ex reſiſtentia Juris vehementi, & inevitabili, denegatur manutentio.

241 Et de cujus non Jure notoriè conſtat non datur manutentio.

242 Non dicitur conſtare de non Jure donec de eo poteſt edoceri.

243 De non jure, ut Manutentio ob id denegetur, conſtare debet per confeſſionem partis, aut rem judicatam.

244 Manutentio vigore clauſulæ precarii, non conceditur, niſi ſit appoſita ſuper certo corpore.

245 Clauſula, precarii, appoſita in re certa, ratione quotæ, & loci, transfert poſſeſſionem manutenibilem.

246 In Judicio manutentionis non admittuntur exceptiones requirentes indaginem.

247 In petitorio diſcutienda non habentur in conſideratione in judicio manutentionis.

248 Exceptio defectus proprietatis in judicio manutentionis non admittitur.

249 Exceptio defectus, ætatis in judicio manutentionis non admittitur.

250 Exceptio Vſuræ, donec diſceptatur ſuper validitate cōtractus, in Judicio manutētionis nō admittitur

251 Exceptio injuſtæ Sententiæ, donec de ea diſputatur in Judicio manutentionis non admittitur.

252 Exceptio nullitatis tranſlationis Penſionis requirens indaginem, in Judicio Manutentionis non admittitur.

253 Manutentio non retardatur per Decretum irritans, quando reſervatio eſt clara.

254 Manutentio per exceptionem dominii incontinenti probandi aliter, quàm per confeſſionem, aut rem judicatam, & per alias reſpicientes Petitorium, non retardatur.

255 Inhibitio facta poſt actus poſſeſſorios non præjudicat ad effectum manutentionis.

266 Exceptio Excommunicationis, & Perjurii impedit manutentionem.

257 In judicio manutentionis veniunt fructus lite pendente percepti.

258 Si fructus petantur principaliter, uti ſors, datur manutentio pro terminis petitis, & decurſis etiam ante motam litem.

259 Si mala fides clara, & inexcuſabilis probetur aliundè, ultra litis ſuſtentationem fructus ratione damnorum, & intereſſe debentur etiam ante litem motam, & ab initio.

260 Non obediens Mandato de manutenendo debet declarari excommunicatus.

266 Quomodo de Stylo procedatur ad declaratoriam contra eum, qui Mandato de Manutenendo non paret.

262 Quatuor termini ad docendum ſe paruiſſe ſervantur in omni materia, ut demum, non docto de paritione feratur declaratoria.

263 Manutentio ſemel conceſſa non revocatur, niſi cauſa in Petitorio, vel poſſeſſorio ordinario terminata.

264 Si quis docet de meliori poſſeſſione revocato primo Decretu, datur illi Manutentio.

265 Mandatum de manutenendo uni conceſſum poteſt ab eodem Judice revocari.

266 Mandatum de manutenendo ſemel denegatum, ſi de poſſeſſione doceatur, poteſt denuò concedi.

267 Si neutra Pars docet de poſſeſſione manutenibili, Manutentio poteſt denegari utrique.

268 Mandatum de manutenendo, ſi Adverſarius nunquàm poſſedit, non poteſt revocari, niſi per definitivam.

269 Manutentus poteſt petere ab adverſario cautionem de non moleſtando

269 Aman-

Digitized by Google

270 *A mandato de manutenendo non datur appellatio de Jure Civili, nec de Jure Canonico.*

271 *A mandato de manutenendo datur appellatio ad effectum devolutivum non ſuſpenſivum.*

272 *Signatura quomodo reſcribat in cauſa appellationis à mandato de manutenendo.*

273 *Signatura aliquando committit cauſam appellationis à mãdato de manutenendo cũ clauſulis opportunis, etiam ſi cauſa fuerit expedita per Decretum*

274 *Inſtantia data concluſit argumentum.*

275 *Signatura appellationem à Manutentione conceſſam per Decretum aliquando recipit, aliquando commiſit.*

276 *Cauſa in poſſeſſorio expedita per Cedulam datur de Jure communi appellatio.*

277 *A Sententia lata, etiam per Cedulam in mero poſſeſſorio abſque aliqua Petitorii miſtura non datur de Jure appellatio ſuſpenſiva.*

278 *Lata Sententia in mero poſſeſſorio etiam per Cedulam, eſt locus Aegidianæ appellationem prohibenti.*

279 *Si poſſeſſio eſt turbida, Signatura reſcribit cum clauſula quatenus ſit locus Aegidianæ, vel alia ſimili.*

280 *Mandata de Manutenendo hodie Judices in Curia tenentur expedire per Decreta, non per Cedulam.*

281 *Judex tenetur providere, ne Partes, de Poſſeſſione contendentes, veniant ad Arma.*

282 *Si non conſtat de poſſeſſione alicujus Judex debet capere ſummariam informationem, ut poſſit illam juridicè ponere ſub Sequeſtro.*

283 *Si conſtat de poſſeſſione unius, debet Judex illi dare Manutentionem, & inhibere alteri, ne moleſtet,*

284 *Si poſt captam informationem, & diligentiam adhibitam non conſtat, an aliqua ex Partibus poſſideat, quia poſſeſſio eſt valde turbida, Judex debet poſſeſſionem cũ fructibus ponere ſub Sequeſtro.*

285 *Poſſeſſio vacans eſt ponenda ſub Sequeſtro.*

286 *Si conſtat de poſſeſſione unius, non eſt locus Sequeſtro.*

287 *Judex debet capere ſummariam informationem ſuper metu armorum, parte citata.*

288 *Ut Judex poſſit apponere Sequeſtrum, ſub prætextu nè partes veniant ad arma, debet ſibi prius conſtare de hujuſmodi metu inter partes.*

289 *Si Judex poſſet ex abrupto apponere Sequeſtrum, nè partes veniant ad arma, quilibet poſſet ad id confingere rixam, ut ejus Adverſarius commodo poſſeſſionis privaretur.*

290 *Judici aſſerenti, adeſſe periculum armorum, non creditur, niſi de eo conſtet in actis.*

291 *Ad cognoſcendum, an adſit periculum armorum attenditur qualitas Perſonæ.*

292 *Si periculum eſt in mora, poteſt Judex, ſi ei conſtiterit de metu armorum, capere Informationem, & apponere Sequeſtrum parte non citata*

293 *Secus ſi periculum non erat in mora, nam tunc requiritur citatio partis, & cognitio cauſæ.*

294 *Si eſt in cauſa perſona non armigera, Judex non poteſt decernere Sequeſtrum, niſi Parte citata, & cauſa cognita.*

295 *Judex, conſtito ſibi de poſſeſſione unius, ſi adeſt timor armorum, debet inhibere alteri, ne Poſſeſſorem moleſtet.*

296 *Si poſſeſſio eſt vacans, & Partes contendant armis illam apprehendere, poteſt Judex, ſi periculum eſt in mora capta ſummaria informatione, parte non citata, illam ponere ſub Sequeſtro.*

297 *Idem juris eſt ſi poſſeſſio eſt hinc inde valde turbida,*

298 *Ab inhibitione judicis de non moleſtando Poſſeſſorem non datur appellatio.*

299 *A conceſſione Sequeſtri ad tollenda ſcandala, & rixas non datur appellatio.*

300 *A Sequeſtro emanato abſque cauſæ cognitione ſub prætextu metus armorum datur appellatio.*

301 *Sequeſtro conceſſo ſub prætextu metus armorum abſque cognitione cauſæ, & citatione Partis, poteſt dici de nullitate illius.*

302 *Conſtito de poſſeſſione unius, ſi Judex apponat Sequeſtrum, datur appellatio ob perverſionem ordinis Petitorii, & Poſſeſſorii.*

303 *Poteſt omiſſa via appellationis & nullitatis agi ex novo libello ad revocationem Sequeſtri conceſſi ſub prætextu metus armorum,*

304 *Sequeſtrum de facto factum, Parte non citata, ex cauſa non admodum urgente, poteſt de facto revocari abſque libello, & citatione.*

305 *Sequeſtrum conceſſum ob periculum in mora, Parte non citata, non eſt Parte non citata revocandum.*

306 *Si non conſtat in actis de urgenti periculo armorum, & Judex recuſat Sequeſtrum conceſſum revocare, eſt locus appellationi, & poteſt dici de nullitate*

307 *In materia Manutentionis ad quos in cæteris recurrendum.*

308 *A Sequeſtro ſub prætextum armorum nulliter, & injuſtè conceſſo datur appellatio.*

309 *Sequeſtrum ſub prætextu armorum, parte non citata conceſſum, eſt nullum.*

310 *Pars debet citari ad videndum jurare Teſtes, & capi informationem ſuper metu armorum.*

311 *Judex reſcuſatus non poteſt procedere ad actum præjudicialem, aliàs actus eſt nullus.*

312 *Decretum Sequeſtri, ſub prætextu metus armorum eſt injuſtum ſi in actis non conſtat de rixa, aut aliquo metu.*

313 *Qualitas Perſonarum ad excluſionem præſumptionis rixæ, & ſtrepitus armorum plurimum attenditur.*

314 *Sequeſtrum ſi emanavit de facto, cauſa non cognita, & parte non citata datur appellatio.*

315 *Vel ſaltem poteſt dici de nullitate.*

316 *Si conſtat in actis de poſſeſſione unius, Judex non debet procedere ad Sequeſtrum, remedium deſperatum ſed inhibere alteri ne moleſtet.*

317 *Etiamſi adſit metus armorum, & Poſſeſſor ſit prædo.*

318 *Si dum conſtat de poſſeſſione unius, poſſet Judex apponere Sequeſtrum, quilibet poſſet fingere rixam, & ſpoliare Adverſarium, quod abſurdum non eſt admittendum.*

319 *Ob perverſum ordinem Poſſeſſorii, & Petitorii à Sequeſtro conceſſo ſub prætextu rixæ, datur appellatio.*

320 *Nuncio referenti ſe immiſiſſe aliquem in poſſeſſionem alicujus non creditur.*

321 *Poſſeſſio probatur ex Teſtibus deponentibus de actibus poſſeſſoriis, ac perceptione fructuum.*

322 *Capiens poſſeſſionem virtute facultatis ſibi à Teſtatore conceſſæ illam accipiendi propria authoritate, eſt legitimus contradictor contra eum, qui non docet de aliqua poſſeſſione manutenibili.*

323 *Statuta recipiunt interpretationem à Jure communi.*

324 *Lite pendente nemo debet mediante Sequeſtro ſua poſſeſſione privari.*

325 *A Sententia lata in judicio poſſeſſorio, & in cauſa Sequeſtri non datur appellatio.*

326 *Poteſt dici de nullitate Sententiæ latæ in judicio poſſeſſorio, & in cauſa Sequeſtri, etiamſi nullitas non ſit evidens.*

327 *Sequeſtrum ad inſtantiam Partis ex abrupto, non citata alia Parte, nec cognito ſuper timore ſcandali emanatum non valet, vel poteſt de ejus validitate dubitari.*

328 *Judex conſtito ſibi de metu rixæ, poteſt procedere ad ſequeſtrationem ex officio parte non citata.*

329 *Ut Judex poſſit procedere ad ſequeſtrationem parte non citata, periculum rixæ debet eſſe imminens, & in mora.*

330 *Dum clarè non conſtat de ſuſpicione rixæ, dicens de nullitate Sequeſtri debet audiri,*

331 *Sequeſtrator ſuſpectus eſt amovendus.*

332 *Citanda eſt pars ad concordandum de Sequeſtratoribus.*

333 *Sequeſtrator deputatus ſine cauſa non eſt amovendus.*

De Mandato de Manutenendo. Pars II.
Cap XII.

1 POſſeſſio fruſtra acquireretur, niſi acquiſita retineretur, & Manutentio opportuna in ea obtineretur, ideò poſt interdicta, & remedia poſſeſſionis adipiſcen.
A dæ, neceſſe eſt videre de interdictis retinendæ, *A*, quæ ſunt Interdicta uti poſſidetis, & utrobi, & alia, de quibus infra *n.* 79.

2 Poſſeſſorium retinendæ aliud eſt ſummariſſimum, aliud plenarium.

3 In poſſeſſorio ſummariſſimo procedi poteſt ubicumque cauſa fuit coram A. C. introducta prævio Monitorio vel in Petitorio, vel in poſſeſſorio, vel, in gradu appellationis, vel etiam ſine Monitorio, quando cauſa eſt executiva, & fuit via exequutiva introducta, ſeu actum pro fructibus Cenſus pro Canone, pro Penſione, aut alia annua præſtatione; tunc enim, ſi Reus excipiat de nullitate obligationis, vel quid ſimile opponat, ex quo petitio Actoris reddatur turbida, poteſt hoc in caſu, prout in quolibet præmiſſorum lite pendente citari ad videndum manuteneri, ut infra, & alias mutatis mutandis, juxta contingentiam facti.

4 Quod ſi cauſa non ſit introducta, eſt, prævio Monitorio, vel aliàs, ut ſupra, juxta illius qualitatem, & naturam, introducenda, & deinde, ſi opus ſit in ſummariſſimo poſſeſſorio, eſt petenda Manutentio probata poſſeſſione de tempore litis motæ, citata parte videlicet.

A. C. N.

5 Citetur NN. exadverſo principalis, ad dicendum contra Jura producta, & repetita, videndum jurare Teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, admitti, committi et mandari reſtitui, dimiſſa copia collationata, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura hodie in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit admitti ſi, & in quantum &c. & ut ſupra, omni &c.

6 Productio verò poteſt fieri in Broliardo, ut infra, & aliàs, ut ſupra *p.* 1. *c.* 2. *n.* 2. *n.* 11. *& ſeqq.*

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. et ad docendum de ejus bono jure, & aliàs omni &c. facto per compulſum produxit Inſtrumentum publicum adeptionis poſſeſſionis domus (ſeù alterius rei, de qua agitur rogatum per Acta NN. prout in folio tenoris &c. & repetiit omnia alia jura, acta, & actitata per acta mei &c. in quantum &c. petens &c. omni &c.

7 Quod ſi inſtrumenta, & ſcripturæ deficiant, probanda erit poſſeſſio ſaltem de tempore litis motæ, vel paulò ante per teſtes, exhibendo in actis Articulos opportunos, citata Parte ad dicendum contra illos, juxta Praxim, de qua ſupra *p.* 1. *c.* 12. *n.* 8. *& ſeqq.* qui quidem Articuli poterunt confici, ut infra, aut alias juxta contingentiam facti, videlicet.

8 Articulos infraſcriptos dat, facit, exhibet, & producit Procurator. & eo nomine NN. contra NN. petens recipi, & admitti, & ſuper eis Teſtes inducendos, ſervatis ſervandis, examinari, ad ſuperfluam tamen probationem non ſe aſtringens &c. ſalvo jure &c. deducens, &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio &c.

In primis hic loco Articulorum, repetiit omnia Jura, in quantum &c. ex quibus, &c. licet &c. tamen &c. ad majorem cautelam, quatenus &c. probare vult, & intendit.

1. Che la verità fù, & è che il d. NN. articolante ha per ſpazio di molti, e molti anni, poſſeduto, e poſſiede unà Caſa poſta in Roma nel Rione di N. à lato alli beni di NN. di NN. & altri notiſſimi confini, della quale ha ſempre preſo, e ricevuto, e piglia, e riceve li frutti a debiti tempi dalli ſuoi Pigionanti, & affittuarii, & da chi è occorſo, e occorre, e come meglio li Teſtimonii informati deporranno per la verità del fatto, e così &c.

2 Item che le dette coſe ſon ſtate, e ſono vere, e di eſſe fù, & era, & è *publica* voce, e fama, palam &c.

Hos pro nunc &c. ſalvo jure &c. non ſe tamen aſtringens &c. non ſolùm ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Nomi de Teſtimonii.

NN. q. NN. Prænestinus Campſor in via NN.

NN. filius NN. Aromatarius Romanus.

Et alii nominandi N. N. N. N. N. N.

Probata verò poſſeſſione per Inſtrumenta, Scripturas, & jura, ſi quæ ſint, & illis recognitis, perſoniſque legitimatis, quatenus opus ſit, vel per Teſtes, vel alia legitima probationum genera, poteſt pars adverſa exceptiones præſcriptionis, & alias, ſi quas habet, opponere juxta Praxim, de qua ſupra *c.* 8. eaſque iiſdem modis probare, juxta Praxim ſuperius traditam *p.* 1. *c.* 2. *& c.* 10. *& c.* 11. 9

In termino tamen ad dicendum contra, debet ſemper actor proteſtari, non admitti jura, vel Articulos in præjudicium proceſſus, ac poſſeſſorii ſummarii, ſeu ſummariiſsimi intentari, nec judex admittere debet jura, ſeù Articulos, niſi cum ſolita clauſula, *ſine præjudicio*, ut diximus ſupra, *p.* 1. *c.* 8. *n.* 20. *& c.* 11. *n.* 5. & magis in terminis *p.* 2. *c.* 6. *n.* 16. 10

Et poteſt Actor, ſi in præmiſsis probandis, aut alias poſſit fieri mora, ſuſpendere petitorium, & proteſtari nihil fieri, niſi in mero poſseſsorio, ut ſupra hac eadem *p.* 2. *c.* 6. *n.* 18. & demum citare ad videndum manuteneri ut infra videlicet. 11

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum Inſtantem manuteneri in poſseſſione Domus, de qua agitur, & quodcumque Mandatum de manutenendo deſuper neceſsarium, & opportunum, decerni, & relaxari, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c. 12

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. relaxavit Mandatum de manutenendo, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Poteſt autem hoc ſummariſſimum Poſseſsorium intentari, & Mandatum de manutenendo obtineri in qualibet parte Judicii, & in qualibet inſtantia, dummodo poſseſſio, ut ſupra, & aliàs ſervatis ſervandis, legitimè probetur. 13

Et ſucceſſivè, elapſa prima die juridica, vel alio termino in decreto præfixo poſt exequutam intimationem, niſi pars adverſa adeat plenam Signaturam, obtenta ſuperſeſsoria, et niſi ob nullitatem, vel injuſtitiam Decreti obtineat committi, parte citata, cauſam appellationis, ad utrumque effectum, poteſt expediri Mandatum de manutenendo, et procedi ad illius executionem, ut inferius dicetur. 14

In poſseſsorio verò retinendæ plenario ſummario proceditur prævio Monitorio, ut infra videlicet. 15

De mandato Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi D. A. C. ſive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad Inſtantiam NN. poſseſſoris unius Domus ſitæ in Urbe in Regione NN. juxta bona NN. et NN. ſalvis aliis etc.

Tenore præſentium.

Moneatur NN. exadverſo principalis, Omneſque alii in exequutione præſentium nominandi, et cognominandi, quatenus infra triduum proximum, ſub 500. ducatorum etc. aliiſque etc. pœnis, debeant, et quilibet eorum debeat, d. NN. Inſtantem in pacifica, et quieta poſseſſione dictæ Domus, ac illius fructuum, redditUUm, et proventuum perceptione manutenuiſse, defendiſse, et conſervaſse manuteneri que, etc. illiſque pacificè, et quietè uti, frui, et gaudere feciſſe, nullumque damnum, nullamque moleſtiam dediſſe, et intuliſse, et ab omnibus, et ſingulis jactationibus, et Impedimentis d. NN de, et ſuper præmiſſis, ac præmiſſorum cauſa, et occaſione illatis, et inferendis etc. penitus, et omnino deſtitiſse, ceſsaſse, et abſtinuiſse, ceſsarique etc. feciſse damnaque, expenſas, et intereſſe paſsa et patien. etc. liquidan. etc. refeciſse, Mandatum.

tumque de manutenendo &c. ac aliud deſuper neceſſarium, et opportunum decerni, concedi, & relaxari, Ius, & juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe, præſentibuſque &c. paruiſſe, Deducens, &c. implorans &c. & aliàs omni meliori modo &c. Et ſi quis &c. compareat &c. Alioquin &c.

N. Notarius.

Locus † Sigilli.

Aliud Monitorium pro reductione innovatorum, in priſtinum.

17 De Mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C ſivè R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis, exponentis, ad ejus notitiam deveniſſe, quod NN. & alii forſan in exequutione præſentium nominandi, & cognominandi, moleſtarunt & perturbarunt, & ſe jactarunt, & adhuc jactant, velle moleſtare, & perturbare d. NN. Inſtantem, exiſtentem in pacifica, & quieta poſſeſſione infraſcriptorum bonorum, Tenore præſentium.

Moneatur N. N. exadverſo principalis, & alii in exequutione præſentium nominandi, & cognominandi, quatenus infra triduum proximum ſub 500 ducatorum &c. aliiſque pœnis &c. debeant, et quilibet ipſorum debeat, d. Inſtantem in pacifica, et quieta poſſeſſione infraſciptorum Bonorum, ac aliorum fructuum reddituum, & proventum perceptione, manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, manutenerique, nullumque damnum, nullamque moleſtiam dediſſe, aut intuliſſe ab omnibus, & ſingulis jactationibus, vexationibus, perturbationibus, et impedimentis d. Inſtanti de & ſuper præmiſſis, præmiſſorum cauſa, & occaſione illatis, factis, & præſtitis, ac præſtari, fieri, et inferri comminatis, inferendiſque penitus, & omninò deſtitiſſe, ceſſaſſe, illaſque aboleri, & caſſari feciſſe, ac ſepem inter infraſcriptam Vineam d. N. Inſtantis, et Vineam d. NN. exadverſo principalis factam, & foveam inter Viridarium ejuſdem Inſtantis, & bona ejuſdem Adverſarii ſimiliter factam, tanquam factam in rebus ipſius NN. Inſtantis, removiſse, et omnia in ſtatum priſtinum reduxiſse, damnaque expenſas, et intereſse, præmiſsorum cauſa, & occaſione paſſa &c. et patien. &c. ac liquidan. refeciſse, Mandatumque de manutenendo, & aliud deſuper neceſsarium, & opportunum decerni concedi, et relaxari, Jus, & Juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſsaria, & opportuna fieri vidiſse, præſentibuſque &c. paruiſse, Deducens &c. & alias omni meliori modo &c. & ſi quis &c. compareat &c. alioquin &c.

Tenor Bonorum, de quibus agitur.

18 Vna Vigna poſta fuori di Porta NN. à lato N. alli beni di N. N. & altri.

Vn Giardino poſto in Roma nel Rione di NN. à lato alli beni di NN. & NN. & altri.

NN Notarius.

Locus † Sigilli.

Aliud pro Manutentione in poſſeſſione rei locatæ.

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. Domini A. C. ſivè R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. poſseſsoris unius Apothecæ, poſitæ Romæ in Regione NN. juxta ſuos notiſſimos fines, ſibi locatæ, prout in actis ſuis loco, & tempore demonſtrabitur.

Tenore præſentium.

Moneatur NN. exadverſo principalis, quatenus infra triduum proximum, ſub 500. ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applican. ac Pro illis Mandati exequtivi, & in Juris ſubſidium Excommunicationis, aliiſque &c. pœnis &c. debeat, dictum D. Inſtantem in pacifica & quieta poſseſſione d. Apothecæ ſibi locatæ manutenuiſse, defendiſse, & conſervaſse, manutenerique &c. faciſse, nullumque damnum, nullamque moleſtiam dediſse, nec intuliſse, & ab omnibus, & ſingulis jactationibus, ac perturbationibus, & impedimentis d. N. Inſtanti, de, & ſuper præmiſſis, & præmiſsorum cauſa, & occaſione illatis, præſtitis, factis, præſtarique, fieri, et inferri comminatis, inferendiſque, & præſtan. dis in futurum, penitus, & omninò deſtitiſse, ceſsaſse abſtinuiſse, ceſsarique, et abſtineri feciſse, damnaque expenſas, & intereſse præmiſsorum cauſa, & occaſione paſſa, &c. patien. &c. ac liquidan. &c. refeciſse, Mandatumque de manutenendo, et aliud deſuper neceſsarium, & opportunum, concedi, decerni, & relaxari, Ius, & juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſsaria, & opportuna fieri vidiſse, præſentibuſque paruiſse, & de paritione docuiſſe &c. Deducens, &c. & alias omni meliori modo &c. & ſi quis &c. compareat &c. alioquin &c.

N. Notarius.

Locus † Sigilli.

Aliud ſuper Manutentione, in quaſi poſſeſſione exigendi Penſionem.

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C ſivè 19
R. P. D. NN ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis exponentis quod ipſe NN. fuit, & eſt in quieta, & pacifica poſſeſſione vel quaſi, exigendi annuam Penſionem ducatorum NN. ſuper fructibus redditibus, & proventibus Eccleſiæ NN. Apoſtolica auctoritate reſervatam, illiuſque terminos decurſos, & non ſolutos, prout in actis ſuis loco, & tempore verificabitur.

Tenore præſentium.

Moneàtur NN. Exadverſo Principalis, ſeù NN. ejus Procurator, quatenus infra triduum proximum ſub 500. ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applican. ac pro illis Mandati executivi, & in juris ſubſidium excommunicationis, aliiſque &c. pœnis, debeat d. D. Inſtantem, in pacifica & quieta poſſeſſione, vel quaſi exigendi dictam annuam Penſione ducatorum NN. illiuſque terminos decurſos, & non ſolutos, & in futurum ſuis loco, & tempore decurrendos, manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe manutenerique, defendi, & conſervari feciſſe, dictamque Penſionem, illiuſque terminos decurſos, & non ſolutos, & in futurum decurrendos ſuis loco, & tempore, eidem D. Inſtanti ſolviſſe, & de illis eidem ſatisfeciſſe, damnaque, expenſas & intereſſe præmiſſorum cauſa, & occaſione paſſa &c. & patien. &c ac liquidan. &c. refeciſse, Mandatumque de manutenendo, & exequutivum, et aliud neceſſarium, & opportunum decerni concedi, et relaxari, Jus, et Juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſſaria, et opportuna fieri vidiſſe, præſentibuſque &c. paruiſſe &c. deducens &c non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c. & ſi quis &c. compareat &c. alioquin &c.

N. Notarius.

Locus † Sigilli.

Aliud pro Manutentione in quaſi poſseſſione exigendi Canones, & fructus Cenſus.

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſſimi D. A. C. ſi- 20
vè R. P D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis exponentis, quod ipſe NN. fuit, & eſt in quieta, & pacifica poſseſſione, vel quaſi exigendi annuum perpetuum Canonem ſcutorum NN. ſuper Domo ſita in Regione NN. juxta bona NN. & NN & alios &c. ſi qui ſint &c. necnon fructus annui perpetui Cenſus ſcutorum NN. alias per q. NN. impoſiti ſuper Vinea ſita extra Portam N. juxta bona NN. & NN. Viam, & alios fines, ſi qui ſint &c. illorumq; terminos decurſos, & non ſolutos, prout in actis ſuis loco, tempora verificabitur.

Tenore præſentium.

Moneatur NN. exadverſo principalis, quatenus infra triduum proximum ſub 500. Ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applican. et pro illis Mandati executivi, ac in juris ſubſidium excommunicationis, aliiſque &c. pœnis debeat d. Dominum Inſtantem in pacifica, & quieta poſseſſione, vel quaſi exigendi dictum annuum perpetuum Canonem, & dictos fructus annui perpetui Cenſus illorumque terminos decurſos, & non ſolutos, & in futurum ſuis loco, & tempore decurrendos &c. manutenuiſse defendiſse, & conſervaſse, manutenerique &c. feciſse, & mandaſse. dictumque Canonem, & fructus Cenſus decurſos, & non ſolutos, & in futurum decurrendos ſuis loco, & tempore eidem Domino Inſtanti ſolviſse, & de illis eidem ſatisfeciſse damnaque, expenſas, et intereſse præmiſsorum cauſa,

& occaſione paſſi & patien. &c. ac liquidan. reſeciſſe, Mandatumque de manutenendo, & exequutivum, & aliud neceſſarium, & opportunum decerni, concedi, & relaxari, Ius, & Iuſtitiam miniſtrari, aliaque, deſuper neceſſaria, et opportuna fieri vidiſse &c. præſentibuſque &c. paruiſſe, deducens &c implorans &c. et alias omni meliori modo &c. et ſi quis &c. compareat &c. alioquin &c.

NN. Notarius.

Locus † Sigilli.

21 Monitorium Perſonaliter exequutum reproducitur illiuſque reproductio adnotatur in actis, ut infra videlicet.

22 Pro NN. contra NN.

Coram Domino meque &c. NN. Sanctiſs. D. N. Papæ Curſor retulit, ſe ad inſtantiam NN. perſonaliter monuiſſe NN prout in folio tenoris &c. omni &c.

Exadverſo verò Monitus poteſt negare Monitorium infra triduum à die monitionis, videlicet,

Pro NN. contra NN.

23 In Officio &c. NN. et negando Monitorium dixit narrata, prout narrantur, non fuiſſe, nec eſſe vera, & ad petita prout petuntur, non teneri Ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, verificatis verificandis, aliàs &c. omni &c.

24 Actor autem tenetur verificare Monitorium, etiamſi non fuerit negatum, & probare ejus incumbentia per Scripturas vel Teſtes, aut alia legitima probationum genera parte citata ut diximus ſupra *n. 4. in fin. & n. 5. & ſeqq.* Juribus ſemper quatenus opus ſit recognitis, & Perſonis legitimatis, ut ſupra, *q. 1. c. 2. n. 11. & ſeqq. & c. 5. n. 2. & ſeqq.*

25 Manutentio autem in hoc judicio datur Primò ei, qui ſervatis ſervandis, ut ſupra, ejus poſseſſionem probavit ſaltem de tempore litis motæ, ſeù conteſtatæ, & non aliàs.

26 Secundò, Datur Penſionario contra Titularem Beneficii probata poſſeſſione vel quaſi exigendi Penſiones, ut ſupra, & contra Succeſſorem in Beneficio probato etiam quod ſit Succeſsor.

27 Tertio, Datur etiam Manutentio exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi annuas præſtationes ac fructus Cenſuum, et Canones, et hujuſmodi, probata ſemper dicta poſſeſſione, vel quaſi exigendi, & aliàs ſervatis ſervandis, ut ſupra.

28 Reus conventus poteſt in hoc judicio deducere ejus exceptiones, præſcriptionis, & alias, ſi quas habet, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

29 In Officio NN. dixit non eſſe Parti adverſæ concedendum aliquod Mandatum de manutenendo, cum poſſeſſio, vel quaſi, de qua agitur, ſit pro parte dicti NN comparentis præſcripta ſpatio viginti, et triginta annorum, ideo nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, verificatis, verificandis, aliàs &c. omni &c.

Vel.

Pro NN. contra NN.

30 In Officio NN. dixit Adverſarium aliàs intentaſſe judicium ſuper immiſſionem in poſſeſſionem bonorum & jurium de quibus agitur prout, in actis idcirco ipſum habuiſſe ſe pro ſpoliato, vel falſum fuiſse, ſe non poſſidere, & ob id non eſse manutenendum, cum de aliqua ejus aſserta poſſeſſione non appareat, & nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, verificatis verificandis, aliàs &c. omni &c.

31 Et denique poteſt Reus deducere exceptiones, quotquot habet juxta Praxim ſuperius traditam *part. 1. cap. 7. et cap. 8.* illaſque probare per ſcripturas, vel Teſtes ac alia probationum genera citata Parte ad dicendum contra Iura, juxta Praxim, de qua ſupra *d. p. 1. c. n. 11. & ſeqq.* et ad dicendum contra Articulos, juxta ſuperius tradita *part. 1. capit. 10. num. 5. & c. 11. num. 2. & ſeqq.*

32 In Iurium autem, et Articulorum productione in termino ad dicendum contra debet Actor non ſolum opponere generalia contra, ſed etiam proteſtari non admitti in prejudicium &c. & Iudex debet admittere cum ſolita clauſula, *ſine prejudicio ſummarii, vel ſummariiſſimi poſſeſſorii intentati*, ut dictum fuit ſupra hac eadem *p. 2. c. 6. num. 16.*

Similique modo ſi in præmiſſis fieret mixtura Petitorii cum Poſſeſſorio, & ad cautelam etiam ne mixtura hujuſmodi fiat, debet Actor proteſtari, & ſuſpendere Petitorium, nè fortè cauſa aliàs appellabilis efficeretur, ut ſupra diximus, *d. part. 2. cap. 6. numer. 17. & ſeqq.* 33

Probatis demum probandis, poteſt citari Pars ut ſupra in ſummariiſſimo poſſeſsorio ad videndum manuteneri, vel ſi magis liber, poſſunt ſervari termini ſubſtantiales, & expediri cauſa, ut infra videlicet. 34

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad libellandum ad p. d. ad Articulandum ad 2a. ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad ſecundam, ad declarandum, ad jurandum de Calumnia, ad p. d. in terminis ſubſtantialibus, Inſtante NN principali, ſivè &c. 35

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura hodie in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra, & admitti, ſi & in quantum omni &c.

Vel ſi magis placet,

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad articulandum ad octavam diem ad dicendum Contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad a. in terminis ſubſtantialibus, Inſtante NN. principali, ſivè &c. 36

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura die NN. in actis producta, et repetita, et petiit, et obtinuit ſervari, ut ſupra, et admitti ſi, et in quantum, et omni &c.

Productio verò, et repetitio jurium in actis poteſt fieri juxta ſuperius tradita, *p. 1 c. 2. n. 11. et ſeqq.*

Et poſtea cauſa expediri per Decretum, ut infra, ea aliàs mutatis mutandis, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum reiterari omnes, et ſingulos terminos ſubſtantiales, male forſan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarumcumque facultatum, abſolvi Inſtantem à Cenſuris ad effectum, &c. deferri Iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendam Sententiam definitivam, & loco Sententiæ videndum *reintegrari Monitorium* (ſi illud fuit negatum) ac Inſtantem manuteneri in poſſeſſione Domus (vel in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi Penſionem annuam ducatorum N. N. ſuper fructibus Beneficii N. reſervatam vel annuum Canonem NN. vel fructus annui perpetui Cenſus NN. vel alterius rei) de qua agitur, & quodcumque Mandatum de manutenendo, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, et relaxari, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. 37

N. Notarius.

Decretum.

Relatione facta comparuit NN. & petiit, & obtinuit, ut ſupra &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma &c. deferri juramentum &c. qui tactis juravit &c. *(et reintegrari Monitorium)* & decerni, & relaxari Mandatum de manutenendo, ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN exadverſo principali, qualiter D. relaxavit Mandatum de manutenendo, & aliàs prout in actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Per Cedulam verò cauſa olim ſolebat, ut inferius, expediri, ſed cum reformatio ſel. rec. Pauli V. mandet cauſas Manutentionum expediri per Decreta, ob id in 38

A. C.

Digitized by Google

A. C. & aliis Tribunalibus poſt editam d. reformationem, cauſæ hujuſmodi tantum per Decreta expediri ſolent, & ita obſervat Praxis.

39 Vbicumque igitur cauſa Manutentionis eſſet per Cedulam expedienda, poſſet expediri citata Parte, ut infra, et alias mutatis mutandis, videlicet.

A. C. N.

40 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & incautè tentos in vim quarumcumque facultatum, abſolvi Inſtantem à Cenſuris ad effectum &c. deferri Juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit; concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendum, Sententiam definitivam in forma, & aliàs omni meliori modo &c. ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit & obtinuit, ut ſupra &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma &c. deferri Iuramentum &c. qui tactis &c. juravit &c. & ſententiari, prout in Cedula, quàm Reverendiſs. D. Locumtenens legit, ſubſcripſit, & mihi conſignavit, tenoris &c. ſuper quibus &c. præſentibus Sociis teſtibus &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni meliori modo &c.

41 Tenor Cedulæ Sententiæ, ſuper Manutentione in quaſi Poſſeſſione exigendi Penſionem, ſeù Canonem, ſeù Cenſum, aut aliam annuam præſtationem.

Chriſti nomine Invocato Pro Tribunali ſedentes & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam Sententiam, quàm de Juris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cauſis, quæ coram Nobis in prima, ſeù veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. Actorem ex una, & NN. Reum conventum ex altera partibus, de, & ſuper Manutentione in quaſi poſſeſſione exigendi annuam Penſionem ſcutorum NN. ſuper fructibus Eccleſiæ ſeù Beneficii N. authoritate Apoſtolica reſervatam [vel annuum Canonem Domus NN. vel fructus annui perpetui Cenſus ſcutorum NN. ſuper NN. alias impoſiti ex Inſtrumento rogato per acta N. prout in actis vel annuam Præſtationem NN.) de qua agitur, rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum NN. manutenendum, defendendum, & conſervandum fore, & eſſe prout manutenemus &c. & manuteneri, &c. mandamus, in quieta, & pacifica poſſeſſione, vel quaſi exigendi dictam annuam penſionem ſcutorum NN (vel d. annuum Canonem vel dictos fructus annui perpetui Cenſus, vel dictam annuam Præſtationem NN.) & quodcumque Mandatum de manutenendo deſuper neceſſarium, et opportunum decernendum, & relaxandum fore, & eſſe prout decernimus, & relaxamus, Victumque victori in Expenſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de Jure impoſterum reſervamus, et ita dicimus, pronunciamus, declaramus, & definitivè ſententiamus non ſolum, ut ſupra ſed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

42 Alia Cedula Sententiæ ſuper Manutentione in poſſeſſione Domus, et hujuſmodi ſtabilium.

Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de juris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeù veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. Actorem ex una, & NN. Reum conventum ex altera partibus, de, & ſuper Manutentione in poſſeſſione unius Domus ſitæ in Vrbe in Regione. NN. juxta bona NN. & NN. ſalvis aliis, ſi qui &c., de qua agitur, rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum NN. manutenendum, defendendum, & conſervandum fore, & eſſe, prout manutenemus &c. & manuteneri, &c. mandamus in quieta, & pacifica poſſeſſione d. Domus, ejuſque jurium, et pertinentiarum quarumcumque ac fructuum, proventuum, ac redditurum perceptione, contra, et adverſus NN. amoto eodem NN. detentore, & quodcumque Mandatum de manutenendo deſuper neceſſarium, & opportunum decernendum, et relaxandum fore, & eſſe, prout decernimus, & relaxamus, Victumque, Victori in Expenſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de Iure impoſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus declaramus, & definitivè ſententiamus, non ſolum præmiſſo ſed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

Deindè, niſi pars adverſa obtineat ſuperſederi, et ſucceſſivè committi cauſam appellationis ad utrumque effectum parte citata in plena Signatura Iuſtitiæ, ut ſupra *p.1.c.13.n.19.& ſeq.* vel aliud obſiſtat, expeditur Mandatum de manutenendo ſtatim lata Sententia, vel elapſo termino in Decreto contento, à die exequutæ Intimationis, ſi cauſa fuit expedita per Decretum. 43

Mandatum autem de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi Penſionem, Canonem, Cenſum, ſeù annuam præſtationem expeditur, ut infra videlicet. 44

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A C. ſivè R. P.D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis.

Tenore Præſentium.

Mandatur vobis Exequutoribus, Subexequutoribus, & aliis ad quos ſpectat, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, ſub 500. ducatorum &c. aliiſque pœnis &c. debeatis, & quilibet veſtrum debeat, dictum Dominum NN Inſtantem in quieta, & pacifica poſſeſſione vel quaſi exigendi annuam Penſionem ducatorum NN. authoritate Apoſtolica reſervatam ſuper fructibus Eccleſiæ, ſeù Beneficii NN. (vel annuum canonem ſcutorum &c. NN. vel fructus annui perpetui Cenſus ſcutorum NN &c. vel annuam præſtationem ſcutorum NN &c.) de qua agitur, manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, contra, & adverſus NN exadverſo principalem, et alia deſuper neceſſaria, et opportuna feciſſe, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque, Quia d. NN. Adverſario Citato in vim Sententiæ deſuper latæ, prout in actis (vel quia d. NN. Adverſario citato, & intimato, prout in actis, ſi cauſa fuit expedita per Decretum), Reverendiſs. D. ita mandavit, hac die &c.

NN. Notarius.

Locus † Sigilli,

N Locumten.

Expedito Mandato de manutenendo in poſſeſſione, vel quaſi exigendi Penſionem, ſeù Cenſum, ſeù canonem, ſeù annuam præſtationem, ſtatim poteſt relaxari Mandatum exequutivum in exequutionem Mandati de manutenendo, abſque alio decreto *decerni* citata parte, ut infra videlicet. 45

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad docendum de quacumque nova conventione, ſolutione, aliiſque præjudicialibus, calculandum, quatenus &c. calculo facto ſolvendum terminos decurſos, & non ſolutos annuæ penſionis ducatorum NN. de qua agitur, (vel fructus Cenſus NN. vel Canones NN. vel terminos annuæ præſtationis NN. decurſos, & non ſolutos) juxta formam ſuæ obligationis & jurium de quibus in actis, ac in exequutionem Mandati de manutenendo deſuper expediti, prout in actis, alias videndum decerni, et relaxari Mandatum exequutivum, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. 46

N. Notarius.

Decretum.

NN petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. (*vel aliud tempus Iudici beneviſum*) cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. relaxavit Mandatum exequutivum, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Succeſſivè elapſo termino in Decreto contento à die exequutæ Intimationis, illa reproducta, expeditur Mandatum exequutivum, juxta formulam ſuperius traditam, *p.1.cap.6.n.9.* circumſcripta verò obligatione Camerali, juxta Formulam de qua ſupra, *d.p.1.cap.6.* *n.* 50. 47

*n.*10.*& p.* 2. *c.*6.*n.*27. mutatis ſemper mutandis, prout requirit contingentia facti.

48 Cujus quidem Mandati exequutivi vigore proceditur ad exequutionem, juxta ſuperius tradita, *part.*1.*cap.*14.*& ſeqq.* poteritque Reus conventus ſuas exceptiones non deductas deducere in hoc ſtatu cauſæ, juxta ſuperius adnotata, *p.*1 *c.*8.*& ſeqq.*

49 Sicut autem à Mandato de manutenendo non datur appellatio, ita etiam non admittitur à mandato exequutivo in illius exequutionem conceſſo, et relaxato.

Mandatum autem de manutenendo in poſſeſſione Domus, Vineæ, et hujuſmodi ſtabilium expeditur, ut infra, et aliàs juxta contingentiam facti mutatis mutandis, videlicet.

50 De Mandato Illuſtriſſimi et Reverendiſſimi D. A. C. ſivè R. P. D. NN. ejus in civilibus Locumtenentis, et ad inſtantiam NN principalis.

Tenore præſentium.

Mandatur vobis exequutoribus, et aliis ad quos ſpectat quatenus ſtatim viſis &c. ac receptis præſentibus, ſub 500 ducatorum &c. aliiſque pœnis &c. debeatis, & quilibet veſtrum debeat eundem NN. inſtantem manutenuiſſe, defendiſſe, et conſervaſſe in quieta, & pacifica poſſeſſione Domus ſitæ in Vrbe in Regione N. juxta bona NN. & NN. ſalvis aliis, ſi qui &c. (vel alterius rei immobilis, de qua agitur) illiuſque jurium, membrorum, & pertinentiarum quarumcumque, contra, & adverſus NN. quibuſcumque in contrarium facien. non obſtantibus, faciendo eidem NN. inſtanti de fructibus, redditibus, & proventibus ex d. Domo quomodolibet provenientibus, ſuis loco, & tempore, per quos opus fuerit, reſponderi, præmiſſaque, & alia opportuna faciatis, amotis exinde, et expulſis omnibus, & quibuſcumque illicitis detentoribus, & inſuper auferatis de bonis, de domo, vel aliundè d. NN. adverſarii bona valoris Juliorum NN. pro expenſis præſentis mandati, quæ capta, & ablata deponantur, ut moris eſt, ad effectum ſubhaſtandi, & de pretio d. D. Inſtanti ſatisfaciendi, quoniam ipſo NN. adverſario citato, & intimato (vel ipſi NN. citato in vim ſententiæ deſuper latæ) prout in actis Reverendiſs. D. ita mandavit, hac die &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

51 Licèt autem in ſummario, & in ſummariſſimo poſſeſſorio retinendæ, de quo agitur, non detur appellatio ſuſpenſiva, nihilominus ſentiens ſe læſum ob nullitatem, vel iniuſtitiam Decreti, vel ſententiæ obtinere poterit, juſta, ac rationabili ſubſiſtente cauſa, ſuperſeſſoriam à præfecto Signaturæ, ac proindè adire plenam Signaturam pro commiſſione cauſæ appellationis, citata parte, juxta Praxim ſuperius traditam, *par.*1.*cap.*13 *n.*19 *et ſeqq.* interponendo in primis appellationem coram Judice à quo infra legitima tempora ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

52 Coram D. meque &c. NN. habita notitia de prætenſo Decreto facto, ſeù ſententia lata ad aſſertum favorem NN. contra NN. ab ea, & omnibus aliis gravaminibus &c. ad Sanctiſs. D. N. Innocentium Papam Decimum, ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam appellavit prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris &c. petens &c. omni &c

Cui D. dedit refutatorios in forma omni &c Tenor Cedulæ.

53 A quadam definitiva prætenſa ſententia, ſeù Decreto definitivo, lata ſeu facto, ut dicitur ad aſſertum favorem NN. contra NN. de, & ſuper prætenſa manutentione in poſſeſſione domus (ſeù in quaſi poſſeſſione exigendi aſſertam penſionem, ſeù cenſum, ſeù canonem ſeù fructus cenſus, ſeù annuam præſtationem, de qua agitur) ſitæ in Vrbe in regione N juxta ſuos notiſſimos fines, de qua agitur, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis &c. Procurator, & eo nomine dict. NN. ſentiens ſe læſum, & gravatum, & timens impoſterum magis lædi, & gravari, ab illa, ſeù ab illo, & toto proceſſu deſuper fabricato, ad Sanctiſs. D. N. Innocentium X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam in biſſcriptis provocat, appellat, & æque principaliter de nullitate dicit, petens ſemel, bis, tertiò, ſæpè, ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, et inſtantiſſimè, ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus &c. à non admiſſione, ac toto ulteriori proceſſu, iterum provocat, & appellat, & de nullitate dicit, ut ſupra ac toties quoties &c. itaut ſit ultimus in appellando &c. & interim &c. nihil innovari &c. aliàs de nullitate, & attentatis &c. proteſtans &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Commiſſio verò in plena Signatura proponenda, ut infra, & aliàs juxta contingentiam facti, mutatis mutandis, fieri poterit, videlicet.

Romana.

Beatiſſime Pater. Licèt devotus S. V. Orator NN. à 54
pluribus annis citra reperiatur in pacifica, & quieta poſſeſſione domus ſitæ in Vrbe in Regione N. juxta ſuos notiſſimos fines, cum bona fide, & juſto titulo nihilominus NN. adverſarius ſententiam favorabilem ab A. C. ſuper prætenſa manutentione in poſſeſſione ejuſdem domus, & fructuum illius perceptione, non minus nulliter, quam injuſtè, contra dictum oratorem extorſit, à qua quidem ſententia idem Orator ad S. V. appellavit, & de nullitate dixit; ſupplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, nullitatis, & nullitatum, ex trium, iniquitatis, & notoriè injuſtitiæ infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de jure, &c. una cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis ac toto negotio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Sacri Palatii Apoſtolici Auditori audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus quoties, Conſtitutionibus, ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, ſtatum &c. pro plenè &c.

Verum ſi cauſa non eſt Rotalis, petitur committi alicui Romanæ Curiæ Prælato, ut ſupra, hac eadem *p.*2.*c.*6.*n.*32.

Alia commiſſio appellationis in materia penſionis.

Vrbis.

Beatiſſime Pater. Exponitur humiliter S. V. pro par- 55
te illius devoti Oratoris NN. quod menſibus elapſis NN. adverſarius egit coram A. C. contra Oratorem, de, & ſuper prætenſa manutentione in quaſi poſſeſſione exigendi annuam penſionem aſſertam ſcutorum NN. alias ſuper fructibus Eccleſiæ NN. ut dicitur reſervatam, & licèt dictus adverſarius non docuerit, ſaltem legitimè de aliqua quaſi poſſeſſione manutenibili, & in omnem eventum ex juribus pro parte Oratoris productis manifeſtè appareat, ipſum adverſarium habuiſſe ſe pro ſpoliato, nihilominus ſententiam favorabilem ab eodem Judice, contra Oratorem ſuper præmiſſis, extorſit. Dignetur igitur S. V. cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ à d. aſſerta ſententia infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de Iure &c. unà cum omnibus incidentibus, dependentibus, annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, et quas &c. alicui S. V. Sacri Palatii Apoſtolici Auditori audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus, quibuſcumque, ſtatum &c. pro plenè &c.

Signatura, ex quo in hoc judicio non datur appella- 56
tio ſuſpenſiva, ſolet committere cauſam cum clauſula, *ſine præiudicio mandati de manutenendo*, ſed ſi Decretum, vel ſententia patiatur difficultatem, adeo quod ſit dubium, an appellatio ſit necnè admittenda, reſcribit

Digitized by Google

bit cum clauſula, *quatenus ſit locus Ægidianæ*. Si verò nullitas, & injuſtitia ſit patens, ſolet cauſam appellationis ſimpliciter committere, prout in aliis poſſeſſoriis, & diximus hac eadem *par. 1. cap. 6. num. 33. & ſeqq.*

57 Idcirco quoties locus eſt exequutioni mandati de manutenendo, ſi illud non fuit expeditum, poteſt ut ſupra, expediri, & ad illius exequutionem ſuper manutentione in poſſeſſione, vel quaſi exigendi penſionem, & ſimiles annuas præſtationes procedi, ut diximus ſuperius, *verſ. ſucceſſivè, n. 47.*

Sed ad exequutionem ejuſdem, ſuper manutentione in poſſeſſione Domus, & aliorum ſtabilium proceditur, tradendo illud exequutoribus, qui exequuntur juxta illius formam, & tenorem, de qua quidem exequutione Notarius actuarius rogatus conficit publicum Inſtrumentum, ut infra, & alias juxta facti contingentiam, videlicet.

58 In Dei nomine Amen, NN. exequutor Baroncelli Curiæ Illuſtriſs & Reverendiſs. D. A. C. mihi cognitus &c. cui eſt directum mandatum de manutenendo in poſſeſſionem unius domus ſitæ in Vrbe in Regione N. juxta bona NN. & NN. etiam, & alios, ſi qui ſunt &c ad inſtantiam NN. contra NN. per acta mei &c per R. P. D. NN. A. C. Locumtenentem ſub die NN. ſeu &c. ſervatis ſervandis decretum, & relaxatum, prout in actis &c. quod quidem mandatum, præ manibus habens mihi tradidit præſenti inſtrumento inſerendum, tenoris, videlicet. De mandato &c. (hic inſeratur tenor mandati) vigore cujus mandati ſupradictum NN. in poſſeſſione dictæ domus manutenendo induxit eundem in realem corporalem, & actualem poſſeſſionem ejuſdem domus, &c. quiquidem NN. ſic inductus, & manutentus, d. domus realem corporalem, & actualem poſſeſſionem ingreſſus, ejus antiquam poſſeſſionem continuando, in ſignum veræ, realis, corporalis, & actualis poſſeſſionis per illam de ambulavit, hoſtia, & feneſtras claudendo, & aperiendo, & alios hujuſmodi poſſeſſorios actus neceſſarios, & opportunos faciendo, NN. Inquilinum ibi repertum expellendo &c. proteſtans d. NN. quod per ejus inde diſceſſum, aut receſſum è d. Domo non intendit ejus poſſeſſionem continuatam, acceptam, & acquiſitam dimittere, aut relaxare, ſed illam animo, & corpore retinere, & continuare, non solùm, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c. Actum &c. præſentibus &c. teſtibus ad præmiſſa &c. vocatis, habitis, atque rogatis &c. omni meliori modo &c.

59 Sed ſi quis ad exequutionem, ut ſupra procedere non potuerit, vel etiam ſi potuerit, tamen potius per viam intimationis, & cenſurarum procedere voluerit, tunc intimatur parti adverſæ perſonaliter mandatum de manutenendo, & reproducitur, ejuſque reproductio adnotatur in actis, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

60 Coram Domino meque &c. NN. Sanctiſs. D. N. Papæ Curſor retulit ſe perſonaliter intimaſſe NN. mandatum de manutenendo, prout in folio tenoris &c. omni &c.

61 Vel ſi intimatio fuit facta in partibus reproducitur, & adnotatur in actis reproductio dicti mandati, ut infra videlicet.

Pro NN contra NN.

62 In Officio &c. NN. & reproduxit mandatum de manutenendo in partibus legitimè adverſario intimatum, unà cum inſtrumento publico illius intimationis à tergo, prout in folio, tenoris &c. omni &c.

Deinde obſervantur quatuor termini ad docendum ſe paruiſſe, ut infra, videlicet.

A. C. N.

63 Citetur NN. exadverſo principalis, ad docendum ſe paruiſſe mandato de manutenendo, primò pro prima dilatione, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra ſervari, ſecundò pro ſecunda, omni &c.

Et ſucceſſivè fit ſecunda citatio, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad docendum ſe paruiſſe mandato de manutenendo ſecundò pro ſecunda dilatione, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, ſervari tertiò pro tertia omni &c.

Et fit tertia citatio, tenoris, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad docendum ſe paruiſſe mandato de manutenendo tertiò pro tertia dilatione ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, ſervari, quartò pro quarta omni &c.

Et fit quarta citatio tenoris videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad docendum ſe paruiſſe mandato de manutenendo, quartò pro quarta, & ſuperabundanti dilatione, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra omni &c.

64 Qui quidem ſtylus intimationis perſonalis, & obſervationis quatuor terminorum ad docendum ſe paruiſſe, non ſolùm obſervatur pro obtinenda declaratoria ob non paritionem mandato de manutenendo, ſed etiam ob non paritionem ſententiæ, rei judicatæ, vel alteri mandato, vel literis Apoſtolicis, & in omnibus aliis caſibus, non tamen in materia obligationis Cameralis, in qua ad fulminationem cenſurarum proceditur juxta Praxim ſuperius traditam *part. 1. cap. 14. nu. 53. & ſeqq.*

Obſervatis autem dictis quatuor terminis, ut ſupra, fit citatio ad Sententiam, ut infra, videlicet.

A. C. N.

65 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, abſolvi Inſtantem à cenſuris ad effectum &c. concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendam ſententiam definitivam in forma, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra &c. deferri juramentum &c. qui tactis &c. juravit &c & ſententiari, prout in Cedula, quam Reverendiſs D. Locumtenens legit, ſubſcripſit, & mihi conſignavit, tenoris &c. ſuper quibus &c præſentibus Sociis teſtibus &c. & alias omni meliori modo.

Tenor Cedulæ Declaratoriæ.

66 Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes. Per hanc noſtram definitivam ſententiam, quam de juris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeù veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia inter NN. actorem ex una, & NN. Reum conventum partibus ex altera, de, & ſuper paritione mandato, de manutenendo, rebuſque aliis in actis cauſæ, et cauſarum hujuſmodi latius deductis, Dicimus, ſententiamus, decernimus, & declaramus d. NN. Reum conventum excommunicationis, aliaſque Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras & pœnas in d. Mandato de manutenendo contentas, ob non paritionem d. mandato ſibi intimato, poſſeſſionis, ac domus (ſeù alterius rei de qua agitur) non dimiſſionem, fructuumque perceptorum non reſtitutionem damnabiliter incidiſſe, & incurriſſe, ipſumque ſic excommunicatum, & declaratum publicè denunciandum, & ab omnibus Chriſti fidelibus arctius evitandum, literaſque declaratorias deſu-

deſuper neceſſarias, & opportunas decernendas fore, & eſſe, prout declaramus, evitari mandamus, decernimus concedimus, & relaxamus, Victumque Victori in expenſis, condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure Impoſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus ſententiamus, ac decernimus, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

67 Lata vero declaratoria (niſi in ea fuerit præfixus terminus quindecim dierum ad parendum), quo caſu eſt intimanda parti adverſæ cum Cedula, & expectandus lapſus termini præfixi à die intimationis, ut ſupra *p. 2. c. 8. n. 27. & n. 30.* ſtatim Cedulones expediri, & affigi poſſunt ut infra, & alias juxta contingentiam facti, mutatis mutandis, videlicet.

Cedulonus.

68 Dominus NN. detentor domus NN. exadverſo principalis hic Apoſtolica authoritate denunciatur excommunicatus, aliaſque Eccleſiaſticas ſententias cenſuras, & pœnas in mandato de manutenendo contentas ob illius non paritionem, & domus non dimiſſionem, fructuumque non reſtitutionem, damnabiliter incidiſſe declaratur, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Locus † Sigilli,

N. Locumten.

69 Cæterum, ſi exequutio ſit facienda in partibus, expeditur inſtrumentum declaratoriæ, ut infra, & aliàs juxta facti contingentiam, videlicet.

70 Chriſtophorus Vidman Utr. Sig. Sanctiſs. D.N. Papę Referendarius, Protonotar. Apoſtolic. necnon cauſarum Curiæ Cam. Apoſt. generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, ſententiarum quoque, & cenſurarum, tam in Romana Curia, quam extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiſs. D.N Papa ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus Theſaurariis, Sacriſtis, Canonicis, Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, eorumquę Locumten. Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Curatis, & non Curatis, cęteriſque Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis per Civitatem, & diœceſim N. & alias ubilibet conſtitutis, illique vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, imò veriùs Apoſtolicis firmiter obedire Mandatis. Noveritis quod lite, & cauſa coram nobis inter NN. actorem ex una, & NN. Reum conventũ ex altra partibus introducta, de, & ſuper manutentione in poſſeſſione domus NN. vel alterius Rei, de qua agitur, exequuto contra d. NN. Monitorio, & relatione facta, & pro illius verificatione pro parte dicti NN. Actoris exhibitis nonnullis, juribus, & articulis, ac examinatis teſtibus, ſervatis omnibus terminis de ſtylo Curię ſervari ſolitis, tandem R. P. D. Angelus Utriuſq; Sign. Sanctiſs D.N. Papę Referendarius, & noſter in Civilibus Locumtenens d. NN. exadverſo principali per unum ex Sanctiſs. D. N. Papæ Curſoribus, prout etiam ad omnes, & ſingulos præcedentes actus, citato, viſis videndis &c. ad favorem d. NN. Actoris contra d. NN. ſuam in ſcriptis promulgavit ſententiam ſuper manutentione tenoris, videlicet.

Chriſti nomine invocato &c. Cujus ſententiæ vigore; ad inſtantiam ejuſdem NN. mandatum de manutenendo fuit ſervatis ſervandis, expeditum, tenoris &c. De Mandato &c. Super vero d. mandato de manutenendo d. NN. perſonaliter intimato, & citato eodem NN exadverſo principali, ad docendum ſe illi paruiſſe, obſervatis terminis de ſtylo Curiæ ſervari ſolitis, tandem eodem NN. ut ſupra denuo citato, ſuam contra d. NN. ſententiam declaratoriam ob d. mandato non paritionem protulit, tenoris infraſcripti videlicet. Chriſti nomine invocato &c. quam quidem ſententiam & omnia alia ſupra vobis omnibus, & ſingulis Intimamus; & ad cujuslibet veſtrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes, ne de præmiſſis ignorantiam aliquam prætendere valeatis, voſq. omnes, et ſingulos prædictos, tenore præſentium monemus, & requirimus, vobis vero aliis ſupradict. Juſtitiæ miniſtris tenore præſentium committimus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam pro parte d. NN. præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeù aliquis veſtrum fuerit requiſitus, eundem NN. in pacifica, & quieta poſſeſſione domus NN. ſeù rei de qua agitur juriumq; & pertinentiarum, ac fructuum, proventuum, & reddituum perceptione contra d. NN. amoto eodem NN. detentore, manuteneatis, conſervetis, defendatis, ac manuteneri, conſervari, & de fructibus, proventibus, & redditibus reſponderi faciatis, & manderis, prout nos, in quantum poſſumus, manutenemus, conſervamus, & manuteneri, & de fructibus reſponderi per præſentes mandamus. Et nihilominus d. NN. detentorem, ut ſupra excommunicatum, & declaratum, in veſtris Eccleſiis, monaſteriis, & cappellis, aliiſque locis publicis publicè nuncietis, & ab aliis nunciari, & ab omnibus Chriſti fidelibus arctius evitari faciatis, & mandetis, donec aliud nobis, vel Superiore noſtro deſuper habueritis in mandatis, lecta, lata &c. in quorum &c. Datum &c.

N. Notarius.

Locus † Sigilli.

N. Locumten.

Tandem in hoc manutentionis judicio non eſt omittendum, quod ſi utraque pars contendat ſe poſſidere, & neutra poſſederit, vel poſſeſſio ſit adeo turbida, ut non appareat, quis poſſideat, eoque magis ſi adſit timor ſcandali, & rixæ, ac nè partes de hujuſmodi poſſeſſione contendentes veniant ad arma, ac his conſtet, & appareat in actis, tunc Judex non debet alicui ex dictis partibus concedere mandatum de manutenendo, ſed ubicumque aliqua partium citaverit adverſarium ad videndum manuteneri, vel ad videndum inhiberi ne accedat ad bona, de quibus agitur, vel ad quid ſimile, Judex prævia avocatione poſſeſſionis ad ſe, debet decernere, & apponere ſequeſtrum, ut infra, & aliàs ſecundùm contingentiam facti, mutatis mutandis, videlicet. 71

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum inſtantem manuteneri in poſſeſſione bonorum, de quibus agitur, & mandatum de manutenendo deſuper neceſſarium decerni, & relaxari, & decretum opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali ſive &c. 72

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, ut ſupra. Ex tunc D. ex officio, & per modum proviſionis, ſine præjudicio quorumcumque jurium ambarum partium, tam in Petitorio, quàm in poſſeſſorio, avocavit ad ſe poſſeſſionem dictorum bonorum, eamque unà cum fructibus ſequeſtravit penes NN. quem in ſequeſtratorem, ſeu Depoſitarium elegit, ad effectum conſignandi cui de Jure inhibendo partibus, nè ad dd. bona accedant ſub pœnis &c. omni &c 73

Tenor ſequeſtri.

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſſimi D.A.C. ſivè R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenen. 74

Tenore præſentium.

Sequeſtrentur, & ſub firmo arcto ſequeſtro ponantur penes NN. omnia, & ſingula bona infraſcripta, eorumque poſſeſſio, ac fructus, redditus & proventus, injungentes expreſsè eidem NN. ſequeſtratori ſub 500. ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applican. & pro illis mandati exequutivi; & in juris ſubſidium excommunicationis, aliiſque pœnis &c. ut dd. bona illorumque poſſeſſionem, & omnes & ſingulos fructus, redditus, & proventus, præſentes, & futuros illorum exigat & conſervet, ad effectum conſignandi, cui de jure, ad omne mandatum Domini, inhibenteſque eidem ſub eiſdem pœnis, ne dd. bona, aut illorum fructus ſequeſtratos alicui perſonę dare, tradere, & conſignare audeat, abſque licentia Domini ſub quovis prætextu, necnon etiam inhibentes ſub eiſdem pœnis NN. & NN. de dd.

de dd. bonorum poſſeſſione contendentibus, ne audeant, ſub quovis colore, ad dd. bona accedere, aut in eorum fructuum perceptione ſe ingerere, ſeù d. NN. ſequeſtratorem in præmiſſis perturbare, vel impedire, itaut liberè ſinant & permittant hujuſmodi ſequeſtrum ſuum plenarium effectum ſortiri, injungentes inſuper ſub eiſdem pœnis omnibus ad quos ſpectat &c. ut de fructibus, & redditibus univerſis eorundem bonorum d. NN. ſequeſtratori ſeù depoſitario reſponderi faciant, quibuſcumque non obſtantibus, quia in vim decreti per modum proviſionis ſervaria ſervandis, emanari, ad omnem bonum finem, & effectum R. D. ita mandavit, hac die &c. & ſi quis &c. compareat &c. alioquin &c. hic inſeratur tenor bonorum de quorum poſſeſſione agitur.

N. Notarius.

Locus † Sigilli.

75 B Quod ſi aliqua partium ſequeſtratorem, ſeù depoſitarium ſuſpectum, B allegaverit, quod fieri poteſt ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

76 In Officio NN. & medio juramento tactis &c. allegavit ſuſpectum, & ſuſpectiſſimum NN ſequeſtratorem, ſeù depoſitarium electum, ut aſſeritur bonorum, de quibus agitur, ideò dixit nihil fieri, niſi ſervaris ſervandis, verificaris verificandis, aliàs &c.

77 Tunc erit citanda pars ad concordandum, de alio ſequeſtratore in locum NN. ſuſpecti allegati, & Judex eligit alium de conſenſu, ſin minus ex officio juxta ſuperius tradita, *p. 2. c. 8. n. 38. & ſeqq.*

Ad partes vero ſequeſtrum poteſt expediri, ut infra videlicet.

78 Chriſtophorus Vidman &c. (D. NN. ſalutem in D. & noſtris, immò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis) vertente lite coram nobis inter NN. ex una, & NN. ex altera partibus, de, & ſuper prætenſa manutentione in poſſeſſione nonnullorum bonorum ſitorum in territorio NN. videlicet (*hic exprimatur tenor bonorum cum ſuis vocabulis & confinibus*) nos per modum proviſionis, ac ſine præjudicio jurium amborum partium, tam in Petitorio, quàm in Poſſeſſorio, ſuper dictis bonis, eorumque poſseſſione, ac fructibus ſequeſtrum appoſuimus, et apponi ſervatis, ſervand. mandavimus, teque in ſequeſtratorem, ex quo partes non contradicunt, ex officio elegimus, prout per præſentes eligimus, & deputamus. Quo circa tibi committimus &c quatenus &c. ſub mille ducatorum aliiſque pænis &c. mandari exequutivi, ac excommunicationis in ſubſidium juris &c. prædicta bona, illorumque poſſeſſionem, ac omnes, et ſingulos fructus, redditus, et proventus, quoſcumque eorumdem, bonorum, nunc, et pro tempora exiſtentca lite pendente, d. authoritate noſtra, imò verius Apoſtolica, ſub firmo, et arcto ſequeſtro raneas dictoſque fructus reditus ac proventus exigas, et percipias, ac utiliter omnia dd. conſerves, ac cuſtodias, ad uſum. ac utilitatem partis in hujuſmodi cauſa victoriam obtenturæ, ac ad effectum conſignandi ad omne mandatum noſtrum etc. et donec, et quouſque hujuſmodi ſequeſtrum fuerit revocatum etc. Inhibemus prærerea dd. NN. et NN. dictorum poſseſſionem contendentibus, et aliis quibuſque nè ſub eiſdem pœnis audeant, vel præſumant ad dd. bona accedere, ſeù quoquomodo in d. bonorum fructuum perceptione ſe ingerere, aut d. ſequeſtratorem in præmiſſis perturbare, vel impedire; ita quod liberè ſinant, et permittant hujuſmodi Sequeſtrum ſuum plenarium effectum ſortiri, injungentes nihilominus ſub eiſdem pœnis omnibus, ad quos ſpectat etc. ut de fructibus, et emolumentis univerſis dd. bonorum eidem Sequeſtratori reſpondeant, et reſponderi faciant, quibuſcumque non obſtantibus etc. abſolutionem, etc. in quorum. &c

N. Notarius.

Locus † Sigilli.

N. Locumt

Obſervationes.

Remedia retinendæ poſſeſſionis ſunt interdictum, A
nè vis fiat ei, quod datur immiſſo ex primo De- 79
creto, & rei ſervandæ gratia, de quo in *l. 1. & tot. tit. ff. ne vis fiat ei.*

Interdictum *de Superficiebus*, quod datur pro retentione Superficiei, hoc eſt partis ſuperioris viſibilis terræ conductæ, de quo *in l. 1. & tot. tit. ff. de Superfic.*

Interdictum *de itinere, actuque privato*, quod datur pro retentione poſſeſſionis vel quaſi itineris, actus, & viæ de quo *in l. 1. & tot. tit. de itin. actuque priv.*

Interdictum *de aqua quotidiana, & æſtiva*, quod datur pro retentione ductus aquæ, de quo *in l. 1. & tot. tit. ff. de aq. quot. & æſtiv.*

Interdictum *de Fonte*, quod datur pro retentione aquæ hauſtus è Fonte, de quo *in l. 1. ff. de Fonte.*

Interdictum *de Rivis*, quod datur pro retentione poſſeſſionis, vel quaſi purgandi Rivos, & aquæ ex illis ducendæ, de quo *in l. 1. & tot. tit. ff. de Rivis.*

Interdictum *uti poſſidetis*, de quo *in l. 1. & tot. tit ff. & C. uti poſſid.*

Interdictum *Vtrobi*, de quo *in l. 1. ff. Vtrobi.*

Officium verò Judicis competit, quando Partes de 80
poſſeſſione contendunt armis.

De quibus remediis latè Menoch. in ſuo celebri *tract. de retin. poſſ. per tot.*

Præcipua verò retinendæ poſſeſſionis remedia ſunt 81
interdicta *uti poſſidetis, & utrobi*, quorum utrumque à primis verbis edicti prætoris ſic dicitur, *l. 1. ff. uti poſſid. & l. 1. ff. utrobi*, quæ quidem interdicta omnia ſunt de jure prætorio introducta, ut ex præallegatis juribus clarè patet.

Interdictum *uti poſſidetis* competit pro retentione, 82
& conſervatione rerum ſtabilium, *l. 1. & tot. tit. ff. uti poſſid.* Bart. & DD. *in l. 1. C. ut poſſid.* Boccac *de interd. uti poſſid. c. 2. n. 15.*

Et pro rebus etiam incorporalibus, Bart. *in l. 1. §. ac* 83
ſatis dationis, n. 2. C. uti poſſid. Dec. *in l. licet cauſam, n. 215. de probat.*

Nec non pro re mobili cohærente rei immobili, cum 84
tunc res mobilis pars rei immobilis dicatur *lib. 1. §. illud atque, & §. ſeq. ff. de vi, & vi armat.* Boccac. *de interd. uti poſſid. c. 2. n. 15.*

Et demum etiam habenti jus in Mare, *l. ſanè ſi Ma-* 85
ris, ff. de Injur. Boccac. *d. c. 2. n 17.*

Interdictum verò *utrobi* ſignanter competit pro re- 86
mobili, *§. retinendæ Inſtit. de Interd. l. 1 ff. utrobi*, Boccac. *de interd. uti poſſid. c. 2. n. 15. & c. 6. n. 1. & ſeqq.*

Eſt autem retentio legitima detentio corporea, & 87
mentalis, vel mentalis tantum vera, vel ficta rei poſſidendæ cauſa, Covar. *in cap. poſſeſſor. in. p. 2. eelt. 8. n. 2. de reg. Jur. in 6.*

Vel eſt aſſecutæ poſſeſſionis, & apud ſe exiſtentis conſervatio Menoch. *de retin. in prælud. n. 3.* Boccac. *de Interd. uti poſſid. c. 2. n. 2.*

Interdicta *uti poſſid. & utrobi*, hodie ſunt exequa- 88
ta nam utrumque competit ei, qui non vi, non clam, non precario poſſidet tempore litis conteſtatæ, *§. retinendæ, §. ſed int edicto, & §. hodie, Inſt. de interd. l. 1. in princ. & in § hoc interdictum, ff. uti poſſid. & l. 1. §. hoc Interdictum, ff. utrobi* Boccac. *de Interd. uti poſſid. d. c. 2. n. 3. & c. 6. n. 1. & ſeqq.*

Interdictum retinendæ manutenet poſſeſſorem ſeu 89
Detentorem in poſſeſſione, ſeù detentione rei, in qua non vi, nec clam, aut precario exiſtit tempore litis conteſtatæ, *d. §. hodie, Inſt. de interd.* Bart. *in l. ait Prætor, §. quod ait, n. 12. & nu. 14 ff. uti poſſid.* cum aliis allegatis ſupra *verſic. remedia, n. 79.* Boccac. *de interd. uti*
poſſid. cap. 2. num. 1. c. 6. num. 2. & † ob id in Romana 90
Curia appellatur Mandatum de manutenendo, Boccac. *d. c. 2. n. 1.*

Ruſus Interdictum retinendæ, quod datur pro re 91
immobili, eſt duplex, directum, quod datur ut ſupra pro re immobili, & utile, quod datur pro quaſi poſſeſſione rerum incorporalium, ſed hoc quoque directum voca-

vocari poſſe, licet ſola mens Legis concurrat, tradunt DD. communiter Dec. *in cap. licet cauſam, n. 215. ubi de communi, de probat.* Boccac. *de intered. uti poſſid. c. 8. n. 1. & ſeq. ubi de communi teſtatur.*

92 Fuit autem manutentio ſumma ratione introducta, ne partes de poſſeſſione contendentes venirent ad arma utque in primis conſtet quis Actoris, & quis Rei partes ſuſtinere deberet, Contard. *in l. 1. lim. 3. n. 48. C. ſi de mom. poſſeſſ. agatur*, Menoch. *de retin. rem. ult. n. 12.* Scacc. *de Appel. q. 17. lim. 6. memb. 2. n. 1.* Benintend. *dec. 79. n. 3.* Rot. *dec. 404. num. 5. p. 2. recent.*

93 Judicium manutentionis eſt ſummariſſimum, & breve, Caſtr. *conſ. 3. n. 2. lib. 2.* Menoch. *de retin. rem. ult. n. 4.* Covar. *pract. q. c. 17. n. 1. & ſeqq.* Rot. *dec. 641. n. 7. part. 1. diverſ. & dec. 1. n. 2. & dec. 341. n. 4. p. 3. & dec. 383. nu. 7. p. 4. recent.*

94 In quo quidem manutentionis judicio, incidenter intentato, monitorium, ſeù libellus non requiritur, quandiu lis fuit prius per monitorium, aut libellum aut aliàs legitimè introducta, vel Iudex concedit ex officio manutentionem; ſecus ſi lis non fuerit antea introducta, vel conceditur manutentio ad inſtantiam partis, Menoch *de retin. remed. 3. num. 453.* Rot. *dec. 123. n. 12. p. 7. recent.*

95 Sed hoc non procedit in judicio retinendæ, ſeù manutentionis ſummario, ſeù plenario, de quo Rota *d. dec. 641. num. 7. & ſeq. par. 1. diverſ.* & Greg *deciſ. 273. num. 13. & ſeqq.* in eo enim libellus, ſeu monitorium, quod illius loco ſuccedit omninò requiritur, Menoch. *d. remed. 3. n. 453.* Saluſt Tib. *in Prax. lib. 2. c. 7. n. 1. & ſeqq.* Rot. *deciſ. 123. num. 6. & ſeqq. p. 7. recent.* & ita paſſim obſervat praxis.

96 Verùm Petens manuteneri non eſt Reus neceſſarius, ſed actor originarius, & voluntarius, & ſignanter ſi petit in primis, & ante omnia manuteneri, Rota *in Valentina Penſionis, 31. Ianuarii 1600. coram bon. me. Patriarcha Hieroſolymitano*, apud Marcheſan. *de Commiſſ. ſtat. par. 3. §. 2. dec. 1. n. 1. fol. 353 & ſeqq.* Gregor. *dec. 64. n. 5.*

97 Sæpè tamen in hoc judicio uterque eſt Actor, & uterque Reus, dùm uterque dat Libellum, ſeù manuteneri contendit, nec conſtat quis reverà Actor, & quis Reus dici debeat, Menoch. *de retinen. remed. 3. num. 759. verſ. hæc ergo opinio*, Boccac. *d. Intered. uti poſſid. d. c. 15. nu. 1. & ſeq. & num. 13.*

98 Quod procedit, etiamſi una Pars prius ad judicium provocaverit, quia hoc reſpicit ordinem, non ſubſtantiam judicii, Menoch *d. remed. 3. num. 759. verſ. hæc ergo, & nu. 68. & ſeq.*

99 Inſuper Petens manuteneri debet citare Partem adverſam, nàm quicquid aliàs obſervatum fuit, hodie Manutentio niſi cauſa cognita Parte citata, non concedunt Pius V. *Conſtit. 117. Inter illa, in §. mandata, ſecundum antiq. impreſſ.* Sal. Tiber. *in prax. lib. 2. cap. 7. num. 6.* Put. *dec. 223. lib. 1.* Greg. *deciſ. 457. num. 2. & ſeqq.*

100 Et denique ut quis Mandatum de Manutenendo obtinere valeat, probare debet ſe poſſediſſe rem in cujus poſſeſſione manuteneri petit, nàm Manutentio datur Poſſidenti, *§. retinendæ. Inſtit. de Interd. lib. 1. in princ. & in §. hujus autem, & l. pen. §. Creditores ff. uti poſſid.* Rolan. *conſ. 46. num. 22. & ſeqq. lib. 2.* Covar. *pract. quæſt. cap. 17. numer. 3.* Tiraq *le mort. ſaiſit. part. 4. dec. 1. num. 20.* Rota *in Regien. Reſervationis fructuum, 6. Jun. 1586. coram bo. mem. Gypſio, & in Peruſian. Reſciſſionis contractus 24. Februarii, & 18. Martii 1588. coram bon. mem. Card. Blanchetto*, Seraph. *deciſ. 157. num. 7. & ſeqq.* Rota *dec. 56. num. 1. & dec. 508. num. 1. part. 2. & deciſ. 8. num. 9. & dec. 29. nu. 1. part. 5. & dec. 107. num. 2. & ſeqq. p. 6. & dec. 49. num. 1. & ſeqq. part. 7. recent.* Coccin. *dec. 14. num. 1. & ſeqq. deciſ. 99. num. 1. deciſ. 135. n. 1. dec. 150. n. 2. deciſ. 261. n. 2. deciſ. 286. n. 1. deciſ. 314. num. 1. & ſeq. dec. 354. num. 1. & ſeqq. dec. 366. n. 1. deciſ. 378. n. 2. deciſ. 417. num. 2. & ſeqq. deciſ. 586. n. 1. & ſeqq. dec. 488. n. 1.* Cavaler. *dec. 71. n. 4. & dec. 106. num. 1. & ſeqq.* Buratt. *dec. 378. n. 4. & dec. 904. n. 5. & ſeqq.* Greg. *dec. 459. num. 1.* Duran. *dec. 308. n. 5.*

101 Hoc tamen primò procedit, ubi, & quando de ejus poſſeſſione conſtat, *§. retinendæ, & §. hodie Inſtit. de Interd. cum aliis prœallegatis* Rot. *dec. 391. num. 1. part. 2. & dec. 512. numer. 2. part. 4. & deciſ. 378. numer. 2. part. 7. recent.* Greg. *dec. 160. num. 1.* Secus ſi de illius poſſeſſione non conſtet. Aret. *in lib. 3. num. 8. verſ. hæc tamen dicta ff. de acq. poſſ.* Rot. *deciſ. 4. num. 11. part. 2. diverſ. & deciſ. 63. & dec. 605. num. 1. et deciſ. 685. num. 1. part. 1. & dec. 282. num. 9. par. 6. & deciſ. 73. numer. 1. & dec. 290. num. 2. p. 7. recent.* Burat. *dec. 489. num. 1.* Duran. *dec. 320. num. 1.*

Secundò procedit, quando quis in ſua poſſeſſione turbatur Bart. *in l. 1. §. & hujus autem, nu. 2. & in § interdictum, n. 1. ff. uti poſſid.* Rolan. *conſ. 46. n. 22. l. 2.* Caval. *dec. 315. num. 1.* 102

Non ſolùm autem qui vult obtinere Manutentionem debet probare ſe, ut ſupra poſſediſſe, ſed debet inſuper docere de ejus poſſeſſione de tempore turbationis ſeù litis motæ, ſeu conteſtatæ d. *§. retinendæ, verſic. ſed interdicto. ibi nam uti poſſidetis, & § hodie Inſtit. de Inter. d. l. Prima § interdictum, ff. uti poſſid. & l. 1. ff. utrobi*, Bart. *in d. l. 1. § fin. numer. 2. ff. uti poſſ. cum aliis allegatis ſupra verſ. Interdictum retinendæ, num. 89.* Covar *pract. quæſt. cap. 17. num. 3.* Rot. *dec. 4. num. 11. part. 2. diverſ. & in Civitatis Caſtell. Bonorum. 8. Novembris 1589. cor. clar. me. Card. Pamphilio, impreſſ. apud* Marcheſan. *de Commiſſ. pag. 1. pag. 969 ſecund. nov. impreſſ. & in Pacen. Sacriſtiæ, 27. Iunii 1597. coram bon. mem Peregrino, impreſſ. apud* Poſt. *de Manuten. deciſ. 388.* Seraph *dec. 1047. num. 7.* Rot. *dec. 512. num. 1. & dec. 683. num. 1. part. 1. & dec. 171. num. 1. & deciſ. 238. num. 1. deciſ. 263. num. 1. & deciſ. 501. num. 2. part. 2. dec. 150. nu. 1. dec. 188. num. 1. & dec. 260. num. 1. part. 3. & dec. 106. num. 2. deciſ. 466. num. 1. & dec. 563. num. 1. p. 4. & dec. 13. num. 1. deciſ. 70. n. 4. dec. 156. num. 1. & dec. 123. num. 1. part. 7. rec.* Greg. *dec. 582. num. 1.* Cavaler. *dec. 242. num. 1. deciſ. 359. num. 1. & deciſ. 565. num. 1.* ubi quod hoc eſt tritum in Rota, Duran. *dec. 21. num. 1. deciſ. 49. num. 1. & deciſ. 156. num. 1.* vel paulò ante, ac immediatè ante litem motam, Vetall. *dec. 198. part. 2.* Rota *in d. Civitatis Caſtelli Bonorum, 8. Novembris 1589. coram clar. me. Cardinali Pamphilio*, Coccin. *dec. 110. num. 5.* aliàs ei denegatur Manutentio, Bart. *in l. 1. §. fin. num. 14. uti poſſid.* Alex. *conſ. 92. §. Perſpecti, nu. 4. verſ. quod. aut. lib. 1.* Rot. *dec. 63. num. 1. part. 1. & dec. 762. num. 1. part. 3. & dec. 249. num. 1. p. 4. recent.* Coccin. *dec. 12. num. 4.* Buratt. *dec. 145. num. 1. dec. 220. dec. 292. n. 2. dec. 431. num. dec. 506. n. 1. & dec. 614. n. 3.* 103

Sufficiunt tamen ad effectum obtinendi Mandatum de manutenendo probationes leviores, Caſtr. *conſ. 3. num. 3. verſ. quare lib. 2.* Covar. *pract. quæſt. c. 17. nu. 4. late* Menoch *de retin. rem. ult. q. 8. num. 34.* Verall. *deciſ. 382. part. 2.* Seraph. *dec. 1113. num. 1.* Rot. *dec. 81. num. 1. p. 1. & dec. 375. num. 2. part. 3. lib. 3. diverſ. & dec. 287. num. 2. p. 2. & dec. 564. num. 4. part 3. & dec. 383. num. 3. parti 4. & dec. 85. num. 3. p. 5. dec. 156. num. 2. & dec. 316. num. 1. part. 6. & dec. 12. num. 5. & dec. 13. num. 1. & ſeqq. part. 7. rec.* Greg *dec. 258. num. 3. & dec. 324. n. 5.* Coccin. *dec. 31. nu. 4.* Caval. *dec. 74. nu. 4.* Buratt. *dec. 222. num. 5. & dec. 591. n. 3. & dec. 827. num. 6.* Duran. *dec. 21. n. 4. & dec. 29. n. 4. & dec. 49. n. 3. dec. 324. n. 27. & dec. 330. n. 2.* 104

Vnde infertur Primò ut ad obtinendam Manutentionem ſufficiat ſemiplena probatio, Alex. *conſ. 103. n. 3. lib. 7.* Bero. *conſ. 43. num. 47. l. 3.* Menoch *de retin. remed. ult. num. 34.* Seraph. *dec. 624. n. 5.* Rota *in Sorana Beneficiorum, 28. Maii 1587. coram bo. me. Orano impreſſ. apud* Pacif. de Salv. *dec. 33. in antiq. & deciſ. 36. in nov. & apud* Poſt. *de Manuten. dec. 333.* Rot. *dec. 158. num. 1. p. 3. rec.* Buratt. *dec. 222. num. 5. & dec. 360. num. 2. & dec. 375. n. 3. & deciſ. 572. num. 7.* quam probationem in hoc ſummario judicio paſſim admittit Rota cor. Buratt. *dec. 691. n. 3.* 105

Debent tamen probationes eſſe in ſuo genere concludentes, ut inducant Judicis animum ad ita indubitatè credendum, Socin. *conſ. 98. nu. 8. lib. 4.* Andr. *dec. 106. n. 2.* cum aliis allegatis per Ferentill. ad Buratt. *d. dec. 273. n. 13.* 106

Secundò infertur, ut ſufficiat etiam qualis qua- 107
lis

Digitized by Google

lis probatio, minor ſemiplena, Caſtr. conſ. 3. nu. 3. l. 2. Menoch. de retin. d. rem. ult. num. 34. Seraph. dec. 1154. num. 3.

108 Tertiò infertur, ut ſufficiat probatio etiam præſumptiva, Alex. conſ. 103. num. 3. lib. 7. Rot. dec. 375. num. 1. & ſeq. p. 3. l. 3. diverſ.

109 Quartò infertur ut ſufficiant etiam Teſtes de fama Alex. d. conſ. 103. num. 3. lib. 7. Menoch. de retin. remed. ult. nu. 34. And. dec. 106. nu. 1. Rot. dec. 13. nu. 1. & ſeq. p. 7. recent.

110 Quintò infertur ut ſufficiat etiam unicus teſtis de viſu, Menoch. de retin. d. rem. ult. num. 34. Rota in d. Sorana Beneficiorum, coram bo. me. Orano, Seraph. dec. 684. nu. 5. & dec. 1047. nu. 4. Rota dec. 196. nu. 6. part. 1. & dec. 375. nu. 1. part. 3. lib. 3. diverſ. & dec. 15. nu. 15. & dec. 326. num. 1. part. 6. recent. & in Romana Hæreditatis, 16. Junii 1645. coram R. P. D. Meltio Andr. dec. 106. nu. 1. Caval. dec. 44. num. 3. dec. 223. num. 1. & dec. 306. nu. 3. Buratt. dec. 591. num. 4. & dec. 104. num. 4. Duran dec. 21. nu. 4. Beltram. ad Greg. dec. 260. n. 3.

111 Etiamſi dictus Teſtis non ſit omninò idoneus adeò quod Monachus pro Monaſterio, & Canonicus pro Capitulo admittatur, Rot. dec. 313. num. 2. poſt conſ. Farinacc. lib. 2. Buratt. dec. 360. num. 3. Cavaler. dec. 44. num. 4. Ferentill. ad Buratt. dec. 222. num. 14. nam

112 † in ſummariiſſimo Poſſeſſorio exceptiones contra Teſtes non admittuntur Roland. conſ. 8. num. 31. verſ. ult. lib. 4. Covar. pract. quæſt. cap. 17. num. 4. Rot. dec. 28. nu. 4. & nu. 9. part. 1. diverſ. & dec. 118. nu. 3. part. 4. & dec. 156. nu. 4. part. 6. rec. & in d. Romana Hæreditatis, 19 Junii 1645. coram R. P. D. Meltio Caval. dec. 44. nu. 4. & dec. 223. nu. 2. Gregor. dec. 449. num. 10. & ibi Beltram. nu. 11. alios cumul. Burat. dec. 904. n. 3.

113 Sextò infertur, ut ſufficiat confeſſio Partis, Dec. conſ. 125. nu. 1. Rota in d. Peruſina Refectionis, 24. Februarii 1588. coram bo. me. Card. Blanchetto, Duran. dec. 118. num. 1.

114 Septimò infertur, ut ſufficiat etiam confeſſio extrajudicialis, quæ de æquitate Canonica plenè probat, Rot. dec. 4. nu. 1. par. 2. diverſ. & in Anconitana Bonorum 13. Januarii 1645. cor. R. P. D. Meltio, & eo magis ſi fuit ſæpius repetita, quia tunc habet vim judicialis, Rot. in Romana Domus, 26. Aprilis 1632. cor. Eminent. D. Card. Veroſpio.

268 Verum mandatum de manutenendo in ſummariiſſimo poſſeſſorio obtentum, ſi pars adverſa nunquam poſſedit, non poteſt revocari, niſi per ſententiam definitivam, Mantic. *deciſ.* 202. *num.* 5. & *ſeq.* Rot. *deciſ.* 534. *num.* 17. *part.* 4. *diverſ.*

269 Bene poteſt manutentus petere ab Adverſario cautionem de non moleſtando, Bart. *in l.* 1. *§. interdictum*, *nu.* 10. *ff. uti poſſid.* Aretin. *in §. quadrupli*, *n.* 48. & *ſeqq. Inſtit. de act.* Put. *dec.* 61. *lib.* 3.

270 Demum à mandato de manutenendo in ſummariiſſimo poſſeſſorio detinendæ non datur appellatio, quod procedit non ſolum de Jure Civili per *tex. in l.* 1. *C. ſi de moment. poſſeſſ. agat.* ſed etiam de jure canonico per *ten. in cap. fin. §. de poſſeſſione etiam* 2. *quæſt.* 6. Contard. *in d. lib.* 2. *limit.* 3. *nu.* 48. *C. ſi de momen poſſeſſ. agat.* Menoch. *de retin. remed. ult. quæſt.* 17. *n.* 48. & *ſeqq.* Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 6. *membr.* 2. *n.* 1. Benintend. *deciſ.* 76. *num.* 6. Seraph. *dec.* 129. *num.* 2 & *ſeq.* Rot. *dec.* 287. *n.* 7. *part.* 2. & *dec.* 84. *n.* 1. *part.* 7. *rec.* Caval. *deciſ.* 88. *num.* 2. Duran. *dec.* 255. *num.* 6.

271 Sed hoc procedit ad effectum ſuſpenſivum, nam ad effectum devolutivum datur appellatio, *l. prima*, *C. ſi de momen. poſſeſſ. agat. cap. fin. §. de poſſeſſione etiam*, 2. *q.* 6. Contard. *d. lim.* 3. *num.* 49. Benintend. *d. deciſ.* 79. *n.* 6. & *ſeq.* Rot. *d. deciſ.* 287. *n.* 7. *part.* 2. & *dec.* 84. *num.* 1 *par.* 7. *recent.*

Quidquid in contrarium dixerit Caballin. *ad Conſ. Ægid. lib.* 6. *c.* 2. *in verb. civili n.* 11. & Menoch. *de retin. d. remed. ult. num.* 50. & *ſeq.*

Soletque Signatura, ſi poſſeſſio eſt clara reſcribere, cum clauſula, *ſine præjudicio*, vel ſi poſſeſſio eſt turbida cum clauſula, *quatenus ſit locus Ægidianæ*, *vel cum facultate manutenendi quem de Jure*, prout de hac ultima clauſula tradit, Lancel. *de Attent. capit.* 5. *lim.* 1. *n.* 12. & *n.* 101. Cavaler. *dec.* 616. *n.* 3 Rot *dec.* 315. *n.* 66. *part.* 6. *rec.* 272

Et licèt Saluſt. Tiber. *in Prax. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 11. dicat Signaturam reſcribere cum dictis clauſulis, quando cauſa fuit expedita per Cedulam, ſecus vero ſi cauſa fuit expedita per Decretum, nam tunc commiſſionem omninò reiicit, ex quo Judex poteſt dictum Decretum quandocumque retractare, cum quod eum, nunquam tranſeat in Judicatum.

Nihilominus in cauſa Ravennaten. Bonor. pro DD. de Regibus contra Illuſtriſſimam D. Mariam Piam, prætendentibus dd. de Regibus cauſam appellationis committi ad utrumque effectum, Me ex adverſo pro illius rejectione informante, de anno 1632. R.P D. Oliverio proponente, Signatura reſcripſit cum clauſula, *ſine præjudicio mandati de manutenendo*, etiamſi cauſa manutentionis in ſummariiſſimo poſſeſſorio fuiſſet expedita per ſimplex Decretum, multo magis autem poterit de jure cauſa appellationis committi cum dictis clauſulis, *quatenus ſit locus Ægidianæ*, *vel cum facultate manutenendi, quem de Jure*, quando poſſeſſio eſt, ut ſupra turbida. 273

Nec videtur relevare, quod hujuſmodi Decreta quo ad Judicem non tranſeant in Judicatum, quia etiam Decreta facta in cauſis exequutivis virtute obligationis Cameralis non tranſeunt in judicatum quoad Judicem, qui poteſt ab illis quandocumque recedere, juxta ſuperius tradita *part.* 1. *cap.* 8. *num.* 293. & nihilominus Signatura ſæpe ab illis committit cauſam appellationis cum clauſula, vel ſine, juxta praxim de qua ſupra *d. part.* 1. *cap.* 13 *numer.* 490. & *ſeqq.* ideò data inſtantia correxit argumentum, ut bon. mem. Sanctes Ballarinus I.C. Peruſinus in Almo Piſano Gymnaſio inſignis juris civilis ordinarii è primo loco, horis matutinis, interpres præceptor meus (à quo de anno 1618. Doctoratus lauream Piſis, univerſo Collegio approbante, conſecutus ſui dicere conſuevit vulg. *§. Pavonum*, *Inſtit. de rer. diviſ.* & tradit Coccin. *dec.* 513. *num.* 3. 274

Et ob id manutentione conceſſa per Decretum poterit Signatura, vel cauſam appellationis penitus reiicere, prout à Decreto Rotali aliquando rejecit, vel illam committere cum clauſula ſibi beneviſa, prout non ſemel commiſit. 275

Quinimò ſi cauſa fuit expedita per Cedulam ab hujuſmodi ſententia de jure communi dari appellationem in omnibus poſſeſſoriis tradunt Bal. *in l. unica*, *n.* 8. *C. de moment. poſſeſſ. agat.* Oſaſc *deciſ.* 25 *num.* 10. *verſ. ſimiliter*, Put. *dec.* 278. *n.* 2. *lib.* 2. & in ſpecie in poſſeſſorio retinendæ Mantic. *deciſ.* 202. *num.* 4. & *num.* 5. Duran. *dec.* 221. *num.* 4. 276

Sed hoc procedit, quando ſententia habet admixtam cauſam proprietatis, ut ex præallegatis clarè colligitur, ſecus ſi ſententia ſit lata in mero poſſeſſorio abſque ulla petitorii mixtura, nam per ſolam Cedulam non alteratur natura judicii, nec ſententia efficitur appellabilis, ſubſtantia etenim, & natura judicii, non verba ſententiæ attendi debent, Felin. *in cap. ſignificante*, 6. *verſ. ſimiliter de reſcript.* Duran. *deciſ.* 60. *num.* 47. & *ſeq.* Rot. *deciſ.* 84. *n.* 17. & *ſeqq. part.* 7. *recent.* ubi quod hoc procedit, etiam ſi Judex in Cedula dixerit, *per hanc noſtram definitivam ſententiam*, nàm non ideò ſententia efficitur definitiva, ſi de ſui natura eſt interloquutoria, & ita paſſim obſervat Praxis, & Curia. 277

Et ſententia lata in mero poſſeſſorio, etiam per Cedulam, intrat adhuc Ægidiana prohibens in eo appellationem, Rot *deciſ.* 117. *n.* 17. *part.* 5. *rec.* licèt ſi, poſſeſſio ſit turbida, ſoleat Signatura cum clauſula, *quatenus ſit locus Ægidianæ*, *vel cum facultate manutenendi*, 278

di, quem de jure, ſupra reſcribere Saluſt. Tib. *d.lib a.c.7. num.11.*

280 Hodie tamen mandata de manutenendo in Curia, in poſſeſſorio ſummariiſſimo, Judices omnes renentur expedire per viam Decreti, non autem per viam Cedulæ, Pauli V. *in refor. Trib.Vrb. conſt.71. Uolverſi agri. §. mandata de manutenendo in poſſeſſorio*, & ob id cum ita hodie obſervetur in Proxi, an à ſententia in Curia lata, ut ſupra per Cedulam, detur appellatio, nec nè, diſputare non eſt opus.

281 Verum quoniam aliquando ante litem cœptam, & aliquando etiam lite pendente Partes de poſſeſſione certant armis, tunc Judex ex officio ad tollenda ſcandala, & rixas, ne Partes deveniant ad arma, debet omninò providere, Menoch. *de retin. remed. ult. n. 1.& ſeqq.* Scacc. *de appell. q. 17. limit.6. membr. 2. n. 1.*

282 Et ob id ſi ei non conſtet, quis poſſideat, & quis non poſſideat, debet ſuper hoc capere ſummariam informationem, quam ſequeſtrum omnino requirit, ot juri-

283 dicè concedi poſſit, Buratt. *deciſ. 13.numer.5.*& † ubicumque ei conſtiterit de poſſeſſione unius debet, poſſidenti concedere mandatum de manutenendo, & inhibere alteri parti, nè eum moleſtet. Caſtr. *conſ.3. n.2.libe.2.* Bald. *conſ.244.libe.6.* Felin. *in rubr. de treg. & pac. n. 11. verſ. nona declaratio.* Neviz. *conſ.80. num. 7. cum aliis cumulatis per* Roi. *conſ.8. num 25. libr.4.* Menoch. *de retin d. remed. ult. num 11.& ſeq.* Scacc *de appell. quæſt. 17. limit 6. mem 8. n. 20.* Capyc. *dec.96. n.11.* Beniotend. *deciſ.73. n.7. & ſeq.*

284 Veruntamen, ſi poſt captam informationem, & omnem diligentiam adhibitam, ut ſupra Judici non conſtiterit, aliquam ex partibus contendentibus poſſidere, ſeù eſſe anteriorem, ſeù potiorem in poſſeſſione, eo quia poſſeſſio ſit hinc indè valdè turbida, debet ipſe, ſine præjudicio jurium partium, tam in petitorio quam in poſſeſſorio, per modum proviſionis, ut praxis obſervat, avocare ad ſe poſſeſſionem una cum fructibus, & apponere ſequeſtrum, inhibendo partibus ſub pœnis ejus arbitrio, nè ad dictam poſſeſſionem accedant, donec fuerit ſuper poſſeſſorio plenario, vel petitorio plenè cognitum, Bal. *in l. ordinarii, n.9. C. de rei vind.* Curt. *Sen. conſ. 60. n. 2. verſ. hoc tamen*, Scacc. *de Appell quæſt. 17. lim. 6. membr. 1. n 18.* ubi ponit hanc Praxim, Capyc. *dec.96. n. 1.* Pot. *dec.372. l. a.* Benintend. *dec.73. n 6.* Buratt *dec.527. n. 2. & ſeq. & n 6. cum aliis cumulatis ſup par. 1. c. 14. n. 159.*

285 Eoque magis ſequeſtrum eſt apponendum, prout ſupra quando poſſeſſio eſt vacans *c. cum nos, de offic. ordin.* Capyc. *dec.96. num. 01. ibi ſi neuter poſſidet*, Seraph. *deciſ. 1403. num.5.* Rota *dec.136. num.4. & deciſ.185. num.1. & deciſ.386. n. 0. recent. cum aliis allegatis ſupra d p. 1. c. 14. num. 160.*

286 At ſi conſtat ut ſupra, de poſſeſſione unius, non eſt locus ſequeſtro, Bero *conſ. 31. num. 5. & ſeqq. lib. 3.* Contard. *in l. unica, limit. 16. n. 12. C. ſi de mome. poſſeſſ. agat* Scacc. *de appell. d. limit. 6. mem. 0. n. 2.* Capyc. *d. dec. 96. n. 11.* Benintend. *dec 73. n 6.* Rot *dec. 093. num. 8. part. 1. rec.* etiam ſub prætextu metus armorum, Bald. *in l. ordinarii, n. 9. C. de rei vind.* Curt. *Sen. conſ. 60. n. 2. verſ. hoc tamen* Grat. *conſ. 10. n. 11. lib. 1.* Scacc. *d. lim. 6. mem. 2. n. 21.* Capyc. *dec. 96. n. 11.* Beltram. ad Greg. *dec. 9. n. 18. cum aliis allegatis ſupra d. p. 1. c. 14 n. 63.*

287 Debetque Judex etiam ſuper metu armorum parte citata ad videndum jurare Teſtes, & capi informationem ſuper timore ſcandali, ſummariam capere informationem diſcutere, an revera adſit metus hujuſmodi, Ang. *conſ. 107. in fin.* Contar. *in d. l. unica, lim. 16. n. 10.* Menoc. *de Adipiſ. remed. 6. n. 20. in fin.* Beninten. *d. dec. 73. n. 3. cum aliis, quos cumulat, & ſequitur.* Scacc *de App. d. q. 17. lim. 6. memb. 2. num 08.*

288 Ut enim Judex poſſit apponere ſequeſtrum ſub. Prætextu metus, nè partes veniant ad arma debet ſibi prius conſtare de hujuſmodi ſuſpicione inter partes, Scacc. *d. lim t. 6 memb. 2. n. 19* Beninten. *d. dec. 73. n. 3.*

289 Alias ſequeretur maximum abſurdum, nàm quilibet poſset fingere rixam ad hoc ut ejus adverſarius privaretur commoditate poſseſſionis, & fructuum Papien. *in Prax. in form. ſequeſtr. §. ſapiens, n. 3.* Scacc. *d. mem. 2. n. 29. verſ. ratio.* Beninten. *d. dec. 73. num. 4.*

290 Nec judici aſserenti, adeſse periculum rixæ, ſivè armorum eſt credendum, niſi quærenti conſtet in actis, Angel. *conſ. 107. in fin.* Menoch. *de adipiſc. rem. 6. n. 15. & ſeq.* ubi quod opinio *Angeli*, eſt recepta, Scacc. *memb. 2. n. 19. verſ. & in tantum*, Beniot. *d. dec. 73. n. 3. in fin.*

291 Ad cognoſcendum autem, an conſtet de ſuſpicione rixæ, plurimum attenditur qualitas perſonæ, Pariſ. de Put. *de Syndic. in verbo Judex, ut non arguatur, n. 1. tom. 7. fol. 247.* Scacc. *de Appell. d. limit. 6. mem. 0. n. 19. verſ. & in tantum.*

292 Sed concluſio, quod Judex debet aſsumere informationes ſuper metu armorum parte citata, non procedit, quando periculum eſſet in mora, & nimis urgens, ut potè quia Judex videbat partes paratas ad arma; nam tunc ratione nimis imminentis periculi, poſſet Judex aſſumere informationes, & procedere ad inhibitionem, vel ad ſequeſtrum, etiam parte non citata, quo caſu poſſet ſolum impugnari ſequeſtrum tamquam emanatum abſque ſuſpicione rixæ, cum citatio ad id non eſſet neceſſaria, Contard. *in l. unica, limit 16. num. 16. C. ſi de moment. poſſeſſ. agat.* Scac *d. quaſt. 17. limit. 6. membr. 2. num. 30.*

293 Secus ſi periculum non erat nimis urgens, nec in mora, nam tunc requiritur cognitio, parte citata, Benintend. *d. dec. 73. n. 14.* Scacc. *d. mem. 3. num. 30.*

294 Ex quibus infertur, quod ſi adeſt in cauſa Mulier, Pupillus, vel alia Perſona non armigera ceſſat timor armorum, ac proindè Judex non debet hoc caſu decernere ſequeſtrum, niſi cauſa cognita, & citatis Partibus, Pariſ. *conſ. 41. n. 31. & ſeqq. lib. 1. & aliis quos refert*, & ſequitur Scacc. *de appell. d. q. 17. lim. 6. mem. 0. num. 31.*

295 Ubicumque ergo quis timet, ſe vexari in ſua poſſeſſione, poterit adire Judicem, & docere de ſui poſſeſſione, inſtando inhiberi Adverſario, nè eum moleſtet, & tunc ſi periculum ſit imminens armorum, & ſcandali, judex poterit, capta ſummaria informatione ſuper præmiſſis ſi viderit periculum in mora abſque alia citatione inhibere ad inſtantiam Partis, vel ex officio, non poſſidenti, nè poſſeſsorem moleſtet, illum poſseſsorem conſtituendo, quem tempore litis motæ invenerit poſſidere Benintend. *d. deciſ. 73. n. 13. & num. 14* Ludou *deciſ. Peruſ. 20. n. 0. verſ. vel quando*,

296 At ſi poſseſſio ſit vacans, & partes feſtinant armis illam apprehendere, tum Judex, ſi periculum eſt in mora, & nimis urgens capta ſummaria informatione, etiam parte non citata, poſseſſione, ut ſupra cum fructibus ad ſe evocata, decernet Sequeſtrum, inhibendo partibus, nè ad eam accedant, Menoch. *de adip. d. remed. 6. n. 19.* Benintend *d. dec. 73. num. 14. in fin. & num. 15.* Ludov *dec. Peruſ. 20. num. 2 quos refert*, & ſequitur Scacc. *d. memb. 0. num. 30.*

297 Idemque Juris eſt, ſi poſseſſio non eſt vacans, ſed hinc indè valdè turbida, ut per eundem Ludov. *d. dec. 20. num. 2. verſ. vel quando quem allegat*, & ſequitur Scacc. *d. o. 30* Secus, ſi poſseſſio ex parte unius eſset clara, Ludovic. *d. deciſ. 00. num. 2. verſ. vel quando, cum aliis allegatis ſupra verſ. ubicumque ergo n. 295.*

Sicut autem, quando inter duos de poſseſſione contendentes Judex conſtito ſibi de poſseſſione unius ad obviandum, nè partes ad arma procedant, inhibet alteri parti, nè eum moleſtet, ab ejus Decreto, & inhibitione non datur appellatio, Bald. *in l. 2. num. 22. C. de Epiſcop. aud. & in l. unica num. 3 in fin verſ. tu. dic* ubi etiam Salic. *num. 3. verſ. dicit ergo, C. ſi de moment poſſ. agat.* Rol. *conſ. 8. num. 04. & ſeq. & num. 33. lib 4.* latè Scacc. *de appell. q. 17. lim. 6. memb. 2. n. 1.*

299 Ita nec etiam Sequeſtri conceſſione, ad tollenda, ut ſupra, ſcandala, & rixas, appellatio datur, Alciat. *conſ. 37. num 4 & ſeq. tom. 0. lib. 6.* Contard. *in l. unic. limit. 6. n. 0. & ſeqq. C. ſi de moment. poſſeſſ. agat. & alii, quos refert, &* ſequitur Scacc. *de appellat. d. quæſt. 17. lim. 6. membr. 2. num. 14.*

300 Sed hoc non procedit, quando Sequeſtrum eſt factum ſine cauſæ cognitione, & parte non citata, tunc enim dari appellationem ab hujuſmodi Sequeſtro & mandato ſub prætextu metus ſcandali dixit, Angel. *conſ. 107. n. 3.* quem ſequuntur Duen. *reg. 44. limit. 0.* Maran. *de ord. Iud. par. 6. act. 2. prin. 296.* Menoch. *de adipiſcen. remed. 6. num. 20. in*

20. *in fin.* conferunt tradita per Scacc. *de Appell. q. 17. lim. 19. num. 4.*

301 Secundò non procedit, quando Decretum eſſet ut ſupra ſine cognitione, & citatione conceſſum, ad effectum dicendi de nullitate, nam licet non daretur appellatio, prout datur ex præallegatis, poſſet tamen impugnari tanquam nullum, & dici de ejus nullitate, Angel. *d. conſ.* 107. *num.* 3. Alciat. *d. conſ.* 37. *numer.* 15. *& ſeqq.* Menoch. *de Adipiſc. d. remed.* 6. *nu.* 20. *in fin.* Contard. *in l. unica lim.* 16. *num.* 10. Scacc. *d. limit* 6 *mem.* 2. *num* 28.

302 Tertiò non procedit, quando conſtaret de poſſeſſione unius, & nihil, vel minus de poſſeſſione alterius, & Judex nihilominus voluiſſet potius apponere Sequeſtrum, quàm ut ſupra tueri poſſeſſorem in ſua poſſeſſione, tunc enim ob perverſum ordinem poſſeſſorii, & petitorii daretur appellatio *l. 1. Cod. de Appell.* Angel. *d. conſ.* 107. *num.* 3. Alciat. *d. conſ.* 37. *num.* 18. *in fin.* Bero. *conſ.* 51. *n.* 5. *& ſeqq. lib.* 3. Contard. *in d. l. unica, limit.* 16. *num.* 11. *& ſeq.* Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 2. *n.* 33. *&* 34.

303 Quartò denique non procedit ad effectum agendi ad revocationem ſequeſtri, nam omiſſa via appellationis, & nullitatis, poteſt quis agere prævio libello pro ſequeſtri revocatione, Contard. *in d. l. unica, limit.* 16. *numer.* 13. ubi alios cumulat. Scacc *de appell. d. limit.* 6. *num* 2. *n.* 5. *& num.* 35.

304 Sed hoc ultimum habet locum, quando judex, capta prius ſummaria informatione, appoſuit ſequeſtrum, parte citata, ſervatis ſervandis, ſecus ſi illa non capta præcepiſſet poſſeſſori, ne accederet ad poſſeſſionem; quia tunc, uti de facto factum, poſſet abſque alio libello, & abſque alia citatione de facto revocari, dummodo hæc non fuiſſent omiſſa ex cauſa valde urgente, *l.* 1. *§. & hoc edictum ff. ſi ventr. nomin.* Tiraq *d. l.* 1. Conubial, *in verbo contracto gloſ.* 5. *nu.* 15. *& ſeq.* Contard. *in d. l. unica limit.* 16. *num.* 14. *& ſeq.* Scacc. *d. quæſt.* 17. *lim.* 6. *memb.* 2, *num.* 7.

305 At ſi ſequeſtrum de facto emanavit ob periculum nimis urgens, & in mora exiſtens, ex quo judex videbat partes paratas ad arma, non debet parte non citata revocari, nam eo caſu potuiſſet fieri etiam parte invita Alex. *in l. ſi pacto n.* 4. *in fin. C. de pact.* cum aliis quos refert & ſequitur Contard. *d. lim.* 16. *n.* 16.

306 Quia tamen Judici in his non creditur, ideò ſi ipſe dictum ſequeſtrum citata parte revocare recuſet, & aliunde non conſtet de hujuſmodi urgenti periculo in mora, erit locus appellationi, vel dici poterit de nullitate ſequeſtri ex præallegatis.

307 In reliquis ad Boccacium *in tract. ut poſſidetis* Menoch. *de retinenda*, & Ludovicum Poſtium *I. C. Perusinum*, qui elegantem *de Mandato de Manutenendo* tractatum compilavit, in facti contingentia recurſus haberi poterit.

Obſervatio.

308 Decretum, ac Præceptum ſequeſtri, ob prætenſum armorum metum eſt nullum, et iniuſtum, ideò admittenda appellatio ad utrumque effectum Ang. *conſ.* 107. *Iacobellus*, Menoch. *de Adipiſc. remed.* 6. *n.* 20. *in fin.*

309 Nullum, Primò defectu citationis ad *l. de uno quoque ff. de jud.* nam in appoſitione hujuſmodi ſequeſtri requiritur cauſæ cognitio, parte citata, DD. *in l. ſi fidejuſſor, §. fin. ff qui ſatiſd. cog.* Card. *in Clem.* 1. *quæſt.* 25. *de Sequeſt. poſſ. & fruct.* Franc. Curt. ad Papien. *in Prax. in form. Sequeſt. in §. ſequens in verb. rixa not. quando timetur ne partes veniant ad arma*, Angel. *d. conſ.* 107. Card. Tuſc. *lit. S. concl.* 203. *num.* 1. *& ſeq. & concluſ.* 216. *num.* 2. Benintend. *dec.* 73. *num.* 11. ubi quod etiam Prædo notorius eſt citandus.

310 Et debet citari pars, ad videndum jurare Teſtes, & capi informationem ſuper metu armorum, & ſcandali, Contard. *in l. unica, limit.* 16. *num.* 10. *C. ſi de momen. poſſeſſ. agat.* Benintend. *d. deciſ.* 73. *n.* 3. Scacc. *de Appell. q.* 17. *lim.* 6. *mem.* 2. *n.* 28.

311 Secundò defectu juriſdictionis, nam fuit petitum conſilium Sapientis, Primò ſuper moderatione inhibitionis, Secundò ſuper Manutentione, Tertiò ſupra pretenſa deſertione, ad quod vigore Statuti debet concedi, etiam in ſummariis, & exequutivis, & in re clara, & liquida, aliàs Proceſſus eſt nullus, ut virtute dicti ſtatuti obſervat Praxis, & tradit Bolognin. ad Anan. *conſ.* 9. *num.* 7. *in fin. verſ. ultimo non obſtat*, & ob id non potuit Judex procedere ad inſtantiam partis, ad relaxationem ſequeſtri, cum etiam de jure communi, à quo ſtatuta recipiunt interpretationem paſſivam, Judex recuſatus non poſſit poſt recuſationem procedere ad actum præjudicialem, alias actus eſt nullus, Hoſtien. *& alii in c. cum ſpecificati, de Appell.* Lap. *alleg.* 1. Mynſing. *obſ. Camer. cent.* 4. *obſervat.* 59. *n.* 2. Adden. ad Pap. *in form. Declinat. §. judicem ſub lit. B.* Gabr. *de jud. concluſ.* 5. *n.* 1. *& ſeqq.* Lancell. *de Attent. poſt recuſat. p.* 2. *c.* 6. *n.* 4. *& ſeq.*

312 Iniuſtum, Primò quia nullibi conſtat de rixa, aut ſtrepitu armorum, nec de aliquo metu, & judici in hoc non creditur, niſi quatenus conſtet in actis, Adden. ad Papien *in d. form. Sequeſt. in verbo rixa* Ang. *d. conſ.* 107. cum aliis cumulatis per Poſt. *de Manut obſerv.* 75. *n.* 7. *& ſeq.*

313 Secundò quia tantum abeſt, ut conſtet de timore rixæ, & metu armorum, ut potius ille excludatur, cum lis vertatur inter perſonas pacificas, non autem armigeras, Incumbentes literis, non armis, cum alter ex Litigantibus ſit Doctor, alter notarius publicus, ut eſt notorium. Qualitas autem perſonarum ad excluſionem præſumptionis rixæ, & metus armorum plurimum attenditur, Scacc. *de Appell. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 2. *n.* 19 *verſ & in tantum, & num.* 30. Nam hujuſmodi præſumptio viget inter Nobiles potentes, prout ſunt duo Duces, & ſimiles, Poſt. *de Manut. de obſerv.* 75 *n.* 11. *& ſeq.*

314 Ob id cum ſequeſtrum emanaverit de facto abſq; ulla citatione, aut cauſæ cognitione, datur Appellatio ad utrumque effectum Ang. *d. conſ.* 107. quem ſequitur Maran. *de ord. jud. p.* 6. *& ult. act.* 2. *& penult. n.* 96. Card. Tuſc. *d. concluſ.* 216. *num.* 2. Poſt. *de Manut. d. obſerv.* 65. *n.* 57. *& ſeqq.* Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 9. *memb.* 4. *n.* 116. *& lim.* 19. *n.* 4.

315 Vel ſaltem in omnem eventum, ſequeſtrum eſt nullum, ut ſupra, & ob id poteſt dici de ejus nullitate, Alcia. *conſ.* 37. *n.* 15. *& ſeq. tom.* 2. *lib.* 6. Menoch. *de adipiſc. remed.* 6. *n* 20. *in fin.* Card. Tuſc. *lit. S. concl.* 203. *n.* 1. *& ſeqq. & concl.* 216. *num.* 2. Contard. *d. limit.* 16. *num.* 10. Poſt. *de Manut. d. obſ.* 75. *num.* 61. *et ſeq.*

316 Tertiò quia, quando clarè conſtat de poſſeſſione unius non debet Judex procedere ad remedium deſperatum ſequeſtri, de jure regulariter prohibiti, ſed inhibere alteri parti, ne eum moleſtet, Bero. *conſ.* 51. *num.* 5. *& ſeq. lib.* 2. Capyc. *dec.* 96. *n.* 11. Poſt. *de Manut. obſ.* 75 *n* 19. Benintend. *deciſ.* 73. *num.* 6. Greg. *deciſ.* 61. *n.* 1.

317 Et jam † ſub prætextu metus armorum, Bald. *in l.* 1. *n.* 3. *verſ. & ultra, C. de prohib. ſeq. pecun.* Grat. *conſ.* 10. *nu.* 11. *lib.* 1. Scacc. *de appell. d. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 2. *n.* 2. Capyc. *d. dec.* 96. *n.* 11. Nec debet Judex devenire ad hujuſmodi remedium ſequeſtri, etiam ſi poſſeſſor ſit prædo, latè Poſt. *de Manut. d. obſ.* 75. *n.* 22. *& ſeq.* ubi quod ad hoc ſufficit qualiſcumque occupatio bonorum, cum etiam prædo ſit lite pendente manutenendus, *l. Colonus & l. cum fundus, ff de vi & vi armat. c. in litteris de reſt. ſpol.* Rot. apud Poſt. *de Manut. dec.* 237. *n.* 8 *& dec.* 265. *n.* 11.

318 Aliàs quilibet poſſet fingere rixam, & ſpoliare hoc modo adverſarium poſſeſſione, & commoditate fructuum, quod abſurdum non eſt admittandum, Papien. *in prax. in form. ſequeſt. §. ſapienſ. n.* 3. Benintend. *dec.* 73. *n.* 4. latè Poſt. *de Manut. d. obſer.* 75. *n.* 16. *& ſeq.*

319 Et ob id perverſum ordinem poſſeſſorii, & petitorii, ab hujuſmodi ſequeſtro datur appellatio *l.* 1. *c. de Appellat.* Ang. *d. conſ.* 107. *n.* 3. Bero. *d. conſ.* 51. *n.* 5. *& ſeq. lib.* 3. Contard. *in l. unica limit.* 16. *n.* 11. *& ſeq. c. ſi de moment. poſſ. agat.* Scacc. *d. memb.* 2. *n.* 33. *& ſeqq.*

320 De poſſeſſione autem uſque de tempore litis motæ Primò conſtat in actis ex relatione Nuncii, qui immiſit, cui in hoc creditur, *l. fin.* ubi Caſt. *n.* 6. *verſ. in dubio*, Dec. *nu.* 17. *& alii, l. de Edict. Div. Adr. collen.* Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *num.* 924. *verſ. Tertius eſt caſus*, quod ſufficit.

321 Secundò ex perceptione fructuum, *l. Titia, ff. de ſolu. l. 1. §. de acqu. poſ. l. litibus, c. de agric. & Cenſit. lib. 11. cum aliis, latè cumulatis* per Menoch. *de retiu. rem. 3. num. 564.* de qua conſtet ex Teſtibus, & atteſtationibus de hujuſmodi actibus poſſeſſoriis deponentibus, *l. qui univerſas §. quod per Colonum*, ubi Gloſ. & Bart. *de acq. poſ.* Seraph. *deciſ. 1200. n. 1.*

322 Quæ quidem poſſeſſio eo magis potuit adipiſci, attento facultate à Teſtatore conceſſa capiendi poſſeſſionem proprio authoritate, & ob id poſſidens eſt hoc caſu legitimus contradictor contra adverſarium, de cujus poſſeſſione manutenibili nullibi conſtat Eugen. *conſ. 55. n. 12. l. 1.* Rot. *dec. 315. n. 7. p. 3. & dec ſ. 185. n. 9. part. 5. recent.*

303 Non obſtat ſtatutum diſponens, quod ſi duo vellent contendere de poſſeſſione, nulli debeat dari poſſeſſio, ſed apponatur ſequeſtrum.

Quia procedit, quando poſſeſſio eſt vacans, ut patet ex illis verbis, nulli poſſeſſio dari debeat &c. & ſtatutum recipit interpretationem à jure communi, & eodem modo debet interpretari *l. ut gradatim, §. & ſi lege ff. de*
324 *muner. & honor.* Greg. *dec 508. num. 12. & ſeq.* & † ob id non procedit, quando alter poſſidet, cùm nemo lite pendente debeat, mediante ſequeſtro, ſua poſſeſſione privari, *l. unica, c. de probib. Sequeſt. pecun.* Guil. *pract. obſerv. lib. 1. obſerv. 148. nu. 1.* Poſt *de manut. obſer. 63. n. 21. & ſeq. cum aliis ſuperius allegatis.*

Motivum.

325 Retuli petitionem A. ſuper declaratione validitatis, vel nullitatis ſequeſtri, & Decreti D. judicis à quo eſſe admittendam, & motus fui quia licèt a ſententia lata in judicio poſſeſſorio, & cauſa ſequeſtri non detur appellatio, juxta veriorem ſententiam, quam tenet Scac. *de appel. q. 17. limit 6. memb. 2. n. 2. & memb. 3. num. 3.*

356 Poteſt tamen dici de illius nullitate, Bald. *in l. unica, n. 15. verſ quarto nunquid ſententia, C. ſi de momens. poſſ.* Joſ. *in l. 3. n. 6. ff. de juſt & jur.* Caſtr. *in l. 6. quiſquis, C quor. appellat. non recipten.* quos refert, & ſequitur Scacc. *de appell q. 19. remed 1. concluſ. 2. num. 2. & q 17. limit. 6 memb. 6. n. 28.* Idque verum eſt, etiam ſi nullitas non ſit evidens Scacc. *d. q. 19. remed. 1 concl. 2. n. 4.*

347 Quod autem in caſu noſtro poſſit dubitari de nullitate ſequeſtri, conſtat, cum ſequeſtratio ad inſtantiam unius partis, ſine aliqua informatione ſuper timore ſcandali, & ex abrupto proceſſerit, non citata alia parte, de cujus præjudicio tractabatur, & prout erat neceſſe, ex traditis per Menoch. *de adipiſc. remed 6. num. 18* Scac. *de appell. q. 19 limit. 7. num. 2. n. 28.* Benintend. *deciſ. 73. n 4.*

328 Nec dicitus D. Judicem potuiſſe procedere ad ſequeſtrationem ex officio, & parte non citata, cum ſibi conſtiterit de ſuſpicione rixæ, ad trad. per Scacc. *de appel q. 17. lim. 6. mem. 2. n. 19.* Benintend. *d. 73. n. 14.*

359 Quia omiſſo quod Judex proceſſit ad inſtantiam partis, non ſolum debet conſtare Judici de ſuſpicione rixæ, ſed debet eſſe adeò imminens, ut periculum ſit in mora, ut dicit Scacc. *d. q. 17. limit. 6. memb. 6. num. 28. & ſequitur* Benintend. *d. dec. 73. n. 14.*

330 Quod non videtur ad fuiſſe in caſu noſtro, immonec fortaſſe periculum rixæ, cum ex parte P. nulla adeſſet ſuſpicio veniendi ad arma, ex parte verò A. licet aliqua vis illata videatur ut deducitur ex fide duorum Teſtium, tamen illorum depoſitio valde dubitabilis reddebatur, firmantibus aliis teſtibus de pacifico ſuſceptione fructuum, ſine aliqua armorum oſtenſione, & violentia, & proindè cum potuerit dubitari de validitate dicti ſequeſtri, non eſt reiiciendus actor petens jus dicti ſequeſtri declarari, cum id ſufficiat, ad effectum ut quis de nullitate dicens audiatur, ut per Scacc. *de appell. d. q. 17. limit. 6. memb. 2. n. 27. & ſeq. 19. rem. 1. concl. 0. n. 3.*

B Et ita &c.

Sequeſtrator ſuſpectus amoveri debet Rot. *dec. 494. n. 3. p. 3. lib. 3. diverſ.*

332 Hinc, ne ab initio de perſona ſequeſtri oriatur controverſia, dum citatur pars ad videndum decerni ſequeſtrum, ſolet addi in citatione, nec non concordandum de ſequeſtratoribus, Veſtr. *in prax. lib. 7. c. 2. n. 1. verſ. quamobrem.*

Cæterum ſequeſtrator legitimè deputatus, ut ſupra ſine cauſa mutari non poſſet, ſi ejus qualitas ratione fidei, vel facultatum in dubium revocaretur, quia in deputatione videtur ejus perſona approbata, Veſtr. *d. lib. 7. c. 2. n. 12.* 333

De Mandato de evacuando.
Pars Secunda.
Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli ad præcedentes.*
2 *Vbicunque inquilinus tenetur recedere, idque facere negligit, ſeu recuſat, agitur contra eum ad evacuandum.*
3 *Monitorium contra inquilinum ad evacuandum, & ejus formula.*
4 *Monitorium contra inquilinum, perſonaliter executum reproducitur in actis.*
5 *Reproductio, ſeu adnotatio reproductionis monitorij executi, & ejus formula.*
6 *Inquilinus, prætendens, non poſſe expelli de re conducta, poteſt negare monitorium.*
7 *Negatio monitorij, & ejus formula.*
8 *Actor in iudicio executionis debet verificare monitorium, & quid probare debeat.*
9 *Deficientibus inſtrumentis, & ſcripturis, tam actor, quam reus debet probare incumbentia per teſtes & alia probationum genera.*
10 *Citatio ad evacuandum, & ſolvendum penſiones decurſas, & ejus formula.*
11 *Reus poteſt etiam in termino intimationis deducere & probare ſuas exceptiones, videlicet ius inquilinatus vel aliud ius ſeu privilegium, & quicquid vult, & poteſt.*
12 *Inquilino in termino intimationis nil relevans deducente, expeditur contra eum, mandatum de evacuando, & exequutivum.*
13 *Mandatum de evacuando, & executivum, & ejus formula.*
14 *In Mandato de evacuando ſolet apponi oſtendatur, etiam domi dimiſſa copia, & quomodo tunc ad illius exequutionem procedatur.*
15 *A Mandato de evacuando non datur appelatio, ſed ſentiens ſe læſum, obtenta ſuperſeſſoria, poteſt adire Signaturam parte citata pro commiſſione cauſæ appellationis.*
16 *Interpoſitio appellationis a mandato de evacuando & ejus formula, & reſponſio de Apoſtolis.*
17 *Cedula appellationis a mandato de evacuando & ejus formula.*
18 *Commiſſio appellationis à mandato de evacuando in Signatura proponenda, & ejus formula.*
19 *Signatura in materia appellationis à mandato de evacuando quomodo reſcribat.*
20 *Pars nolens ampliùs in locatione, ſeu conductione continuare, debet hoc debito, & conſtituto tempore alteri intimare, ne alias cenſeatur facta relocatio, & reconductio.*
21 *Intimatio qualiter quis non intendit amplius continuare in locatione, ſeu conductione, una cum citatione ad dicendum contra proteſtationem, & ejus formula, & proceſſus.*
20 *Proteſtatio facienda a nolente amplius continuare in locatione, ſeu conductione, & ejus formula.*
23 *Iudicium evacuationis eſt ſummarium, & executivum.*
24 *Inquilinus propriè quis ſit.*
25 *Colonus propriè quis ſit.*
26 *Colonus partiarius quis ſit.*
27 *Conductor ruſtici prædij dicitur conductor, ſive conducat nummis, ſive alia ſpecie.*
28 *Inquilinus nomine locatoris, & colonus nomine Domini poſſidet, non ſuo.*
29 *Conductor non ſibi, ſed locatori poſſidet.*
30 *Dominus etiam civiliter tantum poſſidens, finita locatione, poteſt rem locatam propria authoritate, etiam lite pendente occupare.*

31 De-

31 *Dominus, expellendi Colonum non cadit à jure ſuo.*

32 *Inquilinus non poteſt expelli locatione durante.*

33 *Dominus volens uti re locata ob propriam, vel ejus patris vel filii neceſſitatem, poteſt expellere inquilinum locatione durante.*

34 *Locator, quia renunciavit ſupervenienti neceſſitati rei locata, non poteſt ſub eo pratextu expellere inquilinum.*

35 *Si tempore locationis aderat eadem neceſſitas, vel locator poſt neceſſitatem exegit penſionem, non poteſt, ſub pratextu propria neceſſitatis, expellere inquilinum.*

36 *Si locator promiſit manutenere conductorem in pacifica poſſeſſione rei locata, & ſe in forma Camera obligavit, non poteſt ob propriam neceſſitatem expellere inquilinum.*

37 *Inquilinus moroſus in ſolvenda penſione poteſt expelli locatione durante.*

38 *Dominus volens ob neceſſitatem, que tempore locationis non imminebat, fabricare in re locata, poteſt expellere inquilinum locatione durante.*

39 *Inquilinus, vel colonus, abutens re conducta, poteſt expelli locatione durante.*

40 *Locatione finita inquilinus tenetur dimittere domum vacuam, & poteſt expelli.*

41 *Inquilino pro melioramentis factis in re conducta datur, finita locatione, retentio.*

42 *Conductor bonorum Reipublica, vel Eccleſia, ratione juris inquilinatus prafertur, ſi vult, in locatione, pro eo, quod à ſecundo conductore offertur.*

43 *Inquilinus de jure communi finita locatione prafertur novo conductori pro pari mercede, potius de aquitate, quàm de juris rigore.*

44 *Sed hoc videtur ſpeciale in locatione pradiorum Fiſcalium, Reipublica, Eccleſia, & locorum piorum.*

45 *Si finito tempore in locatione prafixo fuit continuatum in locatione, & conductione, cenſetur facta tacita relocatio, & reconductio cum eiſdem pactis, & conditionibus.*

46 *Reconductio, & relocatio tacita in ruſticis pro uno anno, in urbanis pro tempore, pro quo fuit inhabitatum, facta cenſetur.*

47 *Tacita relocatio non cenſetur facta ſub eiſdem Fidejuſſoribus.*

48 *Inſtrumentum, ſeu ſcriptura requirit factum quod in tacita relocatione non continetur.*

49 *Obligatio Cameralis in tacita relocatione, & reconductione non cenſetur repetita.*

50 *Locans abſque conventione penſionis cenſetur locaſſe pro penſione ſolita.*

51 *Si in conductione non eſt facta mentio de penſione ſeu mercede debet in primis in hoc attendi conſuetudo loci, ſi adeſt certa.*

52 *Inquilinus qui durante locatione poteſt expelli, dum habet in re conducta tacitam hypothecam, poteſt illam retinere, donec ſibi ſoluantur damna, & intereſſe.*

53 *Qui domum retraxit vigore Bulla, poteſt expellere inquilinum, nec tenetur ei ad intereſſe, ſicut nec venditor in caſu evictiones.*

54 *In Urbe inquilini non poſſunt expelli, niſi ſervata forma decreti, & qua ſit forma dicti decreti.*

55 *Forma decreti Cameralis ad favorem inquilinorum non ſervata, contractus locationis eſt nullus.*

56 *Intimatio inquilino, an velit emere, debet fieri per publicum inſtrumentum à notario coram teſtibus juxta formam decreti, aliàs non arctat, & actus corruit.*

57 *Inſtante Anno Sancto fit in Camera decretum, ne uſque ad certum tempus penſiones augeri, nevè inquilini expelli valeant & quare.*

58 *Privilegium inquilinatus non ſuffragatur ei, qui inquilinatui renunciavit.*

59 *Si locatio in qua fuit renunciatum juri inquilinatus, fuit revocata, inquilinus expelli non poteſt ſub pratextu d. renunciationis.*

60 *Privilegium inquilinatus, & decretum Camerale non ſuffragantur ſubinquilinis.*

61 *Jus inquilinatus licet non ſuffragetur ſubinquilino in prajudicium domini, ſecus eſt quoad habentes jus inquilinatus.*

62 *Privilegium inquilinatus non ſuffragatur ſubinquilinis ſuper jure retractus.*

93 *Jus inquilinatus non ſuffragatur quando ab emptore data eſt aliqua ſpecies, quam ipſe inquilinus praſtare non poteſt, & quare.*

64 *Privilegium inquilinatus ſuper retractu non habet locum in donatione.*

65 *Inquilinus, vicinus, conſors, & ſimiles in jure retractus prafernatur domino cenſus, & quare.*

66 *Inquilinus non excuſatur à ſolutione penſionum prateritarum ex ſupervenientia novi tituli.*

67 *Inquilinus non poteſt a conductione recedere, niſi ex neceſſitate precisa, prout ſi domus minetur ruinam, vel ob peſtem, vel metum malorum ſpirituum, & hujuſmodi.*

68 *Inquilinus poteſt alteri conductori concedere jus pralationis, & inquilinatus, ſi illud habeo, aliàs ſecus.*

69 *Hebrai in domibus ab eis inhabitatis, habent jus Gazaga, quod inter eos poteſt cedi, vendi, & de uno in alium transferri.*

70 *Colonus tenetur reddere domino ſuam partem integram fructuum abſque alia deductione.*

71 *Colonus ante recollectam fructuum pro ejus medietate habet tantum actionem perſonalem contra dominum, ſeu locatorem.*

72 *Laborator, ſeu colonus non eſt dominus ſua partis fructuum, niſi poſt quam à ſolo ſunt ſeparati.*

73 *Fructus pendentes ſunt pars rei.*

74 *Vendita re locata, fructus pendentes ſpectant ad emptorem. etiam reſpectu portionis colonica, niſi illa ſit exceptuata.*

75 *Fructus pendentes etiam maturi, & reſpectu portionis colonica ſpectant ad emptorem, niſi in contrarium fuerit facta conventio.*

76 *Si in venditione fit mentio fructuum, nec etiam ratione laborerii, & expenſarum pratendi valent.*

77 *Emptor, uti ſucceſſor ſingularis, non tenetur ſtare locationi.*

78 *Si emptor ſcit, rem emptam fuiſſe alteri locatam & conſtat de ſcientia, pars colonica ad eum non ſpectat.*

79 *Data ſcientia locationis emptor tenetur ſtare locationi.*

80 *Si locatio eſt nulla, nec Author nec Succeſſor tenetur in ea continuare.*

81 *Si in loco adeſt conſuetudo notoria locandi pradia ad coloniam. Emptor non videtur de hoc poſſe allegare ignorantiam.*

82 *Si venditor eſt ruſticus, qui fundum notoriè ſua manu colit, etiam pars colonica hoc caſu ſpectat ad Emptorem.*

83 *Si fructus ſunt plenè maturi ſtatim, recolligendi, & Venditor manus iam appoſuit in recollectu ſciente Emptore, tunc fructus non ſpectant ad emptorem, aliàs ſecus.*

84 *Si conductori fuerint bona Locatoris, & ſic etiam res conducta, pro obſervantia contractus obligata. Conductor habet in ea jus Hypotheca & ob id Emptor tenetur ſtare locationi.*

85 *Succeſſor ſingularis poteſt expellere Conductorem habentem jus Hypotheca generalis in re locata, ſoluto ei intereſſe, non autem habentem jus Hypotheca ſpecialis.*

86 *Si adeſt pactum de non alienando rem locatam, & Locator obligavit Conductori rem locatam pro obſervantia contractus, non poteſt illa in Conductoris prajudicium alienari.*

87 *Succeſſor ex cauſa neceſſaria, prout ex cauſa judicati, tenetur ſtare locationi.*

88 *Succeſſor ſingularis, qui non ſuccedit in plenum jus Authoris ſui, tenetur ſtare locationi.*

89 *Succeſſor ſingularis ejus, qui plenum jus in re non habebat, tenetur ſtare locationi.*

90 *Immiſſus in Salviano tenetur ſtare locationi.*

Digitized by Google

num.3. cum aliis cumulatis ſupra, verſ. licet alias, nu. 334.

177 Cæterum manutentio datur etiam lite pendente, quia qui continuat non dicitur aliquid innovare, Abb *in c. 1. nu. 4. ut lit. pend.* Imol. *in clem. 1. num.4. tit. lit. pend.* Verall. *dec.198. part.1.* Rot. *dec.41. nu.9. & ſeqq. & dec.30. nu.5. & n.29. part. 2. diverſ.*

178 Et in qualibet inſtantia Cæſ. de Graſſ. *dec.4. de cauſ. poſ. & prop.* Cavaler. *dec. 228. n. 3. in fin.*

179 Non obſtante ſententia lata in contrarium dummodo illa fuerit ſuſpenſa per appellationem, *l. furti ff. de his qui not. infam.* Butr. *in c. cum dilectus in fin. de cauſ. poſſeſſ. & prop.* Menoch. *de retin. remed.3. num.849. & ſeq.* Cæſ. de Graſſ. *deciſ.4. numer.4. de cauſ. poſſeſſ. et prop.* Greg. *deciſ.313. num. 4. et dec.365 num.3.* Coccin. *dec.183 num. 4. deciſ.286. num.6. et deciſ.425. num.11.* Buratt. *dec 604. nu. 14.* Rot. *deciſ 111. num. 8 par. 1. et deciſ.13. nu.8. part.7. recent.* Cavaler *deciſ.242. num.11. et deciſ.315. num.6.* Dunan. *deciſ. 139. numer.3.* etiamſi ſententia ſit lata in Poſſeſſorio plenario contra manutentionem, nàm nihilominus appellatione pendente poteſt peti manutentio in ſummariiſſimo retinendæ juxta tradita per Rolan. *conſ.8. nu.24. & ſeqq. lib.8.* Rot. *dec.404. num.3. par.3.*

180 *recen.* Greg *dec. 375. n. 13.* Et eo magis † ſi pronunciatum fuiſſet in ſummariiſſimo, in quo mandatum de manutenendo ſolet revocari, quoties conſtat de non poſſeſſione unius, & de poſſeſſione alterius, & denegata ſemel manutentio conceditur de novo docto de poſſeſſione, Seraph. *dec. 1295. num. 5.* ubi quod hoc in Rota quotidie practicatur, Rot *d. dec.404. nu4. p.3. recent,* Gregor. *dec. 175. nu 14. & ſeqq.*

181 Et poteſt dari per Judicem ad quem, etiam commiſſa cauſa cum clauſula *ſine præjudicio*, Buratt. *dec.940. num. 10.*

182 At ubicumque ſententia in judicatum tranſivit, non conceditur manutentio, cum exceptione rei judicatæ impediatur, Alex. *in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 34.* & ibi Rip. *nu. 97 ff. de acqu. poſ.* Menoch *de retin. remed.3 nu.585. & ſeq.* Rot. *dec.591. num. 4. par.2. recent.* Buratt. *dec.604. nu.15.*

183 Sed hoc non procedit, quando ſententia eſt notoriè injuſta, Rota *in Peruſina reſciſſionis contractus 18. Martii 1588. cor. bo. me. Card. Blanchetto.*

184 Quod tamen locum non habet in ſententia lata contra manutentionem; nam qui ab ea non appellat, vel appellationem deſerit poſſeſſionem amittit, cum habeat ſe pro ſpoliato, & ob id non poteſt ei dari manutentio, Rot. *In Camerin. penſionis, 22. Junii 1594. coram bo. mem. Gypſio, impreſſ.* apud Marcheſ. *de Commiſſ. p.2. fol.38.*

185 Secundò non procedit, quando adversùs rem judicatam eſt commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum, quia procedi debet tunc, ac ſi omnia eſſent integra, *l. ſi quod ſi Minor. §. reſtitutio ff. de Minor.* Caſſad. *dec.13. de reſcript.* Cæſ. de Graſſ. *dec. 4. nu. 4. de cauſ. poſ. & prop.* Rot. *dec. 350. in fin. par.1 diverſ. & deciſ. 269. nu 4 par.3. & dec.229. nu.23. par. 5. recent.* Greg. *dec.458. nu.8.* Burat. *dec.604. nu. 15. & dec.823. nu.8. cum aliis allegatis ſupra verſ. & conceditur, num 115.* præſertim quando res judicata redditur turbida, Gregor. *d. dec.458. nu.8.* Buratt. *dec.823 nu.8.* Rot. *d. dec. 260 nu.4. p.3. recent.*

186 Tertiò non procedit, quando eſt commiſſa cauſa appellationis, & nullitatis æque principaliter, licet enim cauſa appellationis fuerit deſerta, durat tamen cauſa nullitatis uſque ad triginta annos, & interim poteſt dari manutentio Rota *in Cæſaraugustana penſionis, 19. Novembris 1614. coram bo. mem.* Coccino *Decano, quæ eſt dec.591. par.2. recent.*

187 Datur præterea manutentio Succeſſori ob poſſeſſionem anteceſſoris, nàm licet poſſeſſio non tranſeat abſque nova apprehenſione in ſucceſſorem nomine Hæreditario, ſecus eſt in eo qui ſuccedit nomine dignitatis, quæ mutata perſona non mutatur, Fel. *in c. conſtitutus, num. 19. de reſcript.* Tiraq. *in tract. le mort ſaiſit part.1. declar. 5.* Guidop. *dec. 355. Utrum Prælatus, & dec. 629.* Rot. *dec. 1. de reſt. ſpol. in nov.* Coc. *dec.86. nu.1. & dec.490. nu.2.* Greg. *dec. 246. nu. 1.* & ibi Beltramin. *num. 1. & dec. 458 num 3.* Duran. *dec. 159 nu. 3.*

Et contra ſucceſſores ex poſſeſſione quæſita contra illorum anteceſſorem, quia jus metimur ex perſona Actoris, quod non mutatur mutata perſona Rei, Guidopap. *dec. 159* Put. *dec. 151. lib 3.* Rota *deciſ.508. nu 1. part.2. recent.* Greg. *dec.313.* & ibi latè Beltram. *nu.6.* ubi quod hoc procedit, tum in materia penſionis contra Succeſſorem in beneficio, quàm in materia Cenſus contra ſucceſſorem in re cenſuata, qui nunquàm ſolvit, Seraph. *dec.878. nu.1.* 188

Necnon etiam Rectori, qui non poſſidet, nomine Eccleſiæ, quæ poſſidet, *ex cap. querelam, de elect.* Imol. *in c. cum veniſſent, nu. 27. verſ. ſed juxta prædicta, de Inſtit.* Rot. *dec. 1. nu. 1. & ſeq. de reſtit. ſpol. in nov. & dec. 9. de cauſ. poſſeſſ. & prop. in antiq. et in Jacen. Sacriſtiæ, 27. Junii 1597 coram bo. me. Peregrino, quæ eſt dec.388* apud Poſt. *de Manut.* 189

Et exiſtenti in quaſi poſſeſſione præſentandi, quando conſtat de jurepatronatus, Achil. *deciſ. 5. num.3. de Jurepatr.* Coccin. *deciſ.461. num 3.* Rot. *235. nu.1. part. 2. recent.* 190

Sed quando Juriſpatronatus exiſtentia non controvertitur, ſed agitur inter plures patronos de illius pertinentia, ſufficit unicus actus, & ultimus ſtatus præſentationis ad effectum obtinendi manutentionem in jure præſentandi juxta tex. *in c. conſultationibus de Jurepatr.* Creſcen. *dec. 2. in fin. de jurepatr.* Rot. *dec. 235. num. 1 par. 2. recent.* 191

Exiſtenti etiam in quaſi poſſeſſione exigendi Decimas, Gregor *dec. 404 n 2.* ad quod ſufficit quaſi poſſeſſio generalis, alio non exiſtente in poſſeſſione, But. *in c. fin. nu.40 & n.46. de cauſ. poſſeſſ. & prop.* Rot. *dec. 372. nu. 1. p. 2. recent.* 192

Ac exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, Coccin. *dec. 31 nu. 1,* Burat. *dec. 147. num 11.* ad quod unica ſolutio, ſeù exactio ſufficit, Abb. *in cap. cum Eccleſia Sutrina, nu.52.* & ibi Rip. *nu.53. de cauſ. poſſeſſ. & prop.* Seraph. *dec. 1411.* Gregor *dec. 313 nu. 1.* Buratt. *dec 375. nu 8. & dec. 289 nu 4.* Rot. *dec. 70. nu.3. part.7. recent.* Ferentill. ad Buratt. *dec.60. lit. B. num 13.* 193

Et locatori in quaſi poſſeſſione exigendi affictus, ſeù penſiones bonorum locatorum, Papien *in form. libell quo agitur ad affi. § 6. ſuper ſolutione, n.5.* Bero. *conſ. 119 nu.5. lib.3.* Buratt. *dec.60. nu. 1. & dec. 289. n. 11* Cavales *dec.218. nu. 3.* 194

Exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſus ad Cenſuum fructus, Buratt. *dec.60. n.1. & ſeq* ubi quod unica ſolutio conſtituit in quaſi poſſeſſione, Greg. *dec. 313. nu. 1. & ſeq.* Rot. *dec.614. nu.1. p.8. rec.* 195

Et in quaſi poſſeſſione præeminentiarum in proceſſionibus, & actibus publicis, Coce. in *dec.46. & dec. 452. nu. 1.* & quaſi poſſeſſione intereſſendi in Capitulo, Coc. *dec.490. nu.1.* 196

Hæredi datur manutentio vigore ſtatuti continuantis poſſeſſionem Defuncti in eum Gabr. *de acq. poſſ. conclu.7. nu.3. & nu 6.* Menoch *de retin. remed.3. num.59.* Duran. *dec.115. nu.6. & ſeq.* 197

Sed hoc primò non procedit quando poſſeſſio fuit à Tertio occupata ante aditam hæreditatem, Tiraq. *in tract. le mort ſaiſit par. 5. declar.3. num 1. & ſeq. de acqu. poſſeſſ. concl. alt. nu.18.* Rot. *dec.263. nu 2. part 2. recent,* ubi quod hæc limitatio in ſuo Hærede patitur difficultatem, quia is aditione opus non habet Gabr. *conſ.36. nu.13 lib.1.* 198

Secundò non procedit in bonis Emphiteuticis, nàm & ſi omne Jus Defuncti tranſeat in Hæredem, excipitur tamen Jus perſonale, Rot. *d. dec.263. n.2. & ſeqq. p. 2. rec.* 199

Tertiò non procedit, quando fideicommiſſarius habet facultatem capiendi poſſeſſionem propria authoritate, quæ facultas impedit ne Adverſarius poſſit manuteneri, Poſt. *de Manut. obſerv.46. nu 12. & n. 28.* 200

Datur ſimiliter Manutentio Poſſidenti ex Judicia ſententia, ſeù Decreto, *l. juſtè poſſidet, & l. qui univerſus, §. item cum Prætor, ff. de acq. poſſ.* Rot. *dec.513. nu.2 part.1. recent.* Cavales. *dec.42. nu.1.* 201

Nec-

202 Necnon poſſidenti ex clauſula *Conſtituti*, *l. quod meo in princ. ff. de acq. poſſeſſ.* Burat. *dec.* 889. *n.* 3. Rot. *dec.* 114. *num.* 5. *& ſeq. par.* 7. *rec.* Beltramin. ad Greg. *dec.* 437. *n.* 6. etiam hæredi Conſtitutarii Duran. *dec.* 84. *n.* 29. & contra hæredem Conſtituenti, Cuman. *conſ.* 173. *in fin. verſ. undè Statutum*, quem refert, & ſequitur Rot. *dec.* 408 *n.* 1. *p.* 5. *rec.* Etiam in incorporalibus, Bart. *in l. quod meo n.* 6. *& ſeq. ff. de acq. poſſ.* Rot. *dec.* 764. *n.* 2. *par.* 3. *rec.* Burat. *dec.* 375. *n* 6. Beltram. ad Greg. *dec.* 437. *num.* 5. *in fin.* in quibus ſola quaſi poſſeſſio ſufficit, Rota *dec* 7. *n.* 1. *par.* 5. *rec.*

203 Ex probatis aliquibus actibus ad officium de quo agitur, pertinentibus, conceditur Manutentio ad omnes alios actus ad dictum officium ſpectantes, quia attenditur poſſeſſio generalis à titulo univerſali cauſata, Bart. *l.* 1. *§. ſi quis hoc interdicto, ff. de itin. act. priv.* Greg. *dec.* 557. *nu.* 3. cum aliis cumulatis per Duran. *dec.* 274. *num.* 1.

204 Quod tamen non procedit, quando alius reperitur in poſſeſſione certi actus, vel quando adeſt juris reſiſtentia, ex cumulatis per Beltramin. ad Greg. *d. deciſ.* 557. *num.* 12.

205 Et datur in his incorporalibus Manutentio etiam Ceſſionario, probata ceſſione, necnon probata quaſi poſſeſſione Cedentis, abſque alia apprehenſione, Otaſe. *dec.* 50. *nu.* 5. *& nu.* 7. Rota *dec.* 241. *nu.* 2. *& dec.* 299. *num.* 3. *& dec.* 614. *num.* 2. *par* 1 *& dec.* 106. *num.* 1. *p.* 5. *rec.* Burat. *dec.* 875. *num.* 7. *& dec.* 347. *num.* 1. & ibi Ferentil. *n.* 12.

206 Inſuper datur manutentio poſſidenti ab inteſtato, donec de validitate Teſtamenti, & exceptionibus cognoſcatur, Seraph. *dec.* 810. *num.* 4. Buratt. *dec.* 186. *num.* 6.

207 Et deinque, omiſſis aliis, datur manutentio etiam in commoditate, Rot. *dec.* 445. *n.* 5. *p.* 4. *rec.* ac participanti de commodo, ſi venit ad cauſam is de cujus commodo principaliter agitur, Buratt. *deciſ.* 572. *numer.* 6.

208 Cæterum non deſunt caſus in quibus Manutentio denegatur, &c.

Primò denegatur habenti ſe pro ſpoliato, *l. clam. poſſidere, § qui ad nundinas ff. de acquir. poſſeſſ.* Covar. *pract. quæſt. c.* 17. *n.* 3. Menoch. *de retin. rem. ul. n.* 29. Rot. *dec.* 427. *n.* 2. *p.* 3. *& dec.* 316 *nu.* 1. *p.* 4. *& dec.* 326 *n.* 9. *p.* 6. *recent.* Burat. *dec.* 80. *num.* 4 *dec.* 235. *num.* 3. *& dec.* 209. *num.* 1.

209 Sed hoc non procedit in eccleſia, cui datur Manutentio, etiamſi, Prælatus habuit ſe pro ſpoliato, nam poſſeſſio eſt penes ipſam Eccleſiam, cujus nomine Prælatus poteſt, ut ſupra, petere Manutentionem, Verall. *dec.* 182. *nu.* 8. *par.* 3. Seraph. *dec.* 1417. *numer* 3. Beltramin. ad Gregor. *dec.* 116. *num.* 5 *& dec.* 286. *numer.* 2.

210 Secundò eo minus datur Manutentio Confitenti ſe ſpoliatum, quando ex circumſtantiis apparet, quod aſſerens ſe ſpoliatum depoſuit animum poſſidendi etiam civiliter. Covar. *pract. quæſt. c.* 17. *n.* 3. Menoch. *de retin. rem. ult. n.* 29 Buratt *dec.* 269. *n.* 4. & ibi Ferentil. *nu.* 6. Rot. *dec.* 561. *n.* 2. *par.* 1. *dec.* 416. *num.* 1. *& ſeq. p.* 4. *rec.*

211 Sed hoc primò non procedit in confeſſione Procuratoria, quando illa fuit à Domino revocata, quod fieri poteſt de ſtylo Rotæ etiam non docto de errore Rot. *dec.* 2. *de Confeſſ. in nov.* Put. *dec.* 16. *l.* 3. Rot. *in Aſten. Fendi* 16. *Aprilis* 1584. *coram bon. memor. Bubalo*, & in Conchen. *Archipresbiteratus*, 21. *Jun.* 1607. *coram bon. mem. Penia.*

212 Secundò non procedit in non confeſſione procuratoris ad hoc Mandatum ſpeciale non habentis, Rota *in dicta Conchen. Archipresbiteratus* 21. *Junii* 1507. *coram bo. me. Penia*, ubi alias deciſiones cumulat Gregor. *dec.* 268. *n.* 5. *& ſeq.* cum aliis ibi cumulatis per Beltram. *n.* 13. *idem* Greg. *dec.* 546. *n.* 13.

213 Tertiò non procedit, quando quis ſimpliciter petiit reintegrari, & petitio hujuſmodi eſt turbida, & obſcura, Rot. *dec.* 316. *n.* 5. *p.* 4. *recent.*

214 Quartò non procedit, quando quis dixit, ſe ſpoliatum, de facto, & deindè ſtatim petiit manuteneri, nam tunc debet intelligi, eum dixiſſe ſe ſpoliatum poſſeſſione naturali, non autem civili, Buratt. *dec.* 269. *n* 3. & ibi Ferentil. *n.* 6. *in fin.*

Quintò non procedit, quando quis petiit reintegrari 215
cum clauſula, *quatenus opus ſit*, Greg. *dec.* 546. *n.* 14. *& dec.* 555. *n.* 1. *& ſeq.* & ibi Beltram. *n.* 11.

Sextò non procedit, quando confeſſio eſt dubia, & po- 216
teſt aliter intelligi, quod fieri debet in quantum poteſt, ut minus confeſſio præjudicet Confitenti, quàm fieri poſſit, undè petitio reintegrationis in dubio debet intelligi de poſſeſſione naturali, Rot. *in dict. Aſten. Feudi coram bon. mem. Bubalo*, *& dec.* 562. *n.* 5. *& ſeq. par.* 2. *& dec.* 649. *num.* 10 *par.* 2. *rec. & in Sorana Beneficiorum* 22. *Maii* 1587. *coram. bo. mem. Orano impreſſ.* apud Pacific. de Salvian. *dec.* 33. & apud Poſt. *de Manutent. dec.* 353.

Septimò non procedit, quando quis fuit reſtitutus ad 217
poſſeſſionem vigore ſententiæ latæ ſuper ſpolio, nam tunc eſt legitimus poſſeſſor, & ideo manutenendus, Rot. *in dicta dec.* 561. *nu.* 9 *par.* 1. *& dec.* 649. *nu.* 9. *p.* 2. *recent.*

Tertiò, non poteſt dari Manutentio Confitenti Par- 218
tem adverſam poſſidere, Menoch *de retin. rem.* 3. *n.* 69. Duran. *dec.* 118. *n.* 1.

Quartò denegatur Manutentio poſſidenti facto Judi- 219
cis nulliter procedentis, nam poſſeſſio ex facto Judicis hujuſmodi proveniens non eſt manutenibilis, Greg. *dec.* 549. *n.* 5. Duran. *dec.* 220 *n.* 5.

Quintò non datur Poſſeſſori contrà Decretum irri- 220
tans, Gonzal. *ſuper reg.* 8. *gloſ.* 31. *num.* 7. Put. *deciſ.* 370. *libr.* 2. Mantic. *dec* 40. *num.* 8. Rota *in Brixien. Optionis*, 15. *Jun.* 1620. *coram bon. memor. Manzanedo Patriarcha Hieroſolymitano* Duran. *deciſion.* 74. *nu.* 55. *cum aliis allegatis ſupra verſ.* 6. *non procedit*, *nu.* 103. *& ſeq.*

Sextò denegatur Attentanti, Lancellot. *de Attentat.* 221
lib. pen. c. 4. *in præfat. n.* 448. *& c.* 31. *n.* 186. *& ſeq.* Put. *dec.* 382. *lib.* 2. Coccin. *dec.* 492. *n.* 3.

Septimò denegatur excommunicato, Rot *dec* 314. 222
num. 2. *par.* 1. *& dec* 193 *par.* 2. *num.* 5. *&c.* Cavaler. *dec.* 372. *num.* 2. Burat. *dec.* 35. *num.* 5. *& dec.* 306. *n.* 5. Ferentill. ad Buratt. *d. dec.* 32. *n.* 9. ubi aliàs allegat authoritates.

Octavò non conceditur privatis, & ejectis à ſua 223
Poſſeſſione authore Prætore, Buratt. *dec.* 168. *n.* 4.

Sed hoc non procedit, quando Judex nulliter, & 224
injuſtè proceſſit, & quis non habuit ſe pro ſpoliato, ex allegatis ſupra *verſ. poſſim verò*, *nu.* 150. Debet tamen clarè, & notoriè in actis conſtare de nullitate, & injuſtitia ad dictum effectum, aliàs non datur Manutentio, Burat. *d. dec.* 158. *n.* 5. *& ſeq.*

Nonò denegatur gratioſè ſubrogato, ſed ei benè con- 225
ceditur immiſſio, Gonzal. *ad reg.* 8. *§.* 3 *probem. n.* 93. Rot. *dec.* 10. *n.* 4. *in fin. ut lit. pen. in nov. & in Sancti Marci Penſionis*, 30. *Januar.* 1612. *coram bo. me. Card. Sacrato* apud Marcheſ. *de Commiſſ. p.* 2. *fol.* 486. Burat. *dec.* 686. *n.* 1. ubi de obſervantia Rotæ teſtatur.

Decimò non datur Subdito contra Superiorem, Bart. 226
in l. 1. *§. hujus autem interdicti n.* 3. *verſ. ſed pone ff. uti poſſid.* Verall. *dec.* 306. *n.* 4. *par.* 1. Ferentill. ad Burat. *dec.* 827. *n.* 8.

Sed hoc non procedit, quando ſubditus non ſolùm de 227
poſſeſſione, ſed etiam de jure, & titulo ſuo docet; tunc enim datur ei Manutentio, Rot. *dec.* 600. *nu.* 7. *par.* 1. *diverſ.* cum aliis allegatis per Ferentill. ad Buratt. *d. dec.* 827. *n.* 8. *& aliis deductis ſupra verſ. ſecundo prima concluſion.* 172.

Decimò primò denegatur quando clarè conſtat in ac- 228
tis, quod poſſeſſio eſt vitioſa, *l. primu ff. uti poſſ. l. improbu*, *C. de Acq. poſſeſſ.* Seraph. *dec.* 732. *nu.* 5. Rot. *dec.* 84. *n.* 8. *p.* 6. *recen.*

Decimò ſecundò, jus cauſæ univerſalis, non ſuffra- 229
gatur ad obtinendam Manutentionem quando quis eſt in poſſeſſione particulari, Rot. *dec.* 853. *n.* 30. *p.* 6. *rec.* *cum aliis allegatis ſupra*, *verſ. exiſtente etiam*, *n.* 192. *& verſ. quod tamen n.* 104.

Deci-

Digitized by Google

me. Ubaldo & in Cæſaraugustana Penſionis 14. Novemb. 1614. coram bo. me. Coccino Decano, quæ eſt deciſ. 591. par. 2. rec. Caval *dec* 364. *n.* 1.

261 Et de Stylo reproducto Mandato de manutenendo, & ſervatis quatuor terminis ad docendum ſe paruiſſe de quibus ſupra *num.* 63. & non docto de paritione, citatur ad ſententiam, & fertur declaratoria, Mohed. *deciſ.* 1. *de Sent. excom.* Caſsad. *dec.* 6. *num.* 10. *de cauſ. poſſe. & prop.* Rot. *in Valent. Decimarum*, 20. *Novembris* 1568. *coram bon. me. Card. Lancellotto impreſſ.* apud Marcheſ. *de commiſſ. par.* 1. *fol.* 678. ubi de Stylo Rotę teſtatur & in Vicen. *Prioratus*, 19. *Martii* 1690 *cor. Sanctiſs. D. N. Innocent. X. quæ eſt dec.* 383 *poſt. conſ.* Farin. *lib.* 2. *& in d. Cæſaraugustana Penſionis*, 14. *Novembris* 1614. *cor. bo. mem. Coccino Decano*, ubi de Stylo Curiæ teſtatur, & in Melanen. *Bonorum*, 4. *Aprilis* 1642. *coram bon. mem. Merlino Decano*, & in Ampurien. *Convocationis ad Synodum*, 13. *Februarii* 1645. *cor. R. P. D. Meltio* Cavaler. *deciſ.* 364. *num.* 2.

262 Qui quidem termini, ut ſupra ad hoc ut ferri poſſit declaratoria, de Stylo Curię obſervantur non ſolū in mandato de manutenendo, ſed etiam in omni materia, & demum de paritione non docto, fertur declaratoria, Felin. *in cap. ad probandum*, *nu.* 6. *de re jud.* Veſtr. *in prax. lib.* 8. *capit. ult. num* 19. Caſsad. *d. deciſ.* 6. *num.* 10. *de cauſ. poſſeſſ. & prop.* Mohed. *d. deciſ.* 1. *de ſent. excomm.* Cavler. *d. deciſ.* 364. *n. & ſeqq.* cum aliis ſupra allegatis, & ita quotidie obſervat praxis.

Cæterum, ſtante adimplemento, declaratoria evaneſcit, ubi de eo conſtat, etiamſi paritio fuerit verbalis, quando quis nihil aliud pro paritione facere poterat, Rot. *in Gerunden. Vini* 5. *Martii* 1615. *coram Sanctiſs. D. N. Innoc. X.*

263 Manutentio autem ſemel conceſſa durat, & non revocatur, niſi cauſa terminata in petitorio, vel poſſeſſorio ordinario *l. libris in fin. ff. de lib. cauſ.* Imol. *in c. cum veniſſent*, *num* 10 *de inſt.* Caſtr. *conſ.* 3. *num.* 2. *in fine libr.* 3. Covar. *pract. quæſt. cap.* 17 *num.* 2. Menoch. *de retin. remed. ult. numer.* 21. *& ſeqq. num.* 58. *& ſeqq.* Benincend. *dec.* 79. *n.* 3.

264 Sed hoc Primò non procedit, quando alius docet de meliori poſſeſſione, nam tunc revocato primo decreto, illi datur manutentio, Seraph *deciſ.* 1293. *n.* 5. ubi quod hoc in Rota quotidie practicatur, Rot. *deciſ.* 287. *nu.* 7. *in fin. & deciſ.* 404. *num.* 4. *& ſeq. part.* 2. *recent.* Greg. *dec.* 275. *num.* 15.

265 Et poteſt hoc caſu ab eodem Judice mandatum de manutenendo uni conceſſum revocari, Sal. Tiber. *libr.* 2. *c.* 7. *n.* 10. *& ſeq.* Mantic. *dec.* 202. *n.* 4. Rot. *dec.* 641. *num.* 9. *p.* 1. *diverſ.*

266 et † ſemel denegatum, ſi deinde de poſſeſſione doceatur, poteſt denuò concedi, Greg. *d. dec.* 275. *n.* 16.

267 Et ſi neutra pars docet de poſſeſſione manutenibili, poteſt denegari utrique Put. *deciſ.* 372 *libr.* 2. Greg. *deciſ.* 569. *num.* 5.

268 Verum mandatum de manutenendo in ſummariiſſimo poſſeſſorio obtentum, ſi pars adverſa nunquam poſſedit, non poteſt revocari, niſi per ſententiam definitivam, Mantic. *deciſ.* 202. *num.* 2. *& ſeq.* Rot. *deciſ.* 254. *num.* 17. *part.* 4. *diverſ.*

269 Bene poteſt manutentus petere ab Adverſario cautionem de non moleſtando, Bart. *in l.* 1. *§. interdictum*, *nu.* 10. *ff. uti poſſid.* Aretin. *in §. quadrupli*, *n.* 48. *& ſeqq. Inſtit. de act.* Put. *dec.* 61. *lib.* 3.

270 Demum à mandato de manutenendo in ſummariiſſimo poſſeſſorio retinendæ non datur appellatio, quod procedit non ſolum de Jure Civili per *tex. in l.* 1. *C. ſi de moment. poſſeſſ. agat.* ſed etiam de jure canonico per *tex. in cap. fin. §. de poſſeſſione etiam* 2. *quæſt.* 6. Contard. *in d. lib. v. limit.* 3. *nu.* 48. *C. ſi de momen. poſſeſſ. agat.* Menoch. *de retin. remed. ult. quæſt.* 17. *n.* 48. *& ſeqq.* Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 6. *membr.* 2. *n.* 1. Benintend. *deciſ.* 76. *num.* 6. Seraph. *dec.* 129. *num.* 2. *& ſeq.* Rot. *dec.* 287. *n.* 7. *part.* 2. *& dec.* 84. *n.* 1. *part.* 7. *rec.* Caval. *deciſ.* 188. *num.* 2. Duran. *dec.* 221. *num.* 6.

271 Sed hoc procedit ad effectum ſuſpenſivum, nam ad effectum devolutivum datur appellatio, *l. prima*, *C. ſi de momen. poſſeſſ. agat. cap. fin. § de poſſeſſione etiam*, 2. *q.* 6. Contard. *d. lim.* 3. *num.* 49. Benintend. *d. deciſ.* 79. *n.* 6. & *ſeq.* Rot. *d. deciſ.* 287. *n.* 7. *part.* 2. *& dec.* 84. *num.* 1 *par.* 7. *recent.*

Quidquid in contrarium dixerit Caballin. *ad Conſt. Ægid. lib.* 6. *c.* 2. *in verb. civili n.* 11. & Menoch. *de retin. d. remed. ult. num.* 50. *& ſeq.*

272 Soletque Signatura, ſi poſſeſſio eſt clara reſcribere, cum clauſula, *ſine præjudicio*, vel ſi poſſeſſio eſt turbida cum clauſula, *quatenus ſit locus Ægidianæ*, *vel cum facultate manutenendi quem de Jure*, prout de hac ultima clauſula tradit, Lancel *de Attent. capit.* 3. *lim.* 1. *n.* 12. *& n.* 101. Cavaler. *dec.* 616. *n.* 3 Rot *dec.* 315. *n.* 66. *part.* 6. *rec.*

Et licèt Saluſt. Tiber. *in Prax. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 11. dicat Signaturam reſcribere cum dictis clauſulis, quando cauſa fuit expedita per Cedulam, ſecus vero ſi cauſa fuit expedita per Decretum, nam tunc commiſſionem omninò reiicit, ex quo Judex poteſt dictum Decretum quandocumque retractare, cum quoad eum, nunquam tranſeat in Judicatum.

273 Nihilominus in cauſa Ravennaten. Bonor. pro DD. de Regibus contra Illuſtriſſimam D. Mariam Piam, prætendentibus dd. de Regibus cauſam appellationis committi ad utrumque effectum, Me exadverſo pro illius rejectione informante, de anno 1632. R. P. D. Oliverio proponente, Signatura reſcripſit cum clauſula, *ſine præjudicio mandati de manutenendo*, etiamſi cauſa manutentionis in ſummariiſſimo poſſeſſorio fuiſſet expedita per ſimplex Decretum, multo magis autem poterit de jure cauſa appellationis committi cum dictis clauſulis, *quatenus ſit locus Aegidianæ*, *vel cum facultate manutenendi, quem de Jure*, quando poſſeſſio eſt, ut ſupra turbida.

274 Nec videtur relevare, quod hujuſmodi Decreta quoad Judicem non tranſeant in Judicatum, quia etiam Decreta facta in cauſis exequutivis virtute obligationis Cameralis non tranſeunt in judicatum quoad Judicem, qui poteſt ab illis quandocumque reponere, juxta ſuperius tradita *part.* 1. *cap.* 8. *num.* 293. & nihilominus Signatura ſæpe ab illis committit cauſam appellationis cum clauſula, vel ſine, juxta praxim de qua ſupra *d. part.* 1. *cap.* 13 *numer.* 490. *& ſeqq.* ideò data inſtantia corruit argumentum, ut bon. mem. Sanctes Ballarinus I.C. Peruſinus in Almo Piſano Gymnaſio inſignis juris civilis ordinarii è primo loco, horis matutinis, interpres præceptor meus (à quo de anno 1618. Doctoratus lauream Piſis, univerſo Collegio approbante, conſecutus fui dicere conſuevit vulg. *§. Pavonum*, *Inſtit. de rer. diviſ.* & tradit Coccin. *dec.* 223. *num.* 3.

275 Et ob id manutentione conceſſa per Decretum poterit Signatura, vel cauſam appellationis penitus reiicere, prout à Decreto Rotali aliquando rejecit, vel illam committere cum clauſula ſibi benevisa, prout non ſemel commiſit.

276 Quinimò ſi cauſa fuit expedita per Cedulam ab hujuſmodi ſententia de jure communi dari appellationem in omnibus poſſeſſoriis tradunt Bal. *in l. unica*, *n.* 8. *C. de moment. poſſeſſ. agat.* Oſaſc *deciſ.* 25 *num.* 10. *verſ. ſimiliter*, Put. *dec.* 278. *n.* 2. *lib.* 2. & in ſpecie in poſſeſſorio retinendæ Mantic. *deciſ.* 202. *num.* 4. *& num.* 5. Duran. *dec.* 221. *num.* 4.

277 Sed hoc procedit, quando ſententia habet admixtam cauſam proprietatis, ut ex præallegatis clarè colligitur, ſecus ſi ſententia ſit lata in mero poſſeſſorio abſque ulla petitorii mixtura, nam per ſolam Cedulam non alteratur natura judicii, nec ſententia efficitur appellabilis, ſubſtantia etenim, & natura judicii, non verba ſententiæ attendi debent, Felin. *in cap. ſignificante*, 6. *verſ. ſimiliter de reſcript.* Duran. *deciſ.* 60. *num.* 47. *& ſeq.* Rot. *deciſ.* 84. *n.* 17. *& ſeqq. part.* 7. *recent.* ubi quod hoc procedit, etiamſi Judex in Cedula dixerit, *per hanc noſtram definitivam Sententiam*, nàm non ideò ſententia efficitur definitiva, ſi de ſui natura eſt Interloqutoria, & ita paſſim obſervat Praxis, & Curia.

278 Et ſententia lata in mero poſſeſſorio, etiam per Cedulam, intrat adhuc Ægidiana prohibens in eo appellationem, Rot *deciſ.* 117. *n.* 17. *part.* 5. *rec.* licèt ſi, poſſeſſio ſit turbida, ſoleat Signatura cum clauſula, *quatenus ſit locus Ægidianæ*, *vel cum facultate manutenen-*

di, quem de jure, ſupra reſcribere Saluſt. Tib. *d. lib a.c.7 num.* 11.

280 Hodie tamen mandata de manutenendo in Curia,
in poſſeſſorio ſummariſſimo, Judices omnes tenentur
expedire per viam Decreti, non autem per viam Ce-
dulæ, Pauli V. *in refor. Trib. Vrb. conſt. 71. Uoiver-
ſi agri. §. mandata de manutenendo in poſſeſſorio*, & ob
id cum ita hodie obſervetur in Praxi, an à ſententia
in Curia lata, ut ſupra per Cedulam, detur appellatio,
nec nè, diſputare non eſt opus.

281 Verum quoniam aliquando ante litem cœptam, &
aliquando etiam lite pendente Partes de poſſeſſione
certant armis, tunc Judex ex officio ad tollenda ſcanda-
la, & rixas, ne Partes deveniant ad arma, debet omninò
providere, Menoch. *de retin. remed. ult. n.* 1. *& ſeqq.*
Scacc. *de appell. q. 17. limit. 6. membr. 2. n.* 1.

282 Et ob id ſi ei non conſtet, quis poſſideat, & quis non
poſſideat, debet ſuper hoc capere ſummariam informa-
tionem, quam ſequeſtrum omnino requirit, ut juri-
283 dicè concedi poſſit, Buratt. *deciſ.* 13. *numer.* 5. & † ubi-
cumque ei conſtiterit de poſſeſſione unius debet poſſi-
denti concedere mandatum de manutenendo, & in-
hibere alteri parti, nè eum moleſtet. Caſtr. *conſ. 3. n. 2. li-
br.* 2. Bald. *conſ. 244. libr.* 6. Felin. *in rubr. de treg. & pac. n.
11. verſ. nona declaratio.* Neviz. *conſ. 80. num. 7. cum*
aliis cumulatis per Rol. *conſ. 8. num. 25. libr. 4.* Menoch.
de retin. d. remed. ult. num 11. *& ſeq.* Scacc. *de appell. quæſt.
17. limit 6. mem 8. n.* 20. Capyc. *dec. 96. n.* 11. Benintend.
deciſ. 73. n. 7. & ſeq.

284 Veruntamen, ſi poſt captam informationem, & om
nem diligentiam adhibitam, ut ſupra Judici non con-
ſtiterit, aliquam ex partibus contendentibus poſſidere,
ſeù eſſe anteriorem, ſeù potiorem in poſſeſſione, eo quia
poſſeſſio ſit hinc indè valdè turbida, debet ipſe, ſine
præjudicio jurium partium, tam in petitorio quam in
poſſeſſorio, per modum proviſionis, ut praxis obſervat,
avocare ad ſe poſſeſſionem una cum fructibus, & appo-
nere ſequeſtrum, inhibendo partibus ſub pœnis ejus ar-
bitrio, nè ad dictam poſſeſſionem accedant, donec fue-
rit ſuper poſſeſſorio plenario, vel petitorio plenè cogni-
tum, Bal. *in l. ordinariu, n. 9. C. de rei vind.* Curt. *Sen. conſ.
60. n. 2. verſ. hoc tamen*, Scacc. *de Appell quæſt. 17. lim. 6.
membr.* 1. *n* 18. ubi ponit hanc Praxim, Capyc. *dec. 96. n.* 1.
Put. *de. 37 a. l.* 2. Benintend. *dec. 73. n* 6. Buratt. *dec. 527. n.
2. & ſeq. & n 6. cum aliis cumulatis ſup par. 1. c. 14. n. 159.*

285 Eoque magis ſequeſtrum eſt apponendum, prout ſu-
pra quando poſſeſſio eſt vacans *c. cum nos, de offic. ordin.*
Capyc. *dec. 96. num. 21. ibi ſi neuter poſſidet*, Seraph. *deciſ.*
1403. *num.* 5. Rota *dec. 136. num. 4. & deciſ. 185. num. 1. &
deciſ. 586. n. 2. recent. cum aliis allegatis ſupra d p. 1. c.
14. num.* 160.

286 At ſi conſtat ut ſupra, de poſſeſſione unius, non eſt lo-
cus ſequeſtro, Bero *conſ. 51. num. 5. & ſeqq. lib.* 3. Contard.
in l. unica, limit. 16, n. 12. C. ſi de mome. poſſeſſ. agat Scacc.
de appell. d. limit. 6. mem, 2. *n.* 2. Capyc. *d. dec. 96. n.* 11.
Benintend. *dec 73. n* 6. Rot. *dec. 293. num. 8. part. 1. rec.*
etiam ſub prætextu metus armorum, Bald. *in l. ordina-
rii, n. 9. C. de rei vind.* Curt. *Sen. conſ. 60. n. 2. verſ. hoc ta-
men* Grat. *conſ. 10. n. 11. lib.* 1. Scacc. *d. lim. 6. mem. 2. n. 21.*
Capyc. *dec. 96. n.* 11. Beltram. ad Greg. *dec. 9, n. 18. cum
aliis allegatis ſupra d. p. 1. c. 14 n. 63.*

287 Debetque Judex etiam ſuper metu armorum parte
citata ad videndum jurare Teſtes, & capi informatio-
nem ſuper timore ſcandali, ſummariam capere infor-
mationem diſcutere, an revera adſit metus hujuſmodi,
Ang. *conſ. 107. in fin.* Contar. *in d. l. unica, lim.* 16. *n.* 10.
Menoc. *de Adipiſ. remed. 6. n. 20. in fin.* Beninten. *d. dec.
73. n. 3. cum aliis, quos cumulat, & ſequitur.* Scacc *de
App. d. q. 17. lim. 6. memb. 2. num.* 28.

288 Ut enim Judex. poſſit apponere ſequeſtrum ſub. Præ-
textu metus, nè partes veniant ad arma debet ſibi
prius conſtare de hujuſmodi ſuſpicione inter partes,
Scacc. *d. lim t. 6 memb. 2. n.* 19 Beninten. *d. dec. 73. n.* 3.

289 Alias ſequeretur maximum abſurdum, nàm quilibet
poſſet fingere rixam ad hoc ut ejus adverſarius priva-
retur commoditate poſſeſſionis, & fructuum Papien. *in
Prax. in form. ſequeſtr. §. ſapiens, n.* 3. Scacc. *d. mem. 2. n.
29. verſ. ratio.* Beninten. *d. dec.* 73. *num.* 4.

Nec judici aſſerenti, adeſſe periculum rixæ, ſivè ar- 290
morum eſt credendum, niſi quatenus conſtet in actis,
Angel. *conſ. 107. in fin.* Menoch. *de adipiſc. rem. 6. n. 15. &
ſeq.* ubi quod opinio *Angeli*, eſt recepta, Scacc. *memb.
2. n. 19. verſ. & in tantum*, Benint. *d. dec. 73. n. 3. in fin.*

Ad cognoſcendum autem, an conſtet de ſuſpicione 291
rixæ, plurimum attenditur qualitas perſonæ, Pariſ. de
Put. *de Syndic. in verbo Judex, ut non arguatur, n. 1. tom. 7.
fol.* 247. Scacc. *de Appell. d limit. 6. mem. 2. n. 19. verſ. & in
tantum.*

Sed concluſio, quod Judex debet aſſumere informa- 292
tiones ſuper metu armorum parte citata, non procedit,
quando periculum eſſet in mora, & nimis urgens, ut po-
tè quia Judex videbat partes paratas ad arma; nam tunc
ratione nimis imminentis periculi, poſſet Judex aſſu-
mere informationes, & procedere ad inhibitionem,
vel ad ſequeſtrum, etiam parte non citata, quo caſu
poſſet ſolum impugnari ſequeſtrum tamquam emana-
tum abſque ſuſpicione rixæ, cum citatio ad id non eſſet
neceſſaria, Contard. *in l. unica, limit 16. num. 16. C. ſi de
moment. poſſeſſ. agat.* Scac *d. quæſt. 17. limit. 6. membr. 2.
num.* 30.

Secus ſi periculum non erat nimis urgens, nec in mo- 293
ra, nam tunc requiritur cognitio, parte citata, Benin-
tend. *d. dec. 73. n. 14.* Scacc. *d. mem. 3. num.* 30.

Ex quibus infertur, quod ſi adeſt in cauſa Mulier, Pu- 294
pillus, vel alia Perſona non armigera ceſſat timor armo-
rum, ac proindè Judex non debet hoc caſu decernere ſe-
queſtrum, niſi cauſa cognita, & citatis Partibus, Pariſ.
conſ. 41. n. 31. & ſeqq. lib. 1. & alios quos refert, & ſequitur
Scacc. *de appell. d. q. 17. lim. 6. mem. 2. num.* 31.

Ubicumque ergo quis timet, ſe vexari in ſua poſſeſ- 295
ſione, poterit adire Judicem, & docere de ſua poſſeſſio
ne, inſtando inhiberi Adverſario, nè eum moleſtet, &
tunc ſi periculum ſit imminens armorum, & ſcandali,
judex poterit, capta ſummaria informatione ſuper præ-
miſſis ſi viderit periculum in mora abſque alia citatio-
ne inhibere ad inſtantiam Partis, vel ex officio, non poſ-
ſidenti, nè poſſeſſorem moleſtet, illum poſſeſſorem
conſtituendo, quem tempore litis motæ invenerit poſſi-
dere Benintend. *d. deciſ. 73. n. 13. & num.* 14 Ludov. *deciſ.
Peruſ. 20. n. 2. verſ. vel quando.*

At ſi poſſeſſio ſit vacans, & partes feſtinant armis il- 296
lam apprehendere, tum Judex, ſi periculum eſt in mo-
ra, & nimis urgens capta ſummaria informatione, etiam
parte non citata, poſſeſſione, ut ſupra cum fructibus ad
ſe evocata, decernet Sequeſtrum, inhibendo partibus,
nè ad eam accedant, Menoch. *de adip. d. remed. 6. nu.* 19.
Benintend. *d. dec. 73. num. 14. in fin. & num.* 15. Ludov. *dec.
Peruſ. 20. num. 2 quos refert*, & ſequitur Scacc. *d. memb. 2.
num.* 30.

IdemqueJuris eſt, ſi poſſeſſio non eſt vacans, ſed hinc 297
indè valdè turbida, ut per eundem Ludov. *d. dec. 20. num.
2. verſ. vel quando quem allegat*, & ſequitur Scacc. *d. n.* 30
Secus, ſi poſſeſſio ex parte unius eſſet clara, Ludovic. *d.
deciſ. 20. num. 2. verſ. vel quando, cum aliis allegatis ſu-
pra verſ. ubicumque ergo n.* 295.

Sicut autem, quando inter duos de poſſeſſione con-
tendentes Judex conſtito ſibi de poſſeſſione unius ad ob-
viandum, nè partes ad arma procedant, inhibet alteri
parti, nè eum moleſtet, ab ejus Decreto, & inhibitione
non datur appellatio, Bald. *in l. 2. num.* 22. *C. de Epiſcop.
aud. & in l. unica num. 3 in fin verſ. tu dic.* ubi etiam Salic.
num. 3. verſ. dicit ergo, C. ſi de moment poſſ. agat. Rol. *conſ.
8. num. 24. & ſeq. & num. 33. lib* 4. latè Scacc. *de appell. q.
17. lim. 6. memb. 2. n.* 1.

Ita nec etiam Sequeſtri conceſſione, ad tollenda, ut 299
ſupra, ſcandala, & rixas, appellatio datur, Alciat. *conſ.
37. num. 4 & ſeq. tom. 2. lib.* 6. Contard. *in l. unic. limit. 6. n.
2 & ſeqq. C. ſi de moment. poſſeſſ. agat. & alii, quos refert, &*
ſequitur Scacc. *de appellat. d. quæſt. 17. lim. 6. membr. 2.
num.* 14.

Sed hoc non procedit, quando Sequeſtrum eſt factum 300
ſine cauſæ cognitione, & parte non citata, tunc enim
dari appellationem ab hujuſmodi Sequeſtro & mandato
ſub prætextu metus ſcandali dixit, Angel. *conſ. 107. n. 3.*
quem ſequuntur Duen. *reg. 44. limit. 2.* Maran. *de ord. jud.
par. 6. act. 2 prin.* 296. Menoch. *de adipiſcen. remed. 6. nu.*

20. In

ſo. *in fin.* conferunt tradita per Scacc. *de Appell. q. 17. lim 19. num. 4.*

301 Secundò non procedit, quando Decretum eſſet ut ſupra ſine cognitione, & citatione conceſſum, ad effectum dicendi de nullitate, nam licet non daretur appellatio, prout datur ex præallegatis, poſſet tamen impugnari tanquam nullum, & dici de ejus nullitate, Angel. *d. conſ.* 107. *num.* 3. Alciat. *d. conſ.* 37. *numer.* 15. *& ſeqq.* Menoch. *de Adipiſc. d. remed.* 6. *nu.* 20. *in fin.* Contard. *in l. unica lim.* 16. *num.* 10. Scacc. *d. limit* 6 *mem.* 2. *num* 28.

302 Tertiò non procedit, quando conſtaret de poſſeſſione unius, & nihil, vel minus de poſſeſſione alterius, & Judex nihilominus voluiſſet potius apponere Sequeſtrum, quàm ut ſupra tueri poſſeſſorem in ſua poſſeſſione, tunc enim ob perverſum ordinem poſſeſſorii, & petitorii datetur appellatio *l. 1. Cod. de Appell.* Angel. *d. conſ.* 107. *num.* 3. Alciat. *d. conſ.* 37. *num.* 18. *in fin.* Bero. *conſ.* 51. *n.* 5. *& ſeqq. lib.* 3. Contard. *in d. l. unica, limit.* 16. *num.* 11. *& ſeq.* Scacc. *de appell. q.* 17. *limit,* 6. *memb.* 2. *n.* 33. *&* 34.

303 Quartò denique non procedit ad effectum agendi ad revocationem ſequeſtri, nam omiſſa via appellationis, & nullitatis, poteſt quis agere prævio libello pro ſequeſtri revocatione, Contard. *in d. l. unica, limit.* 16. *numer.* 13. ubi alios cumulat. Scacc *de appell. d. limit.* 6. *num* 2. *n.* 5. *& num.* 35.

304 Sed hoc ultimum habet locum, quando judex, capta prius ſummaria informatione, appoſuit ſequeſtrum, parte citata, ſervatis ſervandis, ſecus ſi illa non capta præcepiſſet poſſeſſori, ne accederet ad poſſeſſionem; quia tunc, uti de facto factum, poſſet abſque alio libello, & abſque alia citatione de facto revocari, dummodo hæc non fuiſſent omiſſa ex cauſa valde urgente, *l. 1. §. & hoc edictum ff. ſi ventr. nomin.* Tiraq. *d. l.* 1. Conubial. *in verbo contracto gloſ.* 5. *nu.* 15. *& ſeq.* Contard. *in d. l. unica limit.* 16. *num.* 14. *& ſeq.* Scacc. *d. quæſt.* 17. *lim.* 6. *memb.* 2. *num.* 7.

305 At ſi ſequeſtrum de facto emanavit ob periculum nimis urgens, & in mora exiſtens, ex quo judex videbat partes paratas ad arma, non debet parte non citata revocari, nam eo caſu potuiſſet fieri etiam parte invita Alex. *in l. ſi pacto n.* 4. *in fin. C. de pact.* cum aliis quos refert & ſequitur Contard. *d. lim.* 16. *n.* 16.

306 Quia tamen Judici in his non creditur, ideò ſi ipſe dictum ſequeſtrum citata parte revocare recuſet, & aliundè non conſtet de hujuſmodi urgenti periculo in mora, erit locus appellationi, vel dici poterit de nullitate ſequeſtri ex præallegatis.

307 In reliquis ad Boccacium *in tract. ut poſſidetis* Menoch. *de retinenda*, & Ludovicum Poſtium *I. C. Peruſinum*, qui elegantem *de Mandato de Manutenendo* tractatum compilavit, in facti contingentia recurſus haberi poterit.

Obſervatio.

308 Decretum, ac Præceptum ſequeſtri, ob prætenſum armorum metum eſt nullum, et iniuſtum, ideò admittenda appellatio ad utrumque effectum Ang. *conſ.* 107. *Iacobellus*, Menoch. *de Adipiſc. remed.* 6. *n.* 20. *in fin.*

309 Nullum, Primò defectu citationis ad *l. de uno quoque ff. de jud.* nam in appoſitione hujuſmodi ſequeſtri requiritur cauſæ cognitio, parte citata, DD. *in l. ſi fidejuſſor, §. fin. ff qui ſatiſd. cog.* Card. *in Clem.* 1. *quæſt.* 25. *de Sequeſt. poſſ. & fruct.* Franc. Curt. ad Papien. *in Prax. in form. ſequeſt. in §. ſequens in verb. rina not. quando timetur ne partes veniant ad arma*, Angel. *d. conſ.* 107. Card. Tuſc. *lit. S. concl.* 203. *num.* 1. *& ſeq. & concluſ.* 216. *num.* 2. Benintend. *dec.* 73. *num.* 11. ubi quod etiam Prædo notorius eſt citandus.

310 Et debet citari pars, ad videndum jurare Teſtes, & capi informationem ſuper metu armorum, & ſcandali, Contard. *in l. unica, limit.* 16. *num.* 10. *C. ſi de momen. poſſeſſ. agat.* Benintend. *d. deciſ.* 73. *n.* 3. Scacc. *de Appell. q.* 17. *lim.* 6. *mem.* 2. *n.* 28.

Secundò defectu juriſdictionis, nam fuit petitum con- 311
ſilium Sapientis, Primò ſuper moderatione inhibitionis, Secundò ſuper Manutentione, Tertiò ſupra pretenſa deſertione, ad quod vigore Statuti debet concedi, etiam in ſummariis, & exequutivis, & in re clara, & liquida, aliàs Proceſſus eſt nullus, ut virtute dicti ſtatuti obſervat Praxis, & tradit Bolognin. ad Anan. *conſ.* 9. *num.* 7. *in fin. verſ. ultimo non obſtat*, & ob id non potuit Judex procedere ad inſtanciam partis, ad relaxationem ſequeſtri, cum etiam de jure communi, à quo ſtatuta recipiunt interpretationem paſſivam, Judex recuſatus non poſſit poſt recuſationem procedere ad actum præjudicialem, alias actus eſt nullus, Hoſtien. *& alii inc. cum ſpecificati, de Appell.* Lap. *alleg.* 1. Mynſing. *obſ. Camer. cent.* 4. *obſervat.* 59. *n.* 2. Adden. ad Pap. *in form. Declinat. §. judicem ſub lit. B.* Gabr. *de jud. concluſ.* 3. *n.* 1. *& ſeqq.* Lancell. *de Attent. poſt recuſat. p.* 2. *c.* 6. *n.* 4. *& ſeq.*

Iniuſtum, Primò quia nullibi conſtat de rixa, aut ſtre- 312
pitu armorum, nec de aliquo metu, & judici in hoc non creditur, niſi quatenus conſtet in actis, Adden. ad Papien *in d. form. Sequeſt. in verbo rixa* Ang. *d. conſ.* 107. cum aliis cumulatis per Poſt. *de Manut obſerv.* 75. *n.* 7. *& ſeq.*

Secundò quia tantum abeſt, ut conſtet de timore rixæ, 313
& metu armorum, ut potius ille excludatur, cum lis vertatur inter perſonas pacificas, non autem armigeras, incumbentes literis, non armis, cum alter ex Litigantibus ſit Doctor, alter notarius publicus, ut eſt notorium. Qualitas autem perſonarum ad excluſionem præſumptionis rixæ, & metus armorum plurimum attenditur, Scacc. *de Appell. q.* 19. *limit.* 6. *memb.* 2. *n.* 19. *verſ & in tantum, & num.* 30. Nam hujuſmodi præſumptio viget inter Nobiles potentes, prout ſunt duo Duces, & ſimiles, Poſt. *de Manut. de obſerv.* 75 *n.* 11. *& ſeq.*

Ob id cum ſequeſtrum emanaverit de facto abſq; ulla 314
citatione, aut cauſæ cognitione, datur Appellatio ad utrumque effectum Ang. *d. conſ.* 107. quem ſequitur Marau. *de ord. jud. p.* 6. *& ult. act.* 2. *& penult. n.* 96. Card. Tuſc. *d. concluſ.* 216. *num.* 2. Poſt. *de Manut. d. obſerv.* 65. *n.* 57. *& ſeqq.* Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 9. *memb.* 4. *n.* 116. *& lim.* 19. *n.* 4.

Vel ſaltem in omnem eventum, ſequeſtrum eſt nul- 315
lum, ut ſupra, & ob id poteſt dici de ejus nullitate, Alcia. *conſ.* 37. *n.* 15 *& ſeq. tom* 2. *lib.* 6. Menoch. *de adipiſc. remed.* 6. *n* 20. *in fin.* Card. Tuſc. *lit. S. concl.* 203. *n.* 1. *& ſeqq. & concl.* 216. *num.* 2. Contard. *d. limit.* 16. *num.* 10. Poſt. *de Manut. d. obſ.* 75. *num.* 61. *et ſeq.*

Tertiò quia, quando clarè conſtat de poſſeſſione unius 316
non debet Judex procedere ad remedium deſperatum ſequeſtri, de jure regulariter prohibiti, ſed inhibere alteri parti, ne eum moleſtet. Bero. *conſ.* 51. *num.* 5. *& ſeq. lib.* 2. Capye. *dec.* 96. *n.* 11. Poſt. *de Manut. obſ.* 75. *n* 19. Benintend. *deciſ.* 73. *num.* 6. Greg. *deciſ.* 61. *n.* 1.

Et jam † ſub prætextu metus armorum, Bald. *in l.* 1. *n.* 317
3. *verſ. & alia, C. de probib. ſeq. pecun.* Grat. *conſ.* 10. *nu.* 11. *lib.* 1. Scacc. *de appell. d. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 2. *n.* 2. Capyc. *d. dec.* 96. *n.* 11. Nec debet Judex devenire ad huiuſmodi remedium ſequeſtri, etiam ſi poſſeſſor ſit prædo, latè Poſt. *de Manut. d. obſ.* 75. *n.* 22. *& ſeq.* ubi quod ad hoc ſufficit qualiſcumque occupatio bonorum, cum etiam prædo ſit lite pendente manutenendus, *l. Colonus & l. cum fundus, ff. de vi & vi armat. c. in literis de reſt. ſpol.* Rot. apud Poſt. *de Manut. dec.* 237. *n.* 8 *& dec.* 265. *n.* 11.

Aliàs quilibet poſſet fingere rixam, & ſpoliare hoc 318
modo adverſarium poſſeſſione, & commoditate fructuum, quod abſurdum non eſt admittendum, Papien. *in prax. in form. ſequeſt. §. ſapienſ. n.* 3. Benintend. *dec.* 73. *n.* 4. latè Poſt. *de Manut. d. obſer.* 75. *n.* 14. *& ſeq.*

Et ob id perverſum ordinem poſſeſſorii, & petitorii, ab 319
hujuſmodi ſequeſtro datur appellatio *l.* 1. *c. de Appellat.* Ang. *d. conſ.* 107. *n.* 3. Bero. *d. conſ.* 51. *n.* 5. *& ſeq. lib.* 3. Contard. *in l. unica limit.* 16. *n.* 11. *& ſeq. c. ſi de moment. poſſ. agat.* Scacc. *d. memb.* 2. *n.* 33. *& ſeqq.*

De poſſeſſione autem uſque de tempore litis motæ 320
Primò conſtat in actis ex relatione Nuncii, qui immiſit, cui in hoc creditur, *l. fin.* ubi Caſt. *n.* 6. *verſ. in dubio*, Dec. *nu.* 17. *& alii, c. de Edict. Div. Adr. tollen.* Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *num.* 924. *verſ. Tertius eſt caſus*, quod ſufficit.

321 Secundò ex perceptione fructuum, *l. Titia, ff. de ſolu. ſ. 1. c. de acqu. poſ. l. litibus, c. de agric. & Cenſit. lib. 11. cum aliis, latè cumulatis* per Menoch. *de retin. rem. 3. num. 564.* de qua conſtat ex Teſtibus, & atteſtationibus de hujuſmodi actibus poſſeſſoriis deponentibus, *l. qui univerſas §. quod per Colonum*, ubi Gloſ. & Bart. *de acq. poſ.* Seraph. *deciſ. 1200. n. 1.*

322 Quæ quidem poſſeſſio eò magis potuit adipiſci, attenta facultate à Teſtatore conceſſa capiendi poſſeſſionem propria authoritate, & ob id poſſidens eſt hoc caſu legitimus contradictor contra adverſarium, de cujus poſſeſſione manutenibili nullibi conſtat Eugen. *conſ. 55. n. 12. l. 1.* Rot. *dec. 315. n. 7. p. 3. & dec ſ. 185. n. 9. part. 5. recent.*

323 Non obſtat ſtatutum diſponens, quod ſi duo vellent contendere de poſſeſſione, nulli debeat dari poſſeſſio, ſed apponatur ſequeſtrum.

Quia procedit, quando poſſeſſio eſt vacans, ut patet ex illis verbis, nulli poſſeſſio dari debeat &c. & ſtatutum recipit interpretationem à jure communi, & eodem modo debet interpretari *l. ut gradatim, §. & ſi lege ff. de*
324 *muner. & honor.* Greg. *dec 508. num. 12. & ſeq.* & † ob id non procedit, quando alter poſſidet, cum nemo lite pendente debeat, mediante ſequeſtro, ſua poſſeſſione privari, *l. unica c. de probib. Sequeſt. pecun.* Gail. *pract. obſerv. lib. 1. obſerv. 148. nu. 1.* Poſt. *de manut. obſer. 63. n. 21. & ſeq. cum aliis ſuperius allegatis.*

Motivum.

325 Retuli petitionem A. ſuper declaratione validitatis, vel nullitatis ſequeſtri, & Decreti D judicis à quo eſſe admittendam, & motus fui quia licèt à ſententia lata in judicio poſſeſſorio, & cauſa ſequeſtri non detur appellatio, juxta variorem ſententiam, quam tenet Scac. *de appel. q. 17. limit 6. memb. 2. n. 2. & memb. 3. num. 3.*

326 Poteſt tamen dici de illius nullitate, Bald. *in l. unica, n. 12. verſ quarto nunquid ſententia, C. ſi de moment. poſſ.* Jaſ. *in l. 1. n. 6. ff. de juſt. & jur.* Caſte. *in l. 6. quiſquis, C quor. appellat. non recipien.* quos refert, & ſequitur Scacc. *de appell. q. 19. remed 1. concluſ. 2. num. 2. & q. 17. limit. 6. memb. 2. n. 28.* Idque verum eſt, etiam ſi nullitas non ſit evidens Scacc. *d. q. 19. remed. 1. concl. 2. n. 4.*

327 Quod autem in caſu noſtro poſſit dubitari de nullitate ſequeſtri, conſtat, cum ſequeſtratio ad inſtantiam unius partis, ſine aliqua informatione ſuper timore ſcandali, & ex abrupto proceſſerit, non citata alia parte, de cujus præjudicio tractabatur, & prout erat neceſſe, ex traditis per Menoch. *de adipiſc. remed 6. num. 18* Scac. *de appell. q. 17. limit. 7. num. 2. n. 28.* Benintend. *deciſ. 73. n. 4.*

328 Nec dicitur D. Judicem potuiſſe procedere ad ſequeſtrationem ex officio, & parte non citata, cum ſibi conſtiterit de ſuſpicione rixæ, ad trad. per Scacc. *de appel q. 17. lim. 6. mem. 2. n. 29.* Benintend. *d. 73. n. 14.*

329 Quia omiſſo quod Judex proceſſit ad inſtantiam partis, non ſolum debet conſtare Judici de ſuſpicione rixæ, ſed debet eſſe adeò imminens, ut periculum ſit in mora, ut dicit Scacc. *d. q. 17. limit. 6. memb. 6. num. 28. & ſequitur* Benintend. *d. dec. 73. n. 14.*

330 Quod non videtur adfuiſſe in caſu noſtro, immo nec fortaſſe periculum rixæ, cum ex parte P. nulla adeſſet ſuſpicio veniendi ad arma, ex parte verò A. licet aliqua vis illata videatur ut deducitur ex fide duorum Teſtium, tamen illorum depoſitio valde dubitabilis reddebatur, firmantibus aliis teſtibus de pacifica ſuſceptione fructuum, ſine aliqua armorum oſtenſione, & violentia, & proindè cum potuerit dubitari de validitate dicti ſequeſtri, non eſt reiiciendus actor petans jus dicti ſequeſtri declarari, cum id ſufficiat, ad effectum ut quis de nullitate dicens audiatur, ut per Scacc. *de appell. d. q. 17. limit. 6. memb. 2. n. 27. & ſeq. 19. rem. 1. concl. 2. n. 3.*

B Et ita &c.

Sequeſtrator ſuſpectus amoveri debet Rot. *dec. 494. n. 3. p. 3. lib. 3. diverſ.*

332 Hinc, nè ab initio de perſona ſequeſtri oriatur controverſia, dum citatur pars ad videndum decerni ſequeſtrum, ſolet addi in citatione, nec non concordandum de ſequeſtratoribus, Veſtr. *in prax. lib. 7. c. 2. n. 1. verſ. quamobrem.*

Cæterum ſequeſtrator legitimè deputatus, ut ſupra ſine cauſa mutari non poſſet, ſi ejus qualitas ratione fidei, vel facultatum in dubium revocaretur, quia in deputatione videtur ejus perſona approbata, Veſtr. *d. lib. 7. c. 2. n. 12.* 333

De Mandato de evacuando, Pars Secunda. Cap. XIII.

S V M M A R I V M.

1 Continuatio tituli ad præcedentes.

2 Ubicunque inquilinus tenetur recedere, idque facere negligit, ſeu recuſat, agitur contra eum ad evacuandum.

3 Monitorium contra inquilinum ad evacuandum, & ejus formula.

4 Monitorium contra inquilinum, perſonaliter exequutum reproducitur in actis.

5 Reproductio, ſeu adnotatio reproductionis monitorij executi, & ejus formula.

6 Inquilinus, prætendens, non poſſe expelli de re conducta, poteſt negare monitorium.

7 Negatio monitorij, & ejus formula.

8 Actor in iudicio exequutionis debet verificare monitorium, & quid probare debeat.

9 Deficientibus inſtrumentis, & ſcripturis, tam actor, quam reus debet probare incumbentia per teſtes & alia probationum genera.

10 Citatio ad evacuandum, & ſolvendum penſiones decurſas, & ejus formula.

11 Reus poteſt etiam in termino intimationis deducere & probare ſuas exceptiones, videlicet ius inquilinatus vel aliud ius ſeu privilegium, & quicquid vult, & poteſt.

12 Inquilino in termino intimationis nil relevans deducente, expeditur contra eum, mandatum de evacuando, & exequutivum.

13 Mandatum de evacuando, & executivum, & ejus formula.

14 In Mandato de evacuando ſolet apponi oſtendatur, etiam domi dimiſſa copia, & quomodo tunc ad illius exequutionem procedatur.

15 A Mandato de evacuando non datur appelatio, ſed ſentiens ſe læſum, obenta ſuperſeſſoria, poteſt adire Signaturam parte citata pro commiſſione cauſæ appellationis.

16 Interpoſitio appellationis a mandato de evacuando & ejus formula, & reſponſio de Apoſtolis.

17 Cedula appellationis a mandato de evacuando & ejus formula.

18 Commiſſio appellationis à mandato de evacuando in Signatura proponenda, & ejus formula.

19 Signatura in materia appellationis à mandato de evacuando quomodo reſcribat.

20 Pars nolens ampliùs in locatione, ſeu conductione continuare, debet hoc debito, & convento tempore alteri intimare, ne alias cenſeatur facta relocatio, & reconductio.

21 Intimatio qualiter quis non intendit amplius continuare in locatione, ſeu conductione, una cum citatione ad dicendum contra proteſtationem, & ejus formula, & proceſſus.

22 Proteſtatio facienda a nolente amplius continuare in locatione, ſeu conductione, & ejus formula.

23 Iudicium evacuationis eſt ſummarium, & executivum.

24 Inquilinus propriè quis ſit.

25 Colonus propriè quis ſit.

26 Colonus partiarius quis ſit.

27 Conductor ruſtici prædij dicitur conductor, ſive conducat nummis, ſive alia ſpecie.

28 Inquilinus nomine locatoris, & colonus nomine Domini poſſidet, non ſuo.

29 Conductor non ſibi, ſed locatori poſſidet.

30 Dominus etiam civiliter tantum poſſidens, finita locatione, poteſt rem locatam propria authoritate, etiam lite pendente occupare.

31 Do-

Digitized by Google

31 Dominus, expellendo Colonum non cadit a jure ſuo.

32 Inquilinus non poteſt expelli locatione durante.

33 Dominus volens uti re locata ob propriam, vel ejus patris vel filii neceſſitatem, poteſt expellere inquilinum locatione durante.

34 Locator, quia renunciavit ſupervenienti neceſſitati rei locata, non poteſt ſub eo prætextu expellere inquilinum.

35 Si tempore locationis aderat eadem neceſſitas, vel locator poſt neceſſitatem exegit penſionem, non poteſt, ſub prætextu propriæ neceſſitatis, expellere inquilinum.

36 Si locator promiſit manutenere conductorem in pacifica poſſeſſione rei locatæ, & ſe in forma Cameræ obligavit, non poteſt ob propriam neceſſitatem expellere inquilinum.

37 Inquilinus moroſus in ſolvenda penſione poteſt expelli locatione durante.

38 Dominus volens ob neceſſitatem, quæ tempore locationis non imminebat, fabricare in re locata, poteſt expellere inquilinum locatione durante.

39 Inquilinus, vel colonus, abutens re conducta, poteſt expelli locatione durante.

40 Locatione finita inquilinus tenetur dimittere domum vacuam, & poteſt expelli.

41 Inquilino pro melioramentis factis in re conducta datur, finita locatione, retentio.

42 Conductor bonorum Reipublicæ, vel Eccleſiæ, ratione juris inquilinatus præfertur, ſi vult, in locatione, pro eo, quod à ſecundo conductore offertur.

43 Inquilinus de jure communi finita locatione præfertur novo conductori pro pari mercede, potius de æquitate, quàm de juris rigore.

44 Sed hoc videtur ſpeciale in locatione prædiorum Fiſcalium, Reipublicæ, Eccleſiæ, & locorum piorum.

45 Si finito tempore in locatione præfixo fuit continuatum in locatione, & conductione, cenſetur facta tacita relocatio, & reconductio cum eiſdem pactis, & conditionibus.

46 Reconductio, & relocatio tacita in ruſticis pro uno anno, in urbanis pro tempore, pro quo fuit inhabitatum, facta cenſetur.

47 Tacita relocatio non cenſetur facta ſub eiſdem Fidejuſſoribus.

48 Inſtrumentum, ſeu ſcriptura requirit factum quod in tacita relocatione non continetur.

49 Obligatio Cameralis in tacita relocatione, & reconductione non cenſetur repetita.

50 Locans abſque conventione penſionis cenſetur locaſſe pro penſione ſolita.

51 Si in conductione non eſt facta mentio de penſione ſeu mercede debet in primis in hoc attendi conſuetudo loci, ſi adeſt certa.

52 Inquilinus qui durante locatione poteſt expelli, dum habet in re conducta tacitam hypothecam, poteſt illam retinere, donec ſibi ſolvantur damna, & intereſſe.

53 Qui domum retraxit vigore Bullæ, poteſt expellere inquilinum, nec tenetur ei ad intereſſe, ſicut nec venditor in caſu evictionis.

54 In Urbe inquilini non poſſunt expelli, niſi ſervata forma decreti, & quæ ſit forma dicti decreti.

55 Forma decreti Cameralis ad favorem inquilinorum non ſervata, contractus locationis eſt nullus.

56 Intimatio inquilino, an velit emere, debet fieri per publicum inſtrumentum à notario coram teſtibus juxta formam decreti, aliàs non arctat, & actus corruit.

57 Inſtante Anno Sancto fit in Camera decretum, ne uſque ad certum tempus penſiones augeri, neve inquilini expelli valeant & quare.

58 Privilegium inquilinatus non ſuffragatur ei, qui inquilinatui renunciavit.

59 Si locatio in qua fuit renunciatum juri inquilinatus, fuit revocata, inquilinus expelli non poteſt ſub prætextu d. renunciationis.

60 Privilegium inquilinatus, & decretum Camerale non ſuffragantur ſubinquilinis.

61 Jus inquilinatus licet non ſuffragetur ſubinquilino in præjudicium domini, ſecus eſt quoad habentes jus inquilinatus.

62 Privilegium inquilinatus non ſuffragatur ſubinquilinis ſuper jure retractus.

93 Jus inquilinatus non ſuffragatur quando ab emptore data eſt aliqua ſpecies, quam ipſe inquilinus præſtare non poteſt, & quare.

64 Privilegium inquilinatus ſuper retractu non habet locum in donatione.

65 Inquilinus, vicinus, conſors, & ſimiles in jure retractus præferuntur domino cenſus, & quare.

66 Inquilinus non excuſatur a ſolutione penſionum præteritarum ex ſupervenientia novi tituli.

67 Inquilinus non poteſt a conductione recedere, niſi ex neceſſitate præciſa, prout ſi domus minetur ruinam, vel ob peſtem, vel motum malorum ſpirituum, & hujuſmodi.

68 Inquilinus poteſt alteri conductori concedere jus prælationis, & inquilinatus, ſi illud habet, aliàs ſecus.

69 Hebræi in domibus ab eis inhabitatis, habent jus Gazaga, quod inter eos poteſt cedi, vendi, & de uno in alium transferri.

70 Colonus tenetur reddere domino ſuam partem integram fructuum abſque alia deductione.

71 Colonus ante recollectam fructuum pro ejus medietate habet tantum actionem perſonalem contra dominum, ſeu locatorem.

72 Laborator, ſeu colonus non eſt dominus ſuæ partis fructuum, niſi poſt quam à ſolo ſunt ſeparati.

73 Fructus pendentes ſunt pars rei.

74 Vendita re locata, fructus pendentes ſpectant ad emptorem, etiam reſpectu portionis colonicæ, niſi illa ſit exceptuata.

75 Fructus pendentes etiam maturi, & reſpectu portionis colonicæ ſpectant ad emptorem, niſi in contrarium fuerit facta conventio.

76 Si in venditione fit mentio fructuum, nec etiam ratione laborerii, & expenſarum prætendi valent.

77 Emptor, uti ſucceſſor ſingularis, non tenetur ſtare locationi.

78 Si emptor ſcit, rem emptam fuiſſe alteri locatam & conſtat de ſcientia, pars colonica ad eum non ſpectat.

79 Data ſcientia locationis emptor tenetur ſtare locationi.

80 Si locatio eſt nulla, nec Author nec Succeſſor tenetur in ea continuare.

81 Si in loco adeſt conſuetudo notoria locandi prædia ad coloniam. Emptor non videtur de hoc poſſe allegare ignorantiam.

82 Si venditor eſt ruſticus, qui fundum notoriè ſua manu colit, etiam pars colonica hoc caſu ſpectat ad Emptorem.

83 Si fructus ſunt plenè maturi ſtatim, recolligendi, & Venditor manus iam appoſuit in recollectu ſciente Emptore, tunc fructus non ſpectant ad emptorem, aliàs ſecus.

84 Si conductori fuerint bona Locatoris, & ſic etiam res conducta, pro obſervantia contractus obligata. Conductor habet in eis jus Hypothecæ & ob id Emptor tenetur ſtare locationi.

85 Succeſſor ſingularis poteſt expellere Conductorem habentem jus Hypothecæ generalis in re locata, ſoluto ei intereſſe, non autem habentem jus Hypothecæ ſpecialis.

86 Si adeſt pactum de non alienando rem locatam, & Locator obligavit Conductori rem locatam pro obſervantia contractus, non poteſt illa in Conductoris præjudicium alienari.

87 Succeſſor ex cauſa neceſſaria, prout ex cauſa judicati, tenetur ſtare locationi.

88 Succeſſor ſingularis, qui non ſuccedit in plenum jus Authoris ſui, tenetur ſtare locationi.

89 Succeſſor ſingularis ejus, qui plenum jus in re non habebat, tenetur ſtare locationi.

90 Immiſſus in Salviano tenetur ſtare locationi.

Digitized by Google

91 *Emptor fructuum tenetur ſtare locationi factæ per Dominum ante venditionem.*
92 *Succeſſor univerſalis tenetur ſtare locationi.*
93 *Succeſſor ſingularis, recuperans fundum vigore pacti de retrovendendo, tenetur ſtare locationi.*
94 *Succeſſor in beneficio eſt ſucceſſor ſingularis.*
95 *Succeſſor in Beneficio tenetur ſtare locationi factæ nomine Eccleſiæ, et pro ejus utilitate, non factæ nomine Prædeceſſoris.*
96 *Aliæ limitationes ad regulam, quæ habet quod ſucceſſor ſingularis teneatur ſtare locationi remiſſivè.*
97 *Conductor poteſt rem ſibi locatam ſublocare, niſi aliter ſit conventum.*
98 *Conductor poteſt ſublocare æquè idoneo, & ad eumdem uſum, non aliàs.*
99 *In Curia quæ pacta apponi ſoleant in contractibus locationum.*
100 *Dominus Inquilino ſublocare volenti non poteſt ſine juſta cauſa denegare conſenſum.*
101 *Re locata ab aquis ſubmerſa, fit Conductori remiſſio mercedis pro rata rei peremptæ,*
105 *Re in totum, vel pro parte perempta, fit remiſſio affictus, non facta compenſatione cum annis fertilibus, & quare.*
103 *Si non conſtat, quod plures Conductores ſint obligati inſolidum cenſentur obligati pro virili.*
104 *Secus ſi inter eos ſit contracta Societas.*
105 *Plures Conductores obligati inſolidum quo ad Locatorem tenentur inſolidum.*
106 *Etiamſi negotium, vel res ad unum eorum tantum pertineat.*
107 *Secus reſpectu ipſorum inter ſe, nam ſi negotium ad unum tantum pervenit, alter habetur pro Fidejuſſore.*
108 *A Decreto de exfrattando, ſeu evacuando non datur appellatio ſuſpenſiva.*
109 *A Mandato de evacuando contra Fabrum malleantem propè Scholas, vel contra Scholarem, qui impedit ſtudium Socio, & ex identitate rationis contra Inquilinum non datur appellatio.*
110 *Conductor Locatori quæſtionem dominii objicere non poteſt, ſed tenetur prius evacuare, quam de proprietate agat.*
111 *Signatura in cauſa appellationis à Mandato de evacuando reſcribit cum clauſula executiva,* ſine præjudicio.
112 *Si agitur actione locati, vel conditione* leg. ſi quis conductionis, *Conductor movens quæſtionem dominii dicitur ſpoliare.*
113 *Denegans ſolvere penſiones dicitur ſpoliare.*
114 *Si actum fuit actione locati, vel conditione,* leg. ſi quis conductionis, *à Mandato de evacuando non datur appellatio ſuſpenſiva, & Signatura reſcribit cum clauſula,* ſine præjudicio.
115 *Et eo magis ſi ad favorem Locatoris adeſt obligatio Cameralis.*
116 *Idem juris eſt Perſonis privilegiatis, ràn à Mandato de evacuando, ad earum favorem relaxato, non datur appellatio.*
117 *Idem juris eſt in caſibus, in quibus Locator poteſt expellere Conductorem non finita locatione.*
118 *Si agitur ad evacuandum virtute Inſtrumenti habentis executionem paratam, & locatio eſt finita, à Mandato de evacuando non datur appellatio ſuſpenſiva.*
119 *Si non conſtat quod locatio ſit finita; vel habetur pro finita, vel agitur de reconductione tacita, à Mandato de evacuando datur appellatio.*
120 *Si non agitur actione locati, nec conditione,* l. ſi quis conductionis, *nec virtute Inſtrumenti, vel Privilegii, tunc, ſi nullum ſupereſt Petitorium, à Mandato de evacuando datur ei id appellatio Conductori ad longum tempus*
151 *A Mandato de evacuando decreto contra Inquilinum, nullum jus in re locata, præter nudam detentationem, habente, non datur appellatio ſuſpenſiva, etiamſi in Petitorio præjudicium reparari non poſſit.*

De Mandato de evacuando.
Pars Secunda.
Cap. XIII.

QUia Mandatum de Evacuando videtur quodammodo ſapere Manutentionis naturam, & in eo obtinendo ſummariè proceditur, nec ab eo datur regulariter appellatio, idcircò poſt Manutentionem antequam ulterius progrediatur, de illo agere non abs re viſum fuit. 1

Quotieſcunque aliquis Domum, vel Apothecam, aut quid ſimile locaverit, ſi finita locatione, vel ſi alio caſu de Jure Inquilinus, volente Locatore, tenetur inde diſcedere, & id facere negligit ſeù recuſat, agitur contra eum ad evacuandum, prævio monitorio, ut infra videlicet. 2

De Mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. Domini A.C. ſivè R.P.D NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis. 3

Tenore præſentium.

Moneatur NN. ex adverſo principalis, quatenus infra triduum proximum, ſub 500. ducatorum &c. aliiſque pœnis, debeat Domum d. D Inſtantis ſitam in Urbe in Regione NN. juxta ſuos notiſſimos fines, per eumdem Adverſarium inhabitatam evacuaſſe, & ab omnibus immunditiis expurgaſſe, vacuamque liberam, et expeditam dimiſiſſe, & relaxaſſe, ac penſiones decurſas, et non ſolutas, & decurrendas uſque in diem evacuationis, ſolviſſe, & de eis ſatisfeciſſe, damnaque, expenſas, & intereſſe, præmiſſorum cauſa, & occaſione paſſa &c. patien. &c. ac liquidan. refeciſſe, Mandatum de evacuando &c. ac executivum, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, concedi, et relaxari, Jus, & Juſtitiam miniſtrari, aliaque deſuper neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe, præſentibuſque paruiſſe. Deducens &c & aliàs omni meliori modo &c. & quis &c. compareat &c. alioquin, &c.

NN. Notarius. Locus † Sigilli.

Hoc Monitorium, à Curſore perſonaliter executum, ac ſubſcriptum, reproducitur in actis, ejuſque reproductio adnotatur in Brollardo, ut infra, videlicet. 4

Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque &c NN. Sanctiſs. D. N. Curſor retulit, ſe ad inſtantiam NN. perſonaliter monuiſſe NN. prout in folio, tenoris &c. omni &c. 5

Monitus verò ſi prætendit, ſe ob jus inquilinatus, vel aliam rationem, non poſſe expelli è domo, vel alia ſimili rè conducta, poteſt negare Monitorium, ut infra, videlicet. 6

Pro NN. contra NN.

In Officio &c. NN. dixit narrata, prout narrantur, non eſſe vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri, ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, verificatis verificandis &c. aliàs &c. omni &c. 7

Actor autem in hoc judicio tenetur verificare Monitorium, & docere, ſe Domum, vel Apothecam, aut rem ſimilem, de qua agitur, locaſſe, & locationem eſſe finitam producendo in actis Inſtrumentum locationis, & Jura opportuna; citata Parte ad dicendum contra, & aliàs ſervatis ſervandis circa Jurium productionem, & recognitionem, juxta ſuperius tradita *p. 1. cap. 2. n. 10. & ſeq.* 8

Quod ſi deſint Scripturæ, & Inſtrumenta, poterit Actor ejus incumbentia probare per Teſtes et alia legitima probationum genera, exhibendo in actis Articulos opportunos, citata Parte ad dicendum contra illos, ut dictum eſt ſupra *d. p. 1. c. 10. & ſeq.* 9

Poteritque Reus iiſdem modis ſuas, ſi quas habet, exceptiones probare.

Probatis verò probandis citatur reus, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. ex adverſo principalis, ad evacuandum domum, de qua agitur, & ſolvendum penſiones 10

nes

Digitized by Google

nes decurſas, & uſque in diem evacuationis decurrendas, aliàs videndum quodcumque Mandatum de evacuando. & reſpectivè exequutivum, ac aliud neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi infra docem cum Intimatione, omni &c.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. relaxavit Mandatum de evacuando, & exequutivum, & aliis prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

11 Quod ſi Reus ſuas exceptiones adhuc non deduxerit, poterit illas in d. Intimationis termino deducere, & probare, prout ſi haberet aliquod jus Inquilinatus, vel aliud privilegium, aut jus, quo mediante è domo, vel re conducta expelli non poſſet, & ſi eſſet differentia circa quantitatem penſionis ſolutæ, vel ſolvendæ, poterit opponere, nihil fieri, niſi ſpecificata ſumma, factis calculis, & jurato de Calumnia, & intimato, quæ omnia poterunt ab Actore adimpleri, juxta ſuperius Tradita, *part.* 1. *cap.* 8. *numer.* 1. & *ſeqq.*

12 Cæterum ſi Reus in d. termino nihil relevans deduxerit, ſeù probaverit, Actor poterit, eo elapſo, expedire Mandatum, ut infra videlicet.

13 De Mandato Illuſtriſſimi et Reverendiſſimi D. A. C. ſivè R. P. D. NN. ejus in civilibus Locumtenentis, et ad inſtantiam NN. principalis.

Tenore præſentium.

Mandatur Vobis Executoribus, Subexecutoribus, & aliis, ad quos ſpectat &c. quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, ſub 500. ducatorum &c. aliiſque pœnis, debeatis, & quilibet veſtrum debeat Domum dicti Dominis Inſtantis per d. NN. Adverſarium inhabitatam, ſitam in Urbe in Regione N. juxta ſuos fines notiſſimos evacuaſſe, et vacuam, liberam, & expeditam d. Domino inſtanti relaxaſſe, expulſo exindè d. NN. Adverſario, & aliis illicitis Detentoribus, Necnon auferantur de bonis dicti NN. Adverſarii bona valoris ſcutorum NN. d. Inſtanti debitorum pro reſiduo penſionum dictæ Domus, uſque in præſentem diem decurſarum, & non ſolutarum, una cum Juliis NN. pro Expenſis præſentis Mandati, quæ oblata deponantur in Depoſitaria Urbana ad effectum ſubhaſtandi, ut moris eſt, & de illorum pretio d. NN. Inſtanti ſatisfaciendi, quoniam d. NN. adverſario citato & intimato Reverendiſſ. D. ita mandavit, hac die &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

14 Solet tamen in calce ſimilium Mandatorum ad libitum Judex apponere, *oſtendatur per duos dies ante executionem, etiam domi dimiſſa copia*, quo caſu neceſſe eſt, quod Curſor illud, dimiſſa copia ad inſtar aliarum citationum, exequatur, & ſubſcribat, ſe ita feciſſe, quibus duobus diebus poſt d. copiæ dimiſſionem elapſis, Executores procedunt ad Mandati exequutionem, juxta illius formam, & tenorem, domum evacuando, & bona ibi reperta extra eam aſportari per Bajulos faciendo, illamque liberam, & vacuam Locatori relinquendo, & dimittendo, Conductoribus, & illicitis detentoribus expulſis; Pro penſionibus verò, ac expenſis Mandati, Executores tot bona auferent, quæ pro ſatisfactione Creditoris ſint ſatis, apud Depoſitariæ Urbanæ Miniſtros deponendo ad effectum ſubhaſtandi, et alia juxta mandati formam faciendo, ad quorum ſubhaſtationem, & deliberationem deinde ſervatis ſervandis proceditur, juxta ſuperius tradita *p.* 5 *c.* 15. *n.* 1. & *ſeq.*

15 In hoc ſummario judicio appellatio rejicitur, ſed ſi decretum eſſet nullum, vel injuſtum, ſentiens ſe læſum, poſſet obtenta Superſeſſoria a Præfecto Signaturæ, ut ſupra *part.* 1. *cap.* 13. *num.* 19. adire plenam Signaturam pro Commiſſione cauſæ appellationis, citata parte ut ſupra *d. par.* 5. *cap.* 13. *num.* 20. & *ſeqq.* & prius coram Judice à quo appellate infra legitima tempora, videlicet.

Pro NN. contra NN.

16 Coram Domino, meque &c. NN. habita notitia de prætenſo Decreto facto ad aſſertum favorem NN. contra NN. ab eo, & omnibus aliis gravaminibus &c. ad Sanctiſs. D. N. Innocentium Papam Decimum, ejuſque ſanctam Sedem Apoſtolicam appellavit, prout in Cedula quam factu dedit, tenoris &c. petens &c. omni &c.

Cui D. dedit refutatorios in forma omni &c. Tenor Cedulæ.

17 A quodam prætenſo Decreto definitivo facto ut dicitur, ad aſſertum favorem NN. contra NN. de, & ſuper evacuatione Domus ſitæ in Regione N. juxta bona NN. & NN. ac alios notiſſimos fines, rebuſq. aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis &c. Procurator, & eo nomine, d. NN. ſentiens ſe læſum, & gravatum, & timens impoſterum magis lædi, & gravari &c. ab illo, & toto proceſſu deſuper fabricato ad Sanctiſs. D. N. Innocentium Papam X. ejuſque ſanctam Sedem Apoſtolicam in his ſcriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens ſemel, bis, tertiò, ſæpè, ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus &c. hæc appellatio non admitteretur &c. à non admiſſione illius, ac toto ulteriori proceſſu iterum, ac toties quoties appellat, provocat, & ut ſupra de nullitate dicit, itaut ſit ultimus in appellando &c. & interim &c. nihil innovari &c. aliàs proteſtatus fuit de nullitate, & attentatis &c. non ſolùm, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Et poterit confici commiſſio proponenda in plena Signatura, ut infra, & aliàs ſecundùm contingentiam facti videlicet.

Romana.

18 Beatiſſime Pater. Licet NN. Adverſarius aliàs de anno N. locaverit pro tribus annis futuris NN. devoto S. V. Oratori Domum ſitam in Regione N. juxta bona NN. & NN. & alios, ſi qui &c. prout ex publico Inſtrumento rogato per acta NN ſub die N. menſis N. dicti anni ad quod &c. Nihilominus idem Adverſarius prætendens d. Oratorem dictæ Locationi, ac juri inquilinatus renunciaſſe, egit contra eundem coram A. C. ad evacuandum d. Domum, & licet Poſitiones pronunciatæ pro confeſſatis non attendantur in eo Tribunali, & Teſtes exadverſo examinati nihil relevans concludant, nihilominus dictus NN. Adverſarius decretum aſſertum & illius vigore Mandatum de evacuando contra Oratorem nulliter & injuſtè extorſit. Supplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus ut dignetur cauſam & cauſas appellationis, & appellationum hujuſmodi à prætenſa Sententia ſeù Decreto definitivo, infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ, attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de Jure &c. una cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Romanæ Curiæ Prælato audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere & mandare, cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties ſingulis diebus, & horis feriatis, et non feriatis, præterquam in honorem Dei feriatis. Conſtitutionibus, Apoſtolicis Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, ſtatum &c. pro plenè &c.

19 Signatura in hoc judicio regulariter reſcribit cum clauſula, *ſine præjudicio Mandati de evacuando*. Veruntamen ſi Decretum eſt nullum, & injuſtum, adeo quod appellatio rationabiliter veniat admittenda, reſcribit pro appellatione ſimpliciter illius cauſam committendo.

20 Sæpè verò contingit, quod una vel altera Pars non vult amplius in Locatione, ſeu Conductione continuare, & virtute pacti expreſſi, vel taciti tenetur hoc alteri Parti per aliquot dies ante finitam locationem intimare, ne aliàs cenſeatur facta tacita reconductio,

tunc igitur pars quæ contionare in locatione non intendit, debet hoc tempore deb to, ſeù convento, alteri intimare ut infra, videlicet.

A. C. N.

21 Intimetur NN. exadverſo principali, quatenus infraſcriptus D. Inſtans non intendit amplius continuare in locatione Domus ſitæ in Urbe in Regione N juxta bona NN. & NN. Viam, & alius, ſi qui &c. de qua agitur, & ob id d. locationem, beneplacitumque ſuum, in ea poſitum revocat, & annullat. Ideò citetur idem ad dicendum contra proteſtationem, requiſitionem, & interpellationem, necnon videndum illam per Dominum admitti, & mandari afficere ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

Relatione facta, Comparuit NN. & repetiit proteſtationem in Broliardo factam, & petiit, & obtinuit admitti ſi, & in quantum. & mandari afficere, prout de Jure, omni &c.

At conductor, nolens continuare, poterit intimare diſdictam, ut infra, & aliàs mutatis mutandis, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter infraſcriptus Dominus inſtans non intendit amplius continuare in conductione Apothecæ ſitę in Urbe in Regione NN. juxta bona NN. & NN. viam & alios, ſi qui &c. de qua agitur, & ob id d. conductionem, beneplacitumque in ea poſitum revocat, & annullat, Ideò citetur Idem, ad dicendum contra proteſtationem, requiſitionem, & interpellationem, necnon videndum per Dominum illam admitti, & mandari afficere, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit proteſtationem hac die in actis factam, et petiit, & obtinuit, ut ſupra admitti ſi, & in quantum, & mandari afficere, prout de Jure, omni &c.

22 Proteſtatio verò in Broliardo à Locatore poteſt fieri, ut infra, & alias mutatis mutandis, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. dixit, alias locaſſe NN. Domum NN. cum pacto, quod nolens in locatione continuare, teneatur hoc intimare Conductori per quindecim dies ante, & aliàs, prout in apoca privata deſuper confecta, die NN. menſis N anni N. (*vel prout in inſtrumento rogato per acta NN ſub die N. menſis N. anni N.*) & quia dictus Inſtans locator non intendit amplius in d. locatione continuare, ideò id ad Partis adverſæ notitiam deducit, dictamque locationem, ac beneplacitum ſuum, in ea poſitum, revocat, & annullat, proteſtans, &c. offerens adimplere pro ſua parte implenda, ſi quæ ſint &c. petens &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Conductor autem, nolens continuare in conductione, poteſt proteſtari, ut infra, & aliàs juxta contingentiam facti mutatis mutandis, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. Procurator dixit, dictum ejus principalem aliàs conduxiſſe ab NN. Apothecam NN. de qua agitur, cum pacto quod nolens in conductione continuare, teneretur id intimare locatori per quindecim dies ante, & aliàs prout in inſtrumento rogato per acta NN. die N. menſis N anni NN. & quia d. principalis Conductor non intendit amplius in dicta conductione continuare, ideò id ad partis adverſæ notitiam deducit, dictamque conductionem, beneplacitumque in ea poſitum revocat, & annullat, proteſtans, &c. offerens adimplere pro ejus parte adimpienda, ſi quæ ſint &c. petens &c. ut ſupra, & aliàs omni meliori modo &c.

Obſervationes.

23 JUdicium evacuationis, contra Inquilinum, vel Colonum, eſt ſummarium, et exequutivum ob celeritatem, quam deſiderat Scacc. *de appellat. quæſt. 17. limit. 6. memb. 6. nu. 37. verſ. ratio*, Gramat. *dec. 59. n. 15.* Magon. *dec. Lucen. 15. n. 26.*

24 Inquilinus propriè eſt, qui Prædium urbanum, ſeù Domum in Civitate, vel extra ad inhabitandum, abſque cultura conducit, adeò quod Colonus ruſticum prædium conducens nullatenus ſub dicto nomine continetur, Alex. *in l. qui pignori, n. 2. ff. de acquir. poſſeſſ.* Marcheſ. *de Commiſſ. appell. à Mandato de evacuando, par. 1. §. 1. n. 13. fol. 1074. ſecundum nov. impreſſ* Rot. *dec. 184. n. 7. par. 1. & dec. 540. n. 6. part. 2. recent.*

25 Colonus verò propriè eſt, qui certa pecunia agrum, ſeù prædium ruſticum conductum colit, Columell. *l. 1.* unde Coloni nummis colentes appellantur, *l. ſi apes, ff. de furt. l. ſi merces §. vis major ff. locat.*

26 At Colonus partiarius eſt, qui ex prædio ruſtico conducto partem fructuum percipit, Gloſ. *in l. fructa, verbo Colono, ff. de uſufr. legat. d. l. ſi merces, §. vis major.* ubi Bart. *in 3. notab. n. 3. ff. loc.* et alio nomine laborator partiarius appellatur, Fed. de Sen. *conſ. 110. in princ.*

27 Et dicitur Colonus, Conductor, ſivè Affictuarius ruſtici prædii, ſivè conducat nummis, ſivè alia ſpecie, nàm ſolutio in pecunia, vel frumento, aut alia ſpecie, non efficit, quod ille non ſit Colonus, Alex. *conſ. 42. §. viſo puncto, n. 2. & ſeq. l. 1.*

28 Sicut autem Inquilinus poſſidet nomine locatoris, Rota *dec. 285. n. 3. par. 3. rec.* et non ſibi, ſed Domino, Buratt. *dec. 423. nu. 5.* ſic etiam Colonus nomine Domini, non ſuo poſſidet, *l. peregre, §. quibus, ff. de acquir. poſſeſ.* Bart. *in l. ſi quis in tantum, n. 22. verſ. quæro quid ſi eſt expulſus, C. unde vi*, Specul. *de locat. l. 4. p. 3. §. 1. n. 6. verſ. illud, & §. poſtquam, n. 34.* Bald. *conſ. 131. §. caſus talis n. 3. verſ. ſuper tertio, l. 1.* et

29 † Conductor non ſibi, ſed locatori poſſidet, Gloſ. *in l. 1. §. non alii, in verb. retineo, ff. de vi, & vi armat.* Caval. *dec. 474. n. 5.*

30 Hinc infertur, quod Dominus poteſt, locatione finita, rem locatam propria authoritate occupare, etiam lite pendente, abſque vitio attentatorum, etiam ſi civiliter tantum poſſideat, Rota *in Nepeſina locationis Junii 1598. coram bo. me. Litta, impreſ.* apud Marcheſ. *de Commiſ. appel. a Mand. de evacuan. p. 1. §. dec. a. n. 1. & ſeq. fol.* 1080.

31 Eodemqua modo poteſt Dominus expellere Colonum nec eum expellendo, cadit à jure ſuo Bald. *d. conſ. 131. n. 3. verſ. ſuper tertio, lib. 1.*

32 Cæterum, Inquilinus non poteſt regulariter expelli locatione durante, *l. æde, C. locat.* Marcheſ. *de commiſſ. appell. à Mand. de evacuando part. 1. § 2. num. 10. fol. 1074.*

33 Sed hoc Primò non procedit, quando Dominus vult uti re locata ob propriam neceſſitatem, ſeù proprium uſum, *c. propter ſterilitatem, §. 3. extr. de locat. d. l. æde.* ubi DD. *C. locat.* Gabr. *de locat. concluſ. 3. §. 1.* Marcheſ. *de Commiſſ. appell. a Mand de evacuand. d. p. 1. c. 3. n. 9. fol. 1074. & ſeqq.* et ſufficit ad hoc, quod pater vel Filius Locatoris habeat d. neceſſitatem, Bart. *dec. 295. n. 1. & n. 8.*

34 Verum hæc fallentia Primò non habet locum quando Locatur renunciavit etiam ſupervenienti neceſſitati rei locatæ, tunc enim inquilinus expelli nequaquam poteſt, Grab. *de locat. concl. 3. n. 2.* Buratt. *d. dec. 295. n. 11.*

35 Secundò non habet locum, ſi tempore locationis aderat eadem neceſſitas, *c. propter ſterilitatem. § 1. de locat* vel Locator poſt neceſſitatem, recipit penſionem, quia videtur neceſſitati renunciaſſe, Gabr. *d. conſ. 3. n. 6. & ſeq.*

36 Tertiò non habet locum, quando Locator promiſit manutenere Conductorem, ſeù inquilinum in pacifica poſſeſſione rei locatæ, locatione durante, et ad

id ſe

id ſe obligavit in forma Cameræ, prout in dies obſervat praxis.

37 Secundò concluſio, quod Inquilinus non poſſit expelli locatione durante, non procedit, quando ille requiſitus, eſt moroſus in ſolvenda penſione debitis temporibus, *l. æde, C. locat.* Marcheſan. *de Commiſſ. appell. à Mand. de evacuand. d. par. 1. cap. 1. numer.* 10. *fol.* 117. Idemque Juris eſt in Colono, Gloſ. *in d. l. æde in verbo verſata ei, verſ. ſunt ergo,* & ibi Bald. *n.* 10. *C. loc.*

38 Tertiò non procedit, quando Dominus vellet ob neceſſitatem in re locata fabricare, & neceſſitas tempore locationis non imminebat, *cap. propter ſterilitatem, §. 1. extr. de loc. d. l. æde,* ubi Gloſ. *in verbo, neceſſarium in fin.* & Bald. *n.* 1. *& n.* 18. *C. locat.* Marcheſ. *de Commiſſ. appellat. à Mand. de evacuan. d. p. 1. c. 1. n.* 11. *in fin. fol.* 1074. *& n.* 33. *fol.* 1076. *& ſeq.*

39 Quartò non procedit, quando inquilinus, vel Colonus abuteretur re locata, *d. cap propter ſterilitatem, §. 1. de locat. d. l. æde.* ubi Bald. *n.* 1. *& n.* 23. *C. locat.*

40 Quintò non procedit locatione finita, nàm tunc tenetur Inquilinus dimittere Domum vacuam, & expeditam, et poteſt expelli, *l. Conductores, & l. ſi quis conductionis. C. locat.* Gloſ. *in l. æde, in verbo verſata ei, in fin. & in l. ni tui gloſ. in verbo locandi C. de locat.* Marcheſ. *de Commiſſ. appellat. à Mand. de evacuan. d. p. 1. c. 1. n.* 10. *fol.* 1074. Afflict. *dec.* 230. *n.* 4. Greg. *dec.* 45. *n.* 1.

41 Veruntamen hæc ultima limitatio Primò non habet locum, quando Inquilinus in re locata fecit Melioramenta, nam pro illis liquidis datur retentio, prout etiam pro illiquidis, niſi hoc ultimo caſu detur citatio de illis reficiendis, ut interim non retardetur executio, Marcheſ. *de commiſſ. appell. à Mand. de evacuan. d. p. 1. c. 1. n.* 24. *& ſeq fol.* 1076.

42 Secundò non habet locum, quando agitur de locatione bonorum Reipublicæ, Fiſci, vel Eccleſiæ, ſeu loci pii, nam tunc, ſi Dominus vult Domum, ſeù rem alteri locare, primus conductor ratione juris inquilinatus præfertur in locatione pro eo quod à ſecundo offertur, niſi velit relinquere rem conductam, quod etiam facere poteſt *l. fin. C. de loc. præd. civil. vel tempor. lib.* 11. latè Andr. Alfer. *contra vim mtae conſ.* 51. *nu.* 4. *& ſeqq.*

43 Sed de jure communi inquilinus finita locatione novo Conductori præfertur pro pari mercede, vel affictu potius ex quadam æquitate, quam de juris rigore *l. congruit, & d. l. fin. §. ſi verò C. de loc. præd. civil. vel tempor. l.* 11. Caſtr. *conſ.* 32. *n.* 1. *verſ. nam in locatione tempor. lib.* 1. cum aliis relatis per Marcheſ. *de commiſſ. d. c.* 1. *n.* 8. *verſ. quamvis fol.* 1074.

44 Attamen quod dicitur in *d. l. congruit, & in d. l. fin. §. ſi vero,* inquilinum antiquum præferri, videtur ſpeciale in locatione prædiorum Fiſcalium, et Reipublicæ, quod etiam in Locatione bonorum Eccleſiæ, et locorum piorum locum habere, benè defendit Alfer. *conſ.* 51. *n.* 4. *& ſeq.* Ergo in contrarium eſt Jus commune, Alexan. *con.* 80. *n.* 10. *verſ. quarto, & n.* 14 *in fin. l.* 1. *cum aliis allegatis ſupra verſ quinto non procedit, n.* 40. Marcheſ. *de Commiſſ. appell. à Mand. de evacuan. d. p.* 1. *c.* 1. *n.* 6. *& ſeqq. fol.* 1074.

45 Tertiò non habet locum, quando, finito tempore locationi præfixo, fuit continuatum in locatione, et conductione, tunc enim cenſetur facta tacita relocatio, et reconductio ſub eiſdem pignoribus, pactis, conditionibus, renunciationibus, et clauſulis, *l. item quæritur, §. qui impleto,* et ibi Bart. *n.* 1. *& alii, ff. locat. l. legem,* et ibi Bart. *n* 4. *& alii, C. locat.* Alex. *conſ.* 28. *§. ponderatis, n.* 6. *in fin. verſ. ubi autem fuiſſemus l.* 4. Alciat. *de præſumpt. reg.* 2. *præſumpt.* 17. *n.* 1. *& ſeqq. & n.* 10. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 85. *tom.* 1. Beltramin. ad Greg. *dec.* 30. *lit. A.*

46 Non tamen hujuſmodi tacita relocatio videtur fieri ſub eiſdem temporibus, nam in ruſticis pro uno anno, in urbanis pro tempore, quo fuit inhabitatum, facta cenſetur. Ratio eſt, quia in ruſticis regulariter quolibet anno, in urbanis quolibet die fructus percipi ſolet, *d. l. item quæritur, §. qui impleto,* ubi Bart. *n.* 1. *& n.* 10. *ff. loc. d. l. legem,* ubi Bald. *n.* 4. *& alii C. locat.* Rota *in Romana Penſionis* 16. *Novembris* 1611. *coram bon. mem. Pirovano Decano impreſs.* apud Marcheſ. *de commiſſ. appell. à Mand. de evacuand. d. p.* 5. *dec.* 6. *n.* 1. *fol.* 1080. Afflict. *dec.* 365. *n.* 12.

Nec etiam d. relocatio cenſetur facta ſub eiſdem Fidejuſſoribus, cum enim obligatio renovata cenſeri non debeat, *d. l. item quæritur, §. qui impleto* ubi Bart. *n.* 3. *& alii ff. locat. & alii quos cumulat.* et ſequitur Caroc. *de locat. p.* 3. *ad §. qui impleto, locat. q.* 23. *n* 4 *fol.* 157. *& ſeq. ubi de verſori.* 47

Prout nec Inſtrumentum, ſeu Scriptura in ea continetur, cum hæc requirant factum, Bald. *in d. l. legem n.* 3. *& ſeq. C. locat.* Ant. Covar. *de execut. inſtrum q.* 44. *n.* 82. Afflict. *dec.* 365. *n.* 15. 49

Undè infertur, quod nec etiam obligatio Cameralis, in d. conductione tacita cenſetur repetita, et ob id non poteſt ex hoc agi via executiva, Covar. *de execut. inſtr. d. q.* 44. *in fin.* Gallieſ. *de obligat. Camer. c.* 31. *n.* 8. ubi quod ita vidit judicari, et ibi Zacch. qui alios allegat, *n.* 20. Gregor. *dec.* 30. *num.* 1. *& numer.* 5. et ibi Beltramin. *ſub lit. A.* ubi quod idem tenuit Rota *in Romana evacuationis.* 26. *Januarii* 1615. *coram bon. mem. Ubaldo.* 49

Cum autem tacita reconductio cenſeatur facta, ut ſupra, cum ejuſdem pactis, et conditionibus, poteſt etiam ex hoc inferri, quod Locans abſque conventione penſionis cenſeatur locaſſe pro penſione ſolita, et conſueta, *l. excepto.* ubi gloſ. et DD. *C. locat.* Jaſ. *in l. ut liberis n.* 12. *C. de collat.* Felyn. *in c. cum Bertoldus, n.* 28. *de re jud.* Imol. *conſ.* 22. *in fin. verſ. non obſt.* Cremen *ſing.* 13. Caroc. *de locat. p.* 1. *de merced. remiſſ. q.* 2. *n.* 6. *fol.* 6. Rota *in Romana de Gabrielis* 13 *Januarii* 1596. *cor. bon mem. Orano.* 50

Sed hoc procedit, quando in loco non eſt conſuetudo vel conſuetudo eſt varia circa præſtationem penſionis, ſeù mercedis, ſecus ſi extet conſuetudo providens de certa mercede, ſeu penſione, ſeù ſalario, quia tunc illa eſt attendenda, ſi in conductione nulla eſt de illius quantitate facta mentio, Cagnol *in l. diem functo, n.* 9. *& ſeqq. ff. de offic.* Aleſſ. Caroc. *de locaſ. d. tit. de merced. remiſſ. q.* 2. *n.* 20. *& ſeqq. fol* 7. Rot. *in Interamen. Mercedis* 15. *Maii* 1645. *coram R. P. D. Peutingero,* ſicut in ſimili, materia oblationum, ad effectum cognoſcendi, ad quem ſpectet illarum adminiſtratio, conſuetudinem loci attendendam tradit Dec. *conſ.* 148. *n.* 3. *& ſeqq.* Rota *in Brathøren Oblationum,* 17. *Decembris* 1612. *cor. Sanctiſ. D. N. Innoc. X.* 51

Cæterum Inquilinus, qui durante locatione poteſt expelli, dum habet in re conducta tacitam Hypothecam, poteſt illam ratione ſpecialis Hypothecæ de jure communi retinere, donec ſibi ſolvantur damna, & intereſſe, Mantic. *dec.* 30. *n.* 3. *& dec.* 63. *n.* 2. Rot. *dec.* 11. *num.* 1. *par.* 3 *recent.* Ferentill. ad Burat. *dec.* 106. *numer.* 25. 52

Sed hoc non procedit, quando quis Domum retraxit virtute juris congrui, & Bullæ Gregorii XIII. quæ vicino volenti ædificare tribuit jus Prælationis, tunc poterit nihilominus inquilinum expellere, cum nec ipſe ad damna, & intereſſe, nec venditor in d. caſu teneatur de evictione, Mantic. *d. dec.* 63. *num.* 2. Ferentil. ad Buratt. *d. dec.* 106. *n.* 25. Si enim Bulla vult eo caſu Dominum invitum poſſe expelli, ergo multo magis vult poſſe expelli Inquilinum, Rot. *d. dec.* 11. *nu.* 2. *par.* 3. *recent.* 53

In hac alma Urbe Inquilini habent privilegium inquilinatus nuncupatum, nè poſſint expelli, niſi ſervatis, forma in Decreto Camerali, ad favorem inquilinorum emanato contenta, videlicet. 54

Primò, quod inquilinus expelli non poſſit, niſi ob Domus venditionem, vel uſum proprium data cautione per Dominum de ibi inhabitando ſaltem per annum aut ſi inquilinus moroſus ſeu requiſitus, debito tempore ſolvere penſionem recuſaverit.

Secundò, quod relocationes pro quavis neceſſitate fieri non poſſint, niſi prius Inquilino bis per Dominum requiſito, coram Notario, & Teſtibus, & dato illi termino ad declarandum decem dierum pro qualibet vice,

Digitized by Google

vice, an pro eodem pretio & eiſdem conditionibus, pactis, & conventionibus Domum, vel rem, de qua agitur, in caſu venditionis emere vel in caſu locationis
55 conducere, † aut aliàs acquirere velit, aliàs præfatis contentis in decreto non ſervatis contractus, eſt nullus, & aliàs prout latius in d. Decreto in fine præſentis praxis imprimendo, & aliàs impreſſo apud Fenz. *ad Stat.Urb.inter literas Apoſtolicas, fol 705.* & ibi Formul. Inſtr. *fol, 493. & ſeq.* eſt etenim regulare, quod ubicumq; datur forma ad liquidationem faciendam, ſi contra vel extra eam fiat, controverti non poteſt nullitas actus *jux.doct.* Gloſ. *in c. ſicut, verſ. præter. de elect. in* 6. Rot. *dec. 350. num. 3. par. 5. recent.* & in Romana Cenſus *ſeù Depoſiti*, 28. *Junii 1645. coram Reveren. Patr. D. Melcio.*

56 Dum autem dictum Decretum loquitur de intimatione facienda Inquilino, quando Dominus vult vendere Domum, diſponit, ut fiat per publicum Inſtrumentum à Notario coram Teſtibus rogatum, & cum ita expreſſe det formam, ea non ſervata, intimatio non arctat, ideò quod Inquilinus poſſit venditionem retractare, Rota *in Romana evacuationis*, 8. *Jun. 1552. coram bo. me. Dreza, quam refert*, & ſequitur Verall. *d. dec. 350 par. 1.*

57 Verùm quoties Annus Sanctus propè reperitur, fieri conſuevit in eadem Camera Apoſtolica aliud Decretum, quod ſcilicet quoad certum præfinitum tempus neque penſiones augeri, neque expelli valeant Inquilini, idque ob publicam utilitatem, ut præmeditatis neceſſariis libentius, & commodius Exteri ad Urbem confluentes devotionis cauſa, recipi valeant Marcheſ. *de commiſſ. appell. à Mandato de evacuan. par. 1. cap. 1. nu. 19. fol. 1075.* & ita obſervat praxis, & Curia.

58 Sed privilegium Inquilinatus hujuſmodi Primò, non ſuffragatur quando Conductor illi renunciavit; tunc enim poteſt expelli, non obſtante decreto Camerali, Marcheſ. *de Commiſſ. appell. à Mand. de evacuand. p. 1. c. 1. n. 8 fol. 175.*

59 Quod tamen locum non habet, quando locatio, in qua fuit renunciatum privilegio Inquilinatus fuit revocata; tunc enim inquilinus expelli non poteſt, nec relaxari contra eum mandatum de evacuando, Rota *in Romana evacuationis*, 26 *Januarii 1615. coram bon. me. Ubaldo*, ſecus ſi illa non fuit revocata, Rot. *in d. Romana evacuationis 24. Maii, & 4. Decembris 1617 coram bon. mem. Ubald.*, *quæ ſunt deciſion. 495. & 490. p. 4. recent.*

60 Secundò nec privilegium inquilinatus, nec decretum Camerale ſuffragatur ſubinquilino, Beltramin. ad Gregor. *dec. 115. lit. B.* ubi quod ita fuit deciſum *in Romana inquilinatus*, 1. *Junii 1598, coram bon. mem. Card. Lancellotta.*

61 Sed hoc procedit, quoad præjudicium Domini, ſecus ubi agatur tantum de præjudicio habentis jus inquilinatus, quam tunc ſuffragatur etiam ſubinquilino Gregor. *dec 115. n. 7.*

62 Tertiò privilegium inquilinatus non ſuffragatur ſub inquilinis ſuper jure retractus Ferentill. ad Buratt. *dec. 937. n. 14.* quinimo nec etiam inquilino, quando ab em-
63 ptore data eſt aliqua ſpecies, quam ipſe inquilinus præſtare non poteſt; non enim tunc poteſt ex Bulla Gregoriana retrahere, Caſt. *in l. 1. nu. 3. C. commun. utriuſque jud.* Ferentill. ad Buratt. *dec. 937. n. 20 & ſeqq.* Rot. *dec. 322. n. 12. par. 4. recent.*

64 Quartò Inquilinatus privilegium ſuper retractu non habet locum in donatione, *ex doct.* Caſtr. *in d. l. 1. nu. 3. C. commun. utriuſque jud.* Rot. *d. dec. 322. nu. 12. p. 4. recent.*

65 Præfertur tamen Inquilinus Domino Cenſus in jure retractus, ſicut etiam vicinus, & Conſors, ac ſimiles, nam Bulla Pii V. concedens prælationem cenſuario, intelligitur concedere illam quoad alios extraneos emptores, non quoad habentes prælationem à Statuto, vel Conſtitutione, Navar *de Uſur. quæſt. 44. n. 127.* Cenc. de Cenſ. *p. 2. cap. 2. quæſt. 1. art. 3. num. 8* cum aliis cumulatis per Ferentill. ad Burat *d. dec. 937. n. 23.* & in terminis vicini reſpondit Rot. *dec. 306. nu. 1. & ſeqq. poſt.* Cenc. de Cenſ. & in terminis inquilini, Rota *in Romana Retractus*, 29. *Januarii 1629. coram bo. me. Merlino Decano.*

Non tamen excuſatur inquilinus à ſolutione penſio- 66
num præteritarum ex ſupervenientia novi tituli, *l. ſi quis fundum*, *§. fin.* ubi Caſtr. *n. 1. ff. locat.* Burat. *dec. 189. num. 8.*

Nec poteſt inquilinus etiam ex cauſa neceſſitatis 67
à conductione recedere, niſi neceſſitas ſit præciſa, prout ſi Domus minetur ruinam, vel ob peſtem, vel metum malorum Spirituum, & hujuſmodi; in his enim caſibus, & ſimilibus, dum inquilinus, nec per ſe, nec per alium poteſt inhabitare Domum, ſoluta penſione præteriti temporis, habet interdictum de migrando, de quo *in l. 1. §. ſi penſio*, ubi Bart. & *alii ff. de migran.* Burat. *dec. 295. nu. 2. & ſeqq.* ubi quod extra hos caſus non reperitur jure cautum, quod inquilinus poſſit à locationis, & conductionis contractu recedere.

Benè poteſt inquilinus alteri conductori concedere 68
jus prælationis, & inquilinatus, dummodo illud habeat, ſecus ſi illud non habeat, Rot. *dec. 540 nu. 2. p. 2. recent.*

Hebræi verò in domibus per eos inhabitatis habent 69
quoddam jus inquilinatus, quod vulgò jus Gazagà appellant, & poteſt, ac ſolet inter eos cedi, vendi, & aliàs de uno in alium transferri, quod quidem jus eſt apud eos inviolabile, Gregor. *deciſ. 496. numer. 3. & ſeqq.*

Cæterum Colonus tenetur reddere Domino ſuam 70
partem integram fructuum, abſque deductione ſeminis, & expenſarum *capit. tua nobis 26. §. verùm, de Decim.*

Et ante recollectam fructuum habet Colonus pro 71
ejus medietate tantùm actionem perſonalem pro ſocio, vel ex conducto contra Dominum, ſeù locatorem, Jaſ. *in l. cum Filiafamilias, n. 181 ff. de leg. 1.* Rom. *conſ. 309. n. 3.* cum aliis, quos cumulat. Mant. *vot. Piſ. 139. n. 2.* Ludovic. *dec. Lucen. 38. n. 15.* iatè Rota *in Romana Caſaletti*, 18. *Maii 1609. coram bo. mem. Card. Sacrato, quæ eſt dec. 187. p. 1. rec.*

Nec Colonus, ſeù laborator eſt dominus ſuæ partis 72
fructuum, donec ſunt pendentes, quia tunc ſunt Domini, & tunc demum efficitur dominus ſuæ portionis, quando ſunt à terra percepti, Caſtr. *conſ. 266. §. eſt dicendũ, in fin. l. 2.* Rom. *cõſ. 399. §. videtur*, & ibi Apoſtilla *dat Concordantes* ſivè Colonus ſit partiarius, ſivè colat nummis Signorol. *conſ. 84 §. In quæſtione, n. 2. in princ.* Rot. *in dict. Romana Caſaletti, cor bon. mem. Card. Sacrato, in §. negat videtur. dec. 187. p. 1. rec.*

Nam fructus pendentes ſunt pars rei *l. fructus penden-* 73
tes ff. de rei vend. l. ſi uſufructuarius meſſem. ff. quemad. uſufr. amitt. l. fin. §. pen. ff. quæ in fraud Cred. Honded. *conſ. 85. n. 9. l. 2.* Tiraq. *de retract. conſang. §. 1. gloſ. 7. n. 42. & ſeqq fol. 55.* Gratian. *diſcept. 164. n. 2.* Theſ. *dec. 55. n. 1.* ubi quod eſt regula trita Rota *in d. Romana Caſaletti, & dec. 43. nu. 9 par. 1. recent.* Gregor. *dec. 430 num 3.*

Et ob id vendita re locata, ſpectant ad emptorem, 74
Theſaur. *d. dec. 55. n. 2.* ubi quod ita ſervat Senatus, niſi aliter ſit conventum, Rot. *in d. Romana Caſaletti, & d. dec. 33. n. 4. rec.*

Etiam reſpectu portionis Colonicæ, niſi illa excepta ſit Roman. *d. conſ. 309. per tot.* Jaſ. *in l. divortio, n. 44. verſ. in dic. ff. ſol. matr.* Tiraq. *de retract. convent. §. 5. gloſ. 4. n. 17.* Mant. *d. vot. 139 n. 1. & ſeqq.* Theſau. *d. dec. 55. nu. 3.* cum aliis cumulatis per Rot. *in d. Romana Caſaletti cor. bon. me. Card. Sacrata, & d. dec. 33. n. 4. in fin. par. 1. recent.*

Etiamſi, quando fit venditio, fructus ſint jam ma- 75
turi, niſi in contrarium ſit facta conventio, l. *Julianus, §. ſi de fructib. ff. de act. empt.* Tiraq. *de retract. conven. d. §. 5. gloſ. 5. n. 17.* Rot. *d. dec. 33. num. 4. par. 1. recent.*

Et quando in venditione nominantur fructus penden- 76
tes, nec etiam reſpectu expenſarum, & laborerii prætendi

tendi poſſunt, Ruin. *conſ.* 65. *nu.* 6. *l.* 1. Tiraq. *de retract. lignag.* § 15. *gloſ.* 1. *n.* 8.

77 Eoque magis fructus pendentes, ut ſupra ſpectant ad emptorem, quia cum emptor ſit ſucceſſor ſingularis, non tenetur ſtare locationi, & ſic nec inquilino, nec Colono, ſed poteſt eos expellere, *l. emptorem. C. locat. l. ſi merces* §. 1. & *l. qui fundum ff. locat.* Socin. *reg.* 387. *in princ.* Duen. *reg.* 240 *in princ.* Mart. *d. vot.* 139 *nu.* 1. Oſaſc. *dec.* 82. *nu.* 1. Franc. *deciſ.* 216. *nu.* 1. Mantic. *dec.* 63. *num.* 2. Rota poſt Pacific. de Salv. *dec* 143. *numer.* 1. Gregor. *dec.* 68. *nu.* 1. Cavalet *dec.* 612. *num.* 7. & *ſeqq.*

78 Sed concluſio, quod fructus pendentes ſpectant ad emptorem Primò non procedit, quando emptor ſcivit, rem emptam fuiſſe alteri locatam, ſeù datam ad colendum, nàm tunc pars colonica non ſpectat ad emptorem, Jaſ. *in l. cum Filiofamilias, n.* 181. *ff. de leg.* 1. Theſaur. *dec.* 55 *n.* 4. quæ opinio, etſi non tranſeat ſine difficultate, poteſt tamen procedere, ubi conſtat de hujuſmodi ſcientia, aliàs ſecus, nam cum agatur de facto alieno præſumitur ignorantia, Rota *in dicta Romana Caſaletti,* § *Sicut etiam cor. bon. mem. Card. Sacrato dec.* 187. *p.* 1. *recent.*

79 Et ſtante dicta ſententia emptor tenetur continuare in locatione *l. ſi mercedem,* §. *ult. ff. de act. empt.* Caval. *dec.* 612. *n.* 12.

80 Quod tamen non haberet locum, quando locatio eſſet nulla; tunc enim nec actor, nec ſucceſſor tenetur continuare, *l. Lucius* ubi gloſ. *in verbo, non conſenſiſſet, ff. ſol. matr.* Surd. *dec.* 40. *n.* 4. *verſ. ad deciſionem,* Cavaler. *dec.* 612. *n.* 14.

81 Secundò non procedit, ubi adeſt conſuetudo notoria locandi prædia ad colonlam, nàm tunc emptor non videtur poſſe ignorantiam allegare, prout ſequendo Jaſonis limitationem cenſuit Senatus Pedemontanus, teſte Theſaur. *d. deciſ.* 55. *numer.* 5. ubi

82 quod ſi venditor eſt ruſticus, qui notoriè fundum ſua manu coluiſſet, aſſerit hoc caſu etiam partem colonicam ad emptorem ſpectare, juxta opinionem Gloſ. *in l. Julianus,* §. *ſi de fructibus in verb. exploratum ff. de act. empt.*

83 Tertiò non procedit, quando fructus eſſent plenè maturi ſtatim recolligendi, & venditor iam manus in recollecta apposuiſſet, ſciente emptore; tunc enim fructus non pertinent ad emptorem, Covar. *variar. reſol. libr.* 1. *capit.* 15. *numer.* 7. *verſ. ſecundò diligenter,* quem refert, & ſequitur Theſaur. *d. dec.* 55. *n.* 6. ubi quòd aliàs fructus etiam maturi ſunt emptoris, qui videtur pluris emiſſe fundum ratione illorum, quod ex pretio modico, vel magno judicabit prudens Judex.

84 Concluſio verò, quod ſingularis ſucceſſor non tenetur ſtare locationi. Primò non procedit, quando eſt confectum inſtrumentum locationis, in quo partes, prævia ſtipulatione pro obſervantia hujuſmodi contractus, obligant ſibi hinc indè omnia bona ſua, nàm cum per locatorem fuerint conductori omnia bona, & ſic etiam res locata, ut ſupra, hypothecata, conductor habet jus hypothecæ in re, & ob id emptor tenetur ſtare locationi, hanc practicam ponit Bart. *in l. Emptorem, n.* 2. *quem alii ibidem ſequuntur, C. locat.* Duen. *reg.* 240. *in ſeptima fall.* Mart. *d. vot.* 139. *num* 7. Oſaſc. *deciſ.* 82. *numer.* 9. *verſ. quamvis* Cavaler. *deciſ.* 612. *numer.* 11. Gregor. *dec.* 68. *numer.* 2. etiamſi indigeret re locata pro ſuo uſu, Beltramin. ad Gregor. *dict. dec.* 68. *num.* 10.

85 An autem ſtante hypotheca, poſſit ſucceſſor ſingularis expellere conductorem ſoluto ei intereſſe, tunc ſi adeſt tantum hypotheca generalis, poteſt, ſecus ſi adeſt hypotheca ſpecialis rei locatæ, vel juramentum de non contraveniendo, quia tunc non poteſt Beltramin. ad Gregor. *dec.* 68. *num.* 11. ubi quod ita diſtinxit Rota *in Romana locationis Domus,* 15. *Januarii* 1610. *cor. bo. mem. Ortembergo.*

86 Secundò non procedit, quando inter locatorem, & conductorem fuit factum pactum de non alienando rem locatam, & quod alias alienatio non valeat, & pro obſervantia prædictorum locator obligavit, & hypothecavit conductori rem locatam, nam tunc non poteſt dicta res locata in præjudicium conductoris alienari, *l. ſi Creditor.* §. *ultimo ff. de diſtract. pig.* quam practicam poſt alios, quos allegat, tradit Jaſ. *in l. Filius, familias,* §. *Divi num.* 91. *ff. de leg.* 1 ubi quod hæc eſt melior practica, quam illa, quæ traditur per Bart. *in d. l. Emptorem, C. loc.*

Tertiò non procedit in ſucceſſore ex cauſa neceſſaria, prout ex cauſa judicati, nam tunc ſucceſſor tenetur ſtare locationi, Mart. *d. vot.* 139. *nu.* 6. Oſaſc. *d. dec.* 83. *num.* 6. & *ſequen.* Franc. *dec.* 216. *num.* 5. Rota poſt Pacif. de Salu *dec.* 164. *numer.* 12. Cavaler. *deciſ.* 612. *num* 10. Greg. *dec.* 68. *num.* 8. ubi quod in tranſlatione, quæ fit per Judicem, ſemper cenſetur reſervatum jus Tertii. 87

Quartò non procedit, quando ſucceſſor ſingularis non ſuccedit in plenum jus Authoris ſui, nàm tunc tenetur ſtare locationi, *l. in venditione,* §. 1. *ff. de bon. aut. Jud. poſſeſſ.* Duen. *d. reg.* 240. *limit.* 6. Franc. *d. dec.* 216. *n.* 2. Rot. apud Pacific. *de Salv. d. dec.* 164. *num.* 11. 88

Et idem juris eſt, ſi Author, vel prædeceſſor plenum jus in re non habebat Franc. *d. deciſ.* 216. *num.* 4. 89

Hinc infertur, quod cum immiſſus in Salviano non acquirat per hujuſmodi immiſſionem plenum jus in re, tenetur ſtare locationi, Rota apud Pacific. de Salv. *deciſ.* 164. *num* 10. & *ſequen.* Gregor. *dec.* 68. *num.* 7. & ibi Beltramin. *num.* 12. Andr. *deciſ.* 109 *num.* 17. 90

Quintò non procedit in emptore fructuum, qui tenetur ſtare locationi factæ per Dominum ante venditionem, Soc. *d. reg.* 387. *in ultim. fall.* Franc. *d. dec.* 216. *num.* 2. 91

Sextò non procedit in ſucceſſore univerſali, qualis eſt hæres, qui tenetur ſtare locationi, *l. viam veritatis C. loc.* §. *ultim. Inſtit. de locat.* Covar. *reſolut. c.* 15. *nu.* 1. Duen. *dicta reg.* 240. *limit. prima,* Caval. *dec.* 612. *n.* 3. & *ſeqq.* 92

Septimò non procedit in ſucceſſore ſingulari, qui recuperat fundum vigore Pacti de retrovendendo, num is tenetur ſtare locationi, Rota apud Pacif. de Salu. *dec.* 201. *num.* 1. & *ſeqq.* ubi de communi, & quod hæc opinio eſt obſervanda in practica, cum careat contradictore. 93

Octavò non procedit in ſucceſſore in beneficio, nam licet is ſit ſucceſſor ſingularis, Cavaler. *deciſion.* 436. *num.* 4 ſi tamen locatio fuit facta nomine 94

† Eccleſiæ, & pro ejus utilitate tenetur ſtare Colono, ſecus ſi locatio fuit facta nomine proprio Prædeceſſoris, Rota apud Pacific. de Salviano. *dec.* 210. *num.* 1. & *ſequen.* 95

Aliàs limitationes ponunt Soc *d. reg.* 387. & Duen. *d. reg.* 240. ad quos poterit in facti contingentia haberi recurſus. 96

Veruntamen conductor poteſt rem locatam alteri ſublocare, niſi aliter ſit conventum, *l. nemo, C. locat.* Carocc. *de locat. par.* 2. *tit. de repetit. ad l. nemo. quæſt.* 1. *n.* 1. & *nu.* 3. *fol.* 95. Rota *in Romana participationis,* 23. *Januarii* 1616. *coram bon. mem. Ubaldo quæ eſt dec.* 208. *p.* 4. *recent.* 97

Sed hoc procedit, quando ſublocatio fit æquè ideoneò, & ad eundem uſum, Gloſ. *in l. nemo,* & ibi Alberic. *in princ.* & Bald. *num.* 1. *de locat.* ubi dicit hoc cordi tenendum, Carocc. *de locat. dicta quæſt.* 1. *num.* 1. & *numer.* 4. Cavaler. *deciſ.* 286. *numer.* 4. 98

At in Curia in omnibus ferè inſtrumentis locationum ſolet apponi pactum, primò quod conductor non poſſit in re conducta melioramenta facere, alias cedant in beneficium rei conductæ, & repeti non poſſint, ſecundò quod non poſſit eam ſublocare ſine conſenſu Domini, ſeù locatoris, tertiò quod in fine locationis teneatur illam dimittere vacuam, & expeditam. 99

Et nihilominus Dominus Inquilino ſublocare volenti 100

non

Digitized by Google

non poteſt ſine juſta cauſa conſenſum denegare, Caval. *d. dec. 286. n. 4.*

101 Re autem locata ab aquis ſubmerſa, itaut ad uſum deſtinatum deſervire non poſſit, ſit Conductori remiſſio mercedis pro rata rei peremptæ, Paleot. *dec. 539. nu. 3. & ſeq p. a. l. 3. diverſ.*

102 Et videtur regulare, quod re in totum, vel pro parte perempta, fiat mercedis remiſſio non facta compenſatione cum annis fertilibus, quia Dominus non poteſt præſtare, quod Conductor utatur re conducta, *l. ſi quis domum §. fin. l. ſed addes, §. ſi quis cum annum, l. ſi quis fundum § Imperator, & l. ex conducto in princ. & in §. ſi vis tempeſtatis, ff. locat.* Bart. *in l. ſi merces, §. vis major, a num. 6. & ibi etiam alii, ff. locat.* Imol. *in capit. propter ſterilitatem, num. 7. & ſeq. de locat.* Bero. *in capit. potate, num. 174. verſic. intelligerem, de locat.* Natt. *conſ. 349. numer. 9.* Coccin. *dec. 11.*

103 An autem plures Conductores teneantur ad ſolutionem Penſionis, ſeu Affictus inſolidum, vel pro rata, ſi non conſtat de eorum obligatione inſolidum, cenſentur obligati pro virili *item quæritur §. duo rei, & ibi not. ff. locat. l. ſi diviſor*, ubi Bald. *nu. 1.* & Salic. *nu. 3. C. locat.* Bald. *conſ. 116. numer. 1, libr. 1.* Ronchegall. *in l. eandem, in princ. num. 182 ff. de duobus Reis.*

104 Sed hoc non procedit, quando inter Conductores eſt contracta ſocietas, Roncheg. *in dict. l. eandem n. 182. verſ. quod verò dixi, ff. de duob. reis.*

105 Plures verò Conductores inſolidum obligati, quoad Creditorem, ſeu Locatorem tenentur inſolidum, *l. ſi non ſingulis, C. ſi cert. petat. l. reos §. cum tabulis, ff. de duob. reis*, Bald. *in l. ſi diviſa in addit. nu. 2.* & ibi Salic. *C. locat.* Bart. *in l. reos in princ. nu. 1. ff. de duob. reis*, Bald. *d. conſ. 216. numer. 4. verſ. ſi verò*, Crav. *conſil. 77 nu. 3 verſ. hoc ità*, Ronchegall. *in d. l. Reos, §. cum tabulis num. 21. & in d. l. eandem, num. 213. & num. 222 ff. de duobus Reis*, Caroc. *de Loc. par. 5. tit. de oblig. quæſt. 1, num. 5. & num 9. & numer. 13. & ſeq. fol. 236.*

106 Quod procedit, etiam ſi negotium ad unum eorum tantum pervenerit, vel res ad unum ipſorum pertineat, Bart *in dicta l. reos num. 1.* Romon. *conſ. 114. num. 3. verſ. ex quibus*, Adden. ad Bart. *conſ. 41. in verbo principaliter.* Crau. *conſ. 77. num. 3. verſic. hoc ita*, Ronchegall. *in dict. § cum tabulis, numer. 7.*

107 Secus reſpectu ipſorum inter eos, nam ſi negotium ad unum tantum pervenerit, alter habetur pro Fidejuſſore, Bart. *in d. l. reos, n. 1. ff. de duobus reis*, Crav. *d. conſ. 77. n. 3. verſ. hoc ità.*

108 Denique à Decreto de exfractando, ſeu evacuando non datur appellatio ſuſpenſiva, Bald. *in l. unica, num. 5. in fin. C. ſi de moment. poſſ. agat*, Alex *in lib. 1. num. 91. & num. 93.* & ibi etiam Jaſ. *num. 45. ff. ſolut. matrim* Boceoc. *ad conſtit.* Ægidian. *d. lib. 6. cap. 2. n. 22* Contard *in d. l. unica, lim. 3. nu. 5. C. ſi de moment. poſſ. agat.* Scacc. *de Appell. quæſt. 17. limit. 6. membr. 2. num. 36.*

109 Et licet Bald. Alex & Jaſ. loquantur de mandato decreto contra Fabrum maleantem propè Scholas, ſeu Cameram Doctoris, vel Scholaris Contard. verò, & Scacc. loquantur de mandato decreto contra Scholarem, qui impedit ſtudium Socii, nihilominus idem Juris eſt in Inquilino, & Conductore, nàm Doctores præfati fundamentum conſtituunt in ratione, quia talis cauſa celeritatem deſiderat, & ob id ex identitate rationis non datur appellatio, DD. *in l. fin ff. de Appell. recip.* Covar. *pract. quæſt. cap. 23. nu. 8. verſ. pari ſanè jure* Marcheſ. *de commiſſ. appell. à Mand. de evacuan. p. 1 c. 1. n. 1. fol. 1073. & n. 20. & ſeqq fol. 1075.* Scacc. *de appel. q. 17. limit. 6 memb. 5. n 37.* Magon. *dec. Lucen. 15. n. 29* & ibi Bouſet. *lit. A.* Grammat. *dec. 58. num. 15. & ſeq.*

110 Et eo magis quia Conductor Locatori quæſtionem dominii obiicere non poteſt, Scac *d. q. 17. lim 6. memb. 6. num. 37. verſ. ratio*, ſed illam obiiciens tenetur prius evacuare, quam de proprietate agat, *l. ſi quis conductionis*, & ibi DD. *C. locat.* Marcheſ. *de commiſ. appell. à Mand. de evacuan. d. par. 1. c. 3. n. 3.* ubi † quod ob id, 111
regulariter et ordinariè loquendò, Signatura reſcribit, cum clauſula exequutiva, *ſine præjudicio, & n. 21. & ſeq. fol 1075.*

Sed videtur diſtinguendum, nàm aut fuit actum actione locati, vel condictione, *l. ſi quis conductionis, C. loc.* ad relaxandum poſſeſſionem ob finitam locationem defectu lineæ, vel tempore, & tunc etiam ſi reus opponat rem eſſe ſuam, quia hæc evacuationis materia celerem expeditionem deſiderat, & Conductor non poteſt movere Locatori quæſtionem dominii, cum aliàs dicatur ſpoliare, Marcheſ. *de commiſ. appell. à Mandato de evacuan. par. 1. c. 1. n. 2. in fin. & n. 22. fol. 1075.* Mantic. *dec. 277. num. 5. & ſeqq.* Seraph. *dec. 117. numer. 1.* 112
Sicut † denegans ſolvere Penſiones, Cavaler. *deciſ. 501. numer. 3. & deciſ. 531. numer. 1. & numer. 6. &* 113
† Spoliatus ſit in primis, & ante omnia reſtituendus, & tunc à Decreto, ſeu Mandato de exfractando, ſeu evacuando non datur appellatio ſuſpenſiva, Barz. *deciſ. Bonon. 115. nu. 10.* Scacc. *de appell. d. q. 17. limit. 6. memb. 6. num. 37. & quæſt. 16. limit. 1. num. 56. verſ. quinimo*, Marcheſ. *de commiſſ. app. à Mandat. de evacuan. dicta parte 1. cap. 1. num. 21. & ſeqq.* in quibus terminis procedunt ſupra allegata, *verſ. & licet Baldus nu. 108. & verſ. & eo magis, quia, num. 10.* & ob id Signatura hoc caſu reſcribit cum clauſula exequutiva *ſine præjudicio*, Marcheſ. *de commiſſ. appellat. à Mandat. de evacuan. dict. par. 1. cap. 1. nu. 1. & ſeqq. & num. 20. & ſeqq.* 114

Eoquè magis ſi adſit obligatio Cameralis ad favorem locatoris, Scacc. *d. q. 17. lim. 6. mem. 6. n. 37. verſ. & maximè.* 115

Idemque juris eſt in perſonis privilegiatis, quibus ſupra *verſ. denique, nu. 108.* Marcheſ. *de commiſſ. appell. à Mand. de evac. d. p. 1. §. 1. num. 1. & ſeqq.* & † caſibus in quibus locator poteſt expellere Conductorem etiam non finita locatione, prout ſi ipſe vellet habitare domum pro ſuo uſu, & in ſimilibus caſibus, nàm tunc quoque Domino, ſeu locatori ad expellendum Inquilinum actio ex locato competit, Marchei *de Commiſſ. appell. à Mand. de evacuand. d. c. 1. n. 10. & ſeqq.* ubi reddit hac de re rationem. 116 117

Aut fuit actum virtute Inſtrumenti habentis exequutionem paratam, vel ſtatuti, vel Legis mandantis procedi ad executionem, aliqua exceptione non obſtante, & jam eſt finita locatio, & procul dubio a mandato de evacuando non datur appellatio ſuſpenſiva, etiam circumſcripto Statuto, Scacc. *de appellat. q. 16. limit. 1. n. 56.* 118

Aut non conſtat locationem eſſe finitam, & Reus eam finitam eſſe negat, nec ſumus in caſu in quo locatio habetur pro finita, & in Inſtrumento, vel Sententia, non eſt tempus locationi præfixum, vel agitur de reconductione tacita, & tunc etiam ſi exequutivè fuerit actum appellari poſſe ait Scacc. *de appell. d. q. 16. lim. 1. n. 54.* 119

Aut denique non fuit actum actione locati nec condictione *d. l. ſi quis conductionis* virtute Inſtrumenti paratam exequutionem habentis, nec virtute privilegii, ut ſupra, & ſumus in caſu in quo nullum ſupereſt Petitorium, quo damnum illatum detentationis, poſſit reparari, & dari ob id appellationem Colono, ſeu Conductori tantum ad longum tempus tradit Scaccia *de appell. quæſt. 17. limit. 6. memb. 8. n. 18. & num. 24.* ratione ſcilicet detentationis, ut per Oſaſ. *dec. 25 num. 11. verſ. ſimiliter* dicimus, & in his terminis procedere Saluſt. Tiber. *in Prax. lib. 2. cap. 45. num. 1.* ubi quod à Mandato de evacuando, quando, ut ſupra, nullum ſupereſt Petitorium, appellationem dari obſervat Signatura. 120

Verùm hoc non procedit in Inquilino, nullum Jus in Domo ſeu re locata, præter ſolam, ac nudam detentationem, habente, nam is à Decreto de evacuando, ad effectum ſuſpenſivum, appellare non valebit, licet in Petitorio præjudicium reparari non poſſit, ut tradit 121

D. Joan.

Digitized by Google

D. Ioan. Bapt. Merchel. qui fuit Utr. Signaturæ Referend. & Decanus, ac unius ex Prælatis votantibus, cui ob id in ijs, quæ Signaturę obſervantiam, & Praxim concernunt eſt omninò credendum, tamquam teſti de viſu *in tract. de commiſſ. Appell. à Mand. de evacuand. d. part. 1. c. 1. n. 20. & ſeqq* ubi rationes hujus rei adducit, adducens, Oſaſc. *dec. 25. num. 10. & ſeq.* loqui in poſſeſſorio annexam proprietatem habente, & in materia Juriſdictionis diverſa.

De Spolio & reintegratione. Pars II. Cap. XIV.

SUMMARIUM.

1 *Continuatio Tituli ad præcedentes.*
2 *Spoliatus, qui vult agere ad poſſeſſionem recuperandam, debet conficere Monitorium.*
3 *Monitorium in Iudicio recuperandæ, & ejus Formula.*
4 *Curſor exequitur Monitorium perſonaliter illudque exequutum, ac ſubſcriptum in actis reproducit.*
5 *Advocatio reproductionis Monitorii in actis, & ejus formula.*
6 *Proteſtatio Rei contra Monitorium, & ejus Formula.*
7 *Actor in Iudicio Spolii debet parte citata, probare duo extrema, & quare.*
8 *Articuli probandi in Iudicio ſpolii, & eorum Formula.*
9 *Ad Articulorum admiſſionem, & Teſtium examen proceditur citata parte, & ſervatis ſervandis.*
10 *Extrema in Spolio poſſunt multo magis probari per inſtrumenta, ſi adſunt, & per alia probationum genera ſervatis ſervandis.*
11 *Reus poteſt probare exceptiones, quas habet, iiſdem modis, quibus Actor poteſt ſua probare incumbentia.*
12 *In termino ad dicendum contra quomodo actor proteſtari, & Iudex Iura, & articulos admittere debeat.*
13 *Facta mixtura, Actor poteſt ſuſpendere Petitorium, & quare.*
14 *Citatio ad libellandum in terminis ſubſtantialibus, & ejus Formula, & Proceſſus.*
15 *Citatio ad articulandum in terminis ſubſtantialibus & ejus Formula, & Proceſſus.*
16 *Citatio ad videndum reiterari terminos ſubſtantiales, & reintegrari ad poſſeſſionem, & ejus Formula, & proceſſus.*
17 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam & ejus formula, & proceſſus.*
18 *Cedula Sententiæ ſuper reintegratione ad poſſeſſionem, & ejus formula.*
19 *Si Reus ex re occupata percipit fructus, & condemnandus ſit ad eorum reſtitutionem, quomodo ferenda Sententia.*
20 *Cedula Sententiæ ſuper reintegratione, necnon fructuum reſtitutione, per capita ſeparata, & ejus Formula.*
21 *In ſummario Poſſeſſorio recuperandæ lata Sententia niſi aliud obſiſtat, poteſt ſtatim expediri Mandatum de reintegrando:*
22 *Mandatum de reintegrando, & ejus Formula.*
23 *Appellare volens debet in hoc judicio, Sententia Superſeſſoria parte citata, cauſam in plena Signatura proponendam curare.*
24 *Interpoſitio appellationis coram Iudice à quo, & eius formula, & reſponſio de Apoſtolis.*
25 *Cedula appellationis, & ejus formula.*
26 *Commiſſio in plena Signatura proponenda in Iudicio recuperandæ, & ejus Formula.*
27 *Signatura quomodo reſcribat, ſi fuerit appellatum à Sententia lata in Iudicio poſſeſſorio recuperandæ.*
28 *Si eſt locus ulteriori exequutioni, Exequutores procedunt ad reintegrationem, & actuarius de ea conficit publicum Inſtrumentum.*
29 *Inſtrumentum ſuper executione in vim Mandati de reintegrando, & ejus formula.*
30 *Si ſententia quoad fructus intereſſe, & expenſas tranſivit in Iudicatum, quomodo ad liquidationem, & taxationem ſit procedendum.*
31 *Si liquidatio fructuum, & intereſſe ſit facienda in partibus quomodo ſit in cauſa procedendum.*
32 *Citatio ad videndum taxari, & liquidari intereſſe, & fructus ſcuta 20. moneta non excedentes & eius formula, & proceſſus.*
33 *Productio notulæ intereſſe, & fructuum, & ejus Formula.*
34 *Liſta, ſeu notula fructuum, & intereſſe, & ejus formula.*
35 *Intimatio, qualiter Dominus relaxavit Mandatum pro fructibus liquidatis, & ejus formula.*
36 *Intimatione executa, & reproducta, ſi pars in termine illius non docet de exceſſiva liquidatione, proceditur ad expeditionem, & executionem mandati.*
37 *Si Expenſæ, vel intereſſe, & fructus excedunt ſcuta viginti monetæ, quomodo procedendum ad liquidationem, & taxationem.*
38 *Citatio ad videndum taxari, & moderari Expenſas, ſcuta 20. monetæ excedentes, & ejus Formula, & proceſſus.*
39 *Productio liſtæ Expenſarum in actis, & ejus Formula.*
40 *Liſta Expenſarum liquidatarum ab actuario, & ejus Formula.*
41 *Citatio ad videndum taxari, & liquidari fructus ſcuta viginti monetæ excedentes, & ejus Formula, & proceſſus.*
42 *Iudex poteſt decernere mandatum pro expenſis, et fructibus liquidatis non ſolum niſi infra tres ſed etiam infra longiorem terminum ſibi beneviſum.*
43 *Sentiens ſe læſum, debet appellare ab exceſſiva taxatione infra decem dies poſt factum Decretum.*
44 *Interpoſitio appellationis ab exceſſiva liquidatione, & ejus formula, & reſponſio de Apoſtolis.*
45 *Cedula appellationis ab exceſſiva taxatione, ſeu liquidatione, & ejus Formula.*
46 *Commiſſio cauſæ appellationis ab exceſſiva taxatione Expenſarum, & ejus formula.*
47 *Commiſſio appellationis ab exceſſiva liquidatione fructuum & ejus formula.*
48 *Si ab exceſſiva taxatione, ſeu liquidatione non fuerit appellatum, vel appellatio remanſerit deſerta, ſervatis quatuor terminis ſervari ſolitis, & nihil quod relevet docto, proceditur ad ulteriora.*
49 *Citatio ad videndum relaxari Mandatum, aliàs decretum pro Expenſis, ſeu fructibus liquidatis, & ejus Formula.*
50 *Elapſo termino in Decreto contento, intimatione reproducta, poteſt expediri Mandatum.*
51 *Mandatum executivum pro expenſis taxatis, ſeu fructibus liquidatis & ejus Formula, & quomodo procedatur ad ejus relaxationem virtute obligationis Cameralis.*
52 *Poſſeſſorium recuperandæ non eſt minus frequens aliis in foro, ideo poſt alia etiam de illo agendum erat.*
53 *Recuperatio poſſeſſionis quid ſit.*
54 *Agens ad recuperandam poſſeſſionem dicitur agere ſpolio.*
55 *Spolium pluribus modis uſurpatur remiſſivè.*
56 *Spolium quid ſit.*
57 *Spolium quotuplex ſit.*
58 *Vis quotuplex ſit, & quomodo fiat.*
59 *Vis expulſiva quando fieri dicatur, & quando ablativa & quando compulſiva, & quæ remedia pro ſingulis competant.*
60 *Interdictum unde vi, quando, & contra quos competat.*
61 *Ut ſpoliatio facta à Procuratore repellat ab agendo debet conſtare*

Digitized by Google

conſtare de ratificatione facta à Domino perfectè ſcientè omnes ejus qualitates.

62 *Condictio Triticaria proque, & quando competat.*

63 *Condictio incerti, cui, & pro quibus competat.*

64 *Officium Iudicis cui, & contra quem competat.*

65 *Condictio Indebiti quando competat,*

66 *Actio in factum cui, & ad quid competat,*

67 *Aequitas* l. ſi me, & Titium, ff ſi cert. petat. *quando competat.*

68 *Condictio ex l.* ſi coloni, C. de Agric. & Cenſit. *cui, & contra quem competat.*

69 *Quæ remedia reſtitutoria competant pro re mobili, & immobili, & quæ pro eaqua computatur inter immobilia, & pro incorporali.*

70 *Remedium* cap. reintegranda, *cui, & pro quibus competat,*

71 *Condictio ex* cap. ſæpè de reſtit. Spoliat, *cui, & contra quem competat.*

73 *Condictio ex* l. authoritate, C. unde vi, *quando & cui competat.*

83 *Condictio ex* l. ſi quis conductionis, C. locat. *cui, & contra quem competat.*

74 *Remedium* l. invaſor, C. unde vi, *cui & quando competat,*

75 *Remedium* l. meminerint, C. unde vi, *cui, & quando competat.*

76 *Condictio* l. ſi quis in tantam, C. unde vi, *quando competat.*

77 *Condictio ex* l. conductores, C. locat. & l. non ab re, C. unde vi, *contra quem competat.*

78 *Condictio* l. cum a te, ff. de vi, & vi armat. *contra quem competat.*

79 *Condictio ex* l. fin. C. unde vi, *contra quem competat,*

80 *Remedium* cap. frequens, de reſtit. ſpol. in 6. *cui & contra quem competat.*

81 *Condictio ex* l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. *cui, & contra quem competat.*

82 *Remedium,* l. fin. C. de prætor pign. *cui, & ad quid detur.*

83 *Remedium ex* l. 1. C. ſi per vim, vel alio modo, *quando, & contra quem detur.*

84 *Interdictum* Quorum bonorum *pro quibus competat remiſſivè.*

85 *Actio, quod metus, cauſa, cui, quando, & contra quem competat.*

86 *Actio de dolo quando competat,*

87 *Edictum Divi Marci contra quem competat*

88 *Intentans aliquod ex remedijs pro recuperanda poſſeſſione competentibus, non debet ſe ad illud reſtringere, & quomodo debeat alia remedia includere in monitorio, ſeu libello.*

89 *Clauſula,* & alias omni &c. & deducens &c. *quid operatur remiſſivè*

90 *Quæ remedia de facili locum habeant in judicio Spolij niſi probata mala fide Poſſeſſoris, vel dolo vel violentia.*

91 *Spolium probatur ex duobus extremis, poſſeſſione ſcilicet antiquiori Spoliati, recentiori Spoliantis.*

92 *Poſſeſſio eſt probanda de tempore commiſſ. Spolii.*

93 *Probans ſe antea poſſediſſe, præſumitur continuaſſe uſque ad tempus commiſſi Spolii, licet actum Spolii non probet.*

94 *In Curia paſſim conceditur redintegratio, probata antiquiori poſſeſſione ſpoliati, & juniori Spoliantis.*

95 *Probata antiquiori poſſeſſione Spoliati, & recentiori ſpoliantis, eo ipſo remanet probatum ſpolium re ipſa.*

96 *Primum extremum, hoc eſt antiquior poſſeſſio ſpoliati requirit plenam, & concludentem probationem.*

97 *Primum extremum in Spolio, de Stylo Rotæ requirit probationes exactiſſimas.*

98 *Sine primo extremo non datur actio Spolii.*

99 *Spolium dicitur creatum, ſtatim ac quis eſt à ſua poſſeſſione dejectus.*

100 *Actio ſpolii datur etiam ad detentationem, & ad ſtatum.*

101 *Primum extremum in Spolio probatur per Inſtrumentum adeptæ poſſeſſionis, dum poſſeſſio erat vacans.*

102 *Primum extremum in Spolio probatur ex Inſtrumento venditionis cum clauſula conſtituti.*

103 *Primum extremum in Spolio probatur per confeſſionem partis.*

104 *Primum extremum in Spolio probatur ex executione, & adiudicatione bonorum.*

105 *Primum extremum in Spolio probatur ex Teſtibus.*

106 *Primum extremum in Spolio probatur ex Mandato, Subhaſtatione, & Deliberatione, facta contra Spoliatum.*

107 *Primum extremum in Spolio probatur, tàm ex confeſſione expreſſa, quàm tacita.*

108 *Primum extremum in Spolio probatur ex locatione, ac ſolutione affictuum.*

109 *Primum extremum in Spolio probatur ex relatione Nuncii, cui in dubio creditur*

110 *Primum extremum in ſpolio probatur ex actu exequutionis Mandati, & apprahenſionis poſſeſſionis, & aliis modis,*

111 *Primum extremum in Spolio antiquo probatur levioribus probationibus.*

110 *Primum extremum in Spolio antiquo probatur ex probationibus præſumptivis.*

113 *Primum extremum in ſpolio antiquo probatur per Teſtes de fama,*

114 *Secundum extremum, ſcilicet poſſeſſio junior Spoliantis, probatur levioribus probationibus.*

115 *Secundum extremum in Spolio probatur per ſuſtentationem litis cum adminiculis.*

116 *Secundum extremum in Spolio probatur ex ſola litis ſubſtentione,*

117 *Nec non ex Inſtrumento adeptæ poſſeſſionis,*

118 *Ex commiſſione.*

119 *Ex confeſſione.*

120 *Per Teſtes, & alia probationum genera.*

121 *In Beneficialibus ultra duo extrema in ſpolio debet probari titulus ſaltem coloratus.*

122 *In Spolio Judiciali, ultra duo extrema, debet probari, quod Judex nulliter proceſſerit, aut aliàs injuſtè, aut juris ordine non ſervato.*

123 *Judex nulliter procedens dicitur ſpoliare, prout quando non ritè, nec rectè procedit.*

124 *Iudex nulliter, ſeu injuſtè procedens dicitur procedere, ut privatus, non ut Judex.*

125 *Ubi adeſt inſtantia Partis, ipſa dicitur ſpoliare, non Judex.*

126 *Spoliatus à Judice, nulliter, ſeu injuſtè procedente eſt reſtituendus, ſicut Spoliatus à privato.*

127 *Nullitas, ad hoc ut Judex ſpoliare dicatur, debet eſſe evidens, ita ut nullo velamine celari poſſit.*

128 *Injuſtitia autem debet eſſe adeo notoria, ut velari nullo modo valeat.*

129 *Nullitas, vel injuſtitia notoria, ut, intret Spolium debet probari ex eiſdem actis, non ex noviter deductis.*

130 *Si Judex ritè, & rectè proceſſit, non intrat Spolium.*

131 *Si poſſeſſio fuit capta propria authoritate, & non cum interventu Executoris, licet Sententia, & Mandatum præceſſerit, intrat Spolium.*

132 *Spoliatus eſt in primis, & ante omnia reſtituendus.*

133 *Spoliatus eſt ante omnia reſtituendus tam de æquitate, quam ex neceſſitate.*

134 *Etiamſi ſpoliatus bona fide non poſſideat, & quare.*

135 *Etiam ſi ſpoliatus ſit Prædo.*

136 *Prædo ſi conſtat notoriè eum eſſe talem, in Beneficialibus, vel contra Dominum, non reſtituitur ante omnia.*

137 *Spoliatus etiam facto Judicis nulliter vel injuſtè procedentis reſtituendus eſt ante omnia.*

138 *Si*

Digitized by Google

138 Si poſſeſſorium contineat mixturam, Spoliatus non reſtituitur ante omnia.

139 Qui facto, vel culpa ſua cecidit à poſſeſſione, non reſtituitur ante omnia.

140 Etiamſi hujuſmodi factum proceſſerit metu Cenſurarum.

141 Qui facto ſuo cecidit à Poſſeſſione ſub aliqua conditione, qua non fuit adimpleta, eſt reſtituendus adhuc ante omnia.

142 Dum clare non conſtat, quod Spoliatus ceciderit à poſſeſſione facto ſuo, adhuc reſtituendus eſt ante omnia.

143 Spoliatus, ſi notoriè conſtat de dominio Spoliantis & de ipſius Spoliati non jure in petitorio, non reſtituitur ante omnia.

144 Exceptio non juris ſpoliati, ut includat ſpolium, debet eſſe adeo notoria, ut contrarium in petitorio probari non poſſit.

145 Ut exceptio dominii excludat Spolium debet notoriè conſtare de dominio ſeu bono jure, per rem judicatam aut confeſſionem partis.

146 Reintegratio non retardatur per exceptiones reſpicientes petitorium.

147 Spolio ante omnia non purgato, Spoliator non poteſt audiri etiam ſi conſtet de bono jure in petitorio.

148 Spoliator non doloſus auditur, ſpolio ante omnia purgato, ad effectum evitandi carceres, ſtante clauſula arbitrio, ut fructus, & expenſæ reſerventur in fine Litis, ſtante clauſula, conſtito de paupertate.

149 Purgatio ſpolii conſiſtit non ſolum in reſtitutione bonorum, ſed etiam fructuum, expenſarum, damnorum, & intereſſe.

150 Spoliator non auditur, niſi in omnibus purgato ſpolio uſque ad obulum.

151 Purgatio ſpolii non retardatur per exceptiones, quæ ſunt claræ, & concludentes.

152 Exceptio ſpolii non obſtat in alio judicio, niſi quando intervenit vis compulſiva, vel ablativa, ſi agitur de re diverſa, ſecus ſi de ea re in qua eſt commiſſum ſpolium.

153 Spolium ſi fuit violentum obſtat exceptio ſpolii, etiam in alio judicio, & re diverſa.

154 Spolium judiciale non poteſt dici violentum, niſi ſit commiſſum cum vi expulſiva, Judice, & Satellitibus præſentibus.

155 Spolium ut poſſit dici purgatum, requiritur, quod poſſeſſio transferatur in ſpoliatum, & apud eum remaneat.

156 Si res eſt perpetua, vel haberi non poteſt, quomodo Spolium ſit purgandum.

157 Effectus reintegrationis eſt, ut ſpoliatus reſtituatur eo meliori modo, quo fieri poteſt.

158 In ſpolio ſimplici etiam judiciali, & interdictis, regulariter fructus veniunt à die motæ litis tantum.

159 In ſpolio attentato, vel violento, vel attentu malæ fide poſſeſſeris veniunt fructus à die Spolii.

160 Non ſolum percepti, ſed etiam qui percipi potuerunt.

161 Malæ fidei poſſeſſor condemnatur in fructibus, qui veriſimiliter percipi potuerunt.

162 Rota antiqua videtur tenuiſſe ad purgationem ſpolii, quo ad fructus, & expenſas, ſufficere oblationem liquidorum, cum depoſito julii unius, & obligatione ſolvendi reſiduum facta liquidatione.

163 Rota moderna in materia ſpolii, & attentatorum dicit non ſufficere oblationem, & depoſitum, ſed requiri realem reſtitutionem, ſæpè decidit.

164 In Rota petens ad ulteriora procedi liquidat fructus, & expenſas, vel impetrat commiſſionem cum præfixione termini Adverſario ad liquidandum.

165 In commiſſione ſi adeſt clauſula parito judicato, vel alia ſimilis, tunc requiritur actualis ſolutio, vel commiſſio cum præfixione termini ad liquidandum.

166 Expenſæ ſi ſunt modica, & cauſa fuit commiſſa in Rota cum clauſula, arbitrio ſufficit depoſitum julii unius cum obligatione ſolvendi reſiduum facta liquidatione, ut poſſit ad ulteriora procedi.

167 In expenſis extrajudicialibus ſufficit depoſitum julii unius cum obligatione ſolvendi reſiduum facta liquidatione.

168 Paupertas non ſuffragatur, ut quis audiatur, ſpolio ante omnia non purgato.

169 Spoliator non doloſus, obtenta commiſſione cum clauſula arbitrio Rotæ, & conſtito de paupertate, poteſt audiri, dimiſſa poſſeſſione tantam aliis reſervatis in fine litis.

170 In expenſis, & judiciis non privilegiatis ſufficit depoſitum julii unius cum oblatione, & fidejuſſione ſolvendi reſiduum, facta liquidatione.

171 Spolium ultimum eſt ſemper purgandum.

172 Primum ſpolium, ſi fuit violentum, eſt ante omnia purgandum.

173 Spolium attentatum, licet ſit primum, eſt tamen antè omnia purgandum.

174 Secundum ſpolium incontinenti factum poſt primum non eſt purgandum, & quare.

175 Secundum ſpolium incontinenti factum poſt primum lite pendente, tanquàm attentatum, eſt ante omnia purgandum.

176 Actio ſpolii eſt in rem ſcripta.

177 Si Actio ſpolii datur hæredi, & ſucceſſori, poteſt eam proſequi, & intentare ex perſona Defuncti.

178 Spolium ſi fuit commiſſum poſt mortem Defuncti hæres non poteſt ex perſona Defuncti agere ſpolio.

179 Actio ſpolii non competit ex perſona propria agentis, qui nunquàm fuit in poſſeſſione.

180 Actio ſpolii competit contra hæredes, & ſingulares ſucceſſores, uti poſſeſſores.

181 Actio ſpolii competit contra quoſvis ſucceſſores, ad quos pervenit res ſuper qua fuit commiſſum ſpolium etiamſi bona fide poſſideant.

182 Actio, ſpolii competit contra eum in quem influit ſpolium virtute decreti nulli, & quando.

183 Actio ſpolii competit etiam pro rebus mobilibus.

184 Actio ſpolii competit pro recuperatione poſſeſſionis quæſita per clauſulam Conſtituti.

185 Si agitur contra Conſtituentem, non eſt neceſſe probare ejus poſſeſſionem de tempore Conſtituti, aliàs ſecus.

186 Actio ſpolii etiam ex can. reintegranda, præſcribitur ſpatio triginta, vel quadraginta annorum.

187 Spoliator doloſus, aut violentus, nunquam præſcribit.

188 Reintegratio à poſſidente civiliter cenſetur intentata per recuperationem naturalem.

189 Executione à Judice, nulliter, vel notoriè injuſtè procedente facta contra eum, qui non habet ſe pro ſpoliato, non dicitur is ſua poſſeſſione privatus.

190 Non habenti ſe pro ſpoliato competit Manutentio.

191 Si quis habet ſe pro ſpoliato, vel ſe ſpoliatum fatetur non poteſt obtinere Manutentionem.

192 Actor ſpolio debet concludere, ſe ad poſſeſſionem à quo dejectus eſt, reintegrari.

193 Qui poſſeſſionem ſpoliantis approbavit, non poteſt obtinere Manutentionem.

194 Pro ſpoliato ſe habere pendet ab animo.

195 In dubio quis non præſumitur habere ſe pro ſpoliato.

196 Qui petit manuteneri, non cenſetur habere ſe pro ſpoliato, etiam ſi ſubdat, & quatenus opus ſit reintegrari.

197 Petens reintegrari, ſi petitio eſt æquivoca non videtur amittere poſſeſſionem civilem, quam animo retinet, ſed agere pro recuperatione naturalis.

198 Dicens ſe ſpoliatum, & petens à Judice reintegrari, niſi aliundè colligi poſſit eum retinere animo civilem, cenſetur fateri penes Adverſarium eſſe utramque poſſeſſionem.

199 Materia retentionis poſſeſſionis civilis pendet ab animo,

& ob

& ob id eſt ex circumſtantiis verborum, & factorum terminanda.

200 *Sciens ſibi detentum, antequam agat pro recuperatione naturalis ab alio occupatæ, cenſetur habere ſe pro ſpoliato ratione civilis.*

201 *In incorporalibus, qui patiatur exercitium actuam etiamſi non ſit lapſum detentum, amittit quaſi poſſeſſionem.*

202 *Si poſſeſſio naturalis eſt vacans, non cenſetur amiſſa civilis, ex quo quis diſtulerit recuperare naturalem ultra detentum.*

203 *Judicium ſpolii eſt privilegiatum ut poſſit cumulari petitorium cum poſſeſſorio.*

204 *Spolium ſi eſt turbidum, Rota ſolet exercere arbitrium pro cumulatione Petitorii cum poſſeſſorio, ſequeſtrata poſſeſſione.*

205 *A ſententia lata in poſſeſſorio recuperandæ, & ejus ſpeciebus non datur appellatio.*

206 *Etiam in terris Eccleſiæ, attenta Ægidiana.*

207 *In poſſeſſorio recuperandæ, quando ſententia eſt nulla, vel notoriè injuſta, datur appellatio etiam virtute Ægidianæ.*

208 *Signatura dato fumo nullitatis, vel notoriæ injuſtitiæ, ſi cauſa eſt extra Rotam, ſolet de æquitate committere eidem Judici, ut prævia repoſitione iterum audiat.*

209 *Lata ſententia in ſpolio ſtatim fit executio reſpectu poſſeſſionis, ſed non reſpectu fructuum, expenſarum, & intereſſe, nam quo ad hæc datur appellatio.*

210 *Lata ſententia in ſpolio, dum fit ſtatim executio reſpectu poſſeſſionis fit etiam reſpectu fructuum pendentium, qui ſunt pars rei.*

211 *Judex quomodo appellanti in cauſa ſpolii ſoleat reſpondere de Apoſtolis.*

212 *A ſententia lata in poſſeſſorio reintegrandæ, continente mixturam datur appellatio.*

213 *A ſententia lata ſuper ſpolio, nullitate, & attentatis ratione mixturæ datur appellatio.*

214 *A ſententia lata ſuper ſpolio attentato datur appellatio.*

215 *A ſententia concedente reintegrationem, & declarante, ſpoliatum incidiſſe in pœnam ſactiatis vim datur appellatio, & quando hoc procedat.*

216 *A ſententia lata in remedio recuperandæ,* ex can. redintegranda, *datur appellatio quod procedit etiam in terris Imperii, & foro ſæculari.*

217 *Conſtitutio Ægidiana removet appellationem in terris Eccleſiæ, etiamſi fuerit intentatum remedium* can. redintegranda.

218 *In terris Imperii in foro ſæculari, licet fuerit intentatum remedium* can. redintegranda, *non datur appellatio, ex veriori. & in praxi ſervata opinione.*

219 *A ſententia lata contra actorem ſpoliatum, de jure communi datur appellatio.*

220 *Ægidiana prohibet in mero poſſeſſorio appellationem tam actori, quam reo.*

221 *Signatura in quibus caſibus reſcribere ſoleat cum clauſula,* quatenus ſit locus Ægidianæ.

222 *In reliquis in materia ſpolii ad quæ recurrendum.*

De Spolio & Reintegratione, Pars Secunda. Cap. XIV.

1 QUoniam poſſeſſio adepta & continuata aliquando amittitur, ideò poſt interdicta adipiſciendæ, & retinendæ, videndum eſt pernecesſe de interdicto

A recuperandæ. A.

2 Si quis igitur ſua poſſeſſione ſpoliatus fuerit, et pro ſpoliato ſe habuerit, ſi vult illam recuperare debet agere in ſpolio in vim dicti interdicti recuperandæ, prævio monitorio, ut infra videlicet.

3 De mandato Illuſtriſs. et Reverendiſs. D. A.C. ſivè R. P. D. NN. ejus in civilibus Locumtenentis, et ad inſtantiam NN. principalis, exponentis, ſe aliàs fuiſſe in pacifica poſſeſſione unius vineæ, extra portam N. juxta ſuos notiſſimos fines, ſuis loco, & tempore exprimendos, & verificandos, omni &c.

Tenore præſentium.

Moneatur NN exadverſo principalis, quatenus, infrà triduum proximum, ſub 500 ducatorum &c aliiſque &c. pœnis, debeat d. D. Inſtantem in, & ad poſſeſſionem d. vineæ, ac illius annexorum jurium, pertinentiarum, ac membrorum quorumcunque, reintegraſſe, repoſuiſſe, & reſtituiſſe, & reſtitutum, repoſitum, et reintegratum manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, ac de fructibus, redditibus, & proventibus à die ſpolii decurſis, et in futurum decurrendis eidem reſpondiſſe, & ſatisfeciſſe, damnaque expenſas, & intereſſe præmiſſorum cauſa, & occaſione paſſa &c. patien. &c. ac liquidan. &c refeciſſe, mandatumque de reintegrando &c. manutenendo &c. ac aliud, deſuper neceſſarium, & opportunum, decerni, concedi, & relaxari; ina& juſtitiam miniſtrari aliaque deſuper neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe, & præſentibus paruiſſe, in vim interdicti reintegrandæ, aut alterius remedii poſſeſſorii magis utilis, & proficui d. Inſtanti competen. deducen. &c. implor. &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c. & ſi quis &c. comparear &c. alioquin &c.

NN. Notarius.

Locus † Sigilli.

Curſor Exequitur Monitorium perſonaliter, & de 4
hoc in pede illius facit fidem, & ſucceſſivè illud reproducit in actis, quæ reproductio adnotatur ab actuario, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

Coram Domino meque &c. NN. Sanctiſs. D. N. Cur- 5
ſor retulit, ſe ad inſtantiam NN. perſonaliter monuiſſe NN. prout in folio tenoris &c. omni &c.

Exadverſo pars monita infra triduum ad libitum 6
proteſtatur in actis, negando monitorium, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio &c NN. negando monitorium, dixit narrata prout narrantur, non fuiſſe nec eſſe vera, & ad petita prout petuntur, non teneri, ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, verificatis verificandis, &c. alias &c. omni &c.

In Spolio actor tenetur probare, parte citata duo 7
extrema, ſcilicet ſe olim poſſediſſe rem, de qua eſt controverſia, & reum eam ad præſens poſſidere, & poſſunt formari articuli, ut infra videlicet, & aliàs mutatis mutandis, ſecundum contingentiam facti.

Articulos infraſcriptos dat, facit, exhibet, & pro- 8
ducit Procurator, & eo nomine NN. contra, & adverſus NN. petens recipi, & admitti, & ſuper eis Teſtes inducendos, ſervatis ſervandis, examinari, ad ſuperfluam tamen probationem non ſe aſtringens &c. ſalvo jure &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

In primis hic loco Articulorum repetit omnia jura in quantum &c. ex quibus &c. licèt &c. tamen &c. ad majorem cautelam, quatenus, opus ſit probare vult, & intendit.

1 Che la verità fù, & è, che il d. NN. Articolante dall' anno N. ſino all' anno N. hà continuamente poſſeduto una vigna poſta nel diſtretto di Roma, ſuori di porta N. in loco detto N. à lato alli beni di NN. e di NN. la via, & altri, della quale, hà ſempre preſo e ricevuto li frutti à tempi debiti dalli ſuoi Vignaroli, & affittuarii, e come meglio li Teſtimonii informati diranno la verità del fatto, e così &c.

2 Che la verità fù, & è che l' iſteſſa Vigna ſopradetta in corpo, e ſoſtanza al preſente è occupata indebitamente da d. NN. avverſario è come meglio li Teſtimonii informati depon ranno la verità del tutto, così &c.

3 Che delle dette coſe ne fù, era, & è publica voce, & ſama, publico, & notorio, palam &c.

Hos pro nunc &c. ſalvo jure &c. deducen. &c. non ſe aſtringens &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni meliori modo &c.

Nomi

Digitized by Google

Nomi de' Teſtimoni N.N.N.N.N.N. & altri da no-
minarſi.
9 Ad quorum quidem Articulorum admiſſionem &
Teſtium examen proceditur, Parte citata ad dicen-
dum contra, & aliàs, ut ſupra in aliis Poſſeſſoriis, &
prout dictum eſt ſup. *p.* 1. *c.* 11. *n.* 2. *& ſeqq.*
10 Et poſſunt prædicta probari non ſolum per Teſtes,
ſed etiam, & multo magis per Inſtrumenta, & ſcriptu-
ras, citata Parte ad dicen. contra jura ut ſupra *p.* 1. *cap.*
2. *nu.* 10. *& ſeqq.* ac etiam per alia legitima probationum
genera.
11 Similiter Reus conventus ſuas exceptiones, ſi quas
habet poteſt iiſdem modis probare illaſque prout de ju-
re deducere, ut ſupra in aliis Poſſeſſoriis, & juxta
ſuperius tradita *p.* 1. *c.* 7. *&* 8. & aliàs mutatis mutandis
ſecundum contingentiam facti.
12 Sed in termino citationis ad dicendum contra jura,
vel contra Articulos, Actor debet proteſtari, non ad-
mitti in præjudicium ſummarii poſſeſſorii intentati, &
Judex pariter debet hujuſmodi jura & articulos admit-
tere cum ſolita clauſula, *ſine præjudicio* ut ſupra *p.* 2.
c. 6. *num.* 16. & Articulos etiam cum clauſula *ſalva jure
impertinentium & non admittendorum*, prout latius di-
ctum eſt ſupra *p.* 1. *c.* 8. *n.* 20. *& c.* 10. *n.* 5. *& c.* 15. *num.* 2.
13 Facta verò mixtura Petitorii cum Poſſeſſorio po-
teſt Actor, nè cauſa appellabilis efficiatur, ſuſpendere
Petitorium, prout in aliis Poſſeſſoriis ſummariis, ut
dictum eſt ſupra *p.* 2. *c.* 6. *n.* 17. *& ſeqq.*
Denique probatis probandis, actitatoque proceſsu
obſervantur termini ſubſtantiales videlicet.

A. C. N.

14 Citetur NN. exadverſo principalis ad libellandum,
ad p.d. ad articulandum ad 1a. ad dicendum contra arti-
culos, ad producendum omnia, ad dicendum contra
producta ad 2. ad declaran. ad jurandum de calumnia,
ad p. d. in termini ſubſtantialibus Inſtante NN. prin-
cipali ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura hac die in actis producta, & re-
petita, & petiit & obtinuit ſervari, ut ſupra, & ad-
mitti, ſi, & in quantum &c. omni &c.
Sed in hoc ſummario Judicio eſt de neceſſitate tan-
tummodo ſervare infraſcriptos terminos ſubſtantiales
videlicet.

A. C. N.

15 Citetur NN. exadverſo principalis, ad Articulan-
dum ad 8. d. ad dicendum contra Articulos ad produ-
cendum omnia ad dicendum contra producta ad 2. d.
in terminis ſubſtantialibus, Inſtante NN. principali,
ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura hodie in actis producta, & repeti-
ta, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra, et admit-
ti, ſi & in quantum &c. omni &c.
Productio autem, ſeù repetitio in actis ſeù in Bro-
liardo, poteſt fieri, juxta ſuperius tradita *p.* 1. *c.* 2. *n.* 11.
& ſeqq. & p. 2. *c.* 6. *n.* 59. *& ſeqq.*
Quod ſi cauſa ſit expedienda per Decretum, juxta
ſuperius tradita hac eadem *p.* 2. *c.* 7. *nu.* 24. poteſt citari
Pars adverſa, ut infra videlicet.

A. C. N.

16 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum
reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales,
malè forſan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim
quarumcumque facultatum, abſolvi Inſtantem à Cen-
ſuris ad effectum &c. deferri Juramentum in ſupple-
mentum plenæ probationis, quatenus opus ſit con-
cludendum, concludique videndum in cauſa, & au-
diendum Sententiam definitivam in forma, & loco
Sententiæ videndum reintegrari Monitorium (ſi illud
fuit negatum) & inſtantem reintegrari ad poſſeſſionem
bonorum, de quibus agitur, & quodcumque Man-
datum de reintegrando, & aliud deſuper neceſſarium,
& opportunum decerni, & relaxari, ad p. d. Inſtante
NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, et obtinuit, ut ſupra &c. admitti ad reite-
rationem terminorum, qui reiteravit in forma &c. de-
ferri Juramentum &c. qui tactis juravit &c. & reinte-
grari Monitorium, & decerni, & relaxari Mandatum,
ut ſupra, niſi ad p.d. cum intimatione omni etc.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Domi-
nus relaxavit Mandatum de reintegrando, & alias pro-
ut in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Ex tunc reproducta Intimatione, & elapſo termino
in Decreto aſſignato, expeditur Mandatum, ut infe-
rius, dicetur.
Verum, ſi cauſa ſit expedienda per Cedulam citatur
Pars adverſa, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum 17
reiterari, omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales
male forſan nulliter, & inculcatè tentos, in vim qua-
rumcumq; facultatum, abſolvi Inſtantem à Cenſuris ad
effectum, &c. deferri Juramentum in ſupplementum
plenæ probationis, quatenus opus ſit concludendum,
concludique videndum in cauſa, & audiendum Sen-
tentiam, definitivam in forma, & alias, omni &c. ad
p. d. Inſtante NN. principali ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra &c. admitti, ad rei-
terationem terminorum, qui reiteravit in forma &c.
deferri Juramentum &c. qui tactis juravit &c. ſenten-
tiari, prout in Cedula, quam Reverendiſs. D. Locumte-
nens legit, & ſubſcripſit, & mihi conſignavit, tenoris
&c. ſuper quibus &c. præſentibus Sociis Teſtibus &c.
non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Tenor Cedulæ.

Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & 18
ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram
definitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum
conſilio ferimus in his ſcriptis, in cauſa, & cauſis, quæ
coram nobis in prima, ſeù veriori verſæ fuerunt, & ver-
tuntur inſtantia, inter NN. Actorem ex una, & NN.
Reum conventum ex altera partibus, de, & ſuper rein-
tegratione dicti actoris ad poſſeſſionem Vineæ ſitæ ex-
tra portam N. in loco nuncupato N. juxta bona NN.
& NN. Viam, & alios ſi qui &c. rebuſq; aliis &c. Dici-
mus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, &
declaramus d. NN. reintegrandum fore, & eſſe prout
reintegramus, ad realem actualem, et corporalem poſ-
ſeſſionem dictæ Vineæ, ejuſque jurium, et pertinen-
tiarum quarumcumque amoto exinde d. NN. detento-
re, et quodcumque Mandatum de reintegrando deſu-
per neceſſarium, et opportunum decernendum fore, et
eſse prout decernimus, et relaxamus, Victumque Vi-
ctori in Expenſis condemnamus, quarum taxationem
Nobis, vel cui de Jure impoſterum reſervamus, et ita
dicimus pronunciamus, declaramus, et definitivè ſen-
tentiamus, non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori
modo etc.
Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.
Sed ſi Reus poſt ſpolium ex re occupata percepit fru- 19
ctus, et ob id, condemnatus ſit ad illorum reſtitutio-
nem, cautius erit, ad omnem appellationis anſam et
amputandam quoad poſseſsorium, ferre Sententiam
per capita ſeparata, prout in ſequenti Cedula, vide-
licet.
Chriſti nomine Invocato. Pro Tribunali ſedentes et 20
ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram
definitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum
conſilio ferimus in his ſcriptis, in cauſa, et cauſis quæ
coram Nobis in prima, ſeù veriori verſæ fuerunt, et
vertuntur inſtantia, inter NN. Actorem ex una, et NN.
Reum conventum ex altera partibus, de, et ſuper rein-
tegratione dicti NN. actoris ad poſseſſionem unius Vi-
neæ ſitæ extra Portam N. in loco nuncupato N. juxta
bona NN. et NN. Viam, et alios, ſi qui etc. rebuſque
aliis etc. dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decer-
nimus, et declaramus d. NN. reintegrandum fore, et

eſſe prout reintegramus, ad realem actualem, & corporalem poſſeſſionem dictæ Vineæ, ejuſque jurium, & pertinentiarum quarumcumque amoto exinde d. NN. detentore, & quodcumq. Mandatum de reintegrando deſuper neceſſarium, & opportunum decernendum fore, & eſſe prout decernimus, & relaxamur, & ita dicimus, et diffinitivè ſententiamus non ſolum, ut ſup. ſed omni alio meliori modo &c

Item pari noſtra Sententia dicimus pronunciamus, & declaramus d. NN. Reum conventum condemnandum fore, & eſſe prout condemnamus ad reſtitutionem fructuum ex d. NN. Vinea perceptorum à die motę litis (vel à die Spolii, ſi Spolium fuit violentum) et impoſterum percipiendorum uſque in diem effectualis reintegrationis d. NN. ad poſſeſſionem ejuſdem Vineæ, Victumque Victori in expenſis condemnamur, quorum quidem fructuum liquidationem, & expenſarum taxationem nobis, vel cui de jure impoſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè ſententiamus, non ſolum præmiſſo, ſed etiam omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

21 Et quia in hoc ſummario poſſeſſorio recuperandæ non datur appellatio ſuſpenſiva, ideò, niſi Pars adverſa obtineat ab Eminentiſs. Signaturæ Præfecto mandari ſuperſederi, juxta ſuperius tradita *p. 1. c. 13. n. 19.* vel aliud adſit impedimentum, poteſt ſtatim expediti Mandatum, ut infra videlicet.

22 De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſſimi D. A. C. ſivè R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis.

Tenore præſentium.

Mandatur vobis Exequutoribus, Subexequutoribus, & aliis ad quos ſpectat, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, ſub 500. ducatorum &c. aliiſq. pœnis &c. debeatis, & quilibet veſtrum debeat eundem D. Inſtantem in, & ad realem, & actualem, & corporalem poſſeſſionem Vineæ, ſitæ extra Portam N. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. Viam, & alios &c. ejuſque jurium, ac pertinentiarum quorumcumq; amoto NN. Adverſario, & quolibet alio illicito detentore reintegraſſe, repoſuiſſe, & reſtituiſſe, & reintegratum, repoſitum, reſtitutum, manutenuiſſe, defendiſſe, & conſervaſſe, & de fructibus, & redditibus, et proventibus ejuſdem reſpondiſſe, & reſponderi feciſſe. Quoniam d. NN. Adverſario citato, & intimato, ſervatis ſervandis in vim decreti deſuper emanati (vel Sententiæ deſuper latæ, ſi cauſa fuit expedita per Cedulam) prout in actis, Reverendiſs. D. ita mandavit, hac die &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

23 Verumtamen ſi Reus, qui Decretum, ſeù ſententiam reportavit, appellare intendat, debet, obtenta Superſeſſoria, cauſam citata Parte, in plena Sign. proponendam curare juxta *dict. p. 1. c. 13. n. 20. & ſeqq.*

Et poterit coram Judice à quo infra legitima tempora appellare, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

24 Coram D. meq. &c. NN. habita notitia de prætenſo decreto facto, ſeù Sententia lata ad aſſertum favorem NN. contra NN. ab eo, ſivè ab ea, & omnibus aliis gravaminibus &c. ad Sanctiſſ. D. N. Innocentium X. ejuſque S. Sedem Apoſtolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris &c. petens &c. omni &c.

Cui D. dedit reſutatorios in forma, omni &c.

Vel ſi ſententia lata in poſſeſſorio condemnet etiam ad reſtitutionem fructuum, ſeù in expenſis, & intereſſe, quia tunc, quoad hujuſmodi fructus, expenſas, & intereſſe, datur appellatio, Judex poterit de Apoſtolis reſpondere, ut infra videlicet.

Cui D. quoad poſſeſſionem dedit reſutatorios in forma &c. quo verò ad fructus, expenſas, ſeù intereſſe reverentiales in forma, &c. omni &c.

Vel.

Cui D. quoad poſſeſſionem dedit reſutatorios in forma, quo verò ad fructus, Expenſas, & intereſſe terminum juris, & interim &c. omni &c.

Tenor Cedulæ Appellationis.

25 A quadam aſſerta Sententia, ſeù Decreto definitivo lata, ſeù facto, ut dicitur, ad prætenſum favorem NN. contra NN. de & ſuper reintegatione ad poſſeſſionem Vineæ ſitæ extra Portam N. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. & alios &c rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latiùs deductis &c. Procurator, & eo nomine dicti NN. ſentiens ſe læſum, et gravatum, & timens impoſterum magis lędi, & gravari &c. ab illa, ſeù illo, et toto proceſſu deſuper fabricato ad Sanctiſs. D. N. Innocentium Papam X. ejuſq. S. Sedem Apoſtolicam in his ſcriptis provocat, appellat, et æquè principaliter de nullitate dicit, petens, ſemel, bis, tertiò, ſępe, ſępius, ſępiſſimè, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus &c. à non admiſſione illius, ac toto ulteriori proceſſu, iterum ac toties, quoties provocat, appellat, & ut ſup. de nullitate dicit, itaut ſit ultimus in appellando &c & interim &c. nihil innovari &c. aliàs de nullitate, & attentatis &c. Proteſtans &c. non ſolùm, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Commiſſio verò in plena Signatura proponenda poterit fieri cum opportuna narrativa, juxta contingentiam facti, vel ut infrà, videlicet.

Romana.

26 Beatiſſime Pater, Quamvis NN. devotus S. V. Orator pluribus ab hinc annis juſto emptionis titulo acquiſiverit Vineam ſitam extra Portam N. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. viam & alios, &c. ut conſtat ex publ. Inſtrumento, rogato per acta NN. ſub die 10. Menſis N. Anni N. illamq. ſemper deinde legitimè, ac quietè, & pacificè poſſederit, nihilominus NN. Adverſarius Sententiam favorabilem contra Oratorem, ſuper aſſerta reintegratione ad poſſeſſionem ejuſdem Vineæ ac reſtitutione fructuum, non minus nulliter, quàm injuſtè à R. P. D. A. C. extorſit, ob idq. idem Orator ad S. V. appellavit. Dignetur igitur S. V. cauſam, & cauſas, appellationis, & appellationum hujuſmodi, necnon nullitatis, & nullitatum, ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ ab aſſerta definitiva Sententia infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcumque ac reſtitutionis in integrum, prout de jure &c. una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Rotæ Auditori, ſeù Locumtenenti audien. congnoſcen. deciden. fineq. debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citan. inhiben quos, quibus, quoties &c Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſq. contrariis non obſtan. quibuſcunq. Statum &c. pro plenè &c.

Cauſa verò non rotalis, infra valorem ſcutorum 500. petitur committi Prælato, ut ſupra eadem *p. 2. c. 6. n. 32.*

27 Signatura vel admittit appellationem ſimpliciter, ſi illa aliqua ratione ſit admittenda, vel ſi agitur de fructibus expenſis, & intereſſe, vel reſcribit cum clauſula *ſine prejudicio mandati de reintegrando*, ſi illa non ſit admittenda, vel cum clauſula, *quatenus ſit locus Ægidianæ*, ſi dubium ſit, an appellatio ſit admittenda necne, ut ſupra *d. p. 2 c. 6 n. 33. & ſeqq.*

28 At quoties ulteriori exequutioni, & reintegrationi locus ſit, Exequutores, virtute Mandati jam expediti procedunt ad reintegrationem ad poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur, & actuarius de ea conficit inſtrumentum publicum, juxta formam, de qua infra, & alias mutatis mutandis prout contingentia facti requirit.

In Dei nomine Amen.

29 NN. Exequutor Baroncelli Curię Illuſtriſ. & Reverendiſs. D. A. C. mihi cognitus &c. cui eſt directum Mandatum de reintegrando ad poſſeſſionem unius Vineæ ſitæ extra portam N. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. viam, & alios, ſi qui &c. ad inſtantiam NN. contra NN. per acta mei, per R. P. D. NN. A. C. Locumtenentem, ſub die N. (ſeù &c. ſervatis ſervandis decretum, et relaxatum (ſeù in vim Sententiæ decretum, et relaxatum) prout in actis, ad quę

&c. &

Digitized by Google

&c. quod quidem Mandatum, præ manibus habens mihi tradidit, præſenti inſtrumento, inſerendum tenoris, videlicet.

De Mandato &c. Vigore cujus Mandati ſupradictum NN. ad poſſeſſionem d. Vineæ reintegrando eundem in realem, corporalem, & actualem ejuſdem Vineæ poſſeſſionem induxit, reſpoſuit, & reintegravit &c. quiquidem NN. ſic reſtitutus, inductus, & reintegratus d. Vineæ, realem, corporalem, & actualem poſſeſſionem accepit, et adeptus fuit, & in ſignum veræ realis, corporalis, & actualis poſſeſſionis, per eam deambulavit, glebas terræ in manibus accipiendo, & alia neceſſaria, & opportuna faciendo, Proteſtans d. NN. quod per ejus diſceſſum, aut receſſum è dicta Vinea, non intendit illius poſſeſſionem acceptam & acquiſitam dimittere, aut relaxare, ſed illam animo, & corpora continuare, & retinere, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c. Actum &c præſentibus &c. Teſtibus ad præmiſſa &c. vocatis, habitis, atque rogatis &c.

30 Cæterum, ſi etiam quoad fructus, expenſas, & intereſſe, prout ſupra, Sententia, ob appellationem non interpoſitam, aut alias tranſivit in judicatum, & ob id neceſſe ſit ad Expenſarum taxationem, fructuumque & intereſſe liquidationem devenire, poterunt Expenſæ, ſcuta viginti monetæ non excedentes, taxari juxta Praxim ſuperius traditam *p.1.c.13.n.72.* fructus verò, & intereſſe hujuſmodi liquidari poterunt per exhibitionem jurium, citata Parte ad dicendum contra, ut ſupra *p. 1.c.2.nu.10. & ſeqq.* vel datis Articulis opportunis, citata Parte ad dicendum contra illos, ut ſupra *p.1.c.10.n.*
31. *5.& c.11.n.2.* & examinatis Teſtibus ſervatis ſervandis, juxta ſuperius tradita *d.par.1.c.11. nu. 4. & ſeqq.* Quod ſi liquidatio ſit facienda in partibus, poterit citari Pars ad videndum ſubdelegari Judicem in partibus ad d. effectum, & obtento Decreto opportuno, expediri Inſtrumentum ſubdelegationis, juxta praxim, de qua ſupra *p.2.c.8.n.42.& ſeqq.* Vel poterit fieri liquidatio per alia legitima probationum genera, quibus liquidatis, erit citanda Pars ad dicendum contra Jura, & proceſſum de partibus, ut ſupra *p.1.c.1 t.n 41.* (ſi liquidatio in partibus facta fuit) & deinde ad videndum taxari, & liquidari fructus ſcuta viginti monetæ non excedentes, ut infra videlicet.

A. C. N.

32 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum taxari, & liquidari intereſſe, & fructus in exequutionem Sententiæ, & rei Judicatæ de quibus agitur, & taxatos, & liquidatos ſolvendum, aliàs videndum decerni, & relaxari Mandatum executivum, ad p. d. Inſtante NN principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. exhibita Liſta intereſſe, & fructuum, illiſque ab actuario liquidatis, petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione omni &c.

Et poteſt Liſta produci in actis, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

33 In Officio NN. facto per compulſum produxit Liſtam intereſſe fructuum, de quibus agitur, una cum liquidatione Notarii actuarii in fine illius, prout in folio, tenoris &c. omni &c.

Tenor Liſtæ.

34 Liſta intereſſe fructuum debitorum, ac reficiendorum NN. ab NN. in cauſa NN. juxta formam jurium, de quibus in actis liquidandorum, & non ſolum ut ſupra ſed omni alio meliori modo &c.

Pro modiis NN. Frumenti.	ſcut.	N.	N.
Pro modiis NN. Ordei.	ſcut.	N.	N.
Pro cadis NN. Vini.	ſcut.	N.	N.
Pro examine præſentis Liſtę.	ſcut.	N.	N.

Liquidi ſupradicti fructus aſcendunt ad ſcuta. NN. monetæ.

Ita eſt N. Notarius.

A. C. N.

35 Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. relaxavit Mandatum, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Exequuta, & reproducta intimatione, & elapſa d. prima die juridica in Decreto contenta, ſi Pars non docuerit de exceſſiva liquidatione, ſeù aliud relevans non deduxerit, poterit expediri Mandatum executivum, & ad executionem, procedi, juxta Praxim ſuperius traditam *par.1.c.6. & ſeqq. & c.14. & ſeqq.* 36

Sed ſi Expenſæ, vel intereſſe & fructus excedunt ſummam ſcutorum viginti monetæ, quia tunc cauſa eſt appellabilis, procedendum eſt ad taxationem, ſeù liquidationem, citando Partem ut infra, videlicet. 37

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum taxari & moderari, Expenſas, & taxatas, & moderatas ſolvendum, alias videndum decerni mandatum executivum, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. 38

N. Notarius.

Decretum.

NN. exhibita liſta expenſarum, illiſque à me Notario actuario liquidatis, prout in folio, tenoris &c. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi infra tres, omni &c.

Et poteſt liſta produci in actis, ut infra videlicet

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. facto, produxit liſtam Expenſarum in cauſa factarum, unà cum illarum liquidatione à Notario facta in pede illius, prout in folio tenoris, &c. prout medio juramento tactis &c. declaravit non ſolum, ut ſupra ſed & omni &c. 39

Tenor liſtæ.

Liſta expenſarum factarum in cauſa NN. pro parte NN. contra NN. 40

Pro inſtrumento NN.	ſcut.	N.	N.
Pro examine quatuor Teſtium,	ſcut.	N.	N.
Pro ſummario quatuor Teſtium.	ſcut.	N.	N.
Pro pluribus citationibus, & intimationibus in Curia factis.	ſcut.	N.	N.
Pro examine præſentis liſtæ	ſcut.	N.	N.
Pro mercede Advocati, & procuratoris.	ſcut.	N.	N.

Liquidæ ſupradictæ Expenſæ, abſque mercede Procuratoris, & Advocati, aſcendunt ad ſcuta NN. monetæ,

Ità eſt NN. Notarius.

Ad videndum verò liquidari intereſſe, & fructus ultra d. ſummam ſcutorum viginti monetæ proceditur citata Parte, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum taxari, vel liquidari intereſſe, et fructus in executionem Sententiæ, & rei judicatæ, de quibus in actis, & taxatos, & liquidatos ſolvendum, aliàs videndum decerni mandatum executivum ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. 41

N. Notarius.

Decretum.

NN. exibita liſta unà cum liquidatione fructuum in pede illius, prout in folio, tenoris &c. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi infra tres, omni etc.

Conficiturq; ac producitur in actis liſta fructuum, ut ſuperius dictum fuit, et aliàs mutatis mutandis, juxta contingentiam facti.

Poteritque ideo Judex, ut ſupra, Mandatum decernere, non ſolum niſi infra tres, ſed etiam infra quinque, aut niſi infra decem, et ſic infra terminum ſibi beneviſum; et ſi quis ſenſerit ſe gravatum, poterit appellare ab exceſſiva taxatione. 42

Appellatio verò omnino infra decem dies juxta Praxim ſuperius traditam *par.1.c.13. nu. 2.* erit coram Judice à quo ut infra, et aliàs juxta contingentiam facti, interponenda, videlicet. 43

Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque &c. NN. habita notitia de prætenſo decreto ad aſſertum favorem NN. contra NN. facto, ab illo, ac exceſſiva taxatione (ſeu liquidatione, ac toto ulteriori proceſſu ad Sanctiſſimum D. N. Innocentium Papam Decimum, ejuſque Sanctam 44

Sedem Apoſtolicam appellavit, prout in cedula quam facto dedit, tenoris &c. petens &c. omni &c.

Cui Dominus dedit terminum juris, & interim &c. omni &c.

Vel.

Cui Dominus dedit revarentiales in forma omni &c.

Tenor Cedulæ.

45 A quadam aſſerta Sententia, ſeu Decreto definitivo exceſſivæ taxationis expenſarum (ſeù exceſſivæ liquidationis fructuum) lata, ſeù facto ad aſſertum favorem NN. contra NN de & ſuper aſſertarum expenſarum in cauſa NN factarum taxatione (ſeù aſſertorum fructuum liquidatione) rebuſque aliis &c. Procurator, & eo nomine d. NN. ſentiens ſe læſū, & gravatū aſſerto exceſſu d. taxationis (ſeu liquidationis) in ſcutis NN. aliiſque gravaminibus, timenſq. in futurum magis lædi, & gravari, à dicta exceſſiva taxatione ſeù liquidatione, aliiſque gravaminibus præfatis, &c. ad Sanctiſſimum D. N. Innocentium Papam X. ejuſque S. Sedem Apoſtolicam in his ſcriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate, dicit, petens, ſemel, bis, tertiò, ſæpè, ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè, ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus &c. à non admiſſione appellat, toties, quoties &c. itaut ſit ultimus in appellando &c. & interim &c. nihil innovari &c. aliàs &c. proteſtans &c. non ſolum, ut ſupra omni alio meliori modo &c.

Commiſſio verò confici poterit, ut infra, & aliàs mutatis mutandis, juxta contingentiam facti videlicet:

Romana.

46 Beatiſſime Pater. Vertente lite, et cauſa coram R. P. D. A. C. inter NN. devotum S. V. Oratorem ex una, & NN. Adverſarium ex altera, de, & ſuper taxatione aſſertarum expenſarum factarum in cauſa NN. rebuſque aliis &c. idem Judex illas non minus nulliter, quàm injuſtè taxavit in ſcutis NN. ex quo in Inſtrumento, de quo in liſta pars adverſa juxta, reformationem ſan. mem. Pauli V. prædeceſſoris S. V. non potuit ad ſummum expendere niſi ſcuta NN. et liſta non fuit in actis exhibita medio juramento, nec ſuper dictis expenſis juratum, ob id idem Orator ab exceſſiva taxatione dd. Expenſarum ad S. V. appellavit, & de nullitate dixit. Dignetur igitur S. V. cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum hujuſmodi, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ, attentatorum, & innovatorum quorumcumque, infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, & reſtitutionis in integrum, prout de jure & una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Romanæ Curiæ Prælato audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citan. inhiben. quos, quibus, quoties, ſingulis diebus, & horis feriatis & non feriatis, præterquam in honorem Dei feriatis, Conſtitutionibus, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtan. quibuſcumque Statum &c. pro plenè &c.

Alia commiſſio appellationis ab exceſſiva liquidatione fructuum.

Romana.

47 Beatiſſime Pater, Dignetur S. V. cauſam, & cauſas appellationis, et appellationum, necnon nullitatis, et nullitatum ex tribus iniquitatis, et notoriæ injuſtitiæ, attentatorum, et innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de jure, infra legitima tempora interpoſitæ et interpoſitarum ab aſſerta Sententia, ſeù decreto definitivo lata, ſeu facto per R. P. D. A. C. ſivè per R. P. D. N. ejus in civilibus Locumtenente, ad aſſertum favorem NN. contra, et adversùs NN. devotum S. V. Oratorem de, et ſuper prætenſa liquidatione, intereſſe, et fructuum NN. attento exceſſu in ſcutis NN. monetæ, et fructuum aſſerta liquidatio non juſtificatur ex actis, at Orator non fuit legitimè citatus, una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, et quam, et quas etc. alicui S. V. Romanæ Curiæ Prælato audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, et mandare cum facultate citan. inhiben. quos, quibus, quoties ubi, et quando opus fuerit, ſingulis diebus, et horis feriatis, et non feriatis præterquam in honorem Dei feriatis, conſtitutionibus, et Ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palati, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque Statum &c. pro plenè &c.

Signatura.

De mandato D. N. Papæ audiat Magiſter NN. citet, inhibeat, procedat, ut petitur, et juſtitiam faciat, Placet D. N. Papæ N. Card. N.

Verùm ſi a Decreto taxationis Expenſarum, vel liquidationis fructuum non fuerit, ut ſupra appellatum, vel aliàs appellatio remanſerit deſerta, ob illius infra legitima tempora non proſecutionem, tunc obſervatis quatuor terminis de ſtylo Curiæ ſervari ſolitis, ad docendum de appellatione, ejuſque legitima proſecutione primò pro prima, ſecundò pro ſecunda, tertiò pro tertia, et quartò pro quarta, & ſuperabundanti dilatione, juxta Praxim ſuperius traditam, *par. 1. cap. 13. n. 60. & ſeq.* ſi Pars non doceat de appellatione, ac ejus legitima proſecutione, proceditur ad ulteriora citando, ut infra, videlicet. 48

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum relaxari Mandatum aliàs decretum, & quatenus opus ſit, denuo decerni, & relaxari, et Decretum neceſſarium & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. 49

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus relaxavit Mandatum, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c.

Elapſa dicta prima die juridica in Decreto contenta poſt executam intimationem, niſi aliud obſiſtat, poteſt, reproducta intimatione, expediri Mandatum, videlicet, 50

De Mandato Illuſtriſſimi et Reverendiſſimi D. A. C. ſivè R. P. D. NN. ejus in civilibus Locumtenentis, et ad inſtantiam NN principalis Creditoris in ſcutis NN. occaſione, de qua in actis. 51

Tenore præſentium.

Auferantur de bonis da Domo, vel aliundè NN. exadverſo principalis, bona valoris ſcutorum NN. debitorum, occaſione, de qua in actis, quæ ablata, una cum juliis NN. pro expenſis præſentis Mandati, deponantur, ut moris eſt, ad effectum &c. ut ſubhaſtentur, ſi extent, ſin minùs capiatur idem, & captus carceretur, & non relaxetur donec &c quia ipſo citato, & intimato, ſervatis ſervandis Reverendiſs. D. ita mandavit, hac die &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

Ad cujus Mandati executionem proceditur juxta Praxim ſuperius traditam *p. 1. c. 14. & ſeq.*

Cæterum ſi agatur de Expenſis debitis virtute obligationis Cameralis, fit proceſſus executivus pro illarum taxatione, juxta Praxim, de qua ſupra *p. 1. c. 7. num. 1. & ſeq.* & citatur ad videndum taxari, & moderari expenſas juxta ſuperius tradita *par. 3. c. 13. n. 72. & ſeqq.*

Obſervationes.

Poſſeſſorium recuperandæ, de quo agimus, non minus eſt in foro frequens, quàm ſint poſſeſſoria Adipiſcendæ, & Retinendæ, de quibus ſuperius actum fuit, ideo poſt illa de hoc quoque per neceſſe agendum erat. A 52

53 Re-

53 Recuperatio autem poſſeſſionis, nihil aliud eſt quàm poſſeſſionis ſemel amiſſæ nova conſecutio, *§. retinendæ inſtit. de interd.* undè qui ſemel poſſedit à ſua poſſeſſione dejectus ſeu (ut Doctores dicunt) ſpoliatus dicitur *l. 1. §. dejicitur, ff. de vi, & vi arm.*

54 Hinc ſpoliatus, qui ad rei poſſeſſionem recuperandam agit, ſpolio agere dicitur, ut ex inferius dicendis, claré patebit.

55 Spolium multis modis uſurpatur, ut videre eſt in Lexic. *iur. in verbo Spoliare*, & apud Menoch. *de recuper. poſſeſſ. in prælud. ſub n. 3.* ſed in terminis, de quibus agitur, ut infra deſcribi poſſe videtur, ſcilicet.

56 Spolium eſt res, qua ſpoliatus poſſeſſor fuit, Menoch. *de recuper. d. n. 3 in prælud.* vel ſpolium, ſeu ſpoliatio, eſt à poſſeſſione rei immobilis violenta, & injurioſa dejectio, vel eſt rei immobilis violenta ablatio, nam pro re mobili actio ſpolii non datur *l. 1. §. illud ff. de vi, & vi armata.*

57 Et aliud eſt violentum, aliud ſimplex, & non violentum Rot. *dec. 187. n. 13. p. 7. rec.* Burat. *dec. 642. n. 4. & dec. 678. n. 6.* Duran. *dec. 272. n. 2.*

58 Sed vis alia eſt publica, de qua in *tit. ff. ad l. jul. de vi pub.* alia privata de qua in *tit. ff. ad l. Jul. de vi priv.* Vis publica fit cum armis, privata ſine armis *§. ſed ex conſtitutionibus, inſt. de interd.*

59 Et rurſus alia eſt expulſiva, quæ dicitur poſſeſſionis ſpoliatio, ob quam conceditur ejecto, ſeù ſpoliato *interdict. undè vi*, ut in primis, & ante omnia reſtituatur, alia eſt ablativa, cum res per vim aufertur, & aſportatur, & tunc non competit interdictum, unde vi, ſed actio furti, vel bonorum raptorum *d. l. 1. §. illud ff. de vi & vi armat.* alia denique compulſiva, qua quis compellitur facere id, quod alias non feciſſet, & tunc non competit interdictum undè vi, ſed actio, quod metus cauſa, vel aliud remedium ut quis in primis, & ante omnia reſtituatur, laté Menoch. *de recuper. in prælu. n. 38 & ſeq.*

Competunt ergo pro recuperanda poſſeſſione plura remedia.

60 Primum remedium eſt interdictum, undè vi, de quo in *tit. ff. de vi, & arm. & in tit. C. unde vi*, quo remedio Prætor providit, ut ſpoliatus ſuam poſſeſſionem recuperaret *§. recuperandæ, inſtit. de interd.* Competit autem interdictum undè vi contra eum, qui ſpoliavit, vel ſpoliari mandavit, vel ratum habuit *l. 1. §. dejeciſſe, & l. 3. §. cum Procurator ff. de vi & vi arm. c. cum ad ſedem*, ubi Gloſ. *in verbo interdictum, de reſtitut.* Spol. *c. notum* ubi Gloſ. *in verbo continentem, 2. q. prima*, Bart *in l. aut facta §. nonnunquam n. 10. ff de pœn.* Pariſ. *conſ. 21. n. 32. l. 4.* Jaſ. *conſ. 139. col. 2 lib. 4* Afflict. *dec. 376 n. 3.*

61 Ad hoc tamen ut ſpoliatio facta à procuratore repellat ab agendo, debet eſſe ratificata à Domino perfecté ſciente omnes qualitates, & circumſtantias Gregor *dec. 336. n. 10. & ſeqq.*

62 Secundum remedium eſt condictio triticaria, quæ datur pro poſſeſſione recuperanda, quando quis per vim ejectus fuit de poſſeſſione ſua *l. 3. ff. de Tritic.*

63 Tertium remedium eſt condictio incerti, quæ competit pro recuperatione, poſſeſſionis ei, qui non eſt dominus, ſed habet jus in re *l. & ideo §. Neratius* ubi Bart *ff. de cond. furt.*

64 Qartum remedium eſt Officium Judicis, quod competit contra Legatarium, cum Spoliator rem violenter habitam legavit, et alias datur Dententori, prout Commodatario, & Depoſitario Bart. *in l. & non tantum, ff. de petit. hæred.*

65 Quintum remedium eſt condictio indebiti quæ datur ubicumque quis ſolvit rem alienam *l. indebiti §. ſed ſi nummi alieni ff. de cond. indebit.*

66 Sextum remedium eſt actio in factum, quæ datur Detentori ad recuperandam ſuam detentationem Bart. *in l. fin §. ſed eam in ſecunda numer. 3. verſ. non ſolum C. de furt.*

67 Septimum remedium eſt æquitas *l. ſi me, & Titium ff. ſi cert. pet.* quæ competit quando res mea pervenit ad te titulo lucrativo. & æquum eſt, eam mihi reddi.

68 Octavum remedium eſt condictio ex *l. ſi coloni C. de Agric. & cenſit. lib. 11.* quæ competit ei, qui bona fide poſſidebat, & ſine juſta cauſa cecidit à poſſeſſione, contra eum, ad quem res pervenit cum vitio.

Quæ omnia remedia ſupradicta, excepto interdicto undè vi, competunt tàm pro re mobili, quàm pro immobili Maran *de ord. Judic. p. 4. dist. 7. num. 38.* competit tamen interdictum undè vi etiam pro rebus, quæ inter immobilia computantur. Pro incorporalibus verò competit utile interdictum undè vi Specul. *de reſt. ſpol. §. 1. per tot. lib. 4.* 69

Nonum remedium eſt condictio ex *can. redintegranda 3. q. 1.* quod competit ei, qui ſine juſta cauſa cecidit à poſſeſſione, contra quemcumque ſivè malæ, ſivè bonæ fidei poſſeſſorem, tàm pro mobilibus, quàm pro immobilibus, & eſt utilius, & magis generale aliis remediis, cum quibus omnibus concurrit Maran. *de ord. judic. d. p. 4. diſt. 7. n. 50.* 70

Decimum remedium eſt condictio ex *cap ſæpe de reſt. ſpol.* quod competit Spoliato contra eum qui ſcienter à violento ſpoliatore rem accepit. 71

Undecimum remedium eſt condictio ex *l. authoritatem C. undè vi*, quæ competit, quando quis ſpoliat aliquem ſua poſſeſſione per vim, & deinde reſcriptum à Principe impetrat, pro juſtificanda dicta poſſeſſione violenta, nam, non obſtante reſcripto, debet ante omnia reſtituere poſſeſſionem condictione ex *d. l. auctoritatem.* 72

Duodecimum remedium eſt condictio, *l. ſi quis conductionis, C. locat.* quæ competit Locatori petenti ſibi rem reſtitui finita locatione, contra conductorem refricantem quæſtionem dominii. 73

Decimum tertium remedium eſt *ex l. invaſor. C. undè vi*, quod competit Domino, quando quis ſine dolo occupat poſſeſſionem vacantem rei alienæ. 74

Decimum quartum remedium eſt condictio ex *l. meminerint, C. unde vi*, quæ competit, quando quis virtute reſcripti impetrati, vel Sententiæ latæ, occupat poſſeſſionem alienam propria auctoritate, nam cadit é jure ſuo, & tenetur poſſeſſionem reſtituere.

Decimum quintum remedium eſt condictio ex *leg. ſi quis in tantam, C. undè vi*, quod competit quando quis violenter ingreditur poſſeſſionem penes alium exiſtentem propria auctoritate; nam, ſi Invaſor erat dominus, cadit à jure ſuo, ſin minus, tenetur ad reſtitutionem poſſeſſionis, & æſtimationis rei. 76

Decimum ſextum remedium eſt condictio ex *l. Conductores, C. locat. & ex l. non abs re C. undè vi* quæ competit contra Conductorem, vel Precarium, qui conventus pro reſtitutione, infert litem, & negat velle reſtituere, nàm ſi expectat uſque ad ſententiam deffinitivam, tenetur virtute dictarum Legum ad rei reſtitutionem, & æſtimationem illius. 77

Decimum ſeptimum remedium eſt condictio *ex l. à re. ff. de vi, & vi armat.* quod competit contra Spoliantem, licet non poſſideat, ex quo fuit deinde ab alio ſpoliatus. 58

Decimumoctavum remedium eſt condictio *ex l. cum quærebatur, quæ eſt l. fin. C. unde vi*, quæ competit contra eum, qui doloſé occupavit poſſeſſionem rei alienæ vacantem, ex qua occupatione res efficitur, quaſi violenta, & ſi vitioſa. 79

Decimumnonum remedium eſt ex diſpoſitione *cap. frequens, de reſtit. Spol. in 6.* quod competit contra, eum, qui me ſpoliavit violenter poſſeſſione alicujus rei, & deinde me convenit ſuper alia re, vel actione, in judicio Civili, vel Criminali, nàm poteſt ei opponi exceptio Spolii, ne audiatur, niſi prius dicta poſſeſſione reſtituta. 80

Vigeſimum remedium eſt condictio *ex l. fin. C. de acquir. poſſeſſ.* quæ competit contrà eum, in quem, fuit res alienata ab eo, qui nomine alieno poſſidebat, & poſſeſſionem intervertit; nàm Dominus poteſt revocare poſſeſſionem à tertio Poſſeſſore condictione *ex l. fin.* 81

Vigeſimum primum remedium *ex l. fin. C. de Præt. pignor.* quod datur Creditori ad poſſeſſionem Prætorii pignoris ſivè culpa ſua, ſivè non, ſivè caſu amiſſam recuperandam. 82

83 Vigeſimum ſecundum remedium eſt *ex l. 1. C. ſi per vim, vel alio modo*, quod datur contra occupantem poſſeſſionem Abſentis etiam poſt elapſa ſpacia recuperandæ poſſeſſionis præſtituta,

84 Vigeſimum tertium remedium eſt interdictum quorum bonorum, quod datur pro reſtitutione bonorum, ut ſupra *hac eadem par. 2. cap. 10.*

85 Vigeſimum quartum remedium eſt actio, quod metus cauſa, quæ competit, quando quis per metum fuit ſpoliatus, & iam ſi agatur contra Succeſſorem, qui malam fidem non habeat, *l. ſi cum exceptio, §. 2. ff. quod met. cau.* Ang *conſ. 116. Dicimus, in princ. & conſ. 157. col. 1. in fin. verſ. unde veritas.*

86 Vigeſimum quintum remedium eſt actio de dolo, quæ competit ubicumque per dolum eſſet cauſatum Spolium, Ang. *d. conſ. 157. col. 1. in fin. verſ. unde veritas.*

87 Vigeſimum ſextum remedium eſt Edictum Divi Marci, quod competit contra Creditorem, qui pecuniam ſibi obligatam propria authoritate percepit, nam rem reſtituit, & actionem amittit. *l. extat, ff. quod met. cauſ.*

Hæc remedia poſſeſſionis recuperandæ latè reſpectivè tradunt, & enucleant, Maran. *de ord. Iudic part. 4. diſt. 7. numer. 22. & ſeqq.* Specul. *de reſtit. Spol. § 1. num. 13. & ſeq. lib. 4. par. 2.* Pior. *in l. ſi quando, num 62. & ſeq. C. unde vi*, Card. Tuſc. *lit. S. concluſ. 384. num. 1. & ſeqq per tot. latiſſimè* Menoc. *in ejus tract. de recuper. poſſeſſ. per tot.* de quorum origine, & effectu, Pontan. *de Spol. lib. 1.* ad quos in facti occurrentia, ſi opus fuerit, poterit haberi recurſus.

88 Intentans autem unum ex ſupradictis remediis non ſe reſtringat ad illud, ſed apponat in libello, ſeù monitorio clauſulam ſalutarem; *& alias omni meliori modo &c.* vel ſimilem, aptam omnia remedia comprehendere nè ſi fortè unum non competeret, alia non cenſerentur intentata, & ſuccumberet, Ang. *d. conſ 116. in princ. & d. conſ. 157 col. 2. verſ. en quibus conclud.* Clauſola † namque *& aliàs omni meliori modo*, trahitur ultra expreſſa, & implicat modos diverſos ab expreſſis, ex allegatis ſupra *par. 1. cap. 2 num. 162. & ſeq.* Sicut etiam clauſula *deducens &c* operatur, ut poſſit ferri Sententia ſuper probatis, non attento libello in caſibus, in quibus de jure admittitur cumulatio actionum, ex allegatis ſupra *par. 2. c. 4. n. 54. & ſeq.*

89

90 Verum remedia *ex l. meminerint, l. invaſor, l. ſi unic, l. cum quærebatur, und vi, & cap. ſæpe de reſtit. Spol.* haud facilè locum habent, niſi probata mala fide Poſſeſſoris, vel dolo, aut violentia, Anchar. *conſ. 42. num. 1. verſ. tunc diſtinguen* vel niſi probato Spolio cum violentia in perſonam, ut ait Caſtren. *conſ. 250. viſo puncto, num. 2. lib. 2.*

91 Cæterum, juxtà Praxim, quam paſſim ſervat Rota, & Curia, regulariter Spolium probatur duobus extremis. Primò ſcilicet ex antiquiori poſſeſſione ſpoliati, Secundò verò ex juniori poſſeſſione ſpoliantis *cap. cum ad Sedem, ubi* Abb. *num. 17. de reſtitut. Spol.* Menochius, *de recuperandis in præludiis, numer. 21.* Saluſt. Tiber. *in Praxi lib. 2. capit. 10. num. 1.* Afflic. *deciſ. 327. num. 2.* Seraph. *deciſ. 1055. num. 2.* Mantic. *dec. 29. num. 1.* Rota *dec. 189. numer. 1. & dec. 208. num. 1. part. 2. & deciſ. 251. num. 4. part. 6. & dec. 113. num. 5. & ſeqq. & dec. 163. num. 3. deciſ. 186. num. 1. deciſ. 91. num. 1. & deciſ. 294 num. 1. par. 7. recent.* Duran. *dec. 7. n. 1. & num. 6. & dec 89. num. 1. & ſeqq.*

92 Quinimò videtur pro verificatione primi extremi probanda poſſeſſio de tempore commiſſi Spolii, Rot. *dec. 729 n. 1. p. 2. recent.*

93 Sed ſatis probat, ſe poſſediſſe de tempore commiſſi Spolii, qui probat ejus antiquiorem poſſeſſionem, & allegat, ſe poſſediſſe de tempore, quo fuit ſpoliatus ex quo enim probat, ſe per prius poſſediſſe, præſumitur continuaſſe in poſſeſſione uſque ad tempus ſpoliationis, licet actum ſpolii non probet Abb. *in cap. cum ad Sedem num. 17. de reſtit. Spol.* Bart. *in l. ſive poſſidetis, numer. 6. & ſeqq. C. de prob.* Saluſt. Tiber. *in Praxi lib. 2. cap. 8. num. 13. & cap. 10. numer. 2. ubi de communi*, Mantic. *deciſ. 181. num. 2.*

Unde paſſim Rota, & Praxis concedit Spoliato reintegrationem, probatis ſupradictis duobus extremis, ſcilicet antiquiori poſſeſſione Spoliati, & recentiori Spoliantis, Mantic. *dec. 194. num. 1* Rota *dec. 189. num. 1. part. 1. & dec. 58. num. 1. part 4. & deciſ. 103. num. 8. part. 7. recent.* Gregor. *dec. 485. num. 2.* Buratt. *dec. 736. num. 4.* Duran. *dec. 255. num. 1. cum aliis præallegatis.* 94

Nam his probatis eo ipſo remanet probatum Spolium re ipſa *l. ſi Coloni, C. de agric. & Cenſit. lib. 11* Bald. *in l. 3. col. ult. num. 15. C. ſi à non compet. Iud.* Alex. *conſ. 6. Circa proceſſum, num. 6. lib. 3.* quos ſequitur, Afflic. *dec. 327. num. 2.* 95

Primum extremum, videlicet antiqua poſſeſſio Spoliati, requirit plenam, & concludentem probationem, Rot. *dec. 165. num. 5. part. 2. diverſ.* ubi de communi, & magis communi teſtatur, Seraph. *dec. 31. num. 1.* Rot. *dec. 139. num. 4. part 6. & dec. 187. num. 9. par. 7. recent.* Buratt. *dec. 136. num. 19. & ibi* Fereotil. *num. 34.* cum aliis cumulatis per Beltramin. ad Gregor. *dec. 423. lit. A.* 96

Quinimo, juxta Stylum Rotæ, requirit exactiorem probationem, Veral. *deciſ 730. num. 1. par. 2. & deciſ. 399. nu. 5. par. 7. recent.* & probationes exactiſſimas, & indubitatas, Buratt. *dec. 953. num. 1 & ſeqq.* ubi de Stylo Rotæ teſtatur, & probationes clariſſimas, & evidentiſſimas, Buratt. *dec. 216. n. 2.* 97

Aliàs autem ſine primo extremo actio Spolii non competit. *cap. ad ſedem, de reſtit. Spol.* Coccin. *dec. 494. nu. 30.*

Et dicitur commiſſum Spolium ſtatim atque quis fuit à ſua poſſeſſione dejectus, *l. 1. §. interdictum autem, ff. de vi et vi armat.* Cavaler. *dec. 531. n. 3.* 99

Et † datur hæc Spolii actio etiam ad detentationem ad ſtatum, in quo quis erat, quando fuit ſpoliatus, Gabr. *de reſtit. Spol. concl. 1. nu. 4. et ſeq. & num. 40.* Cavaler *dec. 446. n. 10.* 100

Probatur Primum extremum per legitima probationum genera pluribus modis, ſignanter verò, &c.

Primò probatur ex inſtrumento adeptæ poſſeſſionis, dum poſſeſſio erat vacans, Saluſt. Tiber. *in Prax. 2. cap. 10. num. 3* Cæſ. de Graſſ. *dec. 42. numer. 1. de reſtitut. Spol* Coccin. *deciſ. 312. num. 5.* Rot. *dec. 119. num. 1. par. 1. recent.* 101

Secundò probatur ex inſtrumento venditionis cum clauſula Conſtituti, Rot. *deciſ 251. num. 2. par. 6. recent.* Duran. *dec. 89. n. 1.* 102

Tertiò probatur per confeſſionem Partis, Decius *conſ. 525. num. 1. verſ. poſſeſſionem*, Rot. *deciſ. 19. de reſtit.* Spol. *in nov. & dec. 229. num. 2. par. 7. recent.* Duran. *dec. 113. n. 1.* 103

Quartò ex executione, & adjudicatione bonorum, quibus quis fuit ſpoliatus, Duran. *dec. 37. num. 1. & d. dec. 113. n. 1.* 104

Quintò probatur ex Teſtibus deponentibus de actibus poſſeſſoriis, Seraph. *deciſ. 1500. num. 1.* Rot. *dec. 186. n. 3. p. 7. recent.* Duran. *dec. 37. n. 2.* 105

Sextò ex Mandato, ſubhaſtatione, & deliberatione facta contra Spoliatum, Rota *dec. 229. num. 1. par. 7. recent.* 106

Septimò tam ex confeſſione expreſſa emanata in commiſſione, *l. cum precum. C. de lib. cauſ.* quàm ex tacita emanata ex illius productione coram Judice *cap. cum olim. de Cenſ.* Gregor. *dec. 116. n. 2.* 107

Octavò ex locatione, quam recepit Spoliatus à Spoliante, Gregor. *dec. 116. num. 3.* necnon ex Inſtrumento locationis cum ſolutione affictuum, *l quamvis §. ſi Conductor, ff. de acquir. poſſeſſ.* Bart. *in l. qui univerſas §. quod per Colonum, num. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* Seraph. *deciſ. 1200. n. 1.* Cavaler. *dec. 7. n. 1.*

Nonò probatur ex relatione Nuncii, cui in dubio ceditur, *l. fin. ubi* Caſtr. *num. 6. verſ. in dubio dec. num. 17. & alii, de edict. Div. Adrian. toll.* Menoch. *de Adipiſcen. remed. 4 num. 924. verſ. Tertius eſt caſus*, Buratt. *dec. 363. nu. 1.* 109

Deci-

110 Decimò omiſſis aliis probatur ex actu executionis Mandati, & apprehenſionis poſſeſſionis ejus vigore nomine ſpoliantis, & Inſtrumento recognitionis erga Spoliantem factæ, & allia legitimis probationibus. Gregor. *dec.* 105. *n.* 5.

111 Sed concluſio, quod Primum extremum requirat plenam, & concludentem probationem, ut ſupra non procedit in Spolio antiquo, in quo Primum extremum probatur levioribus probationibus, Seraph. *dec.* 763. *num.* 8. Put. *dec.* 74. *lib.* 5. *incorrect.* Rot. *dec.* 191. *num.* 3. *par.* 7. *recent.*

112 Undè infertur Primò quod, ad probandum primum extremum in Spolio in antiquis, ſufficiunt probationes præſumptivæ, Put. *deciſ.* 1. *de reſtit.* Spol. *& dec.* 75. *lib.* 3. *in correct.* Rot. *dec.* 394. *num.* 2. *par.* 1. *& dec.* 191. *num.* 4. *par.* 7. *recent.*

113 Secundò infertur, ut ſufficiant etiam Teſtes de auditu, & publica voce, & fama, Ant. Aug. *de utroq. extrem, num.* 4. Put. *deciſ.* 72. *lib.* 1. *incorrect.* Rot. *dec.* 142. *num.* 2. *par.* 4. *diverſ.* Beltramin. ad Gregor. *dec.* 423. *lit.* A Ferentill. ad Buratt. *dec.* 136. *num.* 35.

114 Secundum verò extremum, nempè poſſeſſio junior Rei conventi, & ſpoliantis, probatur levioribus probationibus, Rot. *deciſ.* 8. *de reſt. Spol. in non. & dec.* 113. *num.* 7. *& dec.* 229. *num.* 5. *par.* 7. *recent.* Greg. *deciſ.* 105. *num.* 2. Duran. *dec.* 7. *n.* 2. *& dec.* 37. *num.* 3.

115 Signanter autem, ac Primò Secundum extremum probatur per ſuſtentationem litis cum adminiculis, Saluſt. Tiber. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 5. Verall. *deciſ.* 369. *part.* 2. Rot *dec.* 113. *num.* 7. *& deciſ.* 191. *num.* 9. *& dec.* 229. *num* 4. *par.* 7. *recent.* Greg. *deciſ.* 105. *num.* 3. ubi quod ita paſſim tenet Rota, idem Gregor. *deciſ.* 209. *num.* 1. *& deciſ.* 362. *num.* 3. *& dec.* 485. *num* 1. *deciſ.* 500. *num.* 3. *& dec.* 32. *num.* 1, Buratt. *deciſ.* 453. *num.* 1. *& deciſ.* 736. *num.* 8. Coccin. *deciſ.* 312. *num.* 1. Duran. *deciſ.* 7. *num.* 3. *& deciſ.* 37. *num* 4.

116 Secundò etiam ex ſola litis ſuſtentatione *l. qui ſe liti ff. de petit. Hæred. l. ſi ſe non obtulit. ff. de re jud.* Saluſt. Tiber. *lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 3. Verall *deciſ.* 369. *par.* 2. Rot. *dec.* 119. *num.* 5. *par.* 1. *& deciſ.* 251. *n.* 3 *par.* 6. *recent* Caval. *deciſ.* 5. *n.* 7.

117 Tertiò ex Inſtrumento adeptæ poſſeſſionis Greg. *dec.* 500. *nu.* 3.

118 Quartò ex Commiſſione Duran. *deciſ.* 89. *num.* 2.

119 Quintò ex Confeſſione, Cæſ. de Graſſ. *dec.* 42 *num.* 2. *de reſtit. Spol.* Rot. *deciſ.* 119. *num.* 5. *par.* 1. *& deciſ.* 191. *num.* 9. *par.* 7. *recent.*

120 Sextò ex aliis, de quibus per Duran. *dec.* 13. *numer.* 2. necnon per teſtes, & alia legitima probationum genera vulgata.

121 Sed concluſio, quod in Spolio ſufficiat probare duo extrema, ut ſupra, Primò non procedit in Beneficialibus, In quibus Agens Spolio, ultrà dicta extrema, tenetur etiam probare titulum ſaltem coloratum, ne detur vitioſus ingreſſus Ægid. *deciſ.* 49. Rot. *dec.* 2. *num.* 1. *& dec.* 16. *num.* 3. *de reſtit. Spol. in non. & dec.* 20. *de reſt. Spol. in antiq.* Put. *dec.* 186. *lib.* 1. Coccin. *dec.* 312. *num.* 2. *& deciſ.* 361. *num.* 1. Buratt. *dec.* 33. *num.* 3. *& ſeqq.*

122 Secundò non procedit in Spolio judiciali, nam quando quia fuit ſpoliatus à Judice, & poſſeſſione privatus vigore Sententiæ, ultra dicta duo extrema, debet etiam probare, quod Judex nulliter proceſſerit, Abb. *in c. conquerente, num.* 8. *de reſt. Spol.* Felin. *in c. dilectus, il primo, num.* 1. *verſ. fallit ſecundo de reſcript.* Verall. *dec.* 587. *part.* 3. Seraph. *deciſ.* 897 *num.* 1. Rot. *deciſ.* 301. *num.* 2. *par.* 3. *& deciſ.* 406. *numer.* 1. *par.* 4. *recent.* Gregor. *deciſ.* 43. *num.* 2. *& deciſ.* 105. *num.* 4. aut aliàs Injuſtè, aut juris ordine non ſervato, *l. meminerint, C. unde vi,* Dec *conſ.* 449 *num.* 30. Menoch. *de recuper. remed.* 8. *num.* 3 *& ſeqq.* Seraph. *d deciſ.* 867. *num.* 1. Greg. *dec.* 485. *n.* 3. Buratt. *dec. n.* 2. Duran. *dec.* 7. *n.* 16. *dec.* 37. *n.* 5. *& dec ſ.* 89. *n.* 2.

123 Judex namque ad effectum reintegrationis, quando nullitas procedit, dicitur ſpoliator, Bart. *in l. juſte poſſidet ff. de acquir. poſſ.* Verall. *deciſ.* 186. *par.* 1. Cæſar de Graſs. *deciſ* 1. *n.* 4. *de conſt.* Greg *deciſ.* 198 *num.* 2. *& dec.* 209. *num.* 2. Rot. *deciſ.* 365. *n.* 11. *part.* 1. *& dec.* 169. *num.* 2, *par.* 4. *rec.* Cocc. *dec.* 97. *num.* 1. prout quando non ripetet

tè, nec rectè procedit, *cap conquerente, de reſt. spol* Boer. *deciſ.* 238. *num.* 4. Greg. *dec.* 362. *num.* 4. Cavaler. *deciſ.* 328. *n.* 1. eoque magis, ſi nulliter, & injuſtè ſimul procedit, Seraph. *dec.* 777. *num.* 1. Rot. *dec.* 501. *num.* 2. *part.* 3. *recent.*

Judex namque his caſibus dicitur procedere uti privatus, non uti Judex, Card. *in Clem.* 1. *§. fin. num.* 10. *de celeb. Miſſ.* Rot. *deciſ.* 282. *num.* 1. *part.* 3. *& deciſ.* 278. *num.* 23. *par* 3. *recent.* Cavaler. *deciſ.* 539. *nu.* 9. & † ubi 124 adeſt inſtantia partis, ipſa pars dicitur ſpolians, non Judex, cujus factum nulliter procedentis reputatur factum partis, Benintend. *deciſ.* 93. *num.* 7. Cavaler. *dec.* 539. *num.* 9. 125

Cæterum ſpoliatus facto Judicis nulliter, ſeu injuſtè procedentis, eſt omnino reſtituendus, ſicut ſpoliatus à quolibet privato, Cravet. *conſ* 124. *num.* 4. Rot. *dec.* 282. *n.* 1. *& deciſ.* 668. *n.* 1. *p.* 3. *& dec.* 113. *num.* 10. *par.* 7. *recen.* 126

Sed ad hoc ut judex ſpoliaſse dicatur, nullitas debet eſſe evidens, adeò quod nullo velamine celari poſſit, aliàs non datur reſtitutio, Abb. *in cap. cum cauſa numer.* 4. *verſ. ſecus, de offic. Deleg.* Mantic *deciſ.* 44. *num.* 5. Rot. *deciſ.* 668. *num.* 1. *part.* 3. *recent.* Caval. *deciſ.* 597. *num.* 1. 127

Vel injuſtitia debet eſſe clara, & notoria, Seraph. *dec.* 867. *n.* 1. Rot. *dec.* 365. *num.* 11. *& dec.* 674 *n.* 3. *in fin p.* 1. *& dec.* 646. *nu.* 1. *p.* 2 *& d. dec.* 668. *num.* 1. *p.* 3. *& dec* 55. *n.* 8. *p.* 5. *recent.* Caval *deciſ.* 597. *n.* 1. itaut nullo velamine celari poſsit, Burat. *dec.* 327. *num.* 4. quo caſu proculdubio intrat actio Spolii Rot. *dec.* 173. *n.* 1. *p.* 3. *recent.* Buratt. *dec.* 165. *n.* 3. 128

Debetque ad hunc effectum nullitas, vel injuſtitia notoria deduci ex eiſdem actis, & ex illis non autem ex noviter deductis, probari, Felyn. *in cap. dilectus il primo, num.* 1. *de reſcript.* Pontan. *de spol. lib.* 3. *num.* 109. *& ſeq.* Gratian. *diſcept.* 714 *num.* 22. ubi quod ita paſſim practicatur, Mantic. *deciſ.* 44. *in fin.* Buratt. *deciſ.* 848. *n.* 6. Gregor. *deciſ.* 105. *n.* 10. Duran. *deciſ.* 454. *num.* 4. Cavaler. *dec.* 597. *num.* 3. *& ſeq.* 129

Sed concluſio, quod Judex non ritè, nec rectè procedendo, ſpoliat, non procedit, quando judex ritè, & rectè procedit, nàm tunc non intrat ſpolium, *l. juſte poſſidet. & l. qui univerſos, §. item cum Prætor, ff. de acq. poſſ.* Menoch. *de recup. remed.* 8 *num.* 3. Mohed. *deciſ.* 4. *num.* 4. *de reſt.* Spol. Seraph. *dec.* 492. *num.* 7. Rota *dec* 502. *n.* 1. *part.* 1. *diverſ. & deciſ.* 232. *n.* 2. *in fin. part.* 3. *& dec.* 169. *num.* 2. *par.* 4. *& dec ſ.* 223. *nu.* 5. *par.* 7. *recent.* Burat. *dec.* 49. *n.* 3. *& dec.* 731. *n.* 5. Greg. *dec.* 42. *n.* 1. *dec.* 105. *num.* 4 *& ſeq & deciſ.,* 336. *numer.* 5. Duran. *deciſ.* 454. *n.* 1 130

Quod tamen non habet locum, quando poſseſſio fuit capta propria authoritate, & non cum interventu Executoris, licet Sententia, & judicis mandatum præceſſerit; tunc enim intrat nihilominus ſpolium, *l. extat. ff. quod met cauſ.* Bart. *in l Creditores n.* 1 *C. de pign.* Rota *dec.* 39. *num.* 1. *p.* 5. *recent.* Duran. *dec.* 89. *num.* 4. *& ſeq. & dec.* 255. *num.* 2. *& ſeqq.* 131

Veruntamen ſpoliatus eſt regulariter in primis, & ante omnia reſtituendus, *capit. in literis, & capit. conquerente, de reſt. ſpol. capit. licet. Episcop. de præben. in* 6. *can. redintegranda* 3. *quæſt.* 1. *can. nullus,* 2. *quæſt.* 2. *lib.* 5. *ff. de vi & vi armat. l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad l. jul. de vi pub. l. ſi. Coloni, C. de Agric. & Cenſit. l.* 11. Gabr. *de reſt. ſpol. concl.* 1. *n.* 1. *& ſeq.* Rot. *deciſ.* 356. *n.* 4 *p.* 3. *lib.* 3. *diverſ.* Seraph. *dec.* 1345. *n.* 5. Mantic. *dec.* 118. *n.* 3. Rot. *dec.* 85. *nu.* 7. *par.* 2. *& deciſ.* 282. *num.* 1. *p.* 3. *recent.* Buratt. *dec.* 908. *num.* 11. quod † procedit non ſolum de æquitate, ſed etiam de neceſſitate, *cap. ex conquæſtione, de reſt. ſpol.* Menoc. *de arbitr. jud. lib.* 1. *qu.* 51. *numer.* 2. Rot. *deciſ.* 652. *numer.* 3. *p.* 2. *recent.* Burat. *dec.* 100. *n.* 7. 132 133

Etiamſi ſpoliatus bona fide non poſſideat, nàm in ſpolio ſolum inſpicitur, an quis ſine juſta cauſa ceciderit à poſſeſſione, Gabr. *conſ.* 36. *n.* 6. *lib.* 1. Rot. *dec.* 244. *num.* 2. *p.* 1. *diverſ.* 134

Quinimo etiamſi ſpoliatus ſit prædo, *cap. in literis, de reſt. ſpol. l. Colonus, & l. cum fundum, ff. de vi, & vi armat.* Abb. *in cap.* 2. *num.* 13. *de ord. cogn.* Rip. *in l. naturaliter,* 135

Digitized by Google

§. nihil commune, num. 47. verſ. ſecundò amplia, ff. de acquir. poſſeſſ. Bart. in l. itaque Fullo, ff. de furt. Abb. in d. cap. in litteris, col. 3. num. 8. de reſt. ſpol. Gabriel. qui alios cumulat, de reſt. ſpol. concluſ. 1. numer. 4. & ſeq.

136 Niſi per propriam confeſſionem, aut aliàs notoriè conſtaret, eum eſſe prædonem in caſibus, in quibus non datur vitioſus ingreſſus, prout in Beneficialibus, vel quando agitur ad reſtitutionem contra Dominum ut late tradit. Gab. dicta concluſ. 1. numer. 7. & ſeq. de reſt. ſpol.

137 Et etiam ſi quis fuerit ſpoliatus authoritate Judicis non rectè procedentis, ſeu ordinem juris non ſervantis, cap. conquerente, de reſtitut. ſpol. cap. ex inſinuatione, de Procur. l. meminerint, ubi Bart. & alii, C. unde vi, Abb. in cap. dilectus, il primo. nu. 4. verſ. item nota & ibi Felin. nu. 1. verſ. fallit primò, de reſcrip. Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 59. ff. de acquir. poſſeſſ. cum aliis cumulatis per Dec. in l. fin. num. 35. verſ. ſed hoc dictum C. de edict. Div. Adr. toll. Vecall. deciſ. 186. par. 3. Rot. dec. 724. num. 5. par. 2. recent. cum aliis cumulatis per Cavaler. dec. 539. num. 1.

138 Sed concluſio, quod ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus primò non procedit, quando poſſeſſorium habet mixturam petitorii, l. 2. §. quidam, ff. de interd. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune, nu. 19. ff. de acquir. poſſeſſ. Gabr. concluſ. 1. numer. 146. lim. 22. de reſt. ſpo. Rot. dec. 768. nu. 11. verſ. vel ſaltem, p. 2. rec. Burat. dec. 136. n. 28.

139 Secundò non procedit, quando quis facto, vel culpa ſua cecidit à poſſeſſione, cap. ſæpe, & ibi Rip. nu. 27. ubi dr communi, de reſt. ſpol. Soccin. l. rem quæ nobis, n. 8. ff. de acquir. poſſ. Gab. de reſt. ſpol. concluſ. 5. n. 33. Caſſad. dec. 4. num. 6. de reſt. ſpol. Rot. dec. 2. de rer. permut. in nov. Put. dec. 277. num. 1. & num. 4. & nu. 7. lib. 3. Rot. dec. 134. num. 1. par. 1. diverſ. Seraph. dec. 264. num. 1. dec. 387. n. 1. dec. 1200. num. 2. Rota dec. 163. nu. 7. dec. 423. n. 1. dec. 623. num. 1. dec. 628. nu. 1. par. 1. & dec. 38. num. 2. & dec. 473. n. 2. par. 2. & dec. 190. num. 1. & dec. 561. num. 2. in fin. p. 3. & dec. 561. num. 2 par. 4 recen. Coccin. dec. 436. num. 12. Greg. dec. 15. num. 2. Cavaler. dec. 240. numer. 3. & dec.
140 368. num 1. Burat. dec. 301. num. 2. & dec. 447. num. 6. etiamſi hujuſmodi factum proceſſerit metu cenſurarum, Mantic. dec. 312. n. 1. & n. 4.

141 Hæc tamen ſecunda limitatio primò non habet locum quando quis facto ſuo cecidit à poſſeſſione ſub aliqua conditione, quæ non fuit adimpleta, Achil. dec. 10. n. 1. & num. 4. & num. 6. de reſt. ſpol. Rot 471. num. 1. & ſeqq. p. 1. diverſ. Burat. dec. 735. n. 5. & n. 6.

142 Secundò non habet locum, quando clarè non conſtat, quod quis ceciderit à poſſeſſione facto ſuo, ex quo validitas conſenſus fuit in dubium, & in controverſiam revocata, Rot. dec. 553. n. 2. p. 1. rec.

143 Tertiò dicta concluſio, quod ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus, non procedit, quando notoriè conſtat de dominio ſpoliantis, & de non jure ſpoliati in Petitorio, cap. ad decimas, ubi gloſ. communiter recepta, in verbo præſumitur de reſt. ſpol. in 6. Gabr. concluſ. 1. nu. 51. & n. 84. de reſt. ſpol. Caſſador. dec. 1. num. 6. de reſt. ſpol. Tholom. deciſ. 1138. num. 1. par. 3. diverſ. lib. 3. Rota dec. 200. num. 1. in fin & ſeq. & num. 6. & ſeq. par. 1. diverſ. & dec. 9. num. 4 & ſeq. par. 2. & dec. 136 num. 3. p. 3. rec. Burat. dec. 488. num. 13.

144 Sed ut hujuſmodi exceptio excludat ſpolium, debet eſſe clara, & notoria, itaut contrarium in Petitorio probari non poſſit. Gabr. conſil. 51. num. 17. lib. 1. Aegid. dec. 103. Rot. dec. 9. numer. 9. & ſeq. & deciſ. 741. numer. 4. in fin. par. 2. recen. Burat. deciſ. 127. numer. 10. & numer. 16.

145 Et ſic debet conſtare de dominio, ſeu bono jure, per rem judicatam, aut confeſſionem partis, Rota dec. 19. numer. 1. de reſt. ſpol. in nov. Seraph. deciſ. 448. & num. 3 & dec. 896. num 6 Rot. dec. 537. num. 5. par. 1. & dec. 741. num. 5 p. 2. rec Cavaler. deciſ. 364. num. 6. & deciſ. 539.
146 num. 6 ubi alios deciſiones cumulat., Burat. dec. 22. n 6. & ibi Ferentill. num. 40. & d. dec. 127. num. 13. aliàs per exceptiones reſpicientes Petitorium reintegratio non retardatur, Gregor. dec. 500 num. 9. cum aliis prævallegatis,

Spolio autem commiſſo ante omnia non purgato ſpoliator non poteſt audiri, Cocc. dec. 423. num. 4. & dec. 147
496. n. 1 etiamſi conſtet de bono jure in Petitorio, Cocc. dec. 198. num. 1. Quod † tamen non procedit ad effectum 148
evitandi carceres ſtante clauſula arbitrio & conſilio de paupertate, ut fructus, & expenſæ reſerventur in fine litis ſi ſpoliator non fuit doloſus Coccin. d. dec. 423. num. 4.

Conſiſtitque purgatio ſpolii non ſolum in reſtitutione bonorum, ſed etiam fructuum, expenſarum, damnorum, & intereſſe, Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 50. de acq. poſſeſſ. Crav. conſ. 140. num. 3. Vecall. dec. 171. num. 1. par. 3. Rot. dec. 473. num. 1. & num. 4. par. 3. diverſ. lib. 3. Cavaler. dec. 308. num. 1. Feren. ad Buratt. dec. 449. n. 8. & ſeq. 149

Adeo quod ſpoliator audiri nullatenus poſſit, niſi in præmiſſis omnibus purgato ſpolio uſque ad ultimum quadrantem, ſeu uſque ad obulum, Cotta in memorial in verbo ſpoliatus, Cravett. d. conſil. 140. numer. 3. Tiraq. de retract. convent. §. 4 gloſ. 6. numer. 23. Salust. Tiber. in Prax. libr. 2. cap. 8. numer. 14. & ſeqq. Rota deciſ. 334. num. 1. & ſeqq. par. 1. & dec. 473. num. 1. & num. 4. par. 3. libr. 3. diverſ. Coccin. deciſ. 311. numer. 4. Rot deciſ. 433. num. 1. par. 5. & deciſ. 363. num. 4. & ſeq. & dec. 515. num. 1. par. 3. recent. Buratt. dec. 449. num. 6. cum aliis ibi cumulatis per Ferentill. ſub num. 8. & ſeqq. 150

Nec poteſt hujuſmodi purgatio retardari per exceptiones quæ non ſunt claræ, & concludentes, Bart. in l. cum is §. Fidejuſſor. num. 4. in fin & ſeq ff. de cond. indeb. Gabr. concl. 1. num. 45. de reſt. ſpol Seraph. dec. 804. n. 1. cum aliis cumulatis per Ferentill. ad Buratt. dec. 588. num. 15. 151

Non tamen obſtat exceptio ſpolii in alio judicio, niſi quando intervenit vis compulſiva, vel ablativa; ſi agitur de re diverſa, ſecus ſi agatur de eadem re, in qua fuit commiſſum ſpolium, Gregor. dec. 281. nu. 1. & ſeq. & num. 4. 152

Sed ſi ſpolium fuit violentum obſtabit exceptio ſpolii, etiam in alio judicio, & re diverſa pro qua competit interdictum undè vi Abb. in 2. num. 3. & ſeq. & nu. 12. verſ. & licèt iſte articulus de ord. cog. Rot. dec. 721. num. 1. p. 1. diverſ Gregor. dec. 336. num 1. & numer. 8. cum aliis cumulatis per Ferentill. ad Buratt. dec. 731. numer. 8 & ſeqq. 153

In ſpolio autem judiciali non competit interdictum unde vi, nec poteſt illud dici violentum niſi fuerit commiſſum cum vi expulſiva, Judice, & ſatellitibus præſentibus Seraph. dec. 845 num. 6. Rot. dec. 718. nu. 3. p. 1. diverſ. cum aliis allegatis per Ferentill. ad Buratt. d. dec. 371. num. 9. Cœterum ad hoc ut ſpolium purgatum dici poſſit, requiritur, quod poſſeſſio transferatur in ſpoliatum, & apud eum remaneat, Cavaler. dec. 308. nu. 3 verſ. quoad prædia, Ferentill. ad Buratt. dec. 848. num. 14. & ſi res ſit perempta, vel aliàs haberi non poſſit purgandum eſt ſpolium per reſtitutionem juſti pretii, Seraph. dec. 1108. num. 6. Rota in Peruſina ſpolii, 12. Junii 1610. in § quantum autem coram Sanctiſs. D. N. Innocentio X. Duran. dec. 7. nu. 7. & ſeq. & 154
dec. 47. num. 1. & ſeqq. nàm effectus reintegrationis eſt, 157
ut ſpoliatus reſtituatur in priſtinum eo meliori modo, quo fieri poteſt, ac ſi ſpolium factum non fuiſſet, Menoch conſ. 758. nu. ult. Veral. dec. 171. p. 3. Duran. dec. 47. num. 5.

Quo verò ad fructus; aut ſumus in ſpolio ſimplici etiam judiciali, & debentur, & fit condemnatio & liquidatio in judicio reintegrationis in fructibus perceptis tantum à die motæ litis Verall. dec. 27. la ſeconda, n. 2. & ſeq. p. 2. Coccin. dec. 439. num. 1. Rot. dec. 187 nu. 17. p. 7. rec & in d. Peruſina ſpolii, 12. Junii 1610. § qua verò, coram Sanct. D. N. Inn X. & in Ariminen Salvian. 28. Junii 1634. coram bon. mem. Merlino, ubi quod in interdictis hoc eſt regulare, etiam ſi dicti fructus non fuerint petiti, Cavaler. dec. 409 nu. 1. Duran. dec. 272. n. 2. & dec. 454 num. 6. 158

Aut

159 Aut ſumus in ſpolio attentato, vel violento, aut
aliàs in malæ fidei poſſeſſore, & ſit condemnatio & li-
quidatio in fructibus à die commiſſi ſpolii, Rot. *dec.* 4.
& dec. 5. *de reſt. ſpol. in nov.* Veral. *dec.* 27. *in* 2. *n.* 1. *par.* 2.
*Rota in d. Peruſina ſpol. §. ſi vero coram Sanctiſs. D.N. In-
nocentio* X. *& dec.* 187. *num.* 17. *par.* 7. *recent.* Duran.
deciſ. 272. *numer.* 1. Ferentill. ad Buratt. *deciſ.* 678.
num. 6.

160 Et non ſolum in fructibus perceptis, ſed etiam in il-
lis, qui percipi potuerunt, Rot. *dec* 10. *de reſt. Spol. in
antiq. & dec.* 5. *de reſt. Spol. in nov. & dec.* 552. *num.* 1. *&
ſeqq. p.* 1. *diverſ.* Buratt. *dec.* 642. *n.* 4. cum aliis cumu-
latis per Ferentill. ad eundem Buratt. *dec.* 642. *n.* 9. *&
dec.* 678. *num.* 7.

161 Quinimò contra malæ fidei poſſeſſorem ſit condem-
natio, & liquidatio etiam in fructibus, qui veriſimili-
ter percipi potuerunt, *Rota in Carpentoracten. Reſtitutio-
nis ovium, 13. Iunii 1625. cor. bo. me. Pirovano Decano*,
cum aliis allegatis, per Ferent. ad Buratt. *dec.* 645. *nu.* 9.
in fin.

162 Ad hoc autem, ut Spolium dicatur purgatum quo-
ad fructus, & expenſas, licèt Rota antiqua videatur
tenuiſſe, ſufficere ſolutionem, vel oblationem liqui-
dorum, cum depoſito Julii unius & obligatione ſolven-
di reſiduum quoad illiquidos, poſtquam fuerit facta
liquidatio, ut poſſit interim procedi ad ulteriora, ut
colligitur ex allegatis per Seraph. *dec.* 755. *nu.* 2. *& ſeq.*
& tradit Mohed. *dec.* 17. *de reſt. ſpol.* quam opinionem,
poſt Gregor. quem allegat, videtur etiam ſequi Cavaler.
deciſ. 308. *num.* 2.

163 Nihilominus Rota moderna ſæpius decſit in mate-
ria ſpolii, & attentatorum non ſufficere oblationem,
nec depoſitum, ſed requiri totalem, ac realem reſtitu-
tionem, Verall. *deciſ.* 150. *numer.* 5. *& ſeqq.* Seraph.
dec. 1176. *n.* 2. ubi aliàs deciſiones cumulat, Rot. *dec.*
269. *nu.* 1. *in fin. p.* 1. *recent.* Coccin. *dec* 371. *n.* 5 Buratt.
dec. 356. *n.* 6. cum aliis cumulatis per Beltram. ad Gre-
gor. *dec.* 503. *num* 6.

164 Unde Praxis in Rota obſervat, ut petens ad ulterio-
ra procedi, ipſe liquidet fructus, & expenſas, vel impe-
tret commiſſionem cum præfixione termini Adverſario
ad liquidandum, quo elapſo procedatur ad ulteriora
in negocio principali, *Rot. in Placentina Iurispatro-
natus, 1. Februarii 1599. cor. bo. me. Corduba*, Beltram.
ad Gregor. *dec.* 503. *num.* 6. & in his terminis præfixio-
nis videtur intelligenda *d. dec.* Cavaler. *dec.* 30. *num.* 2.
& ſic juxtà deciſiones, quas allegat, etenim allegat,
Seraph *d. dec.* 655. *n.* 4. ubi dicitur, quod practica eſt in
Rota quod volens procedere in cauſa debet vel liquida-
re, vel impetrare commiſſionem cum præfixione ter-
mini, ut ſupra, necnon allegat aliam deciſionem
Greg. in qua ſimiliter ſupponitur fuiſſe, prævia com-
miſſiono, præfixum hujuſmodi terminum ad liquidan-
dum.

165 Quæ eò magis procedunt, quando in commiſſione
adeſt clauſula *parito judicato*, vel alia ſimilis, tunc enim
requiritur, vel actualis ſolutio, vel quod impetretur
commiſſio cum præfixione termini ad liquidandum,
ut ſupra, prout de hac Praxi in terminis clauſulæ, *pa-
rito judicato*, teſtatur Mart. *de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 92. *nu.* 5.
verſ. undè juxta ſtylum Rotæ, & in terminis clauſulæ *pa-
rito Brevi* Seraph. *d. dec.* 655. *n.* 4. & in terminis clauſulæ
refectis expenſis, quod requiritur ſolutio actualis tradit
Saluſt. Tiber. *in prax. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 15. & in terminis clau-
ſulæ *refectis expenſis, & purgatis attentatis* Verall. *dec.*
150. *n.* 5. *par.* 1.

166 Verum concluſio ſuperius firmata, quod depoſitum
Julii unius cum oblatione ſolvendi reſiduum, facta li-
quidatione, in materia expenſarum non ſufficiat, pri-
mo non procedit, quando expenſæ ſunt modicæ, &
cauſa fuit commiſſa in Rota cum clauſula *arbitrio*, pro-
ut declarando, & modificando Buratt. *d. dec.* 356. dixit
*Rota in Calaguritana de Nagera, 3. Iunii 1627. coram bo.
mem. Vbaldo* Ferentill. ad Buratt. *d. dec.* 356. *nu.* 9. *ſub
lit. B.*

167 Secundò non procedit in expenſis extrajudicialibus
Greg. *dec.* 503. *n.* 1.

Tertiò non procedit, quando ſpoliator eſt pauper, 168
& adeſt commiſſio cum clauſula *arbitrio*, licèt enim
paupertas regulariter non ſuffragetur, ut quis audia-
tur ante purgatum ſpolium, ut per Put. *dec.* 143. *lib.* 4. 169
ſi tamen ſpoliator non fuit doloſus, obtenta commiſ-
ſione cum clauſula *arbitrio Rotæ conſtito de paupertate*,
poteſt audiri, dimiſſa poſſeſſione tantum, reſervatis
fructibus, & expenſis in fine litis, Coccin. *dec.* 596. *n.* 3.
& num. 7. ubi de obſervantia Rotæ, & Signaturæ te-
ſtatur.

Quartò non procedit in expenſis, & judiciis non 170
privilegiatis, in quibus opinio *Angeli* communiter
recepta bene locum habet, quod ſi creditum eſt illi-
quidum, ſufficit depoſitum Julii unius cum oblatio-
ne, & data fidejuſſione de ſolvendo reſiduum, facta
liquidatione, Alex. *conſ.* 24. *n.* 9. *lib.* 4 Capyc. *dec.* 17.
num. 5.

Non omitto in hac ſpolii materia, quod non attenta 171
anteriori poſſeſſione alterius, ultimum ſpolium eſt
ſemper purgandum, *cap.* 2. *& c. fin. de ord. cogn. d.* 3. *§. cum
igitur, l. qui poſſeſſionem, & l. cum fundum, ff. de vi
& vi armat. l. ſi quis fundum, C. ad leg. Iul. de vi publ.* Me-
noch. *de recup. rem.* 1. *quæſt.* 34. *num.* 382. Faſtol. *cauſa*
1. *dub.* 4. *n.* 2. Rot. *dec.* 17. *in fin. de Appell. in nov.* Seraph.
dec. 96. *n.* 1. Rot. *dec.* 301. *n.* 6. *p.* 3. *rec.* Coc. *dec* 97. *n.* 3. *&
dec.* 161 *nu.* 5. *dec.* 312. *n.* 4. *& dec* 478. *num* 6. Greg. *dec.*
485 *num* 12. *& ibi* Beltram. *n.* 14. *dec.* 700. *n.* 10. Caval.
dec. 161 *n.* 3.

Sed hoc primò non procedit, quando primum ſpo- 172
lium fuit violentum, nam tunc primum eſt ante omnia
purgandum, Caſtren. *conſ.* 400. *n.* 4. *verſ.* 3. *ſimiliter lib.*
1. Rot. *d. dec.* 27. *in fin. de Appell. in nov.* Cocc. *dec.* 97. *n.* 4.
Beltram. ad Gregor. *d. dec.* 485. *num.* 14. *verſ. hoc non pro-
cedit.*

Secundò non procedit in ſpolio attentato, quod eſt 173
ante omnia purgandum, licet ſit primum, Dec. *conſil.*
300 *num.* 5. Rip. *in l. naturaliter, §. nihil commune, n.*
68 *ff. de acquir. poſſ.* Menoc. *de recup. remed.* 1. *n.* 383. Rot.
in Cortonen. Bonorum, 19. Decembris 1586. *& 7. Mar.*
1587. *coram bon. mem. Card. Platto*, Cocc. *dec.* 97. *nu.*
4. *& dec.* 130. *n.* 7 *quæ deciſiones ſunt etiam impreſſæ.
apud* Marcheſ. *de commiſſ. eccl. in iat. p.* 2. *cap.* 3. *fol.* 207.
& 208.

Tertiò non procedit, quando ſecundum ſpolium fuit 174
incontinenti factum poſt primum tunc enim ſecundum
non eſt purgandum, quia incontinenti vim vi repellere
licet, *c. olim de reſt. ſpol. l.* 2. *§. cum igitur, & l. qui poſſeſ-
ſionem, ff. de vi, & vi arm.* Menoch. *de recup. rem.* 4. *nu.*
384 Faſtol. *d. cauſa prima, dub.* 4. *n.* 2. Gabr. *de reſt. ſpol.
concl.* 1. *lim.* 30. *num.* 169. Beltram. ad Greg. *d. dec.* 485. *n.*
14. *in fin.*

Hæc tamen tertia fallentia non haberet locum, 175
quando ſecundum Spolium fuit factum lite penden-
te, nàm tunc Agenti ex primo obſtabit ſecundum
quod tanquam attentatum eſt majus, & gravius, ut
poſt alios, quos allegat, tradit, Menoch. *de recup. rem.*
1. *num.* 386.

Actio autem Spolii eſt in rem ſcripta, Soc. *in l. rem* 176
nobis n. 10. *ff. de acquir. poſſ.* Seraph. *dec.* 1262. *nu.* 1. Rot.
dec. 476. *n.* 2. *p.* 2. *rec.*

Et ob id datur non ſolum Hæredi, & ſingulari Suc- 177
ceſſori Spoliati, qui eam proſequi poteſt, & intentare
ex perſona Defuncti, *l.* 1. *§. interdictum hoc, in fin. ff. de
vi, & vi arm.* Gloſ. *in c. cum ad ſedem, in verbo interdi-
ctum, de reſt. Spol.* Rot. *dec.* 907. *par.* 3. *lib.* 3. *div. & dec.*
307. *num.* 3. *p.* 5. *& deciſ.* 476 *num.* 2. *par.* 2. *& deciſ.* 717.
num. 1. *par.* 3. *rec.* Gregor. *dec.* 542. *num.* 2. *& ibi* Beltram.
num. 9 *& ſeqq.* Buratt. *dec.* 271. *num.* 1. *& ibi* Ferentill.
n. 8. *& ſeq.* Cavaler. *dec.* 531. *num.* 4. Duran. *dec.* 7. *nu.* 12.
& dec 113. *num.* 3.

Quod Primò procedit, quando Defunctus fuit ſpo- 178
liatus in vita, ſecus ſi ſpolium fuit commiſſum poſt
ejus mortem; nam tunc non poteſt Hæres ex perſona
Defuncti agere ſpolium. Gabr. *de reſt. ſpol. concl.* 5. 7. *nu.*
cum aliis cumulatis per Beltram. ad Greg. *d. dec.* 545. *n.*
9. & per Ferentill. ad Buratt. *dec.* 271. *n.* 9.

Secundò ſimiliter procedit, quando Hæres vel Suc- 179
ceſſor

ceſſor agit ex perſona Defuncti, ſecus ſi ageret nomi-
ne proprio, vel ex propria perſona, & ipſe nunquam
fuiſſet in poſſeſſione Natt. *conſil.* 439. *num,* 4. Ferentill.
ad Buratt. *deciſ.* 271. *numer,* 9. *verſicul. item declara-
tur.*

180 Sed etiam competit d. Spolii actio contra Hære-
dem, *l.*1.§.*fin.l.*3.§.*ult.*& *l.ſi plures*, *ff. de vi*, & *vi arm.*
Menoch. *de recup.rem.*1.*num.*157.Rot. *deciſ.* 727. *num.*
1.*par.* 3. *rec.* Greg. *dec.* 542. *num.* 4. Duran. *deciſ.* 7. *nu.*
13. & *deciſ.* 113. *num.* 3. & contra ſingulares Succeſſo-
res, non quidem, quia Succeſſores, ſed quia poſſeſ-
ſores, Put. *deciſ.* 29. *de reſt. Spol.* & *deciſ.* 272. *numer.*
1. & *ſeqq.lib.*2.*in correct.* Seraphin. *dec.*1262. *num.* 2. &
181 † contra quoſcumque Succeſſores, ad quos perve-
nit rea ipſa, ſuper qua fuit commiſſum ſpolium Sa-
raph. *deciſ.* 1262. *num.* 1. etiamſi titolo, & bona fide
poſſideant, vel habeant cauſam ab Authore non vi-
tioſa, Gabr. *conſ.* 36. *num.*3. *libr.* 1. *ubi de communi*,
Mareſcott. *var.reſol.l.*1.*cap.*59. *num.*10.& *ſeqq.* ubi quod
ita paſſim ſervat Rota, cum aliis cumulatis per Beltra-
182 min. ad Gregor. *dec.* 542. *num.* 11. & † contra quem-
cunque in quem influit Spolium, virtute Decreti nulli,
nàm authoritas Judicis non eximit ab incurſu pœnæ
civilis, *cap. cum cauſa*, *de off. Deleg.* Bart. *conſ* 91. *nu.*
4.*lib.*1.Soc.*conſ.*159.*num.*9.*lib* 2. Felyn. *in cap. cum cau-
ſa*, *n.* 3. *de off. Delegat* ubi hoc declarat procedere, dum-
modo quis ſciat, vel ſcire debeat ratione naturali, De-
cretum eſſe invalidum, nàm ſi ratio civilis reddat
Decretum invalidum, Minor, Ruſticus, & ſimiles
excuſarentur.

183 Competitque actio Spolii etiam pro rebus mobilibus,
Socc. *in l.rem quæ nobis*, *n.*13. *verſ. ſecundo conclude ff.
de acquir.poſſ.* Menoch. *de recup remed.*15.*n.*193.& *ſeqq.*
Buratt. *dec* 172.*n.*2.

184 Et pro recuperatione poſſeſſionis quæſitæ per clauſu-
lam *Conſtituti*, Alex. *in l.exitus*, *nu.*7. *ubi alios cumu-
lat*, *ff. de acquir. poſſeſſ.* Oſaſc. *dec* 133. *num.*7.Rot.*dec.*
185 128. *nu.*1. *par.* 3. *rec.* ubi quod ſi agitur contra Conſti-
tuentem, non eſt neceſſe probare ejus poſſeſſionem de
tempore Conſtituti, aliàs ſecus.

186 Præſcribitur autem actio Spolii etiam *ex cau. redin-
tegranda* 3.*q.*1. ſpacio triginta, vel quadraginta anno-
rum, ſicut cæteræ actiones, *l.ſicut* & *l. omnes*, *C. de præ-
ſcrip.*30.*vel* 40.*an.* Menoch. *de recup.rem.* 15. *num.* 418.
Seraph *dec* 1360.*n.*3. & *n.*9. & *n.*10. Rot *dec.*97. *num* 1.
*p.*1.& *dec.*150.*n.*4.*p.*4.*rec.*

187 Sed hoc non procedit in Spoliatore doloſo, vel vio-
lento, qui nulla etiam mille annorum præſcriptione
poteſt ſe tueri, *c.fin. de præſcript. cum aliis quos ſequitur*
Rota apud Seraph. *d.dec.*1360.*n.*2. & *n.*15.

188 Cæterum Petens reintegrari, non dicitur habuiſſe
ſe pro ſpoliato, dum civilem poſſeſſionem animo reti-
net, ſed reintegratio intelligitur petita ratione natu-
ralis poſſeſſionis, Bal. *in l.*1.*n.*22 *C. uti poſſid.* Caſt. *conſ.*
234.*n.*1. *verſ. ſed debent dicta verba l.*2. Buratt. *dec.* 614.
*num.*11.

189 Et ob id, executione à Judice nulliter procedente fa-
cta contra eum qui ſe pro ſpoliato non habet non dici-
tur is ſua poſſeſſione privatus, Ang. *in l. clam, poſſidere
§. qui ad nundinas*, *n.*2. *in fin. ff. de acquir. poſſ.* Gabr. *conſ.*
31. *num.* 7. *lib.* 2. Gregor. *dec.* 105. *num.* 22. *dec.*307.*n.*6.
*dec.*458.*nu.*9. & *dec.* 555. *nu.* 6. Idemque Juris eſt ſi exe-
cutio fuit facta à Judice notoriè injuſtè procedente, Bu-
rat. *dec.*216.*n.*1.

190 Hinc non habenti ſe pro ſpoliato, qui ob id non am-
mittit ejus poſſeſſionem claram, Seraph. *dec.*1386.*nu.*2.
competit manutentio Seraph. *deciſ.* 46. *num.* 3. Gregor.
dec 46.*n.*9. & *dec.*307.*n.*6. & *ſeqq.*

191 Secus ſi quis habuerit ſe pro ſpoliato, Gregor. *deciſ.*
546.*n.*12. vel dixerit ſe ſpoliatum, nàm fatetur ſe non
poſſidere, Rot. *deciſ.* 599. *n.* 4. *par.* 4. *rec.* Debet enim
192 Actor concludere in ſpolio, ſe ad poſſeſſionem, à qua
dejectum eſt reintegrari, Soc *in l.rem quæ nobis*, *n.*14.
*verſ.*2. *dubitatur*, *ff. de acquir. poſſ.* Alex *conſ.*117.*n.*1.
*l.*2. Rot. *dec.* 150.*n* 7.*p.*4.*rec.*

193 Vel etiam ſecus, quando quis poſſeſſionem Spolian-
tis approbaverit, Rot. *deciſ.* 261. *numer.* 5. *par.* 4. *re-
cent.*

Pro ſpoliato verò ſe habere pendet ab animo *l.* 3. §. 194
in amittenda, *ff. de acquir.poſſ.* Greg. *dec.* 268. *nu.* 6. &
dec. 307 *n.*9.

Et in dubio non eſt præſumendum, quod quis habue- 195
rit ſe pro ſpoliato, ſed debet hoc ab allegante probari,
Greg. *d.dec.* 307. *nu.* 10. Ferentill. ad Buratt. *dec.* 342.
num. 5.

Proindè ſi quis petit manuteneri, non poteſt dici, 196
quod habeat ſe pro ſpoliato, Gregor. *dec.* 307. *num.*12.
etiamſi ſubdat, quatenus opus ſit redintegrari, Greg.
*dec.*546.*nu.*14. & *dec.*555.*nu.*1. Rot. *dec.*560.*n.*2.& *ſeq.p.*
2. *rec.*

Quinimò non poteſt dici, quod quis habuerit ſe pro 197
ſpoliato, etiamſi petierit ſimpliciter reintegrari, nàm
licet Agens Spolio præſupponat Adverſarium poſſide-
re Duran. *dec* 23. *num.* 12. attamen ſi petitio reinte-
grationis eſt æquivoca non videtur amittere poſſeſ-
ſionem civilem, quam animo retinet, ſed agere pro
recuperatione naturalis, Natt. *conſ.* 592. *nu.* 21. Rot.
dec. 560. *num* 2. & *ſeqq.* & 561. *num* 4. & *ſeqq. par.* 1. *rec.*
Buratt. *dec.* 296. *num.* 2. Duran. *dec.* 23. *num.* 13. ubi red-
dit rationem, *cum aliis cumulatis per* Beltram. ad Gre-
gor. *dec.* 555. *num.* 11. & Ferentill. ad Buratt. *d. dec.* 269.
num 5.

Si quis tamen ſimpliciter ſe dixerit ſpoliatum & 198
adierit Judicem pro reintegratione, tunc niſi ex ali-
quibus circumſtantiis facti colligi poſſit actorem reti-
nere voluiſſe animo poſſeſſionem civilem prout ſi
dixerit, quatenus opus ſit reintegrari, vel inſtiterit
etiam manuteneri, vel dixerit ſe ſpoliatum de facto,
vel quid ſimile, prout in caſibus dictarum deciſionum,
vel niſi appellaverit, ſeù proteſtatus fuerit, ſe nolle ha-
beri pro ſpoliato, ut per Coccin *dec.*14 *num.* 10. Duran.
dec. 23. *num.* 18. utique tunc videtur fateri penes adver-
ſarium eſſe utramque poſſeſſionem, Seraph. *dec.* 1417.
num. 3. Coccin. *dec.* 366. *nu.* 5. Duran. *d. dec.* 23. *num.* 12.
& *ſeqq.* cum aliis cumulatis per Beltramin. ad Gregor.
dec. 555. *nu.* 11. & per Ferentill ad Buratt. *d. dec* 269.
num. 5. ubi † quod cum hæc materia retentionis poſ- 199
ſeſſionis civilis pendeat ab animo, qui verbis, & fa-
ctis declaratur, utique erit ex circumſtantiis verbo-
rum, & factorum præcedentibus, & ſubſequentibus
petitam reintegrationem terminanda *gloſ. in l. Fulci-
nius §. ſed is in verbo animus*, *ff. quib. ex cauſ. in poſſ.*
Ruin. *con.* 116. *num.* 10. *lib.* 5. Rot. *dec.* 644. *n.* 6. *p.* 1. *rec.*
Cavaler *dec.* 531. *numer,* 2. & *ſeqq. cum aliis ſupra alle-
gatis.*

Signanter autem dicitur, quis habere ſe pro ſpolia- 200
to ratione poſſeſſionis civilis, quando finit labi de-
cennium, antequam agat pro recuperatione naturalis
ab alio occupatæ, Bart. *in l.ſive poſſideris n.*8. *verſ. ſed in
poſſeſſione*, *C. de probat.* Jaſ. *in l. clam. poſſidere §. qui ad
nundinas*, *n.*19. *ff. de acquir. poſſ.* Bald. *conſ.* 12. *n.* 11. *lib.*
1. Alciat. *de præſumpt reg.* 2 *præſumpt.* 11. *num.* 11. Rot.
dec. 454. *nu.* 2 & *dec.* 634. *nu.* 5. *p.* 2. *rec.* Gregor. *dec.* 307.
n. 13 & *ibi* Beltram. *n.* 26.

Sed hoc primò non procedit in Incorporalibus in 201
quibus, qui patitur exercitium actuum etiamſi non
ſit lapſum decennium, ob negligentiam ammittit,
quaſi poſſeſſionem, Rot *dec* 454. *num.* 2. *part.* 2. *re-
cent.*

Secundò non procedit, quando poſſeſſio naturalis 202
eſſet vacans, tunc enim poſſeſſio civilis non cenſetur
amiſſa, ex quo quis diſtulerit recuperationem naturalis
ultra decennium Rot. *dec.* 62. *n.* 8. *p.* 2. *diverſ.* Mantic.
dec. 172. *num.* 5. Rot *dec.* 634. *num.* 6. *p.* 2. & *dec.* 287. *nu.* 5.
& *dec.* 404. *num.* 7 *p.* 2. *rec.*

Denique non ommitto, quod Judicium Spolii eſt pri- 203
vilegiatum, nè poſſit cumulari petitorium cum Poſſeſ-
ſorio, Rip *in l. naturaliter*, & *nihil commune n.* 165. *de
acquir. poſſ.* Rot. *dec.* 542. *num.* 1. & *dec.* 698. *num.* 2. *par.* 2.
rec. cum aliis quos refert, & *ſequitur* Buratt. *dec.* 32. *nu.*
1. & *ſeqq.* Cavaler. *dec.* 507. *n.* 2.

Verum ſi ſpolium ſit turbidum, ſolet Rota ſtante 204
clauſula *arbitrio*, exercere arbitrium pro cumulatio-
ne, Rot. *dec.* 542. *num.* 2. *par.* 2. *rec.* Cavaler. *dec.* 145.
num. 3. & *dec.* 284. *num.* 1. & *dec.* 507. *num.* 3. Buratt. *d.
dec.* 33. *num.* 5. *cum aliis allegatis per* Ferentill. ad Bu-
ratt.

Digitized by Google

tatt. *dec.* 100 *num.* 13. ſequeſtratu tamen poſſeſſione, juxta ejuſdem Rotæ obſervantiam, Buratt. *d. dec.* 136. *num.* 1.

205 A ſeotentia verò lata in poſſeſſorio recuperandæ, & ejus ſpeciebus regulariter non datur appellatio, *gloſ. in l.unic. in verbo momento, & ibi* Bart. *num.* 1. Contard. *in ampliat. num.* 34. *C. ſi de moment. poſſ. agat.* Maran. *de ord. Jud. par.* 6. *art.* 4. *lim.* 16. *num.* 294. Saluſt. Tiber. *in Prax. lib.* 2. *cap* 8. *num* 17 Scacc. *de app. quæſt.* 17. *limit.* 6.

206 *memb.* 6 *num* 1. ubi † de communi, quod procedit etiam in terris Eccleſiæ attenta Aegidiana, Seraph. *dec.* 452. *num.* 1. *& ſeqq.* Coccin. *dec.* 417. *num.* 1. *& dec.* 446. *n.* 3. *& n.* 4.

207 Sed hoc primò non procedit, quando ſententia eſt nulla, vel notoriè injuſta, nam tunc datur appellatio etiam virtute Aegidianæ, quæ excipit hunc caſum March. *de commiſ. app. in Salv. p.* 1. *c.* 2. *n.* 75. *& ſeqq. fol.* 1003. Put. *dec.* 4. *de Æg.* Coc. *dec* 417. *n.* 1. *& n.* 9. *& dec.* 446. *n.* 4.

208 Soletque Signatura hoc caſu, quando de nullitate, aut notoria injuſtitia datur fumus, ſi cauſa aſt extra Rotam committere eidem Judici ut prævia repoſitione iterum audiat, idque facit ſignatura de equitate quadam, facilius tamen cauſam appellationis committit, teſte Marcheſ. *de commiſſ. app. in Salv. p.* 1. *cap.* 2. *nu.* 75. *fol.* 1003.

209 Secundò non procedit, quoad fructus, expenſas, & intereſſe, ideoque, licet praxis obſervet, ut lata Sententiæ in ſpolio, ſtatim fiat executio reſpectu poſſeſſionis, non tamen fit reſpectu fructuum, expenſarum, & intereſſe, Bert. *in l. Creditor. §. juſsut n.* 4. *ff. de appell. cum aliis quos ſequitur* Saluſt. Tib *d. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 57. Afflict. *dec.* 77. *n.* 8.

210 Sed ſi fructus ſunt pendentes, quando fit executio reſpectu poſſeſſionis rei ſpoliatæ, fit etiam in fructibus, qui hoc caſu ſunt pars fundi, *l. fructus pendentes ff. de rei vindic.* Saluſt. Tib. *d. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 17. Afflict. *dec.* 77. *in fin.*

211 Et ob id Judex a quo, in hoc caſu reſpectu poſſeſſionis dat refutatorios, reſpectu verò fructuum, expenſarum, & intereſse terminum juris, Saluſt. Tib *d. c.* 8 *n.* 17 & ita in dies obſervat praxis.

212 Tertiò non procedit, quando ſententia lata in poſſeſſorio reintegrandæ continet mixturam petitorii, nam tunc datur appellatio, Scacc. *de app. d. q.* 17. *lim.* 6. *memb.* 6. *n.* 63. Pontan. *de ſpol. l.* 3. *cap.* 45.

213 Hinc primò inferri poteſt quod cum Judex pronunciat ſuper ſpolio, nullitate, & attentatis, vel eorum altero una cum ſpolio, tunc ſpolium eſt mixtum, & ratione mixturæ datur appellatio, Marcheſ. *de commiſſ. app. in Salv p.* 1. *c.* 2. *nu.* 70. *& ſeqq. fol* 1004. *& ſeqq. & de commiſſ. reſt. in integr. p.* 2. *c.* 3 *nu.* 15. *fol.* 185. Scacc. *de app. d. quæſt.* 17. *lim* 6. *mem* 6. *num.* 64. ideinque juris eſse

214 † in ſententia lata in ſpolio attentato tradit idem Scac. *d. q.* 17. *lim.* 6. *memb* 6 *n.* 75. ubi de communi, & in praxi recepta opinione teſtatur.

215 Secundò inferri poteſt, quod à ſententia, quæ concedit reintegrationem, & ſimul declarat ſpoliantem incidiſse in pœnam facientis vim, quando ad hæc fuit actum, datur appellatio, ſecus ſi fuit actum limitativè ad recuperandam poſſeſſionem, & ſuper ea tantum pronunciatum, Scac. *d. q.* 17. *limit.* 6. *membr.* 6. *n.* 54 *& n.* 57.

216 Quartò non procedit, in remedio recuperandæ *ex can. redintegranda* 3. *q.* 1. quod locum habet non ſolum in terris Eccleſiæ, ſed etiam in terris Imperii etiam in foro ſæculari, Menoch. *de recup. rem.* 15. *num.* 640. *& ſeqq.* Scacc *d. q.* 17 *lim.* 6. *memb.* 6. *n.* 71. *& ſeqq.*

217 Sed quoad terras Eccleſiæ tollit appellationem conſtitutio Aegidiana etiam ſi d. remedium fuerit intentatum, Contard. *in l. unica lim.* 4. *n.* 12. ubi quod ita quotidie obſervatur, *C. ſi de moment. poſſ. agat.*

218 Quo verò ad terras Imperii contrarium eſt verius, quod ſcilicet in foro ſæculari, quando d. remedium fuit intentatum, non detur appellatio. Contard. *in d. l. unica lim.* 4. *n.* 2. *& ſeqq. C. ſi de mom. poſſ. agat.* Scocc. *d. q.* 17. *lim.* 6. *mem.* 6. *n.* 72. *verſ. contra iſtam extenſionem*, ubi alios cumulat, & contraria tollit, *& n.* 73 ubi hanc ſecundam opinionem tenendam cenſet, & illam in praxi ſervari vidiſse teſtatur.

Quintò non procedit, quando Sententia eſt lata contra Actorem Spoliatum, qui de jure communi poteſt appellare Scacc. *de apppell. d. quæſt.* 17. *lim.* 6. *memb.* 6. *num.* 76. 219

Sed hoc non poteſt habere locum attenta conſtitutione Aegidiana, quæ prohibet tam Reo quàm Actori in mero poſseſsorio appellationem Pontan. *de Spol. l.* 4. *c.* 3. *n.* 55. Scacc. *d. q.* 17. *limit.* 6. *mem.* 6. *n.* 77. Sal. Tib. *in prax. d. l.* 2. *c.* 8. *n.* 22. 220

Cæterùm, quoties Signatura, dato ei fumo de nullitate, ſeù notoria injuſtitia Sententiæ in ſpolio latæ mandat eidem Judici ut iterum audiat, & is nihilominus in notorio gravamine perſiſtit, vel aliàs à d. Sententia, appellationem committeret, vel etiam quando fuit præventum in commiſſione appellationis, & commiſſio obtenta virtute Aegidianæ, reformari petitur, tunc, ob honorem Conſtitutionis præfatæ, cum clauſula, *quatenus illi locus*, reſcribere conſuevit March. *de comm. app. in Salv. p.* 1. *c.* 2. *n.* 76 *fol* 1005. & ita quotidie obſervat Praxis. 221

Hæc pauca in hac ampla Spolii materia obſervaſse ſufficiat, in reliquis ad Gabr. *de reſt. Spol.* Pontan. *de Spol. &* Menoch. *de Recuper* qui ex profeſso tractatum copioſum in eadem materia compilavit, poterit haberi recurſus. 222

De attentatis. Pars II. Cap. XV.

S U M M A R I U M.

1 *Continuatio hujus capitis ad præcedentia.*

2 *Lite, vel appellatione pendente aut in ſpretum Inhibitionis, nihil innovandum, aliàs innovata, uti attentata revocantur.*

3 *Citatio ad dicendum contra jura in judicio Attentatorum, & ejus Formula, & proceſſus.*

4 *Proteſtatio, et productio jurium in judicio Attentatorum, & ejus formula.*

5 *Si attentata non poſſunt probari per ſcripturas, ſunt probanda per Teſtes vel alia probationum genera.*

6 *Citatio ad videndũ declarari incidiſſe in pœnas in inhibitione contentis, & illius formula, & proceſſus.*

7 *Proceſſus ad executionem Mandati, & capiens poſſeſſionem in ſpretum Inhibitionis, ſeù alterius impedimenti citatur ad videndum revocari executionẽ.*

8 *Citatio ad videndum revocari executionem nulliter factam, ſeu poſſeſſionem nulliter captam, & ejus formula & proceſſus.*

9 *Attentans non poteſt citare partem ad exhibendum & juſtificandum inhibitiones, niſi prius purgatis attentatis.*

10 *Citatio ad videndum revocari attentata lite, vel appellatione, vel tempore ad appellandum pendente & ejus formula, & proceſſus.*

11 *Attentans non poteſt procedere ad ulteriora, niſi purgatis attentatis uſque ad obulum.*

12 *Si decretum revocationis attentatorum eſt injuſtum, datur ab eo appellatio.*

13 *Interpoſitio appellationis à decreto revocationis attentatorum, & ejus formula, & reſponſio de Apoſtolis.*

14 *Cedula appellationis a decreto revocationis attentatorum & eius Formula.*

15 *Cõmiſſio appellationis à decreto revocationis attẽtatorũ eſt porrigenda in plena Signatura, citata parte.*

16 *Commiſſio appellationis à decreto revocationis attentatorum, & eius Formula.*

17 *Alia ſimilis commiſſio in cauſa non Rotali.*

18 *Signatura quomodo admittat appellationem à decreto revocationis attentatorum.*

19 *Si Lis fuit terminata in negocio principali, & conſummata executio, & attentata adhuc non fuerunt revocata, quomodo agendum eſt ad illorum revocationem prævio monitorio.*

20 *Monitorium ſuper revocatione attentatorum, & reintegratione ad poſſeſſionem, & eius formula.*

21 *Si Inſtans pro revocatione attẽtatorũ poſſidebat tẽpore, quo fuit attẽtatũ, vel utilius eſt agere interdicto*

reti-

Digitized by Google

retinendæ, vel ſi habuit ſe pro ſpoliato interdicto recuperandæ, & quare.

22 Agere volens ad revocationem attentatorũ via ordinaria debet agere, prævio Monitorio, & quomodo.

23 Reproductio in actis monitorii executi perſonaliter & ejus Formula.

24 Proteſtatio, & negatio Monitorii, & ejus Formula.

25 Monitorium ſuper revocatione attentatorum conſictum, eſt juſtificandum, & probanda ſunt attentata per legitima probationum genera.

26 Articuli pro verificatione Monitorii, & attentatorum & eorum Formulæ.

27 Citatio ad videndum deferri juramentum in ſupplementum, & ad Sententiam, & ejus Formula, & proceſſus.

28 Citatio ad libellandum in termino ſubſtantiali, & ejus formula & proceſſus.

29 Proteſtatio et repetitio jurium, & ejus Formula.

30 Productio Jurium, & oppoſitio ex adverſo quando fieri debeant remiſſivè.

31 Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam, & ejus Formula, & proceſſus.

32 Cedula Sententiæ ſuper revocatione attentatorum, & reintegratione, & ejus Formula.

33 A Sententia lata ſuper revocatione attentatorum datur appellatio, & commiſſio appellationis expeditur via ordinaria.

34 Commiſſio appellationis à Sententia revocationis attentatorum & reintegrationis, & ejus Formula.

35 Appellatione non interpoſita, vel ea non proſecuta, ſervatis quatuor terminis, expeditur mandatum.

36 Mandatum de amovendo à poſſeſſione attentata, & reintegrando, & ejus Formula.

37 Executor, virtute mandati de amovendo, & reintegrando, procedit ad executionem, & actuarius de ea conficit inſtrumentum.

38 Ad expenſarum taxationem, & pignorum ſubhaſtationem quomodo procedatur remiſſivè.

39 Attentatum quid ſit.

40 Attentata ſunt in primis, & ante omnia revocanda.

41 Si attentata ſunt turbida, non revocantur ante omnia præſertim impetrata commiſſione cum clauſula arbitrio.

42 Si attentata ſunt clara, clauſula arbitrio, non operatur ad eorum rejectionem.

43 Attentata turbida, dependentia a cognitione negotii principalis, non revocantur, ante omnia, ſecus ſi ſunt clara.

44 Attentata non revocantur ante omnia, ſi clarè per confeſſionem, vel rem judicatam, conſtat de non jure Petentis illorum revocationem.

45 Etiam ſtante clauſula arbitrio.

46 Attentata non revocantur ante omnia, quando diminueretur cultus Divinus, & quomodo id procedat.

47 Attentata non revocantur ante omnia, quando poſſet ex revocatione oriri ſcandalum.

48 Attentata poſt decem dies datos ad appellandum non revocantur, quando conſtat in actis de deſertione appellationis.

49 Attentata poſſunt revocari per viam injuſtitiæ, & nullitatis, via ordinaria.

50 Attentata non revocantur ante omnia, ad effectum tollendi jus quæſitum ex reſcripto Signaturæ, etiam ſtante clauſula arbitrio.

51 Attentata non revocantur, quando fuit appellatum ab interlocutoria, niſi fuerit, in primis pronunciatum benè appellatum, vel juſtificata veritas appellationis, quod tamen patitur reſtrictiones.

52 Caſus ducenti congeſti à Lancell. de Attentat. in quibus attentata non revocantur ante omnia.

53 Attentata infra decem dies ante appellationem interpoſitam revocantur per viam nullitatis, etiam ſi cauſa appellationis poſtea ſit deſerta.

54 Attentata non revocantur, quando non datur appellatio ſuſpenſiva.

55 Cauſa commiſſa cum clauſula &c. attentata non revocantur, dum appellatio ſuſpenſiva non datur.

56 Inhibitio vigore commiſſionis appellationis in qua non eſt facta mentio obligationis Cameralis, vel Guarantiæ, non operatur revocationem attentatorum, ſi eſt clarum facultates A.C. intrare.

57 Qui continuat non attentat.

58 Hæres, cui non eſt interdicta adminiſtratio, vel apprehenſio poſſeſſionis, poteſt apprehendere, & continuare poſſeſſionem defuncti, etiam lite pendente abſque vitio attentatorum.

59 Qui mutavit modum poſſidendi poſt litem motam, non poteſt apprehendere, & continuare poſſeſſionem defuncti, abſque vitio attentatorum.

60 Emanata inhibitione Rotali, vel commiſſa cauſa ſuper actu particulari continuationis, vel continuatione ſumpta ab actu, qui dedit cauſam liti non poteſt continuari poſſeſſio abſque attentatis.

61 Attentata ſunt revocanda ab eo Judice, cujus eſt læſa majeſtas.

62 Judex poteſt revocare attentata, etiam ſi notoriè conſtet de non jure petentis illa revocari.

63 Si attentata poſſunt revocari via ordinaria, non eſt pro illorum revocatione recurrendum ad remedium extraordinarium.

64 Attentata ſunt purganda in eo Tribunali, cujus fuit læſa juriſdictio, niſi alibi ſuper eis cauſa in ſpecie ſit commiſſa.

65 Attentata purgantur per legitimã attentatis ceſſionẽ.

66 Ceſſio debet eſſe pura, ut attentata per eam purgentur, aliàs non relevat.

67 Omni poſſibili diligentia adhibita pro purgatione attentatorum illa habentur pro purgatis.

68 Depoſitum Iulii unius cum oblatione reſidui, facta liquidatione non relevat in materia attentatorum, ſed requiritur purgatio, atque ad obulum ſecundum opinionem, quam ſervat Rota.

69 Depoſitum Iulii unius cum oblatione reſidui quoad damna, de quibus non conſtat, & expenſas extrajudiciales, quas attentans ignorat, ſufficit.

70 Ad impoſſibile nemo tenetur.

71 Papa non attentat, quia eſt ſupra jus.

72 Litteræ Apoſtolicæ non poſſunt dici attentata.

73 Litteræ Apoſtolicæ non excuſant ab attentatis, quando in eis non eſt facta mentio de lite.

74 Clauſula, cujus litis ſtatum &c. præſervat gratiam à ſubreptione, & attentatis.

75 Poſſeſſio capta vigore proviſionis Apoſtolicæ poteſt eſſe attentata.

76 Tertius, qui non eſt in lite, non attentat.

77 Tertius habens cauſam ab eo, qui erat in lite, attentat, ſi poſſideat cum titulo, & bona fide.

78 Proviſus per ceſſionem reſignationem in favorem, aut modum ſimilem in beneficialibus, dicitur habere cauſam à parte.

79 Proviſus per obitum, aut per liberam ceſſionem, vel reſignationem, non in favorem, vel modum ſimilem, ſi non habet cauſam ab eo, qui erat in lite, habet novum jus creatum à Papa, & quare.

80 Et ob id non attentat, cum non habeat cauſam ab eo, qui erat in lite.

81 Ad revocationem attentatorum poteſt procedi ſummariè, incidenter, abſque ordine judiciario.

82 Si petitur à ſpoliato reſtitutio per viam attentati, requiritur libellus, & ordo judiciarius.

83 In judicio reſtitutionis ſpoliatorum requiritur libellus, & ordo judiciarius.

84 Judicium attentatorum, an ſpolium ſit magis privilegiatum, & in quo.

85 In judicio ſummario revocationis attentatorũ incidẽter intẽtato, non requiruntur termini ſubſtãtiales.

86 In judicio ſummario revocationis attentatorum magis contemptus Judicis, quàm læſio juris, & partis inſpicitur.

87 Si agitur ad revocationem attentatorum via ordinaria, ſicut requiritur libellus, & ordo juris, ita ſunt neceſſarii termini ſubſtantiales.

88 Agens ad revocationem attentatorum quid probare debeat ut obtinere poſſit.

89 A revocatione attentatorum datur appellatio.

90 Contrarium defendit contra omnes Lancel. de attent. & tan-

Digitized by Google

& eandem primam opinionem ampleƈitur.

91 *In ſpolio attentato non datur appellatio.*

92 *Contrariam opinionem ut communem, & in praxi, & cautius ſervatam, tenent plures.*

93 *Si in ſententia lata in ſpolio, tantum in enunciativa, non in diſpoſitiva, eſt facta mentio attentatorum non datur ab ea appellatio, & quare.*

94 *Licet agens ſpolio incidenter narret attentatum, ſi tamen proſequitur judicium in ſimplici ſpolio, non datur à ſententia inde ſecuta appellatio, licet in narrativa et in ſententia fiat mentio attentati.*

95 *Cautius eſt, ut Judex pronunciet in ſimplici ſpolio, & quoad attentata ferat ſententiam per capita ſeparata.*

96 *Quot ſunt capita, tot ſunt ſententiæ.*

96 *Lata ſententia per capita ſeparata, ſi appellatio detur ab eo capite, in quo agitur de revocatione attentatorum, non tamen datur ab alio, in quo agitur de ſimplici ſpolio.*

98 *A ſententia revocationis attentatorum appellatione pendente, non datur appllatio.*

99 *A ſententia revocationis attentatorum, non datur appellatio, quando appellatio eſt prohibita in cauſa principali.*

100 *Si agitur ſummariè via privilegiata ad revocationem attentatorum, à decreto juſto, & valido non datur appellatio.*

101 *Si validitas, & juſtitia decreti revocationis attentatorum eſt turbida, etiamſi via privilegiata actum fuerit, Signatura reſcribit cum clauſula, ſi* quid exequendum, *ſed ſi decretum eſt nullum, vel injuſtum datur appellatio.*

102 *Si fuit actum de revocatione attentatorum via actionis vel ordinaria, datur appellatio.*

103 *Si judex recuſet revocare attentata, vel pronunciet, ea non eſſe revocanda datur appellatio.*

104 *Robertus Lancellotus I.C. Peruſinus uberrimum de attentatis tractatum compilavit.*

105 *Inſtrumenta publica faciunt probationem probatam, rem claram, & manifeſtam.*

106 *Citatio requiritur in unoquoque actu, alias actus eſt nullus.*

107 *Citationis defectus eſt inſanabilis.*

108 *Citatio executa Domi, in qua quis non habitat, eſt nulla, ac ſi non eſſet facta.*

109 *Nullitas parte opponente, eſt in primis revocanda.*

110 *Creditor anterior in tẽpore eſt præferẽdus poſteriori.*

111 *Nova inveſtitura lite pendente obtenta eſt nulla & attentata.*

112 *Nova inveſtitura non eſt attentata, ſi non eſt obtenta lite pendente, aliàs ſecus.*

113 *Lite indeciſa pendente, nõ poteſt dici conſtare de non jure, ad effectum revocandi attentata, niſi de illo conſtet per confeſſionem partis, aut rem judicatam.*

114 *Licet conſtaret de non jure petentis revocari attentata poſſeat tamen illa revocari ex officio ob ſpretum jurisdictionis.*

115 *Judex, cujus eſt læſa majeſtas revocat attentata ex officio.*

116 *Præſcriptio interrupta per citationem, petitionem vel interpellationem non obſtat.*

117 *Præſcriptio Statutaria facilius tollitur.*

118 *Statutum Urbis c. 158. excipit contractus Cenſus. c. 159. non comprehendit contractum juratum.*

119 *Statutum Urbis non habet locum in actione reali quæ competit per Cenſu.*

De Attentatis, Pars II. Cap XV.

1 A Quia attentatum eſt privilegiatum prout ſpolium, cum ſicut ſpolium in primis, & ante omnia eſt revocandum, ità etiam attentatum in primis & ante omnia eſt purgandum, & in judicio attentatorum, quod omnia alia judicia ſuſpendit, ſummatim, abſque terminorum ſubſtantialium obſervatione, proceditur; idcircò poſt quàm actum fuit de ſpolio, antequàm de cauſis ordinariis agatur, aliqua breviter de attentatis, & quomodo in eorum revocatione procedatur, non abs re viſum fuit in medium afferre.

Regula eſt clara in jure, quod lite, vel appellatione pendente nihil in contemptum Judicis, vel præjudicium partis ſine juſta, & rationabili cauſa eſt innovandum, aliàs quicquid in contrarium agitur, eſt nullum, & attentatum, & omninò revocandum, & in priſtinum ante omnia reducendum, ob id in Tribunali, A. C. ſi aliquid lite, vel appellatione pendente, vel in ſpretum, inhibitionis aut Judicis contemptum, fuerit attentatum, ad ejus revocationem proceditur, citata parte, ut infra, videlicet. 2

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad dicendum contra jura producta, & repetita, videndum jurare Teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, admitti, committi, & mandari reſtitui dimiſſa copia collationata ad p. d. inſtante NN. principali ſivè &c. 3

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura hodie in Broliardo producta, & petiit, & obtinuit admitti ſi & in quantum, & committi, ut ſupra, omni &c.

Productio verò jurium poteſt fieri, ut infra, & aliàs juxta praxim, de qua ſupra *par. 1. capit. 2. nu. 9.* videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. & ad docendum de nullitate executionis exadverſo factæ ſuper bonis, de quibus agitur, in ſpretum inhibitionis, ac lite (vel appellatione) pendente, facta per compulſum, produxit inſtrumentum executionis præfatæ, rogatum per acta NN. ſub die N. anni N. *vel aliud juxta facti contingentiam*, & repetiit monitorium, in actis ſub die NN. reproductum, & omnia alia acta, & actitata geſta, & facta per acta mei &c. in quantum &c. petens &c. omni etc. 4

Quod ſi attentata non poſſunt probari per ſcripturas, erunt probanda per alia legitima probationum genera, vel etiam per Teſtes, ſervatis ſervandis, datis articulis opportunis, juxta contingentiam facti, examinandos, parte citata ad dicendum contra illos, juxtà praxim ſuperius traditam *p. 1. c. 11. n. 2. & ſeqq.* 5

Quibus probatis, aut agitur de aliqua re, ſeù actu facto, vel in ſpretum Inhibitionis, vel illa non obſervata, et citatur pars, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum declarari incidiſſe in pœnis in Inhibitione contentis, et pro illis mandatum de capiendo, et reſtituendo pignora, et aliud neceſſarium, et opportunum decerni, et relaxari, in Expenſis condemnari, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè etc. 6

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, et obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni etc.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter Dominus relaxavit Mandatum de capiendo, et reſtituendo. et aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè etc.

N. Notarius.

Aut quia virtute Mandati executivi, vel de aſſociando, vel alterius ſimilis, procedit ad executionem in ſpretum alicujus inhibitionis, vel chartæ dotalis, vel hujuſmodi alterius impedimenti, et capit poſſeſſionem bonorum de quibus agitur, et tunc pro revocatione attentatorum, citatur pars, quæ ut ſupra attentavit, ut infra, videlicet. 7

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum revocari executionem nulliter factam ſuper domo NN (*ſeù poſſeſſionem domus nulliter captam*) in ſpretum inhibitionis, de qua agitur, cum omnibus indè ſecutis, et in Expenſis condemnari, ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè etc. 8

N. Notarius

Decretum.

NN. petiit, et obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni etc.

A. C. N.

Digitized by Google

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus revocavit executionem, & aliàs prout in actis inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

9 Eſt autem hic obſervandum, quod ſi quis Attentatis adhuc non purgatis, citare voluerit Adverſarium ad exhibendum, & juſtificandum Inhibitiones, &c. aliàs videndum mandari exequi, ſeù procedi ad ulteriora in executione juxta formulam ſuperius traditam, *par. 1. cap. 9. num. 5.* non poteſt aliquod decretum obtinere, niſi purgatis in primis, & ante omnia Attentatis, ac reſciſſis Expenſis, ſed illis purgatis, etiam quoad expenſas, benè poterit inſtare pro revocatione inhibitionis, & obtinere illius moderationem niſi fuerit exadverſo juſtificata.

Aut agitur de revocatione Attentatorum lite, vel appellatione, vel tempore ad appellandum pendente, & citatur pars, ut infra, videlicet.

A. C. N.

10 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum revocari quæcunque attentata, et innovata lite (ſeu appellatione) pendente, et omnia in priſtinum reduci, et reſtitui, ac in expenſis condemnari, ad p. d. inſtante, NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. revocavit Attentata & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

11 Nec attentans, Parte opponente, ſeù proteſtante, poterit ad ulteriora in cauſa aliquo modo procedere, niſi attentatis prius, ut ſupra ante omnia, purgatis uſque ad obulum.

12 Cæterum, ſi decretum ſuper Attentatorum revocatione obtentum ſit injuſtum, poteſt ab eo infra legitima tempora interponi appellatio coram Judice à quo, et infra, et aliàs juxta facti contingentiam, videlicet.

Pro NN. contra NN.

13 Coram D. meque etc. NN. habita notitia de aſſerto Decreto definitivo facto ad favorem NN. ab eo, et omnibus aliis gravaminibus, ad Sanctiſſ. D. N. Innocentium X. ejuſque S. Sedem Apoſtolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris etc petens etc. omni etc.

Cui D. dedit refutatorios in forma, omni etc.

Tenor Cedulæ.

14 A quadam aſſerta Sententia, ſeù Decreto definitivo per R. P. D. NN. A. C. Locumtenent. lata ſeù facto, ad favorem NN. contra NN. de, et ſuper revocatione executionis factæ ſuper domo NN. de qua agitur, in vim Mandati de aſſociando ſer. ſer. relaxati, rebuſq; aliis etc. Procurator, et eo nomine d. NN. ſentiens ſe læſú, at gravatum, et timens in poſterum magis lædi, et gravari etc. ab illo, et toto ulteriori proceſſu ad Sanctiſſ. D. N. Innocentium X. ejuſque S. Sedem Apoſtolicam in his ſcriptis provocat, appellat, et æquè principaliter de nullitate dicit, petens ſemel, bis, tertiò, ſæpè, ſæpius, ſæpiſſimè inſtanter, inſtantius, et inſtantiſſime ſibi de Apoſtolis reſpondori, et quatenus præſens appellatio non admitteretur à non admiſſione illius, ac toto ulteriori proceſſu iterum appellat, ac provocat, et ut ſupra, de nullitate dicit, ac toties quoties etc. ita ut ſit ultimus in appellando etc. et interim etc nihil innovari etc. aliàs de nullitate etc. non ſolùm ut ſupra, ſed omni alio etc.

15 Commiſſio verò in Signatura porrigenda erit citata Parte, et obtenta prius Superſeſſoria ab Eminentiſſ. Signaturæ Juſtitiæ Præfecto, juxta Praxim ſuperiùs traditam *p. 1. c. 13. a 19. & ſeqq.* & poterit confici commiſſio, ut infra, et aliàs mutatis mutandis etc. videlicet.

Romanæ.

16 Beatiſſime Pater, Devotus S. V. Orator NN. obtinuit à R. P. D. NN. R. P. D. A. C. Locumtenente, citato NN. adverſario Mandatum de aſſociando ad poſſeſſionem domus NN. de qua agitur, virtute clauſulæ *Conſtituti*, prout ex inſtrumento rogato per acta NN. in actis exhibito, cujus quidem mandati virtute accepit d. domus realem, & actualem poſſeſſionem, ſervatis de jure, ac de ſtylo ſervari ſolitis, ſed quia nihilominus d. NN. adverſarius ſub prætextu aſſertæ inhibitionis, NN. d. poſſeſſionem, ac mandati executionem non minus nulliter quam injuſtè ab eodem judica cum omnibus inde ſecutis revocari extorſit; ob id idem Orator ad S. V. infra legitima tempora appellavit, & de nullitate dixit. Supplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur cauſam, & cauſas appellationis & appellationum, nullitatis, & nullitatum ex tribus iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ, innovatorum, &c. & reſtitutionis in integrum, prout de jure &c à dicto definitivo decreto, ſeu ſententia definitiva una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Sacri Palatii Apoſtolici Auditori, audien. cognoſcen. deciden ſineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citan. inhiben. quos, quibus, quoties &c. Conſtitutionibus, Stylo Palati, cæteriſque contrariis non obſtan. quibuſcumque Statum &c. pro plenè &c.

Alia Commiſſio extra Rotam.

Beatiſſime Parte Introducta lite, & cauſa coram R. P. D. A. C. met, pro parte, & ad inſtantiam Devoti S. V. Oratoris NN. contra NN. de, & ſuper manutentione in poſſeſſione domus NN. de qua agitur, rebuſque aliis &c idem NN. adverſarius poſſeſſionem d. Oratorit, uti attentatam ab eodem Judica revocari extorſit; verùm quoniam idem Orator, d. Domus poſſeſſor, ſemper continuavit in ejus poſſeſſione, & qui continuat, non attentat, ſentiens ſe læſum, & gravatum, à d. Decreto, ſeù Sententia appellavit, & æquè principaliter de nullitata dixit, Dignetur igitur S. V. cauſam & cauſas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ hujuſmodi, ab aſſerto definitivo Decreto, ſeù aſſerta Sententia definitiva infra legitima tempora interpoſitæ & interpoſitarum, necnon reſtitutionis in integrum, prout de Jure &c. ac quorumcumque exadverſo attentatorum, & innovatorum, una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis ac toto negotio Principali, & quam, & quas alicui S. V. Romanæ Curiæ Prælato audien. cognoſcen. deciden. ſineque debito termin. committere, & mandare, cum poteſtate citandi inhibendi quos, quibus, quoties ſingulis diebus, & horis, præterquam in honoram Dei feriaris. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Statum &c. pro plenè &c. 17

Signatura autem, dum videt Decretum eſſe juſtum, committit cauſam appellationis, reſcribendo cum clauſula *ſine præjudicio* &c. ſi verò Decretum patitur difficultatem, reſcribit cum clauſula, *ſi quid exequendum*, at ſi videt illud eſſe manifeſtè injuſtum, committit ſimpliciter cauſam appellationis, abſque alia clauſula. 18

Verum hæc procedunt, quando Attentata fuerunt, quidem lite vel appellatione pendente, vel infra terminum datum ad appellandum, aut aliàs, ut ſupra, in ſpretum inhibitionis commiſſa, & lis adhuc durat; ſed ſi poſtea lis fuit in negotio principali terminata per Sententiam, quæ in judicatum tranſivit, & fuit conſummata executio, & attentata lite, vel appellatione pendente, vel aliàs, ut ſupra commiſſa non fuerunt adhuc revocata, tunc agere volens ad illorum revocationem, debet procedere via monitorii ut infra, & aliàs mutatis mutandis, juxta contingentiam facti videlicet. 19

De mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A. C. ſivè R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis & ad inſtantiam NN. principalis ten. Præſentium. 20

Moneatur NN exadverſo principalis, quatenus infra tridaum proximum ſub. 500. ducatorum &c. Cameræ Apoſtolicæ applican. & pro illis Mandati executivi, & in juris ſubſidium, excommunicationis &c. aliiſque &c. pœnis debeat realem, actualem, & corporalem poſſeſ-

tionem

Digitized by Google

ſionem vineæ ſitæ extra portam NN. juxta bona NN. & NN viam & alios ſi qui ſiut &c. tanquam per eum occupatam poſt inhibitionem, de qua in actis, legitimè præſentatam, liteque pendente, ac de facto apprebenſam et captam, et ob id nullam, attentatam, et innovatam, dimiſiſse, dereliquiſse, & relaxaſse, et ab omni, et quacumque illius detentione, et occupatione ceſsaſſe, et deſtitiſse, ac præſatum NN. inſtantem, et omnia in priſtinum ſtatum, in quo erat ante inhibitionem, et attentata repoſuiſse, reſtituiſse, et quatenus opus ſit, reintegraſse, ac fructus à tempora occupationis perceptos, et uſque in diem actualis dimiſſionis percipien. damnaque expenſas, et intereſse paſsa, et patien. ac liquidan. etc. refeciſse, et quæcumque decreta, ſententias, et mandata de reſtituendo, amovendo, et reintegrando, aliaque deſuper neceſsaria, et opportuna ferri, fieri, concedi, decerni, et relaxari vidiſſe et audiviſſe ad favorem d. D. Inſtantis etc. deducens in præmiſſis omne jus, omnemque actionem, ſibi ubicumque, et quomodocumque provenien. et competen. implorans nobile officium Judicis, et beneficium juris non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo etc. ideo etc. ſi quis etc. alioquin etc. omni etc.

NN. Notarius. Locus † ſigilli.

21 Obſervandum tamen eſt, quod ſi is qui inſtat pro revocatione attentatorum, hoc caſu poſſideat tempore commiſsorum attentatorum, et non habuit ſe pro ſpoliato, poterit intentare interdictum retinendæ, juxta praxim ſuperius traditam, hac eadem *part. 2. cap. 12. n. 1. & ſeqq.*

Si verò habuit ſe pro ſpoliato, poterit intentare remedium recuperandæ, juxta praxim poſitam in *cap. proximo præcedente num. 1. & ſequentibus*, et utilius erit iſtis caſibus agere altero ex dictis remediis, ſeu interdictis, quàm inſtare via Monitorii, ut ſupra, pro revocatione attentatorum, cum in dictis remediis, ſeu interdictis non detur regulariter appellatio ſuſpenſiva, ſicut datur, quando, ut ſupra, agitur via Monitorii pro attentorum revocatione, etiamſi quis petat revocari attentata, et ſimul manuteneri, vel reintegrari, idque ob mixturam attentatorum, quæ facit cauſam appellabilem.

22 Cæterum, ſi quis potius via ordinaria ad revocationem attentatorum procedere maluerit, poterit agere prævio Monitorio, ut ſupra, et alias mutatis mutandis ſecundum contingentiam facti.

Monitorio contra Patrem adverſam à Curſore executo, ac ſubſcripto, adnotatur illius reproductio in broliardo, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

23 Coram Domino, meque etc. NN. Sanctiſs. D. N. Papę Curſor retulit, ſe perſonaliter monuiſse NN. prout in folio, tenoris etc. omni etc.

Exadverſo poteſt infra triduum negari Monitorium, et fieri ſolita proteſtatio, videlicet.

Pro NN. contra NN.

24 In Officio NN. negando Monitorium, dixit narrata prout narrantur, non fuiſse, nec eſse vera, et ad petita, prout petuntur non teneri, ideo nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, verificantis verificandis, aliàs etc. omni etc.

25 Pro verificatione Monitorii probanda ſunt Attentata, de quibus agitur, vel per Scripturas, vel per Teſtes, vel per alia legitima probationum genera, ut ſupra poſt principium hujus *c. 15. num. 3. & ſeq.* dictum fuit, poteruntque confici Articuli opportuni, ut infra, et aliàs juxta contingentiam facti, videlicet.

26 Articulos infraſcriptos, dat, facit, exhibet, et producit Procurator, et eo nomine NN. contra NN. petens recipi, et admitti, et ſuper eis Teſtes inducendos, ſervatis ſervandis examinari, ad ſuperfluam tamen probationem non ſe aſtringens etc. deducens etc. ſalvo jure etc. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo etc. In primis hic loco articulorum repetit Monitorium, una cum inhibitione contra Adverſarium, ſub die N. menſis N. anni N legitimè executum, et in actis ſub die N. reproductum, et omnia alia jura, acta et actitata, geſta, et facta per acta mei NN. Notarii, In quantum etc. ex quibus etc. licet etc tamen etc. quatenus opus ſit probare vult, et intendit.

1 Che la verità fù, et è che NN. articolante fin del meſe di N. dell' anno N. e molto tempo prima, hà pacificamente poſseduto una Vigna poſta fuori di porta N. à lato NN. et NN. la via, et altri della quale hà preſo fino à detto tempo i frutti a debiti tempi dalli Vignaroli, et affittuarii, e da chi è occorſo, e come meglio li Teſtimoni diranno la verità del fatto, e coſi etc.

2 Item che NN. avverſario, hà di poi del meſe di N. dell'anno N. indebitamente occupato, et occupa de facto il poſseſso di detta vigna della quale hà preſo, e piglia i frutti, benche indebitamente, e come meglio i Teſtimoni informati deporranno la verità del fatto, e coſi etc.

3 Item che delle dette coſe ne fù, era, et è publica voce, e fama, palam etc. e coſì etc.

Hos pro nunc etc. deducens etc. non ſe aſtrigens etc. ſalvo jure et ad ſuperfluam tamen probationem non ſe aſtringens etc. omni etc.

Nomina Teſtium.

NN. Viterbien. degens in Regione Burgi.

NN. Sutor Romanus degens in Regione Montium, et alii nominandi N N. N. N. N. N.

Examinatis Teſtibus, juxta praxim ſuperius traditam *part. 1 capit. 11. numer. 2. & ſeqq.* ac probatis probandis, ſi cauſa non excedit valorem ducentorum ducatorum auri de Camera, citatur ad Sententiam, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum 27
deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, concludendum, concludique videndum in cauſa, et audiendam ſententiam definitivam in forma, et aliàs omni etc. ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè etc.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, et obtinuit, ut ſupra etc. deferri juramentum etc. qui tactis juravit etc. et concludi, et ſententiari, prout in Cedula, quam Reverendiſs. D. Locumtenens legit, ſubſcripiit, mihique Notario conſignavit, prout in folio, tenoris etc. ſuper quibus etc. præſentibus Sociis teſtibus etc. omni etc.

Verum ſi cauſa excedit dictum valorem, ſervantur termini ſubſtantiales, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad libellandum ad p. d. ad articulandum ad 2 ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2. ad declarandum, ad jurandum de calumnia, ad p. d in terminis ſubſtantialibus, Inſtante NN. principali, ſivè etc.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit, jura hodie in Broliardo producta, & repetita, et petiit, et obtinuit ſervari, ut ſupra, et admitti ſi, et in quantum, omni etc.

Et ſi nihil de novo eſt producendum, poteſt fieri repetitio jurium in Broliardo, ut infra, videlicet.

Pro NN contra NN.

In Officio NN. repetiit omnia, et ſingula jura, inſtru- 29
menta, ſcripturas, acta, et actitata, geſta, & facta per acta mei &c. ad cauſam facien. in parte, & partibus &c. & in quantum &c. et non alias etc. petens etc. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo etc.

Si verò alia jura ſunt de novo producenda, poteſt fie- 30
ri productio illorum juxta Praxim ſuperius traditam *part. 1. cap. 2. numer. 11. & ſeqq* et eodem modo, ut ibidem dictum fuit, poterunt exadverſo opponi generalia contra etc.

Succeſſivè citatur ad Sententiam, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſu principalis, ad videndum rei- 31
terari, omnes, et ſingulos terminos ſubſtantiales male forſan nulliter, et incuiacatè tentos, habitos, atque ſervatos, in vim quarumcumque facultatum, abſolvi Inſtantem à Cenſuris ad effectum, etc. deferri Juramentum

Digitized by Google

tum in ſuppiementum plenæ probation s, quatenus
opus ſit concludendum, concludique videndum in cau-
ſa, et audiendum Sententiam definitivam omni etc ad
p d.Inſtante NN. principali ſivè etc

N. Notatius.

Decretam.

NN.petiit, et obtinuit, ut ſupra etc admitti, ad rei-
tetationem terminorum, etc.qui reitetavit in forma
&c defertiluramentum etc.qui tactis juravit&c.& ſeo-
tentiari, prout in Cedula, quam Reverendiſs. D.Lo-
cumteneos legit, ſubcripſit, et mibi conſignavit, teoo-
ris etc.ſuper quibus etc. præſentibus Sociis Teſtibus
etc.non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo
etc.

Tonor Cedulæ.

32 Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſadentes, et
ſolum Deum præ oculis habeutes. Per haoc noſtram
definitivam Sententiam, quam de juris Petitorum
conſilio ferimus in his ſcriptis, io cauſa, et cauſis, quæ
coram nobis in prima, ſeù vetiori varſæ fuerunt, et ver-
tuntur inſtantia, inter NN. Actorem ex una, et NN
Raum conventum ex altera partibus, de, et ſuper dimiſ-
ſione, et relaxatione, ae reintegratione poſſeſſinols
Vineæ ſitæ extra portam N.iuxta bona NN.et NN.et
alios ſi qui ſint etc. lite (ſeù appellatione) pendente
occupatæ. rebuſque aliis etc. Dicimus, pronuncia-
mus, decernimus, et declaramus poſſeſſionem d. Vi-
neæ, ejuſque jurium etc.prædictum NN. poſt inhibi-
tionem, de qua io actis, legitimè præſentatam, ac lite
pendente apprehenſam, at occupatam, fuiſſe, et
eſſe nullam, et attentatam, et ideò revocandam cum
omnibus inde ſecutis, prout revocamus, dictumque
NN. Actorem fore, et eſſe ad poſſeſſionem dictæ Vi-
neæ reintegrandum, et reſtituendum, et omnia in pri-
ſtinum ſtatum reponenda, prout erant ante hujuſmo-
di Attentata, et Inhibitionem, prout reſtituimus, re-
pooimus, & reintegramus, amoto d. NN.adverſa-
rio, et quocumque alio illicito Detentore, manda-
tumque de reſtituendo, et amovendo, ac reintegrao-
do, et aliud neceſſarium, et opportunum decernimus,
et relaxamus, dictumque NN. in fructibus à die præſa-
tæ occupationis perceptis, et uſque io diem actualis
dimiſſionis percipiendis et in expenſis condemnamus,
quorum fructuum liquidationom, et expenſarum taxa-
tionem Nobis, vel cui de jure in poſterum reſerva-
mus, & ita dicimus, pronunciamus, ſententiamus, et
declaramus non ſolum præmiſſo, ſed etiam omoi alio
meliori modo etc.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumteoens.

33 Abhac Sententia datur appellatio, ac proinde ap
pellare volens poterit ſuam appellatinoem coram Iudi-
ce à quo, infrà legitima tempora interponere, ut ſupra
*n.*13.*& ſeqq.*

Commiſſio verò via ordinaria ſignanda poterit fie-
ri, ut infra, et aliàs mutatiamutandis, videlicet.

Romana.

34 Beatiſſime Pater. Dignetur S.V cauſam, et cauſas
appellationis, et appellationum, nec non nullitatis, et
nullitatum ex tribus, iniquitatis, notoriæ iniuſti-
tiæ infra legitima tempora interpotæ, et interpoſi-
tarum, Attentatorum, ac reſtitutionis in integrum,
prout de jure, à prætenſa Sententia definitiva lata
perR.P.D NN.A C Locumtenentem in prima inſtan-
tia (ſeù alias juxta facti contingentiam) ad aſſertum
favorem NN.contra devotum S.V.Oratorem NN de,
et ſuper dimiſſione, et relaxatione Vineæ, ſitæ extra
Portam NN. juxta booa NN.et NN. et alios fines ſi
qui etc.rebuſque aliis in actis cauſæ, et cauſarum huiuſ
modi latius deductis etc.uoa cum omnibus inciden.de-
penden.emergen annexis, connexis, ac toto negocio
principali, et quam, et quas etc.alicui Sacri Palatii
Apoſtolici Auditori audien. cognoſcen. decidan. fine-
que debito terminan.committere, et mandare cum fa-
cultate citan.nec non inhiben.quos, quibus, quoties,
Conſtitutionibus, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis
non obſtanquibuſcumque, Statum &c. pro plenè &c.

35 Verum ſi pars ab huiſmodi Sententia neu appelave-
rit, vel appellationem proſecuta non fuerit, tunc, obſer-
vatis quatuor terminis, ad dicendum de appellatione
et illius legitima proſecutione, de quibus ſupra *part.*1.
*cap.*13.*num.*70 et nihil quod relevet docto, expeditur
Mandatum tenoris, videlicet.

De mandato illuſtriſs et Reverendiſs.Domini A.C. 36
ſivè R. P. D. NN. *ejus* in civilibus Locumtenentis, et
ad ioſtantiam NN.principalis, Tenore præſentium.

Mandatur Vobis Executoribus, Subexecutoribus,
et aliis, ad quos ſpectat, quatenus ſtatim viſis, et re-
ceptis præſentibus, ſub 500. ducatorum etc. aliiſque
pœnis etc.debeatis, et quilibet veſtrum debeat, NN.
exadverſo principalem ab attentata occupatione, et
detentatione Vineæ NN. de qua agitur, amoviſſe,
et abſtuliſſe, dictumque NN. Actorem, et omnia,
in priſtinum ſtatum, in quo erant ante hujuſmodi at-
tentata, reſtituiſſe, repoſuiſſe, et reintegraſſe, amoto
quocumque illicito Detentore, aliaque deſuper neceſ-
ſaria, et opportuoa feciſſe, in contrarium facien non
obſtantibus quibuſcumque. Necnon auferatis de bonis
de Domo, vel aliundè dicti NN.boua valoris Julio-
rum NN. pro Expenſis præſentis Mandati, quę ablata
deponatis, ad effectum etc.quia d. NN. adverſario ci-
tato, in vim Sententiæ deſuper latæ, Reverendiſs.D.
ità mandavit, hac die etc.

N. Notatius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

Cujus quidem mandati virtute Executor procedit 37
ad ulteriora in executione, amovendo Detentorem, et
alia ut ſupra faciendo, de quibus Notarius actuarius
conficit publicum inſtumentum, juxtà Formulã, de
qua ſupra io capite proximo præcedenti num. 19. et
aliàs mutatis mutandis, juxta formam, et tenorem dicti
Mandati de amovendo, et contingentiam facti.

Ad expenſarum verò taxationem, et fructuum liqui- 38
dationem proceditur pariter, juxta praxim ſuperius
traditam in proximo præcedenti capite *n.* 30.*& ſeq.* et
ad pignorum denique ablationem, et ſubhaſtationem
juxta ſuperius tradita *part.*1.*cap.*14.*& ſeq.*

Obſervationes.

ATtentatum eſt quidquid ſine rationabili cauſa ſit, A
lite, appellatione, aut his æquipollente, pen- 39
dente, à iudice, ſeu Parte, aut habente cauſam ab eis,
in contemptum iuriſdictionis, et præiudicium Partis,
officio eius, cuius eſt læſa maieſtas in primis, et ante
omnia revocandum. Lancell *de Attent. in præfat. num.*
4.*& ſeqq.*

Attentata igitur ſive lite, ſive appellatione penden- 40
te ſive poſt inhibitionem, aut alias quomodolibet, ſunt
ex omnibus Juris regulis in primis, et ante omnia revo-
canda, *cap. non ſolum*, et ibi latè Scribentes, *de Appell.*
in 6 Lancell *de Attent. in præfat. numer.*33.*& de privil.*
*Attent. par.*3 *cap.*3 *num.* 131. *et ſeqq.* Scacc. *de Appell.*
*quæſt.*3.*num.*47.*et ſeq.* Rot.*deciſ.*235.*num.*1.*par.*1.*et de-*
*ciſ.*735.*num.*1.*par.*2.*et deciſ.*251.*num.* 1.*et deciſ.*272.*n.*
1.*p.*3.*rec.*Greg.*dec.*465.*n.*1.

Sed hæc regula Primò non procedit, quando atten 41
tata controvertuntur, & ſunt turbida Rot *in Cæſarna-*
gaſtana Diſmembrationis 23. *Iunuarii.* 1610.*coram bo.*
me.Card Sacrato, *Impreſſ.*apud. Marcheſ *de Commiſſ.*
*Null ſanat. part.*3 *deciſ.* 1. *n.*2. *fol.*178.et in Conchen.
Cappellaniæ 3. *Aprilis* 1615. *cor. bon. mem. Card. Veraſ-*
pio, et eo magis ſi obtenta fuit à Signatura commiſſio,
cum clauſula arbitrio Rotæ, *ſeù Iudicis*, quæ relaxat
Juris rigorem Rot. *in d.Conchen Cappellaniæ*, *cor bon.*
me.Card.Veraſpio, *& dec.*231.*n.*1.*& dec* 637.*n*...*p.*3.*rec.*
ſecus ſi illa eſſent clara, quia tunc nec etiam † intrat 42
arbitrium ad effectum reiiciendi Attentata Rota *deciſ.*
735.*n.*2 *p.*2.*& dec.*769.*n.*2.*p.*3.*& dec.*123.*n.*1.*p.*5.*rec.*

Secundò non procedit, quando Attentata depen- 43
dentia cognitione negocii principalis, Capyc. *dec.* 72.
Beltram.ad Gregor.*deciſ.*283.*num.* 8.*in fin & ad deciſ.*
465.*num.*12 Rota *deciſ.*231.*num.*1.*part.*3.*recent.* Duran.
*deciſ.*313.*n.*11 *& ſeqq.* ubi quod hoc locum habet, quan-
do Attentata ſunt turbida, ſecus ſi ſunt clara, quia tunc
non dicuntur dependere à cognitione negocii principa-
lis, cum de illis notoriè appareat, etiam negocio princi-
li, non diſcuſſo.

Ter-

44 Tertiò non procedit, quando notoriè conſtat de non
jure petentis revocari attentata, Mareſcott. var. reſo-
lut. lib. 2. cap. 121. num. 58. & ſeqq. Rota dec. 7. ut lit.
pendén. in antiq. & in Cortben. Cappellaniæ, 3. Aprilis
1615. coram bonæ memoriæ Card. Veroſpio, & dec. 251.
nu. 1. & 2. part. 3. recent. ubi quod ad hunc effectum non
jus debet eſſe clarum, & manifeſtum, & de eo conſta-
re per rem judicatam, vel per confeſſionem partis, Bu-
ratt. decif. 177. num. 4. & decif. 212. numer. 12. ubi
45 quod † hoc habet locum, etiam ſtante clauſula arbi-
trio, Beltram. ad Gregor. d. dec. 465. n. 12.
46 Quartò non procedit, quando diminueretur cul-
tus Divinus, Gloſ. in cap. pervenit il ſecondo, in verbo
aſſignans, de appell. Beltram. ad Gregor. dec. 465. nu.
12. Rota dec. 251. num. 1. in fine par. 3. recent ubi ſub
n. 4. ſubdit, id procedere, quando attentatum fuit per
viam Viſitationis, non autem judicialiter, vel quando
fuit fruſtratoriè, ad litem in longum protrahendam,
appellatum.
47 Quintò non procedit, quando revocatio poſſet cau-
ſare ſcandalum in Populo, Beltramin. ad Gregor. dec.
276. num. 9. Rota dec. 22. num. 24. & dec. 657. num. 2.
par. 3. recent.
48 Sextò non procedit, quando appellatio eſt de-
ſerta, & de deſertione notoriè conſtat in actis,
nam tunc attentata, poſt decem dies datos ad ap-
pellandum commiſſa, non revocantur Lancell. de
attent. appell. penden. part. 2. capit. 12. ampliat. 1. n. 1.
& numer. 8. & numer. 20. cum aliis cumulatis per
Mareſc. var. reſol. libr. 2. capit. 121. numer. 63. &
49 ſeqq. In caſibus tamen, in quibus † intrat illorum re-
vocatio, poſſunt revocari per viam injuſtitiæ, & nulli-
tatis via ordinaria, ut per Lanceli. d. c. 12. ampl. 1. n. 20.
Scac de appell. q. 15. n. 27. & 74
50 Septimò non procedit ad effectum tollendi jus quæ-
ſitum ex reſcripto Signaturæ, adeò quod hoc caſu non
ſit etiam locus clauſulæ arbitrio pro attentatorum reje-
ctione, Burat. dec. 177. n. 8.
51 Octavò non procedit dicta regula, quando fuit
appellatum ab interlocutoria, quia tunc attentata
non revocantur ante omnia, niſi fuerit in primis
pronunciatum bene appellatum capit. non ſolum, de
appell. in 6. Oldrad. conſ. 30. n. 10. verſ. præterea, Fed.
de Sen. conſ. 198. num. 5. verſic. de ſecundo, vel niſi
ſaltem fuerit juſtificata veritas cauſæ appellationis d.
cap. non ſolum, de appell. in 6. Rota dec. 44. n. 1. de ap-
pell. in ant. Scacc. de appell. quæſt. 3. n. 47. quæſt. 17. li-
mit. 47. mem. 1. nu. 28. quod tamen plures patitur reſtri-
ctiones, de quibus per Scac. d. lim. 47. memb. 1. n. 73.
& ſeqq.
52 Nec deſunt alii caſus, in quibus attentata in primis,
& ante omnia non revocantur, quorum ultra ducentos,
congerit Lancell. de attent. p. 3. de privileg. atten. c. 39. n.
178. cum pluribus ſequentibus.
53 Attentata verò infra decem dies, pendente termino
ad appellandum, ante interpoſitam appellationem
commiſſa, non ſolent revocari per viam attentato-
rum, ſed benè per viam nullitatis, Rot. dec. 176. n. 2. &
deciſ. 638. num. 2. par. 3. recent. Gregor. dec. 513. n. 3.
Duran. dec. 86. num. 13. & dec. 177. numer. 5. ubi alias
deciſiones cumulat, Ferentill ad Buratt. dec. 63. num.
14. quod procedit etiam ſi cauſa appellationis deſerta re-
manſerit, Cæſ de Graſ. dec. 2. nu. 5. de appell. Mareſc.
variar. reſolut lib. 2. c. 121. nu. 64. Buratt. dec. 59. nu.
5. & dec. 72. nu. 3. & dec. 306. nu. 4. Duran d. dec. 177.
n. 4. & ſeqq.
54 Sed prædicta non procedunt, quando non datur appel-
latio ſuſpenſiva; tunc enim, ſivè fuerit proceſſum ad
ulteriora infra decem dies datos ad appellandum, ſive
poſt interpoſitam appellationem, ſivè poſt inhibitionem
Judicis delegati, attentata non revocantur Scac. de ap-
pel. q. 3. n. 69. & q. 17. lim. 6. memb. 3. n. 22. & ſeqq. lim. 9.
nu. 59. Cavaler. dec. 69. num. 5. in fin. Ferentill. ad Bu-
ratt. dec. 902. n. 7.
55 Quod non ſolum procedit commiſſa cauſa cum clau-
ſula ſine præjudicio legitimæ executionis, vel cum
clauſula quatenus ſit locus Ægidianæ, Scacc. d. quæſt. 17.
limit. 6. membr. 3. num. 24. Sed etiam quando in com-
miſſione † nulla eſt facta mentio obligationis Came- 56
ralis, vel Guarentigiæ, quæ ſpecialem mentionem
requirunt, tunc enim A. C. vigore ſuarum faculta-
tum poteſt ad ulteriora procedere, etiam ſi vigore
reſcripti Signaturæ Inhibitio emanaverit, etiam abſque
alia commiſſionis reformatione, quia hoc caſu commiſ-
ſio appellationis tantum operatur ad effectum devoluti-
vum Scacc d. q. 17. lim. 6. memb. 3. n. 24. & lim. 9. nu. 59.
Rot. dec. 641. num. 11. verſ. quod autem par. 1. diverſ.
cum aliis cumulatis per Ferentill. ad Buratt. dec. 177. n.
9. lit. A. verſ. limitatur primo, ubi quòd hoc habet lo-
cum, quando eſt clarum facultates A. C. intrare, ſecus
ſi eſſet dubium.
Secundò ſimiliter non procedunt, quando quis 57
continuat in ſua poſſeſſione, quia regula eſt univer-
ſalis, quod qui continuat, non attentat cap. 1. ubi
Abb. num. 1. & nu. 4. ut lit. pen. Gloſſ. in clem. 2. in ver-
bo innovari, ut lit. pend. Rot. dec. 39. nu. 7 & dec. 77.
num. 3. par. 3. recent. Greg dec. 557. nu. 1. Duran. dec.
19. n. 7. & dec. 198. n. 15. Beltramin. ad Greg. dec. 203.
num. 7. Rota dec. 73 num. 3. par. 6. rec. ubi quod idem
procedit in Herede, qui niſi ei adminiſtratio, & appre-
henſio poſſeſſionis ſit alias interdicta, poteſt lite pen-
dente abſque vitio attentatorum apprehendere poſſeſſio-
nem bonorum Defuncti, & continuare jus quod tranſiit
in ipſum, prout erat penes Defunctum.
Sed hæc regula primò non habet locum, quando 58
quis poſt motam litem mutavit modum poſſidendi,
Gloſſ. in cap. non ſolum, in verbo reducendum, circa
medium, verſ. dic. tamen de appell. in 6. Bero conſ. 118.
num. 8. ubi de communi, num. 24. lib. 3. Beltramin. ad
Greg. dec. 557. num. 5. §. 1. deciſ. 637. num. 4. par. 1. rec.
Secundò non habet locum, niſi prius quæſita poſſeſ- 59
ſione valida, Buratt. dec. 434 nu. 9. quem ſequitur Ro-
ta. in Meſſanen. Decanatus 13. Februarii 1645. cor. R. P.
D. Ghiſlerio in §. pariter non ſuffragatur.
Tertiò non habet locum ſtante Sequeſtro cum inhi- 60
bitione Rotali, de cujus viribus non ſpectat cognoſcere
ad Judices inferiores, nec quando cauſa fuit ſpecialiter
commiſſa ſuper continuatione, & illo actu particulari,
ex cumulatis per Beltramin. ad Gregor. dec. 203. nu. 6.
quem ſequitur Rot. in d. Meſſanen. Decanatus 13. Febr.
1645. coram R. P. D. Ghiſlerio in d. §. pariter.
Quartò non habet locum, quando continuatio ſumi-
tur ab apprehenſione poſſeſſionis, quæ dedit cauſam
liti, Rot. in Bononien. attentatorum 18. Junii 1646. co-
ram R. P. D. Cerro.
Debent autem attentata revocari ab eo Judice, cu- 61
jus fuit læſa majeſtas, Rot. dec. 303. nu. 3. p. 3. rec. Bu-
ratt. dec. 72. nu. 5. & dec. 77. n. 2 & ſeq. Greg. dec. 486.
num. 7.
Et poteſt Judex revocare Attentata etiam ex officio, 62
Greg. dec. 91. num. 8. & dec. 305. num. 4. Cavaler. dec.
175. nu. 3. Burat. 386. n. 5. quod procedit, etiam ſi no-
toriè conſtet de non jure Petentis revocari Attentata,
Beltram. ad Greg. d. dec. 91. n. 12.
Sed hoc eſt remedium extraordinarium, & ob id ei 63
locus non eſt, quando poteſt agi via ordinaria ad revo-
cationem Attentatorum. Greg. dec. 504 n. 3. & ſeqq.
Rot. dec. 357. n. 2. p. 3. recent.
Purgari etiam debent attentata in eo Tribunali, cu- 64
jus Juriſdictio fuit læſa, niſi cauſa ſit alibi, prout in Ro-
ta, in ſpecie ſuper attentatis commiſſa, Greg. dec. 486.
n. 4. Buratt. dec. 72. n. 5.
Purgantur autem per legitimam ceſſionem atten- 65
tatis factis, ita quod nec attentans aliquod commodum
ex attentatis amplius ſentiat, nec attentata paſſus ali-
quod intereſſe ob id patiatur, Greg. d. dec. 486. n. 3. &
n. 17. Buratt. dec. 126. num. 3. Cavaler. dec. 138. num.
5. quæ ceſſio debet eſſe † pura, & non conditionalis, 66
alias non relevat. Greg. d. dec. 486. n. 4. Ferentill. ad Bu-
ratt. dec. 126. n. 9.
Quando verò fuit omnis poſſibilis diligentia pro illo- 67
rum purgatione adhibita, attentata habentur pro purga-
tis, Creſ. dec. 1. & ſeq. de poſſeſſ. & fruct. Beltram. ad Greg.
dec. 303. num. 6. Ferentill. ad Buratt. dec. 388. num. 8.
Duran. dec. 166. num. 10. ubi quod hujuſmodi diligen-
tia probatur Juramento.

68 Pro illorum tamen purgatione non ſufficit depoſi-
tum Julii unius cum oblatione ſolvendi reſiduum,
quando facta erit liquidatio, juxta opinionem, Angel.
in l. ait Prætor 4., *ff. de re judic.* ſed requiritur omnimo-
da purgatio uſque ad obulum, jux. doct. Bald. *in c. con-
querente de reſtit. Spol.* quam ſervat Rota in hujuſmodi
Judiciis privilegiatis, latè Beltram. ad Greg. *d. dec.* 303.
num. 6.

69 Sed hoc non procedit, quoad damna, & intereſſe,
de quibus aliquo modo non conſtat, nec quoad expen-
ſas extrajudiciales factas ab eo, qui attentata paſſus eſt,
quas attentans ignorat, tunc enim ſufficit depoſitum
unius Julii cum obligatione ſolvendi reſiduum, poſt-
quam facta erit liquidatio, & in hoc benè procedit opi-
nio, Ang. *in d. §. ait Prætor n.* 1. etiam in materia privi-
legiata, Rot. *dec.* 157. *n.* 1 *p.* 3. *rec.* Greg. *dec.* 303. *n.* 1. &
70 ibi Beltramin. *num.* 6. nam cum attentans † prædicta
ignoret, eſt impoſſibile, quod poſſit illa uſque ad obu-
lum purgare, & ad hujuſmodi impoſſibile nemo tene-
tur, *l. apud Julianum §.* 1. *ff. de legat.* 1. *l. continuus §. il-
lud ff. de verb. oblig. l. non dubium C. de legib.* late Cra-
vett. *conſil.* 12. *num.* 1. *& ſeqq.* Duran. *deciſion.* 166. *nu-
mer.* 10.

71 Papa verò non attentat, quia eſt ſupra jus *clem.* 1. *in
fin. verſ. ſalva tamen ut lit. pend. c. propoſuit. de conceſſ.
præbend.* Ægid. *dec.* 749. *in fin.* Rot. *dec.* 25. *n.* 3. *de re-
ſcript. in nov.* Greg. *dec.* 2. *n.* 2. Beltram. *n.* 15. Cavaler.
dec. 186. *n.* 4.

72 Litteræ tamen Apoſtolicæ, licèt non poſſint dici
attentatæ, Greg. *dec.* 2. *num.* 1. non tamen excuſant
73 † ab attentatis, quando in eis non eſt facta mentio
de lite, Greg. *deciſ.* 305. *numer.* 5. quinimò licèt in eis
74 ſit facta mentio † de lite per clauſulam *cujus litis ſta-
tum &c.* quæ præſervat Gratiam à ſubreptione, &
Attentatis, Beltram. ad Gregor. *deciſ.* 2. *numer.* 16. *&
75 ſeq.* Cavaler. *dec.* 186. *nu.* 3., poteſt tamen † eſſe, quod
poſſeſſio capta vigore hujuſmodi proviſionis Apo-
ſtolicæ ſit attentata, Greg. *dec.* 10. Beltram. ad Greg.
d. dec. 2. *num.* 15. *& num.* 16. ubi plures cumulat deci-
ſiones.

76 Et licet Tertius qui non eſt in lite, non attentet *cap.
Romana §. in altum, de appell. in* 6. Mareſc. *var. reſol lib.*
2. *c.* 121. *n.* 60. *& ſeq.* Achill. *dec.* 28. *de appell.* Greg. *dec.*
14. *n.* 6. Caval. *dec.* 186. *n.* 4.

77 Hoc tamen non procedit, quando Tertius habet
cauſam à parte, quæ erat in lite, Afflict. *dec.* 354. *nu.*
2. Greg. *dec.* 14. *nu.* 6. quod habet locum etiam ſi Ter-
tius poſſideat cum titulo & bona fide, Buratt. *dec.* 406.
num. 2.

78 Cauſam autem à Parte in Beneficialibus habet, qui
fuit proviſus per ceſſionem aut reſignationem in fa-
vorem, aut per permutationem, aut per alium ſimilem
modum *c.* 2. *ut lit. pend. in* 6. Rot. *dec.* 3. *ut lit. pend. in an-
tiq. & dec.* 3. *ut lit. pend. in nov. & dec.* 1247. *p.* 3. *lib.* 3. *di-
verſ. & deciſ.* 705. *nu.* 3. *p.* 1. *rec.* Beltram. ad Greg. *dec.*
15. *num.* 7.

79 Secus qui fuit proviſus per obitum, aut per ceſſio-
nem, aut reſignationem, non in favorem, ſed liberam
in manibus Sanctiſſimi, aut per ceſſionem ſeu reſigna-
tionem ejus, qui non erat in lite, aut per privatio-
nem, vel per alium certum ſimilem modum, dummodo
ab eo, qui erat in lite, cauſam non trahat; tunc enim
cum in Beneficialibus non detur ſucceſſio, *cap. ad ex-
tirpandas & c. ex tranſmiſſa de Fil. presb.* Rot. *dec.* 54.
in fin. de Proc. in nov. Put. *dec.* 33. *num.* 3 *lib.* 1. Proviſus
habet novum jus de novo creatum non aliundè, quam
à Papa, Rom. *conſ.* 374 *n.* 5. *verſ. ſed Prælato* Papazon.
ad Rot. *dec.* 13. *n.* 4. *de Procur. in nov.* Rot. *dec.* 705. *n.*
80 1. *part.* 1. *recent.* & † ob id, cum in nihilo habeat cau-
ſam à parte, quæ erat in lite, non poteſt ei obiici, quod
attentaverit Lancell. *de Attent. par.* 1. *c.* 3. *n.* 4. *& ſeqq.*
Ægid. *dec.* 102. *& dec.* 749. Menoch. *dec.* 3. *nu.* 1. *ut lit.
pend.* Achil. *dec.* 28. *de appel.* Put. *dec.* 74. *n.* 3. *& nu.* 9. *lib.*
2. Seraph. *dec.* 583. *n.* .. Rota *dec.* 705. *num.* 1. *par.* 1. *re-
cent.* Cavaler. *dec.* 186. *n.* 2. *& ſeqq* Beltram. ad Greg. *dec.*
14. *num.* 7.

81 Cæterum ad revocationem attentatorum poteſt
ſummariè procedi, ex puro, & mero officio Judicis in-
cidenter ſine libello, & ſinè litis conteſtatione, nàm in
hoc non requiritur aliquis ordo judiciarius, Gloſ. *pri-
ma in Clem. fin. ut lit. pend.* Abb. *in cap. bonæ, nu.* 16.
verſic. magna eſt differentia, & numer. 57. & ibi etiam
Franc. *col.* 4. *verſ. primo quia in remedio attentati, de ap-
pel.* Imol. *in c. ex parte, il ſecondo n.* 11. *de reſcrip.* Lap.
alleg. 98. *quæris a me, n.* 1. *ante fin. verſ.* 1. *§. quia* Card.
conſil. 10. *num.* 2. Ægid. *dec.* 101. *dec.* 548. *& dec.* 294.
Rot. *deciſ.* 1. *de off. jud. in antiq. & deciſ.* 2. *de reſtitut.
Spol. in nov.* Scacc. *de appel. quæſt.* 17 *lim.* 47. *memb.* 1.
num. 173.

Sed hoc non procedit, quando fuit petita reſtitutio 82
per viam attentati Franc. *in diſput. petit. in* 2. *dub. poſt. n.*
13. quem refert, & ſequitur Mandoſ. *de Commiſſ. ſuper
attent. form.* 14. *in verbo, cauſam, & juſſus attentato-
rum, verſ. ſecus verò.*

Nam etiam in ipſa reſtitutione ſpoliatorum libel- 83
lus offertur, lis conteſtatur, & ordo judiciarius requi-
ritur, Franc. *in d. c. bonæ, col* 4 *verſ. primo, quia de ap-
pel.* Imol. *in d. c. ex parte, il ſecondo, n.* 11. *de reſcript.*
Lap. *d. alleg.* 98. *n.* 1. *verſ. primo, quia* Card. *d. conſ.* 10.
num. 2. Scacc. *d. lim.* 47. *membr.* 1. *nu.* 137. ubi † quod 84
licèt in hoc ſit magis privilegiatum Judicium attentato-
rum, quam ſpolium, in alio tamen eſt magis privilegia-
tum ſpolium, quia in eo non datur appellatio, quod ſe-
cus eſt in judicio attentatorum.

Proindè in ſummario judicio attentatorum, de 85
quo ſupra, nec etiam termini ſubſtantiales ſervandi,
ut habetur in Practicabilibus Rot. *ſub tit. de Term. uſu,
& qualit. n.* 8. Mand. *de commiſ. ſuper attent. d. form.* 14. *in
verbo cauſam, & cauſas, verſ. addo etiam*, Saluſt. Tib.
in Penn. lib. 2. *c.* 8. *n.* 8. ubi quod in his magis contemptus 86
Judicis, quàm læſio juris, & partis inſpicitur, Rot.
dec. 78. *alias* 763 *de appell. in antiq.* ubi quod ita commu-
niter tenet Rota.

Sed hoc non procedit, quando ad revocationem 87
attentatorum agitur via ordinaria, nam tunc ſicut re-
quiritur libellus, & ordo juris, ità etiam termini ſub-
ſtantiales requiruntur, ut ſupra *hoc eod. cap. ſub n.* 22. *&
ſeqq. & n.* 28. dictum fuit, ſicut in aliis judiciis ordina-
riis de quibus dicetur inferius *p.* 3 *c.* 2.

Petens autem revocari attentata debet tantum pro- 88
bare rem, de qua agitur, poſſediſſe de tempore litis
motæ, & ad præſens illam adverſarium detinere, ſeu
occupare, Imol. *in c. ex parte, il ſecondo, num.* 11. *de
reſcript.* Card. *conſ.* 10. *n.* 2. hoc eſt docere de attentatis
lite, vel appellatione pendente, juxta tradita per Rot.
dec. 78 *de appell. in antiq.*

An autem à revocatione attentatorum detur ap- 89
pellatio, contrariæ ſunt DD. opiniones, nàm dari
appellationem aſſerit, Contard. *in l. unica, tit. de
Ægid. q.* 7. *C. ſi de mom. poſſeſſ. agat. fol.* 643. Scacc. *de ap-
pel. q.* 17. *lim.* 47. *memb.* 1. *nu.* 172. ubi alios cumulat,
& de communi, ac in praxi, & Curia Romana obſerva-
ta opinione teſtatur, & hoc videtur ſupponere Rot.
dec. 2. *de re judic. in nov.* dum tres ſententias in cauſa,
attentatorum latas commemorat, quam etiam habitam
ab omnibus pro vera, & in practica ſervatam fatetur
Lancell. *de attent. p.* 3. *c.* 28. *n.* 44.

Sed contrariam opinionem, quod ſcilicet à ſententia 90
lata ſuper revocatione attentatorum non detur appella-
tio, tenet idem Contard. *in d. l. unica in ampliat. ſub n.*
239. & Lancell. *de atten. d. cap.* 28. poſtquam primam
opinionem quatuor fundamentis comprobavit, *num.*
45. *& ſeq.* denique ab ea recedit & hanc contrariam opi-
nionem, quam contra omnes ſe credere veriorem, aſ-
ſerit, ſexdecim comprobat fundamentis, & contrariis
reſpondet uſque ad *n.* 99.

Et nihilominus *nu.* 98. d. primam opinionem ample- 91
ctitur & limitat uſque ad *n.* 99. *& ſeq.* tribus modis limi-
tat uſque ad *num.* 136. Primò ſcilicet, ut non procedat
in ſpolio attentato, quam limitationem latè comprobat
d. n. 99. *& ſeq.*

Sed contrariam opinionem quod etiam in ſpolio 92
attentato datur appellatio, tenet Contard. parum ſibi
conſtans *in d. l. unica ſub tit. de Ægid. q.* 7. *n.* 2. *& ſeqq.*
Marcheſ. *de Commiſ. appell. in Salv. p.* 1. *§.* 2. *num.* 73.
fol. 1085. Rota *in Cæſar auguſtan. Spolii* 10. *Feb.* 1576. *co-*

rum

Digitized by Google

cam bonæ memor. Card. Seraph. impreſſ. apud Marcheſ. *de commiſſ. reſtit. in integr. part.* 1. §. 3. *deciſ.* 25. *fol.* 223. quam communem, & in Romana Curia, & praxi obſervatam teſtatur. & ſequitur Scacc. *de appell. quæſt.* 17 *limit.* 6. *mem.* 6. *n.* 75. *in princ. verſ. quod dicendi.*

93 Verum hæc ſecunda opinio non procedit quando in ſententia lata in ſpolio de attentatis tantum in enunciativa, non autem in parte diſpoſitiva, fuit facta mentio, nam verba diſpoſitiva, non autem enunciativa ſunt attendenda, Contard *in d. l. unica limit.* 2. §. 5. *numer.* 19. & de Ægid. *d.* 9·7 *a numer.* 2. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 34 *num.* 12. *par.* 3. *diverſ.* Andr. *deciſ.* 106. *aliàs* 107, *num.* 6.

94 Proindè ſi agens ſpolio, lite pendente commiſſo, attentatum deducit, non principaliter, ſed incidenter, & narrativè, cum in nihilo, utatur privilegio attentatorum, ſed cauſam ſecundum terminos ſimplic. ſpolii proſecutus fuerit, licèt in ſententia incidenter facta fuiſſet mentio attentati in narrativa, procul dubio ex hoc non daretur appellatio Lancell. *de attent. d. cap* 28 *num.* 123.

95 Cautius tamen erit in his, & ſimilibus caſibus quod Iudex pronunciet ſupra ſimplici ſpolio, & deindè, ſi facienda eſt mentio de attentat s, ſubdendo, *Item pari noſtra ſententia diffinimus.* pronunciet ſuper attentatis, & ſic ferat ſententiam per capita ſeparata, prout ſæpius in hujuſmodi, & aliis caſibus, ad complicationem, &
96 mixturam evitandam, fieri † conſuevit, & paſſim obſervat praxis; tunc enim tot ſunt capita, quot ſententiæ *l. etiam* §. *ex cauſa*, ubi etiam Gloſ. *in verbo audiendus ff. de Minor. gloſ. in l. ampliorem*, & ibi Bald. *numer.* 3. *verſic. ſed quid ſi diverſa C. de appell.* Abb. *in c. Raynaldus, in* 6. *not. numer.* 7. *de Teſt.* Rot. *deciſ.* 427. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* Gregor. *deciſ.* 552. *numer.* 1. & ibi Beltramin. *num* 6 cum aliis cumulatis per eundem Beltramin. ubi ſupra, & per Ferentill. ad Buratt *deciſ.* 368. *num.* 11.

97 Et ob id, licet in ea parte, in qua agitur de revocatione attentatorum, daretur appellatio, non tamen in alio capitulo, in quo de ſimplici ſpolio ageretur, appellatio veniret admittenda Ferentill. ad Burat. *d. dec.* 368. *num.* 14 ubi quod ita fuit deciſum in Bononien. *de Manzolis* 16. *Februarii* 1629 *coram bon. mem. Coccino Decano.*

98 Secundò loco Lancell. *de Attent. cap.* 28 *num.* [illegible] limitat opinionem communem, quòd à ſententia revocationis attentatorum detur appellatio, ut non procedat in attentatis appellatione pendente.

99 Tertiò denique loco *n.* 136. *& ſeqq.* eandem limitat, ut non procedat in attentatis pendente aliqua lite, in qua appellatio eſſet prohibita, nàm ſicut appellatio eſt prohibita in cauſa principali, ita in acceſſoriis, & è contra, *ut per eam.*

100 Sed quicquid ſit de his limitationibus, juxta praxim, quæ in Curia Romana, & in Tribunali A. C. quotidiè obſervatur, ſic diſtinguendum eſt.

Nam aut quis probatis attentatis, petit illa revocari ſummariè via privilegiata officio Judicis, aut aliàs incidenter via privilegiata, ut ſupra diximus verſiculo, *Cæterum ad revocationem n.* 81. & decretum eſt interlocutorium, ut per Lancell. *de attent. d. cap.* 28. *num.* 36 & ob id ſi decretum eſt juſtum, & validum, non datur appellatio, & Signatura reſcribit cum clauſula *ſine præjudicio* ſi juſtitia, & validitas eſt clara, & in his terminis poteſt procedere opinio Lancel. *de attent. d. c.* 22. *num.* 49 *& ſeq.* una cum limitationibus, quas ipſe affert, ut ſupra, opinionis contrariæ, *num.* 99. *& ſeqq.*

101 Aut validitas, & juſtitia decreti eſt turbida, & Signatura reſcribit cum clauſula *ſi quid exequendum*, vel alia ſimili; aut decretum eſt invalidum, vel iniuſtum, & de hoc clarè apparet, & datur appellatio ad utrumque effectum, & in his terminis poteſt procedere opinio Scacc. quæ eſt ut ſupra communis, & in praxi recepta.

102 Aut denique fuit actum principaliter ad revocationem attentatorum per viam actionis, aut alias via ordinaria non privilegiata, juxta tradita per Lancell. *de attent. c.* 21. *num.* 32. *& ſeq* & tunc cum ſententia ſit definitiva, ut per eundem Lancell. *de attent. d. cap.* 28. *numer.* 39. vel habeat vim definitivæ, Lancell. *de attent. d. cap.* 28. *num.* 36. Ægid. *deciſ.* 48. Rota *deciſ. prima, ut lit. pend. in nov.* Cavaler. *deciſ.* 376. *num.* 4. utique abſque aliqua difficultate in judicio ordinario venit admittenda appellatio, & in his etiam terminis poteſt procedere prima opinio Scac. communiter in Romana Curia recepta.

Verùm, ſi Judex attentata, vel ſequeſtrum attenta- 103
tum revocare recuſaverit, certè datur appellatio, March. *de commiſſ. ſuper attent. part.* 2. §. 2. *num* 95. *fol.* 51. & multò magis ſi pronunciaverit attentata non eſſe revocanda, appellatio concedetur Lancell. *de attent. d. cap.* 28. *num.* 41. *& ſeq & num* 88. *& ſeq.*

In reliquis in hac ampliſſima attentatorum materia 104
poterit in facti contingentis recurri ad Robertum Lancellotum J. C. Peruſinum, qui uberrimum Tractatum de attentatis compilavit.

Obſervatio.

Domini de aſſettamento dixerunt concedendam 105
reſtitutionem in integrum Carolo; quia conſtat in actis de credito liquido anteriore ex publicis inſtrumentis Cenſus, & ceſſionis Camerali obligatione validis, quæ faciunt probationem probatam, rem claram, & manifeſtam, Bald *in leg. intereſt in ult not. C. de ſolut.* Dec. *in l. ff. de nov. oper. nun.* Mantic. *deciſ.* 26. *numer.* 1. Gregor. *deciſ.* 180. *num.* 1. *& dec.* 137. *nu.* 13.

Adiudicatio verò exadverſo extorta non eſt habenda 106
in conſideratione, quia nulla, & iniuſta.

Nulla defectu citationis, quæ requiritur in unoquoque actu *l. de unoquoque ff. de re iud. leg. nam ita Divus ff. de adopt.* Gabr. *de citat. concluſ.* 1. Tiraq. *in tract. res inter alios acta per tot.* Rot. *deciſ.* 619. *numer.* 1. *part.* 1. *diverſ.* Cavaler. *deciſ.* 564. *numer.* 3. qui defe- 107
ctus eſt inſanabilis Vant. *de nullit. defect. cit. num.* 9. Rota *deciſ.* 312 *n.* 2 *part.* 4. *recent.* Caval. *dec* 396. *num.* 6.

Nec relevat citatio, de qua in actis, quia executa 108
domi in qua Carolus aſſertus citatus nunquam habitavit, ut probant Teſtes, unde fuit illegitima, & nulla, *l.* 1. § *domum ff. de lib. agnoſ* Vant. *de nullit. defect. cit. n.* 11. Gabr. *conſ.* 52. *num.* 36 *l.* 1. Fenz. *ad Stat. Vrbis lib.* 1 *cap.* 51. *nu.* 15 & ideò proindè ac ſi facta non eſſet *l.* 1. §. *pen. ff. quod cuiuſque univerſ. l. quoties, ff. qui ſatiſd. cogan. cap.* 2. *de tranſ. Prælat. Clem.* 1. *de immunit. Eccleſ.* Vant. *de null. tit. quot. & iuſ. quod n.* 16. *& ſequ. n. & ſignanter nu.* 27. *& ſeqq.*

Quæ nullitas, parte opponente, in primis eſt re- 109
vocanda Vant. *de nullit. tit. quot. & quib. mod. num* 11. *& ſeq.* Cæſ. de Graſſ *dec.* 9. *n.* 8. *de cauſ. poſſeſ. prop.* Rot. *dec.* 46 *p.* 1. *recent.* Coccin. qui alios cumulat, *deciſ.* 206. *num.* 1. *& ſeq.*

Iniuſta autem fuit adiudicatio, quia ad favorem 110
Creditoris poſterioris, cui omninò Creditor anterior eſt præferendus, *c. qui prior. de reg. jur. in l. quoties tantrinſq.* & ibi gloſ. *in verb. temp ff qui pot. in pig. hab. l.* 2 ubi Bart. & DD. *ff. eo tit.* Cepoll. *caut.* 124 Covar. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 18.

Non obſtat, quod Paula adverſaria ad confovendum 111
malum jus, quod habet extorſerit novam conceſſionem & inveſtituram ab Archiconfraternitate domina directa Domus, de qua agitur. Quia cum hujuſmodi conceſſio fuerit extorta, lite pendente, in præjudicium Caroli, fuit nulla, & attentata, ut poſt alios, quos allegat, ſequitur, Gabr. *de jud. concl.* 4. *num.* 1. & in ſpecie quod inveſtitura lite pendente extorta ſit nulla, & attentata tradunt. Caſtr. *conſ.* 72. *in cauſa num.* 1. *& ſeq. lib.* 2 Felyn. *conſ.* 32. *num* 13. Men. *conſ* 2. *nu.* 190. Gabr. *de jud. d. concl.* 4. *n* 24 *& alii*, quos refert, & ſequitur Lancell. *de attent. lit. pend. p.* 2. *num.* 4. *lim.* 10. *num.* 21. *& ſeq.*

Nec deciſiones factæ in *Romana Vineæ* 21. *Iunii* 112
1627. *coram R. P. D. Dunozetto, &* 28. *Februarii &* 26. *Iunii* 1628. *coram bonæ memoriæ Card. Virili*, exadverſo allegatæ applicantur. Quia in eo caſu conceſſio Inveſtituræ non erat facta lite pendente, & ob id erat valida, & in caſu noſtro lite pendente conceſſa eſt

Digitized by Google

eſt nulla, & attentata *ex appellatis*, ob id in primis, & ante omnia revocanda, & omnia in priſtinum reponenda.

113 Nec dicatur, quod domus, de qua agitur, ſit prohibita alienari, & hipothecari, & ſic conſtet de non jure Caroli; nam ex hoc multo magis excluderetur Paula creditrix poſterior, ſed quidquid ſit de hoc, nihilominus ad hoc videtur locus revocationis Attentatorum, quia cum lis pendeat indeciſa, non poteſt dici conſtare de non jure ad effectum revocandi Attentata, ut poſt alios, quos allegat, tradit Greg. *deciſ.* 465. *num.* 9. nam de non jure ad d. effectum conſtare debet per confeſſionem Partis, vel rem judicatam, non ex aliis probationibus, Lancell. *de attent. part.* 3. *cap.* 24. *q.* 1. *num.* 64. *uſque ad num.* 84. Rot. *dec.* 251. *n.* 2. & *dec.* 769. *num.* 3. ubi alias deciſiones cumulat *p.* 3. *rec.* Greg. *d. deciſ.* 465. *numer.* 9.

114 Et ubi conſtaret de hujuſmodi non jure Caroli, de quo tamen non conſtat, cum nulla adſit ejus confeſſio, nec res judicata, & proinde Attentata non eſſent ad ejus inſtantiam revocanda, deberent nihilominus revocari per Dominum Judicem ex officio, nam non ſolum eſt læſa Pars, ſed etiam Judex, & judicium, & ſic ob ſpretum juriſdictionis, Mil. *in repert. in verbo Attentata lite pendente*, Alexan. *conſil* 99. *viſis proceſſibus*, *num.* 9. *lib.* 5. Rot. *dec.* 2. *in fin. de reſt. ſpol. in nov.* Greg. *d. dec.* 465. *n.* 10

115 Et quod Judex, cujus eſt læſa Majeſtas, revocet attentata ex officio, tradit Lancell. *de attent. in præfat. num.* 333. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 4. *num.* 1. *& deciſ.* 10. *ad fin. uſlit. pend. in nov.* etiam parte non petente, Caval. *deciſ.* 279. *num.* 9. Rota *in Hiſpica Cappellan.* 19. *Decembris* 1629. *coram R. P. D. Merlino*

Non obſtat præſcriptio Statutaria Urbis, vel quia interrupta per citationem, petitionem & interpellationem judicialem, *leg. ut perfectius*, *& l. ſicut multis*, ubi Gloſ. *C. de annal. except.* Alex. *in l. ſi Servum*, *§. ſequitur verſ. Imolam hoc addit*, *ff. de verb. oblig.* Bald. *conſil.* 286. *num.* 9. *verſic. ſuper illa.* 3. Galganet. *ad ſtatut. Urb. lib.* 1. *cap.* 258. *num.* 30. *& ſeqq. lim.* 4. Fenzon. *ad Stat. Urb. lib.* 1. *cap.* 159. *num.* 3. *& cap.* 158. *num.* 24. *& ſeq.* 116
† ubi quod ex diſpoſitione Statuti ſufficit etiam interpellatio extrajudicialis, & merito, quia præſcriptio ſtatutaria facilius tollitur, Rota *deciſ.* 86. *num.* 2. *part.* 1. *diverſ.* 117

Vel quia Statutum *cap.* 258. *lib.* 1. excipit contractus Cenſus *& cap.* 159. & non comprehendit contractum juratum, ex cumulatis per Fenzon. *ad Stat. Urb. lib.* 2. *d. cap.* 158. *num.* 54. & per Rot. *deciſ.* 159. poſt eundem Fenzon. *impreſſ. & in Romana fructuum Cenſuum* 13. *Iunii* 1608. *coram bon. memor. Card. Merlino*, † eo magis, quia Statutum non habet locum in actione reali, quæ pariter pro Cenſu competit, Fenzon. *d. cap.* 158. *num.* 51. *& ſeqq.* Rot. *poſt eundem deciſ.* 144. *ex quibus die* 27. *Februarii* 1638. DD. de aſſectamento dixerunt, dandam reſtitutionem in integrum, & 24. Aprilis 1638. ſteterunt in votatis, utraque &c. 118 119

Finis Secundæ Partis.

PETRI

Digitized by Google

PETRI RIDOLPHINI J. C.

NOBILIS CORTONENSIS PATRITIIQUE ROMANI

De Ordine Procedendi in Judiciis in Romana Curia.

Praxis recentior, Impuritate Typorum deleta, debitæ emendationi reſtituta.

De Cauſis Ordinariis.

PARS TERTIA.

CAPUT PRIMUM.

SUMMARIUM.

1 *Aud. C. quas cauſas ſummariè, & manu regia, aut aliàs prout in Beneficialibus cognoſcere valeat, juxta ejus ordinarias facultates.*
2 *Cauſa quid ſit.*
3 *Cauſa quibus modis accipiatur.*
4 *Cauſa in quo differat à lite, & quæſtione.*
5 *Cauſa Judicialis ordinaria, ſeù judicium ordinarium, quid ſit.*
6 *Ordo judiciarius ortum duxit à Deo in Paradiſo.*
7 *Deus Sententiam, à qua non dabatur appellatio, ſtatim exequutus fuit contra Adam, prout fecerat contra Angelos reprobos.*
8 *Ordo judiciarius, quid ſit.*
9 *Ordo judiciarius, ingenio Majorum inventus non eſt prætermittendus.*
10 *Ordo ubi non eſt ibi confuſio & nihil boni eſt.*
11 *Citatio eſt fundamentum ordinis Judiciarii.*
12 *Ordo Judicii in quibus propriè conſiſtat.*
13 *Sententia in cauſis ordinariis lata juris ordine non ſervato, eſt nulla.*
14 *Præpoſteratio ordinis in ſubſtantialibus reddit actum nullum.*
15 *Præpoſteratio ordinis Mandati A. C. & etiam juris reddit capturam nullam.*
16 *Subſtantialia judicii ordinarii, quorum omiſſio, vel præpoſteratio reddit ſententiam nullam, quæ ſint.*
17 *Omiſſio vel præpoſteratio probationum, publicationis Proceſſus, & dilationum non vitiat Sententiam, niſi ab ea fuerit appellatum.*
18 *Cautionis præſtatio poteſt omitti, tàm expreſſè, quàm tacitè.*
19 *Quorum omiſſio, vel præpoſteratio non vitiet Proceſſum ante vel poſt litem conteſtatam.*
20 *Omiſſio libelli in ordinariis, reddit Proceſſum nullum.*
21 *Ordo judiciarius procedendi ſervandus, eſt, juxta Stylum loci, in quo cauſa ventilatur.*
22 *Non obſtantibus Statutis loci, ubi Partes ſunt oriundæ.*
23 *In Deciſoriis attenditur locus contractus.*
24 *In Curia in cauſis ordinariis ſunt ſervandi termini ſubſtantiales, aliàs Sententia eſt nulla.*
25 *Sententia de partibus ſi in proceſſu ſubſtantialia judicii, & mos regionis fuit ſervatus, non ſit nulla, licet non fuerint ſervati termini ſubſtantiales in curia ſervari ſoliti.*
26 *Commiſſa cauſa de partibus in Rota in ſecunda vel ulteriori inſtantia ſervantur, termini ſubſtantiales primæ, & quare.*
27 *Ordo eſt ſervandus etiam in Sententiæ executione, & in quibus.*
28 *Si Pars non appellat à perverſione ordinis executionis exequutio tranſit in judicatum.*
29 *Ordo Judicii ordinarii non eſt neceſſarius, quando non requiritur libellus.*
30 *Ubi Judex procedit de facto, ordo Judicii non requiritur.*
31 *In cauſa Fiſcali non requiritur ordo Judiciarius, quando debitum eſt liquidum, & quare.*
32 *In articulo probationis Famæ ordo Judicii ordinarii non requiritur.*
33 *Ordo Judicii non requiritur in Notariis;*
34 *In exequutivis ordo eſt non ordo.*
35 *In ultima audientia in Rot. ordo eſt, ordinē non ſervare.*
36 *Via ordinaria, & via exequutiva non ſunt contrariæ, ſed diverſæ.*
37 *Via ordinaria electa, non poteſt rediri ad exequutivam.*
38 *Contra Tertium eſt agendum via ordinaria.*
39 *Indebitè ſolutum vigore obligationis Cameralis poteſt repeti via ordinaria.*
40 *Contra habentem parem titulum agendum eſt via ordinaria.*
41 *Inter plures Proviſos Apoſtolicos via ordinaria eſt procedendum.*
42 *Qui non venit ex eadem vocatione, nec ex eodem fonte à Sede Apoſtolica non habetur pro legitimo contradictore.*
43 *Si unus ex proviſis Apoſtolicis venit per reſignationem unius, & alter per obitum alterius, qui fuit immiſſus eſt legitimus Contradictor.*
44 *Duo poſſunt diverſis reſpectibus eamdem rem in ſolidum poſſidere.*
45 *Cauſa ordinaria non poteſt effici à partibus ſummaria.*
46 *Cauſa omnis in Rota dicitur prophana, excepta ea, quæ eſt ſuper titulo Beneficii.*
47 *Cauſa, ut ſit Beneficialis, ſufficit quod agatur de titulo beneficii in re, vel ad rem, ſivè in Petitorio, ſivè in poſſeſſorio.*
48 Clementina diſpendioſam *loquitur de cauſis ſuper titulo Beneficii & Beneficia tangentibus.*

eſt nulla, & attentata *ex appellatis*, ob id in primis, & ante omnia revocanda, & omnia in priſtinum reponenda.

113 Nec dicatur, quod domus, de qua agitur, ſit prohibita alienari, & hipothecari, & ſic conſtet de non jure Caroli; nam ex hoc multo magis excluderetur Paula creditrix poſterior, ſed quidquid ſit de hoc, nihilominus ad hoc videtur locus revocationis Attentatorum, quia cum lis pendeat indeciſa, non poteſt dici conſtare de non jure ad effectum revocandi Attentata, ut poſt alios, quos allegat, tradit Greg. *deciſ.* 465. *num.* 9. nam de non jure ad d. effectum conſtare debet per confeſſionem Partis, vel rem judicatam, non ex aliis probationibus, Lancell. *de attent. part.* 3. *cap.* 24. *q.* 1. *num.* 64. *uſque ad num.* 84. Rot. *dec.* 251. *n.* 2. *& dec.* 769. *num.* 3. ubi alias deciſiones cumulat *p.* 3. *rec.* Greg. *d. deciſ.* 465. *numer.* 9.

114 Et ubi conſtaret de hujuſmodi non jure Caroli, de quo tamen non conſtat, cum nulla adſit ejus confeſſio, nec res judicata, & proinde Attentata non eſſent ad ejus inſtantiam revocanda, deberent nihilominus revocari per Dominum Judicem ex officio, nam non ſolum eſt læſa Pars, ſed etiam Judex, & judicium, & ſic ob ſpretum juriſdictionis, Mil. *in report. in verbo Attentata lite pendente*, Alexan. *conſil* 99. *viis proceſſibus*, *num.* 9. *lib.* 5. Rot. *dec.* 2. *in fin. de reſt. ſpol. in nov.* Greg. *d. dec.* 465. *n.* 10

115 Et quod Judex, cujus eſt læſa Majeſtas, revocet attentata ex officio, tradit Lancell. *de attent. in præfat, num*, 333. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 4. *num.* 1. *& deciſ.* 10. *ad fin. uliis.* *ſtud. in nov.* etiam parte non petente, Caval. *deciſ.* 179. *num.* 3. Rota *in Hiſpalen Cappellan.* 17. *Decembris* 1629. *coram R. P. D. Merlino*

Non obſtat præſcriptio Statutaria Urbis, vel quia in- 116
terrupta per citationem, petitionem & interpellationem judicialem, *leg. ut perfectius*, *& l. ſiem multis*, ubi Gloſ. C. *de annal. except.* Alex. *in l. ſi Servum*, *§. ſequitur verſ. Imol. ... hoc addit*, *ff. de verb. oblig.* Bald. *conſil.* 286. *num.* 9. *verſic. ſuper lib.* 3. Galganet. *ad ſtatut. Urb. lib.* 1. *cap.* 158. *num.* 30. *& ſeqq. lim.* 4. Fenzon. *ad Stat. Urb. lib.* 1. *cap.* 159. *num.* 3. *& cap.* 158. *num.* 24. *& ſeq.*
† ubi quod ex diſpoſitione Statuti ſufficit etiam inter- 117
pellatio extrajudicialis, & meritò, quia præſcriptio ſtatutaria facilius tollitur, Rota *deciſ.* 86. *num.* 2. *part.* 1. *diverſ.*

Vel quia Statutum *cap.* 158. *lib.* 1. excipit contractus 118
Cenſus *& cap.* 159. & non comprehendit contractum juratum, ex cumulatis per Fenzon. *ad Stat. Urb. lib.* 2. *d. cap.* 158. *num.* 54. & per Rot. *deciſ.* 159. poſt eundem Fenzon. *impreſſ. & in Romana fructuum Cenſuum* 13. *Iunii*
1603. *coram bon. memor. Card. Merlino*, † eo magis, 119
quia Statutum non habet locum in actione reali, quæ pariter pro Cenſu competit, Fenzon. *d. cap.* 158. *num.* 51. *& ſeqq.* Rot. *poſt eundem deciſ.* 144. *ex quibus die* 27. *Februarii* 1638. DD. de affectamento dixerunt, dandam reſtitutionem in integrum, & 24. Aprilis 1638. ſteterunt in votatis, utraque &c.

Finis Secundæ Partis.

PETRI

Digitized by Google

PETRI
RIDOLPHINI J. C.
NOBILIS CORTONENSIS
PATRITIIQUE ROMANI
De Ordine Procedendi in Judiciis in Romana Curia.

Praxis recentior, Impuritate Typorum deleta, debitæ emendationi reſtituta.

De Cauſis Ordinariis.

PARS TERTIA.

CAPUT PRIMUM.

SUMMARIUM.

1 *Aud. C. quas cauſas ſummariè, & manu regia, aut aliàs prout in Beneficialibus cognoſcere valeat, juxta ejus ordinarias facultates.*
2 *Cauſa quid ſit.*
3 *Cauſa quibus modis accipiatur.*
4 *Cauſa in quo differat à lite, & quæſtione.*
5 *Cauſa Judicialis ordinaria, ſeù judicium ordinarium, quid ſit.*
6 *Ordo judiciarius ortum duxit à Deo in Paradiſo.*
7 *Deus Sententiam, à qua non dabatur appellatio, ſtatim exequutus fuit contra Adam, prout fecerat contra Angelos reprobos.*
8 *Ordo judiciarius, quid ſit.*
9 *Ordo Judiciarius, ingenio Majorum inventus non eſt prætermittendus.*
10 *Ordo ubi non eſt ibi confuſio & nihil boni eſt.*
11 *Citatio eſt fundamentum ordinis Judiciarii.*
12 *Ordo Judicii in quibus propriè conſiſtat.*
13 *Sententia in cauſis ordinariis latà juris ordine non ſervato, eſt nulla.*
14 *Præpoſteratio ordinis in ſubſtantialibus reddit actum nullum.*
15 *Præpoſteratio ordinis Mandati A. C. & etiam juris reddit capturam nullam.*
16 *Subſtantialia judicii ordinarii, quorum omiſſio, vel præpoſteratio reddit ſententiam nullam, quæ ſint.*
17 *Omiſſio vel præpoſteratio probationum, publicationis Proceſſus, & dilationum non vitiat Sententiam, niſi ab ea fuerit appellatum.*
18 *Cautionis præſtatio poteſt omitti, tàm expreſsè, quàm tacitè.*
19 *Quorum omiſſio, vel præpoſteratio non vitiat Proceſſum ante vel poſt litem conteſtatam.*
20 *Omiſſio libelli in ordinariis, reddit Proceſſum nullum.*
21 *Ordo judiciarius procedendi ſervandus, eſt, juxta Stylum loci, in quo cauſa ventilatur.*
22 *Non obſtantibus Statutis loci, ubi Partes ſunt oriundæ.*
23 *In Deciſoriis attenditur locus contractus.*
24 *In Curia in cauſis ordinariis ſunt ſervandi termini ſubſtantiales, aliàs Sententia eſt nulla.*
25 *Sententia de partibus ſi in proceſſu ſubſtantialia judicii, & mos regionis fuit ſervatus, non ſit nulla, licet non fuerint ſervati termini ſubſtantiales in curia ſervari ſoliti.*
26 *Commiſſa cauſa de partibus in Rota in ſecunda vel ulteriori inſtantia ſervantur, termini ſubſtantiales primæ, & quare.*
27 *Ordo eſt ſervandus etiam in Sententiæ executione, & in quibus.*
28 *Si Pars non appellat à perverſione ordinis executionis exequutio tranſit in judicatum.*
29 *Ordo Judicii ordinarii non eſt neceſſarius, quando non requiritur libellus.*
30 *Ubi Judex procedit de facto, ordo Judicii non requiritur.*
31 *In cauſa Fiſcali non requiritur ordo Judiciarius, quando debitum eſt liquidum, & quare.*
32 *In articulo probationis Famæ ordo Judicii ordinarii non requiritur.*
33 *Ordo Judicii non requiritur in Notoriis.*
34 *In exequutivis ordo eſt non ordo.*
35 *In ultima audientia in Rot. ordo eſt, ordinẽ non ſervare.*
36 *Via ordinaria, & via exequutiva non ſunt contrariæ, ſed diverſæ.*
37 *Via ordinaria electa, non poteſt rediri ad exequutivam.*
38 *Contra Tertium eſt agendum via ordinaria.*
39 *Indebitè ſolutum vigore obligationis Cameralis poteſt repeti via ordinaria.*
40 *Contra habentem parem titulum agendum eſt via ordinaria.*
41 *Inter plures Proviſos Apoſtolicos via ordinaria eſt procedendum.*
42 *Qui non venit ex eadem vocatione, nec ex eodem fonte à Sede Apoſtolica non habetur pro legitimo contradictore.*
43 *Si unus ex proviſis Apoſtolicis venit per reſignationem unius, & alter per obitum alterius, qui fuit immiſſus eſt legitimus Contradictor.*
44 *Duo poſſunt diverſis reſpectibus eamdem rem in ſolidum poſſidere.*
45 *Cauſa ordinaria non poteſt effici à partibus ſummaria.*
46 *Cauſa omnis in Rota dicitur prophana, excepta ea, quæ eſt ſuper titulo Beneficii.*
47 *Cauſa, ut ſit Beneficialis, ſufficit quod agatur de titulo beneficii in re, vel ad rem, ſivè in Petitorio, ſivè in poſſeſſorio.*
48 Clementina diſpendioſam *loquitur de cauſis ſuper titulo Beneficii & Beneficia tangentibus.*

49 *Ad cognoſcendum an cauſa ſit Beneficialis, attenditur petitio Actoris.*
50 *Jus metiri debemus ab actore in cauſæ naturam cognoſcendam.*
51 *Si petitur Beneficium alteri unitum, cauſa non eſt beneficialis.*
52 *Si unio eſt temporalis, titulus Beneficii non extinguitur, ſecus ſi eſt perpetua.*
53 *Si agitur de proprietate beneficii cauſa non dicitur beneficialis.*
54 *Cauſa Decimarum non eſt beneficialis.*
55 *Cauſa penſionis non eſt beneficialis, ſed prophana.*
56 *Cauſa poſſeſſionis Beneficii non eſt beneficialis, licet ſit cognoſcenda coram Judice Eccleſiaſtico.*
57 *Si agitur de privatione Beneficii ob delictum, cauſa non dicitur beneficialis.*
58 *Si agitur ad canonizationem Gratiæ ſui regreſſus ob non ſolutionem Penſionis, cauſa eſt beneficialis.*
59 *Si petitur, quod quis amoveatur, & Beneficium ſibi adjudicetur, cauſa eſt beneficialis.*
60 *Si impugnatur Sententia lata in cauſa beneficiali cum condemnatione Expenſarum, ſolum propter Expenſas, cauſa adhuc eſt beneficialis.*
61 *Si quis petat ſibi conferri Beneficium, cauſa eſt beneficialis.*
62 *Si quis dicat, aliquem obtinuiſſe Beneficium, ſed fuiſſe poſtea privatum, vel privandum, cauſa eſt prophana, ſecus ſi petat illum privari, & Beneficium ſibi conferri.*
63 *Cauſæ beneficiales ſunt de ſui natura in curia Romana tractandæ.*
64 *Cauſæ Beneficiales ſignanter ad curiam devolvuntur in gradu appellationis, ſervata forma* Clem. cauſam, de elect.
65 *Cauſæ Beneficiales non ſolum in curia, ſed etiam in Rota ſunt cognoſcendæ, ſervata forma* d. Clem.
66 Clementina cauſam, *tantum procedit in beneficialibus.*
67 *Si cauſæ Beneficiales coram Ordinario aliquo reſpectu in prima inſtantia committi nequeunt, ſunt in Rota committendæ.*
68 *Cauſa eſt Beneficialis ergo Rotalis.*
69 *Cauſæ Beneficiales reputantur magnæ, & periculoſæ.*
70 *Commiſſa cauſa in Rota ſimpliciter ſuper Beneficio cenſetur commiſſa, tàm in Petitorio, quàm in Poſſeſſorio.*
71 *Cauſa Beneficialis commiſſa in Rota, cenſetur omne jus deductum ab initio.*
72 *Cauſa beneficialis non committitur in Rota, niſi fructus Beneficii excedant annuum valorem ducatorum viginti quatuor, in curia vero extra Rotam non committuntur, niſi, aſcendant ad annuum valorem ducatorum decem.*
73 *In Beneficialibus in curia mortuo Reo, proceditur per contradictas, nec eſt ulterius citandus Procurator.*
74 *Mortuo Actore poteſt Reus in cauſa beneficiali procedere per contradictas ad effectum abſolutoriæ.*
75 *In Beneficialibus per mortem principalis expirat mandatum procuratoris.*
76 *In prophanis citari debet procurator dominus litis effectus vel eo non exiſtente, citandi ſunt heredes, vel curator dandus Hæreditati jacenti.*
77 *Cauſa, quæ non eſt Beneficialis, nec Eccleſiaſtica poteſt extra Statum Eccleſiaſticum cognoſci à Judice Eccleſiaſtico, & quando, & n. 78. & ſeq.*
78 *Papa committit cauſas criminis, etiam extra ſtatum Eccleſiaſticum, quando per viam denunciationis Evangelicæ deferuntur ad Eccleſiam.*
79 *Judex Eccleſiaſticus cognoſcit cauſas prophanas non Eccleſiaſticas, quando Judices ſæculares non exhiberent Juſtitiæ complementum.*
80 *Judex Eccleſiaſticus eſt Judex cauſarum piarum.*
81 *Cognitio criminis Eccleſiaſtici prout Simoniæ, & ſimilium, ſpectat ad Judicem Eccleſiaſticum.*
82 *Judex Eccleſiaſticus poteſt procedere ex officio, quando agitur de periculo Animarum.*
83 *Judex Eccleſiaſticus cognoſcit de cauſa annexa, & accſſoria Spirituali.*
84 *Judex Eccleſiaſticus poteſt ſe immiſcere Juriſdictioni ſæculari, quando Judex ſæcularis non invenitur.*
85 *Vacante Imperio Papa adminiſtrat.*
86 *Judex Eccleſiaſticus eſt Judex cauſæ Colonorum, & Servorum Eccleſiæ, & ſimilium ſuper rebus quas tenent ab Eccleſia.*
187 *Si eſt contentio inter judicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem de juriſdictione, ſolus Eccleſiaſticus cognoſcit, an ſua ſit Juriſdictio.*
88 *Cauſæ Eccleſiaſticæ, & Spirituales, etiam extra Statum ſunt cognoſcendæ à Judice Eccleſiaſtico.*
89 *Cauſas Eccleſiaſticas eſſe à Judice eccleſiaſtico cognoſcendas, nullus unquam Orthodoxus dubitavit.*
90 *Cauſæ Eccleſiaſticæ quæ dicantur.*
91 *Civilis cauſa, quæ dicatur.*
92 *Cauſa merè civilis, quando dicatur.*
93 *Cauſa criminalis quando dicatur.*
94 *Cauſa merè criminalis, quando dicatur.*
95 *Cauſa mixta, quæ dicatur.*
96 *Cauſæ præjudiciales quot modis conſiderari poſſint.*
97 *Cauſa ſtatus alicujus Perſonæ dicitur cauſa præjudicialis.*
98 *Cauſæ majores ratione majoritatis præjudicant minoribus illas contingentibus.*
99 *Pendente Judicio univerſali, ob ejus præeminentiam, Judicia particularia deferuntur.*
100 *Pendente cauſa criminali, ob illius præeminentiam, ſuperſedetur in civili, licèt una alteram non contingat.*
101 *Sententia lata in una cauſa parit præjudicium in alia illam contingente.*
102 *Commiſſa cauſa cum clauſula* Conſtito, quod cauſa civilis præjudicet criminali, *ſi cauſa civilis eſt præjudicialis, prius de illa cognoſcitur.*
103 *Etſi cauſa criminalis, ſit prius intentata, non obſtante diſpoſitione reformationis fel. rec. Pauli Quinti.*
104 *Si totū jus cauſæ civilis non conſiſtit in probationibus accuſantis, non eſt in cauſa civili ſuperſedendum.*
105 *Pendentia Judicii criminalis non efficit, ut coram Judice civili non poſſit in cauſa civili peti Manutentio.*
106 *Querela data, poſt relaxatum Mandatum non facit ſuperſederi in cauſa civili, niſi manifeſtè conſtet de falſitate.*
107 *Cauſa civilis præjudicat criminali, quando Sententia lata in civili parit exceptionem rei judicatæ in criminali.*
108 *Cauſa, quæ non parit exceptionem rei judicatæ in alia non poteſt dici alteri præjudicialis.*
109 *Cauſa civilis præjudicat criminali quando ſententia lata in cauſa civili poteſt parere exceptionem rei judicatæ in criminali.*
110 *Cauſa civilis eſt præjudicialis criminali, quando illa reſoluta reſolvitur criminalis.*
111 *Cauſa civilis eſt præjudicialis criminali, quando non poſſunt, niſi ferri Sententiæ contrariæ à diverſis Judicibus.*
112 *Si cauſa Civilis prius intentata præjudicat criminali, de civili debet prius cognoſci.*
113 *Si cauſa civilis, & criminalis non poſſunt infimul terminari, & oriuntur ex eodem fonte, una finita poteſt ad aliam procedi ſi tendat ad finem diverſum.*
114 *Cauſæ Spirituales, de quibus Judex Eccleſiaſticus cognoſcit quæ ſint.*
115 *Cauſa Matrimonialis debet cognoſci coram Judice Eccleſiaſtico, etiam in Poſſeſſorio.*
116 *Cauſa Decimarum dicitur Spiritualis.*
117 *Cauſæ merè Spirituales, quæ ſint.*
118 *Cauſæ annexæ ſpiritualibus coram Judice Eccleſiaſtico cognoſcendæ, quæ ſint.*
119 *Cauſæ ſuper bonis Eccleſiaſticis ſunt Eccleſiaſticæ de quibus Judex Eccleſiaſticus cognoſcit.*
120 *Penſio eſt Eccleſiaſtica, & debet à Judice Eccleſiaſtico cognoſci.*
121 *Cauſæ Spirituales, & perſonæ clericorum, quoad fori privilegium pari paſſu ambulant.*
122 *Pendente cauſa Hæreditatis coram Judice laico ſi oritur incidens ſpirituale, debet cognitio hujus incidentis remitti ad Judicem Eccleſiaſticum.*
123 *Pendente cauſa Natalium, coram Eccleſiaſtico, Judex lai-*

laicus debet ſuperſedere in cauſa Hæreditatis.

154 Judex Eccleſiaſticus ſi Excipiens non probet, debet intimare Judici ſæculari, ut procedat in cauſa Hæreditatis.

125 In cauſa Spirituali, vel quaſi, Judex laicus non habet juriſdictionem principaliter, nec incidenter,

126 Præſertim ſi Articulus habet quæſtionem Juris, vel facti, & juris mixtam.

127 Judex ſæcularis tenetur obſervare res ab Eccleſiaſtico judicatas.

128 Judex Eccleſiaſticus eſt major Sæculari.

129 Ubi Major apposuit manus, Minor ſe ingerere non poteſt nec debet.

130 Laici ſunt incapaces rei de ſui natura Eccleſiaſticę.

131 Conceſſio, vel prohibitio trahitur ad omne illud, per quod pervenitur ad id, quod conceditur, vel prohibetur.

132 Judex laicus debet incidens Spirituale Clericatus remittere ad judicem Eccleſiaſticum, & expectare donec illud decidatur.

133 Laicus eſt incapax incidentis mere ſpiritualis etiam incidenter, & de jure civili

134 Laicus non poteſt effici habilis ex conſuetudine ad judicandam ſuper incidenti merè Spirituali.

135 Proceſſus fabricatus coram Laico ſuper incidenti ſpirituali non valet, etiam Parte conſentiente.

136 Privatus non poteſt dare juriſdictionem ſpiritualem judici laico principaliter, aut aliàs quomodolibet.

137 Dicere, quod Privatus poſſit dare juriſdictionem in ſpiritualibus judici laico, eſt abſurdum, & contra diſpoſitionem claram Sacrorum Canonum.

138 A.C. poteſt audire, cognoſcere, & terminare quaſcumque cauſas ſpirituales, Eccleſiaſticas & prophanas perſonarum in ejus facultatibus expreſſarum.

139 A.C. regulariter non habet in Beneficialibus Juriſdictionem.

140 Cauſæ ad forum Eccleſiaſticum pertinentes etiam Beneficiales in prima inſtantia ſunt in partibus coram Ordinariis locorum cognoſcendæ, & terminandæ.

141 Cauſæ, quæ juxta Canonicas Sanctiones, vel ex reſcripto Summi Pontificis apud Sedem ſunt tractandæ, non poſſunt cognoſci in partibus, etiam in prima inſtantia.

143 Cauſæ majores ſunt in Romana Curia juxta Canonicas Sanctiones cognoſcendæ.

144 Cauſæ ſuper articulis Fidei ſunt cauſæ majores, & ob id in Curia cognoſcendæ.

145 Cauſæ concernentes periculum Animæ ſunt de majoribus.

149 Cauſæ, in quibus agitur de interpretatione literarum Apoſtolicarum, ſunt cognoſcendæ in Curia.

147 Si agitur de inhabilitate Proviſi, vel an gratia ſit obreptitia poteſt ordinarius in partibus de cauſa indirectè cognoſcere ſi Papę non infertur prejudiciū.

148 Cauſæ appellationum ad Sedem Apoſtolicam ſunt in Curia cognoſcendæ.

149 Curia quibus modis ſumatur.

150 Curia in facultatibus A. C quomodo accipiatur.

151 Appellatione curiæ ſimpliciter prolatæ venit per antonomaſiam curia Romana.

152 Curia unde dicatur.

153 Curiales unde dicti.

154 Curia quid ſit.

155 Sub nomine curiæ, qui ſint cenſendi.

156 Curialium appellatione comprehenduntur etiam Cardinales, & eorum Familiares.

157 Romana curia eſt caput Eccleſiæ.

158 Si eſt contentio inter judicem Eccleſiaſticum, & Sęcularem de juriſdictione, cognoſcit de hoc Curia Romana, quę eſt caput Eccleſiæ ob ejus pręeminentiā.

159 Romana curia eſt idem quod Sedes Apoſtolica.

160 Idem eſt beneficium vacare in curia, vel apud Sedem.

161 Idem eſt cauſam eſſe devolutam ad Curiam, vel ad Sedem.

162 In Romana curia dicitur adeſſe fons juris, & quare.

163 Romana Curia eſt, ubi eſt Papa.

164 Cardinales ſunt Collaterales Papæ.

165 Officialium appellatione omnes Romanam curiam ſequentes comprehenduntur.

166 Sequentes Romanam Curiam pro ſuis, vel alienis negotiis ſunt ſub juriſdictione A. C.

167 Cauſa commiſſaria, quæ dicatur.

168 In cauſis Beneficialibus proceditur ſummariè ſine ſolemnitatibus judicii ordinarii.

169 Cauſa Beneficialis debet eſſe brevior quā prophana.

170 Cauſa Beneficialis debet cito expediri, & quare.

171 In Tribunali A.C. in cauſis ordinariis requiritur Monitorium, & tela judiciaria.

De Cauſis ordinariis. Pars III. Cap. I.

SUpereſt, ut de cauſis ordinariis, *A*, juxta ordinem ſuperius propoſitum, diſſeramus. Qua in re, ut quibus in cauſis & inter quas Perſonas A. C. via ordinaria procedere poſſit, manifeſtius appareat, animadvertendum eſt, quod Auditor R. C. A. juxta ſuas ordinarias facultates poteſt audire, cognoſcere, & fine debito terminare omnes, et ſingulas cauſas Spirituales, Eccleſiaſticas, & prophanas, *B*, ac quorumvis etiam ejuſdem R. E. Cardinalium, eorumque ac Summi Pontificis Familiarium continuorum commenſalium, necnon quorumcumque Prælatorum in Romana Curia degentium, ac etiam Imperatoris, Regum, Principum, ac Communitatum, & Univerſitatum, Oratorum, necnon dictæ Curiæ Officialium, eandem Curiam ſequentium *C*, & Familiarium eorundem, & ipſius Curię cauſarum hujuſmodi Auditoris, & Notariorum, ac eorum Familiarium, Campſorum quoque, & quorumvis Mercatorum, ac Penſionum annuarum, ſuper fructibus redditibus, ac proventibus Eccleſiaſticis, & earumdem fructuum loco Penſionum hujuſmodi reſervatorum, & aſſignatorum, etiam ſi earum, & eorum ſolutio non ſit in prædicta Curia, ſed in partibus facienda. 1 A B C

Et quaſcumque alias etiam Commiſſarias cauſas, *D*, tàm civiles, quam criminales, & mixtas, conjunctim, vel diviſim in eadem Curia quomodocumque, & qualitercumque motas, & movendas, & inter quaſcumque partes, etiam per viam inquiſitionis, aut ex officio quomodolibet pendentes, & quæ per appellationem à gravaminibus illatis, & inferri comminatis, ſeu Sententiis definitivis, ſeù interlocutoriis à quibuſvis Judicibus ordinariis, & arbitris, atque Arbitratoribus in curia, & Urbe prædictis (Vicario Papæ, ac Gubernatore, & Senatore Urbis, ac Judicibus Capitolinis dumtaxat exceptis) & extra eam à quibuſcumque Judicibus ordinariis, vel delegatis, ſeu Arbitris, vel Arbitratoribus, ac etiam dictæ Sedis Legatis, ac etiam Vicelegatis in Terris eidem Romanæ Eccleſiæ, mediate, vel immediatè ſubjectis, aut aliis earum Gubernatoribus vel officialibus, & quibuſvis in feudum, ſeù Vicariatum, aut alias quomodolibet conceſſis, pro tempore latis, & promulgatis, interpoſitam, ſeù aliàs ad eandem Sedem etiam per viam reclamationis judicialis, vel extrajudicialis, aut nullitatis, vel recurſus à quibuſcumque Sententiis quorumcumque ordinariorum, etiam extra Statum Eccleſiæ, hactenus devolutæ ſunt, & in poſterum devolventur. D

Eas videlicet, in quibus non agitur ultra ſummam ducentorum ducatorum auri de Camera, aut de rerum prædictæ ſummæ valorem excedente, ſeù quæ inter, & contra Mercatores dictæ curiæ pro quibuſcumque negociis ad quamcumque ſummam aſcendant, et pro Notariis ipſius A.C. ac inter, & contra ipſos, & eorum familias pro tempore vertuntur, ſummariè ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola veritate inſpecta, & manu regia, abſque obſervatione terminorum, qui de ſtylo, ſeù ordinatione palatii Apoſtolici, aut aliàs obſervari conſueverunt, etiam privativè quoad alia Tribunalia.

Aliàs verò ſummam prædictam, aut illius valorem, excedentes, & tam inter, & contra alios quàm Mercatores vertentes, ſervatis terminis, & aliàs ſummariè prout in Beneficialibus, *E*, E

Obſervationes.

A CAuſa, ut Tullius dixit, eſt res habens in ſe contro-
1 verſiam in dicendo poſitam, cum certarum perſo-
narum interpoſitione, Gloſ. *in l. 3. §. adhiberi in verbo, litibus, ff. de Teſt. & in l. litis, ff. de verb. ſignif. in l. cauſas, vel lites, in verb. cauſas, C. de tranſact.* Oldrad. *conſ. 316 n. 3. verſ. unde Tullius dicit.*

2 Accipitur autem cauſa ſtrictè, & propriè & largè,
ſtrictè, & propriè accipitur pro facto, obligatione, vel
3 alio jure, quod in judicio proponitur, largè verò pro
controverſia judiciali, Bald. *conſ. 106. verſ. Proponitur in princip. lib. 2.*

4 Et differt Cauſa à Lite, & quæſtione, nam Cauſa dicitur, dum proponitur, etiam ante litem conteſtatam, poſt tamen ortam controverſiam, Bart. *in l. cauſas n. 1. & ſeq. C. de tranſact.* Mandoſ. *ad Roman. conſ. 412. ſub n. 8. in verbo, dicitur, ubi de communi*, Lis verò, ſeù quæſtio judicialis non dicitur, niſi poſt litis conteſtationem, prout de lite tradit Bart. *in d. l. cauſas, n. 1 & ſeq. C. de tranſact. per text. in c. ex parte veſtra, il primo, de verb. ſignif. & in auth. qui ſemel, C. quomodo, & quand. jud. Ang conſ. 195. n. 2. verſ. deſcendo*, ubi quod ad hoc eſt tex. melior qui ſit in Jure Civili *l. cum & Judices §. fin. verſ. ſin autem cauſæ adhuc pendentes, C. de iur. cal.* & de quæſtione tradit Rom. *conſ. 412. n 8.*

5 Cauſa verò judicialis ordinaria eſt idem, quod Judicium ordinarium, quod eſt illud, in quo exquiſito, & ſolemni Juris ordine ſervato proceditur, in quo libellus, litis conteſtatio, publicatio proceſſus, concluſio in cauſa, & aliæ ſolemnitates judiciariæ requiruntur, de quibus in *l. 1. & in Auth. offeratur, Cod. de lit. conteſt.* Marant. *de ord. iud. p. 4. diſt. 9. in princ.* Vant. *de nullit. defect. proc. n. 16.* & noviſſimè poſt alios tradit præclariſſimus I. C. Philip. Maſſin. *Præceptor meus olim in Ticinenſi, deinde in* Piſano, *ac demum in* Bononien. Gymnaſio *ordinarii Iuris Civilis Interpres primarius ad rub. C. qui admitti, num. 927.*

6 Ortum duxit ordo judiciarius à Deo in Paradiſo, cum
etenim Adam Divinum præceptum tranſgreſſus fuiſſet
Deus illum citavit in illis verbis: *ubi es* & cum illum in-
terrogaſſet, & ejus exceptiones audiviſſet, demum con-
tra eum definitivam Sententiam potuiit Specul. *in pro-
bem. 1 p n. 15* & eum ſententia eſſet inappellabilis, exe-
cutus fuit Deus Sententiam jam latam contra Adam,
7 dum illum poſtea ſtatim de Paradiſo ejecit, *Gen c. 3 c.*
Adam *de pœnit. diſt. 1.* prout idem fecit contra Angelos
reprobos, Rebuff. *ſuper conſtit. Regn. tom. 1. in tract. de
Sentent. execut. n. 31. fol. 187.* Paz. *in prax. p. 4. c. 1. num. 2.*

8 Et eſt ordo judiciarius, modus agendi, ſinè quo nihil rectè agitur, ut poſt Bald. *in tractat. de Schiſmat. column. 3.* tradit Maran. *de ord. iud. in probem. n. 5. & ſeq.*

9 Eſtque inventus ordo judiciarius ingenio Majorum noſtrorum, & ob id nullatenus prætermittendus, ſicut etiam ordo Naturæ, aut inſtitutionis Divinæ prætermitti non poteſt Bald. *in Auth. hoc amplius, in fin. n. 10. C. de fideic.*

10 Etenim ubi non eſt ordo, ibi eſt confuſio, & nihil boni emergit, ubi ordo deficit, Marant. *de ordin. iudic. in probem. n. 1.*

11 Ordinis Iudiciarii fundamentum eſt Citatio Vant. *de nullit. defect proc. n. 27.* Rot. *dec. 4. n. 25. p. 7. rec.*

12 Conſiſtitque ordo Judicii propriè in his, quæ aguntur inter litis conteſtationem, & ſententiam, non autem ante, aut poſt Specul. *in Probem. 2. par. nu. 3. verſ. ordo autem* Io. And. *ad ſpecul. de præpar. Jud. ſub num. 9. lit. l. in fin.*

13 Quinimmò ordo Judicii conſiſtit in libello, litis conteſtatione, Juramento Calumniæ, deſcriptione dictorum Teſtium, illorumque publicatione, & ſententiæ in ſcriptis à Judice ſedente prolatione, Gloſ. *in l. prolatam, verbo ſolitum, C. de ſent.* Maran. *de ord. iud. par. 4. diſt. 9. n. 1.* Vant. *de nullit. defect. proc. n. 16.*

14 Eſt autem ordo judiciarius circa ſubſtantialia adeò ſervandus, ut ſententia in cauſis ordinariis lata, juris ordine non ſervato, ſit nulla, Gloſſ. *in d l. prolatam, in verbo ſolitum, ibi* Bart. *C. de Sent.* Marant. *de ord. ind. diſt. 9. n. 1.* Vant. *de null. defect. proc. d. n. 16. cum plurib. ſeqq.*

Et non ſolum ordo judiciarius non debet omitti, ſed 15
nec etiam præpoſterari in his quæ ſunt de ſubſtantia, aliàs præpoſteratio reddit actum nullum, ut ultra præallegatos, tradit Caſtr. *conſ. 321. n. 3. verſ. nam præpoſteratio lib. 1.*

Unde inferri poteſt, quod ſi A. C. in ejus mandato in 16
primis mandat, aliquem excommunicari, & poſtea invocari Brachium Sæculare, ſi primo capiatur, invocato brachio Sæculari captura eſt nulla ob perverſionem ordinis non ſolum mandati A. C. ſed etiam juris Caſtr *d. conſ. 231. n. 3. verſ. in quantum vero, lib. 1.*

Verumtamen ſubſtantialia Judicii ordinarii quorum 17
omiſſio, vel præpoſteratio reddit proceſſum, & ſententiam ipſo jure nullam, ſunt primò citatio, ſecundò libelli oblatio, tertiò litis conteſtatio, quartò juramentum calumniæ petitum, quintò cauſæ cognitio, unde ſi proceſſus fuit una die præſentatus, & ſtatim, vel altera die, lata ſententia, utique hujuſmodi ſententia præcipitanter lata, eſt ipſo jure nulla, ex magis communi DD. opinione, ſextò concluſio in cauſa, ſeptimò ſententiæ in ſcriptis à Judice ſedente recta prolatio, ut latè poſt alios, quos allegat tradit Vant. *de nullit. defect. proceſſ. nu. 10. cum plurib. ſeq. uſque ad n. 46. & 69. & ſeqq.*

Sed probationes, publicatio proceſſus, & dilationes 18
cum potius jus partis concernant, quam conſtitutionis juris, non ſunt de ſubſtantia Judicii, & ob id illorum omiſſio, vel præpoſteratio non vitiat ſententiam, niſi ab ea fuerit appellatum, latè Vant. *de null. defect. proceſſ. n. 37. & ſeqq. uſque ad n. 45.*

Cautionis verò præſtatio eſt potius quid accidentale, 19
cum poſſit omitti tàm expreſsè, quàm tacitè, ut per Vant. *ubi ſup. n. 46.*

Quibus exceptis, reliqua poſt litem conteſtatam non 20
ſunt de ſubſtantia ordinis judiciarii, nec illorum omiſſio, vel præpoſteratio vitiat proceſſum, Vant. *de nullitat. defect. proceſſ n. 47. & ſeqq.*

Nec etiam in reliquis omiſſio ordinis judiciarii ante litis conteſtationem reddit proceſſum nullum, ut tradit Bart. *in l. ſi quæramus, ff de teſtam.* Specul. *in probem. 2. p. ante tit. de præpa. iud.* & Bald. *in auth. generaliter, n. 17. c. de Epiſc. & cler. & in Auth. contra eum rogatus, n. 12. C. ad Sen. conſ Trebel.*

Quod tamen non procedit, quando omitteretur li- 21
bellus, Specul. *in d. probem. 2. p.* Bald. *in Aut. generaliter, n. 17. C. de Epiſc. & cler. & in d. Auth. contra rogatus, nu. 12.* Vant. *de null. defect. proceſſ. n. 47.*

Ordo autem, & modus judiciarius procedendi ſignan- 22
ter ſervandus eſt juxta ſtylum loci, in quo cauſa venti-
latur, ſivè coram Judice ordinario, ſive delegato *l. 3. §.
fi. & ibi gloſ. & DD. ff. de teſt.* Felin. *in c. fi. n. 3. col. 6. verſ.
ſed in his, quæ concernunt de conſt. col. 304.* Bal. *in l. 1. nu.
10. cod. ne fil. pro Pat.* ubi quod hoc procedit, ſive loqua- 23
mur de ordine proceſſus, ſive exequutionis, Vant. *de nul-
lit defect. proc. n. 56. ubi de communi* Cavaler. *dec. 553. n 5.*
Burat. *dec. 170. n. 8.* Rot. *dec. 84 n. 12. p. 8. rec.* non obſtanti-
bus ſtatutis loci, ubi Partes ſunt oriundæ, Contard. *in d. l.
unica limit. 4. n. 10. & ſeqq. C. ſi de moment. poſſ. agat.* Rot.
dec. 330. n. 2. p. 2. diverſ. & dec. 305. n. 10. p. 6. rec. quamvis
in deciſoriis attendatur locus contractus, Gloſ. *& DD.
in d. l. tertia in §. fin ff. de teſtib.* cum aliis cumulatis per
Vant. *de null. defect. proceſſ. n. 56. ubi de communi.*

In Curia verò, in Tribunali A. C. in Cauſis ordinariis 24
ſunt omnino ſervandi termini ſubſtantiales, juxta praxim in ſequenti proximo capite tradendam, aliàs illis omiſſis, ſententia eſt nulla, Veſtr. *in prax. l. 5. c. 2. n. 1. & ſeqq. & c. 3.* Vant. *de nullit. def. proc. n. 57. & ſeqq.* Saluſt. Tiber. *in prax. lib 2. c. 15 n 5. verſ. quorum*, Ægid *dec. 27.* Rot. *dec. 2. n. 1. de reſcr. in nov.* cum aliis cumulatis ſupra *p. 2. c. 1. n. 116. & ſeqq.*

Quia verò hujuſmodi termini ſubſtantiales in parti- 25
bus ſervari non ſolent, in Curia inolevit illud adagium proceſſus de partibus, ergo nullus.

Verum ex quo non ita exacte termini ſubſtantiales ſervantur extra Curiam, ſicut in Curia, non ideò ſententia iſta extra Curiam eſt nulla, dummodo mos re-

ginnis

Digitized by Google

gionis, ſuerit ſervatus, & judicii ſubſtantialia non ſue-
rint immutata, ex cumulatis ſupra, *part. 2. capitul. 1. num. 140.*

26 Hinc, quia iſti proceſſos de partibus modicum valent
commiſſa cauſa in Rota in ſecunda. vel ulteriori inſtan-
tia, niſi conſtiterit terminos ſubſtantiales omnes in
prima, ſeu ſecunda inſtantia coram Judicibus de par-
tibus fuiſſe ſervatos, nè ex hujuſmodi defectu ſenten-
tiæ de partibus poſſint impugnari, & earum exequutio
impediri, ſervantur termini ſubſtantiales prout in
prima Inſtanria, Vant. *de nullitat. in proceſſ. n. 66. poſt*
Ægid. dec. 74. Termini, in fin. Rot. *dec. 4. de appel. in nov.*
quod tamen ſecundum Ægid. de æquitate procedit.

27 Et non ſolum ordo ſervandus eſt in proceſſu ſabrican-
do, & ſenteotia ferenda, ſed etiam in ſententriæ exe-
cutione, ot ſcilicet primò capiantur mobilia, & ſemo-
ventia, & illis non ſufficieotibus ſtabilia *l. à divo Pio, §.*
in venditique, de re jud.

28 Sed hic non eſt ordo ſubſtantialis, ſed tantum con-
cernens intereſſe, & jus partis, unde injuſtitiam, non
autem nullitatem, reſpicit, ob id debet pars appellare,
aliàs exequutio tranſit in judicatum Mobed. *dec. 7. de*
re iud.

In pluribus autem caſibus ordo judicii ordinarii non
requiritur, & ſignanter,

29 Primò ubicumque noo requiritur libellus, nec etiam
ordo judicii ordinarii eſt neceſſarius Bal. *in c. 1. §. inſuper*
num. 3. verſ. modo ad propoſitum de probib. alien. feud. per
Federic.

30 Secundò oon requiritur, ubi Judex procedit de facto
Bald. ad Specul. *de offic. omn. iudic. paulo ante fin. lib. 1.*
par. 1.

31 Tertiò non requiritur in cauſa Fiſcali, quando debi-
tum eſt liquidum, nam tunc proceditur executivè, aliàs
ſecus, Bald. *in l. 1. n. 2. C. quand Fiſc.*

32 Quartò non requiritur in articulo probationis Famæ
Card. in Clem. *1. q. 7. n. 21. de offic. Iudic. ordin.*

33 Quintò non requiritor in notoriis, *c quæ Lotbarius*
& c. de manifeſta, 2. q. 1 gloſ. in l. 1 in verb. in conſilio, C.
qui & adverſ. quos, Bal. *in l. Presbyteri, num. 11. C. de*
Epiſc. & Cleric.

34 Sextò in caoſis Exequutivis ordo eſt non ordo, ſeu
non ſervare ordinem, Bal. *in leg. 1. n. 9. & ſeq. Cod. ne fil.*
pro Pat.

35 Ceteris omiſſis, in Rota in ultima audientia non ſer-
vatur ordo, quoad ſervationem termioorum ſubſtan-
tialium, tunc eoim ordo eſt io Rota ordinem non ſer-
vare, Rota *dec. 123. n. 4 p. 2. rec.* Gregor. *dec 176 nu. 10.*

36 Licet autem via ordinaria, & via executiva non ſiot
contrariæ ſed diverſæ Caſtr. *conſil. 315. n. 1. in fin. col. 2.*
verſ. ſi verò lib. 1. Cavall. *comm contra comm. tom. 3. q. 815.*
num. 31.

37 Via tamen ordinaria electa, non poteſt redire ed exe-
cutivam Burart. *dec. 308. n. 2. & dec. 502. n. 5.* cum aliis
cumulatis ſupra *p. 1, c. 1. n. 117. & ſeqq.* ubi ad hanc re-
gulam plures ſallentias ioſpicere licet.

38 Signanter verò via ordinaria agendum eſt cootra
Tertium, etiam ſi ille pro ſuo intereſſe ſe oppoſuerit,
Burart. *dec. 574. n. 2. & ibi* Ferentill. *n. 12.*

39 Similiter etiam indebitè ſolutum virtute obligationis
Cameralis, via ordinaria non autem executiva repete-
re fas eſt, Buratt. *dec. 130. n. 11.*

40 Via etiam ordinaria agendum eſt contra legitimum
Contradictorem habeotem parem titulum, Rota *dec.*
34. num. 9. & dec. 233. num. 9. par. 5. & dec. 133 num. 3.
par. 6. rece

41 Hinc inter plures Proviſos Apoſtolicos parem titu-
lum habentes, via ordioaria eſt etiam procedendum,
Bartol. *in leg. fin. num. 21. Cod de edict. Div. Adr. tollen.*
Mohed. *dec. 13. ut lit. pend. Verall. deciſ. 329. numer. 2.*
par. 1. Put. *deciſ. 313. lib. primo, in correct.* Rota *dec. 36.*
num. 3. par. 2. & dec. 366. num. 1. par. 3, rec. Grægor. *dec.*
46. num. 6.

42 Sed hoc Primò non procedit, quando quis non venit
ex eadem vocatione per reſignationem, ſed diverſa per
obitum, nec ex eodem fonte, ſcilicet à Sede Apoſtolica,
nec habet ſimilem ſubrogationem, nàm is non habetur
pro legitimo Contradictore, Verall. *dec. 329. p. 1.* Ro-
ta *dec. 34. num 9. & ſeq. par. 5. recent.* ubi quod ita fuit
ſæpiſſime reſolutum.

Quod tamen non habet locum, quando uterque ve- 43
nit ex gratia Apoſtolica, & ſi unus veniat per reſigna-
tionem unius, alter verò per obitum alterius, & unus
jam fuit immiſſus, nàm is eſt legitimus Contradictor ad
impediendam poſſeſſionem alterius, Rota *dict. dec. 366.*
n. 2. p 3. rec.

Secundò non procedit, quando quis prætendit immiſ- 44
ſionem ad Coadiutoriam, quæ noo eſt incompatibilis
cum poſſeſſione Coadiuti: nam licet dominium alicujus
rei non poſſit eodem tempore eſſe penes duos in ſolidum
leg. ſicut certo, §. ſi duobus vebiculum, ff. commod. lib. 3.
§. ex contrario, ff. de acquir. poſſ. Rota, *in Romana Fi-*
deicommiſſ. de Spiritibus, 17. Februarii 1645. coram R.
P. D. meo Bichio nihilominus duo poſſunt eamdem rem
diverſis reſpectibus in ſolidum poſſidere, Rota *dicta*
dec. 133. n. 4. & ſeqq. 6. rec.

Denique oon omitto, quod cauſa ordinaria non po- 45
teſt à Partibus effici ſummaria, Card. in Clem. *ſæpè, q.*
12. n. 13. de verb. ſignif. Buratt. *dec. 35. n. 9.*

Cauſa eſt prophana, aut Beneficialis, etenim in Ro- B
ta omnis cauſa dicitur prophana, etiam ſi ſit ſpiritualis 46
excepta ea, quæ eſt ſuper titulo Beneficii, quæ dicitur
Beneficialis, Verall. *dec. 99 p. 1.* Coccin. *dec. 20. n. 1. dec.*
169. num. 2. & dec. 338. num. 1. Rota *dec. 43. num. 3. &*
num. 5. par. 5. recent. Cavaler. *dec. 258. num. 2.* Beltramin.
ad Greg. *dec. 174. n. 7.*

Et ſufficit ad hoc, ut cauſa ſit Beneficialis, quod aga- 47
tur de titulo Beneficii in re, vel ad rem, ſeù ad ipſum Be-
neficium, ſivè in Petitorio ſivè in Poſſeſſorio, prout in
caſu Clem. *diſpendioſam, de Iud.* Viralin. *in d. Clem. diſ-*
pendioſam, n. 5. & n. 32. & ſeq. & n. 69. & ſeqq. de iud.
Nic. Mil. *in repert. in verbo Beneficialis cauſa num. 25.*
Goozal. *ad reg. 8. Cancell. in probem. § 2. nu. 65.* Put. *dec.*
296. n. 3. lib. 2.

Etenim Clem *diſpendioſam*, loquitur de cauſis ſuper 48
Beneficiis, aut titulo Beneficiorum, aut tangentibus ea,
proot quando agitur de aliquo, quod examinari, & de-
cidi non poteſt, abſque cognitione electionis, proviſio-
nis, ſeù tituli, Card. *in dicta Clem. diſpendioſam, n. 38.*
quæſt. 36. de Iud. Caſſad. *dec. 3. n. 2 de iud.*

Verum an in dubio cauſa cenſenda ſit Beneficialis, nec 49
ne, jus metimur ab Actore, cujus Petitio ob id attendi-
tur, Oldr. *conſ. 320. n. 5. & ſeq verſ. nec dicut aliquis* Bel-
lamer. *dec. 617.* Caſſad. *dec. 3. n. 2. de iud. & dec. 13. ſuper.*
Regal Seraph. *dec. 990. n. 4.* Rota *dec. 212. n. 6. p. 1. rec. & in*
Feſulana Prioratus 38. Martii 1652. coram Santiſſimo D.
N. Innocentio Decimo, Beltramio ad Greg. *dec. 174 n. 7.*
verſicul. in bac autem materia.

Et regula eſt generalis, nàm in omni materia, ad na- 50
turam cauſæ cognoſcendam, jus metiri debemus ex par-
te Actoris *l. prima, ſ. 1. ff. ſi pars Hered. pet.* Caſſad. *d. dec.*
3. n. 2. Bellam. *d. dec. 617.* Rota *d. dec. 212. n. 6. p. 1. rec.* Bel-
tramin. ad Gregor. *d. dec. 174. n. 7.*

Hinc primò infertur, quod ſi petatur Beneficium alte- 51
rius unitum, cauſa non dicitur Beneficialis, ſed prophana,
licèt Reus illud prætendat jure tituli collativi, Seve-
rol. *de Remiſſ. cap. 16. nu. 3.* Gonzal. *ſuper reg. 8. in probem.*
ſ. 2. num. 67. Seraph. *dec. 1355. numer. 7. & ſeq.* Gregor.
dec. 335. num. 14. & deciſ. 652. num. 2. Cavaler. *dec. 472.*
num. 4.

Sed hoc non procedit quando unio eſt temporalis ad 52
vitam, quia tunc titulus Beneficii non extinguitur, ſed
benè quando unio eſt perpetua Gonzal. *ſuper reg. 8. dict.*
§. 2. num. 67. Caſſad. *d. deciſ. 3. num. 1. & 3. de Jud.* Se-
raph. *dicta dec. 1355. num. 8. & ſeqq.* Cavaler. *d. dec. n.*
472. n. 4.

Tertiò infertur, quod quando agitur de proprietate 52
Beneficii, cauſa non dicitur Beneficialis, Gloſs. in Clem.
2. in verbo Beneficiis, & ibi Card *quæſt. 8. n. 15. &* Vira-
lin. *24. & ſeq. de Jud.*

Tertiò infertur, quod quando agitur de Decimis cau- 53
ſa oon eſt Beneficialis, Severol. *de Remiſſ. d. cap. 17 nu. 3.*
Bellam. *d. dec. 617.* Cavaler. *dec. 258. nu. 1.* Greg *174. n. 1.*
& ibi Beltramin. *n. 7.*

Quar-

Digitized by Google

55 Quartò infertur, quod ubi agitur de Penſione, cauſa non eſt Beneficialis, ſed prophana, Severol *de Remiſſ. d.c.17.n.3.* Gigas *de penſ.q.99. n.7.* & quod, ubi agitur de invaliditate Penſionis, ob non expreſſionem veri valoris, cauſa reputetur prophana, tradit Fereutill. ad Buratt. *deciſ. 369. n. 7.*

56 Quintò infertur, quod cauſa penſionis Beneficii non eſt Beneficialis, Milliſ *in repert. in d. verb. Beneficialis, n.25. verſ. ſed ſi agitur*, ſed tamen cum ſit annexa cauſæ Spirituali, eſt cognoſcenda coram Judice Eccleſiaſtico, non autem coram Sæculari, prout de communi teſtatur Rota *dec.305. n.9. poſt conſ. crimin.* Farin. *lib. 2.*

57 Sextò infertur, quod quando agitur de privatione Beneficii ob delictum commiſſum, cauſa non dicitur beneficialis, Put. *dec.66 & dec. 396. n. 3. lib. 2.* Rota *dec. 766. n.1 p.3. lib. 3. diverſ.* Coccin. *dec. 42. n. 5.*

58 Sed hoc Primò non procedit, quando ageretur ad canonizationem Gratiæ ſui regreſſus, ob non ſolutionem Penſionis, nam tunc cauſa eſt Beneficialis, Put. *dec.66. lib.2.* Rota *d. dec.766. p. 3. lib. 3. diverſ.*

59 Secundò non procedit, quando petitur, quod quia amoveatur, & Beneficium ſibi adjudicetur, quia licèt lis ſuper privatione non faciat Beneficium litigioſum, ex quo cauſa eſt prophana, ſecus tamen eſt, ſi Petitio, ſeu etiam Sententia contineat in ſe etiam adjudicationem, Put. *dec. 496. num. 1. & ſeqq. lib. 2.* Coccin. *dec. 42 num. 3.*

60 Septimò infertur, quod quando Reus impugnat Sententiam in cauſa Beneficiali latam cum condemnatione Expenſarum, ſolum propter expenſas, licèt expenſæ non ſint cauſa litis, attenditur tamen origo cauſæ, & Jus metimur ab Actore, & ob id cauſa dicitur Beneficialis, Oldr. *d. conſ.320. n. 5. & ſeq. verſ. nec dicat. aliquis.*

61 Octavò infertur, quod ſi quis dicat, aliquem nunquam fuiſſe aſſecutum Beneficium, & ob id petat illud ſibi conferri, cauſa dicitur Beneficialis, Coccin. *dec.42. num 1.*

62 Nonò infertur, quod ſi quis dicat, aliquem obtinuiſſe Beneficium, ſed poſtea fuiſſe illo privatum, vel privandum, cauſa eſt prophana, Coccin. *dec. 42. n. 2.* Secus ſi petatur aliquem privari Beneficio, & illud ſibi conferri, tunc enim cauſa eſt Beneficialis, Put. *dict. dec. 496. n.1. & n.3. lib.2* Coccin. *dec. 20. n.2. & dec. 42. nu.2. & ſeq.*

63 Cauſæ autem Beneficiales ſunt de ſui natura in Romana Curia tractandæ, ad quam devolvuntur, quia ibi melius, quam alibi, examinantur, & expediuntur, Gonzal *ſuper reg 8. in proœm. §. 2. num 60* Rota *dec 36. n. 2. de Appell. in nov.*

64 Signanter autem hujuſmodi cauſæ ad Romanam Curiam devolvuntur, & ſunt in ea tractandæ in gradu appellationis, Rota *dec.124. n.3. par. 6 recent.* ſervata tamen forma Clement *cauſam, de elect.* Marcheſ. *de Commiſſ. appell. in cauſ. Benef. p.1. c.7. n.10. fol.181.* Rota *dict. dec.36. n.2. de Appell. in nov.*

65 Et non ſolum in Romana Curia, ſed etiam in Rota hujuſmodi cauſæ committi debent, dummodo ad Papam fuerit provocatum, Parte præſente, vel ſaltem appellatione Parti abſenti intimata, juxta formam, *d.* Clem. *cauſam de elect.* Marcheſ. *de Commiſſ. in cauſ. bene-*
66 *fic. d. p. 1. c.7. nu. 34 fol. 283.* quæ † quidem Clem. *cauſam* in beneficialibus tantummodo procedit, Bart. *in l. 4. §. Prætor ait. n.9 ff. de damn. infect.* Seraph. *dec. 1123 n.2.*

67 Quinimò, ſi in prima inſtantia cauſæ beneficiales coram Ordinario, aliquo reſpectu, committi nequeunt, ſunt utique committendæ in Rota, ubi melius quam alibi tractantur, & expediuntur, Marcheſ. *de commiſſ. appell. in cauſ. benef. d. p.1. c.7 n.41. fol. 284.*

68 Undè regulariter dici ſolet cauſa Beneficialis, ergo Rotalis, Gonzal *ſuper reg. 8. in proœm. § 2. n. 60.* Marcheſ. *de commiſſ. appell. in cauſ. benefic p. 1. c. 7. nu. 1. fol. 280. & n.32. fol. 283. & de commiſſ. ſuper. Attent p.2 cap.2. n.123. fol.29.* Veſtr. *in Prax. lib. 3. cap.9 nu. 1. & 2.* Rota *dec. prima, n.2. & ibi* Papazon. *n. 4. de elect. in nov.*

69 Et meritò, quia iſtæ cauſæ reputantur magnæ & periculoſæ, undè in illis multa ſpecialia ſunt conſtituta, Rota *dec. 27. n. 2 de Procur. in nov.*

70 Commiſſa verò cauſa ſuper beneficio in Rota ſimpliciter, illa cenſetur commiſſa, tàm in Petitorio, quàm in poſſeſſorio, niſi fuerit commiſſa in Poſſeſſorio tantum, Caſſad. *dec.6. n.1. & ſeqq. de reſcript.* Rota *dec.9. n. 1. &*
ſeqq. de cauſ. poſſ. & prop. in nov. & † cenſetur ab initio 71
cauſæ in ea omne jus deductum, Ægid. *dec. 662.* Put. *dec.83. n.3 lib.1.* quos refert, & ſequitur Coccin. *dec. 442. num. 1.*

Verùm concluſio, quod cauſa Beneficialis ſit in Curia, & in Rota committenda, non procedit in cauſa parvi redditus, nàm in Rota non committitur, niſi fructus Beneficii excedant valorem ducatorum viginti quatuor de Camera, in Curia verò Prælato extra Rotam non committitur, niſi fructus Beneficii ſaltem aſcendant ad annuum valorem decem ducatorum auri de Camera, aliæ verò infra dictam ſummam ducatorum decem remittuntur ad partes, juxta Praxim ſuperius traditam *p. 1. c.13. n.385. & ſeqq.* 72

Cæterum in Romana curia in Beneficialibus mortuo reo, proceditur contra intereſſe putantes per Contradictas ad effectum adjudicationis. & relaxationis Sequeſtri, nec eſt ulterius citandus Procurator Defuncti, etiam dominus litis effectus, Vant. *de nullit. defect. inhabil n. 172.* ubi quod ita ſervat Praxis, Veſtr. *in Prax. lib. 4. c. 4. n.12.* Rota *dec. 8. ut lit. pen. in nov.* 73

Et ſimiliter, mortuo Actore poteſt Reus per Contradictas procedere ad effectum obtinendi abſolutoriam, Veſt. *lib. 4. cap. 4. n. 12.* Caſſad. *dec. 1. n. 1. de Sent. & re jud.* 74
nam † in Beneficialibus per mortem Principalis expirat 75
mandatum Procuratoris, etiam domini litis effecti, adeo quod amplius citari non debeat, Veſtr. *d. lib. 4. cap. 4. nu. 12.* Caſſad. *dec. 2. n 3 de Appell.* ubi quod ita eſt in practica.

Hæc tamen non vindicant ſibi locum in prophanis, in quibus citari debet Procurator dominus litis effectus vel eo non exiſtente, citandi ſunt Hæredes, ſi qui ſint, aliàs dandus eſt Curator Hæreditati jacenti, Veſtr. *d. l. 4 c. 4. n. 43.* juxta Praxim ſuperius traditam *p. 1. c. 3. num. 4. & ſeqq.* 76

Verùm, quando agitur de cauſa, quæ nec, ut ſupra, Beneficialis, nec etiam Eccleſiaſtica, ut infra dici poteſt illa extra Statum Eccleſiaſticum ſignanter poteſt cognoſci à Judice Eccleſiaſtico. 77

Primò per viam Denunciationis Evangelicæ, prout de cauſa vertente inter Regem Francorum, & Regem Angliæ *tex. in c. novit de Jud* Gloſ. *in c. licèt ex ſuſcepto, in*
verbo vacante de foro compet. 79

Secundò, quando Judices Sæculares non exhibent Juſtitiæ complementum, *d. c. licèt ex ſuſcepto, in princ.* ibi dummodo Conſules, ubi Gloſſ. *in verbo vacante, de fora compet.* nam Eccleſiaſticus ſupplet illorum negligentiam, *c. ex tranſmiſſa de foro com.* Rot. *dec.8. n. 2. p. 4. recent.*

Tertiò, cauſa Pia, nam judex Eccleſiaſticus eſt judex cauſarum Piarum, Tiraq. *de privil. piæ cauſ. privil. 149.* 80

Quartò, ubi agitur de Crimine Eccleſiaſtico prout de Simonia Uſura, Sacrilegio, & ſimilibus *cap. quoniam, de uſur. cap. 16. quæſt. 2. & c. nulli liceat, 12. quæſt. 2.* Gloſſ. *in cap. licèt ex ſuſcepto, in verbo vacante, de for. comp.* 81

Et poteſt Judex Eccleſiaſticus procedere ex Officio, ubi agitur de periculo animarum, Innoc. *in cap. ad noſtrum, il ſecondo, de jure juran.* Abb. *in c. tuam. n. 12. de ord. cogn.* Feder. de Sen. *conſ. 300.* Alex. *conſ. 96. n. 3. lib. 7.* ubi alios allegat Marant. *de ord. jud. p 6. princip. n. 135.* 82

Quintò, cauſa annexa, & acceſſoria Spirituali, licèt enim illa ſit temporalis, de ea tamen cognoſcit Eccleſiaſticus, *c. quando, de jud.* Gloſ. *in c. licèt, il primo, in verbo vacante, de for. comp.* Alex. de Nevo *in c. de prudentia, n. 2. de don. int. Vir. & Uxor.* Barboſ. *in collect. Decret. lib. 2. tit. 2. c. 10. n. 7* Rot. *dec 305. n. 7 poſt conſ. crim.* Farin. *l. 2.* cum aliis cumulatis per Fereotill. *ad Burat. dec. 780 n. 15. & ſeq.* 83

Sextò, quando judex ſæcularis non invenitur *cap. licèt ex ſuſpecta, ubi* Gloſſ. *in verb. vacante de for. compet.* 84
prout † vacante imperio, nàm tunc Papa ſuccedit in ad 85
miniſtratione, Peregr. *de jur. Fiſc. art. de bis, qui jur. fiſc. hab. n. 35. fol. 15.* Barb. *in collect. Decret. l. 2. tit. 2. c. 10. n. 7.*

Septimò, cauſa ſpectans ad forum Eccleſiaſticum 86

cum

Digitized by Google

cum Laicis etiam Reis, prout in cauſa Ruſticorum, Servorum, & Colonorum Eccleſiæ, & ſimilium, *l. 2. C. de Ep. & Cler. l. ſi quis. C. ubi cauſ. Fiſc. vel Div. dom. Homin. ejus aguntur, c. judicatum, diſt. 89. cap. Eccleſiarum ſervos 12. q. 2. c. nullas*, ubi Abb. *de foro compet.* Specul. *de compet. jud. adit. §. 1. n. 27. verſ. vigeſimus lib.* 2. ubi quod hoc poteſt intelligi ſuper rebus, quas ab Eccleſia tenent Alex. *conſ. 79. n. 1. lib. 1.*

87 Octavò aliis omiſſis, ubi eſt contentio de juriſdictione inter Judicem Eccleſiaſticum, & Sæcularem, nàm tunc ſolus judex Eccleſiaſticus cognoſcit, tanquàm Major, an ſua ſit juriſdictio ob majorem illius autohoritatem Oldr. *conſ. 83.* Butr. *in c. cæterum, col. 2. nu. 9. de jud.* Dec. *in c. Paſtoralis, n. 9. & ſeq. de reſcr.* Jaſ. *in l. 2. nu. 19. ubi de communi, ff. ſi quis in jus voc. non ier.* & alii quos refert, & ſequitur Covar. *pract. quæſt. c. 33. nu. 1.* Innoc. & alii quos refert, & ſequitur Bellet. *diſquiſ. Cler. ſub tit. de ſan. Cler. etal. §. 5. n. 129. & ſan. Cler. perſ. §. 14. n. 3.* ubi de veriori, & tutiori, Maſcard. *de prob. concluſ. 689. n. 7. & ſeqq.* Farinac. *in prax. de inquiſit. p. 1. q. 8. nu. 33. verſ. & generaliter*, Oſaſc *dec. 103. nu. 4.*

88 Nonò, & eò magis cauſa Eccleſiaſtica, vel ſpiritualis, nàm iſtæ ſunt cognoſcendæ à Judice Eccleſiaſtico, *c. decernimus, de jud. benè quidem & c. denique, diſt. 96. c. continua, excelatam, cap. ſi quæ cauſ. c. & c. placuit il ſecondo, 11. quæſt. 1. cap. tuam de ord. cogn. c. lator, & c. cauſam il ſecondo, qui fil. ſint legit.* Capyc. *dec. 7.* Franc. *dec. 52. in prin. deciſ. 312. & dec. 512.* Rota *dec. 42. n. 1. p. 6. recent.*

89 Et cauſas Eccleſiaſticas jubet Apoſtolus ad Eccleſiam deferri, & ibi terminari, quod cauſæ Eccleſiaſticæ ſint à Judice Eccleſiaſtico determinandæ, nullus unquàm Ortodoxus dubitavit, Rota *dicta dec. 42. num. 4. & num. 3. par. 6. recent.*

90 Cauſæ autem Eccleſiaſticæ dicuntur cauſæ pertinentes ad forum Eccleſiaſticum, ſivè illæ ſint Spirituales, ſeù illis annexæ, ſivè Civiles, ſivè Criminales, ſivè mixtæ, Lap. *alleg. 70. num. 3. verſ. ad ſecundum*, prout de cauſa Civili vel Criminali, vel mixta eſt, *text. in c. tuæ, de Proc.* & tradit etiam Bald. *conſ. 126. n. 2. lib. 3.*

91 Cauſa Civilis, eſt quando agitur principaliter de pœna applicanda Parti, Bald. *d. conſ. 126. num. 2. lib. 2.* Mandoſ. *in Gloſſ. ſocult. A. C. in verbo in Civilibus, ſub lit. A.* Maran. *de ord. jud. p. 4. diſt. 1. num. 5. verſ. dicitur*, & ſic dicitur Civilis, quando agitur de Crimine civiliter, & Sententia fertur civiliter, Rota *deciſ. 19. n. 1. de jud. in antiq.* & dicitur etiam Civilis, non Criminalis, quando non agitur ad pænam privationis, vel Fiſco applicandam, Rota *dec. 113. n. 1. poſt conſil.* Farinac. *lib. ſecundò.*

92 Cauſa verò merè Civilis dicitur, quando agitur de aliquo intereſſe Civili civiliter, prout de rei vindicatione, de pecunia, & ſimilibus juxta *text. in cap. pen. & c. fin. de libell. oblat.* Lapus *d. alleg. 79. num. 3. verſic. quædam ſunt.*

93 At cauſa Criminalis dicitur, quando agitur principaliter de pœna applicanda Fiſco, Bald. *dicto conſ. 126. n. 2. l. 3.* Mandoſ. *in d. Gl. ſocult. A. C. in verbo in civilibus lit. A.*

94 Cauſaque dicitur merè Criminalis, quando agitur directè de Crimine, *cap. veniens, & c. ſuper his, de accuſat.* Lap. *dicta alleg. 70. nu. 3. verſ. quædam*, & quando fuit habita pro tali à Signatura, Rota *deciſ. 55. numer. 6. part. 5. recent.*

95 Mixta verò dicitur cauſa, quando agitur de crimine civiliter, *cap. tuæ in fin. de Proc.* Lap. *dicta allegat. 70. n. 3. verſ. quædam*, vel quando agitur de pœna applicanda Parti, & Fiſco, Clarus *in §. fin. quæſtione prima, verſ. Tertius eſt caſus.*

96 Inter has cauſas ſunt quædam præjudiciales, quæ tripliciter conſiderari poſſunt, ſicut tribus modis una eſt alteri præjudicialis.

97 Primò ſcilicet ratione ſtatus Perſonæ, prout quando agitur de ſtatu alicujus; tunc enim ratione ſtatus cauſa præjudicat, vel præjudicare poteſt aliis cauſis ſimilis ſtatus, & ob id dicitur agi de magno præjudicio, ac de his cauſis præjudicialibus loquitur *text. in §. præjudiciales, & ibi* Jaſ. *n. 13. Inſtit. de act.* Bart. *in l. fundum, numer. 4. ff. de except.* Coccin. *dec. 308. n. 7.*

98 Secundò, ratione majoritatis, & præeminentiæ Cauſæ majores ſunt præjudiciales aliis minoribus, quod contingere poteſt dupliciter, Primò in cauſis ſe contingentibus propter quale quale præjudicium, prout eſt petitio Hæreditaris *l. fin. C. de petit. Hæred.* nàm † pendente 99
hoc judicio univerſali, ob ejus præeminentiam, & nobilitatem, & alia judicia particularia differuntur, Bartol. *in dict. l. fundum, n. 4. verſic. ſecundò eſt principalis, ff. de except.* & benè explicat Jaſ. *in d. §. præjudiciales, n. 4. & ſeq. Inſtit. de act.* Coccin. *d. dec. 308. n. 7.*

Secundò poteſt contingere in cauſis ſe nullo modo contingentibus, *l. ult. C. de ord. jud.* ubi cauſa Criminalis, licet nihil habeat agere cum Civili, huic tamen præjudicat, dum prius de Criminali cognoſcitur, ob ejus præeminentiam, & majoritatem, & ſuperſedetur in Civili Bartol. *in dict. l. fundum, n. 4. verſ. uno modo, ff. de except.* Jaſ. *in dict. §. præjudiciales, nu. 4. Inſtit. de act.* Seraph. *dec. 571. num. 3. & ſeq. & dec. 620. nu. 6.* Coccin. *in dict. deciſ. 308. num. 7.* 100

Tertiò ratione contingentiæ, prout quando cauſæ ſe invicem contingunt, & Sententia in una lata parit præjudicium, vel exceptionem rei judicatæ in alia, Bartol. *in d. l. fundum, n. 4.* Jaſ. *in d. § præjudiciales, num. 1. verſ. primo modo, & n. 2.* Coccin. *d. dec. 308. n. 7.* 101

Verùm concluſio, quod cauſa Criminalis, uti Major, ob ejus præeminentiam, prius cognoſci & terminari debeat, Primò non procedit quando cauſa eſt à Signatura commiſſa, cum clauſula, *Conſtito quod cauſa civilis præjudicet criminali*, nàm ſi tunc cauſa Civilis illi præjudicat, Inhibendum eſt Judici Criminali, ne pendente judicio Civili ad ulteriora in cauſa Criminali procedat; ex quo enim adeſt Commiſſio cum clauſula *Conſtito*, quæ dat formam, non eſt ulterius quærendum de Majoritate cauſæ Criminalis, ſed ſolum an cauſa Civilis illi ſit præjudicialis, Coccin *dec. 123. n. 1. & ſeqq. & num. 21. & dec. 465. nu 2.* Rot. *dec. 217. nu. 1. & ſeq. poſt conſ.* Farin *lib. 2.* ubi † quod hoc procedit etiamſi 102 103
cauſa Criminalis ſit prius intentata, Buratt. *deciſ. 34. nu. 1. & ſeq.* Cavalet. *dec. 443. num. 6.* ubi quod attento præciſo reſcripto Signaturæ, hoc procedit, non obſtante Reformatione Sanctiſſimi diſponente, quod ſi A. C. cognoverit, adeſſe ſuſpicionem Criminis, acta remittantur ad judicem ordinarium, qui cauſam Criminalem Civili præjudicialem prius terminet.

Secundò non procedit, quando totum jus cauſæ Civilis non conſiſtit in Teſtibus, ſeù probationibus accuſantis, tunc enim non eſt in Civili ſuperſedendum, ſed procedendum ad ulteriora, Afflict *deciſ. 220. nu. 2.* Rota *dec. 206. num. 2. par. 2. diverſ.* Buratt. *dec. 47. num. 1. & deciſ. 69. in princ.* 104

Tertiò non procedit ad effectum, ut lite pendente non poſſit in cauſa Civili peti Manutentio, etiam coram Judice Civili, Coccin. *dec. 434. numer. 3. & ſeq.* 105

Quartò non procedit, quando querela fuit data poſt relaxatum Mandatum, nàm nec etiam tunc cauſa Criminalis facit ſuperſederi in Civili, niſi manifeſtè conſtet de falſitate, Afflict *dec. 229. in princ.* Buratt. *dec. 47. num. 6. & dec. 69. num. 1.* 106

Cauſa verò Civilis tunc dicitur præjudicialis Criminali, quando Sententia lata in Civili parit exceptionem rei judicatæ in Criminali Rota *dec. 201. nu. 1. poſt. conſ* Farin. 662. *nu. 2.* Ferentill. ad Buratt. *d. dec. 34. n. 3.* 107
at † quando Sententia lata in una cauſa non parit exceptionem rei judicatæ in alia, non poteſt dici una alteri præjudicialis, Rota *dec. 434. num. 1. par. 2. recent.* 108

Vel quando Sententia ferenda in cauſa Civili poteſt parere exceptionem rei judicatæ in Criminali, nàm poſſibilitas ſufficit, Rota *dec. 217. n. ... & ſeq. poſt. conſ.* Farin. *lib. 2.* Cavaler. *dec. 443. n. 2. & dec. 475. num. 3.* Burat. *dec. 415. n. 1. & dec. 944. nu. 1. & ſeq.* 109

Vel quando reſoluta cauſa Civili reſolvitur Criminalis, Coccin. *dec. 123. numer. 3.* Rot. *dec. 201. nu. 1. poſt. conſil.* Farin *lib. 2.* 110

Vel denique quando non poſſunt, niſi ferri Sententiæ contrariæ à diverſis judicibus, quod abſurdum eſt evitandum Rota *d. dec. 201. num. 2. poſt. conſ.* Farin. *lib. 2. & deciſ. 579. num. 1. circa med. part. 4. recent.* Cavaler. *deciſ. 475. num. 4.* 111

Si igitur cauſa civilis eſt præjudicialis Criminali, & 112
fuit

Digitized by Google

fuit prius intentata Civilis utique cognoſci debet prius de ea Civili, & ad contrarietatem evitandam, ſuperſedendum eſt in Criminali, Coccin. deciſ. 123. nu. 7. & n. 20. Rot. dec. 201. n. 3. & n. 6 poſt conſ. Farin. li. 1. & dec. 579. n. 1. par. 4. recent. Cavaler. dec. 98. nu. 11. dec. 443. num. 4. & dec. 530. num. 1.

113 Ubicumque autem cauſa Civilis, & Criminalis non poſſunt unico contextu terminari, quando oriuntur ex eodem fonte, una finita poteſt ad aliam procedi, ſi tendat ad diverſum finem ſecus ſi ad eundem. Maran. de ord. Iud. par. 4. diſt. 1. num. 6. & ſeqq. fol. 27. Cocc. deciſ. 123. n. 6. nè contrariæ ſententiæ, ſequantur, quod eſt evitandum, Innoc. in cap. cum contingat, n. 3. verſ. & ergo, de offic. Deleg. cum aliis quos ſequitur Cocc. d. dec. 123 num. 6. verſ. poſſet.

114 Cauſæ verò Spirituales ſunt cauſæ Matrimoniales, Legitimitatis, Uſurarum, Sacrilegii, Simoniæ, & ſimiles de quibus cognuſcit judex Eccleſiaſticus, Gemin. conſ. 66. n. 2. & ſeqq. verſ. quædam ſunt præjudiciales.

115 In tantum autem cauſa Matrimonialis eſt Spiritualis, & ita in Poſſeſſorio coram Judice Eccleſiaſtico cognoſci debet, cum habet admixtam cauſam Spiritualitatis, ex allegatis per Ferentill. ad Buratt. dec. 780. numer. 18.

116 Cauſa etiam Decimarum dicitur Spiritualis, cap. literas de jur. cal. Lap. alleg. 70. numer. 5. verſ aliquando.

117 At cauſæ meræ Spirituales ſunt cauſæ Fidei, Sacramentorum, & ſimiles, Lap. d. alleg. 70. numer. 5. verſ. puto.

118 Cauſa verò Juriſpatronatus, poſſeſſionis rei Spiritualis, quæ trahit ad ſe cauſam temporalitatis, Decimarum datarum in Feudum Sæcularibus, & ſimiles, licèt non ſint cauſæ Spirituales, ſunt tamen annexæ, & connexæ rebus Spiritualibus, ideò ſunt coram Eccleſiaſtico cognoſcendæ, latè Ferentill. ad Burat. dec. 780. n. 15. & ſeqq. & Rot. dec. 43. n. 12. & ſeqq. p. 6. recent.

119 At cauſæ ſuper bonis Emphiteuticis Eccleſiaſticis, licèt non ſint Spirituales, vel illis annexæ, tamen ſunt cauſæ Eccleſiaſticæ, de quibus ratione directi dominii, connexitatis illius cum dominio, Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit, cap. decernimus, de judic. cap. bene quidem, & cap. denique, diſt. 96. cum aliis cumulatis per Ferentil. ad Buratt. d. dec. 780. n. 11. & ſeqq. & n. 19. Rot. dec. 42. n. 1. & ſeqq. par. 6. recent.

120 Similiter, licèt penſio non ſit res Spiritualis nec illi annexa, cauſa tamen penſionis eſt Eccleſiaſtica, & debet a judice Eccleſiaſtico cognoſci, quia cum penſio ſit impoſita à Papa, & conceſſa per literas Apoſtolicas, & non ſolventi ſit impoſita pœna cenſurarum, & privationis beneficii, cognitionis iſtorum omnium Judex ſæcularis eſt incapax, Gig de Penſ. q. 99. n. 13.

121 Cauſæ autem ſpirituales, & perſonæ Clericorum, quoad fori privilegium, pari paſſu ambulant. Rot. dec. 98. num. 3. par. 3. recent.

122 Proinde infertur, quod pendente cauſa Hæreditaria coram Judice laico, ſi opponatur exceptio natalium, & ſic oritur incidens Spirituale, debet hujus exceptionis præjudicialis cognitio remitti ad Judicem Eccleſiaſticum cap. lator, ubi DD. qui Fil. ſint legit.

123 Et dicta cauſa natalium pendente, debet Judex laicus ſuperſedere in cauſa hæreditatis, & expectare finem natalium, cap. tuam, de ord. cognit.

124 Et Judex Eccleſiaſticus, ſi excipiens non probet, ſuam debet moderari inhibitionem, & intimare Judici ſæculari, ut ob cauſam natalium non omittat procedere in cauſa Hæreditatis, d. cap. lator, qui Fil. ſint legit.

Obſervatio.

125 Cognitio Clericatus, de quo agitur, eſt remittenda ad judicem Eccleſiaſticum, Quia in cauſa ſpirituali, vel quaſi, judex laicus non habet juriſdictionem principaliter, nec incidenter, cap. ſi Iudex laicus, ubi Gloſ. in verbo, Spirituale, de Sent. excomm. in 6. cap. 2. & cap. quanto de jud. Bart. in l. quoties, C. de jud. Socc. in cap. propoſuiſti, n. 43. de for. compet. Rulan. conſ. 4. n. 20. & n. 33. lib. 1. & conſ. 12. n. 15. n. 24. & n. 38. & ſeqq. lib. 2. Alex. de Nevo conſ. 56. n. 16. & per tot. Gemin. conſ. 66. n. 1. & ſeq. Gratian. diſcept. 190. n. 13. & ſeq. & per tot. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effectu. 1. n. 405. n. 1257. & n. 1270. Squillan. de privil. cleric. c. 7. n. 25. verſ. ad quem autem, Rota dec. 3. de Sentent. excom. in nov.

Præſertim cum Articulus habeat quæſtionem juris, vel etiam facti, & juris mixtim, Carol. de Graſſ. d. effect. 1. n. 407. Squillan. de privil. cler. c. 8. n. 66. 126

Et eo magis cum Ordinarius aliàs judicialiter admiſerit d. Clericum ad privilegia Clericalia, unde multo minus poteſt Judex laicus cognoſcere de juſtitia, & validitate ſententiæ, & Decreti ejuſdem Ordinarii, per tot annos in judicatum tranſacti, cum teneatur obſervare res ab Eccleſiaſtico judicatas, cap. fin. de except. in 6. ut idem tradunt Anchar. Franc. Gemin. & alii Bald. in l. 1. n. 3. de exequut. rei jud. & in l. ſi quis, n. 5. cod. de Epiſc. & cler. Feder. de Sen. conſ. 119 Franc. deciſ. 512. n. 4. & ſeq. 127

Et cum Judex Eccleſiaſticus ſit major ſæculari, cap. ſolit. de major. & obed. cap. denique diſt. 96. clem. Romani de jure jur. Rot in Oſcen. Pœnitentiariæ, 10. Apr. 1595. coram bo. me. card. Blanchetto, apud Theod. de Rub. poſt Sing. ad dec. Pentæ, ubi † Eccleſiaſticus Major appoſuit manus, minor ſe ingerere non poteſt nec debet, cap. cum inferior, de major. & obed. cap. cum venis. de ſent. exc. ubi Abb. Dec. & alii, de jud. Feder. de Sen. conſ. 115. n. 1. Neviz. conſ. 44. n. 11. Marcheſ. de commiſſ. in par. 1. c. 3. nu. 59. fol. 157. Rota dec. 103. n. 3 par. 2. diverſ. præſertim † in re de ſua natura Eccleſiaſtica, cujus Laici ſunt incapaces, cap. contingit. ubi Gloſſ. de Arbit. c. 2. ubi Gloſſ. in verbo, Laici, & Abb. & alii, de Iud. ſicut dependentium, & annexorum, cap quando, ubi Abb. & alii, de Iud. 128 129 130

Et quando aliquid conceditur, vel prohibetur, conceſſio, vel prohibitio trahitur ad omne id, per quod pervenitur ad illud, l. cum principale ff. de reg. jur. Bart. in l. 2. n. 6. ff. de jur. omn. Iud. Marcheſ. de commiſſ. ſuper auton. p. 1. c. 5. ſ. 1. n. 13. fol. 250. 131

Nec relevat, quod hodie non agatur contra dictum Clericum, ſed contra Laicum. 132

Quia cum coram judice ſæculari orta fuerit quæſtio Spiritualis, & incidenter controvertatur d. Clericatus, Judex Laicus debet hujuſmodi incidens ſpirituale remittere ad Judicem Eccleſiaſticum, & expectare donec illud decidatur, cap. tuam, de ord. cog. cap. lator, & cap. cum ſam. il ſecondo, qui Fil. ſint legit, Bero con. 117. n. 4. & n. 9. verſ. præterea, lib. 3. Ruland. conſ. 4. n. 21. lib. 1. Genuen. in Prax. Archiepiſ. c. 77. Capic. dec. 7 Franc. dec. 52. in princ. dec. 312. & dec. 512. Gamin. dec 194 n. 2. ubi quod ab hac communi opinione non eſt in judicando recedendum, & quod fuit judicatum, & rurſus dec. 207. n. 5. Franc. dec. 551 n. 1. & per tot. p. 4 Rot. dec. 200. n. 1. & n. 10. & ſeq. p. 2. div.

Nam Laicus eſt incapax illius incidentis quæſtionis merè Spiritualis, Butr. in cap. tuam, n. 6. de ord. cog. & incapax ex toto genere, Card. in d. cap. lator, in ult. oppoſ. n. 4. qui Fil. ſint legit. cum aliis, quos cumulat, & ſequitur Franc. d. dec. 551. numer. 9. p. 4. & actu, & habitu Abb. in d. cap. lator, in Gloſ. fin. n. 7. & tam principaliter, quàm incidenter, Angel. in l. quoties, num. 2. C. de jud. ubi quod ita quotidie practicatur, & non ſolum de jure Canonico, ſed etiam de jure Civili, l. omni innovatione, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Bart. in l. quoties, c. de Iud. & † inhabilis defectu perſonæ non poſſit fieri habilis ex conſuetudine, Bellamer. in d. cap. tuam num. 2. & nu. 8. & ſeq. de ord. cog. & proceſſus coram eo fabricatus ſuper Articulo Spirituali non valet etiam parte conſentiente, Socin. in d. cap. propoſuiſti, n. 45. verſ. competit enim, de for. compet. idquè † ratione inconvincibili, quia privatus, ſivè conſentiens ſive negligens, ſivè contumax, nullam poteſt dare juriſdictionem Spiritualem Judici laico, nec principaliter, nec incidenter, nec aliàs quomodolibet, l. privatorum, c. de jur. omn. Iud. Butr. in cap. ſignificaſti 38. n. 24. de offic. Deleg. Iaſ. in l. ſi per errorem, n. 5. de jur. omn. Iud. Bart. in l. 2. n. 11. & ibi Bald. n. 11. Iaſ. n. 39. verſ. tertio limita ff. ſi quis in ejus voc. non ier. Soccin. in d. cap. propoſuiſti, n. 43. verſ. congerie, Caſtr. conſ. 2. n. 3. lib. 2. ubi de communi, & quod hujuſmodi incidens remittitur ad Eccleſiaſticum non obſtante negligentia, & contumacia in opponendo, Maran. de ord. par. 4. diſt. 12. num. 12. Bellamer. dec. 25. conſenſus, † dicere quod Privatus poſſit 133 134 135 136 137

Digitized by Google

ſic dare juriſdictionem in ſpiritualibus judici laico, eſt manifeſtum abſurdum, contra diſpoſitionem claram ſacrorum Canonum *d. l. privatorum, & ad. d. iur. ... Jud.* Rimio. *in l. de die, §. fin. ff. qui ſatiſd. ... og* Caſti *d. conſ.* 2. *nu.* 3. *lib.* 2. Genuen. *d. c.* 77. *num.* 3. Franc. *d. dec.* 551. *num.* 10. *par.* 4.

Quare articulus Clericatus ad judicem Eccleſiaſticum fuit remiſſus.

Obſervationes.

138 Auditor igitur R. C. Apoſtolicæ poteſt audire, cognoſcere, & terminare omnes, & quaſcunque cauſas ſpirituales Eccleſiaſticas, & prophanas perſonarum in ejus facultatibus expreſſarum, juxta earumdem facultatum ſuarum formam, & tenorem, Paul. *V. conſt.* 28, *Eximiæ, cum aliis allegatis ſupra p.* 1. *c.* 1. *n.* 33.

139 Sed hoc Primò non procedit in cauſis de partibus in illis caſibus, in quibus ſunt in partibus coram Ordinariis locorum cognoſcendæ, ut mox dicetur.

140 Secundò non procedit in cauſis beneficialibus, in quibus ipſe A. C. regulariter juriſdictionem non habet Bellamer. *dec.* 210. *cum aliis cumulatis ſupra d. p.* 1. *c.* 5. *n.* 41. *& ſeqq.* ubi ad hoc limitationes adductas videre licebit.

141 Proinde cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodocumque pertinentes, etiamſi Beneficiales ſint, in prima inſtantia ſunt coram Ordinariis cognoſcendæ, & terminandæ, ſic diſponente *ſacr. Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 20. *de reſor.* Gabr. *conſ.* 182. *in prin. lib.* 2. prout ante Concilium mandavit Papa *in c. conquestus, ubi DD. de for. comp.* ut ait Marcheſ. *de Commiſſ. appel. extr. Rom. Cur. p.* 1. *c.* 6. *n.* 7. *fol.* 255.

142 Sed hoc non procedit in cauſis, quæ juxta Canonicas ſanctiones apud Sedem Apoſtolicam ſunt tractandæ, vel in illis, quas ex urgenti rationabilique cauſa judicaverit Summus Pontifex Romanus per ſpeciale reſcriptum Signaturæ Sanctitatis ſuæ, manu ſua ſubſcribendum committere, ſeu avocare *Conc. Trid ſeſſ.* 1. *cap.* 20. *verſ. excipiant, de reform.* Gabr. *d. conſ.* 182. *in princ. lib.* 2.

143 Cauſæ autem, quæ in Romana Curia ſunt juxta Canonicas Sanctiones cognoſcendæ, ſunt cauſæ majores *c. majores in princ. de baptiſ. c. ut debitus in fin. de appell. c. quod translationem, ubi gloſ. in verb. reſervata de offi. Leg. c.* 1. *& tot. tit. de transl. Prælat.* Veſt. *in prax lib.* 3. *c.* 6. *n.* 3. *& ibi* Gravat. *n.* 9. Mandoſ. *in form.* 4. *Commiſſ. in verbo, de ſui natura, verſ. cauſæ autem*, Gabr. *d. conſ.* 182. *n.* 1. *& ſeq.* Marcheſ. *de comm. avoc. cauſ. par.* 2. *§.* 1. *num.* 12. *fol.* 284. in quibus locis, quæ iſtæ cauſæ majores ſint, quilibet videre poterit.

144 Signanter verò. Primò, Cauſæ majores ſunt ubi agitur de articulis Fidei, *de major. de Bapt. gloſ. in dict. c. quod translationem, in verbo reſervata, de offi leg.* Gabr. *d. conſ.* 181. *n.* 1. *lib.* 2. Veſte. *in prax. d. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 3.

145 Secundò, Cauſæ concernentes periculum Animæ Veſtr. *d. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 3. *verſ. amplius*, & ibi Gravat. *n.* 9. Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. dict. par.* 2. *§.* 1. *num.* 12. *& ſeq. fol.* 274.

146 Tertiò, Cauſæ in quibus agitur de interpretatione literarum Apoſtolicarum *c. cum veniſſent, & ibi DD. de jud.* Gabr. *d. conſ.* 182. *num.* 14. *lib.* 2. Marcheſ *de commiſſ. appell. extra Rom. Cur. p.* 1. *n.* 81. *fol.* 255 ubi de obſervantia Signaturæ teſtatur.

147 Sed hoc habet locum, quando agitur de poteſtate, aut præjudicio Papæ, aut Sedis, vel de interpretatione verborum ipſius Papæ, non autem quando agitur de inhabilitate reſpectu Proviſi, vel an Gratia ſit obreptitia, vel ſubreptitia, nàm hoc ſecundò caſu etiam Ordinarius poteſt cognoſcere, ita ut poſſit non directè de privilegio, ſed indirectè nulla facta privilegii mentione, ſi inferatur Papæ præjudicium cauſam terminare, *d. c. cum veniſſent, ubi DD. de iud.* Gab. *d. conſ.* 182. *num.* 15. *& ſeqq.* quam ſequuta eſt Rota *in Placentina Capellaniæ* 16. *Februarii* 1598. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilia ſeatere.*

148 Quartò, cauſæ Appellationum ad Sedem Apoſtolicam *d. c. ut debitus*, & aliæ de quibus latè Gabr. *d. conſil.* 181. *num.* 2. *& pluribus ſeqq. lib.* 2.

Curia eſt nomen æquivocum, nàm aliquando ſumitur C
pro Tribunali ſeù loco, in quo jus redditur *ad tex. in c.* 149
ſoros, de verb. ſignif. aliquando accipitur pro ipſis jura reddentibus *ad text. in c. Romanæ, in* 1. *reſp. ibi. ad Roman. eſt Curiam appellandam, de Appell. in* 6. aliquando verò pro ipſa Curia Romana, latè Mandoſ. *in gloſ. facult. A. C. in verb. Curiæ, ſub lit. A.*

In facultatibus verò A. C. verbum, Curia, ſæpius pro 150
ipſo A. C. Tribunali. ſæpius etiam pro ipſa Romana Curia accipitur, ut ex earumdem facultatum lectura patet
Mandoſ. *in gloſ. ad facult. in verb. d. Curia ſub lit. A.* ubi in
fine ſubdit quod appellatione Curiæ, † ſimpliciter pro- 151
latæ venit per antonomaſiam Curia Romana *arg. §.*
ſed ius quidem civile, Inſt. de iur. nat. gent. & civil. & latius
tradit Mandoſ. *in eadem gloſſ. in verbo Urbis ſub lit. B.*

Curia dicitur à Cura, nàm Curiales potiſſimum Rei- 152
publicæ curam habent, Old. *conſ.* 211. *num.* 5. *& conſil.*
321. *numer.* 3. *verſ. dictum eſt*, & Curiales ſic † dicuntur, 153
quia Curiæ nexibus ſunt obligati Old. *conſ.* 321. *num* 2,
Marcheſ. *de Commiſſ. ſuper Eugen. par.* 2. *§. unico, nu.* 13.
fol. 456.

Eſt autem Curia unum corpus repræſentatum ex 154
multorum majorum aggregatione collectum Old *conſ.*
211. *num.* 4. *verſ. circa primum* Marchel. *de commiſſ. avoc.*
cauſ. p. 2. *c.* 8. *§.* 1. *n.* 17. *fol.* 273.

Sub nomine verò Curiæ omnes iſtam ſequentes, qui 155
de ejus juriſdictione exiſtunt, Curiales ſunt cenſendi
Old. *conſ.* 211. *num.* 5 Marcheſ. *de Commiſſ. ſuper Eugen.*
par. 2. *§.* 13. *& ſeq. fol.* 456.

Sub appellatione autem Curialium comprehendun- 156
tur etiam Cardinales, & eo magis eorum Familiares,
Old. *d. conſ.* 211. *num.* 5. *verſ. circa ſecundum*, *& nu.* 6,
verſ. & ſi hæc, & conſ. 293. *n.* 2. *& ſeqq. verſiculo ſecundo,*
& verſiculo quod autem, & conſ. 321. *num.* 2. Marcheſ. *de*
Commiſſ. avoc. cauſ. p. 2. *c.* 7. *§.* 1. *n.* 18 *fol.* 273.

Romana verò Curia eſt caput Eccleſiæ, Marcheſ. *de* 157
Commiſſ. avoc. cauſ. p. 2. *c.* 7 *§.* 1. *n.* 19. *verſ. quare ſi dubitaret, fol.* 273. ubi quod ſi eſt contentio inter Judicem
† Eccleſiaſticum, & ſæcularem, cujus fori ſit cauſa, 158
non junguntur, nec de hoc cognoſcunt iſti, ſed Major,
& ſic Romana Curia, quæ (eſt caput Eccleſiæ) ob ejus
præeminentiam, & authoritatem Felyn. *in capit. Paſtoralis, num.* 4. *de reſcript.*

Eſtque Romana Curia idem, quod Sedes Apoſtolica, 159
Card. *in Clem. prima, n.* 2. *ut lit. pend.* Marcheſ *de commiſſ. appell. in Roman. cur. p.* 1, *c.* 5 *n.* 45 *fol.* 198 & † ob id 160
idem eſt Beneficium vacare in Curia, vel apud Sedem,
c. 2 *& c. præſenti. de præben. in* 6. vel † cauſam per appel- 161
lationem eſſe devolutam ad Romanam Curiam vel
ad Sedem Apoſtolicam, Mandoſ in Gloſs. *facult. A. C. in*
verbo Curiæ, ſub lit. A. Rot. *deciſ.* 43. *de appell in nou.*

In Romana Curia dicitur adeſſe fons Juris, in qua re- 162
ſidet Summus Pontifex, qui uti ſupremus Princeps,
omnia Jura in ſcrinio pectoris habet Card. *conſil.* 136. *in princ.*

Eſt igitur Romana Curia, ubi eſt Papa. Innoc. *in cap.* 163
Ego Epiſcopus circa fin. & ibi Abb. *num.* 6. Felyn. *n.* 9. *de Iureiur.* & ubi Papa ibi Roma, ut notant Abb. & Felyn. *ubi ſupra* Mandoſ. in Gloſſ. *facult. A. C. in verbo, in Romana curia, ſub littera B.* & latius tradit idem Mandoſ. *ad reg. cancell. reg.* 5. *q.* 2. *n.* 2. Veſtr. *in Prax. lib.* 4. *c.* 5. *n.* 12. *verſ. adde quod*, Marcheſ. *de commiſſ. appell. in Rom. cur. p.* 1 *c.* 5. *n.* 45 *& ſeq. fol.* 198.

Hinc Romana Curia eſt etiam Sedes, & Forus Cardi- 164
nalium, qui ſunt Collaterales Papæ Old *conſil.* 48. *num.* 2. Marcheſ. *de commiſſ. conſ. card. part.* 2. *§. unico, num.* 31. *fol.* 453.

Officialium verò appellatione ex præſcripto Urbis 165
Styli, omnes ſequentes Romanam Curiam comprehenduntur, Mandoſ. *de reg. cancel. in reg.* 2. *quæſt* 3 *n* 2.

Hinc Curiales, & Forenſes omnes ſequentes Roma- 166
nam Curiam, ſivè pro ſuis ſivè pro alienis negotiis, ſunt ſub ipſius A. C. juriſdictione, prout in facultatibus ejuſdem, & paſſim obſervat Praxis, & Curia.

Commiſſaria in facultatibus A. C. dicitur non ſolùm D
cauſa à Signatura, prævio reſcripto, Auditori. Cameræ commiſſa in Curia, ut per Rotam *deciſ.* 495. *nu.* 2. *& ſeq. p.* 3. *recent.* Sed etiam illa, quæ alicui Judici de partibus

Digitized by Google

fuit prius intentata Civilis utique cognoſci debet prius
de ea Civili, & ad contrarietatem evitandam, ſuperſe-
dendum eſt in Criminali, Coccin. *deciſ.* 123. *nu.* 7. *&* *n.*
20. Rot. *dec.* 201. *n.* 3. *&* *n.* 6. *poſt conſ.* Farin. *lt.* 1. *&* *dec.* 579.
n. 1. *par.* 4. *recent.* Cavaler. *dec.* 98. *nu.* 11. *dec.* 443. *num.* 4.
& *dec.* 530. *num.* 1.

113 Ubicumque autem cauſa Civilis, & Criminalis non
poſſunt unico contextu terminari, quando oriuntur ea
eodem fonte, una finita poteſt ad aliam procedi, ſi ten-
dat ad diverſum finem ſecus ſi ad eundem. Mozan. *de*
ord. Iud. par. 4. *diſt.* 1. *num.* 6. *&* *ſeqq. fol.* 27. Cocc. *deciſ.*
223. *n.* 6. nè contrariæ ſententiæ, ſequantur, quod eſt
evitandum, Innoc. *in cap. cum contingat*, *n.* 3. *verſ.* *&*
ergo, *de offic. Deleg.* cum aliis quos ſequitur Cocc. *d. dec.*
123 *num.* 6. *verſ. poſſet.*

114 Cauſæ verò Spirituales ſunt cauſæ Matrimoniales,
Legitimitatis, Uſurarum, Sacrilegii, Simoniæ, & ſi-
miles de quibus cognoſcit Judex Eccleſiaſticus, Gemin.
conſ. 66. *n.* 2. *&* *ſeqq. verſ. quædam ſunt præjudiciales.*

115 In tantum autem cauſa Matrimonialis eſt Spiritua-
lis, & ita in Poſſeſſorio coram Judice Eccleſiaſtico co-
gnoſci debet, cum habet admixtam cauſam Spirituali-
tatis, ex allegatis per Ferentill, *ad* Buratt. *dec.* 780. *nu-*
mer. 18.

116 Cauſa etiam Decimarum dicitur Spiritualis, *cap. li-*
teras de jur. cal. Lap. *alleg.* 70. *numer.* 5. *verſ aliquando.*

117 At cauſæ meræ Spirituales ſunt cauſæ Fidei, Sacra-
mentorum, & ſimiles, Lap. *d. alleg.* 70. *numer.* 5. *verſ.*
puto.

118 Cauſa verò Juriſpatronatus, poſſeſſionis rei Spiri-
tualis, quæ trahit ad ſe cauſam temporalitatis, Deci-
marum datarum in Feudum Sæcularibus, & ſimiles, li-
cèt non ſint cauſæ Spirituales, ſunt tamen annexæ, &
connexæ rebus Spiritualibus, ideò ſunt coram Eccle-
ſiaſtico cognoſcendæ, latè Ferentill. *ad* Burat. *dec.* 780.
n. 15. *&* *ſeqq* *&* Rot. *dec.* 43. *n.* 12. *&* *ſeqq. p.* 6. *recent.*

119 At cauſæ ſuper bonis Emphiteuticis Eccleſiaſticis, li-
cèt non ſint Spirituales, vel illis annexæ, tamen ſunt
cauſæ Eccleſiaſticæ, de quibus ratione directi dominii,
conſolidatis illius cum dominio, Judex Eccleſiaſticus
cognoſcit, *cap. decernimus*, *de judic. cap. bene quidem*,
& *cap. denique*, *diſt.* 96. cum aliis cumulatis per Ferentil.
ad Buratt. *d. dec.* 780. *n.* 11. *&* *ſeqq.* *&* *n.* 19. Rot. *dec.* 41. *n.*
1. *&* *ſeqq. par.* 6. *recent.*

120 Similiter, licèt penſio non ſit res Spiritualis nec illi
annexa, cauſa tamen penſionis eſt Eccleſiaſtica, &
debet a judice Eccleſiaſtico cognoſci, quia cum penſio
ſit impoſita à Papa, & conceſſa per literas Apoſtoli-
cas, & non ſolventi ſit impoſita pœna cenſurarum, &
privationis beneficii, cognitionis iſtorum omnium Ju-
dex ſæcularis eſt incapax, Gig *de Penſ. q.* 99. *n.* 13.

121 Cauſæ autem ſpirituales, & perſonæ Clericorum,
quoad fori privilegium, pari paſſu ambulant. Rot. *dec.*
98. *num.* 3. *par.* 3. *recent.*

122 Proinde infertur, quod pendente cauſa Hæreditatis
coram Judice laico, ſi opponatur exceptio natalium, &
ſic oritur incidens Spirituale, debet hujus exceptionis
præjudicialis cognitio remitti ad Judicem Eccleſiaſti-
cum *cap. lator*, *ubi DD qui Fil. ſint legit.*

123 Et dicta cauſa natalium pendente, debet Judex laicus
ſuperſedere in cauſa hæreditatis, & expectare finem na-
talium, *cap. tuam*, *de ord. cogat.*

124 Et Judex Eccleſiaſticus, ſi excipiens non probet,
ſuam debet moderari inhibitionem, & intimare Judici
ſæculari, ut ob cauſam natalium non omittat procede-
re in cauſa Hæreditatis, *d. cap. lator*, *qui Fil. ſint legit.*

Obſervatio.

125 Cognitio Clericatus, de quo agitur, eſt remittenda ad
judicem Eccleſiaſticum, Quia in cauſa ſpirituali, vel
quaſi, judex laicus non habet juriſdictionem principali-
ter, nec incidenter, *cap. ſi Iudex laicus*, *ubi Gloſ. in ver-*
bo, Spirituale, de Sent. excomm. in 6. *cap.* 2. *&* *cap. quanto de*
jud. Bart. *in l. quoties*, *C. de jud.* Socc. *in cap. propoſuiſti*, *n.*
43. *de for. compet.* Rolan. *conſ.* 4. *n.* 20. *&* *n.* 33. *lib* 1. *&* *conſ.*
12. *n.* 15. *n.* 24. *&* *n.* 38. *&* *ſeqq. lib.* 2. Alex. de Nevo *conſ.*
56. *n.* 16. *&* *per tot.* Gemin. *conſ.* 66. *n.* 1. *&* *ſeq.* Gratian. *diſ-*
cept. 190. *n.* 13. *&* *ſeq.* *&* *per tot.* Carol. *de* Graſſ. *de effect.*
Cleric. effect. 2. *n.* 405. *n.* 1257. *&* *n.* 1270. Squillan. *de*
privil. cleric. c. 7. *n.* 25. *verſ. ad quem autem*, Rota *dec.* 3.
de Sentent. excom. in nov.

Præſertim cum Articulus habeat quæſtionem juris, 126
vel etiam facti, & juris mixtim, Carol. de Graſſ. *d. effect.*
1. *n.* 407. Squillan. *de privil. cler. c.* 8. *n.* 66.

Et eo magis cum Ordinarius aliàs judicialiter admi- 127
ſerit d. Clericum ad privilegia Clericalia, unde multo
minus poteſt Judex laicus cognoſcere de juſtitia, & va-
liditate ſententiæ, & Decreti ejuſdem Ordinarii, per
tot annos in judicatum tranſacti, cum teneatur obſerva-
re res ab Eccleſiaſtico judicatas, *cap. fin. de except. in* 6.
ut idem tradunt Anchar. Franc. Gemin *&* *alii* Bald. *in l.* 1.
n. 3. *de execquat. rei jud* *&* *in l. ſi qua*, *n.* 5. *cod. de Epiſc.* *&*
cler. Feder. de Sen *conſ.* 129 Franc. *deciſ.* 51 *n.* *n.* 4. *&* *ſeq.*

Et cum Judex Eccleſiaſticus ſit major ſæculari, *cap.* 128
ſolit. de major. *&* *obed. cap. denique diſt.* 96. *clem. Romani*
de jure jur. Rot *in Oſcen. Pænitentiariæ*, 10. *Apr.* 1595. *co-*
ram bo. me. card. Blanchetto, *apud Theod. de Rub. poſt*
Sing. ad dec. Penta, ubi † Eccleſiaſticus Major appoſuit 129
manus, minor ſe ingerere non poteſt nec debet, *cap. cum*
Inferior, de major. *&* *obed. cap. cum venit. de ſent. exc.* *ubi*
Abb. Dec. & alii, *de jud.* Feder. de Sen. *conſ.* 115. *n.* 1. Neviz.
conſ. 44. *n.* 11. Marcheſ. *de commiſſ. in par.* 1. *c.* 3. *nu.* 59. *fol.*
157. Rota *dec.* 103. *n.* 3. *par.* 2. *diverſ.* præſertim † in re de 130
ſua natura Eccleſiaſtica, cujus Laici ſunt incapaces, *cap.*
contingit. ubi Gloſſ. de Arbit. c. 2. *ubi Gloſſ. in verbo*, *Laici*,
& *Abb* *&* *alii*, *de Iud.* ſicut dependentium, & annexo-
rum, *cap quando*, *ubi* Abb. & alii, *de Iud.*

Et quando aliquid conceditur, vel prohibetur, conceſ- 131
ſio, vel prohibitio trahitur ad omne id, per quod perve-
nitur ad illud, *l. cum principale ff. de reg. jur.* Bart. *in l.* 2. *n.*
6. *ff. de jur. omn. Iud.* Marcheſ. *de commiſſ. ſuper auton. p.*
2. *c.* 5. *ſ.* 1. *n.* 13. *fol.* 250.

Nec relevat, quod hodie non agatur contra dictum 132
Clericum, ſed contra Laicum.

Quia cum coram judice ſæculari orta fuerit quæſtio
Spiritualis, & incidenter controvertatur d. Clericatus,
Judex Laicus debet hujuſmodi incidens ſpirituale re-
mittere ad Judicem Eccleſiaſticum, & expectare donec
illud decidatur, *cap. tuam, de ord. cog. cap. lator*, *&* *cap. cau-*
ſam, il ſecondo, qui Fil. ſint legit, Bero *con.* 117. *n.* 4. *&* *n.* 9.
verſ. præterea, lib. 3. Roland. *conſ.* 4. *n.* 21. *lib.* 1. Gennen. *in*
Prax. Archiepiſ. c. 77. Capic. *dec.* 7 Franc. *dec.* 32. *in princ.*
dec. 312. *&* *dec.* 512. Gamio. *dec* 194 *n.* 2. ubi quod ab hac
communi opinione non eſt in judicando recedendum, &
quod fuit judicatum, & rurſus *dec.* 207. *n.* 5. Franc. *dec.* 551
n. 1. *&* *per tot. p.* 4 Rot. *dec.* 200. *n.* 1. *&* *n.* 10. *&* *ſeq. p.* 2. *div.*

Nam Laicus eſt incapax illius incidentis quæſtionis 133
merè Spiritualis, Butr. *in cap. tuam*, *n.* 6. *de ord. cog.* & in-
capax ex toto genere, Card. *in d. cap. lator*, *in ult. oppoſ.*
n. 4. *qui Fil. ſint legit*, cum aliis, quos cumulat, & ſequitur
Franc. *d. dec.* 551. *numer.* 9. *p.* 4. & actu, & habitu Abb. *in*
d. cap. lator, *in Gloſ. fin. n.* 7. & tam principaliter, quàm
incidenter, Angel. *in l. quoties*, *num.* 2. *C. de jud.* ubi quod
ita quotidie practicatur, & non ſolum de jure Canonico,
ſed etiam de jure Civili, *l. omni innovatione*, *C. de Sacro-*
ſanct. Eccleſ. Bart. *in l. quoties*, *c. de Iud.* & † inhabilis de- 134
fectu perſonæ non poſſit fieri habilis ex conſuetudine,
Bellamer. *in d. cap. tuam num.* 2. *&* *nu.* 8. *&* *ſeq. de ord. cog.*
& proceſſus coram eo fabricatus ſuper Articulo Spiri- 135
tuali non valet etiam parte conſentiente, Socin. *in d.*
cap. propoſuiſti, *n.* 45. *verſ. competit enim*, *de for. compet.*
Idque † ratione inconvincibili, quia privatus, ſivè con- 136
ſentiens ſive negligens, ſivè contumax, nullam poteſt
dare juriſdictionem Spiritualem Judici laico, nec prin-
cipaliter, nec incidenter, nec aliàs quomodolibet, *l. pri-*
vatorum, *c. de jur. omn. Iud.* Butr. *in cap. ſignificaſti* 38. *n.*
24. *de offic. Deleg.* Iaſ. in *l. ſi per errorem*, *n.* 5. *de jur. omn.*
Iud. Bart. *in l.* 2. *n.* 11. *&* *ibi* Bald. *n.* 11. Iaſ. *n.* 39. *verſ. tertio*
limita ff. ſi quis in ejus voc. non ier. Soccin. *in d. cap. propo-*
ſuiſti, *n.* 43. *verſ. congerie*, Caſtr. *conſ.* 2. *v.* 3. *lib.* 2. ubi de
communi, & quod hujuſmodi incidens remittitur ad Ec-
cleſiaſticum non obſtante negligentia, & contumacia in
opponendo, Maran. *de ord. par.* 4. *diſt.* 12. *num.* 12. Bel-
lamer. *dec.* 25. *conſenſus*, † dicere quod Privatus poſ- 137
ſit

ſic dare juriſdictionem in ſpiritualibus judici laico, eſt
manifeſtum abſurdum, contra diſpoſitionem claram ſa-
crorum Canonum *d. l. privatorum, C. ad. d. tur. ovin.* Jud.
Rimin. *inl. de dic, §. fin. ff. qui ſatiſd. cog.* Caſtr. *d conſ.*
2. nu. 3. lib. 2, Genuen. *d, c. 77. num. 3,* Franc. *d. dec. 531.*
num. 10. *par.* 4.

Quare articulus Clericatus ad judicem Eccleſiaſticum
fuit remiſſus.

Obſervationes.

138 Auditor igitur R. C. Apoſtolicæ poteſt audire, co-
gnoſcere, & terminare omnes, & quaſcunque cauſas
ſpirituales Eccleſiaſticas, & prophanas perſonarum in
ejus facultatibus expreſſarum, juxta earumdem faculta-
tum ſuarum formam, & tenorem, Paul. *V. cauſ.* 28,
Eximiæ, cum aliis allegatis ſupra p. 1. c. 1. n. 33.

139 Sed hoc Primò non procedit in cauſis de partibus in
illis caſibus, in quibus ſunt in partibus coram Ordinariis
locorum cognoſcendæ, ut mox dicetur.

140 Secundò non procedit in cauſis beneficialibus, in qui-
bus ipſa A. C. regulariter juriſdictionem non habet Bel-
lamer. *dec.* 210. *cum aliis cumulatis ſupra d. p. 1. c. 3. n.* 41.
& ſeqq. ubi ad hoc limitationes adductas videre licebit.

141 Proinde cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quo-
modocumque pertinentes, etiamſi Beneficiales ſint, in
prima inſtantia ſunt coram Ordinariis cognoſcendæ, &
terminandæ, ſic diſponente *ſacr. Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *c.*
20. *de refor.* Gabr. *conſ.* 182. *in prin. lib.* 2. prout ante Con
cilium mandavit Papa *in c. cumque ſſas, ubi DD. de for.*
comp. ut ait Marcheſ. *de Commiſſ. appel. extr. Rom. Cur. p,*
2. c. 6. n. 7. fol, 255.

142 Sed hoc non procedit in cauſis, quæ juxta Canonicas
ſanctiones apud Sedem Apoſtolicam ſunt tractandæ,
vel in illis, quas ex urgenti rationabilique cauſa judica-
verit Summus Pontifex Romanus per ſpeciale reſcrip-
tum Signaturæ Sanctitatis ſuæ, manu ſua ſubſcriben-
dum committere, ſeu avocare *Conc. Trid ſeſſ.* 1. *cap.* 20.
verſ. excipiunt de reform. Gabr. *d. conſ.* 182. *in princ. lib.* 2.

143 Cauſæ autem, quæ in Romana Curia ſunt juxta Ca-
nonicas Sanctiones cognoſcendæ, ſunt cauſæ majores
c. majores in princ. de baptiſ. c. ut debitus in fin. de appell.
c. quod translationem, ubi gloſ. in verb. reſervata de offi.
Leg. c. 1. & tot, tit. de transl. Prælat. Veſt. *in prax lib.* 3 *c.*
6. n. 3 & ibi Gravat. *n.* 9. Mandoſ. *in form.* 4. *Commiſſ. in*
verba, de ſui natura, verſ. cauſæ autem, Gabr. *d. conſ.*
182. *n.* 1. *& ſeq.* Marcheſ. *de comm. avoc. cauſ. par.* 2. *§.* 1.
num. 12, *fol.* 284. in quibus locis, quæ iſtæ cauſæ majores
ſint, quilibet videre poterit.

144 Signanter verò Primò, Cauſæ majores ſunt ubi agi-
tur de articulis Fidei, *de major. de Bapt. gloſ. in dict. c.*
quod traslationem, in verbo reſervata, de offi. leg. Gabr.
d. conſ. 181. *n.* 1. *lib.* 2. Veſtr. *in prax. d. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 3.

145 Secundò, Cauſæ concernentes periculum Animæ
Veſtr. *d. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 3. *verſ. amplius,* & ibi Gravat. *n.* 9.
Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. dict. par.* 2. *§.* 1. *num.* 12,
& ſeq. fol. 274.

146 Tertiò, Cauſæ in quibus agitur de interpretatione
litterarum Apoſtolicarum *c. cum veniſſent, & ibi DD. de*
jud. Gabr. *d. conſ.* 182. *num.* 14. *lib.* 2. Marcheſ. *de commiſſ,*
appell. extra Rom. Cur. p, 1. *n.* 81. *fol.* 255 ubi de obſervan-
tia Signaturæ teſtatur.

147 Sed hoc habet locum, quando agitur de poteſtate,
aut præjudicio Papæ, aut Sedis, vel de interpretatione
verborum ipſius Papæ, non autem quando agitur de in-
habilitate reſpectu Proviſi, vel an Gratia ſit obreptitia,
vel ſubreptitia, nàm hoc ſecundò caſu etiam Ordina-
rius poteſt cognoſcere, ita ut poſſit non directè de pri-
vilegio, ſed indirectè nulla facta privilegii mentione, ſi
inferatur Papæ præjudicium cauſam terminare, *d. c.*
cum veniſſent, ubi DD. de iud. Gab. *d. conſ.* 182. *num.* 15. *&*
ſeqq. quam ſecuta eſt Rota *in Placentina Capellaniæ*
16. *Februarii* 1598. *coram bon. mem. Cardinali Pamphi-*
lia ſentore.

148 Quartò, cauſæ Appellationum ad Sedem Apoſtoli-
cam *d. c. ut debitus,* & aliæ de quibus latè Gabr. *d. conſil.*
181. *num.* 2. *& pluribus ſeqq. lib.* 2.

Curia eſt nomen æquivocum, nàm aliquando ſumitur C
pro Tribunali ſeu loco, in quo jus redditur ad *tex. in c.* 149
ſuras, de verb. ſignif. aliquando accipitur pro ipſis jura
reddentibus ad *text. in c. Romanæ, in* 1. *reſp.* ibi *ad Ro-*
man. eſt Curiam appellandum. de Appell. in 6. aliquando
verò pro ipſa Curia Romana, latè Mandoſ. *in gloſ. facul.*
A. C. in verb. Curiæ, ſub lit. A.

In facultatibus verò A. C. verbum, Curia, ſæpius pro 150
ipſo A. C. Tribunali, ſæpius etiam pro ipſa Romana Cu-
ria accipitur, ut ex earumdem facultatum lectura patet
Mandoſ. *in gloſ. ad facult. in verb. d. Curiæ ſub lit. A.* ubi in
fine ſubdit quod appellatione Curiæ, † ſimpliciter pro- 151
latæ venit per anthonomaſiam Curia Romana *arg. §.*
ſed ius quidem civile, Inſt. de iur. nat. gent. & civil. & latius
tradit Mandoſ, *in eadem gloſſ. in verbo Urbis ſub lit. B.*

Curia dicitur à Cura, nàm Curiales potiſſimum Rei- 152
publicæ curam habent, Old. *conſ.* 213. *num.* 5. *& conſil.*
321. *numer.* 3. *verſ. dicta eſt,* & Curiales ſic † dicuntur, 153
quia Curiæ nexibus ſunt obligati Old. *conſ.* 321. *num* 2,
Marcheſ. *de Commiſſ. ſuper Eugen. par.* 2 *§. unico, nu.* 12.
fol. 456.

Eſt autem Curia unum corpus repræſentatum ex 154
multorum majorum aggregatione collectum Old *conſ.*
211. *num.* 4. *verſ. circa primum* Marcheſ. *de commiſſ. avoc.*
cauſ. p. 2. *c.* 8. *§.* 1. *n.* 57. *fol.* 273.

Sub nomine verò Curiæ omnes illam ſequentes, qui 155
de ejus juriſdictione exiſtunt, Curiales ſunt cenſendi
Old. *conſ.* 211. *num.* 5. Marcheſ. *de Commiſſ. ſuper Eugen.*
par. 2. *§* 13 *& ſeq. fol.* 456.

Sub appellatione autem Curialium comprehendun- 156
tur etiam Cardinales, & eo magis eorum Familiares,
Old. *d. conſ,* 211. *num.* 5. *verſ. circa ſecundum, & nu.* 6.
verſ. & ſi hæc, & conſ. 293. *n.* 2. *& ſeqq. verſiculo ſecundo,*
& verſiculo quod autem, & conſ. 321. *num.* 5. Marcheſ. *de*
Commiſſ. avoc. cauſ. p. 2. *c.* 7 *§.* 5. *n.* 18 *fol.* 273.

Romana verò Curia eſt caput Eccleſiæ, Marcheſ. *de* 157
Commiſſ. avoc. cauſ. p. 2. *c* 7 *§.* 2. *n.* 19. *verſ. quare ſi du-*
bitaris, fol. 273. ubi quod ſi eſt contentio inter Judicem
† Eccleſiaſticum, & ſæcularem, cujus fori ſit cauſa, 158
non junguntur, nec de hoc conveniunt, ſed Major,
& ſic Romana Curia, quæ (eſt caput Eccleſiæ) ob ejus
præeminentiam, & authoritatem Felyn. *in capit. Paſto-*
ralis, num. 4. *de reſcript.*

Eſtque Romana Curia idem, quod Sedes Apoſtolica, 159
Card. *in Clem. prima, n.* 2. *ut lit. pend.* Marcheſ *de com-*
miſ. appell. in Roman. cur. p. 1, *c.* 5 *n.* 45 *fol.* 198 & † ob id 160
idem eſt Beneficium vacare in Curia, vel apud Sedem,
c. 2 *& c. præſenti. de præben. in* 6. vel † cauſam per appel- 161
lationem eſſe devolutam ad Romanam Curiam vel
ad Sedem Apoſtolicam, Mandoſ in Gloſa *facult. A C. in*
verbo curiæ, ſub lit. A. Rot. *deciſ.* 43. *de appell in ant.*

In Romana Curia dicitur adeſſe fons Juris, in qua re- 162
ſidet Summus Pontifex, qui uti ſupremus Princeps,
omnia Jura in ſcrinio pectoris habet Card. *conſil.* 136. *in*
princ.

Eſt igitur Romana Curia, ubi eſt Papa. Innoc. *in cap.* 163
Ego Epiſcopus circa fin. & ibi Abb. num. 6. Felyn. *n.* 9. *de*
Jurejur & ubi Papa ibi Roma, ut notant Abb. & Felyn.
ubi ſupra Mandoſ. in Gloſſ. *facult. A. C. in verbo, in Ro-*
mana curia, ſub litera B. & latius tradit idem Mandoſ.
ad reg cancell. reg. 5. *q.* 2. *n.* 2. Veſtr. *in Prax. lib* 4 *c* 5. *n.*
12. *verſ. addo quod,* Marcheſ. *de commiſſ. appell. in Rom.*
cur. p. 1 *c.* 5. *n.* 45 *& ſeq. fol.* 198.

Hinc Romana Curia eſt etiam Sedes, & Forus Cardi- 164
nalium, qui ſunt Collaterales Papæ Old *conſil* 48. *num.*
2. Marcheſ. *de commiſſ. cauſ. card. part* 2. *§. unica, num.*
31. *fol* 453.

Officialium verò appellatione ex præſcripto Urbis 165
Stylo, omnes ſequentes Romanam Curiam comprehen-
duntur, Mandoſ. *de reg. cancel. in reg.* 2. *quæſt* 3 *n* 2.

Hinc Curiales, & Forenſes omnes ſequentes Roma- 166
nam Curiam, ſivè pro ſuis ſivè pro alienis negotiis, ſunt
ſub ipſius A. C. juriſdictione, prout in facultatibus ejuſ-
dem, & paſſim obſervat Praxis, & Curia.

Commiſſaria in facultatibus A. C. dicitur non ſolùm D
cauſa à Signatura, prævio reſcripto, Auditori Came-
ræ commiſſa in Curia, ut per Rotam *deciſ.* 495. *nu.* 2. *&*
ſeq. p. 3. *recent.* Sed etiam illa, quæ alicui Judici de parti-
bus

Digitized by Google

bus fuit ſimili reſcripto delegata, quam nihilominus A. C. in alia inſtantia, ſi illam ad Curiam Romanam per appellationem, aut aliàs quomodolibet, devolvi contigerit, poterit uti Judex ordinarius cognoſcere, & fine debito terminare, ut legitur in dictis facultatibus Pauli *V. d. conſt. 18. eximiæ, §. & quaſcumque alias cauſas, etiam Commiſſarias*.

E In cauſis Beneficialibus proceditur ſimpliciter, de
168 plano, ſinè ſtrepitu, & figura judicii. Clem. *diſpendioſam, de jud.* hoc eſt ſinè libello, litis conteſtatione, & aliis ſolemnitatibus ordinariis, ut declaratur in Clem. *ſæpè, de verb. ſignif.* Coccin. *dec.* 443. *n.* 2.

169 Etenim cauſa Beneficialis debet eſſe brevior, quàm ſit prophana, Rota *dec.* 25. *num* 3. *de appellat. in antiq.* Marcheſ. *de Commiſ. n. ver. cauſ. par.* 2. *§.* 1. *num.* 27. *fol.*
170 674. & † cito expediri debet nè detur diutina vacatio in Eccleſiæ detrimentum, Rota *dec.* 124. *num.* 30. *p.* 6. *recent.*

171 Cæterum, licèt A. C. virtute ejus ordinariarum facultatum, poſſit in omnibus cauſis, quamvis ordinariis, ſummam ducentorum ducatorum auri de Camera excedentibus, ſervatis terminis, & aliàs ſummariè prout in Beneficialibus procedere.

Nihilominus ex antiqua obſervantia, & praxi, rerum magiſtra, in dictis cauſis ordinariis in A. C. Tribunali requiritur Monitorium, concluſio, Sententia in ſcriptis, ac tela judiciaria, in proximo ſequenti capite mox tradenda.

De cauſis valorem ducentorum ducatorum auri excedentibus. Cap. II.

SUMMARIUM.

1 *In cauſis valorem ducentorum ducatorum auri excedentibus, ſi non competat via executiva, vel ſummaria in Tribunali A. C. proceditur via ordinaria, & prout in Beneficialibus.*
2 *Cauſæ ordinariæ poſſunt coram A. C. introduci in qualibet inſtantia.*
3 *Monitorium in cauſa ordinaria in prima inſtantia coram A. C. & ejus formula.*
4 *Monitorium pro petitione Hæreditatis ab inteſtato delatæ, & ejus formula.*
5 *Monitorium in cauſa ordinaria in actione reali, & ejus Formula.*
6 *Monitorium ſuper redditione rationis adminiſtrationis Tutelæ, & Curæ, & ejus formula.*
7 *Adaptatio executionis Monitorii perſonaliter executi, in actis, & ejus formula.*
8 *Proteſtatio, ſeù negatio Monitorii, & ejus Formula.*
9 *Monitorium eſt in omnibus cauſis ab Actore verificandum.*
10 *Iura in Iudiciis ordinariis admittuntur, abſque aliqua clauſula, Parte tamen citata.*
11 *Articuli in cauſis ordinariis ſimpliciter, & abſque clauſula, citata tamen Parte, admitti ſolent, ſecus in executivis & ſummariis.*
12 *In cauſis ordinariis, in reſponſionibus ad Poſitiones, & Teſtibus examinandis proceditur, ſicut in executivis.*
13 *In cauſis ordinariis partes poſſunt deducere ſuas exceptiones competentes, & replicationes opportunas, prout in aliis.*
14 *Ubicumque oritur difficultas in aliquo Articulo, ſolet informari Iudex in Camera in contradictorio, quod ſervatur, tàm in cauſis ordinariis, quàm in aliis.*
15 *Citatio ad libellandum in termino ſubſtantiali & ejus formula, & Proceſſus.*
16 *Repetitio Iurium in termino ad dicendum contra producta, & ejus formula.*
17 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam, & ejus Formula, & Proceſſus.*
18 *Cedula Sententiæ in cauſa ordinaria, & ejus Formula.*
19 *Si Actor non probavit, fertur abſolutoria ad Rei favorem, Decretum poteſt de ſtylo extendi, etiam in pede citationis acceptis, ad favorem ejuſdem Rei.*
20 *Cedula Sententiæ abſolutoriæ ab impetitis, & ejus Formula.*
21 *Sententia abſolutoria ab obſervatione judicii in quibus caſibus ferri ſoleat.*
22 *Cedula Sententiæ abſolutoriæ ab obſervatione judicii, & ejus Formula.*
23 *Contra non exhibentem libros ſuæ adminiſtrationis poteſt jurari in litem.*
24 *Citatio ad videndum reiterari, & taxari ſummam ſuper qua jurari poſſit in Litem, & ad Sententiam, quæ olim erat in uſu, & ejus formula, & Proceſſus.*
25 *Citatio, ad videndum admitti uſque ad quam ſummam jurari poſſit in litem, quæ eſt in uſu, & ejus Formula, & Proceſſus.*
26 *Citatio ad videndum reiterari, & ad ſententiam, & ejus Formula, & Proceſſus.*
27 *Cedula Sententiæ, quæ fertur in cauſa, in qua juratum fuit in litem, & ejus Formula.*
28 *Praxis nonnullorum in materia juramenti in litem in Tribunali A. C. unà cum formula citationis, & decreti.*
29 *In cauſis ordinariis à quibuſvis Sententiis datur appellatio ad utrumque effectum, dummodo fuerit infra legitima tempora interpoſita.*
30 *Interpoſitio appellationis coram Iudice à quo, & ejus formula, & reſponſio Iudicis de Apoſtolis.*
31 *Cedula appellationis in cauſis ordinariis, & ejus Formula.*
32 *Si Iudex dat terminum Iuris, videndum eſt pro Apoſtolis in dicto termino, niſi cauſa interim committeretur.*
33 *Si appellatio in termino reverentialium non poteſt committi ſit præſentata.*
34 *Commiſſio appellationis in cauſis ordinariis ſignatur parte non citata, via ordinaria.*
35 *Commiſſio appellationis in cauſa ordinaria, & ejus Formula.*
36 *Primus Reviſor Commiſſionum, quæ verba addere ſoleat in corpore Commiſſionis in cauſis peculiaris.*
37 *In judiciis ordinariis committitur cauſa appellationis ſimpliciter, & deinde citatur Pars, & proceditur ad ulteriora, coram Iudice commiſſario.*
38 *Termini ſubſtantiales in cauſis ordinariis, coram A. C. qui ſint obſervandi.*
39 *Terminus ad articulandum in cauſis ordinariis in prima inſtantia poteſt coram A. C. obſervari ad duodecimam, vel ad Octavam.*
40 *In Summariis, & Beneficialibus, qui termini ſervandi ſint ſecundum opinionem aliquorum.*
41 *Praxis quomodo obſervari terminos ſubſtantiales coram A. C. in cauſis ordinariis, & quomodo in poſſeſſoriis ſummariis.*
42 *Omiſſio terminorum ſubſtantialium ſivè in cauſa ordinaria, ſivè ſummaria, reddit Sententiam nullam.*
43 *In Proceſſibus de partibus ſufficit ſervari terminos Statutarios, vel alios de Stylo loci ſervari ſolitos.*
44 *Sententia unde dicatur.*
45 *Sententia quid ſit.*
46 *Sententia quotuplex ſit.*
57 *Sententia definitiva quid ſit.*
48 *Sententia definitiva debet continere condemnationem, vel abſolutionem.*
49 *Sententia definitiva debet ferri ſuper toto, aliàs non valet.*
50 *Rota non ſolet Sententias multiplicare, ſed ſimul totum negotium terminare:*
51 *Si petitio fuit facta per capita ſeparata, poteſt ferri Sententia valida ſuper aliquibus, omiſſis aliis, nam tot petitiones, quot capita.*
52 *Si plures fuerunt ſimul conventi, poteſt ferri Sententia reſpectu unius, & reſpectu alterius differri.*
53 *Sententia lata contra Plures poteſt valere quoad unum, & non quoad alium.*

54 Tot

54 *Tot ſunt capita, quot Perſonæ.*
55 *Si ab uno petuntur plures ſummæ ex diverſis cauſis, poteſt validè deferre ſententia ſuper aliquibus, omiſſis aliis.*
56 *Tot ſunt capita, quot ſummæ.*
57 *Sententia lata per capita ſeparata poteſt valere, quoad unum caput, & non quoad aliud.*
58 *Tot ſententiæ, quot capita, & ſummæ.*
59 *Tot Capita, tot Sententiæ.*
60 *Tot ſunt capita, quot ſummæ ſeparatæ.*
61 *Tot ſententiæ quot capita, & partitæ.*
62 *Rota ex cauſa rationabili ſolet ferre Sententiam ſuper parte, & multiplicare Sententias.*
63 *In acceſſoriis prout ſunt fructus, & Expenſæ, ſi fuit omiſſa condemnatio, cenſetur facta abſolutio.*
64 *Sententia definitiva dicitur, quæ permittit totum negotium, ſive ſit condemnatoria, ſivè abſolutoria.*
65 *Sententia definitiva, ut valeat, debet ferri in ſcriptis, & recitari à Judice, & n. 68.*
66 *Scriptura Sententiæ amiſſa, poteſt probari per Teſtes, tam tenor Sententiæ, quam caſus amiſſionis.*
67 *Sententia poteſt probari per Teſtes.*
68 *Sententia an, & quando poſſit probari per Teſtes.*
69 *Subſcriptio Judicis de Jure in ſententia non requiritur, dummodo ſit lata, & lecta in ſcriptis.*
70 *Citatio ad Sententiam debet eſſe ſpecifica, & nominatim ad ſententiam audiendam, alias Sententia non valet.*
71 *Citatio ad audiendam voluntatem, vel ſimilis non ſufficit, ſed requiritur ſpecifica ad Sententiam.*
72 *Defectus citationis ad Sententiam ſanatur ex præſentia Partis, & monitione Judicis, Partibus præſentibus facta.*
73 *Præſentia in Judicio ad alium diverſum finem non ſupplet defectum citationis ad Sententiam.*
74 *Præſentia in judicio ex quibus probetur.*
75 *Sententia lata contra Hæredem legitimè citatum præjudicat Fideicommiſſario non citato, de cujus intereſſe agitur ſecundariò.*
76 *Eo quæ magis ſi prætendeat Jus ſecundario habet jus tantum ſpe.*
77 *Sententia lata contra Hæredem non nocet Fideicommiſſario, ſeu habenti intereſſe ſecundario, niſi ſit citatus ſaltem pro ſuo intereſſe per generale proclama.*
78 *Sententia non nocet habenti intereſſe ſecundario non citato, niſi ille ſaltem ſciverit cauſam agitari.*
79 *Sententia non nocet Pupillo, nec Minori pro ſuo intereſſe citato etiam ſi ſciverit cauſam agitari, niſi ei detur Curator ad lites, qui illum defendat.*
80 *Sententia lata contra Pupillum, vel Minorem defenſum; pro quo nemo comparuit, eſt ipſo Jure nulla.*
81 *Etiamſi ſit lata per contradictas, & quare.*
82 *Sententia lata in favorem Pupilli, vel Minoris defenſi valet.*
83 *Etiamſi ſit lata ſine curatore, vel cum Procuratore minus legitimo.*
84 *Sententia lata contra Minorem, cujus cauſa fuit cum Procuratoribus, & advocatis defenſa, valet.*
85 *Sententia lata contra Minorem, cui nullam defenſionem competere, notoriè conſtat in actis, eſt valida.*
86 *Sententia lata contra Minorem, cujus Curator in judicio ad eum defendendum comparuit, eſt valida.*
87 *Sententia lata contra Minorem, cujus Tutor, vel Curator citatus nunquàm comparuit, non ſuſtinetur.*
88 *Licet Sententia lata contra Principalem noceat habenti intereſſe ſecundariò, is tamen poteſt appellare à die notitiæ.*
89 *Habens intereſſe ſecundariò, cui Sententia lata contra habentem intereſſe principaliter præjudicat, tenetur à die notitiæ appellare.*
90 *Habens intereſſe ſecundario poteſt dicere principaliter de nullitate Sententiæ, quæ eſt illi præjudicialis in conſequentiam, & impedire executionem.*
91 *Fideicommiſſarius poteſt defendere bona ad ipſum perventura, circa quæ per actum de præſenti poteſt ſibi inferri præjudicium.*
92 *Publicum Inſtrumentum Teſtamenti facit probationem probatam, rem claram, & manifeſtam.*
93 *Hæres beneficiatus non tenetur ultra vires Hæreditarias.*
94 *Quando quis agit contra Hæredem, petitio aſpicit Hæreditatem, & bona Hæreditaria, quæ cauſa actio videtur potius in rem ſcripta.*
95 *Intereſt Fideicommiſſarii, ne bona fideicommiſſo ſubjecta dilapidentur, ſed ſimul unita conſerventur, & quare.*
96 *Super incidente Spirituali agendum eſt coràm judice Eccleſiaſtico, cum Laicus in eo non habeat juriſdictionem.*
97 *Agens pro ſuo principali intereſſe ex integro, intentando judicium nullatenus ab alio dependens, non tenetur venire in ſtatu, & terminis.*
98 *Etiamſi Judex habuiſſet ab initio juriſdictionem, qua poſtea defeciſſet.*
99 *Movens judicium pro ſuo principali intereſſe poteſt deducere omnia ſua privilegia non obſtante* l. venditor, ff. de jud.
100 *Sententia lata contra Hæredem non nocet Subſtituto, niſi quatenus fuerit aliquo modo citatus.*
101 *Omnis citatus debet audiri.*
102 *Sententia interloquutoria quid ſit.*
103 *Sententia interloquutoria non eſt de neceſſitate ferenda in ſcriptis, ſed ſufficit quod ſcribatur in actis.*
104 *Sententia interloquutoria, in qua verſatur magna cauſæ cognitio, eſt ferenda in ſcriptis.*
105 *Inter ſententiam definitivam, & interloquutoriam adſunt tredecim differentiæ, & quæ.*
106 *Interloquutoria, parans præjudicium in negocio principali, dicitur habere vim definitivæ.*
107 *A Sententia ſuper deſertione appellationis ab interloquutoria, appellatur cum expreſſione cauſæ, ſecus à Sententia ſuper deſertione à definitiva.*
108 *Sententia mixta dicitur illa, quæ habet vim definitivæ, & interloquutoriæ.*
109 *Sententia mixta dicitur interloquutoria inferens damnum irreparabile per definitivam.*
119 *Abſolutoria definitiva conceditur Reo, quando Actor non probavit, & Poſſeſſori, ex non jure Actoris.*
111 *Abſolutoria nullum jus tribuit, & quare.*
112 *Abſolutoria poteſt ferri pro reo abſente, vel etiam excommunicato, & quando.*
113 *Per abſolutoriam debet imponi actori perpetuum ſilentium.*
114 *Abſolutoria ab impetitis in quibus caſibus ferri poſſit.*
115 *Exceptio rei judicatæ per abſolutoriam an, & quando obſtet agenti de novo contra alium loco primi ſubrogatum.*
116 *Abſolutoria perimens totum negotium poteſt tranſire in judicatum.*
117 *Abſolutoria lata in petitorio non obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ.*
118 *Abſolutoria in petitorio obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ, quando excipiens offert, ſe incontinenti probaturum ſuam exceptionem.*
119 *Abſolutoria in petitorio obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ, quando quis fuit abſolutus, quia erat dominus, & docet incontinenti de jure ſuo.*
120 *Abſolutoria ad favorem rei lata in petitorio obſtat agenti interdicto retinendæ.*
121 *Abſolutoria lata in petitorio non obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ, quando fuit lata eo quod actor non probavit, ſecus ſi fuit lata, eo quod reus probavit ſe dominum.*
122 *Abſolutoria lata in petitorio parit exceptionem rei judicatæ in poſſeſſorio recuperandæ.*
123 *Abſolutoria in petitorio non obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ, quando quis fuit ſpoliatus poſt Sententiam, vel abſolutoria fuit lata ab obſervatione judicii, vel fuit declaratum ſpoliatorem incidiſſe in pœnam,* l. ſi quis in tantum, C. undè vi.
114 *Sententia lata in poſſeſſorio non obſtat agenti petitorio.*
125 *Sententia lata in poſſeſſorio habente admixtam proprietatis cauſam, obſtat agenti petitorio.*
126 *Sententia lata in poſſeſſorio habente mixturam proprietatis, obſtat agenti petitorio, ſi fuit de dominio plenè cognitum, alias ſecus.*
127 *Sententia lata ab obſervatione judicii eſt interloquutoria.*
129 *Sententia ab obſervatione judicii an, & quomodo ſit inter-*

Digitized by Google

terloquutoria, vel definitivo, ſeù vim definitiva habeat.

129 *Sententia ab obſervatione judicii, etiam lata ob ineptitudinem libelli, habet vim definitiva, & quare.*

130 *A Sententia lata ab obſervatione judicii datur appellatio.*

131 *A Sententia lata ab obſervatione judicii ob ineptitudinem libelli poteſt appellari, etiam viva voce, licet non deſint tenentes contrarium.*

132 *Abſolutoria ab obſervatione judicii eſt ferenda, quando Libellus eſt ita ineptus, ut actio intentata ex eo diſcerni non poſſit.*

133 *Abſolutoria ab obſervatione judicii eſt ferenda, quando actor movit judicium, nec poſtea illud proſequutus fuit, nec litem conteſtatus, nec aliud probavit.*

134 *Si judex primæ inſtantiæ tulit Sententiam ſuper proceſſu invalido, judex appellationis poteſt reum, ſalvo jure iterum agendi, abſolvere.*

135 *Si lite conteſtata actor ſe abſentat, & nihil fuit à partibus probatum, fertur Sententia abſolutoria ab obſervatione judicii.*

136 *Si fabricatus eſt hinc inde proceſſus, licet nil relevans fuerit probatum, ferenda eſt definitiva Sententia abſolutoria ad favorem rei.*

137 *Præfinitis debitis terminis, ferenda eſt abſolutoria definitiva ad rei favorem, ſi actor non probavit.*

138 *Si reus aſſumpſit in ſe onus probandi, conflato proceſſu, ſi de cauſa liquet, poteſt ferri definitiva, aliàs ſi non liquet, ferenda abſolutoria ab obſervatione judicii.*

139 *Abſolutoria ab obſervatione judicii fertur, quando reus, pendente judicio, ante Sententiam ſolvit.*

140 *Perempta inſtantia fertur abſolutoria ab obſervatione judicii.*

141 *Quando occiſus poterat impune offendi, fertur abſolutoria ab obſervatione judicii.*

142 *Abſolutoria ab obſervatione judicii præſervat jura actori in alio judicio.*

143 *Abſolutoria ab obſervatione judicii differt ab abſolutoria rei & in quibus.*

144 *Per abſolutoriam ab obſervatione judicii, perimitur inſtantia.*

145 *Lata abſolutoria ab obſervatione judicii, pereunt acta ordinaria, non cauſa deciſoria.*

146 *Acta probatoria imperfecta pereunt perempta inſtantia.*

147 *Per abſolutionem ab obſervatione judicii perit inſtantia ſed non actio.*

148 *Si reus ſolvit ante ſententiam, lata abſolutoria ab obſervatione judicii perit etiam actio.*

149 *Lata abſolutoria ab obſervatione judicii virtute exceptionis peremptoriæ, perit etiam actio.*

150 *Iuramentum in litem unde dictum.*

151 *Iuramentum in litem quid ſit.*

152 *Iuramentum in litem aliud eſt ſingularis intereſſe, aliud affectionis, aliud veritatis.*

153 *Juramentum in litem ſingularis intereſſe dicitur, quando quis, ob pecuniam non reſtitutam, paſſus eſt intereſſe.*

154 *Iuramentum affectionis dicitur, quando non fuit data ſeù redditæ res, ſuper qua poteſt cadere affectio.*

155 *Iuramentum veritatis præſtatur ſuper vero, & communi rei valore.*

156 *Iuramentum in litem poteſt dividi in duas ſpecies, ſcilicet affectionis, & veritatis.*

157 *Iuramentum in litem affectionis, ut deferri poſſit, tria requirit, & quæ.*

158 *Iuramentum in litem affectionis, ut deferri poſſit, requirit etiam habilitatem in jurante.*

159 *Iuramentum in litem affectionis datur in omnibus actionibus bonæ fidei, nec non ſtricti juris arbitrariis.*

160 *Actiones bonæ fidei quæ ſint.*

161 *Actiones ſtricti juris quæ ſint, & cur ita dictæ.*

162 *Arbitrariæ efficiuntur omnes actiones, in quibus ad judicis præceptum, ſecundum ejus mandatum, res in judicio petita non reſtituitur.*

163 *Actiones quæ efficiantur arbitrariæ ad effectum deferendi juramentum in litem.*

164 *Iuramentum in litem affectionis, in quibus actionibus detur, re extante, vel etiam perempta.*

165 *Juramento in litem affectionis, quando non ſit locus ſed potius juramentum veritatis deferatur.*

166 *Sine dolo regulariter non juratur in litem.*

167 *Contra adminiſtratorem non exhibentem librum tamquam præſumptivè doloſum, poteſt jurari in litem.*

168 *Quilibet adminiſtrator tenetur conficere, & exhibere librum rationis ſuæ adminiſtrationis.*

169 *Adminiſtrator tenetur reddere rationem de adminiſtratis.*

170 *Contra non reddentem rationem ſuæ adminiſtrationis poteſt jurari in litem.*

171 *Adminiſtrator tenetur reſtituere reliquatum, aliàs non dicitur reddita ratio.*

172 *Contra adminiſtratorem conficientem inventarium legitimum, poteſt jurari in litem.*

173 *In omni actione ad exhibendum juratur in litem.*

174 *Adminiſtrator excuſatur à confectione Libri, & inventarii ob ſimplicitatem, vel ſi fuit à Domino liberatus à redditione rationis, ſed tamen tenetur reddere reliquatum.*

175 *In actione commodati, locati, depoſiti, & aliis bonæ fidei judiciis, poteſt jurari in litem, ſi quis non exhibet vel reſtituit.*

176 *In judiciis contrariis non juratur in litem, niſi agatur de fide rupta.*

177 *In actione ex Teſtamento, & ſimilibus ſtricti juris non juratur in litem.*

178 *Si actiones ſtricti juris efficiantur caſus arbitrarii, vel adſit inſimul difficultas probationis, & dolus poteſt in eis jurari in litem.*

179 *Ubi quis contemnit reſtituere ad Judicis præceptum, poteſt jurari in litem in omni actione.*

180 *Contra tutorem non conficientem inventarium, poteſt jurari in litem, & an æſtimatio bonorum ſit in inventario de neceſſitate apponenda.*

181 *Contra mendacem poteſt jurari in litem.*

182 *Si mendax aliqua ratione poteſt excuſari à mendacio, non defertur contra eum juramentum in litem.*

183 *Contra Conſocium, Conſortem, & alium, qui adminiſtravit ſine inventario, & libro rationum, poteſt jurari in litem, & quomodo.*

184 *Contra eum, qui tenetur reſtituere, vel exhibere, poteſt jurari in litem, & quomodo.*

185 *In actionibus bonæ fidei Judex poteſt, contra doloſum deferre Iuramentum in litem ſuper damnis, expenſis, & intereſſe.*

186 *Ob ſolam culpam ſine dolo non poteſt contra aliquem Iurari in litem.*

187 *In actione Tutelæ, & Curæ Iuratur in litem ob culpam, etiam ſine dolo.*

188 *Spoliato contra violentum ſpoliatorem defertur Iuramentum in litem.*

189 *Contra Hæredes, aut tertios poſſeſſores doloſi non poteſt jurari in litem.*

190 *Lite cum defuncto conteſtata, vel pro conteſtata habita, juratur in litem contra hæredes ex dolo commiſſo ante litem conteſtatam, vel ex dolo Hæredis.*

191 *In actione depoſiti, ratione doli, juratur in litem contra Nautam, Cauponem, Stabularium & ſimiles, & quando.*

192 *Ex apertione, & diſſigillatione ſacculi à Depoſitario facta præſumitur dolus ex conſtituto.*

193 *Hebræus, Hæreticus, Infamis, & ſimiles qui non poſſunt eſſe teſtes, tenentur probare per teſtes, nec eis defertur juramentum in litem.*

194 *Si conſtat quod hoſpes, vel Depoſitarius non aperuit ſacculum ſed alius, eo inſcio, non poteſt jurari in litem, niſi contra aperientem, contra Depoſitarium verò probandum eſt per teſtes, cum ceſſet in eo dolus.*

195 *Si ſacculus potuit de per ſe diſſigillari, & concurrit bona qualitas perſonæ Depoſitarii non juratur contra eum in litem.*

196 *Iuramentum in litem veritatis, ut deferri poſſit, ultra dolum, requirit difficultatem probationis.*

197 *Difficultas probationis tunc adeſſe cenſetur, cum res non poteſt ad oculum demonſtrari.*

198 *In actionibus bonæ fidei ob ſolum dolum poteſt iurari in litem.*

199 *In actionibus ſtricti iuris arbitrariis ob ſolum dolum iuratur in litem.*

200 Et

200 *Et ei, qui non eſt informatus, Juramentum in litem non defertur.*

201 *Informato, aſſerenti ſe informatum earum, quæ à defancto geſta ſunt, datur juramentum in litem.*

202 *Cohabitans cum defancto, vicinus, & ſimiles prę-ſumantur informati, non alii, in quibus præſumptio non concurrit.*

203 *An quis ſit veriſimiliter informatus diſcernere plurimùm reſidet in arbitrio Judicis.*

204 *Juramentum in litem non defertur, niſi a judice, nec ſponte à parte præſtatur.*

205 *Judex acceptans juramentum in litem, ſponte prę-ſtitam, cenſetur detuliſſe.*

206 *Juramentum in litem veritatis denuò, prævia taxatione, deferre cautius videtur.*

207 *In juramento in litem requiritur citatio Partis.*

208 *Juramentum in litem non datur habenti præſumptionem contra ſe.*

209 *Juramentum in litem non datur ei qui præſumitur poſſidere iure familiaritatis.*

210 *Juramentum in litem defertur poſt litem conteſtatam, ante conclusum in cauſa.*

211 *Ob contumaciam in non parendo defertur juramentum in litem, etiam poſt Sententiam.*

212 *Impubes, Furioſus, Mentecaptus, & ſimiles ſunt inhabiles ad iurandam in litem.*

213 *Is, cui eſt deferendum iuramentum in litem, debet eſſe Teſtis integer omni exceptione maior.*

214 *Taxa Judicis debet præcedere ante iuramentum in litem.*

215 *In iuramento in litem affectionis taxa Judicis poteſt ſubſequi poſt iuramentum.*

216 *Juramentum in litem veritatis poteſt deferri, etiam re non extante, ſecus iuramentum affectionis.*

217 *Non poteſt iurari in litem, etiam de affectione ultra duplam veræ æſtimationis, & ita eſt æſtimatio coarctanda à iudice.*

218 *Juramentum in litem à iudice prævia taxatione delatum non poteſt amplius ab eo retractari.*

219 *Iudex ex magna cauſa poteſt retractare iuramentum in litem iam delatum.*

220 *Magna cauſa, ad effectum retractandi iuramentum in litem delatum eſt quando ad favorem rei probationes ſupervenerunt.*

221 *Ex novis probationibus repertis poteſt retractari etiam iuramentum in litem veritatis.*

222 *Iuramentum in litē veritatis retractatur, quādo contrarium probatur per evidentiā oculorū, vel negativam coarctatam, vel Inſtrumenta de novo reperta.*

223 *Iuramētū in litē veritatis poteſt retractari per iaſtrumēta de novo reperta, & en magis cōmoni, & n. 127.*

224 *A delatione Iuramenti in litem non datur appellatio, & quare.*

225 *De Iure canonico datur appellatio à quolibet gravamine, non tamen datur à delatione iuramenti in litem in A. C. Tribunali.*

226 *A Decreto admiſſionis ad iuramentum in litem an detur appellatio.*

227 *A Sententia lata virtute iuramenti in litem datur appellatio.*

228 *In grada appellationis non videtur diſcutiendum an quis iuraverit veritatem, ſed an iuramentum eſſet deferendum vel probandum per Teſtes.*

229 *In reliquis in materia iuramenti in litem ad quos recurrendum.*

De cauſis valorem ducentorum ducatorum excedentibus, Pars III. Cap. II.

1 UBicumque agitur de cauſa ultra ſummam ducatorum ducentorum auri de Camera, vel de re verum prædictæ ſummæ valorem excedente, ſi nec via competat exequutiva, juxta ſuperius tradita *in prima p. c. 1. & ſeqq.* nec etiam poſſit procedi ſummariè juxta ſuperius dicta *in p. 2. c. 1. & ſeq.* vel ſi aliàs quomodolibet cauſa ſit, vel fuerit effecta ordinaria, utique in A.C. Tribunali erit via ordinaria procedendum ſummariè tamen, prout in cauſis Beneficialibus, juxta notiſſimas ejuſdem A. C. facultates.

2 Poſſunt autem cauſę ordinarię coram A.C. introduci, vel in prima, vel in ſecunda, ſeù ulteriori Inſtantia.

In prima inſtantia, vel poſſunt introduci ab Actore, vel à Reo.

Ab Actore poſſunt introduci prævio Monitorio, ut infra, videlicet.

De Mandato Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini A. C. ſivè R. P. D. NN ejus in Civilibus Locumtenentis & ad Inſtantiam NN. principalis. 3

Tenore præſentium.

Moneatur, A, NN. exadverſo principalis, vel NN. exadverſo Hæres NN. exadverſo principalis, ac aliàs, omni &c quatenus infra triduum proximum ſub 500 ducatorum &c. Mandati exequutivi, & in juris ſubſidium excommunicationis &c. aliiſque &c. pœnis debeat ſolviſſe numeraſſe, & exburſaſſe eidem Domino Inſtanti ſcuta quingenta quinquaginta monetæ, ſalvo jure &c. eidem Inſtanti, debita, cauſa, & occaſione NN. *(hic poteſt exprimi cauſa ob quam pecunia, vel res debetur)* prout in actis, & proceſſu cauſæ, & cauſarum hujuſmodi ſuis loco, & tempore latius deducetur, & verificabitur, &c. ſolvique, numerari, & exburſari feciſſe, &c. omniaque damna, expenſas, & intereſſe pręmiſſorum cauſa, & occaſione quomodolibet facta, & paſſa, ac facienda, & patienda in futurum, ac liquidanda refeciſſe, & quæcumque Decreta, Sententias & Mandata deſuper neceſſaria, & opportuna fieri, ſcribique, concedi, decerni, & relaxari vidiſſe, & audiviſſe, ad favorem d. D. Inſtantis, Deducens in pręmiſſis omne jus ſuum, omnemque actionem ſibi undecumque, & quomodocumque, ac quomodolibet provenien. & nobile officium Judicis, & beneficium Juris implorando, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c. ideò, &c. & ſi quis, &c. alioquin, &c. certificamus, &c. aliàs, &c. omni &c. A

N. Notarius.

Locus † Sigilli.

Aliud Monitorium in Curia pro petitione Hęreditatis ab Inteſtato delatæ.

De Mandato Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Aud. Cam. ſivè R. P. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad Inſtantiam NN. principalis exponentis, nuper deceſſiſſe, NN. ſine liberis & teſtamento, & ob id eius Hæreditatem, quam adivit, & adir, ad ipſum Inſtantem, tamquam proximiorem ſpectare, & pertinere. 4

Tenore igitur præſentium.

Moneatur NN. exadverſo principalis, ac detentor, & occupator dictæ Hæreditatis, bonorumque NN. quatenus infra triduum proximum ſub 500. ducatorum &c. Cameræ Apoſtolicæ applican. & pro illis Mandati excutivi, & in juris ſubſidium, excómmunicationis &c. aliiſque &c. pœnis debeat realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem prædictæ Hæreditatis, ac bonorum quorumcumque hæreditariorum dicti q. NN. mobilium, ſtabilium, & ſemoventium jurium, & aliorum quorumcumque ad d. Hæreditatem ſpectan. & pertinen. ubique locorum exiſten. & ſub quibuſvis finibus confinatorum ac prout in actis, & Proceſſus cauſæ, ſuis loco, & tempore, demoſtrabitur, illorumque, & cujuslibet eorum jurium membrorum, pertinentiarum, & annexorum quorumcumque, realiter, & cum effectu prædicto D. Inſtanti dimiſiſſe, tradidiſſe, & relaxaſſe ac de fructibus, redditibus, & proventibus indebitè perceptis, & percipiendis in futurum eidem Inſtanti reſpondiſſe, & integraliter ſatisfeciſſe, ac debitam ſatisfactionem feciſſe, damnaq; & expenſas, & intereſſe pręmiſſorum cauſa, & occaſione paſſa, facta, & patien. ac liquidan. refeciſſe, & Mandatū quodcumq; deſuper & neceſſarium & opportunū, cócedi decerni, & relaxari, Jus, & Juſtitiā miniſtrari, aliaq; deſuper neceſſaria, & opportuna fieri vidiſſe attento quod pro parte dicti NN. fuit coràm Nobis comparitum, & allegatum, d. Hæreditatem ex pręmiſſo, & alio quocumq; capite ad eum ſpectare, & pertinere, & ob id reſtituendam fore, & eſſe, una cum dictis fructibus, deducens &c. implorans &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c & ſi quis &c compareat &c. alioquin &c.

N. Notarius.

Locus † Sigilli.

Aliud ſimile in actione reali.

5 De Mandato Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. A.C ſivè R. P. D. NN ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis, aſſerentis ad ſe jure dominii, vel quaſi, juſto & legitimo titulo, ſpectare, & pertinere Vineam ſitam extra Portam NN. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. Viam, & alios ſi qui &c. quam ad præſens &c. detinet, & occupat, licèt indebitè, & injuſtè, N. Adverſarius, prout ſuis loco, & tempore demonſtrabitur.

Tenore præſentium.

Moneatur idem NN. exadverſo principalis, quatenus infra triduum proximum ſub 500. Ducatorum auri &c. & pro illia Mandati exequutivi, & Excommunicationis in ſubſidium, aliiſque &c pœnia, debeat dictam Vineam, ac illius realem, & actualem poſſeſſionem, unà cum omnibus, juribus, membris, ac pertinentiia quibuſcumque, d. D. Inſtanti dimiſiſſe, reſtituiſſe, ac relaxaſſe, ac de fructibus, redditibus, & proventibus indebitè perceptis, & in futurum percipiendis, eidem Inſtanti reſpondiſſe, ac ſatisfeciſſe, damnaque, Expenſas, & intereſſe, præmiſſorum cauſa. & occaſione paſſa, & patien. &c. ac liquidan. &c. refeciſſe. & quæcumque Decreta, Sententias, & mandata deſuper neceſſaria & opportuna fieri, ferrique, concedi, decerni, & relaxari vidiſſe, ad ejuſdem Inſtantis favorem, Deducens in præmiſſis omne Jus &c. implorans &c. non ſe aſtringens &c. ſalvo jure &c. non ſolùm, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c. & ſi quis &c. compareat &c. alioquin. &c.

N. Notarius.

Locus † Sigilli.

Aliud ſimile pro redditione rationis adminiſtrationis Tutelæ, & Curæ.

6 De mandato illuſtriſs. & Reverendiſs. Domini A.C. ſivè R. P.D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis.

Tenore præſentium.

Moneatur NN. olim Tutor, & pro debito tempore Curator Inſtantis, virtute teſtamenti NN. Patris deputatus, exadverſo principalis, quatenus infra triduum proximum, ſub 500. ducatorum, &c. Mandati exequutivi, & in Iuris ſubſidium excommunicationis &c. aliiſq; pœnis, &c. debeat eidem inſtanti plenam, & debitam rationem Tutelę, & Curę, ac adminiſtrationis quorumcumq. bonorum ejuſdem inſtantis, ac in ejus paterna Hęreditate, & aliàs quomodolibet relictorum, & ſignanter in Inventario per eum de ſuper confecto rogato per acta NN. ſub die &c. deſcriptorum à die ſuſceptæ Tutelæ, & Curæ uſque in præſens ad ejus manus perventorum, ac de omnibus, & ſingulis fructibus, redditibus, ac proventibus ex eis perceptis, realiter & cum effectu reddidiſſe, necnon omnia, & ſingula in dicto Inventario deſcripta, Inſtrumenta, Scripturas, Libros, & computa quæcumque penes ipſum exiſtentia, exhibuiſſe, & cum effectu reſtituiſſe, ac conſignaſſe, ac reliquatum perſolviſſe, & debitam ſatisfactionem feciſſe, damnaque, expenſas, & intereſſe præmiſſorum cauſa, & occaſione paſſa, & patien. ac liquidan &c. refeciſſe, & quæcumque Decreta, Sententias & Mandata deſuper neceſſaria, & opportuna fieri, ferrique, concedi, decerni, & relaxari vidiſſe, & audiviſſe, deducens &c. implurans, &c. ſalvo jure, &c. nō ſe aſtringens, &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c. & ſi quis, &c. compareat, &c. alioquin, &c. omni, &c.

N. Notarius,

Locus † Sigilli.

Monitorio perſonaliter per Curſorem exequuto ac ſubſcripto, adnotatur ejus exequutio in Broliardo à Notario cauſæ, ut infra, videlicet.

7 Pro NN. contra NN.

Coram Domino meque, &c. NN. Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſor retulit ſe ad inſtantiam NN. perſonaliter monuiſſe NN. prout in folio tenoris, &c. omni, &c.

8 Exadverſo verò, infra triduum à die exequutionis illius, fit infraſcripta proteſtatio, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio &c. NN. & negando Monitorium, dixit narrata, prout narrantur, non eſſe vera, & ad petita, prout petantur non teneri, ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, verificatis verificandis, aliàs &c.

9 Monitorium ſivè negatum, ſive non negatum in hoc, ſicut in aliis judiciis eſt ſemper ab Actore verificandum ſivè per Inſtrumenta, & Jura, ſivè per Teſtes, & alia legitima probationum genera.

10 Jura in Judiciis ordinariis admittuntur, & tam ad inſtantiam Actoris, quam Rei, ſimpliciter, & abſque aliqua clauſula, ſeù prçſervativa, citata tamen Parte ad dicendum contra, & ad eorum recognitionem proceditur, juxta ſuperius tradita *p. 1. c. 2. n. 10. & ſeqq.*

11 Similiter etiam poſitiones, & Articuli opportuni juxta facti contingentiam, ad cujuſque Partis inſtantiam, Adverſario tamen citato ad dicendum contra illos, admitti ſolent abſque aliqua clauſula *ſine præiudicio*, quæ tantum in exequutivis, & ſummariis in admiſſione apponi conſuevit, ut ſupra *d. p. 1. c. 10. & ſeqq. & p. 2. c 5. & ſeqq.* & † pariter Pars cogitur poſitionibus reſpondere, ut 12
d. p. 1. c. 10. & ſucceſſivè ad Teſtium examen, ſervatis ſervandis, proceditur ut ſupra *d. p. 1. c. 11. n. 2. & ſeqq.*

13 Reus ſimiliter poteſt in his judiciis deducere exceptiones ſibi de Jure competentes, & Actor replicationes ſibi bene viſas, & opportunas juxtà Praxim, de qua ſupra *p. 1. c. 5. & c. 7. & ſeq.* & aliàs juxta contingentiam facti.

14 Et ubicumque ſubeſt aliqua difficultas, ſive in articulo principali, ſivè incidenti, poteſt informari Judex in Camera in Contradictorio, vel parte citata, juxtà Praxim ſuperius traditam *p. 1. c. 8. n. 27. & ſeq.* & ita obſervatur in omnibus cauſis in qualibet inſtantia.

Demum actitato proceſſu, obſervantur termini ſubſtantiales, videlicet.

A. C. N.

15 Citetur NN. exadverſo principalis, ad libellandum ad p. d. *B*, ad articulandum ad 12. (vel ad 8.) ad dicendum B contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad 2, ad declarandum, ad jurandum de calumnia, ad p. d. in terminis ſubſtantialibus inſtante NN. principali, ſivè &c

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Jura hodie in Broliardo producta, & repetiit, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra, & admitti, & in quantum, omni &c.

Fit autem productio, & repetitio Jurium opportuna juxta ſuperius tradita *p. 1. c. 2. n. 10. & ſeqq* & ſi nihil de novo ſit producendum, poteſt fieri ſimplex repetitio in Broliardo, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. repetiit omnia, & ſingula Jura, Inſtrumenta, ſcripturas, & acta, & actitata, geſta, & facta per acta mei, &c. ad cauſam quomodolibet facien in parte tamen & partibus, &c. & in quantum, &c. & non aliàs &c. petens, &c. non ſolùm, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c.

Denique citatur ad videndum reiterari, & ad Sententiam, ut infra videlicet.

A. C. N.

17 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarumcumque facultatum, abſolvi inſtantem à Cenſuris ad effectum &c. deferri Juramentum in ſupplementum plenæ probationis quatenus opus ſit, concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendam ſententiam definitivam, C, In forma, & alias, omni, &c. ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c. C

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma, &c. deferri Juramentum, &c. qui tactis, &c. juravit, &c. & ſententiari prout in cedula, quam Reverendiſſ. D Locumtenens legit, ſubſcripſit, & mihi conſignavit tenoris, &c. ſuper quibus, &c. præſentibus Sociis Teſtibus, &c. non ſolùm, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c.

Tenor Cedulæ.

18 Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum prę oculis habentes, per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum conſi-

lio in

lio in his ſcriptis ſerimus, in cauſa, & cauſis, quæ co-
ram Nobis in prima, ſeù veriori verſæ ſuerunt, & ver-
tuntur inſtantia, Inter NN. Actorem ex una, & NN.
Reum conventum ex altera partibus, de, & ſuper ſo-
lutione ſcutorum quingentorum quiquaginta monetæ
ſaivo jure, &c rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſa-
rum hujuſmodi latius deductis, &c. Dicimus, pronun-
ciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus,
dictum NN. Reum conventom teneri, & obligatum
eſſe, & propterea condemnandum ſore, & eſſe, pro-
ut codemnamus ad ſolvendum d. NN. prædicta ſcuta
quingenta quinquaginta monetæ, Mandatumque exe-
quutivum, & aliud deſuper neceſſarium, & opportu-
num decernendum, & relaxandum ſore, & eſſe, prout
decernimus, & relaxamus, Victumque Victori in ex-
penſis condemnamus; quarum taxationem Nobis, vel
cui de jure in poſterum reſervamus, & ita dicimus, pro-
nunciamus, & definitivè ſententiamus, non ſolum præ-
miſſo, ſed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

19 Cæterum, ſi Actor non verificavit Monitorium, ſer-
tur ad favorem Rei Sententia abſolutoria ab impetitis,
ut infra, & aliàs ſecundum facti contigentiam, & po-
teſt Reus citare Actorem ad videndum reiterari, & ad
Sententiam ut ſopra, vel ſi Actor, ut ſopra citavit, po-
teſt Judex ferre Sententiam hujuſmodi, in termino cita-
tionis illius ad Rei favorem, poteſtque Notarius actua-
rius extendere Decretum ad rei ſavorem in pede cita-
tionis Actoris de Stylo Tribunalis A. C.

Tenor Cedulæ abſolutoriæ ab impetitis.

20 Chriſti nomine invocato, Pro Tribunali ſedentes, &
ſolum Deum præ oculis habentes, Per hanc noſtram de-
finitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum conſilio
in his ſcriptis ſerimus, in cauſa, & cauſis, quæ coram
Nobis in prima, ſeù veriori verſæ ſuerunt, & vertuntur
inſtantia, inter NN. Actorem ex una, & NN. Reum
conventum partibus ex altera, de, & ſuper Hæredita-
te, & bonisq. NN. eorumque poſſeſſionis dimiſſione,
ac reſtitutione, rebuſque aliis in actis, cauſæ, & cau-
ſarum hujuſmodi latius deductis; Dicimus, pronun-
ciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramur,
dictum NN. Reum conventum abſolvendum ſore, &
eſſe prout abſolvimus, & liberamus ab impetitis per di-
ctum NN. Actorem, ac propterea eidem NN. Actori
perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſſe, prout
imponimus ſoper præmiſſis, Victumque Victori in ex-
penſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel
cui de Jure in poſterum reſervamus, & ita dicimus. &c.
& definitivè ſenteotiamus, non ſolum, ut ſupra, ſed om-
ni alio meliori modo, &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

21 Contingit aliquando proceſſum eſſe nullum vel in-
ordinatum, vel libellum eſſe ineptum ob actionis defi-
cientia, ideoque in his, & ſimilibus facti contingen-
D tiis ſolet ferri Sententia ab obſervatione judicii, *D*, ut
inſra, & alias mutatis mutandis, juxta rerum, & fa-
ctorum varietates, videlicet.

Tenor Cedulæ abſolutoriæ ab obſervatione judicii.

22 Chriſti nomine invocato, Pro Tribunali ſedentes, &
ſolum Deum præ oculis habentes, Per hanc noſtram de-
finitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum conſi-
lio in his ſcriptis ſerimus, in cauſa, & cauſis, quæ coram
Nobis in prima, ſeù veriori verſæ ſuerunt, & vertuntur
inſtantia, inter NN. Actorem ex una, & NN. Reum
conventum partibus ex altera, de, & ſuper Vinea ſita
extra Portam N. in loco nuncupato NN. juxta bona
NN. & NN. viam, & alios notiſſimos fines, rebuſ-
que aliis, &c. Dicimus pronunciamus, decernimus,
& declaramus, dictum NN. Reum conventum fore,
& eſſe abſolvendum, prout abſolvimus ab obſervatio-
ne præſentis judicii, & d. NN. Actori jura, talia qualia
habet, in alio judicio expedienda, reſervamus, Vi-
ctumque Victori in expenſis condemnamus, quarum
taxationem Nobis, vel cui de jure in poſterum reſer-
vamus & ita dicimus, &c. & declaramus, non ſolum
præſato, ſed omni alio meliori modo, &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

23 Verumtamen in materia redditionis rationis admini-
ſtrationis, præmiſſo Monitorio, ut ſupra num. 9. illo-
que verificato per Inſtrumenta, Jura & Teſtes, ac alia
legitima probationum genera, ut ſopra, ſi Reus libros
ſuæ adminiſtrationis exhibere recuſet, ſeù nolit, poteſt
contra eum tamquam doloſum jurari in litem, ac pro-
pterea obſervatis terminis ſubſtantialibus, pariter, ut
ſupra n. 15. citabatur olim Pars, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum rei- 25
terari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, ma-
lè ſorſan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim qua-
rumcumque ſacultatum, abſolvi Inſtantem à Cen-
ſuris ad effectum &c. taxari ſummam uſque ad quam In-
ſtans jurare poſſit in litem, *E*, & ſuper illa taxata viden- E
dum inſtantem jurare, & juxta taxationem, & Jura-
mentum concludendum, concludique videndum in cau-
ſa, & audiendam ſententiam definitivam in forma, &
alias omni meliori modo, &c. ad p. d. Inſtante NN.
principali, ſivè etc.

N. Notarius.

Decretum.

Relatione facta, comparuit, NN. & petiit, & obti-
nuit, ut ſupra, &c. admitti ad reiterationem termino-
rum, qui reiteravit in forma, &c. taxari ſummam uſque
ad quam dictus NN jurare poſſit in litem ad ſcuta mille
monetæ, pro qua idem NN. tactis, &c. juravit in for-
ma, &c. & concludi, & ſententiari prout in Cedula,
quam Reverendiſs D. Locomtenens legit, ſubſcripſit,
& mihi conſignavit, tenoris, &c ſuper quibus, &c.
præſentibus Sociis teſtibus, &c non ſolum, ut ſupra,
ſed omni alio meliori modo, &c.

Sed hodie, ſervatis terminis ſubſtantialibus, Pars ci-
tatur, ut infra, videlicet.

A.C.N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum 25
Inſtantem admitti uſque ad quam ſummam jurare poſſit
in litem, eumdemque ſic admiſſum videndum in litem
jurare, & decretum neceſſarium, & opportunum fieri,
& interponi ad p.d. Inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra admitti ad juran-
dum in litem uſque ad ſummam ſcutorum mille mone-
tæ, &c. qui tactis, &c. juravit in forma, &c. non ſo-
lum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c.

Deinde citatur pars ad ſententiam, ut infra, vide-
licet.

A.C N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum rei- 26
terari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè
forſan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarum-
cumque facultatum, abſolvi inſtantem a cenſuris ad
effectum &c. deferri juramentum in ſupplementum ple-
næ probationis, quatenus opus ſit, concludendum, con-
cludique videndum in cauſa, & audiendum ſententiam
definitivam in forma, ad p. d. Inſtante NN. principali,
ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

Relatione facta, comparuit NN. & petiit, & obti-
nuit ut ſupra &c. admitti ad reiterationem terminorum,
qui reiteravit in forma &c. deferri juramentum &c. qui
tactis juravit &c. & concludi, & ſententiari prout in ce-
dula, quam Reverendiſs D. Locumtenens legit, ſubſcri-
pſit & mihi conſignavit, tenoris &c. ſuper quibus &c.
præſentibus ſociis teſtibus &c. non ſolum ut ſupra, ſed
omni alio meliori modo &c.

Tenor Cedulæ.

Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & 27
ſolum Deum præ oculis habentes; Per hanc noſtram de-
finitivam ſententiam, quam de juris peritorum conſilio
in his ſcriptis ſerimus in cauſa, & cauſis, quæ coram No-
bis in prima, ſeù veriori verſæ ſuerunt, & vertuntur in-
ſtantia, inter NN. actorem ex una, & NN. reum cōven-
tum partibus ex altera, de, & ſuper redditione rationis
adminiſtrationis tutelæ, & curæ, ac reliquorum reſtitu-
tione, librorumque, ac ſcripturarum exhibitione, rebuſq;
aliis &c. dicimus, pronunciamus, decernimus, & decla-

Digitized by Google

ramus dictum NN. teneri, & obligatum eſſe, & propterea condemnandum ſore, & eſſe, prout condemnamus, ad ſolvendum, d. NN. actori ſcuta mille monetæ, mandatumque exequutivum, & aliud deſuper neceſſarium, & opportunum, decernendum, & relaxandum ſore, & eſſe, prout decernimus, & relaxamus, victumque victori in expenſis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure in poſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè ſententiamus non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c.

Ità pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

28 Solent tamen aliqui citare ad videndum admitti infra quam ſummam inſtans jurare poſſit in litem, & tunc admiſſus non jurat uſque ad totam ſummam, ad quam fuit admiſſus, ſed infra eam ad aliquanto minorem, & ſimiliter Judex non condemnat reum in tota ſumma, ſuper qua fuit juratum, ſed in aliquanto minori, unde ſi quis fuit verbi gratia, admiſſus ad jurandum infra ſummam ſcutorum centum, jurabit uſque ad ſcuta nonaginta quinque, & Judex poſtea condemnabit reum in nonaginta: & ita aliqui ſe in tribunali A. C. practicaſſe, & obſervari vidiſſe, affirmant ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum inſtantem admitti, infra quam ſummam is jurare poſſit in litem, eumdemque ſic admiſſum in litem jurare, & decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, admitti ad jurandum in litem infra ſummam ſcutorum centum monetæ &c. qui ſic admiſſus &c. tactis &c. juravit &c. uſque ad ſummam ſcutorum 65. monetæ, ut ſupra, & aliàs omni &c. & deinde citatur ad ſententiam ut ſupra nu. 26. &

27 fertur ſententia ut ſupra nu. 27. mutatis tamen mutandis ut ſupra.

29 Cæterum in judiciis ordinariis admittitur appellatio ad utrumque effectum, abſque aliqua clauſula, & difficultate a ſententiis definitivis, ſeù illarum vim habentibus, ſive ſententiæ ſint condemnatoriæ, ſiva abſolutoriæ ab impetitis. prout etiam datur appellatio à ſententia lata ab obſervatione judicii, licet illa ſit interlocutoria, dummodo appellatio in quolibet ex prædictis caſibus, fuerit interpoſita infra legitima tempora, juxtà ſuperius tradita *par.* 1. *cap.* 12. *nu.* 2. nam aliàs ſententia tranſit in rem judicatam.

Interponitur autem appellatio infra legitima tempora ut ſupra, coram Judice à quo, ut ſequitur, videlicet.

Pro NN. contra NN.

30 Coram Domino, meque, &c. NN. habita notitia de prætenſa ſententia lata ad aſſertum favorem NN. contra NN. ab ea, & omnibus aliis gravaminibus ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Innocentium Decimum ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam appellavit, prout in cedula, quam facto dedit, tenoris, &c. petens, &c. omni &c.

Cui Dominus dedit terminum Juris, & interim &c. omni &c.

Vel

Cui Dominus dedit reverantiales in forma, &c. omni &c.

Tenor Cedulæ.

31 A quadam aſſerta definitiva ſententia, ſeu decreto definitivo, lata, ut dicitur, ſeù facto per R. P. D. NN. A. C. Locumtenentem, ad prætenſum favorem NN. contra NN. de, & ſuper prætenſa pecuniarum ſumma ſcutorum quingentorum quinquaginta monetæ, ac illorum ſolutione, rebuſque aliis &c. (vel alia re, de qua agitur, exprimenda, juxtà contingentiam facti) Procurator, & eo nomine, ſentiens ſe læſum, & gravatum, & timens in poſterum magis lędi, & gravari &c. ab illa ſive ab illo, ac toto proceſſu de ſuper fabricato, ad Sanctiſſimum D. N. Innocentium X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam in his ſcriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens ſemel, bis, tertiò, ſæpè, ſæpius, ſępiſſimè, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus, &c. a non admiſſione illius, ac toto ulteriori proceſſu, iterum, ac toties quoties &c. appellat, provocata, & ut ſupra de nullitate dicit, itaut ſit ultimus in appellando &c. ac interim &c. nihil innovari, &c aliàs de nullitare, & attentatis, &c. proteſtans, &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Quoties tamen Judex dedit terminum juris menſem, redeundem eſt pro Apoſtolis in d. termino, ut ſupra *p.* 1. *c.* 13. *n.* 7. *& ſeqq.* nè aliàs appellatio tranſiret deſerta, & ſententia in judicatum, niſi fortè cauſa in d. termino fuiſſe commiſſa, ut ſupra *d. p.* 1. *c.* 13. *n.* 29. *& n.* 41 a. 32

Similiter ob eamdem rationem, quando Judex dedit reverentiales in forma, ſi cauſa in termino decem dierum non potuit committi, nec commiſſio expediti, ſit præſentata, juxtà, ſuperius tradita *d. p.* 1. *c.* 13. *n.* 85. *& ſeq.* 33

Commiſſio verò in his cauſis ſignatur via ordinaria, juxtà praxim ſuperius traditam *d. p.* 2. *c.* 13. *n.* 45. nec eſt neceſſa citare partem, aut adire Signaturam, parte citata; poteſt autem confici commiſſio, ut infra, & alias mutatis mutandi, juxta factorum contingentias, videlicet. 34

Romana.

Beatiſſime Pater dignetur S. V. cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, nullitatis & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ, infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de jure, a definitiva aſſerta Sententia lata per R. P. D. NN. A. C. Locumtenente in prima inſtantia ad prætenſum favorem, NN. contra devotum S. V. Oratorem NN. de, & ſuper prætenſa pecuniarum ſumma ſcutorum quingentorum monetæ, non tamen vigore obligationis Cameralis, aut alterius proceſſus exequutivi (vel de, & ſuper alia re controverſa exprimenda, de qua agitur rebuſque aliis &c. unà cum omnibus inciden. dependen emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, ac quam, & quas &c. alicui S. V. Sacræ Rotæ Auditori audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committera, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties ubi, & quando opus fuerit, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque Staturum, &c. pro plenè, &c. 35

Solet tamen aliquando primus Commiſſionum Reviſor, de quo diximus ſupra *p.* 1. *c.* 13. *n.* 36. *& num.* 45. *& ſeq.* in cauſis pecuniariis addere in corpore commiſſionis illa verba, videlicet, *Itaut Inhibitio non afficiat, quatenus fuerit actum virtute obligationis Cameralis, aut alterius proceſſus exequutivi*, ut diximus ſupra *d. p.* 1. *c.* 13. *num.* 30. *& ſeq.* 36

Quinimò ſi appelletur à ſententia Gubernatoris Urbis, & cauſa eſt pecuniaria, ſolet addere ultra prædicta illa verba, videlicet, *aut cauſa mercedis*.

Quibus ſic ſtantibus, in cauſis ordinariis committi ſolet cauſa appellationis ſimpliciter, & commiſſio ſignari abſque alia difficultate, aut citatione. 37

Cauſaque appellationi commiſſa, citatur pars coram Judice Commiſſario, juxta ſuperius tradita *p.* 1. *c.* 13. *n.* 43. & proceditur deinde ad ulteriora coram eo.

Obſervatio.

DE Monitoriis ſatis diximus ſupra *p.* 2. *cap.* 4. *num.* 30. *& ſeq.* ideò ad ibi dicta, in facti occurrentia, poterit haberi recurſus. A B

Termini ſubſtantiales in cauſis Beneficialibus obſervantur, prout in formula ſuperius tradita, de quibus latius diximus ſupra *par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 106. *& ſeqq.* iidem termini obſervantur coram A. C. in cauſis quibuſcumq; ordinariis, in quibus ipſe habet facultatem procedendi, obſervatis terminis, & aliàs prout in Beneficialibus, *Paul. V. conſt.* 28. *Eximiæ in §. cas videlicet.* 38

Sed Saluſt. Tib. *lib.* 2. *c.* 25. *num.* 3. *& ſeq.* aſſerit terminum ad articulandum, qui, ut ſupra, in d. cauſis ſervatur ad duodecimam, poſſe ſervari etiam ad octavam, ut diximus ſupra *p.* 2. *c.* 1. *nu.* 107. *& ſeqq.* quare poteſt 39

iſte

Digitized by Google

iſte terminus ſive uno ſive altero modo ut ſupra ſervari cum utrumque modum praxis in dies admittat.

40 Affirmat verò *Author Formularii commiſſ. in tract. de devolut. cauſ. ſub tit. de termin. ſubſtant.* in cauſis ſummariis, & beneficialibus non eſſe neceſſe obſervare niſi quatuor terminos ſubſtantiales, ſcilicet ad articulandum, ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta, & quod aliorum terminorum omiſſio non reddit proceſſum nullum.

41 Sed nihilominus praxis obſervat in dd. cauſis ordinariis coram A. C. ut ſuperiùs diximus *n. 38. & ſeqq.* ſed in poſſeſſoriis ſummariis prout in Salviano, & aliis, de quibus ſupra *p. 2. cap. 6. & ſeqq.* bene verum eſt, praxim ſervare dictos quatuor terminos ſubſtantiales, vel alios, ut ſupra in cauſis beneficialibus, & ordinariis (quæ in effectu in Tribunali A. C. etiam ſunt ut ſupra, ſummariæ, licet detur in eis appellatio) ſervari ſolitos.

42 Omiſſio autem terminorum ſubſtantialium ſive in cauſâ ſummaria, ſive ordinaria ſervari ſolitorum reddit ſententiam nullam, Bellamer. *dec. 27.* Mantic. *dec. 254. n. 1. & ſeqq. cum aliis cumulatis ſupra d. par. 2. cap. 1. nu. 116 & ſeqq.*

43 Sed hoc non procedit in proceſſibus de partibus in quibus ſufficit, fuiſſe ſervatos terminos ſtatutarios, Cavaler. *dec 217. n* 1. vel alios de ſtylo loci ſervari ſolitos, Sal. Tib. *in prax. lib. 2. c. 24. n. 10.*

C Sententia dicitur à ſentiendo, quia Judex pronunciat
44 ſecundum id, quod ſentit, *l. ſicut §. ſed ſi quæritur, ff. ſi ſerv. vindic.* Maran. *de ord. Iudic. in 3. p. 6 p princ. act. 1. n. 2.*

45 Eſt autem ſententia definitio judicantis, controverſiæ finem imponens, continens abſolutionem, vel condemnationem, *l. 1. ff. de re jud.* Abb. *in rub. de re jud. n. 4.* Maran. *d. 3. p. 6. part. princ. act. 1. nu. 1.*

46 Et aut eſt definitiva, Interloquutoria, aut mixta, quæ ſcilicet participat de utroque Butr. *conſ. 6. n. 1. & ſeq.* Guidopap. *dec 11. & dec. 12. nu. 6.*

47 Sententia definitiva eſt, quæ controverſiæ finem imponit, *l. primu. ff. de re judic.* & ſæpè definit illud negocium quod principaliter deducitur, Gloſſ. *in Clem. ad Compeſcendam in verb. definitiva, de ſeq. poſſeſſ. & fruct.* Bald. *in lib. 1. n. 1. C. Sent. reſcind. non poſſ.* Caſtr. *conſ. 429. in quadam n. 1. lib. 1.* Roman. *conſ. 357. Dictar n. 1.* Papien. *in Prax. in form. Sent. definit. §. 1. n. 4.* Guidopap. *dec. 11.*

48 Debetque Sententia definitiva continere abſolutionem, vel condemnationem, Marant. *d. act. 1. n. 1.* Gayll. *obſerv. 2. num. 6.* ubi quod ſufficit, ſi ſaltem contineat æquipollentia.

49 Et deferri, & abſolvere, vel condemnare ſuper toto, non ſuper parte, alias non valet, *l. in hoc judicio, ff. famil. hercif. ſc. etiam, §. 1 ff. de Minor l. 1. & ibi DD. C. ſi ad verſ. rem. jud.* Abb. *in c. cum inter, n. 23. & ibi Florent. n. 6. de re jud.* Magon. *dec.* Florent. *73. n 13. & dec. Lucen. 65. n. 17* Rota *dec. 313. n 2 p. 3. recent.*

50 Nec ſolet Rota Sententias definitivas multiplicare, ſed ſimul totum negotium terminare, Rot. *dec. 427. n. 2. & ſeq. p. 2. recent.*

51 Sed concluſio, quod Sententia ſit ferenda ſuper toto, aliàs non valeat, Primò non procedit, quando petitio fuit facta per capitula ſeparata, nàm tunc tot cenſentur petitiones, quot capitula, & ob id poteſt ſuper aliquibus ferri Sententia valida, omiſſis aliis, Abb. *in cap. cum inter n. 23. verſ. ergo capiendo, & ibi* Felyn. *n. 6. verſ. fallit. primo de re jud.* Duen. *reg. 191. in prima fal. lib. 2.* Rot. *dec. 428. n. 2. & ſeq. p. 2. & deciſ. 313. n. 2. p. 3. recent.*

52 Secundò non procedit, quando plures ſimul conveniuntur, nam poteſt reſpectu unius ferri Sententia, & reſpectu alterius deferri *l. non idcirco in princ. ubi* Bart. *& DD. ff. de re jud.* Fel. *in d. c. cum inter, n. 10. de re jud.* Dec. *conſ. 295. nu. 5.* Gregor. *dec. 438. nu. 7.* Rot. *d. dec. 313. n 2. p. 3. recent.*

53 Quinimò lata Sententia contra plures poteſt quoad
unum non valere, quo vero ad alium eſſe valida, Felyn.
in d. c. cum inter, n. 10. verſ. nec eſt novum, Rot. *dec. 561. n.*
54 *13. p. 1. recent.* tunc † enim tot ſunt capita, quot perſonæ,
Caſtr *in d. l. non idcirco, n. 2. de jud.* Gabr *conſ. 56. n. 19.*
lib. 1. Rota *d. dec. 561. n. 13. p. 1. recent.*

55 Tertiò non procedit, quando ab uno petuntur plures ſummæ ex diverſis cauſis, Felyn. *in d. cap. cum inter, n. 8.*
de re jud. Rot. *d. dec. 313. n. 2. par. 3. recent.* Nam † tunc 56
etiam tot ſunt capitula, quot ſummæ, Aret. *in l. certi condictio §. quoniam, n. 22. verſ. aut ſunt diverſa, ff. ſi cert. petat.* & tot cauſæ quot termini ſeparatim petiti, Rota *in Hydruntina Pecuniaria, 12. Decembris 1641. coram bo. mr.* Merlino *Decano*.

Hinc poteſt Sententia lata per capita ſeparata quoad 57
unum caput valere, quoad aliud non valere, quia, dum
capita ſunt diſtincta, utile per inutile non vitiatur, Rot.
dec. 33. nu. 58. par. 2. diverſ. Duran. *d. c. 133 n. 3.* & † tot 58
ſunt Sententiæ quot ſunt capita, & ſummæ, Greg. *dec.*
152. n. 1. & tot † capita diverſa, & ſeparata, tot Senten- 59
tiæ Magon. *dec. Florent. 55. n. 3. dec. 311. n. 8 p. 7. rec.* Duran. *dec. 133. n. 4. & dec. 198. nu. 11.*

Quæ procedunt etiam ſi ſumma petita eſſet conflata 60
ex diverſis partitis diſtinctis, & ſeparatis, nam valet ſententia pro ſumma debita, ex quo tot cenſentur capita,
quot ſummæ ſeparatæ, Aret. *in l. certi condictio §. quoniam, n. 22. verſ. aut ſunt diverſa ff. ſi cert. pet.* & † tot ſen- 61
tentiæ, quot capita & partitæ, Rota *dec. 33. n. 7. & ſeq. p. 2 diverſ.* Cavaler. *dec. 784. nu. 3.*

Quartò non procedit attenta cauſa rationabili, ob quam Rota à d. Stylo recedere conſuevit. Rota *dec. 417. n. 4. p. 2. recent.*

Quintò non procedit in acceſſoriis, prout ſunt fructus, vel Expenſæ, nàm ſi in his fuit comiſſa condemnatio cenſetur ſimpliciter facta abſolutio, Felyn. *in c. cum inter n. 15. de re jud.* Duen. *reg. 191. n. 9. lib. 2.* Manon *dec. Lucen. 65. n. 18.* 62

Alias fallentias tradit Duen. *d. reg. 191. lib. 2. &* Felyn. *in d. c. cum inter, n. 6. & ſeq. de re jud.* ideò ad eos in facti occurrentia recurri poterit. 63

Sententia igitur non ſolum condemnatoria ſed etiam abſolutoria, quæ perimit totum negocium, & jus, dicitur definitiva, Covar. *var. reſol. lib. 2. c. 1. n. 8.* Cavaler. *dec. 158. nu. 3.* 64

Debet autem ſententia definitiva, ut valeat ferri in ſcriptis, & recitari à Judice, *l. fin. ubi DD. C. de Sent. ex brevic. recit. c. fin. de re jud. in 6.* Gloſ. *in ca. 1. §. poſtquam in verbo in ſcriptis, verſ. vigeſimus octavus, de Cẽſ. in 6.* Veral. *dec. 139. p. 3.* Rot. *dec. 19 de re jud. in nov. & dec 731. n. 4 p. 2. rec.* 65

Et per conſequens debet per Scripturam probari, ſed ſi ſcriptura ſit amiſſa, poteſt probari per Teſtes, tam Sententia, quam caſus amiſſionis *cap. ſicut nobis, ubi DD. & ſignanter,* Abb. *n. 4. in 3. not. &* Felin. *n. 2. de re jud. idem* Felin. *in c. quoniam contra, n 35. de proba.* Bald. *in l. emancipatione n. 1. C. de fid inſtrum.* Barboſ. *in c. Albericus, n. 2. de Teſtib.* Adden. ad Lanfranc. *in prax. tit. de Interloc. & app. ſub lit. A.* Rot *dec 19. verſ. preſertim de re jud. in nov.* 66

Sed nihilominus Rota *d. deciſ. 19. de re jud. in nov.* videtur tenere etiam ſimpliciter, quod Sententia poſſit probari per Teſtes, per text. *in d. c. ſicut nobis de re jud. & in d. c. Albericus de Text.* 67

Cum tamen ad validitatem Sententiæ requiratur ſcriptura per text. *in d. c. fin. de re jud. in 6. cum aliis præallegatis*, ut jura juribus concordentur, textus *in d. c. ſicut nobis*, videtur intelligendus, quando Scriptura fuit amiſſa, prout intelligunt DD. ſupra allegati, textus verò *in d. c. Albericus* videtur intelligendus, quando ſententia fuit à Judice inſcriptis recitata coram Teſtibus, ſed non fuit in ſcriptis à Notario redacta, ut innuit *text. ibi, non fuit in ſcriptis redacta*, non enim dicit, quod non fuerit lata, & recitata in ſcriptis, & ob id mandat dicta Teſtium ſuper ea in ſcriptis redigi, ut poſt Jo. Andr. declarat Ab. *in d. c. Albericus, n 2. de Teſt.* vel eo quoque caſu ſcriptura, quæ pro forma requiritur, fuerat amiſſa, & ob id ejus tenor poteſt probari Teſtes, ut poſt Ant. Gomez. *ad l. 41. Tauri, nu. 2.* notat Barboſ. *in cap. Albericus num. 2.* ubi alios cumulat docentes quomodo amiſſio ſit probanda. 68

Sufficit igitur, quod ſententia fuerit à Judice lata, & lecta in ſcriptis, ſed de jure non requiritur in ea ſubſcriptio Judicis, cum hoc non reperiatur jure cautum, Verall. *dec. 139 p. 3.* 69

Debet inſuper Pars adverſa ſpecificè, & nominatim citari ad ſententiam definitivam audiendam, aliàs ſententia non valet, *c. 2. ubi* Gloſ. *in verbo audiendum,* Gem. *in 3. not.* & Franc. *in 2. not. de dol. & contum. in 6 Clem. ſæpè circa fin. ubi* Gloſ. *in verbo ad id &* Card. *in §. & quia n. 9.* 70

*& alii de verb.ſign.ſi.*Dec. *in cap. conſuluit,n.6, d. obſ De-*
leg & alii quos cumulat, Gabr. *de Citat.conclu* 3 *n.300.*
*ampl.*100.Vant *de nullit.deſect. citat.nu.* 56. Capyc.*dec.*
1. num. 35.Rot.*dec.17.de re iud.in nov.& deciſ.* 191 *n.* 7.
p.2.& dec 240.num.6.& ſeq par. 5 *& dec.* 141 *n* 1 *& n.*4.
*par.6 recent.*Buratt. *dec.* 18. *nu.* 7.ubi quod ita fuit ſæpè
deciſum, *& dec* 883 *n.*1. Cavaler. *deciſ.376.n.1.& ſeqq.*
Beltramin. ad Gregor. *deciſ.* 209.*n.* 7.

71 Adeò quod non ſufficiat citatio ad audiendam volun-
tatem, vel alia ſimilis continens verba æquipollentia,
Roman *conſ.369 nu.*8 Gonzal.*ad reg.*8 *in annot. contr.*
*null.n.*116. Rota *dec.18.n 2.p.1.dec* 486.*n.7.p.2. & dec.*
841.*n.* 2.*& n.4.& ſeq.p.6.recen.*Greg.*dec.*209.*n.*4.Cava-
ler. *dec.* 376.*n.*2.

72 Suppletur tamen defectus hujuſmodi citationis ex
præſentia partis, quæ debebat citari, Gabr. *de Citat.con-*
*cl.1.n.*413. Vant *de nullit.defect.citat.n.*17. Rot.*dec.*357.
*n.2.p.3.& dec.*144. *n.8.p.*4 *& dec.*406. *n.* 1.*p.* 5 *recent.*
Greg.*deciſ.*576.*nu.*1. *& ibi* Beltramin.*n.*5.Cavaler. *dec.*
117.*n.*1.& per monitionem Judicis Partibus præſentibus
factam, Caſſad.*dec.2.de jud.* Verall. *dec.* 293.*p.* 3. Rot.
dec. 37.*n.* 11. *p.* 6. *recent.*

73 Sed hoc non procederet, ſi conſtare de dicta præſen-
tia ad alium diverſum finem, Gabr. *de Citat. concluſ.*1.
74 *n.*413.Beltram. ad Greg. *deciſ.* 576. *nu.* 15. *& ſeq.* ubi †
quod præſentia probatur ex atteſtatione Notarii, qui
ſtatim ſententiam intimavit, vel ex appellatione à Par-
te incontinenti interpoſita.

Defectus tamen citationis exadverſo emanatæ non
poteſt alteri parti nocere, Rot.*dec.*100.*n.4.p.* 2.*recent.*
& in Romana pecuniaria, 17. *Martii* 1645.*coram R.P.D.*
Corrado, *§. Non obſtat denique.*

75 Cœterum ſententia lata contra Hæredem legitimè
citatum præjudicat Fideicommiſſario non citato, de
cujus intereſſe non principaliter agitur, ſed ſecundariò,
l. ſi Patroni, *§. actiones ubi* Bart *ff.ad Sen.conſ.Trebell.l.*
Filius familias,*§ Divi*,*ubi* Imol.*num.*18.Alex.*n.*8.Jaſ.*in*
prima lect.num.49.& in ſecunda lect. num 63. Rip.*nu.*60.
*& ſeq.ubi de communi,ff.de legat.*1. Alex. *in l. ſæpè num.*
30. *ff. de re jud.* Butr. *in conſ.*174. *n.*10. *lib.*1. *& conſ.*202.
*n.15.ubi de communi lib.*2 Dec. *conſ.* 342. *num.* 7.*verſ. &*
evidentes, Bero*conſ.*102.*num.*46.*lib.*2.Alex.*conſ.* 150.*n.*
2.*& ſeq.lib.*2.Covar.*pract.quæſt.cap.*13.*n* 6.*verſ. & ideo*
exadverſò Gabr.*de Citat.concl.1.n.*321.*verſ.contrarium,*
ubi de communi Aſyn *in praxi §.7.cap* 5.*verſ.* 2 *fallit.n.*
1.*in fin.& n.2.ubi de communi* Phanuc. *de Invent.p.*3.*n.*
25.*& ſeq.*Oſaſc.*deciſ.*157. *n.* 5. *& n.* 15

76 Quod eò magis procedit, quando prætendens ius ſe-
cundario, habet ius non re ipſa, ſed ſpe tantum, Felyn. *in*
cap. quam vis,n.16 de re jud. Alex. *in d.l ſæpè*, *num.* 15.
*verſ. ſimiliter & n.*27. *verſ.non obſtat,ff.de re jud.* Rimin.
jun *conſil.*140.*n.73.lib.* 2. Soccin. jun *conſ.*181. *n* 94. *lib.* 2.

77 Sed concluſio primò non procedit, quando quis non
fuit citatus pro ſuo intereſſe, ſaltem per generale pro-
clama Bart.*in l.ſi eo tempore num.2.Cod.de remiſſ.pignor.*
Angel.*in l.ſi per juſſorio, num.*2 *ff.de appell.*Alex.*in l.ſi de*
uno quoque, *numer.*17 *ff.de re jud* Soccin.*ſen.in l.cum Fi-*
lius familias num.12.ff.de verbor.oblig. Dec. *in l.in jure*
*Civili,num.4.ff.de reg.jur.*Iaſ.*in leg. nèquicquam, nu.*36.
ff. de offic. Procon.& in l decem, *num.41.ff.de verb oblig.*
Felyn.*in cap.fin.num* 5.*de major, & obed.*Gabr. *conſ* 42.
*n.26.& ſeq.lib.*2.Curt. jun.*conſ.*23 *n.*8.*libr.*1.Soccin. Jun.
*conſ.*172.*num* 97.*lib.*2.Dec.*conſ.*445. *nu.*32. Capyc.*dec.*
107. *nu.* 4.*& nu.* 9. *verſ. tamen*, Acchil. *dec.* 5. *dec* 6.*de*
dol. & contum. & dec. 3 *de jud.* ubi quod hoc non habet
Contradictorem, Put. *dec* 9. *de re jud. & dec.* 91. *n.* 2.
& ſeqq. lib. 3. ubi in fin. dicit quod iſta opinio non habet
Contradictorem, & quod ab ea uti communi non eſt in
judicando recedendum Coccin. *dec.* 449. *n.* 3. ubi quod
hanc opinionem ſervat Rota.

Qui quidem DD. loquuntur ut plurimum de habente
intereſſe ſecundario, Verum Socc. Jun. Acchil. & Put.
loquuntur in ſpecie de Fideicommiſſario.

78 Vel ſaltem non procedit concluſio, niſi habens inte-
reſſe ſecundario ſciverit cauſam agitari, nàm ſcientia
hujuſmodi æquipollet citationi, & probatur ex conſti-
tutione Procuratoris Acchil. *dec.* 5.*de dol. & cont.* Coc-
cin. *dec.* 449. *n.* 5. *& ſeq.*

Citatio tamen contra pupillum, vel Minorem pro ſuo 79
intereſſe per proclama, quinimò nec citatio ſpecialis,
nec ſcientia ſufficit, ad hoc ut Scientia illi præjudicet
quia debet ulterius dari illi Curator ad lites, qui illum
defendat Gabr. *conſil.* 42. *numer.* 26. *& ſeq. lib.* 2. Ac-
chill. *deciſ.* 5. *& deciſ.* 6 *de dol. & contum.*

Alias Sententia quomodocumque lata contra Pupil- 80
lum, vel Minorem indefenſum, pro quo Nemo compa-
ruit, eſt ipſo jure nulla, *l.cum & Minores*, *ubi DD. Cod. ſi*
adverſ.rem.jud.l.contra Pupillum,ff.de re jud Marcheſ.
*de Commiſſ.Senat.nullit.par.3.§.3.n.*111.*fol.*72.Creſcen.
dec.9.de Sent.& re jud Put.*dec.*306.*nu.*5.*&* 10.*lib.*2.Rot.
dec.63.n.4.part 2.*recent.& in Cortonen.bonorum,28.Ju-*
*nii.*1589.*coram bon. mem.* Cardinali Plato, *quæ eſt dec.*
104 *par.4 diverſ.& dec.40.poſt conſ.crim.*Farin *lib.2.& in*
Romana Spolii, 17. *Februarii*, *& 8. Junii* 1617. *coram*
Sanctiſſ. D N. Innocentio X. Greg. *dec.* 485. *n.* 5. *& deciſ.*
574. *n.* 2. *& ubi* Beltramin. *ſub lit. A* Buratt. *deciſ.* 440.
n. 1. *& deciſ.* 627. *num.* 7.

Etiamſi Sententia ſit lata per Contradictas, quia 81
contra Pupillos, vel Minores hoc modo ferri nequit,
niſi eis ad lites Curatore dato, Ant. Ang. *in repet. ſub*
*tit.de contum.ibi per contradictas,n.*1.March.*de Commiſſ.*
*Senat.null.dicta part.3.§.3.n.*111. *fol.*72. Gabr. *conſ.*42.
*n.*28 *lib.*2. Creſcent. *dict dec.9. de Sent.& re jud* Acch.
d. d. c. 6. *de dol. & contum.* Gregor. *dec.* 485. *num.* 6.

Sed hoc primò non procedit, quando Sententia eſt 82
lata in favorem Pupilli, vel minoris indefenſi, nàm
tunc valet, *leg. non minus*, *C.de Proc.* Vant. *de null.de-*
fect. mand. nu. 21. Verall. *dec.* 147. *par.* 3 etiam ſi † ſit 83
lata ſine Curatore, vel cum procuratore minus legiti-
mo, Rota *dec.* 394. *num.12. & ſeqq.part.* 5.*recent.*Gre-
gor. *deciſ.* 474. *num.* 2.

Secundò non procedit, quando cauſa fuit cum Procu- 84
ratoribus, & Advocatis defenſa, Put.*deciſ.*298.*lib.*2.*in*
*correct.*Rota *deciſ.*53.*nu.*4.*p.*2.*recent.*Buratt.*dec.*440.*n.*1.

Tertiò non procedit, quando ex actis notariè conſtat 85
minori nullam competeret legitimam defenſionem, Gre-
gor. *deciſ.*43. *nu.*10.*& ibi* Beltramin. *nu.*16.*& deciſ.*485.
num. 7. Ferentill. ad Buratt. *dict. deciſ.* 440. *num.* 9.

Quartò non procedit, quando curator deputatus in 86
judicio ad minorem defendendum comparuit, licèt ni-
hil allegaverit, Greg.*d.dec.*43.*n.*12.Sed ſi Tutor, vel Cu-
rator fuit citatus, ſed nunquam comparuit, Sententia 87
lata non ſuſtinetur, Beltramin.ad Greg.*d.dec.*43.*nu.*16.
ſub lit. B. ubi quod ita fuit deciſum *in Romana de Olpis*,
25. *Octobris* 1613. *coram bon. mem.*Coccino *Decano.*

Secundò concluſio, quod Sententia præjudicet non ci- 88
tato de cujus intereſſe non principaliter agitur, ſed ſe-
cundariò, & in conſequentiam, non procedit ad effe-
ctum, ut ille non poſſit appellare à die notitiæ, Rip.*in leg.*
*Filius familias §. Divi,n.62.ff.de leg.*1. Alex.*in l.ſæpè n.*
82.*in fine,ff.de re jud.*Felyn.*in cap.cum ſuper,n.*11.*de re*
*jud.*Arius Pinell.*in l.prima in 3.par.n.49.verſ 3.limita,C.*
*de bon. matern.*Put.*dec.*91.*nu.* 3. *& ſeq. lib.* 3. quinimò † 89
tenetur à die notitiæ appellare, Put. *deciſ.* 9. *de re jud.*

Tertiò non procedit ad effectum, ut non poſſit dicere
principaliter, ut infra, de nullitate, & impedire exequu-
tionem, latè Scac. *de Appellat.q* 19.*rem* 1.*concl.* 4. *n.* 90
25. *& ſeqq. n.*38. *n.* 70. *& ſeqq. & n.* 90.

Obſervatio.

Standum in deciſis, licèt enim Inhibitio, non ad in- 91
ſtantiam Hæredis, ſed Fideicommiſſarii, qui non poteſt
agere ante diem reſtitutionis non purificato Fideicom-
miſſo emanaverit, non tamen eſt moderanda, quia Fi-
deicommiſſarius non agit ad bona, ſed ad defenſionem
bonorum Fideicommiſſo ſubjectorum, & certum eſt
eum poſſe defendere bona, ad ipſum perventura, circa
quæ per actum de præſenti poteſt ſibi inferri præjudi-
cium. *l.* 3. *§ ſi quid ff. de Minor.* Menoch. *conſ.*501.*n.*13.
& ſeqq. Cephal.*conſil.* 676.*num.* 15. cum aliis cumulatis
per Fuſar. *q.*622. *n.* 21.Peregr.*de Fideic.art.*41.*n.*6.*verſ.*
ſeptimò concedenda.

De Fideicommiſſo etenim, & ſic de intereſſe Fidei- 92
commiſſarii, conſtat ex publico Inſtrumento Teſtamen-
ti, quod

Digitized by Google

ti, quod facit probationem probatam, rem claram, & manifeſtam, Dec. *in l. 1 ff. de nov. oper. nunc.* Cravett. *conſil.* 10. *n.* 70. Maſcar. *de probat. concluſ.* 809. *n.* 1. Mantic. *dec.* 166. *n.* 12. Greg. *dec.* 180. *n.* 1.

93 Similiter intereſſe eſt clarum, quia Adverſarius prætendit exigere ex bonis Fideicommittentis creditum, quod Fideicommittens ſolvere non tenebatur, cum adiviſſet Hæreditatem Debitoris dicti Adverſarii cum beneficio inventarii, & diſtribuiſſet totam illius Hæreditatem quibus de Jure; certum eſt autem quod Hæres beneficiatus non tenetur ultra vires Hæreditarias, *l. fi. de Iur. del.* ubi omnes, & noviſſime Monticul. *n.* 147. Pariſ. *conſ.* 33. *n.* 49. *& ſeqq. l.* 3. Roland *conſ* 44. *n* 6. *l.* 3. Mantic. *dec.* 326. *n.* 3. Rota *dec.* 326. *n.* 1. *p.* 2. *rec.* Coccin. *dec.* 8. *n.* 4. *& dec.* 155. *n.* 2.

94 Nec ceſſat hujuſmodi intereſſe, ex quo Adverſarius agit contra Hæredem Fideicommittentis actione perſonali, non autem contra bona.

Quia ſpecificè egit contra Hæredem, undè petitio tota qualificatur ab illo verbo, hæredem, ac per conſequens afficit hæreditatem, & bona hæreditaria, quo caſu actio potius in rem ſcripta dici bebet.

95 Prout etiam non diminuitur hoc intereſſe ex eo, quod licèt bona Fideicommittentis occaſione dictæ litis ſubhaſtatentur, & diſtraherentur, poſſet Fideicommiſſarius tempore purificati fideicommiſſi agere contra poſſeſſores dd. bonorum ad illorum recuperationem. Quia intereſt ipſius fideicommiſſarii plurimum, ne dicta bona dilapidentur, ſed potius integra, & ſimul unita conſerventur ad hoc, ut veniente caſu reſtitutionis, poſſit illorum poſſeſſionem facilius ingredi, & non ſit ei neceſſe agere contra Tertios, authore, Prætore, poſſidentes, quo caſu vel forte bona non poſſet recuperare, vel ſaltem niſi poſt longam litem cum magnis impenſis, incommodis, & laboribus.

96 Nec relevat, quod fideicommiſſarius, veniens ad cauſam uti tertius, debet venire in ſtatu, & terminis coram Judice ſæculari; tum quia poteſt, & debet agere coram Judice Eccleſiaſtico ſuper incidente ſpirituali, in quo Laicus non habet juriſdictionem, *Cap. ſi Iudex laicus, ubi* Gloſ. *in verbo ſpirituale, de ſent. excomm. in* 6.

97 Tum † etiam quia procederet objectum, ſi veniret ad cauſam ad defendendum Hæredem, vel adhærendo judicio per eum, vel contra eum moto, ſed ſecus eſt quando fideicommiſſarius pro ejus principali intereſſe de per ſe principaliter, & ex integro intentat Judicium, nullatenus ab alio dependens, quia hoc caſu competit illi facultas dicendi principaliter de nullitate ex defectu juriſdictionis, & impediendi executionem, etiam ſi hæres illam retardare non valeret, ex cumulatis per Scacc. *de Appell. q.* 19. *rem.* 1. *concl.* 4. *n.* 25. *& ſeq.* a. 38. *n.* 70. *verſ. ſecundus caſus, n.* 73. *in fin. &* a. 9.

98 Quod procedit, etiamſi Judex habuiſſet ab initio juriſdictionem, quæ poſtea defeciſſet, prout de communi, & Rotali opinione teſtatur Aret. *conſ.* 75. *n.* 10. *col.* 3.

99 Et quod quando quis movet judicium pro ſuo principali intereſſe, poſſit deducere omnia ſua privilegia, non obſtante *lege venditor, ff. de iud* & ceſſet hoc caſu d. legis diſpoſitio Bart. *in l. prima. n.* 6. *C. ubi in rem act. & in l. Prætor ait, §.* 1 *ff. rem. rat. hab.* Bal. *in l.* 2. *n.* 6. *Cod. de prec. Imper offer.* Imol. *in l. non ſolum, § quod vulgo, n.* 4. *ff. de uſuc.* Ang *in §. actionum, n.* 10. Inſt. *de act.* Ab *in c. ult. n.* 8. *de emp. & vend.* Hód. *con* 25. *n.* 19 *l.* 1. Dec. *conſ.* 700. *a.* 5 Sur. *con* 396. *n.* 36. Car. de Graſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *n.* 266.

100 Nec quicquam facit, quod Sententia lata contra Hæredem noceat Fideicommiſſario non citato; quia vel retorquetur, quia ſi nocet, debet ille audiri, nè alias Sententia afferat præjudicium irreparabile, vel non prohibetur agere & dicere principaliter de nullitate, ex prius allegatis, & ſententia nulla, defectu juriſdictionis omnimodo, nullum producit effectum, vel etiam ſecundum opinionem, quam ſervat Rota, ſententia lata contra Hæredem non nocet ſubſtituto, niſi quatenus fuerit aliquo modo citatus, Capyc. *dec.* 107. *n.* 4 Put. *dec.* 91. *lib.* 3.

101 Achil. de Graſſ. *dec.* 3. *de Citat. & dec.* 2. *de* Sent ergo † ſi debet citari, debet audiri, etiam vivente Hærede, cum regula ſit, quod omnis Citatus debet audiri Bart *in l. cum Mulier, n.* 5. *verſ. propterea, ff. ſolut. matr.* Felyn. *in c. cum inter Priorem n.* 10. *verſ. tradit generaliter, de except.* Quare &c.

Obſervatio.

Sententia verò interloquutoria eſt, quæ fertur ſuper 102
aliquo incidente, vel emergente, intermedia cauſæ, & non terminat negotium principale, Gloſſ. *in Clem. ad compeſcenda, in verbo definitiva de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* Burt. *conſ* 6. *n.* 1. *verſic. ad propoſitum*, Maran. *de ord. jud. in* 3. *p. ſexta p. princ. act.* 1. *n.* 2. *& ſeq. fol.* 151. Guidopap. *dec.* 12. Coccin. *dec.* 407. *n.* 1.

Nec eſt interloquutoria de neceſſitate ferenda in ſcri- 103
ptis, ſed ſufficit, quod ſcribatur in actis Biſigner. *dec.* 1. *n.* 3. *de ſent. & re iud.* Rot. *dec.* 5. *de iud. in antiq.*

Sed hoc non procedit, quando agitur de interloqu- 104
toria, in qua vertitur magna cauſæ cognitio, quia tunc eſt ferenda in ſcriptis interloquutoria ſicut definitiva, *l. fin. C. de privil. Scholar l.* 12. *Cyn. in l* 3. *de Sent. ex brevic. recit.* Rot. *d. dec.* 5. *de re iud. in antiq.*

Differt autem in multis Sententia definitiva ab inter 105
loquutoria.

Primò, quia per definitivam definitur negotium principale, per abſolutionem, vel condemnationem, ſed per interloquutoriam non definitur negotium principale, ſed incidens, vel emergens.

Secundò, quia condemnatus de crimine per definitivam efficitur infamis, ſecus per interloquutoriam.

Tertiò, regulariter appellatione Sententiæ venit definitiva, non interloquutoria.

Quartò, à definitiva datur appellatio, & ſola appellatio ſuſpendit executionem, ſed ab interloquutoria non appellatur de Jure Civili, vel non ſuſpenditur executio ante executionem.

Quintò, Sententia definitiva non poteſt à Judice, qui eam tulit, revocari, ſed interloquutoria poteſt ab eo ante definitivam revocari quandocumque.

Sextò, definitiva, vel vim definitivæ habens in gradu appellationis poteſt juſtificari ex noviter deductis, Gloſ. *In clemen. Appellanti in Verb. nec proceſſus, & ibi DD de Appell.* Verall. *dec.* 114 *& dec.* 115. *p.* 3. Scacc. *de appellat q.* 2. *art.* 1. *n.* 1. *& q* 11. *n.* 84. *& ſeqq.* ſecus interloquutoria *d. clem Appellanti, de appell.* Scacc *d. q.* 11. *n.* 91. cum aliis allegatis ſupra *p.* 1 *c.* 13 *n.* 123.

Septimò, Definitiva non poteſt ferri, niſi parte citata alias non valet, ſecus interloquutoria.

Octavò, Definitiva debet ferri in ſcriptis, Interloquutoria poteſt ferri ſine ſcriptis.

Nonò A definitiva poteſt appellari ſtatim viva voce, vel poſtea infra decem dies in ſcriptis abſque aliqua expreſſione gravaminis, ſed ab interloquutoria non poteſt appellari, niſi in ſcriptis, cum expreſſione gravaminis.

Decimò, condemnatio pœnalis facta per definitivam durat perpetuò, ſed per interlocutoriam non durat, niſi durate officio Iudicis interloquentis.

Decimò primò, Definitiva requirit ordinem Iudiciarium, de qua in *l. prolatam, C. de Sent. & in leg.* 1. *&* 2. *C. de Sen. ex brevi c. redit.* ſecus interloquutoria.

Decimò ſecundò, Iudex non poteſt definitivam latam corrigere, ſecus interloquutoriam.

Decimotertiò, Definitiva producit actionem in factum, interloquutoria non habens vim definitivæ nullam producit actionem.

Has treſdecim differentias inter definitivam, & interloquutoriam latius conſpicere licet apud Maran. *de ord. Iud. in* 3. *p.* 6. *p. prin. act.* 1. *n.* 3. *cum viginti ſeqq.*

Signanter autem Sententia interloquutoria dicitur ha- 106
bere vim definitivæ, ubicumque illa parat præjudicium in negotio principali, Bart. *in leg. Titio, ff. de accuſ.* Guidopap. *dec.* 12. *n.* 2. Card. Tuſc. *lit. S concl.* 112. *n.* 14.

Sententia tamen ſuper deſertione appellationis ab 107
eſt interloquutoria, & ſecundum ejus naturam regulatur, & ob id ab ea appellatur in ſcriptis cum expreſſione cauſæ, ſed à Sententia lata ſuper deſertione appellationis à definitiva ſecus, quia eſt definitiva, Guidop. *dec.* 11. *n.* 1. vel ſaltem habet viam definitivæ, & ſecundum ejus naturam regulatur, Guidopap. *dec.* 12. *n.* 3.

Sententia denique mixta dicitur illa, quæ participat 108
de utraque, ſcilicet de definitiva, & de interloquutoria,

habetque vim definitivæ, & vim interloquutoriæ, Butr *conſ.6.n.4.*Guidop.*dec* 2.*a*.10.

109 Unde mixta dicitur ſententia interloquutoria quæ parat damnum irreparabile per definitivam, Coccin. *dec.*407.*n.*2. ubi quod ab ea datur appellatio, ſicut à definitiva.

Verumtamen de interloquutoriis, tàm habentibus, quam non habentibus vim definitivæ, ſatis dictum fuit ſupra *p* 1.*q*.13.*n*. 98. *cum pluribus ſeqq. ſub lit. L.*

110 Cæterum ſententia definitiva abſolutoria conceditur Reo, utcumque Actor ſuam intentionem non probavit, *l. eum quidicit, ff. de probat. l. qui accuſare, c. de eden.* Rot. *dec.*17.*n.*1. *de iud. in antiq. & dec.*3. *de re iud. in nov.* Caſſad. *dec.*1.*n.*1. *& dec.* 2. *de re iud.* Duran. *dec.* 280.*n.*1. *& dec.*381.*n.*1.

111 Daturque Reo, & Poſſeſſori ex non jure Actoris, Verall. *dec.*133.*p.*3 nullum tamen jus tribuit, quia Actore non probante, Reus, etiam ſi nihil præſtet, debet abſolvi *c. ult. §. ſanè, & ibi* Abb. *n.*2. *de iure iur.* Mant. *dec.*

112 328. *n.* 10. & poteſt † ferri pro Reo abſente, citato ad perſonaliter comparendum, ſi ſe defendit per Procuratorem, & pars hoc antè concluſum in cauſa non oppoſuit, Rot *dec.*10. *de Procurat. in nov. & dec.*7. *de re iud. in nov.* ac pro Reo etiam excommunicato abſente, per Procuratorem ſe defendente, Rot. *dict. dec.*7. *de re iud. in nov.*

113 Soletque, & debet per hujuſmodi abſolutoriam imponi Actori perpetuum ſilentium, Rota *d. dec* 3. *de re iud. in nov. & dec.*37.*n.*1. *& ſeqq. de re iud. in antiq.* Duran. *d. dec.*180.*n.*2.

114 Poteſt autem ferri abſolutoria ab impetitis etiam ob ineptitudinem libelli, vel ob alias diverſas cauſas perſonales Rot. *dec.*17.*n* 2. *de re iud. in antiq.* ſeù ob incapacitatem alterius Partis, vel ob alias cauſas, Cavaler. *dec.* 148. *num.*3.

115 Et † ob id non obſtat exceptio rei judicatæ Agenti de novo contra alium, loco primi Rei, defuncti ſubrogatum, niſi fuiſſet dicto Actori impoſitum perpetuum ſilentium, vel primò intruſo adjudicatum Beneficium, Rota *dict. dec.*18.*n.*1. *in fin. & n.*3 *de ſent. & re iud. in ant.*

116 Hinc, ſi Sententia abſolutoria ab impetitis totum negotium perimit, poteſt tranſire in judicatum itaut non poſſit ſuper illo jure amphus agi, Nevizan. *conſ.*19. *n.* 15. Cavaler. *dec.*148. *n.* 2. *in prin.* & in terminis *dec.* 158. *n.* 1. *& n.* 3.

117 Sententia verò abſolutoria lata in Petitorio non obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ, *l. & an eadem, §. fi. ff. de except. rei iud.* Rip. *in l. naturaliter, §. nihil in communi, n.*101. *ff. de acquir. poſſ.* Argel *de acq. poſſeſſ. quæſt.* 2. *art.*1. *n.*30.

118 Sed hoc primò non procedit, quando excipiens offert, ſe incontinenti probaturum ſuam exceptionem, Rip. *in d. l. naturaliter, §. nihil commune, nu.*101. *ubi de communi, ff. de acq. poſſ.* Argel. *d. q.* 2. *art.* 1. *n.* 31.

119 Secundò non procedit, quando Reus fuit abſolutus, quia erat dominus, & docet incontinenti de dominio, ſed benè procedit, quando fuit abſolutus, ex quo actor non probavit Bart. *in d. l. naturaliter, §. nihil commune, n.* 2. *verſ. tertio caſu, ff. de acq. poſſ.*

120 Sed abſolutoria lata in Petitorio ad favorem Rei benè obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ, Dyn. *in c. qui ad agendum, de reg. iur. in* 6. Rip *in d. l. naturaliter, §. nihil commune, n.*97. *ubi de communi, ff. de acquir. poſſ.* Men. *de retin remed.* 3. *n.* 785. *& ſeqq.* ubi de communi teſtatur.

121 Verum hoc non procedit, quando abſolutoria fuit lata, ex quo actor non probavit, ſed benè procedit, quando fuit lata, quia Reus probavit ſe dominum, Rip. *in d. l. naturaliter, §. nihil commune, n.* 97. *verſ. quid tenendum, ff. de acq. poſſ.* Menoch *de retin. d. remed.* 3. *n.* 690. *& ſequentibus.*

122 Sic etiam abſolutoria lata in Petitorio parit exceptionem rei judicatæ in poſſeſſorio recuperandæ, Rip *in d. l. naturaliter, §. nihil commune, n* 35. *& pluribus ſeqq. & n* 40. ubi de communi contra Bart. teſtatur, quam tamen concluſionem idem Rip. pertractat ibidem *ſub nu.* 69. *& pluribus ſequentibus*, Menoch. *de retin. remed.* 3. *n* 686. *ubi de communi, & de recup. remed.* 1. *q.* 20. *nu.* 333. *ubi de communi*,

Primò tamen hoc non procedit quando quis ſpoliatus fuit poſt ſententiam; ſecundò non procedit quando abſolutoria fuit lata ab obſervatione judicii, nàm tunc cum Spoliator non probaverit ſe dominum, ſententia non facit Notorium in cauſa dominii, Tertiò non procedit, quando fuit declaratum ſpoliatorem incidiſſe in pœnam, *l. ſi quis in tantam, C. unde vi*, Menoch. *de recuper. d. rem.* 1. *q.* 20. *n.* 273. *& ſeqq.* 123

E contra verò ſententia lata in poſſeſſorio non obſtat agenti petitorio, nam in poſſeſſorio proprietas non vertitur, *l. & an eadem, §. fin. ff. de except. rei iud.* Rip. *in leg. naturaliter, §. nihil commune, n.*103 *ff de acq. poſſ.* Menoch. *de retinen. remed.* 3. *n.* 808. 124

Sed hoc non procedit, quando poſſeſſorium habet admixtam cauſam proprietatis, *leg.* 2. *§. quædam, ff. de interd.* Rip *in d § nihil commune, n.*103. *ubi de communi*, Menoch *de retin. dicto remed.* 3. *n.* 806. 125

Verum hæc limitatio habet locum, quando de dominio fuit in judicio poſſeſſorio plenè cognitum, aliàs ſecus Rip. *in dict § nihil commune, n.*103. *verſ. quid dicendum.* 126

Sententia lata ab obſervatione Judicii, ſeù inſtantiæ, D
quam Specul. *de off. omn. iud. §. deſervit quoque, n.*18. *verſ. ſi autem*, abſolutoriam à petitione Judicii appellat, Rota verò *dec.* 3. *n.* 2. *de dol. & contum. in nov.* abſolutoriam ab inſtantia nuncupat, non eſt definitiva, ſed interloquutoria, quia non tangit negotium principale, Gloſſ. *in l. barum, in verbo abſolvatur, ubi* Bart. *ff. ſerv. cor.* Bart. *in l. Titia, n* 4 *ff. de accuſ.* Jaſ. *in l. admonendi, n.*80. *de iure iur. & in l. properandum, §. & ſi quidem, n.* 16. *& ſeq.* Cod. *de Iud.* Caſt. *conſ.*272. *n.*2. *l.* 1. *& conſ.* 219. *n.* 2. *lib.* 2. Aret *conſ.*119. *n.*4. Bolognin ad Anan. *con* 9. Covar. *var. reſolut l.* 1. *c.* 1. *n.* 8 Maran. *de ord. iud p* 5. *n.*50 *p.*3. *p.*6. *prin. act.* 1. *n.* 73. Magon. *de c. Lucen.* 32. *n.* 15 *& n.* 54. Amat. *dec. Ferrarien.* 60. *n* 9. 127

Sed hoc procedit, quando ſententia abſolutoria fertur ab obſervatione judicii, ob ineptitudinem libelli, tunc enim eſt interlocutoria, at ſi feratur, quia non fuerit probatum, vel quia ſolutum, vel quia occiſus poterat impunè offendi, vel eſt definitiva, vel habet vim definitivæ, Bart. *in d. l. Titia. n.*4 *ff. de accuſ.* Anchar. *con.*16. *n.* 6. Caſtr. *d. conſ.* 272. *n.*2. *l.* 1. Covar. *var. reſolut. d. l.* 1. *c.* 1. *n.* 8. *ubi de communi.* 128

Verumtamen quod abſolutoria ab obſervatione judicii, etiam ob libelli ineptitudinem, habeat vim definitivæ, tradit Abb. *in c. ad diſſolvendam, in primo not. n.*2. *de deſponſ. impub. quem poſt* Felyn. *in c. examinata, n* 17. *verſ. adde etiam his de iud.* ſequuta eſt Rota apud Creſc. *dec.*6. *n.*1. *& ſeqq. de appel.* nam cum merè, & propriè interloquutoria dicatur illa, quæ fertur inter principium, & finem cauſæ, ac illa, quæ expectat aliam definitivam poſt ſe, & iſta non ſit talis, imò diffiniat judicium, & abſolvat, ob id videtur participare de definitivâ, & magis videtur mixta, quam merè interloquutoria, Creſc. *d. dec.* 6. *n.* 3. *& ſeq. de appell.* 129

Proindè à ſententia ab obſervatione judicii datur appellatio Bar. *in d. l. Titia n.*5. *verſ. quæro utrum, ff. de accuſ.* Magon. *d. dec. Lucen.* 33. *n* 54. 130

Quod procedere etiã in ſententia lata ab obſervatione judicii ob libelli ineptitudinẽ, adeò, ut poſſit ab ea appellari viva voce, ſicut definitiva, tenet Abb. *in d. c. ad diſſolvendum, in* 1. *not. de deſp. impub.* quẽ ſequitur Creſ. *d. dec.*6. *n.*6. *de app.* licèt non deſint Tenentes cõtrariũ. 131

Primò autem ferenda eſt abſolutoria ab obſervatione, ſeu ab inſtantia judicii, & actor condemnandus in expenſis, quando libellus eſt ita ineptus, ut ex narratis, quæ actio intentata fuerit, depræhendi non poſſit, Specul. *de offic. omnium iud § deſervit quoque n.* 16. *verſ. item abſolvit, & n* 18. *verſ. ſi autem* Caſtr. *conſ.* 272. *n.* 2. *verſ. ex his lib.* 1. Aretin. *conſ.*119 *n* 4. Alex *conſ.*132. *in cauſa n.*4. *verſ. tertiò, & n.*5. *l.*6 Marant. *de ord. iud p.* 5. *princip. n.* 50. Covar. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 1 *n.*8. Saluſt. T b. *in prax.* l. 2. *c.*20. *n* 6. *verſ. Item quando* Rota Genuen *de.*43. *nu.*5. *& ſeq.* ubi quod hoc procedit, ſi vè ineptitudo proveniat ex carentia actionis, vel ex defectu ſolemnitatis ſubſtantialis, vel alio ſimili modo. 132

Secundò quando actor movit judicium, & poſteà nec illud proſequutus, vel litem conteſtatus fuit, nec aliquid probavit, nàm eo contumace, Reus venit abſolvendus ab 133

Digitized by Google

dus ab obſervatione judicii Marant. *de ordine judic. par. 5. num. 49.*

134 Tertiò quando Judex primæ inſtantiæ tulit ſententiam ſuper proceſſu invalido, nam Judex appellationis poteſt reum, ſalvo jure iterum agendi abſolvere, *Cap. cum dilect*, *ubi* Glos. *in verbo quaſtione*, & Abb. *n. 4 de empt. & vend.* Alex. *conſ. 79. n. 3. lib. 2.* quos refert, & ſequitur Saluſt. Tib. *lib. 2. c. 20. n. 6 poſt* Maran. *de ord. iud. d. p. 5. n. 5.* Rot. Genuen. *d. dec 43. n. 3.*

135 Quartò quando lite conteſtata, vel pro conteſtata habita actor ſe abſentat; tunc enim ſi nec actor, nec etiam reus aliquid relevans probavit, abſolvitur reus ab obſervatione Maran *d. p. 5. n. 52.* Adden. ad Matheſil. *ſing. 17. n. 2.* Rota Genuen. *d. dec. 43. n. 2.*

136 Sed hoc primò non procedit quando eſt fabricatus hinc inde proceſſus; tunc enim, licet actor nihil relevans probaverit, reus eſt abſolvendus definitivè non ab inſtantia judicii tantum, Adden. ad Matheſil. *d. ſing. 17. n. 2. verſ. ſi verò.*

137 Secundò non procedit, quando à Judice fuiſſet actori præfixus terminus ad probandum, vel delegans mandaſſet terminari cauſam infra certum terminum, nàm, præfixis debitis terminis ferenda eſt abſolutoria definitiva ad favorem rei, ſi actor non probaverit, Nevizan. *conſ. 19. n. 15.* Matheſil. *d. ſing. 17. nota quod, n. 2. verſ. ſecus ſi terminus* Maran. *d. p. 5. n. 52. verſ. ſi autem.*

138 Tertiò non procedit, quando reus aſſumpſit in ſe nihilominus onus probandi; nam ſi productis Juribus, & conflato proceſſu, Judici de cauſa liquet, poterit pro actore, vel pro reo definitivam proferre ſententiam, alias, ſi ei non liqueat, abſolvet reum ab obſervatione judicii, Maran. *d. p. 5. n. 52. verſ. ſi verò Reus.*

139 Quintò fertur ſententia abſolutoria ab obſervatione Judicii, quando reus conventus ſolvit ante ſententiam pendente tamen judicio, *§. fin. & ibi* Gloſ *in verbo abſolvere*, & tradunt etiam *DD.* Inſt *de perpet. & tempor. act.* Bart *in l. Titia, n. 4 ff. de accuſ.* Jaſ *in leg properandum §. & ſi quidem n. 17.* Cod *de iud.* Maran. *de ord. jud. d. p. 5. n. 54.* ubi quod hæc ſententia habet vim definitivæ.

140 Sextò fertur, quando eſt perempta inſtantia per *l. eum quem temerè, ff. de iud.* tenet. And. de Iſern. *in conſt. ſponte volentibus*, Aſin. *in prax. §. 2. c. 15 n. 15. verſ. Præterea*, Marant. *de ord iud d. p. 5. n. 59* ubi quod periculum expenſarum ſpectat ad actorem, cujus negligentia inſtantia periit, Rota Genuen *d. dec. 43. n. 4.*

141 Denique fertur, quando occiſus poterat impunè offendi Bart. *in d. l. Titia, n. 4 ff. de accuſ* ubi quod hæc ſententia eſt definitiva, quia imponit finem controverſiæ, Magon *dec. Lucen. 122. n. 53.*

142 Cæterum abſolutoria ab obſervatione judicii præſervat jura actori in alio judicio, & non perimit regulariter negotium principale, *l. & poſt edictum, §. circumducta, ff. de iud. c. examinata, & ibi gl. in verb. non temere, de iud gl. in l. properandum, § & ſi quidem, in verbo ab obſervatione, C de iud.* Bar. *in l. Titia, n. 5. & ſeq ff de accuſ.* Abb. *in c. examinata, n. 22. ver. dic ergo, de iud.* Fran *in c. cum ceſſante, & c. fin. de app.* Bald. *in l properandū, §. & ſi quidē, n. 19. c. de iud.* Marā. *de ord. iud. d. p. 5. n. 52. verſ. & utilitas, & p. 3. n. 6. in prin. act. 4. n. 33* R. Gen. *d. dec 43. n 4.*

143 Undè differt abſolutoria ab obſervatione judicii ab abſolutoria rei, quia actor non probavit, quia hæc eſt definitiva, tranſit in judicatum, & tollit viam agendi de novo, ſecus abſolutoria ab obſervatione judicii, Iaſ. *in l. admonendi n. 70. & ſeq. ff. de iur. iur. & in leg properandum, § & ſi quidem, n. 18. C. de iur.* Maran. *de ord iud. p. 5. n. 2. verſ. & utilitas*, Covar. *var. reſolut. lib. 1. c. 8.* Aſin. *in prax. §. 2. c. 15. n. 20. & ſeq.*

144 Per abſolutoriam verò ab obſervatione judicii perimitur inſtantia Felyn. *in c. cauſam quæ, il primo n. 29. verſ. item non procedit, de Teſtib.* Bald *in l properandum, §. & ſi quidem, n. 20 c. de iud.* Maran. *de ord. iud. d. p. 5. n. 62.* Aſin. *in prax. §. 2. c. 15. n. 30.*

145 Ac proindè pereunt omnia acta ordinatoria judicii, prout libellus, litis conteſtatio citationes, juramentum calumniæ, & omnia alia acta judicii, ſed non acta cauſæ deciſoria, prout ſunt probationes, confeſſiones, Teſtes, & hujuſmodi, Felyn. *in d. c. cauſam quæ, il primo, n. 29. de* Teſt. Bald. *in l. properandum, §. & ſi quidem, n. 20* C. *de jud.* Maran. *de ord iud. d. p. 5. n. 62.* Aſin. *in prax. d. § 2. c. 15. n 1 & n. 4.*

146 Sed hoc non procedit in actis probatoriis imperfectis, prout ſunt Teſtes non publicati, nam pereunt perempta inſtantia, Bald. *in d. l. properandum, §. & ſi quidem n. 20.* ſed vivi Teſtes ſunt denuò coram Judice novæ inſtantiæ inducendi, & examinandi, licèt ſi ſint mortui, poſſint eorum dicta coram d. Judice novæ inſtantiæ publicari, ut poſt alios, quos allegat, ſequitur Marant. *de ord. iud. d. p. 5. n. 66.*

147 Licèt igitur per abſolutoriam ab obſervatione judicii pereat inſtantia, non tamen perit actio Bald. *in d. leg. properandum, §. & ſi quidem, n. 19 & ibi* Iaſ. *n. 18. C. de Jud. cum aliis ſupra allegatis verſic. cæterū, n. 142. & ſeq.*

148 Sed tamen hoc primò non procedit, quando Reus ſolvit ante ſententiam; nàm tunc perit etiam actio, Bart. *in l. Titia, n. 4. de iud. & in l Julianus, n. 34. verſic. quandoque quis abſolvitur ab obſervatione judicii, ff. de cond. indeb.* Bald. *in l. properandum, § & ſi quidem n. 19. verſic. quandoquè, C. de iud.*

149 Secundò non procedit, quando abſolutio emanavit virtute exceptionis peremptoriæ, prout tranſactionis, rei judicatæ, & hujuſmodi Bart. *in d. l Julianus n. 43. verſ. quandoquè quis abſolvitur, ff. de cond indeb.*

150 Juramentum in litem ſic dictum fuit, quia non defertur, niſi in lite, ſeù occaſione litis terminandæ, Jaſ. *in rub. de in lit. jur. n. 1. ver. ſ. ſexta*, quem ſequitur, Plot. *in §. reſtat videre 53. n. 2. de in lit. iur.*

151 Eſt autem Juramentum in litem, per juriſjurandi religionem judicis taxatione interveniente, æſtimationis rei controverſæ ab Actore facta declaratio, ut colligitur ex trad. per Mynſing. *§. actionum n. 32. Inſt. de act.* & Plot *in d. §. reſtat. 53 n. 1 de in lit. iur.*

152 Et triplex eſt, ſcilicet ſingularis intereſſe, affectionis, & veritatis, prout tres ſunt æſtimationes ſcilicet æſtimatio ſecundum ſingularem utilitatem, æſtimatio ſecundum affectionem, & æſtimatio ſecundum veritatem, Caſtr. *in rub. de in lit. iur. n. 2. & ibi etiam* Iaſ. *n. 2. & ſeqq. & alii* Bolognett. *in l in actionibus, n. 6. ff. de in lit. iur.* Menoch. *de arbitr. iud. caſ 207. n. 2.* Plot. *in d. § reſtat. 53. n. 2. de in lit. iur.*

153 Juramentum in litem ſingularis intereſſe dicitur, quando quis ob pecuniam depoſitam non reſtitutam paſſus eſt intereſſe, nàm poteſt jurare in litem contra Depoſitarium, ſua tanti intereſſe pecuniam ſibi non fuiſſe redditam. *l. nummis, ff. de in lit. iur.*

154 Affectionis dicitur, quando non fuit reſtituta, ſeù data res, ſuper qua poteſt cadere affectio prout eſt liber valoris decem, qui poteſt alicui eſſe charus centum aureis, nam poteſt jurari in litem ſuper hujuſmodi valore juxta affectionem.

155 Veritatis autem, ſeù communis intereſſe, dicitur illud, quod præſtatur ſuper vera, & communi alicujus rei valore, Caſtr. *in d. rub. ff. de in lit. iur. n. 2. & ibi* Jaſ. *n. 2. & ſeq.* Bologn. *in actionibus, n. 16 ff. de in lit. iur.* Menoch. *de arb. iud. caſ 207. n. 2 & ſeq & caſu 20. n. 1. & ſeq.* Papien *in praxi in for. libell act. real §. & in florenti n. 25. & ſeq.* Maran *de ord. iud. in 2 p 6 p. priv. act. 9 n. 6.* Plot. *in d. §. reſtat. 53 n. 3 de in lit. iur.*

156 Verum quia juramentum ſingularis intereſſe eſt etiam veritatis, quia juratur ſuper æſtimationem veræ utilitatis ideò juramentum in litem dividitur in duas ſpecies, ſcilicet affectionis, & veritatis, Bolognett *in d. l. actionibus, n. 6. in fin. ff. de in lit. iur.*

157 Juramentum in litem affectionis, ut deferri poſſit, tria ſignanter requirit, Primò quod res ſit talis ſuper qua cadat affectio, prout eſt Equus, Liber, vel quid ſimile, nàm in quantitate pecuniæ non cadit affectio ob omnimodam ſimilitudinem, & ob id in ea hujuſmodi juramentum ceſſat, *l. nummis, ff de in lit. iur.* Afflict. *dec. 169. n. 7.* Secundò quod actio ſit talis ſuper qua poſſit jurari in litem, ut bonæ fidei, vel arbitrii. Tertiò quod adſit dolus Adverſarii in nolendo reſtituere, Iaſ. *in rubr. ff. de in lit. iur. n. 2. & ibi etiam* Caſtr. *nu. 5.* Pap. *in for. libell. act. real. § & in florenti, n. 25. & ſeq.* Menoch. *de arbit. caſu 207. n. 5 & ſeq.* Mar. *de ord. iud. in d. p. 2. n. 6. in prin. act. 6. n. 16.*

158 Addit Menoch *d. c. ſ 207. n. 12.* quartum requiſitum, tàm ut deferatur hujuſmodi juramentum, requiritur

habi-

Digitized by Google

habilitas Jurantis, quod ſcilicet ſit pubes ſanæ mentis,
dominus, vel quaſi, ipſius litis, inſtructus, & alias pro-
ut prudens Judex arbitratus fuerit.

159 Eſt igitur locus Juramento in litẽ affectionis in actio-
nibus omnibus bonæ fidei, necnon etiam ſtricti iuris ar-
bitrariis Mar. *d. a. 8. 9. n. 16* Plot. *in §. 25 n. 2. de in lit. iur.*

160 Sunt autem actiones bonæ fidei ex empto, vendito,
locato, conducto, negotiorum geſtorum, mandati, depoſi-
ti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ
herciſcundæ, communi dividundo, præſcriptis verbis,
quæ de æſtimato proponitur, quę ex permutatione com-
perit, & hæreditatis petitio, & de dote, de quibus latè *in
§. actionis, & §. ſeq. inſtit. de action.*

161 Stricti juris verò actiones arbitrariæ ſunt, ſivè in
rem prout Publiana, Serviana, quaſi ſerviana ſeu hypo-
thecaria, ſivè in perſonam, ut quod metus cauſa de dolo,
de eo quod certo loco, ad exhibendum, & ſimiles, de qui-
bus in *§ preter, & § ſed iſtę inſtit. de action.* quæ ideò ſtri-
cti juris dicuntur, quia non enumerantur inter actiones
bonæ fidei in *d. § actionum.* Gloſſ. *in d. § præterea in ver-
bo actiones in fin. & ibi Addentes* de vera, & communi,
DD. opinione teſtantur *Inſtit. de action.*

162 Et efficiuntur arbitriæ omnes illæ actiones, in qui-
bus ad mandatum Judicis, ſecundum ejus præceptum,
res in judicio petita non reſtituitur, *l. qui reſtituere, in fi.
ff. de rei vindic. d. § præterea inſt. de act.* Bart. *in l. actioni-
bus, n. 10. ff. de in lit. jur.* Papien, *in form. libel. act. reul. §
& in florentis, n. 27. verſ. ratio.*

163 Sed ſignanter ad effectum deferendi juramentum in
litem, de quo agitur, efficiuntur arbitrariæ actiones
ſtricti juris, nàm actiones bonæ fidei ſunt exuberantis
naturæ, & ob id in eis poteſt Judex ex illarum natura de-
ferre juramentum in litem etiam affectionis, Verum in
actionibus ſtricti juris nihil poteſt Judex ultra id, quod
inter partes fuerit expreſsè actum, poſtquam verò Ju-
dex præcepit, verbigratia, in rei vindicatione, quæ eſt
ſtricti juris, rem reſtitui, tunc ſi Reus non reſtituit, ob
ejus contumaciam Judex incipit habere arbitrium, ut
poſſit præter naturam actionis deferre juramentum in
litem, etiam affectionis, late Iaſ. *in d. l. in actionibus n. 1.
cum pluribus ſeq. ff. de in lit. iur.*

164 Cæterum, ſi dolus non fuit commiſſus in non paren-
do Iudici, ſed in alio, prout in deſinendo poſſidere, tunc
defertur Juramentum in litem etiam affectionis in actio-
nibus bonæ fidei, nec non in rem, vel in rem ſcriptis, &
arbitrariis ratione doli præcedentis, ſi res extat in re-
rum natura, alias fit diſtinctio inter actiones bonæ fidei,
& ſtricti Iuris, nam in actione bonæ fidei re peremptam,
non datur Iuramentum in litem affectionis quę non po-
teſt cadere in re non extante, & hoc ob equitatem actio-
nis bonæ fidei ſi res erat eodem modo penes Actorem,
peritura, ſed in actionibus ſtricti Iuris ob dolum com-
miſſum in deſinendo poſſidere defertur Juramentum af-
fectionis, etiamſi res ſit perempta, & impoſſibilis ejus
recuperatio, ut per Arreſt. Caſt. *& alios* tradit Plot. *in d.
§. 25. n. 2. & ſeqq. de in lit. iur.*

165 Si verò dolus non fuit commiſſus in non parendo Iu-
dici, vel deſinendo poſſidere, ſed tantum a principio
contractę obligationis, tunc niſi dolus fuiſſet à principio
commiſſus ob contemptum Iudicis, vel juriſdictionis
Juramentum in litem affectionis veritatis latè Plot poſt
alios *in d. §. 25. n. 3. verſ. aut in neutra illorum, & n. 4.
de in lit. jur.*

166 Juramentum autem in litem veritatis, ad hoc ut
preſtari poſſit, Primò requirit dolum Adverſatii, nàm ſi-
ne dolo regulariter non juratur in litem, *leg. in actioni-
bus, ff. de in lit. iur. gloſ.* Bart. & DD. *in l. ſemper, §. in hoc
interdicto, ff quod vi, aut clam.* Nat. *conſ. 79. n. 23.* Iaſ. *in l.
in actionibus, n. 39. & ibi* Dec. *n. 17. ubi de communi, ff. de
in lit. iur.* Papien *in for. libell. act. reql. §. in Florentis, n. 31.*
Maran. *de ord. iud. in d. 2. p. 6 p. princ. act. 9. n. 16.* Plot.
in §. 4 n. 3. de in lit. iur. Afflict. *dec. 360. n. 8.* Menoch. *de
arbitr. caſu* 208. *n. 1.* Cavaler. *dec. 103. n. 1.*

167 Hinc Primò infertur, quod cum Adminiſtrator, qui
librum non exhibet, ſit preſumptivè doloſus, poteſt con-
tra eũ jurari in litẽ, Bal. *conſ. 52. col. 3. l. 2.* Pl. *de in lit. iur.
§. 5. nu. 26. verſ. & tenetur,* Saluſt. Tib. *l. 2. c. 18. nu. 12.*

168 Nàm quilibet Adminiſtrator tenetur, non ſolum
conficere, ſed etiam exhibere librum rationis admini-
ſtrationis per eum geſtæ, Rolan. *conſ. 49. n. 2 lib. 1.* Me-
noch. *de arbitr. caſu* 209 *n. 24. & ſeqq.* Plot. *in §. 5. nu. 26.
de in lit. iur.* Saluſt. Tib. *in prax. lib. 2. c. 18 n. 9.* Rot. *in*
Urbinaten. *redditionis computorum 16. Martii 1601. co-
ram bo. me.* Card. Lancellotto, necnon † etiam reddere
rationem de adminiſtratis, *l. 1. §. off., ff. de tut. & rat. di-
ſtrib. c. qualiter, & quando, il ſecondo de accuſ.* Bero. *conſ.* 169
191. n. 13. l. 1. Dec. *con 177 in cauſa, n. 2. & conſ. 191. in caſu,
n. 1. & ſeqq.* Menoc. *d. caſ. 209. n. 1. & ſeqq.* Rot. Genn. *dec.
173. n. 17.* Coccin. *dec. 242. n. 11. & ſeqq.* Rota *in dict.* Ur-
binaten. *redditionis computorum, 16. Martii 1601. coram
bo mem.* Card. Lancellotto, alias † poteſt contra eum 170
tamquam doloſum jurari in litem, Verall. *dec. 120. p. 2.*

Tenetur inſuper reliquatum reſtituere, alias non di- 171
citur reddita ratio, ſed eſſe in dolo, Soccin, *conſ. 24. n. 37.
& ſeqq. verſ. & ideò, l. 4.* Rolan *conſ. 49. n. 2. lib. 1.* Bero.
conſ. 191. n. 14. l. 1. Saluſt. Tib. *d. l. 2. c. 18. n. 11.*

Similiter, ſi Adminiſtrator non conficit Inventa- 172
rium, vel illud minus legitimè conficit, cum ex hoc pro-
betur dolus, poteſt contra eum jurari in litem, ex con-
geſtis per Intrigliol. *dec. 3. n. 12 & ſeq.*

Et generaliter, quod in actione ad exhibendum jure- 173
tur in litem, probat *text. in §. ſi ad exhibendum, cum gloſ.
in verbo condemnandus, & ibi* Aret. *& alii, inſt. de off. iud.*

Excuſaretur tamen Adminiſtrator à confectione li- 174
bri, & inventarii, ſi hæc confeciſſe omiſiſſet ob ſimplici-
tatem, vel ruſticitatem, vel fuiſſet à Domino liberatus a
redditione rationis, Menoc. *de arbit. caſu* 208. *n. 22. &
ſeq.* Sed teneretur nihilominus reliquatum reſtituere
Menoch. *de arbitr. d. caſu* 209 *n. 25.*

Secundò infertur, ut ex eadem ratione doli poſſit ju- 175
rari in litem in actione Commodati, *l. 3. §. in hoc, ff. com-
mod* ſicut in actione locati *l. ſicut, ff. locat.* in actione De-
poſiti, Abb. *conſ. 109. fin. n. 4. lib. 2.* necnon in omnibus
aliis bonæ fidei judiciis, in quibus quis tenetur, nedum
exhibere, ſed etiam reſtituare, ſi non exhibet, vel reſti-
tuit *d l. 3. §. in hoc, ff. commod.*

Sed hoc Primò non procedit in contraria Depoſiti, 176
nec in aliis judiciis contrariis, niſi quando agitur de fide
rupta, Bart. *in l. ſi pignore, §. ſi poſt, ff. de pign. act.*

Secundò non procedit in actione ex Teſtamento *leg.* 177
in actionibus, §. fin. & l ſeq. ff de in lit. iur. Gloſſ. *in d. l. cum
Pater, §. fin. in verbo, legato petito, ff ad leg falci.* Bart.
in l. qui Concubinam, *§. fin. ff. de leg. 3* necnon in petitio-
ne Hæreditatis fideicommiſſariæ, bonorum poſſeſſione,
& Decreto, ſeu Statuto de continuanda poſſeſſione, in
Hæredem, quæ ſunt ſtricti juris, nam in eis non juratur
in litem, Plot. *in §. 25. n. 10. de in lit. iur.*

Quæ tamen fallentia non habet locum, ſi caſus iſti 178
efficerentur arbitrarii, ob contemptum Judicis, vel adeſ-
ſent copulativè difficultas probationis, & dolus, ſeu vio-
lentia, nàm tunc etiam in actionibus ex ſtipulatu, ex mu-
tuo, ex teſtamento, & aliis ſimilibus ſtricti juris, etiamſi
non ſint arbitrariæ, ob contemptum Judicis, poſſet jura-
ri in litem, *l. g. in action verſ. planè ff. de in lit. iur.* Plot.
*in d. §. 25. n. 10. in fi. ubi de communi, & in §. 26. n. 1. de in lit.
iur.* Comitol. *dec. 95. n. 2.*

Tertiò infertur, quod ubicumque quis contemnit 179
reſtituere ad Judicis præceptum, in omni actione jurari
poteſt in litem, *d. leg. qui reſtituere in fin. ff. de rei vindic.
§. præterea, inſtit. de act.* Bart *in l. ſi cum dos, §. fin. ff. rer.
amot. & in l. 4. §. & ſi quis, ff. fin. regund.*

Quartò infertur, quòd ſi Tutor non confecit Inven- 180
tarium, vel librum rationum, vel non reddit rationem
ſuæ adminiſtrationis, poteſt contra eum, tamquàm con-
tra doloſum, deferri juramentũ in litem Dec. *con. 177. §. in
cauſa, n. 1. & ſeqq & conſ. 191. in §. caſu n. 1. & ſeqq.* Rom.
conſ. 118. § Quod primò, & ibi Mand. *in verbo jurari,* ubi
de communi reſtatur, Creſcent. *dec. 5 de jur. jur.* Verall.
dec. 119. n. 1. & ſeqq. p. 2. Idemque juris eſt, ſi inventarium
minus legitimè confecit, nàm paria ſunt inventarium
nõ facere, & minus legitimè facere, *leg quoties, ff. qui ſa-
tiſd cog.* Bart *conſil. 150. n. 1. l. 1.* Roi *conſ. 73 n. 27. lib. 2.* Et
ob id, ſi Tutor, vel Adminiſtrator, vel Hæres non de-
ſcripſit mobilia per ſigna, cum quantitate, qualitate, &
æſtimatione, poterit contra eos jurari in litem, cum In-
ventarium ſine his non ſit legitimè factum, Pl. *de in lit.
jur. §.*

jur. §. 5. num. 19. verſ. bona mobilia, quem ſequitur Roland. de Invent. p. 3. §. omittendum quoque non eſt Cæterum ex ſola miſſione æſtimationis Inventarium Hæredis non vitiari æquius, verius, & receptius eſt cum non ſit aliqua lege cautum æſtimationem bonorum in Inventario hujuſmodi requiri. & l. fin. C. de iur. delib. hoc non dicat, Undè, Corn. in d. l. fin meritò reprobat Salicetum contrarium tenentem, cum aliud ſit quantitas rerum, aliud quantitas æſtimationis, & eſſe de mente Bartol. & aliorum, quod æſtimatio bonorum in Inventario non requiratur, tradit Cagnol. in l. ſi quis major, n. 10 verſ. & primo C. de tranſact. ubi quod ita ſervatur de conſuetudine, & contra Sal. & iam tenuit Jac. de S. Geor. in d l fin. §. cum notiſſimi in fin. C. de iur. delib. Caſſan. in conſuet. Burgund. & Mantic. de Invent. quos refert, & Sequitur Phannuc. de Invent. q. 240. n. 31. in fin.

Quinimò ipſemet Salic. contrariæ Sententiæ ſectator & ſi in l. 1. in primo not. C de Mog. contra & in l. Tutores, q. 8. de admin. Tut. dicat unum tantum Inventarium cum rerum æſtimatione confectum vidiſſe fatetur tamen hujuſmodi requiſitum in plurimus locis non ſervari de conſuetudine, unde cum dictum requiſitum revera de ſtylo non ſervetur, vel eſt reponendum inter ea, quæ de generali locorum conſuetudine receſſerunt, de quibus generaliter diximus ſupra d. par. 1. c 9. num. 124. & ſeq. vel, ad irritandum Inventarium in aliquo Tribunali factum, non ſufficit oſtendere unum, nec etiam plura Inventaria in eodem Tribunali confecta cum hujuſmodi æſtimatione niſi ſimul doceatur alia Inventaria ibidem ſine illa confecta fuiſſe irritata Cavaler. deciſ. 584. n. 5. cum aliis allegatis ſupra d. par. 1. c 9. n. 148.

Et licet Natt. conſ. 575. num. 7 dicat hujuſmodi æſtimationem eſſe neceſſariam, ea ratione, nè ſcilicet Hæredes doloſè fraudent Creditores ſupponendo res vilioris pretii, Hæc tamen ratio, vel non eſt magni facienda, cum Hæres in ſpacio 90. dierum ad perficiendum Inventarium ei à Lege conceſſorum (ſi malignari velit) id nihilominus facere poſſit, juxtà ſuperiùs tradita p. 3. c. 9. n. 99. & ſeqq. vel penitus negatur, cum non ſit præſumendus dolus in dubio, ſed debeat ab allegan te concludenter probari, leg. dolum, ff. de dol. l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat. Crav. conſ. 8 n. 1. Honded conſ. 53. n. 16. lib. 1. Magon. dec. Flor. 79. n. 4. & ſeq.

Valor verò bonorum ex illorum exhibitione patebit, ſi de eo dubitari contingat, ut poſt. Caſtren. conſ. 213. Supradicta, in 3. dubio in antiq. tradit Phanuc. de invent. d. q. 240. n. 31. in fin. vel elici poterit, arbitrio Peritorum, ex ipſa deſcriptione quantitatis rerum, quam Juſtinianus exigit in Inventario Hæredis in d. leg. fin. §. fin autem dubius, ibi quantitas rerum. C. de iure delib. nam qui ſolemnitates à Juſtiniano requiſitas obſervavit, non tenetur ultra vires Hæreditarias d. l. fin. & ſi præfatam, & ob id d. l. fin. retorquetur contra Salicetum, & ſequaces, tunc enim non poteſt in Hærede præſumi fraus, aut dolus, cum fecerit quod Lex juſſit, & eo minus ſi Inventarium eſt factum apud acta Judicialia, l. omnium, C. de teſtam. cum aliis latius cumulatis ſupra, p. 1. c. 9. n. 90.

Et ideo, dolo in Hærede ceſſante, non poterit contra eum jurari in litem, cum ſit ſpeciale, ut poſſit ob culpam ſine dolo jurari in litem contra Tutorem, Bart. conſ. 150. n. 4 lib. 1. cum aliis inferius allegandis, n. 187.

Plotus tamen videtur ſupponere Inventarium Hæredis, de quo ſupra, in reliquo modo valere, aliàs ſi Hæres ad omnia debita & legata indefinitè ultra vires Hæreditaria teneretur. Juramentum in litem inſerviret de vento, & ejus opinio eſſet ſuperflua, & fruſtratoria, ut patet ad ſenſum.

Quod ſi Hæres in caſu, in quo ſola deeſt æſtimatio in Inventario, in cæteris remanet privilegiatus, non multum intereſſe videtur, an mobilia deſcripta, quæ non exhibentur; ut ſupra, æſtimentur arbitrio Peritorum, ut diximus, vel medio Juramento in litem, quia ultra alia requiſita, de quibus ſupra, n. 166 & ſeq. debet ante d. Juramentum præcedere taxa Iudicis, ad Praxim ſuperius traditam n. 24. & ſeqq. & n. 28. & inferius, n. 124.

Sed Nos in hac æſtimationis materia ſic diſtinguemus, Nàm aut deficit ſola æſtimatio mobilium in Inventario & Inventarium valet juxta opinionem Corn. Cagnol. & ſequacium, aut de eſt non ſolum æſtimatio, ſed etiam qualitas, & quantitas, ſeu menſura, & nunc, aut adeſt Stylus non apponendi hujuſmodi requiſita in Inventario, & Inventarium pariter, valet ex cumulatis ſupra p. 1 c 9. n. 144. & ſeq. et n. 176. & ſeqq. aut d. Stylus non adeſt, & tunc aut dicta requiſita fuerunt omiſſa doloſè, & in fraudem, & conſtat de dolo, & poteſt procedere opinio Plot. & Rolan. ut Inventarium non valeat aut omiſſio hujuſmodi non fuit doloſa, & de dolo non conſtat, & tunc ceſſante dolo per dictam omiſſionem Inventarium non vitiari, & Hæredem ſine dolo illius beneficium non amittere, decid. t in terminis Rot. in Romana crafus de Caravaſchini 22. Iunii 1609. corum bon. mem. Penia, in §. quanto opponebatur, ut latius dec. 45. n. 11. et ſeq. ubi Vaſa argentea, Anuli, Gemmæ, & Margaritæ iſtis deſignationibus, ſeu requiſitis carebant, & nihilominus fuit reſolutum pro validitate Inventarii.

Dolus autem de Iure non præſumitur, niſi probetur, ex allegatis ſupra, & in d. Romana de Caravaſchinis, & penitus excluditur in Muliere, in Minore, in Viro probo & Perſona bonæ qualitatis, nec non quando agitur de bonis ſtabilibus, & ex proteſtatione de addendo omiſſa, & ex aliis cauſis, & in aliis caſibus ex cumulatis per Rot. in d. Romana crnſas de Caravaſchinis, et latius ſupra p. 1. c. 9. n. 63. et ſeq. n. 183.

181 Quintò infertur, ut contra Mendacem poſſit jurari in litem, nàm ex mendacio probatur dolus, leg. & eleganter, § idem Pomponius, l. ſi quis affirmaverit, §. 1. & quod venditor, §. 1. ff. de dol. l. falſus, §. ſi quis ff. de frat. Plot. in §. 37. n. 1. & ſeq. & n. 10. & ſeq. de in lit. iur.

182 Sed hoc non procedit, quando aliqua ratione Mendax poteſt excuſari, ex quo putavit dicere veritatem, Plot. in dict. §. 37. n. 16. ubi alias cumulat authoritates.

183 Sextò infertur, quod pariter contra Conſocium, Conſortem, Cohæredem, Condominum & alium, qui adminiſtravit abſque Inventario, ex libro rationum, jurari poſſit in litem ſupra quantitate, qualitate. & pretio rerum, premiſſa tamen Iudicis taxatione, ſecundum qualitatem Perſonarum, ut poſt alios, quos allegat, tradit Plot. in §. 13. n. 5 & ſeq. ubi hoc pluribus modis limitat.

184 Septimò infertur, quod quando quis tenetur exhibere, vel reſtituere, datur juramentum in litem ſuper damnis, expenſis, & intereſſe, qualitate, quantitate, & pretio rerum, licèt dicat eas amiſiſſe, Bald. conſ. 89. lib. 3. Ruin. conſ. 54. n 13. in leg. fin. ibi quia, lib. 1. cum aliis, quos ſequitur Plot. in §. 48. n. 13. de in lit. jur.

185 Octavò infertur, quod in contractibus, & actionibus omnibus bonæ fidei, de quibus ſupra verſic. ſunt autem, n. 160. in quibus judex poteſt procede de bono, & æquo, ubi adeſt dolus in qualibet ex prædictis actionibus poteſt ſuper damnis, expenſis, & intereſſe deferre juramentum in litem veritatis Actori, vel parti adverſæ contra alteram Partem doloſam, Plot. in §. 4. n. 32. ubi de communi, de in lit. iuran.

186 Nonò infertur, quod ob ſolam latam culpam ſine dolo non poteſt contra aliquem jurari in litem, leg. in actionibus, ubi Gloſ. & DD. ff. de in lit. iur. Ruin. conſ. 54. Circa n. 14. in princ. lib. 1. Dec. in d. l. in actionibus, n. 17. ubi de communi ff. de in lit. iur. Plot. in § 49. n. 13. ubi de communi, de in lit. iur.

187 Sed hoc non procedit in actione Tutelæ, & Curæ, in qua juratur in litem ob culpam contra Tutorem, vel Curatorem etiam ſine dolo, Bart. conſ. 150. Cum præd. Ha n. 4. l. 1. ubi quod hoc eſt ſpeciale in Tutore, Plot. in § 4. n 85. verſ. notabilis perprimo, & in §. 49. n. 16. de in lit. jur. Afflict. dec. 360. n. 4. et n. 8. Verall. dec. 119 n. 8. p. 2 Tamen contra Hæredem Tutoris requiritur plena probatio, leg. 2. § fin. C. de in lit. iur. Bart. d. conſ. 150. n 4. lib. 1.

188 Decimo infertur, ut eo magis deferatur juramentum in litem Spoliato contra violentum Spoliatorem, Veral. dec. 121. p. 2.

189 Decimo primò Infertur, quod contra Hæredes, & Tertios poſſeſſores Doloſi, non poteſt jurari in litem, Natt. conſ. 292. nu. 14. Plot. in §. 49. nu. 20. de in lit. jur. Capic. dec. 91. nu. 2. Creſc. dec. 5. de jure jur. Laur. dec. Avenion. 106. n. 2. verſ. contra verè.

190 Sed hoc non procedit, lite prius cum Defuncto conteſtata, vel proconteſtata habita in actionibus bonæ fidei,

Digitized by Google

dei, ſi dolus, vel culpa in caſibus, in quibus juratur ob culpam, fuiſſet commiſſus, vel commiſſa, ante litem conteſtatam, vel quando quis vellet jurare ex dolo Hæredis Plot. *in d. §. 49. n. 21. de in lit. jur.*

191 Decimo ſecundò denique infertur, quod in actione depoſiti juratur in litem ratione doli contra Hoſpitem, Cauponem, Nautam, Stabularium, Mulionem, & ſimiles & quemlibet Cuſtodem, Amicum, & Depoſitarium, qui vel non reſtituit, vel reſtituit apertum, & diſſigillatum Sacculum Ciſtam, Capſam, Valiſam, Sarcinulas, vel quid ſimile ſibi clauſum, & ſigillatum conſignatum, ſuper quantitate, pretio, valore, & æſtimatione eorum, quæ dicerentur per Deponentem, inde fuiſse ablata, *l. 1. §. in depoſiti jun. §. ſi ceſſa, ff. depoſ.* Innoc. *in c. fin. n. 1. & ſeqq. & ibi* Abb. *n. 7. ubi de cum quod met. cauſ.* Bart. *in leg. in actionibus, n. 23. &* Iaſ. *n. 41. ubi de communi, ff. de in lit. jur.* Anchar. *conſ. 286 per tot.* & alii, quos latè cumulat, & ſequitur Plot. *in §. 10. n. 6. ubi etiam de communi, de in lit. jur.* Menoch. *de arbitr. caſ. 280. n. 26. & ſeqq.*

192 Dummodo vel clarè conſtet Hoſpitem, Cuſtodem, Depoſitarium, vel alium ex prædictis, aperuiſſe, & ſigilla, ut ſupra, amoviſſe, vel ſaltem probetur Sacculum, Ciſtam, vel aliud, ut ſupra fuiſſe conſignatum ſigillatum, & clauſum, nàm dolus ex illa diſſigillatione præſumitur, & ex conjecturis probatur, *l. dolum, C. de dol.* Salic. *in l. 1. §. ſi ceſſa in fin. ff. de depoſ.* Iaſ. *in d. l. in actionibus, n. 41. ubi de communi. ff. de in lit. jur.* Plot. *in d. §. 10. n. 6. verſ. & quamvis* Gloſs *ubi de communi de lit. jur.* Menoch. *d. caſ. 280. n. 32. & ſeq.*

193 Sed hoc primò non procedit, quando ille qui conſignavit Sacculum, vel Capſam, vel aliud, ut ſupra, Hoſpiti, Nautæ, ſeù alteri ex prædictis, eſſet Hebræus, Hæreticus, Infamis, Periurus, Spurius, Uſurarius, ſeù alius, qui non poſſet eſſe Teſtis, nàm tunc non deferretur ei juramentum in litem, ſed deberet probare per Teſtes, ut poſt alios, quos allegat, tradit Plot. *in d. §. 10. n. 7. de in lit. jur.* Menoch. *de arbitr. d. caſ. 208. n. 43.*

194 Secundò non procedit, quando conſtaret, quod Hoſpes, Nauta, Caupo, Cuſtos, ſeù alius Depoſitarius non aperuit Sacculum, Capſam, vel quid ſimile, ut ſupra, ſed alius ex familia, vel Viator, vel alius, ipſis inſciis, quia, cum tunc ceſſet dolus, non poſſet jurari in litem contra Hoſpitem, Cauponem, & ſimiles, ſed volens eos convenire probare deberet per Teſtes, benè poſſet jurare in litem contra prædicta Aperientes, Bart. *in l. 1. §. ſeevi, n. 4. & ſeq. ff. furt. adverſ. Naut. Caup. Stab. & in l. ne quid au. 3. verſ. quæro nunc, ff. de incend. ruin. & naufr.* Salic. *in l. 1. §. ſi Ceſſa, ff. depoſ.* Plot. *in d. §. 10. nu. 6. in fin. verſ. fallit, ubi de in lit. jur.*

195 Tertiò non procedit, quando Sacculus, Ciſta, Capſa, vel quid ſimile erat ita ſigillatum, ut potuerit de per ſe diſſigillari, nàm tunc, concurrente bona qualitate, & fama perſonæ, cui præmiſſa fuerunt conſignata, non poterit jurari in litem, Plot. *in d. §. 10. n. 8. verſ. fallit, ubi Valiſia, de in lit. jur.* Menoch. *de arbitr. dict. caſ. 208. n. 36.*

Alias quamplures fallentias enumerat, Plot. *in d. §. 10. nu. 8. & ſeq. de in lit. jur. &* Menoch. *d. caſ. 208. nu. 36. & ſeqq.* ad quos in facti contingentia unuſquiſque poterit habere recurſum.

196 Secundò loco ultra dolum, ad hoc, ut juramentum in litem veritatis deferri poſſit, requiritur difficultas probationis Gloſs. *in l. in actionibus, in verbo planè, in fine, & ibi* Bart. *n. 12.* Jaſ. *n. 39.* Bolognet. *n. 88. ff. de in lit. jur.* Nat. *conſ. 79. n. 13.* Menoc. *de arb. caſu 208. n. 1.* Pap. *in form. libell. act. real. §. & in Florentis, n. 31.* Cavaler *dec. 103. n. 1.*

197 Tunc autem difficultas probationis adeſſe cenſetur, quando res non poteſt ad oculum demonſtrari, *l. in actionibus, ubi* Jaſ. *n. 40. ff. de in lit. jur.*

198 Sed hoc primò non procedit in actionibus bonæ fidei, in quibus ob ſolum dolum poteſt jurari in litem, etiamſi non adſit aliqua difficultas probationis. *l. nummis, in fin. ff. de in lit. jur.* Alex. *in l. actionibus, nu. 17. verſ. videtur tamen, & ibi* Jaſ. *nu. 40. verſ. limita, ff. de in lit. jur.* & alii, quos ſequitur, Plot. *in §. 4. n. 20. ubi de communi, & in §. 22. n. 1. & in §. 26. nu. 1. de in lit. jur.* Seraph. *de priv. jur. privil. 31. n. 96. & ſeq.*

199 Secundò non procedit in actionibus ſtricti juris arbitrariis, in quibus pariter ob ſolum dolum juratur in litem, etiamſi difficultas probationis non adſit, Plot. *in §. 26. n. 1. verſ. ſed hoc de in lit. jur.* Serap. *dict. priv. 31. n. 98.*

Concurrentibus autem in actionibus bonæ fidei, ſeu in arbitrariis dolo rei, & difficultate probationis, multo magis poterit juramentum in litem deferri, *d. l. in actionibus, in fin. & ibi DD. ff. de in lit. jur.* cum aliis cumulatis per Comitol. *dec. 95 n. 2. & ſeqq.*

200 Tertiò requiritur, ut is, qui jurare debet in litem, ſit veriſimiliter informatus; nam non informato, & non habenti notitiam, juramentum in litem non defertur, Gloſſ. *in l. in bonæ fidei, in verbo detulit, verſ. & in prædictis dico, & ibi* Bart. *n. 4. C. de reb. cred. & jure jur.* Ruin *conſ. 35. Quod Sententia, n. 10. lib. 5.* Afflict. *dec. 169. n. 1. & ſeq.* Plot. *qui alios cumulat, in §. 13. n. 4. & in §. 29. n. 3. verſ. & limitantur, & in §. 51. n. 6. de in lit. jur.* Cavaler. *dec. 103. n. 3.*

201 Hæc tamen fallentia non habet locum in Informato dicente ſe informatum eorum, quæ à defuncto geſta ſunt, nam ei defertur juramentum in litem, etiamſi ſit hæres, vel ſucceſſor, Natt. *conſ. 18. n. 20. & conſ. 202. n. 15.* Afflict. *dec. 169. n. 8. & ſeq.* Laurent. *dec. Avenion. 106. n. 1. verſ. quibus non obſtantibus,* Plot. *in dict. §. 29. n. 3. de in lit. jur.*

202 Et in dubio hæres, filius, pater, conjunctus, & etiam extraneus cohabitans cum defuncto, vicinus, & is, cui defunctus ſoleat conferre negocia, præſumitur informatus, ſecus non concurrente aliqua præſumptione, ex qua jurare volens poſſit præſumi informatus, Plot. *d. §. 29. nu. 4. de in lit. jur.* Laurent. *d. deciſ. Avenion. 106. n. 1. verſ. in dub. tamen.*

203 In quibus tamen plurimum arbitrio Judicis videtur tribuendum, is enim juxta perſonarum, & rerum qualitates, & factorum contingentias ſe debet regulare, ut diſcernat notitiam veriſimilem, *l. videamus, §. ultimo, verſ. & quidem, ff. de in lit. jur.* Menoch. *de arbitr. caſu 207 nu. 12.* Laurent. *dicta dec. Avenion. 106. num. 1. verſ. & in his* Cavaler *dec. 103. n. 6.*

204 Quartò requiritur, quod hoc juramentum deferatur à Judice, nam ab alio deferri non poteſt, *l. videamus, §. deferre, ff. de in lit. jur.* nec ſponte à parte præſtatur, aliàs nihil eſt, *d. l. videamus, §. deferre, ibi, vel non delato, ff. de in lit.* Crav. *conſ. 196. n. 2.* Soccin. *conſ. 120. Cum ex præſenti, n. 4. verſ. quinto fortius lib. 1.* Plot. *de in lit. jur. §. 51. n. 2.*

205 Sed hoc non procedit, ſi Judex juramentum ſponte præſtitum acceptaret, nàm videretur detuliſſe, Crav. *d. conſ. 196. n. 2.* Plot. *in d. §. 1. n. 2. de in lit. jur.*

206 Verumtamen, quicquid ſit in juramento affectionis, cum in juramento veritatis taxa Judicis debeat hujuſmodi juramentum præcedere, Auth. *poſt juramentum, C. de jud.* Alex. *in l. videamus, §. deferre, n. 4. verſ. in ea, ibi, ubi de communi, ff. de in litem jurando,* cautius videtur juramentum denuò, prævia taxatione, deferre, Bold *conſ 345. nu 3. lib. 2.*

207 Quintò requiritur citatio partis, juxta praxim ſuperius traditam ad *l. de uno quoque, ff. de re jud.* Ang. *in l. certum, § ſi quis Abſentem, n. 4. de Confeſſ.* Plot. *in d. §. 51. n. 8. de in litem jur. ubi de communi,* Saluſt. Tiber. *in Pean. lib. 1. c. 18. n. 2.* ubi ponit hanc citandi praxim.

208 Sextò requiritur, quod ille, cui defertur juramentum non habeat præſumptionem contra ſe, Bart. *in l. inter §. rectè, nu. 2. & ſeq. ff. de fur.* & † ob id non datur 209 ei, qui præſumitur poſſidere jure familiaritatis ad tex. *in leg. qui jur. familiaritatis, ubi* Bart. & DD. *ff. de ac poſſ.* Plot. *in d. § 51. n. 10. de in litem jur.*

210 Septimò requiritur, quod juramentum in litem deferatur, & præſtetur poſt litem conteſtatam, ante tamen, quàm via probationibus omninò præcludatur, & ſic ante concluſionem in cauſa, Jaſ. *in l. admonendi, in 2. lect. n. 10. ff. de jurejur.* Crav. *conſ. 196. n. 1.* Marſ. *ſing. 170.* Plot. *de in litem jur. d. §. 51. n. 1.*

211 Ob contumaciam tamen in non parendo Judici in caſu *leg. qui reſtituere, ff. de re jud.* defertur etiam poſt ſententiam, Abb. *conſ. 190. Circa factum, n. 3. ver. ad tertium, lib. 2.*

212 Octavò requiritur habilitas ad jurandum, & ob id impubes, furioſus mentecaptus, & ſimiles ſunt omninò inhabiles ad hujuſmodi juramentum, ſeù aliud præſtandum, *l. videamus, in princip. ff. de in lit. jur.* Plot. *in §. 30. n. 34. de in lit. jur.* Menoch. *de arbitr. caſu 207 n. 12.*

No-

213 Nonò requiritur, quod is, cui juramentum in litem eſt deferendum, ſit teſtis integer, & omni exceptione major, unde infamis de facto, vel de jure, periurus ob dolum, condemnatus in actione furti, aut ſimili ratione doli, homicida non ad ſui defenſam, inimicus capitalis, ſpurius, concubinarius, blaſphemus, uſurarius, & pauper, cum non ſint teſtes idonei, nec etiam poſſunt in litem jurare, latè Plot. *in dicto §. 50. num. 1. & pluribus ſeqq. de in lit. jur.*

214 Decimò requiritur, quod ante præſtationem juramenti in litem præcedat taxa Judicis, ne alias Judex poſteà taxando in minori ſumma jurantem argueret de periurio, *§. oportet, in Auth. de Jud. Auth. poſt jusjurandum, C. de Jud.* Bart. *in l. videamus, §. jurare in fin. ff. de in lit. iur.* Alex. *in d. l. videamus, §. deferre, nu. 4. verſ. in eo ibi, ubi de commun. ff. de in lit. jur. &* Bart. omnes ſequuntur, ut ait Bolognet. *in leg. in actionibus, n. 90. ff. de in lit.* Jaſ. *in leg. ſi quando, n. 20. C. unde vi,* Bart. *conſil. 150. n. 3. in fin. ibi, taxatione præmiſſa, l. 1.* Menoch. *de arbit. caſu 208. n. 5.* Plot. *de in lit. jur. §. 23. n. 5.* Saluſt. Tiber. *in Prax. l. 2. c. 18. n. 12.* ubi ponit hanc Praxim, Afflict. *dec. 360. n. 8. & ſeqq.* ubi quod fuit ita in Sacro Concilio deciſum, Verall. *dec. 131. n. 3. & ſeqq. p. 2.* Comitol. *dec. 95. n. 2. & ſeq.*

215 Sed hoc non procedit in juramento affectionis, nam in eo taxa Judicis poteſt etiam ſubſequi juramentum, tunc enim non arguitur jurans de periurio, ſi Judex minus taxet, quàm fuerit juratum, ſed potius jurantis affectio immoderata detegitur, & ita intelligendi ſunt DD. contra concluſionem communem ſuperius firmatam tenentes, & ita etiam procedit text. *in d. l. videamus, §. jurare, ff. de in lit. juran.* Bartol. *in d. l. videamus, §. jurare, in fin.* Alex. *in eadem, l. videamus, §. deferre, ff. in lit. jur.* Iaſ. *in l. ſi quando, nu. 20. C. unde vi,* Menoch *de arbitr. caſu 207. n. 30.* ubi tradit hanc Praxim.

216 Poteſt autem juramentum in litem veritatis deferri, etiam re amplius non extante, Maran. *de ord. jud. in 2. p. ſextæ princ. act. 9. nu. 55. verſ. tertiam,* Plot. *in §. 14. num. 3. de in lit. iur.* ubi quod hoc non procedit in juramento affectionis, quæ non poteſt cedere in re non extante, quod recipit declarationem, de qua ſupra *verſ. Cæterum, n. 164.*

217 Verum licet text *in l. videamus, §. jurare, ff. de in lit. iur.* dicat poſſe jurari in litem in infinitum, & tex. *in l. qui reſtituere, §. ſi verò, ff. de rei vindic.* pariter dicat, in litem ſine taxatione in infinitum jurari poſſe; nihilominus valor, ſeù æſtimatio, ſuper qua juratur in litem, etiam de affectione, non poteſt, nec debet excedere duplum veræ æſtimationis, & ita per Judicem dicta æſtimatio eſt prævia taxatione coarctanda, & text. in *d. l. qui reſtituere, §. ſi verò,* qui dicit ſine taxatione, ſcilicet à lege facta, ſed à Judice, facienda, ut per Gloſ. *in d. §. ſi verò, in verbo ulla taxatione,* infra duplum, ut ſupra, intelligendus eſt, prout coarctat, & intelligit communis, ac receptiſſima DD. opinio, de qua poſt alios teſtatur Plot. *in §. 50. n. 25. de in lit. iur.*

218 Poſtquam verò Judex juramentum in litem prævia taxatione, detulit, illud amplius retractare non poteſt, *§. oportet in Auth. de Judic.*

219 Sed hoc primò non procedit, quando ſubeſt magna cauſa *leg. videamus, § fin.* ibi ut ex magna cauſa repertis probationis poſſit, *ff. de in lit. iur.* Gloſ. *in l. fin. in verbo facile, ff. eod. tit.*

220 Et dicitur magna cauſa, quando probationes ſupervenerunt ad favorem rei, Gloſ. *in d. l. videamus, §. ult. in verbo ex magna cauſa, & in l. fin. in verbo facilè, ff. de in lit. iur.* Bologn. *in d. l. in actionibus, num. 39. ff. de in lit. iuran.*

221 Et licet *Bolognettus* videatur tenere, quod hæc fallentia locum habeat in juramento affectionis, in quo jurans tantum de immoderata affectione redargui poteſt, non autem in juramento veritatis, quia tunc jurans redargueretur de periuro, nihilominus per text. *in d. l. fin. ff. de in lit. iur.* videtur procedere, etiam quãdo quis de perjurio redargueretur, *De periurio eius, qui in litem iuravit* (ſunt verba textus) *quæri facile non ſolet,* ergo ex magna cauſa, hoc eſt, repertis probationibus, poterit juramentum retractari, etiamſi quia de periurio redargueretur, ut ſentit idem Bolognet. *in d. l. in actionibus, ſub n. 90.* ubi reſpondet *ad tex. in d. §. oportet. in Auth. de iud.* quod loquitur de juramento expenſarum, de quibus Judex præſumitur informatus; Sed melius, ac totius ad *d. §. oportet,* reſponderi poteſt, cum magis communi DD. opinione, ut non procedat novis probationibus repertis, ut ſic jura juribus concordentur.

Secundò igitur non procedit, quando probaretur poſtea contrarium, vel per evidentiam oculorum, vel per negativam coarctatam, vel per inſtrumenta de novo reperta, ex latè cumolatis per Plot. *§. 49. n. 22. & ſeqq. de in lit. iur.* 222

Et licet Bart. & ſequaces tenuerint, hujuſmodi juramentum non poſſe retractari, etiam per inſtrumenta de novo reperta, magis tamen communis opinio eſt contra Bart. de qua teſtatur Plot. *dict. §. 49 nu. 26. in fin. de in lit. iur.* 223

Hinc licet à delatione juramenti in litem non detur appellatio, quia ex eo non oritur actio, prout non oritur ex probatione per teſtes, in cujus locum juramentum in litem ſucceſſit, Bart. *in l. in actionibus, n. 26. in fin. & ibi* Alex. *nu. 19.* & alii, quos cumulat, & ſequitur Iaſ. *ibidem nu. 47. ubi etiam* Bolognett. *num. 93. ff. de in lit. iur.* Scacc. de Appell. *q. 57. lib.* 24. *n.* 8. & ita obſervat praxis in Tribunali A. C. 224

Hoc tamen primò non procedit de jure Canonico, pro jure datur appellatio à quolibet gravamine, *c. ut debitus, de Appell.* Alex. *in l. in actionibus, nu. 19. & ibi* Jaſ. *n. 47. ff. de in lit. iur.* Praxis tamen in A. C. Tribunali obſervat, ut ſupra *n.* 224. 225

Secundò non procedit interloquutoria, qua Judex admittit, ſeù mandat admitti ad probationem jurativam, Scacc. nihil allegans, *de Appell. dict. q. 17. limit. 43. n. 8.* 226

Sed contrarium videtur dicendum, ex ratione, de qua ſupra *num.* 224. quia ſicut non datur appellatio ab admiſſione ad probandum per teſtes, ita non videtur admittenda ab admiſſione ad probationem jurativam, quæ in loco illius ſucceſſit, & ita obſervat praxis, & ſtylus in Tribunali A. C. in admiſſione ad jurandum in litem, de qua ſupra hoc eodem *c. 2. n. 25. & ſeq.*

Tertiò non procedit quoad ſententiam virtute dicti juramenti in litem latam, nam ab ea licet appellare, Bolognet. *in dict. l. in actionibus, n. 93. in fin. & num. 94. verſ. ſed ſuccedit. ff. de in lit. iur.* Menoch. *conſ. 217. n. 25. & ſeqq.* Scacc. *de Appell. q. 17. lim. 6. memb. 8. nu. 19. & ſeq. & lim. 34. n. 57.* 227

Nec obſtat, quod juramentum in litem non retractetur per inſtrumenta de novo reperta, vel quia in gradu appellationis non ſit diſcutiendum, an quis juraverit veritatem, necnè, ſed an eſſet deferendum juramentum in litem, vel probandum per teſtes, ut per Bolognett. *in dict. leg. in Actionibus, n. 94. verſ. ſed ſuccedit.* Vel quia in contrarium eſt magis communis opinio, de qua teſtatur Plot. *dict. §. 49. n. 26. in fin. de lit. iur.* 228

Hæc de juramento in litem dixiſſe ſufficiat, non enim in qualibet materia tractatum compilare, ſed tantum aliqua ad praxim magis congruentia obſervare, inſtituti eſt noſtri, igitur in facti occurrentiis in reliquis ad DD. ſupra allegatos, & ſignanter ad Plot. qui de in litem jurando ex profeſſo ſcripſit, cuilibet recurrendi aditus patebit. 229

S U M M A R I U M.

De Jactationibus, & Moleſtationibus. Cap. III.

1 *Continuatio Tituli ad præcedentes.*
2 *Diffamans poteſt conveniri in judicio jactationis à Diffamato, prævio Monitorio.*
3 *Monitorium jactationis, & jactationum, & ejus formula.*
4 *Monitorium ſuper jactationibus virtute* l. unicæ, *& ejus formula.*
5 *Monitorium jactationis, & jactationum extra Curiam, & ejus formula.*
6 *Monitorium eſt perſonaliter exequendum.*
7 *Adnotatio exequutionis Monitorii in actis, & ejus formula.*
8 *Reproductio Monitorii in partibus exequuti, & ejus formula.*

9 *Nega-*

9 *Negatio Monitorii in Curia exequuti, & ejus formula.*

10 *Proteſtatio, & negatio Monitorii in partibus exequuti, & ejus formula.*

11 *Procurator, qui dixit nihil fieri, eſt omnino citandus, & ſi Nemo comparuit, & Monitus in partibus citatur per contradictas.*

12 *Si prima inſtantia contra Degentem extra Curiam non poteſt terminari coram A.C. citatur Pars, quæ coram eo judicium introduxit, ad videndum remitti cauſam ad partes.*

13 *Citatio ad videndum moderari inhibitionem, & remitti cauſam ad partes, & ejus formula, & proceſſus.*

14 *Si A.C. nollet cauſam, de jure remittendam, ad partes remittere in prima inſtantia, poteſt adiri Signatura pro remiſſione, parte citata.*

15 *Commiſſio pro remiſſione cauſæ ad partes in prima inſtantia, & ejus formula.*

16 *Citatio ad dicendum contra commiſſionem, & ejus formula & proceſſus.*

17 *Citata parte ad dicendam contra commiſſionem, citatur deinde ad videndum moderari inhibitionem, & cauſam ad partes remitti.*

18 *Inſtrumentum remiſſionis cauſæ ad partes, & ejus formula.*

19 *Signatura aliquando ſolet rretenus ordinare eidem A.C. ut ſuam moderetur inhibitionem, & cauſam ad partes remittat.*

20 *Citatio ad videndum moderari, & remitti cauſam ad partes juxta mentem ſignaturæ, & ejus formula, & proceſſus.*

21 *Citatio ad videndum ſibi præfigi primum terminum ad probandum in judicio diffamationis, & ejus formula, & proceſſus.*

22 *Citatio ad videndum ſibi præfigi ſecundam, & peremptorum terminum ad producendum, & probandum & ejus formula, & proceſſus.*

23 *Elapſis terminis præfixis, ſi pars eſt contumax, vel nihil relevans deduxit, quomodo procedatur ad ulteriora in cauſa infra valorem ducatorum ducentorum.*

24 *Citatio ad libellandum in terminis ſubſtantialibus, & ejus formula, & proceſſus.*

25 *Proteſtatio, & repetitio jurium, & ejus formula.*

26 *Citatio ad videndum reiterari, & ad ſententiam, & ejus formula, & proceſſus.*

27 *Cedula Sententiæ abſolutoriæ in judicio jactationis, & ejus formula.*

28 *A deffinitiva, lata in judicio jactationis, interponenda eſt appellatio infra decem dies.*

29 *Interpoſitio appellationis coram Judice à quo, & ejus formula, & reſponſio Judicis.*

30 *Cedula appellationis in judicio jactationis, & ejus formula.*

31 *Commiſſio appellationis in judicio jactationis expeditur via ordinaria.*

32 *Commiſſio appellationis in judicio appellationis, & ejus formula.*

33 *In cauſis ordinariis non eſt neceſſe, pro expeditione commiſſionis appellationis, adire ſignaturam parte citata.*

34 *In Camera Apoſtolica cauſa jactationis committitur prævia propoſitione.*

35 *Propoſitio, & commiſſio cauſæ jactationis in Camera, & ejus formula.*

36 *Camera quomodo reſcribat, & faciat Decretum in margine propoſitionis.*

37 *Citatio ad dicendam contra Decretum Cameræ, & ejus formula, & proceſſus.*

38 *In Rota cauſa iactationis introducitur prævia commiſſione.*

39 *Commiſſio iactationis, & iactationum in Rota, & eius formula.*

40 *Commiſſio iactationis, & iactationum in Rota in cauſa prophana, & eius formula.*

41 *Commiſſione ſignata coram Judice commiſſario, cui eſt directa, exhibita, quomodo procedatur ad ulteriora coram eo.*

42 *Remedium* l. diffamari *eſt in foro frequens, & utile, quod in Curia iudicium iactationis nuncupatur.*

43 *Diffatio, ſeù iactatio quot, et quibus modis uſurpetur.*

44 *Diffamatio unde dicatur.*

45 *Diffamator iniuſtus delinquit, & qua pœna puniatur.*

46 *Remedium* l. diffamari *quo iure, & qua ratione introductum.*

47 *Identitas rationis* l. diffamari *comprehendit ſub ſe etiam bona.*

48 *Diffamatio, ſeù iactatio propriè quid ſit.*

49 *Diffamatio minus propriè quid ſit.*

50 *Diffamans ſeù iactans impellit diffamatum, ad remedium* l. diffamari *pro ſua defenſione intentandum.*

51 *Intentans iudicium iactationis eſt Reus originarius, et naturalis, is verò, contra quem intentatur, eſt Actor.*

52 *Regulariter ille eſt Actor, qui prius agit in iudicio, ſecus eſt in remedio* l. diffamari.

53 *Origo cauſæ naturalis potius, quàm accidentalis, attenditur.*

54 *Intentans iudicium iactationis poteſt illud intentare coram ſuo Judice, coram quo diffamans agendo illum convenire deberet.*

55 *Intentans remedium* l. diffamari *eſt verè Reus, ideò pro eo in dubio eſt pronunciandum.*

56 *Diffamatus habens plures Judices ordinarios, ſi coram uno ex eis iudicium iactationis inſtruxerit, poteſt nihilominus à diffamante conveniri coram altero ex eis.*

57 *Contrarium, quod non poſſit conveniri, niſi coram primo Judice à diffamato electo.*

58 *Judicium diffamationis coram Judice ordinario diffamati intentatum, non poteſt ab eo avocari, ſed poteſt diffamans aliud iudicium ſuper meritis coram alio ordinario diffamati movere.*

59 *Sed contrarium, quod iudicium principale, iudicio diffamationis annexum non poſſit avocari à primo Judice tenent plures, & videtur.*

60 *Non probat hoc eſſe, quod ad hoc contingit abeſſe.*

61 *Diffamans, qui habet Judicem ſuſpectum poſt illum ſuſpectum allegare in Tribunali A.C.*

62 *Intentans remedium,* l. diffamari *reſpectu primæ petitionis eſt Actor, in reliquis verò Reus.*

63 *Intentans remedium,* l. diffamari, *qui in ſua petitione ſe vocavit Actorem, eſt Actor, non Reus.*

64 *Confeſſio facta in precibus præiudicat confitenti.*

65 *Confeſſio facta in libello præiudicat confitenti.*

66 *Monitorium eſt loco libelli.*

67 *Confeſſio emanata in Monitorio præiudicat confitenti.*

68 *Impetrans ſuper iactationibus commiſſionum, quæ complectitur alias cauſas contra quoſcumque, ſi obtinet citationem iuxta illius formam, ſe declarat Actorem.*

69 *Diffamatus non eſt propriè Reus.*

70 *Habens mandatum ad defendendum non poteſt intentare remedium,* l. diffamari, *& quare.*

71 *Intentans remedium* l. diffamari, *qui non docet de ſuo intereſſe, non gaudet privilegio rei.*

72 *Remedium* l. diffamari *eſt unicum, & competit tàm pro cauſis civilibus, quam criminalibus.*

73 *Remedium* l. diffamari *competit in poſſeſſorio, quàm in petitorio, & tàm in actionibus realibus, quam perſonalibus.*

74 *Remedium* l. diffamari *competit in cauſis Matrimonialibus, Dotalibus, Feudalibus, & aliis.*

75 *Remedium* l. diffamari *competit tàm in prophanis, quàm in Beneficialibus.*

76 *Remedium* l. diffamari *in Beneficialibus, cauſa ſimpliciter, non autem limitativè commiſſa, comprehendi, tam petitorium, quam poſſeſſorium.*

77 *Remedium* l. diffamari *competit in omnibus cauſis Pruni.*

78 *Remedium* l. diffamari *contra quos detur.*

79 *Diffamans eſt conveniendus coram Judice competente diffamati, aliàs ipſe poteſt diffamatū coram alio Judice competente eiuſdem diffamati convenire.*

80 Pre

80 *Per citationem dicitur præventa iuriſdictio, etiam in remedio* l. diffamari.

81 *Diffamatus, qui præveniat diffamantem coram Judice competente, non ſolum ſuper aſſignatione termini ad agendum, ſed etiam ſuper negotio principali, non poteſt deinde ab eo coram alio Judice competente conveniri.*

82 *In Monitorio jactationum ad partes tranſmittendo ponitur clauſula:* dummodo judicium in partibus non ſit cœptum, aliàs Monitorium non efficiet.

83 *In commiſſionibus jactationum apponitur clauſula,* non tamen judicialiter illatarum.

84 *Remedium* l. diffamari *debet intentari ante motum judicium, non autem poſt.*

85 *In Monitorio, commiſſione, & citatione cum inhibitione obtenta pro Vidua ſuper Jactationibus non apponitur clauſula,* dummodo judiciũ in partibus non ſit cęptum, *ſeù clauſula* non tamen judicialiter illatarũ

86 *Excommunicato excommunicatione majori non competit remedium,* l. diffamari.

87 *Intentans remedium* l. diffamari *debet docere de ſuo intereſſe, ſi vult audiri.*

88 *Intentans remedium* l. diffamari *debet docere de ſua poſſeſſione.*

89 *Ad docendum de intereſſe in judicio* l. diffamari *ſufficit probatio apparens tantum.*

90 *Intentans principaliter remedium* l. diffamari *debet probare intereſſe plenè, & concludenter, ſecùs comparens, uti Tertius, pro ſuo intereſſe.*

91 *Diffamanti debet præfigi bina dilatio, una poſt aliam, ad probandum, ut poſſit & ſilentium imponi.*

92 *Si Monitus, ſeù Citatus dixit nolle agere, ſecunda dilatio non eſt neceſſaria.*

93 *Si prima monitio, ſeù præfixio termini eſt facta cum comminatione de non audiendo ulterius, elapſo termino, tunc ſecunda non eſt neceſſaria.*

94 *Si Judex terminum ad agendum ultra annum præfixit, ſecunda præfixio, ſeù monitio non requiritur.*

95 *Si diffamans in termino præfixo agit, non eſt amplius tractandum de remedio* l. diffamari, *ſed de bono jure, & meritis cauſæ.*

96 *Si Diffamans in terminis præfixis non agit, reus deducit Jus ſuum, imponitur illi perpetuum ſilentium.*

97 *Ut diffamans cogatur agere debet conſtare Judici ſaltem ſummariè de diffamatione.*

98 *Diffamatio debet in actis probari.*

99 *In materia* l. diffamari *poſſunt recipi Teſtes lite non conteſtata.*

100 *Si non conſtat de diffamatione, præfixio termini non valet.*

101 *Nil intereſt, an diffamatio fuerit judicialis, vel extrajudicialis.*

102 *Si in Monitorio, ſeù commiſſione jactationum adeſt clauſula* non tamen judicialiter illatarum *probanda eſt diffamatio extrajudicialis.*

103 *Nemo regulariter invitus agere cogitur.*

104 *Lubricum linguę non eſt de facili ad pęnam trahendũ.*

105 *Diffamans errore, vel dolo, ſtatum, aut bona alterius, cogitur agere, aliàs ei imponitur ſilentium.*

106 *Si abeſt ſuſpicio Calumniæ, vel juſta cauſa, non eſt alia diffamatio probanda.*

107 *Juſtæ cauſæ, ob quas probatio diffamationis non requiritur, quot, & quæ ſint.*

108 *Si cum remedio* l. diffamari *cumulatur remedium,* l. ſi cõtendat, *non requiritur aliqua diffamationis probatio.*

109 *Intentans remedium* l. ſi contendat *tenetur probare jus intentatum ſibi competere.*

110 *Remedium* l. ſi contendat *pinguius eſt remedio* l. diffamari.

111 *Remedium* l. ſi contendat *eſt ſimile remedio* l. Aurelius ſ. centum, ff de lib. leg.

112 *Timens moleſtiam poteſt intentare remedium* l. ſi contendat, & l. Aurelius ſ. centum, *& quomodo.*

113 *Intentans remedium* l. ſi contendat, & l. Aurelius *eſt Reus, & gaudet prærogativis Reorum.*

114 *Remedium* l. ſi contendat *locum habet in omni Reo exceptiones peremptorias habente.*

115 *Remedium* l. diffamari, *& remedium,* l. ſi contendat *differunt in modo articulandi, & probandi.*

116 *Intentans remedium* l. diffamari *cogitur agere in termino præfixo, ſed intentans remedium* l. ſi contendat *cogitur agere ſtatim.*

117 *Remedium* l. diffamari *cogit Adverſarium ad agendum, & dandum libellum, ſecus remedium* l. ſi contendat, & l. Aurelius, ſ. centum.

118 *In remedio* l. diffamari *agitur, ut Diffamator à diffamatione ceſſet, ſed in remedio* l. ſi contendat, & l. Aurelius, ſ. centum, *agitur ad declarationem juris ſibi competentis.*

119 *In remedio* l. ſi contendat, & l. Aurelius, ſ centum, *Actor potius cogitur agere cauſativè, quàm ſtatim.*

120 *Inter remedium* l. diffamari *& remedium,* l. ſi contendat, & l. Aurelius § centum, *ad ſunt plures differentiæ, quicquid dixerit* Socc.

121 *An, & quando Diffamans poſſit conveniri remedio* l. diffamari *vel aliarum Legum ſecundum* Bald. in Marg.

122 *Licèt quando quis ſilet, ceſſet remedium* l. diffamari, *ſupereſt tamen remedium* l. ſi contendat.

123 *Cautela datur qui remedium* l. diffamari *contra Silentem intentare non poteſt, faciat ſe ab alio diffamari, quo caſu fundato judicio contra Diffamantem, poterit citare etiam Silentem pro ſuo intereſſe.*

124 *Remedium* l. diffamari *non ſolum competit in cauſa Status, ſed etiam in aliis.*

125 *Remedium* l. ſi contendat, & l. Aurelius, §. centum *agi poteſt, non ſolum ſi agitur controverſia ſuper poſſeſſione, ſed etiam in aliis caſibus, ubi exceptio competit, licet diffamatio non præceſſerit.*

126 *In Judicio Diffamationis, ſeù Jactationis requiruntur termini ſubſtantiales.*

127 *A.C. in cauſis à ducatis ducentis infra, procedit terminis ſubſtantialibus non ſervatis.*

128 *In Judicio jactationis Judex poteſt non ſolum præfigere terminum ad agendum, ſed etiam ad articulandum, & producendum omnia.*

129 *In Judicio jactationis, ſicut in aliis requiritur citatio ſpecifica ad Sententiam.*

130 *Sententia, imponens ſilentium perpetuum non agenti in terminis præfixis, eſt diffinitiva.*

131 *Si lis fuit in judicio jactationis conteſtata, Sententia, quę inde ſequitur, eſt deſinitiva alias eſt interlocutoria.*

132 *Sententia lata in judicio jactationis imponit finem negocio principali, ideo deſinitiva reputari debet.*

133 *Sententia lata in judicio jactationis in quo fuerunt obſervatæ ſolemnitates judicis ordinarii, eſt deſinitiva, aliàs eſt interloquutoria habens vim deſinitivæ.*

134 *Terminis, & ſolemnitatibus de Jure requiſitis non ſervatis Sententia eſt nulla.*

135 *In remedio* l. diffamari *litis conteſtatio non eſt neceſſaria, & quare.*

136 *Ubi non cadit miſſio in poſſeſſionem ex Decreto, nec poteſt Petenti conſuli niſi per deſinitivam, devenitur ad deſinitivam contra Contumaces abſque litis conteſtatione.*

137 *Sententia in judicio Diffamationis poteſt conſiderari uti Interlocutoria, in quo deficit litis conteſtatio, ſecundum* Conard.

138 *Sententia quæ modicum, vel nihil participat de Interlocutoria, potius deſinitiva reputari debet.*

139 *A.C. in cauſis ordinariis habet facultatem procedendi ſummariè, prout in Beneficialibus.*

140 *In cauſis ordinariis coram A.C. ſervatur tela judiciaria, & fertur deſinitiva.*

141 *In cauſis ordinariis, quæ omnes coram A.C. ſunt ſummariæ litis conteſtatio non requiritur.*

142 *In Beneficialibus litis conteſtatio non eſt de eſſentia.*

143 *Judicium Jactationis finitur per deſinitivam, quæ tranſit in judicatum.*

144 *A Sententia lata in judicio Jactationis ſeu diffamationis datur appellatio.*

De Jactationibus, & Moleſtationibus.

Pars Tertia, Cap. III.

JAm vidimus in præcedenti proximo capite, qualiter 1
cauſę ordinariæ poſſint coram A.C. in prima inſtantia introduci ab actore, ſequitur videre, qualiter poſſint in eadem prima inſtantia coram eo introduci à Reo. Si quis igitur vellet agere contra aliquem pro prætenſa pœn-

Digitized by Google

pecuniarum ſumma, vel alia quacumque re, vel aliàs quomodolibet contra perſonam, ſeù bona alicujus, ſe
A jactando diffamaverit, A, tunc Reus antequàm conveniatur, poterit in Tribunali A.C. coram Judice ſibi beneviſo introducere judicium jactationis, prævio Monitorio, ut infra, videlicet.

3 De Mandato Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini A.C. ſivè R.P.D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN, principalis, exponentis ad ejus aures deveniſſe, qualiter NN. ſe jactavit, & jactat, velle moleſtare ipſum NN. de, & ſuper ſolutione ſcutorum ſeptem millium pro prætenſo lucro dotali bon. me. NN. matris (vel ſuper alia re, juxta facti contingentiam).

Tenore præſentium.

Moneatur NN ex adverſo principalis, quatenus infra triduum proximum ſub 500. ducatorum auri, &c. & pro illis Mandati exequutivi, ac excommunicationis in ſubſidium, aliiſque, &c. pœnis, debeat ab omnibus, & ſingulis jactationibus, moleſtationibus, vexationibus, & perturbationibus, in & ſuper præmiſſis, & præmiſſorum cauſa, & occaſione illatis, præſtitis, factis, ac præſtari, fieri, & inferri comminatis, & præſtandis, & comminandis in futurum, penitus, & omninò deſtitiſſe, ceſſaſſe, & ſe abſtinuiſſe ceſſarique, &c. feciſſe, nullumque damnum, nullamque moleſtiam dediſſe, nec intuliſſe, perpetuum ſilentium impoſuiſſe, ipſumque, Dominum Inſtantem à præmiſſis abſolviſſe, ac liberaſſe damnaque, expenſas, & intereſſe, præmiſſorum cauſa, & occaſione paſſa, &c. patien, &c. ac liquidan. &c. refeciſſe, præſentibuſque, &c. paruiſſe, &c. deducens, &c. implorans, &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c. & ſi quis, &c. cõpareat, &c. alioquin, &c. NN. Notarius.

Locus † ſigilli.

Aliud Monitorium ſimile virtute *l. unicæ* obtentum.

4 De mandato Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domin. A.C. ſivè R. P. D. NN ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. Viduæ relictæ q. NN. principalis, eligentis forum noſtrum virtute *l. unica, C. quando Imper.* ac exponentis, ad ejus aures deveniſſe, quod NN. jactavit, & jactat, ſe velle moleſtare ipſam NN ſuper uſufructu bonorum Hæreditariorum à d. q. NN. ejus Viro ſibi relicto in ejus ultimo nuncupativo Teſtamento, cum quo deceſſit, rogato per acta NN. ſub die, &c. ad quod; &c.

Tenore præſentium.

Moneatur idem NN. ex adverſo principalis quatenus infra triduum proximum, ſub 500. ducatorum auri, Cameræ Apoſtolicę applican. & pro illis Mandati exequutivi, & in Juris ſubſidium excommunicationis, &c. aliiſque &c. pœnis, debeat ab omnibus, & ſingulis jactationibus, moleſtationibus, vexationibus, & perturbationibus. de, & ſuper præmiſſis, & præmiſſorum cauſa, & occaſione illatis, præſtitis, factis, ac præſtari, fieri, & inferri comminatis, & præſtandis, & comminandis in futurum, penitus, & omnino deſtitiſſe, ceſſaſſe, & ſe abſtinuiſſe, ceſſarique, &c. feciſſe nullumque damnum, nullamque moleſtiam dediſſe, nec intuliſſe, perpetuumque ſilentiũ impoſuiſſe, ipſãque D. Inſtãtẽ a pręmiſſis abſolviſſe, & liberaſſe, damnaque, expenſas, & intereſſe, pręmiſſorum cauſa, & occaſione paſſa, &c. patien. &c. ac liquidan. refeciſſe, præſentibuſque, &c. paruiſſe, deducens, &c. implorans &c. & aliàs omni meliori modo. &c. & ſi quis &c. compareat, &c. alioquin, &c. N. Notarius.

Loco † Sigilli.

Aliud ſimile Monitorium extra Curiam.

5 Chriſtophorus Vidman Prothonotarius Apoſtolicus Utriuſq; Signaturæ Sanctiſſimi D.N. Papæ Referendarius, ac ejuſdem Sanctiſſimi eiuſque Camerarii, nec non cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanęque Curiæ Judex ordinarius Sententiarum quoque & Cenſurarum in eadem Romana Curia, & extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum univerſalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiſſimo ſpecialiter deputatus, Univerſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scolaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Canonicis, Parochialium Eccleſiarum Rectoribus; eorum Locumtenentibus, Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Curatis, & non Curatis, cœteriſque Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcumque per Civitatem, ac Diœceſim NN. et aliàs ubilibet conſtitutis, illique, vel aliis ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, immò veriùs Apoſtolicis, firmiter obedire mandatis. Noveritis nuper pro parte, & ad inſtantiam NN principalis fuiſſe coram nobis comparitum, & expoſitum, quod licèt ipſe ſpatio viginti annorum, & ultra bona fide, & juſto titulo poſſideret Caſale, ſitum in Territorio NN. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. ac alios notiſſimos fines, nihilominus NN. ex adverſo principalis indebitè eum ſuper dicto Caſali moleſtare, & inquietare ſe velle jactavit, & jactat in grave ejuſdem Exponentis damnum, & pręjudicium. Ideò pro ejus parte de opportuno Juris remedio requiſiti. Vobis omnibus, & ſingulis ſupra nominatis, & veſtrum cuilibet in ſolidum committimus, ac ſub 500. ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applican. & in Juris ſubſidium excommunicationis, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pœnis, præcipimus, & mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam pro parte ejuſdẽ Exponentis fueritis virtute præſentium requiſiti, vel aliquis veſtrum fuerit requiſitus ex parte noſtra, imò verius Apoſtolica, moneatis præfatum NN. ex adverſo principalem, prout Nos harum ſerie monemus, & requirimus, quatenus infra ſex dies, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos pro tertio, & ultimo perẽptorio termino, ac monitione Canonica aſſignamus, ſub 500. ducatorum, &c. eidẽ Cameræ Apoſtolicæ applican. & pro illis Mandati exequutivi, &c. aliiſque &c. pœnis debeat à quibuſcumque jactationibus, moleſtationibus, vexationibus, & impedimentis eidem NN. ſuper dicto Caſali quavis cauſa, & occaſione illatis, & inferri comminatis, dummodo dictę moleſtiæ judicialiter illatę non fuerint, realiter, & cum effectu deſtitiſſe, ceſſaſſe, & ſe abſtinuiſſe, ceſſariq; &c. feciſſe, nullumque damnum, nullamque moleſtiam dediſſe, nec intuliſſe, perpetuumque ſilentium impoſuiſſe, ipſumq; NN. dictu Caſali, ejuſque fructibus, ac provantibus, liberè uti, frui, & gaudere permiſiſſe, & à præmiſſis penitus abſolviſſe, & liberaſſe. Alioquin prædictum ſic monitum, ſi in præmiſſis ſe fore gravatum ſenſerit, peremptoriè citetis, prout Nos citamus, quatenus ſexta die poſt exequutionem præſentium ſi juridica fuerit, ſin minus prima die Juridica poſt eam ſequente, legitimè compareat Romæ coram Nobis, ſeu R.P.D. NN noſtro in civilibus Locumtenente in judicio per ſe, vel Procuratorem legitimum, ad videndum in cauſa, & cauſis hujuſmodi ad omnes, & ſingulos actus, & terminos neceſſarios, uſque ad Sententiam definitivam incluſivè, procedi, aliaque fieri in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & oportuna, Certificantes eumdem ſic citatum, quod ſivè comparuerit, ſivè non, Nos nihilominus ad hæc, & alia, ejus contumacia, vel abſentia non obſtante, procedemus, Juſtitia mediante. Et inſuper vobis, ſub eiſdem pœnis committimus, quatenus quibuſcumque Judicibus Eccleſiaſticis, & ſæcularibus ordinariis, & commiſſariis, ac aliis quibuſcumque, & præſertim eidem, NN. inhibeatis, prout Nos inhibemus, ne ſub eiſdem Sententiis, Cenſuris, & pœnis d. NN ſuper præfato Caſali, illiuſq; poſſeſſione, ac fructuum perceptione ſub quovis prætextu, quæſito colore, vel ingenio directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſsè moleſtare, aut in judicium alibi, quàm coram nobis trahere præſumat Nos enim quod ſecus factum fuerit, revocabimus, & in priſtinum reducemus Abſolutionem verò in præmiſſis Nobis, & ſuperiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum, &c. Datum, &c. N. Notarius.

Locus † Sigilli. N. Locumt.

Monitorium eſt perſonaliter exequendum, & ſi fuerit in Curia exequutum, fit illius reproductio, & exequutionis adnotatio in actis, ut infra, videlicet. 6

Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque &c. NN. Sanctiſſimi D. N. Papæ Curſor retulit, ſe ad Inſtantiam NN. monuiſſe perſonaliter NN. prout in folio, tenoris, & c. omni, &c. 7

Si verò Monitorium fuerit exequutum in partibus, ſeu extra Curiam reproducitur in actis, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio &c. NN. reproduxit Monitorium aliàs per 8

acta

acta mei obtentum, io partibus legitimè exequutum unà cum ioſtrumento illius exequutionia à tergo, prout in folio, tenoris &c. omni, &c.

Exadverſo Monitorium io Curia exequutum poteſt infra triduum à die exequutionis negari, ot infra, videlicet.

9 Pro NN. contra NN.

In Officio &c. NN. & negando Monitoriom, dixit narrata, prout narrantur, non eſſe vera, & ad petita, prout petuotur, non teneri, ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, verificatis verificandis, aliàs &c. omni &c.

Sed ſi Monitorium fuit exequutum extra Curiam, poteſt exadverſo Monitus proteſtari, ut infra, videlicet.

10 Pro NN. contra NN.

In Officio, &c. NN. Procurator, prout docuit per inſtrumentum publicum mandati procure, prout in folio, tenoris, &c. & negando Monitorium, dixit narrata prout narrantur non fuiſſe, nec eſſe vera, & ad petita, prout petuntur, oon teneri ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, verificatis verificandis, & niſi ipſo in quolibet actu legitimè citato, aliàs, &c. omni, &c.

11 Quo caſu niſi Procurator citaretur io unoquoque actu, induceretur nullitas defectu citationis, ſed ſi nec Procurator, nec alius compareat, ut ſupra, poſſet contra monitum extra Curiam exiſtentem per contradictas ad ulteriora procedi juxta praxim ſuperius traditam *p. 1. c. tertiò, n. 1 & ſeqq. & n. 17. & ſeqq.*

12 Cæterum quia prima inſtantia regulariter contra degentem extra Curiam debet terminari in partibus, ubicumque judicium fuit, ut ſupra, aut alias cœptum coram A. C. & non poteſt aliqua ratione coram eo terminari, pars monita poteſt citare adverſarium ad videndum remitti cauſam ad partes, ut infra, videlicet.

A.C.N.

13 Citetur NN exadverſo principalis, ad videndum moderari inhibitionem, & cauſam remitti ad partes, attenta prima inſtantia, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p.d. Inſtante NN principali, ſive &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi infra quinque (ſeù alium terminum Judici beneviſum, &c.) cum intimatione, omni, &c. A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter dominus, remiſit cauſam, & alias prout in actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

14 Verum ſi A. C. nollet cauſam ad partes remittere, & nihilominus veneris de jure remittenda, poſſet adiri pro remiſſione Signatura Juſtitiæ citata parte, juxtà praxim ſuperius poſitam *p. 1. c. 13. n. 20. & ſeq.* & porrigi Commiſſio ut infra, & aliàs juxtà contingentiam facti, & obtineri reſcriptum, ut ſequitur, videlicet.

Fulginaten.

15 Beatiſſime Pater, Devotus S. V. Orator NN. fuit nolliter, & indebitè conventus coram R. P. D. A. C. occaſione cujuſdam Caſalis, ſeù Prædii ſiti in Territorio Fulginaten. io loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. & alios notiſſimos fines. Verum quia Orator, qui in partibus aſſiduè commoratur non poteſt aliqua ratione io prima inſtantia conveniri io Curia, cum prima inſtantia ſit in partibus facienda, ſupplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur eidem R. P. D. A. C. ut ſuam moderetur inhibitionem, & cauſam ad partes remittat, committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, conſtitutionibus, ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, ſtatum, &c. pro plenè, &c.

De mandato D. N. Papæ idem Judex moderetur, remittat, & procedat, ut petitur.

Placet D. N. Papæ. Julius Cardinalis Sacchetus.

Reſcripto obtento, Commiſſioneque expedita, & in Capſa Judicis repoſita, citatur pars ad dicendum contra illam, ut infra, videlicet.

A.C.N.

Fulginaten.

16 Citetur NN. exadverſo principalis, ad dicendum contra Commiſſionem in actis exhibitam, videndum admitti, & juxta illius formam, & tenorem mandari procedi, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Commiſſionem in actis exhibitam, & petiit, & obtinuit, ut ſupra, omni &c.

Succeſſivè citatur pars ad videndum remitti cauſam ad partes, & moderari inhibitionem, ut ſupra *num. 13.* & obtinetur remiſſio, ac elapſo termino in Decreto contento intimatione reproducta poteſt ad libitum expediri inſtrumentum remiſſionis, videlicet. 17

Chriſtophorus Vidman Prothonotarius Apoſtolicus utriuſque Signaturæ Sanctiſs. D. N. Papæ Referendarius, necnon Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, Sententiarum quoque, & Cenſurarum, tàm in Romana curia, quàm extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum univerſalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiſ. D. N. Papa ſpecialiter deputatus. Noverint univerſi, quod nos hodie cauſam coram Nobis via ordinaria, de, & ſuper quodam Caſali, ſeù Prædio ſito in Territorio Fulginaten. juxta ſuos notiſſimos fines, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis, ad inſtantiam NN. contra, & adverſus NN. introductam, attenta prima inſtantia, citato, & intimato dicto NN. exadverſo principali ad partes remiſimus, & harum ſerie remittimus, quæ omnia, & ſingula vobis omnibus ſupradictis intimamus, ne ullo unquam tempore de illis ignorantiam allegare valeatis, aut prætendere, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum. In quorum fidem, &c. Datum Romæ ex ædibus noſtris, hac die, &c. 18

N. Notarius.

Locus † Sigilli. N. Locumt.

Sed ſi Signatura ordinavit oretenus eidem A. C. ut ſuam moderetur inhibitionem, & cauſam ad partes remittat, prout quandoque ſolet, etiamſi in commiſſione oretenus ordinari non ſit petitum, tunc non eſt opus præſentare Commiſſionem io actis, nec citare ad dicendum contra, ſed ſat eſt citate, ut infra, videlicet. 19

A.C.N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum moderari inhibitionem, & cauſam remitti ad partes juxtà mentem Signaturæ, & decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſive, &c. N. Notarius. 20

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus remiſit cauſam, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Et ſucceſſivè elapſo termino in Decreto contento & intimatione reproducta expeditur inſtrumentum remiſſionis cauſæ ad partes, ut ſupra, ſi qui obtinuit, illud expedire velit.

Sed ſi cauſa debet remanere in Curia, & pars monita eſt contumax, vel nihil relevans deducit, citatur, ut infra, videlicet. A.C.N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad docendum de quocumque ſuo prætenſo jure, & intereſſe, & videndum ſibi præfigi primum terminum ad procedendum, & probandum quicquid vult, & poteſt per omne genus probationis, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c. 21

N. Notarius.

Decretum.

Relatione facta comparuit NN. & petiit, & obtinuit, ut ſupra, præfigi terminum decem dierum (vel plurium, vel pauciorum arbitrio Judicis) cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus præfixit terminum, & alias, prout in actis, Inſtante NN. principali, ſive &c. N. Notarius.

Exequuta, & reproducta intimatione, ac termino præfixo elapſo rurſus citatur pars, ut infra, videlicet.

A.C.N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad docendum de 22

Digitized by Google

ſuo quocumque prætenſo jure, & intereſſe, & videndum ſibi præfigi ſecundum, & peramptorium terminum ad producendum, & probandum quicquid vult, & poteſt per omne genus probationis, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſive, &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, præfigi terminum quinque dierum (vel plurium, vel pauciorum arbitrio Judicis) cum intimatione; omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. ex adverſo principali, qualiter Dominus præfixit terminum, & alias prout in actis, Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

23 Exequuta, & reproducta intimatione, ac termino præfixo elapſo, ſi pars, ut ſupra, citata adhuc remanet contumax, vel nihil relevans deducit, & non agitur de cauſa valorem ducatorum ducentorum auri de Camera excedente, citatur eadem pars ad videndum deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, & proceditur ad expeditionem cauſæ, juxta ſuperius tradita *p. 2. c. 4. n. 19. & ſeq.* & fertur Sententia abſolutoria ab impetitis, ut in formula inferius poſita, & alias mutatis mutandis, ut exigit contingentia facti, nec eſt neceſſe obſervare terminos ſubſtantiales.

Sed ſi valor cauſæ excedit ducentos ducatos auri de Camera, ſervantur termini ſubſtantiales, ut infra, videlicet.

A. C. N.

24 Citetur NN. exadverſo principalis, ad libellandum, ad p.d. ad articulandum ad 12. ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta ad ſecundum, ad declarandum, ad jurandum de calumnia, ad p.d. in terminis ſubſtantialibus, Inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit iura hodie in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra & admitti, ſi & in quantum, omni, &c.

Repetitio verò, ac productio in actis poteſt fieri, ut ſupra *p. 1. c. 2. n. 11. & ſeqq.* & ſi nihil de novo eſt producendum poteſt fieri, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

25 In Officio &c. NN. repetiit omnia iura, acta, & actitata, geſta, & facta per acta mei &c. ad cauſam quomodolibet facientia, in parte tamen, & partibus, & in quantum &c. petens &c. omni &c.

Demum citatur ad videndum reiterari, & ad ſententiam, ut infra, videlicet.

A. C. N.

26 Citetur NN. exadverſo Procurator NN. exadverſo principalis, ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, male forſan, nulliter, & incaute [illegible]entos, in vim quarumcumque facultatum, abſolvi inſtantem à cenſuris ad effectum &c. deferri iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendam ſententiam definitivam, in forma, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma, &c deferri iuramentum, &c. qui tactis, &c iuravit, &c & ſententiari, prout in cedula, quam Reverend. D. Locumtenens legit, ſubſcripſit, & mihi conſignavit tenoris, &c. ſuper quibus &c. præſentibus ſociis teſtibus, &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Tenor Cedulæ abſolutoriæ.

27 Chriſti nomine invocato, Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, Per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cauſis, quæ coram Nobis in prima, ſeù veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. Reum conventum ex una, & NN. Actorem ex altera partibus, de, & ſuper Caſali ſito in Territorio N. in loco, nuncupato N. juxtà ſuos notiſſimos fines (vel de, & ſuper alia re exprimenda, de qua agitur) rebuſque aliis, &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus decernimus, & declaramus dictum NN. abſolvendum fore, & eſſe, prout abſolvimus ab omnibus, & quibuſcumque impetitionibus, diffamationibus, jactationibus, moleſtationibus, & impedimentis præfato NN. ſuper dicto Caſali per eumdem NN. præſtitis, illatis, & inferri comminatis, & ob id eidem NN. diffamato de, & ſuper præmiſſis perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſſe prout imponimus, Victumque Victori in expenſis condemnamus; quarum taxationem Nobis, vel cui de jure in poſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè ſententiamus, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

Ab hac definitiva ſententia interponenda eſt appellatio, ut infra, ante lapſum decendium, juxta ſuperius tradita *p. 1. c. 13. n. 2.* aliàs tranſit in rem judicatam. 28

Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque &c. NN. habita notitia de prætenſa ſententia lata ad aſſertum favorem NN. contra NN. ab ea, ac omnibus aliis gravaminibus, &c. ad Sanctiſs. D. N. Innocentium X. ejuſque Sanctam Sedem Appoſtolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit tenoris, &c. petens, &c. omni, &c. 29

Cui Dominus dedit terminum juris, & interim, &c. omni, &c.

Val

Cui Dominus dedit Reverentiales in forma, omni &c.

Tenor Cedulæ.

A quadam aſſerta ſententia, ſeù Decreto definitivo lata, ut dicitur, ſeù facto per R.P.D.NN. A. C. Locumtenentem ad prætenſum favorem NN. contra NN. de, & ſuper Caſali ſito in Terriorio NN. in loco nuncupato N. juxtà ſuo notiſſimos fines, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis Procurator, & eo nomine dicti NN. ſentiens ſe læſum, & gravatum, & timens impoſterum magis lædi, & gravari, &c. ab illa, ſive ab illo, ac toto proceſſu de ſuper fabricato ad Sanctiſs. D. N. Innocentium Papam X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam in his ſcriptis provocat, & appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens, ſemel, bis, tertiò, ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus, &c. à non admiſſione illius, ac toto ulteriori proceſſu, iterum ac toties, quoties, &c appellat, provocat, & ut ſupra de nullitate dicit, itant ſit ultimus in appellando, &c. & interim, &c. nihil innovari, &c. alias de nullitate, &c. & attentatis, &c. & proteſtans, &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c. 30

Commiſſio verò in hoc judicio, in quo ſine dubio datur appellatio ad utrumque effectum poteſt expediri via ordinaria, & poteſt confici, ut infra, & aliàs mutatis mutandis, juxtà occurrentiam facti, videlicet. 31

Albanen.

Beatiſs. Pater. Dignetur S. V. cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ, infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum ab aſſerta definitiva ſententia, ſeù Decreto definitivo, lata, ſeù facto per R. P. D. NN. A. C. Locumtenentem in prima inſtantia ad aſſertum favorem NN. contra devotum S. V. Oratorem NN. de, & ſuper quodam Caſali ſito in Territorio N, in loco nuncupato N. juxtà ſuos fines notiſſimos, rebuſque aliis, &c. necnon attentatorum, & innovatorum quorumcumq; ac reſtitutionis in integrum, prout de jure, &c una cum omnibus incidentibus, dependentibus, annexis, ac toto negotio principali, ac quam, & quas, &c. alicui S. V. Sacri Palatii Apoſtolici Auditori audien. cognoſcen. decidend. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, ſtatum &c. pro plenè, &c. 32

At in cauſa non Rotali poteſt fieri commiſſio juxta formulam ſuperius traditam *p. 1. c. 13. n. 29.* & alias mutatis mutandis, juxtà contingentiam facti.

Com-

Digitized by Google

33 Commiſſio autem in his cauſis ordinariis tranſit, & expeditur via ordinaria, nec neceſſe eſt partem citare, aut plenam Signaturam adiri. Commiſſa verò cauſa appellationis proceditur ad inhibitionem coram Judice commiſſario, ad praxim ſuperius traditam *p. 1. c. 13. n. 43. & ſeq.*

In Camera.

34 Sed in Camera cauſa ſuper jactationibus in prima inſtantia committitur prævia propoſitione, quæ à Clerico Menſario ſcribitur in libris Cameræ, ut infra (& aliàs juxtà facti contingentiam) videlicet

Ad Dominum NN.

35 NN. contra NN. committi cauſam jactationis, & jactationum, de, & ſuper exemptione à vectigalibus ordinariis, & extraordinariis ex vero contractu, & titulo oneroſo, cum clauſula, quam, & quas, & facultate inhibendi, omni, &c.

36 In cuius Propoſitionis margine Camera committendo cauſam alicui Clerico reſcribit, ut ſupra.

Et deinde citatur pars adverſa, contra quam cauſa, fuit commiſſa, ad dicendum contra Decretum Cameræ, ut infra, videlicet.

Illuſtriſs. Domino NN.

Civitatis Caſtelli Exemptionis.

37 Citetur NN. ex adverſo principalis, ad dicendum contra Decretum Cameræ, videndum admitti, & iuxta illius formam, & tenorem mandari procedi, & inhiberi, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notar.

Decretum.

NN. repetiit Decretum Cameræ, die N. emanatum, & petiit, & obtinuit admitti, ſi, & in quantum, & ut ſupra, & inhiberi in forma, omni &c.

Ac proindè proſequitur iudicium, obſervando alios terminos, in eo ſervari ſolitos, ſicut coram A. C. ut ſupra; Termini verò ſubſtantiales ſunt in d. iudicio ſervandi in Camera, prout in prophanis de iure ſervantur.

In Rota.

38 Frequentiſſimè introduci ſolet in prima inſtantia cauſa in Rota, prævia Commiſſione ſuper iactationibus, ut infra, & aliàs cum narrativa opportuna, iuxta factorum contingentias, videlicet.

Foroliviea.

39 Beatiſs. Pater. Licèt devotus S. V. Orator NN. ſit in quieta, & pacifica poſſeſſione juriſpatronatus, ac præſentandi Rectorem Eccleſiæ NN. ex dotatione, & fundatione, & NN. pariter devotus S. V. Orator à d. Patrono præſentatus, & ab Ordinario inſtitutus, reperiatur in pacifica eiuſdem ſiue cura Eccleſiæ, illiuſque fructuum, ac proventuum annui valoris ducatorum viginti quatuor auri de Camera exceden. perceptionis poſſeſſione, ac propterea à nemine moleſtari debuiſſet, nihilominus quia Epiſcopus d. Civitatis Forolivien. & Confratres laici in d. Eccleſia exiſtentes velle omnes præfatos, & eorum quemlibet reſpectivè, de, & ſuper d. jurepatronatus, & Eccleſia, ſeù Beneficio, & eorum, & cujuslibet eorum reſpectivè pacifica poſſeſſione moleſtare, & vexare, ſe jactarunt, & jactant. Dignetur igitur S. V. cauſam, & cauſas jactationis, jactationum, ac moleſtationum bujuſmodi, non tamen judicialiter illatæ, ſeù illatarum, nec in judicio quovis modo deductarum, cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, ac toto negotio principali, attento quod Epiſcopus moleſtat, alicui S. V. Sacri Palatii Apoſtolici Auditori (ſeù Locumtenenti) audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus quoties, in Curia, & extra, etiam per edictum, conſtito ſummariè, &c. Conſtitutionibus Apoſtolicis ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, ſtatum &c. pro plenè, &c.

In hac commiſſione non fuit appoſita clauſula quam, & quas Orator habet, & movet, &c nè illam impetrans ex reo actor evadat, juxta inferius tradenda hoc eodem *c. 3. n. 68.* ſi quis tamen hoc tali privilegio gaudere non curet, poterit d. clauſulam apponere, ut in commiſſione ſequente.

Romana.

40 Beatiſſ. Pater. Devotus S. V. Orator NN. uti hæres ab inteſtato q. NN. ejus Fratris germani reperitur in pacifica poſſeſſione bonorum hæreditariorum, ac hæreditaris ejuſdem. Verùm quia NN. occaſione aſſerti teſtamenti nulli Oratorem moleſtare velle ſuper hæreditate, ac bonis hæreditariis præfatis, valorem ducatorum quingentorum auri exceden. ſe jactavit, & jactat. Dignetur igitur S. V. cauſam, & cauſas jactationis, & jactationum, ac moleſtationum hujuſmodi, non tamen judicialiter illatæ, ſeù illatarum, nec in judicio quomodolibet deductarum, una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas, &c. alicui S. V. Sacræ Rotæ Auditori audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum poteſtate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties, Conſtitutionibus Apoſtolicis, ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, ſtatum, &c. pro plenè, &c.

Signatura Regentis Cancellariæ.

De Mandato Domini Noſtri Papæ audiat Mag. N. citet, inhibeat, ut petitur, & juſtitiam faciat.

Signatura C. Præfecti Signaturæ Iuſtitiæ.

Placet D. N. Papæ N. Cardinalis N.

Exhibita commiſſione ſignata coram Auditore Rotæ, 41
cui eſt directa, citatur pars adverſa, ad dicendum contra Commiſſionem, juxta formulam ſuperius traditam *p. 1. c. 13. n. 43.* & deinde proceditur ad ulteriora, ſervando alios terminos, ut ſupra ſervari ſolitos, & qui etiam coram A. C. ſervari ſolent, ſervando etiam terminos ſubſtantiales in prophanis, prout de jure ſunt ſervandi, ut ſupra, *p. 2. c. 1. n. 105.*

Obſervatio.

AGitur in hoc capite de remedio *l. diffamari. C. de* A
Ingenuis manum., quod eſt in foro valde frequens, 44
nec minus illud intentantibus utile, ut in dies experientia, & Praxis rerum magiſtra demonſtrat, quod judicium Diffamationis, ſed in Curia, Jactationis, frequentius nuncupatur.

Diffamatio igitur, ſeù iactatio duobus potiſſimum 43
modis uſurpatur, in bonam videlicet, & in malam partem; In bonam partem accipitur pro divulgatione bonæ famæ, ut apud D. Aug. *de Civit. Dei, lib. 3. Romanum Imperium, tàm longè, lateque non potuiſſe augeri, & tàm grandi gloria diffamari.* In malam verò partem frequentius uſurpatur pro diſſeminatione malæ famæ, ut apud Tacitum, *à Nerone probroſo carmine Diffamatas contumelias altam ibat.*

Rurſus in malam partem Diffamatio accipitur, ſivè id iure, ſivè iniuria fiat, Iure, prout quando dicimus actionem, ſeù Sententiam diffamare, Iniuria, prout quando aliquis pravo affectu, ac malo Spiritu ductus, famam Proximi lacerat, in quibus terminis procedit tex. *in d. l. diffamari, C. de Ingen. manum.*

Et dicitur Diffamatio à verbo Diffamo, ſeu infamo, 44
quod eſt auſero famam, ſeù alicuius famam detrahendo maculo, iuxta trad. per Bart. *in l. turpia, ff. de l.* cuius contrarium eſt famam reſtituo.

Cæterum Diffamator iniuſtus delinquit, occidit ho- 45
minem, furatur nomen, improbo teſtimonio lædit, Lexic. Jur. *in verbo Diffamator*, & ob id punitur pœna Stellionatus, & aliàs arbitrio Judicis, ut ait Bald. *conſ. 230. Omne factum, in princ. lib. 3.*

Remedium *l. diffamari C. de Ingen. manum.* fuit de Jure Civili introductum, & quidem ſumma ratione, ad Hominum ſcilicet calumnias compeſcendas, & illorum malitiis obviandum, Marcheſ. *de Commiſſ. Iact. p. 3. ſ. 1. n. 1 fol. 324.* & ſic ad reprimendum eos, qui vel detrahunt ſtatui alicuius, & clarè legitur *in d. l. diffamari*, vel contendunt, ſe habere ius in bonis alicuius, nàm diffamatio affert Diffamato non modicum detrimentum, non ſolum quoad perſonæ integritatem, ſed etiam quoad bona, præſertim in caſu illorum alienationis; mala enim qualitas rei minuit illius æſtimationem, Soccin. *in l. 1. §. ſi clarei, ff. ad Senat. conſult. Trebell.*

Et licèt text. *in d. l. diffamari*, ſimpliciter loquatur in 47
cauſa Status, nihilominus omnimoda identitas rationis illius comprehendit ſub ſe etiam bona; non enim tunc fit extenſio, ſed compræhenſio, ſeù tacita diſpoſitio, Contard. *in l. diffamari lim. 3. n. 35. & ſeq. C. de Ingen. manum.* latè Marcheſ. qui hoc pluribus comprobat, *de Commiſſ. iact. p. 3. ſ. 1. n. 1. & ſeqq. fol. 324.*

Digitized by Google

38 Eſt autem Diffamatio, ſeù Jactatio propriè honoris,
& famæ alicuius dettactio, et denigratio, Bart. & DD. in
l. turpia ff. de l 1. Cagnol. in l. diffamari n. 2. C. de Ingen.
manum. Soccin conſ. 45. nu. 3. l. 1. March. de Commiſſ.
49 Jact. p. 3. §. 1. n. 2. fol. 332. Minus † propriè verò eſt ad
judicium provocatio, nam diffamare eſt ad judicium
trahere, & provocare, ut ait Bald. in l. diffamari, n. 6.
C. de ingen. manum. Aret in rubr. Inſt. de except. nu. 23.
verſ. ac etiam poteſt March. de Commiſſ. jact. d. §. 1. nu.
33. fol. 329. & nu 42. fol. 331. Oſaſc. dec. 151. n. 6. Boer.
50 dec. 155 n. 7 etenim † Diffamans, ſeù jactans impellit
diffamatum ad ſe in judicio defendendum, & remedium
l. diffamari pro ſua defenſione intentandum, prout de
magis communi DD. opinione teſtatur March. de Com-
miſſ. jact. d p 3. §. 1. n 42 fol. 331. Oſaſc. d. dec. 151 n. 8.
51 Proindè infertur, quod in hoc jactationis judicio dif-
famans eſt actor, diffamatus verò, qui judicium intentat
eſt reus ordinarius, & naturalis, Abb. in c. ſi quis contra
Clericum, n. 2 de for. compet. Alex. conſ 103. lib. 5. Co-
var. var. reſol. l. 1. c. 8. n. 4. & ſeq. Gabr. de actian. concl. 6.
n. 42. March. de Commiſſ. iuct. p. 3. §. 1. n. 33. fol. 329. ubi
de Communi, Contard. in l. diffamari, q. 1 n. 3. & ſeqq.
ubi de magis communi, Capyc. dec. 18 Oſaſc. dec. 151.
n. 4. & ſ. q. & n 10. Rota d c. 423. nu. 3. p. 1. diverſ. & in
Placentina cappellaniæ, 8. Novembris 1602. coram clar.
me. Card. Pamphilin, Duran. dec. 60. n. 14.
52 Et licet regulariter ille ſit actor, qui prius in judicio
agit, hoc tamen non procedit in remedio l. diffamari,
53 Oſaſc. d. dec. 151. n 8. nàm † cum diffamatus fuerit, ut
ſupra, ad ſe defendendum provocatus, potius cauſæ na-
turalis, quam accidentalis origo eſt attendenda, Alex.
d. conſ. 103. n. 6. l. 5. Cravett conſ. 182. nu. 2. March. de
commiſſ. iact. p. 3. §. 1. n. 34. fol. 329. Oſaſc. d. dec. 131. n. 4.
in fin. & n. 11. in fin. Duran. dec. 60. n. 13.
54 Et per conſequens intentans remedium diffamationis,
ſeù jactationis poteſt judicium introducere coram ſuo Ju-
dice, coram quo diffamans agendo illum convenire de-
beret l. cum hi, §. tranſactione, ff. de tranſact. Bart. in l.
ſocietatem, §. Arbitrarium, ff. pro ſoc. Alex. conſ. 103. l. 5.
Abb. in c ſi quis contra clericum nu. 2. de for. compet. Ca-
gnol. in l diffamari n. 9. ubi de communi, & ibi Contard.
q. 1. n. 3. & ſeq ubi de magis communi, C. de ingen. manum.
Gabr. de act. concluſ. 6. n. 41. Covar. var. reſol. lib. 1. c. 18.
nu. 5. in fin. ubi de magis communi, March de commiſſ.
iact. p. 3. §. 1. n. 40. fol. 331 ubi de magis communi Rom.
conſ. 412 n. 2. & ibi Mandoſ in verbo convenirſſet, ubi de
magis communi. Urſill. ad Afll. dec. 268. n. 2. Capyc. d.
dec. 18. Oſaſch. d. dec. 151. n. 4. ubi de veriori.
55 Et cum intentans remedium l. diffamari ſit verus reus
Oſaſc. d. dec. 151. n. 4. & is contra quem illud intentatur,
ſit verus actor Durand. d. dec. 60. nu. 14. in dubio eſt pro
d. intentante uti reo pronunciandum, Dec. in l. favora-
biliores, n. 2. ff. de reg. iur.
56 Verum ſi diffamatus habet plures Judices ordinarios,
coram quibus conveniri poſſit; & unum elegerit coram
quo judicium diffamationis, ſeu iactationis inſtruxerit,
an tunc diffamans poſſit coram altero ex dictis judicibus,
id quod prætendit agendo petere, & affirmativam par-
tem tenet Marian. Soccin. in c. propoſuiſti, n. 26. de for.
compet. & Soccin. conſ. 94. l. 3.
57 Sed contrarium, quod ille debeat agere coram primo
Judice à diffamato electo, & coram quo fuit per citatio-
nem præventus, tenet, Jo Baptiſta Caccialup. in l. om-
nes Populi, col. 14. ff. de iuſt. & iur. quem refert, & ſe-
quitur Felyn. in c. cum ſit generale, n. 6. de for. compet.
& in hac ſecunda opinione, cum eam ſecundo loco refe-
rant, videntur reſidere, Cagnol. in l diffamari, n. 10. in
fin. ibi, ſed oppono, & Contard. ibidem q. 2. n. 28. verſ.
contrarium C. de ingen. manumiſſ. quam etiam ſequitur
Roman. conſ. 412. n. 4. ubi de communi.
58 In hac quæſtione Marian. ubi ſupra, diſtinguit, quod
aut agimus de judicio diffamationis intentato per diffa-
matum, & tunc per citationem coram Judice ab eo ele-
cto dicitur præventa juriſdictio illius Iudicis, nec huju-
modi Judicium diffamationis poteſt ab eo avocari, aut
agimus de judicio poſtea per diffamantem movendo ſu-
per meritis, & negotio principali, & tunc quoad illud
judicium ab alio ſeparatum non dicitur facta præventio
coram primo, ſed poterit diffamans agere coram alio Ju-
dice ordinario ejuſdem diffamati; quam diſtinctionem
ſequuntur Gabr. de act. concl. 6. n. 32. & Covar. var. reſol.
lib. 1. c. 18. n. 6.
Verumtamen contrarium, quod per citationem dica- 59
tur præventa Juriſdictio coram Judice à diffamato ele-
cto, itaut non poſſit cauſa principalis judicio diffama-
tionis annexa, & connexa ab eo avocari, tenent Cac-
cial. Felyn. Roman & alii ſupra pro ſecunda opinione alle-
gati, unde ratio Marian. quod ſcilicet cauſa jactationis,
ſeu exceptionis ſit diverſa à cauſa præfixionis termini ad
agendum, non videtur ſubſiſtere, cum potius una alteri
connexa dici debeat, & quia ſi primus Iudex à diffama-
to electus remanet Judex ſuper impoſitione ſilentii, uti-
que diffamans tenebitur de iure ſuo docere coram eo, ne
impoſitio ſilentii ſubſequatur.
Alia etiam ratio Marian. Soccin. quod ſcilicet reus 60
provocans actorem ad iudicium, debet adire eum Judi-
cem, quem aditurus eſſet actor, ſi is primùm actione
egiſſet, ſed actor non egiſſet hoc caſu coram Judice per
reum electo, ſed coram altero, quem modo actor elegit,
igitur ad electum ab actore cauſa eſt remittenda, non vi-
detur ſubſiſtere; nàm negatur minor, ſi enim reus iudi-
cium prius non intentaſſet, & Judicem elegiſſet, fortè
actor coram eodem, quem reus elegit, egiſſet, tunc enim
aliquam ſuſpicionis materiam, quam nunc ex ipſius dif-
famati electione concipere potuit, non habuiſſet, & qui-
dem poſſibilitas ſufficit, cum non probet hoc eſſe, quod
ab hoc contingit abeſſe, ex vulgatis.
Poterit tamen diffamans, ſi Judicem ſuſpectum habet, 61
illum ſuſpectum, prout iuris fuerit, allegare, quæ quidem
ſuſpicio in A. C. Tribunali de facili admittitur, ut ipſe-
met A. C. alium deputet, iuxta praxim ſuperius traditam
p. 1. c. 7. n. 20. & ſeq.
Sed concluſio, quod diffamatus intentans remedium 62
l. diffamari ſit reus. Primò non procedit, quoad primam
petitionem, Roman. conſ. 217. in princ. Duran. dec 60
nu. 12. & ſic non poteſt dici reus reſpectu primæ ordina-
tionis judicii, ſed bene quoad deciſionem, Jaſ. in l. de pu-
pillo, §. ſi Procurator, n. 4. ff. de nou. oper. nunciat Cont.
in l. diffamari, q. 1. n. 2. C. de ingen. manuiſſ.
Secundò non procedit, quando ille in libello, ſeù mo- 63
nitorio, ſeù commiſſione ſe expreſsè vocavit actorem,
tunc enim eſt actor, non reus, cum nulla ſit major proba-
tio quam ex ore proprio, l 1. ff. de confeſſis, & † de con- 94
feſſione facta in precibus, commiſſione, reſcripto, ſeù li-
bello, quòd præjudicet confitenti, eſt text. in l cum pre-
cum, ubi Bald. Salicet, & alii, C. de l. caſal. nè ſatisda-
tio, ff. rem rat. haber. Mandoſ. de commiſſ for. 1. verſ. 4.
præmitto, March. de commiſſ. jact. p. 3. §. 1. n. 38 fol 331.
Gabr. de confeſſ. concl. 4. n. 1. & ſeq. Oſaſc. dec 138. nu. 3.
Caputaqu. dec. 190. n. 3. p. 1. & dec. 220. n. 3. & ſeq. p. 2. & in
ſpecie de commiſſione, tradit Rota in Peruſina Bonorum,
11. Maii 1582. coram bo. mem Bravo, & in Elenen. Mi-
nerium, 16 Decembris 1585. coram bo. me. Orano, quæ
eſt dec 208. p. 4. diverſ. & dec. 85. n. 10. p. 6. & dec. 94. nu.
24. p. 7. recent. & † quod confeſſio facta in libello præju- 65
dicet confitenti, probat text in l. 2. & ibi Bart. & alii C. de
inſt. cum aliis cumulatis per Gabr. de confeſſ. concl. 4. n.
7. & ſeq. Oſaſc. d. dec. 138. n. 3. Rota in d. Peruſina Bono-
rum, 11. Maii 1582. coram bo. me. Bravo, idemque † di- 66
cendum eſt in monitorio, cum monitorium ſit loco libel-
li, ut per Mandoſ. de monit. q. 38. n. 3. ver. opinio affirma-
tiva, ubi de veriori, & in praxi obſervata opinione te-
ſtatur, cum aliis cumulatis ſupra p. 2. c. 24. n. 32. & † quod 34
confeſſio emanata in monitorio præjudicet confitenti,
tradit Rota dec. 54. n. 8. p. 7 recent.
Tertiò non procedit, quando commiſſio non fuit ſim- 68
pliciter impetrata ſuper jactationibus, ſed complectitur
omnes cauſas, quas idem committens habet, & movet,
& habere, & movere vult, & intendit contra quoſcumq;
nam is obtinendo citationem juxta formam commiſſio-
nis, declarat ſe actorem l. in tribus, ff. de iud. à qua de-
claratione reſilire non licet, Rom. con. 343. n. 13. & ſeq.
Rota in Syracuſana quarta, 16. Novembris 1578. coram
bo. mem. Comitolo, quæ eſt ejus dec. 34. & apud Poſt. de
Manuten. dec. 65.
Quartò non procedit ad effectum, ut diffamatus ſit 69
propriè reus, Contard. in l. diffamari, q. 1. n. 19. C. de in-
gen. manumiſſ. & † ob id Procurator habens mandatum 70
ad de-

Digitized by Google

ad defendendum non poteſt intentare judicium, *l. diffamari*, quia verba mandati ſunt propriè intelligenda, Put. *dec. 413. per tot. lib. 1.*

71 Quintò non procedit, quando intentans remedium, *l. diffamari*, non docet de ſuo intereſſe; nam tunc non gaudet privilegio rei, Rota *in d. Placentina cappellaniæ, 8. Novembris 1605. coram clar. me. Pamphilio ſeniore.*

72 Licet autem remedium *l. diffamari* ſit unicum, competit nihilominus tàm in cauſis civilibus, quàm etiam in Criminalibus, *l. Titia, ff. de accuſ. l. ſi ea quæ, C. de iis, qui accoſ. non poſſ.* Bart. *in l. ſi quis libertatem, n. 8 ff de pet. Hæred.* Gabr. qui alios cumulat *de act. concl. 6. n. 5.* Contard. *in l. diffamari, ampl. 3. n. 25. C. de ingen. manumiſſ.* Mandoſ. *de commiſſ. for. 5. iact. & moleſt. in verbo inputare,*
73 Boer. *dec 255. n. 7.* & † tam in Poſſeſſorio, quàm in Petorio, tàm in Actionibus perſonalibus quàm realibus, Dec. *in c. in præſentia, n. 10. de prob.* Gabr. *de action. concl. 6. n. 3* Contard *in d. l. diffamari, concl. 2. n. 24.* Boer. *d. dec. 255. n. 7.* Rot. *dec. 26. n. 1. de Sent. & re iud. in antiq.*
74 & † in cauſis Matrimonialibus Dotalibus, Feudalibus, & aliis, Gabr. *de act. d. concl. 6 n. 7. n. 10. & per tot.* Cont. *in d. l. diffamari ampl. 10 n 75. & ſeq. ampl. 23. n. 168. & ſeq & ampl. 57. n. 185. & ſeq.* & † tàm in Prophanis, quam in Beneficialibus, Menoch. *de recup. rem. 15. q. 27. n. 363. & ſeq.* Mandoſ. *in reg. 29. de ſubrog. collit. n. 1 & ſeq.* ubi tradit formulam Commiſſionis in Beneficialibus, quam paucis mutatis, etiam in Prophanis deſervire poſſe aſſerit idem Mandoſ. *de commiſſ. jact. & moleſt for. 5. in princ. & in verbo inquietare,* Caſſad. *dec. 6. de reſcript. & dec. 9. de cauſ*
76 *poſſeſſ. & propr.* & inſuper etiam in Beneficialibus, cauſa ſimpliciter commiſſa, non autem limitativè, aut reſtrictivè ad poſſeſſionem comprehendit, tàm Petitorium, quàm Poſſeſſorium, *c. t. de ſeqaeſt. poſſ & fruct.* & eo magis commiſſa cauſa jactationum, & moleſtationum, de & ſuper Beneficio N. quia verbum moleſtare reſpicit utrumque ſcilicet Petitorium, & Poſſeſſorium, Caſſad. *d dec. 6. de reſcript. & d. dec. 9. de cauſ. poſſeſſ. & prop.* cum aliis cumulatis per Mandoſ. *in d reg de ſubrog. n. 5. & ſeq.*

77 Et quod remedium *d. l. diffamari* competat in omnibus cauſis, tàm Beneficialibus, quàm Eccleſiaſticis, ac prophanis paſſim obſervat Praxis, & Curia in omnibus Urbis Tribunalibus.

78 Signanter verò datur hoc remedium.

Primò contra Filium exhæredatum ad proponendam querelam

Secundò etiam contra Epiſcopos, & Prælatos, & eorum Succeſſores

Tertiò etiam contra Fiſcum, & Procuratorem Cæſaris.

Quartò contra Maritum reſpectu dotis.

Quintò etiã contra eum, qui directè agere non poteſt.

Sextò etiam contra Perſonas incertas.

Septimò contra impugnantes privilegia principis ex defectu voluntatis.

Octavò contra Tutores, Curatores, & Hoſpitalarios.

Nonò contra diffamantem jura Eccleſiæ.

Decimò contra Excommunicatum.

Decimò primò fundato judicio contra diffamantem, etiam poteſt citari tertius ad contradicendum, latè Gabr. *de act. concl. 6. n. 4. & ſeq. uſque ad n. 17.* Latius Cont. *in d. l. diffamari ampl. 1. n. 9 ampl 4. & ſeq. n. 56. & ſeq. ampl. 7. n. 33. & ſeq. ampl. 8. n 40. & ſeq. ampl. 9. n. 48 & ſeq. ampl. 10. n. 75. & ſeq. ampl. 11. n. 85. & ſeq. ampl. 15. num. 103. & ſeq. ampl. 21. n. 142. & ſeq. & ampl. 24. n. 177. & ſeq.*

Cæterum ad hoc, ut remedio *l. diffamari* ſit locus, plura requiruntur.

79 Primò quod diffamans fuerit prævia citatione opportuna præventus ab ipſo diffamato coram aliquo Judice competente ejuſdem diffamati, alias diffamans poſſet illum coram alio Judice competente (quando plures ad ſunt Judices competentes) convenire, Marian. *in d. cap. propoſuiſti, n 26. de for. compet.* Gabr. *de act. d. concluſ. 6.*
80 *n. 32.* & † quod per citationem, etiam in hac materia *l. diffamari* dicatur præventa juriſdictio, probat text. *in l. ſi quis poſtea, ff. de iud.* & tradit Roman. *conſ. 412. n. 4.* ubi de communi teſtatur.

81 Quod ſi diffamatus non ſolum prævenerit diffamantem, ut ſupra, ſuper aſſignatione termini ad agendum, ſed etiam cumulativè ſuper negotio principali, & veritate diffamationis, Judex à diffamato electus erit proculdubio Judex etiam in negotio principali, nec poterit, ſuper eo diffamatus à diffamante coram alio conveniri, etiamſi ipſe diffamatus haberet plures Judices competentes, & diffamans coram alio ex eis illum convenire vellet, Marian. *in d. cap. propoſuiſti, n. 26. verſ. & adverte circa id quod dixit de for. compet.* quem declarat, & ſequitur in hoc Jo. Bapt. Ferrett. *conſ. 39. n. 2. & ſeqq.*

Secundò in Tribunali A.C. in ſpecie requiritur, quod judicium coram alio Judice, ſeù in partibus non ſit inchoatum, & ob id in Monitorio jactationum ad partes transmittendo apponenda eſt clauſula, *dummodo iudicium in partibus non ſit cæptum coram aliquo Iudice competente,* aliàs Monitorium non afficiat Paul. V. *in reſ. Trib. Urb. quæ eſt ejus conſt. 71. Univerſi agri in §. & in Monit. ſpecialibus.* 82

Et pariter in commiſſionibus jactationum ſolet apponi clauſula, *non tamen judicialiter illatarum, nec in judicio, quovis modo deductarum*, ut paſſim obſervat Praxis, & colligitur ex Cavaler. *dec. 387. nu. 3. & ex aliis deciſionibus in ſimilibus clauſulis emanatis.* 83

Et id jure merito, quia remedium *l. diffamari* debet intentari ante motum judicium non autem poſt, nàm ubi ſupereſt remedium ordinarium, huic extraordinario locus non eſt ad text. *in l. cum quædam Puella, verſ. ſed & ſi poſt ſuſceptum, ff. de jur. omn jud.* Bald. *in l. finita, § eleganter, n. 4. & ibi etiam alii, ff. de damn. infect.* Bald *in l. Pupillus, C. de uſur. Pupill.* Mandoſ. *de commiſſ. jactat. & moleſt. for. 5. in verbo inquietare, verſ. inter alia reſpondeo,* Marcheſ. *de commiſſ. jact p 3. §. 2. nu. 13. fol. 339.* 84

Sed hoc non procedit in Monitorio, ſeù commiſſione, & citatione cum inhibitione obtenta pro Vidua, quia illa gaudet privilegio, *l. unicæ, C. quand. Imper* ut poſſit variare March *de commiſſ. iact p. 3. §. 3. n. 15 fol. 339.* de quo latius infra in proximo ſequenti capite dicemus. 85

Tertiò requiritur, quod intentans remedium *l. diffamari* non ſit ſegregatus à Communione Fidelium, nam excommunicato excommunicatione majori non conceditur hoc remedium, Felyn. *in c. intelleximus, col. 6. n. 7. ante fin verſ. a allego* Paul. de Caſtr. & ibi etiam Aret. *n. 3. & n. 7* Dec. *n 32. & ſeq. & alii de iud.* Cont. *in l. diffamari, lim. 5 n. 82 & ſeq. C. de ingen. manumiſſ.* Covar. *var. reſol. l. 1. c. 18. n. 5.* Afflict. *dec 368. n. 3.* Oſaſc *dec. 151. n. 7.* 86

Quartò requiritur, quod intentans remedium *l. diffamari*, ſi vult gaudere Rei privilegio, & audiri in hoc judicio, doceat de ſuo intereſſe, Aret. *conſ. 68. n. 6. verſ. item non eſt dubium,* Gabr. *de act. concl. 6. n. 37. in fin.* Rot. *dec. 801. n. 1. & ſeqq p. 1. diverſ. & in Placentina Cappellaniæ, 8. Novemb. 1602. coram clar. mem.* Cardin. Pamphi- 87
lio, & † ſi doceat de ſua poſſeſſione, Bald. *in l. 3. n. 2. verſ. nota, quod aut Reus, C. qui bon. ced. poſſ.* Cont. *in l. diffamari, q. 4. n. 40. C de ingen manum.* Aret. *d. conſ. 68 nu. 6. verſ. item non eſt dubium,* Gabr *d. concl. 6. nu. 38.* Boer. *dec. 255. n. 10.* Rot. *d dec 801. n. 1. p. 1. diverſ. & in d. Placentina Cappellaniæ coram clar. mem.* Cardinali Pamphilio, & de jure ſuo, Innoc. *in c. Abbate, num. 1. in fin. verſ. & hac, de verb ſignif.* Aret. *in dict. conſ. 68. num. 6. verſ. item non eſt dubium,* Felyn *in c. olim. n. 9. verſ. unde dicit de reſcrip.* cum aliis cumulatis per Gabr. *de action. d. concl. 6. n. 37 & per* Rot. *dec. 801. n. 3. p. 1. diverſ.* 88

Et ad docendum de intereſſe hujuſmodi, non requiritur probatio plena, ſed ſufficit apparens tantùm, Felyn. *in c. veniens, il ſecondo, n. 13.* ubi dicit Innoc. *& omnes* ita tenere, & ſic de communi teſtatur, *de teſtibus,* Covar. *var. q. c. 16. n. 1. ver. ita tamen,* ubi de communi etiã teſtatur. 89

Sed hoc procedit in tertio Comparente pro ſuo intereſſe, non autem in ipſo principali, nam hic plenè probare tenetur, alias contra Intentantem remedium *l. diffamari* intrat exceptio, tua non intereſt, niſi de intereſſe, ut ſupra probet concludenter, & plenè ex præallegatis, Rota *d dec. 801. n. 4. p. 1. diverſ.* 90

Quintò requiritur, quod diffamanti præfigatur bina dilatio, & ſic requiritur bina Judicis monitio una poſt aliam ad probandum, ad hoc ut illi poſſit perpetuum ſilentium imponi, itaut amplius deindè non audiatur, *§. ſi autem ibi ſemel. & ſecundo admoniti in auth. de Eccleſ. tital. §. ſi quis autem non implens, ubi* Gloſs. *in verbo admonitus,* & ibi Angel. *n. 15. in auth. de Hæred. & falcid.* Cepoll. *caut. 110.* Felyn. *in c. venerabilis 20. n. 9. de jud.* Aret. 91

in rubr. inſt. de excep. n. 23. propè fin. verſ. unum tamen teneo menti perpetuo, Gabr. *de act. concl 6. n. 21.* Conrard. *in l. diffamari, lim. 3. n. 31. ubi de communi, & q. 13. n. 87. ubi de communi* March. *de comiſſ. inſt p. 3. §. 1. n. 48. fol* 333. ubi de magnis communi Afflict. *dec.* 264 *n.* 4 ubi quod ita fuit deciſum Boer. *dec.* 255. *n.* 10. *& ſeq.* ubi de magis communi, & ita obſervat Praxis, Saluſt. Tib. *in Pran. l. 2. r. 18. n. 1.*

92 Sed hoc Primò non procedit, quando citatus; ſeù monitus dixit nolle agere, tunc enim ſecunda dilatione ſeù monitione, ſeù termino non eſt opus Felyn. *in c. ad petitionem, col. pen. de accuſat.* Contard. *in l. diffamari, lim. 3. n. 67. verſ. limita nunc, c. de ingen. manumiſſ.* cum aliis cumulatis per Marcheſ. *de commiſſ. tractat. p. 3. §. 2. n. 50. & ſeqq. fol.* 346.

93 Secundò non procedit, quando prima monitio, ſeu citatio eſt facta cum comminatione de non audiendo ulterius elapſo termino, nàm nec etiam, tunc ſecunda monitio eſt neceſſaria, Felyn. *in c. accepimus, n. 6. de fid. inſtr.* Cont *in d l. diffamari, lim. 3. n. 70. verſ. ſecunda limitatio.*

94 Tertiò non procedit, quando Judex anno ulterius ad agendum terminum ſtatuiſſet, nàm tunc ſecunda monitio non requiritur, ſed temporis longitudo ſupplet ejus defectum, & in his terminis poteſt procedere opinio Tenentium unicam monitionem ſufficere, *§. ſi quis autem non impletur, ubi* Gloſ. *in verbo admonitus*, & ibi Angel. *n. 15. in Auth. de Haered. & falcid.* Contard. *in d. l. diffamari, lim. 3. n. 3. & ſeq. & n. 73.*

95 Cæterùm ſi in termino, ut ſupra præfixo diffamans agere incipiat, & deducat ius ſuum non agitur amplius de remedio *l. diffamari*, ſed de bono jure, & meritis cauſæ, *c. in præſentia, ubi* Aret. *n. 3. & ſeq.* Felyn. *n. 3. col. 2. verſ. unum aliud*, Dec. *n. 14. ver. 4. nota de probat.* Cagnol. *in l. diffamari, n. 11 c. de ingen. manumiſſ.* Aret. *in rubr. inſtit. de except. n. 23. verſ. ſi autem Actor.*

96 Sed hoc non procedit, quando diffamans non deducit jus ſuum, nec agere incipit, tunc enim Judex debet pronunciare illum non eſſe amplius audiendum, imponendo ei perpetuum ſilentium, Gloſ *in d l. diffamari in verbo Sententiam*, & ibi *DD. C. de ingen. manumiſſ.* Aret. *in rubr. inſt. de except. n. 23. verſ. ex hoc apparet, & n. 33. verſ. ſed tu poſſes tenere*, cum aliis ſuperius allegatis.

97 Sextò, ut diffamatus poſſit cogere diffamantem ad agendum, debet Judici conſtare ſaltem ſummariè de diffamatione, aliàs illum compellere non poteſt, Bart. *in l. Titia n. 8. ff. de accuſat.* Bald. *in l. 2. C. ne fil. pro Pat.* Salicet. *in l. 3 n. 3. C. qui bon. ced. poſſ.* Aret. *in rub. inſtit. de except. n. 23. verſ. ex quibus nota*, Alex. *conſ.* 108. *n.* 7 *l.* 1. Gabr *de act. concl. 6. n. 24.* Cagnol. *in l. diffamari, n. 6. C. de ingen. manumiſſ.* Covar. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 18. *n.* 2.

98 Et per conſequens diffamatio in actis probari, Aret. *in rubr. inſtit. de except. n. 23. verſ. ex quibus* Salic. *in l. 3. n. 3. C. qui bon. ced. poſſ.* Covar. *var. reſol. d. l. 1. c. 18. num. 2.* Gabr. *de act. concl. 6. nu. 24.* Contard. *in l. diffamari, q. 7. n. 45. & ſeqq. C. de ingen. manum.* Borel. *dec.* 445. *n.* 7. *verſ. & iſta diffamatio.*

99 Poſſuntque in hac materia *l. diffamari* recipi Teſtes etiam lite non conteſtata, Butr *in cap. cum olim nu. 10. verſ. tertius intellectus, de teſt.* Gabr *de act. concl. 6. n. 17.* Marcheſ. *de commiſſ. tact. p. 3. §. 2. nu. 45. fol.* 332.

100 Alias ſi non conſtat de diffamatione, præfixio termini non valet Rom. *conſ. 53. viſis ſub n. 1. & ibi.* Mandoſ. *in verbo impetrare*, cum deſit judicii fundamentum, ſcilicet ipſa diffamatio, Bald *in d. l. 2. in fin. C. ne fil. pro Pat.*

101 Non tamen intereſt, an diffamatio, quæ præceſſit, fuerit judicialis, val extrajudicialis, *l diffamari, ubi* Bald. *in princ.* Cagnol. *n. 6.* & Contard. *q 7 n. 46. & ſeq. C. de ingen. manum.* Soccin *conſ. 45. viſa, n. 3 l. 1* Covar. *var. reſol. l. 1 c. 18. n. 8. verſ. & erit ſatis.*

102 Si tamen in Monitorio ſeù Commiſſione jactationum adeſt clauſula, *non tamen judicialiter illatarum, nec in judicio deductorum*, probanda eſt diffamatio, ſeù moleſtia extrajudicialis aliàs Monitorium, ſeù Commiſſio non relevaret, Cavaler. *dec.* 587. *n.* 1. *& ſeq.*

103 Ex quibus patet, quod licèt regulariter nemo agere cogatur invitus, nec poſſit alicui præfigi terminus ad agendum, *l unica, c. ut nemo invit.* Rom. *conſ. 33. n. 1. in fin.* &

104 † Maledictum, ſi à levitate proficiſcitur, contemnendum ſit, *leg. prima, c. ſi quis Imper maled.* ſi ab Inſania, miſeratione digniſſimum, ſi ab Injuria remittendum, cum lubricum linguæ non ſit de facili ad pœnam trahendum, *l. famoſi, ff. ad l. iul. maieſt.* Cont. *in l. diffamari, in rat. dubit. n. 1. & ſeq. c. de ingen. manumiſſ.*

Hoc nihilominus non habet locum, quando aliquis errore, vel dolo diffamat Statum alterius, vel jactat ſe habere jus in rebus, ſeù bonis alicujus, *l. diffamari*, & ibi *DD. & ſignanter* Cont. *amp. 1. n. 7. cod. de ingen. manum.* Rom. *dict. conſ. 53. n. 1.* cum aliis ſupra allegatis. 105

Verum concluſio, quod Diffamatio ſit, ut ſupra, probanda, Primò non procedit, quando alias ſubeſſet calumniæ ſuſpicio, vel alia juſta cauſa, nàm tunc alia Diffamatio non requiritur, Innoc. *in c. cauſam quæ, n. 5. qui fil. ſint l.* Felyn. *in c. penul. n. 8. de iud.* Barr. *in l edita, nu. 3. c. de eodem.* Bald. *in l. Pupill. c. de uſur. Pupilli* cum aliis cumulatis per Contard. *in l. diffamari, ampl. 1. n. 5. c. de ingen. manum.* March. *de commiſſ. tact par. 3. §. 2. n. 44. verſ. Immo fol.* 332. Covar. *var. reſol. l. 1. c. 18. n. 8.* Boer. *dec* 255. *n. 7. verſ. quæ probatio, ibi. vel receſſu.* 206

Juſtæ autem cauſæ ſunt plures, & ſignanter.

Prima eſt receſſus, quando ſcilicet Officialis, Scholaris, vel Stipendiarius eſt à loco Officii, Studii, vel Stipendii receſſurus, ſi nolit in Patria poſſe conveniri, nàm poterit per proclama ſtatuendum curare terminum ad agendum contra aliquid ab eo Prætendentes, cum comminatione quod eo elapſo quis non audiretur, & obtinere abſolutoriam, Contard. *in l. diffamari, ampl. 5. n. 2.* & idem in Peregrino tradit Boer. *dec.* 255. *n. 7. verſ. quæ probatio, ibi, vel receſſu.* 107

Secunda, procraſtinatio, quando Judex videt Actorem expectare tempus, quo Reus probationibus careat.

Tertia, Exhæredatio, nàm Filio exhæredato ſtatuitur terminus ad proponendam quærelam, *l. Papinianus, §. ſi quis poſt, ff de in offi. teſtam.*

Quarta, ædificatio non ſtatim deſtruenda, quando ſtatuitur terminus Ædificanti, à quo ſundus petitur, ad agendum jus ſibi eſſe ædificatum habere, *l. à quo fundus, ff. de damn. infect.*

Quinta, nunciatio novi operis, nàm hæc eſt ſpecies provocationis.

Sexta, Proteſtatio, nàm hæc continet in ſe quamdam Diffamationem judicialem, ſeù minas, de agendo.

Septima, actio, vel exceptio præjudicialis eſt juſta cauſa, ut Judex præfigat terminum ad agendum.

Octava, Contumacia, nam eius ratione Judex poteſt ſtatuere terminum ad agendum.

Nona, Timor rixæ, quando Judex timet, ne Partes de poſſeſſione contendentes veniant ad arma, poteſt etiam ex Officio ſtatuere Partibus terminum ad probandum.

Decima, obligatio mutua, quando quis tenetur ad aliquid, ut recipiat aliud, nam Judex poteſt ei, qui tenetur, præfigere dilationem, ut faciat, ſeù præſtet, quod debet, & deinde recipiat.

Decimaprima, damnum emergens, quando res in bonis meis ſunt delatæ, & afferunt eis damnum, & ego ignoro cujus ſint, nàm poteſt Judex per proclama præfigere Dominis terminum ad eas tollendum, alias cenſeantur habitæ pro derelictis.

Decima ſecunda, Æquitas, ex qua Judex poteſt abbreviare dilationes, nam ex eadem, ubi illa militat, poterit ſtatuere terminum ad agendum.

Decimatertia, Actio ab Invito proponenda, nàm in decem, & ſeptem caſibus in quibus quis agere cogitur invitus, de quibus per Gluſs. & *DD. in c. 1. §. 1. de reſt. ſpoliat. in* 6. poterit etiam Judex præfigere terminum ad agendum.

Quasquidem cauſas latè refert, & comprobat Contard. *in l. diffamari, ampl. 1. per tot. n. 3. cum viginti ſeq. C de Ingen. manumiſſ.*

Secundò, concluſio, quod Diffamatio ſit probanda non procedit, quando una cum remedio *l. diffamari*, cumulatur, prout fieri ſolet, remedium *l. ſi contendat. ff. de Fideiuſſ.* tunc enim non requiritur aliqua Diffamatio, ſeù Diffamationis probatio, Covar. *var. reſol. l. 1. cap. 18. n. 3.* ubi quod hæc duo remedia in Praxi pro faciliori cauſarum expeditione miſceri, & cumulari poſſe, obtentum eſt. 108

Sed licèt Intentans remedium *dict. leg. ſi contendat* non teneatur probare Diffamationem, tenebitur nihilominus probare ejus exceptionem, & jus intentatum ſibi 109

com-

competere, ut poſt. Innoc. *in c. conquerente, n. 1. de offic.*
Ordin & Caſtr, in l. 2. C. de ord. Jud. quos allegat, tradit
Contard. *in d. l. diffamari, amp. 17. n. 26. C. de Ingen.*
manumiſſ.
110 Ultra remedium igitur *dict. l. diffamari, C. de Ingen.*
manumiſſ proditum eſt etiam remedium, *l. ſi contendat,*
111 *ff. de Fideiuſſ.* quod † videtur pinguius providere,
quam provideat remedium *dict. l. diffamari*, & remedio
d. l. ſi contendat, ſimile eſt remedium *l. Aurelius, §.*
centum, ff. de lib. leg.
112 At proindè Timens moleſtiam poteſt adire Iudicem,
coram quo ab Adverſario conveniendus eſſet, ſi ille age-
ret, & petere declarari, ſe non eſſe debitorem, & aliàs
ſibi exceptionem legitimam competere, vel habere me-
liora, & potiora jura, & ob id Adverſario ſuper actione
perpetuum ſilentium imponi, *dict. l. ſi contendat, ubi*
Gloſs *& DD. communiter, ff. de Fideiuſſ. dict. l. Aure-*
lius, § centum, ubi Gloſs. *& DD. ff. de lib. leg. l. ſi duo Pa-*
trons, in primo, ubi not. ff de Jurejur. l. 3. C. qui bon. ced.
poſſ. Bartol. *in l. ſi finita, §. eleganter, n. 4. ff. de damn. in-*
fect. Abb. *in c. ſi quis contra Clericum, n. 2. verſ. unde li-*
cet. de for. compet Felyn *in c. ſignificavit n. 5. de Teſt.* Ro-
man. *conſ.* 41 a. *n.* 1. & ibi Mandoſ. *in verbo inquietari,*
Covar. *var. reſol. d. lib.* 1. *c.* 18 *nu.* 3. ubi de communi,
Contard. *in d. l. diffamari. ampl.* 17. *n.* 108. *ubi de rece-*
ptiori DD. opinione teſtatur, c. de Ing. manumiſſ.
113 Et ob id cum Intentans remedium *d. l. ſi contendat, &*
d. l. Aurelius, §. centum, petat pronunciari ſuper exce-
ptione, non eſt mirum, ſi in hoc judicio eſt Reus, &
gaudet Beneficiis, & prærogativis Reorum, ac ſi reme-
dium *d. l. diffamari* intentaſſet Contard. *in dicta l. diffa-*
mari, amp. 17. *n* 123. *verſ. tu autem adverte.*
114 Et licèt *d. l. ſi contendat*, loquatur in Fidejuſſore pro-
ponente exceptionem, nè conveniatur inſolidum, & ut
fiat diviſio inter Confidejuſſores, tamen locum habet in
quocumque Reo exceptiones peremptorias habente, ex
cumulatis per Cagnol. *in l. diffamari, n.* 5. *verſ.* 6. *am-*
plia. c. de Ing. manumiſſ. & per Oiaſc. *dec.* 151. *n.* 10.
115 Primò igitur differunt hæc remedia inter ſe in modo
articulandi, & probandi, Contard. *in l. diffamari, amp.*
17. *n.* 126. *C. de Ingen. manumiſſ.* & patet ex allegatis ſupra,
verſ. Secunda conl. n. 108. *& verſ. ſed licèt, n.* 109.
116 Secundò differunt, quia in remedio *d. l. diffamari*,
Actor cogitur agere in termino, aliàs ei imponitur ſilen-
tium. ſed in remedio, *l. ſi contendat, & l. Aurelius, § cen-*
tum, actor cogitur agere ſtatim, aliàs Judex procedit ſu-
per exceptione, & non Agenti imponit ſilentium, Socc.
conſ 94 *n.* 6. *l.* 3. quem ſequitur Cagnol *in l. diffamari, n.*
5. *C. de Ingen. manumiſſ.* Oiaſc. *dec.* 151. *n.* 12.
117 Tertiò quia intentans remedium *l. diffamari*, com-
pellit Adverſarium ad agendum, & dandum Libellum
contra ſe, alias eo non agente imponitur ei ſilentium; at
intentans remedium *l. ſi contendat, & l. Aurelius, §. cen-*
tum, non compellit Adverſarium ad dandum libellum,
ſed inſtat pro declaratione juris ſui, & requirit Adver-
ſarium, ut contradicat, ſi ſua putaverit intereſſe, quod
ſi non contradixerit, Sententia declaratoria illi præju-
dicabit, Caſtr. *in l.* 2. *n.* 2. *C. de ordin. iudic.*
118 Quartò differunt, quia in remedio *l. diffamari* agitur,
ut Diffamans à diffamatione ceſſet, adeo ut non poſſit
peti pronunciari ſuper jure ſuo, ut puta ſuper legitima-
tione, ſed in remedio *l. ſi contendat, & l. Aurelius, §. cen-*
tum, agitur ad declarationem juris ſibi competentis,
Contard. *in l. diffamari, amp.* 17. *n.* 124. *C. de Ing. manum.*
119 Proinde non videtur ſubſiſtere id, quod dicit Socc. *d.*
conſ. 94. *n.* 6. *lib.* 3. quod in remedio *l. ſi contendat, & l.*
Aurelius, §. centum. Actor cogatur agere ſtatim, nàm
ante Sententiam declaratoriam contradicere, & agere
poterit, aliàs Sententia declaratoria ſuper exceptione
lata illi nocebit, ut per Caſtr. *ubi ſupra*, & ob id potius
cauſativè, quàm ſtatim tenetur agere, & contradicere
petitæ declarationi, & ſi Actor non probaverit, Contra-
dicens abſolvetur per *l qui accuſare, C. de eden.* ut be-
nè obſervavit Contard. *in l. diffamari, ampl.* 17. *n.* 125.
120 Quinimò cum, ut ex premiſſis patet, ultra differen-
tiam à Socc. inter dicta remedia allatam adſint, ut ſupra,
aliæ notabiles differentiæ, nec etiam ſubſiſtit id, quod
idem Socc. ibidem aſſerit, quod inter dicta remedia non
ſit, niſi unica differantia per eum allata, ſuperius *verſ.*
a. differunt n. 126. à nobis relata.
Quintò differunt ſecundum Bald Nàm aut quis non 121
diffamat, & tunc ceſſat aſſignatio termini, & impoſitio
ſilentii, aut diffamat, & tunc de cauſa Status, procedit
text. *in l diffamari, c. de Ing. manumiſſ.* Si de crimine,
& tunc, ſi in judicio, aſſignatur terminus ad agendum.
c. licet in Beato Petro, de accuſat l. Titia, ff de accuſat.
l. ſi ex qua, C. de his qui accuſ. non poſſ. ſi extra judicium,
& faciem judicis, tunc officium mercenarium non per-
tinet ad Judicem, ſed Diffamator tenetur actione injuria-
rum *l. lex cornelia, §. fin. & l. item apud Labeonem, § ſi*
qui non Debitorem, ff. de iniur. Si verò ex talibus verbis
Diffamatoriis oritur controverſia poſſeſſionis, tunc po-
teſt agi remedio Gloſ. *in l. Aurelius, § centum, ff de l. l.*
Ita diſtinguit Bald in Margarita *ad Inn. in verbo Silen-*
tium, quem refert Georg. Nat. *in clem. ſæpè. in princ. in* 5.
not. in 3. *art. princ. n.* 16. *verſ. Bald. verò de verb. ſign. &*
Contard. *in l. diffamari amp.* 17. *n.* 124. *& ſeqq lim.* 7. *n.*
104. *& ſeq. c. de Ingen manumiſſ.*
Verumtamen circa hanc Bald. diſtinctionem.
Primò obſervandum eſt, quod licèt quando quis ſilet, 122
ceſſet aſſignatio termini, & impoſitio ſilentii in termi-
nis *d l. diffamari*, ut colligitur ex illo textu, & tradunt
ibi DD. ſupereſt tamen remedium *l. ſi contendat ff. de Fi-*
deiuſſ. in quo Diffamatio non requiritur, nàm ſicut Diſ-
ſamatus poteſt contra Diffamantem intentare reme-
dium *l. diffamari* ut ſupra, ita poteſt is cui competit ex-
ceptio, principaliter Judicem adire, & implorare Judi-
cis officium ut declaret ſibi exceptionem competere, &
exceptione ſua eum defendat, *d. l. ſi contendat, ubi* Gloſ.
communiter recepta, ff. de Fideiuſſ. Cagnol. *in d. l. diffa-*
mari, n. 5. ubi de communi teſtatur, *C. de Ingen. manum.*
Covar *var. reſol. l.* 1. *c.* 18. *n.* 3. ubi de communi teſtatur.
Secundò, licèt adverſus Silentem non detur reme- 123
dium *l. diffamari*, obſervandum tamen eſt, quod hoc pro-
cedit regulariter, datur nihilominus ad cautelè intentare
volenti prædictum remedium, quod faciat ſe diffamari
ab alio ſuper re, ſuper qua vult d. remedium, ut ſupra, in-
tentare, & tunc virtute hujuſmodi diffamationis intẽtet
d. remedium contra d. Diffamantem, nàm fundato Diſ-
famationis Judicio contra eum, poterit quoſcumq; alios
ſua intereſſe putantes, de quibus ſuſpicatur, citari face-
re, & terminis ſolitis præfixis, illis non agentibus repor-
tare, ſervatis ſervandis ut ſupra, Sententiam ſavorabi-
lem cum impoſitione ſilentii, *arg. Auth. ſi omnes, C. ſi mi-*
nor. ab hæred ſe abſtin. & l. ut qui natura, § ſi cum me ab-
ſente, cum ibi not. C. de neg. geſt. quam cautelam notanter
tradit Bald. *in Auth. ſed & ſi quis ab aliquo, n.* 1 *in verſ. cau-*
tela, C. de Teſt. Salic. *in l. ut qui natura, § ſi cum me abſen-*
te, n. 2. *verſ. quæro ſecundò, ff. de negoc geſt.* Georg. Nat.
in clem. ſæpe, in princ. in quin. notab. in tertiò art. prin. n.
16. *verſ. & quia dixit Bald. de verb ſignif.* Contard. *in l.*
diffamari, amp. 21. *n.* 142. ubi *in fin.* quod ab hac cautela
non eſt recedendum, *& n.* 143. *& ſeqq. & lim* 7. *n* 106. *in*
fin. C. de Ing manumiſſ. Boer. *dec.* 255. *n.* 6.
Tertiò obſervandum eſt, quod remedium, *l. diffamari* 124
non ſolum competit in cauſa Status, ad quam videtur in
dicta diſtinctione ſe reſtringere Bald. ſed in omnibus cau-
ſis, tam civilibus, quàm criminalibus, ut ſuperius *verſ.*
licèt autem remedium, n. 72. comprobavimus, & quod d.
remedium habeat locum, etiam in Diffamatione civili,
& ſic ubi non agitur, cauſa de Status, ſed rei temporalis,
tradit etiam Inn. *in c. conquerente, n.* 1. *& ſeq* & ibi But. *co.*
4. *n.* 29. *verſ. ad ſecundum dic. de offic. Ordin.* Roman. *conſ.*
53. *§. niſi n.* 1. Geor Nat. *in d. clem. ſæpe, in prin. in* 5. *not. ab.*
in 3. *art. princ. n.* 16. *in princ. de verb. ſignif.* Rot. *dec.* 2. *de*
dilat. in antiq.
Quartò denique obſervandum eſt, quod non ſolum 125
poteſt agi remedio, *l. ſi contendat, ff. de Fideiuſſ. & l.*
Aurelius, § centum, ubi Gloſſ. *ff. de l. leg.* quando ex
verbis diffamatoriis oritur contentio ſuper Poſſeſſione,
ut ait Bald. ubi ſupra, ſed etiam in aliis caſibus, ubi-
cumque legitima exceptio competit, etiamſi Diffama-
tio non præceſſerit, & colligitur ex dd. Juribus, ut ex
Gloſs. *in dict. §. centum*, & conſtat ex allegatis ſupra
verſ. verumtamen circa n. 122.
Septimò in hoc Judicio requiruntur termini ſub 126

Digitized by Google

ſtantiales, ut ſupra, de Stylo Curiæ ſervari ſoliti, prout
paſſim ſervat Praxis, & Curia, idq; cautius eſſe deniq;
concludit Saluſt. Tib. *in Prax. l. 2. c. 20. n. 7.*

127 Sed hoc non procedit in Tribunali A. C. in cauſis à
ducentis ducatis de Camera infra, nàm in eis A C. pro-
cedit terminis etiam non ſervatis, juxta ejus notorias
facultates Paul *V. conſt. 28. Eximia*, § *eas videlicet*, de
quo latiùs diximus ſupra *p. 2. c. 1. n. 97. & c. 4. n. 2. & n. 20.
& ſeqq.*

128 Quæ quidem terminorum obſervatio etiam de Jure
benè procedit, cum in hoc Iactationis, ſeù Diffamatio-
nis judicio Judex poſſit non ſolum præfigere terminum
ad agendum, ſed etiam ad articulandum, & producen-
dum omnia ex cumulatis per Gabr. *de act. concl. 9. n. 11,
& ſeqq.* Contard. *in d. l. diffamari, amp. 13. n. 89. & ſeq.
C. de ingen. manumiſſ.*

129 Octavò denique poſt dilationes elapſas, & terminos
ſervatos, ut ſupra, ſicut in aliis, ita etiam in hoc judicio
requiritur citatio ſpecifica ad Sententiam audiendam,
Contard. *in d. l. diffamari, q. 13. n. 87.* ubi quod nemo ad-
huc dixit in hoc contrarium, & *n. 88* ubi de communi
Marcheſ. *de commiſſ. tact. p 3. §. 1. n. 48. verſ. ſed hoc fol.
333* ubi de receptiori.

130 Ex quibus omnibus manifeſtè colligitur, quod Diffa-
matio illum inter cæteros notabilem operatur effectum,
ut poſſit Diffamanti, in terminis præfixis non agenti, per
Sententiam perpetuum ſilentium imponi, quæ quidem
ſententia, cum aliam poſt ſe non expectet, definitiva
reputari debet, prout ſub his verbis, *ſilentium imponi-
mus*, definitivam fieri poſſe. tradit Roman. *in leg. 1. n. 2.
ff. de re iud* per tex *in l. Aurelius, § centum iuncta* Gloſ.
in verbo conſequi, ff. de lib. legat. illamque definitivam
eſſe, tradit Abb. *in c. cum olim n. 8. de Teſt.* Dec. *in cap.
ſicet cauſam nu. 112. verſ. ultimò nota, de probat.* Socc. *in c.
quoniam frequenter, n. 28. & n. 46. ut lit. non conteſt.* Bald.
in l. Præſes in fin. n. 8. C. de Sent. Iaſ. *in l. Argentarius, §.
cum autem, n. 2. ff. de eden.* & aliis, quos congerit
Gabr *de act. concl. 6. n. 19.* Contard. *in l. diffamari oppoſ. 2.
n. 46. & ſeq. C. de ingen. manumiſſ.* Boer. *dec. 255 n. 12.*

Licet contrarium dixerint Rip. *in rubr. de eo iud. n. 11.*
& alii, quos refert Gabr. *d. concl. 6. n. 19. verſ. contrarium.*

131 Pro concordia tamen traditur hæc diſtinctio, Quod
aut fuit in hoc judicio lis conteſtata, & tunc Sententia
deſuper lata eſt definitiva, aut non fuit conteſtata, &
tunc eſt interloquutoria, Franc. *in c. cum ceſſante, quæſt.
34. col. fi. verſic. quid autem de Sententia,* Scac. *de Appell.*
quem ſequitur Gabr *de act. concl. 6. n. 20.* Maran. *de ord.
iud. in 3. p. 6 p. princ. act. 1. n 34.*

132 Sed hæc diſtinctio patitur difficultatem, quia cum
Sententia in judicio Diffamationis, ſeù iactationis lata
aliam poſt ſe non expectet, & negotio principali finem
imponat, utique definitiva reputari debet, *l. prima ff.
de re iud.* Bald. *in l. 1. n. 2. C. Sent. reſcind. non poſs.* Ma-
rant. *de ord. iud. in 3. p. princ. act. 1. n. 3.* Boer. *dec. 79. n
8.* cum aliis allegatis ſupra hac eadem *p. 3. c. 2. lit. C. verſ.
Sententia definitiva, n. 47.*

133 Secundò pro Concordia traditur alia diſtinctio, ſcil-
licet, Quod aut in procedendo fuit ſervatus ordo judicia-
rius de Iure requiſitus, & ſic, aut fuerunt ſervati termi-
ni, & ſolemnitates judicii ordinarii, & tunc Sententia
inde emanata eſt definitiva, aut dictus ordo, & ſolemni-
tates de Jure requiſitæ non ſunt ſervatæ, & tunc Senten-
tia eſt interloquutoria habens vim definitivæ, ſic diſtin-
guit Marcheſ *de Commiſſ. tact. p 3. §. 2. n. 82. fol. 351.*
ubi allegat Contard, *in l. diffamari in oppoſ. n. 47. & ſeq.*
qui ibi potius tenet contrarium, ſi rectè inſpiciatur.

134 Sed hæc quoque diſtinctio videtur habere difficulta-
tem, ſi quidem, terminis, & ſolemnitatibus de Jure
requiſitis non ſervatis, Sententia à nullitatis vitio ſal-
vari non poteſt.

135 Quatenus verò hæc *Marcheſani* diſtinctio refertur ad
litis conteſtationem, intelligendo quod lite non conte-
ſtata ſententia ſit interloqoutotia, diſtinctio remanet
eadem cum prima nec ideo ceſſat difficultas, tùm ex præ-
miſſis, tùm quia in remedio *l. diffamari* litis conteſtatio
non eſt neceſſaria, vel quia agitur de cauſa liberali, ſeù
libertaris, in qua ferri poteſt Sententia definitiva, etiam
lite non conteſtata, *l. 3. §. fin. ff. de lib. Hom. exhib. l.
diffamari, C. de ingen. manumiſſ. c. cum olim,* ubi Gloſſ.
ab omnibus approbata, in verbo, Sententiam, Innoc. *n.
3. ſeq.* Butr. *n. 3. in quarto not. & n. 10. &* Imol. *n. 2. de
Teſt.* Contard. *in dicta leg. diffamari, in ſecunda oppoſ. n.
47 ubi de communi, C. de Ingen. manumiſſ.*

Vel quia ubicumque non cadit miſſio in poſſeſſionem 136
ex primo, & ſecundo Decreto, nec poteſt Petenti aliter
conſuli, niſi feratur definitiva, prout in cauſa liberali,
& judicio diffamationis, in quo agitur pro retinenda poſ-
ſeſſione, devenitur, contra Contumaces ad Sententiam
definitivam abſque alia litis conteſtatione, Marian.
Socc. *in c. quoniam frequenter, in princ. lim. 23 n. 28. in
princ.* ubi de communi teſtatur (licèt ipſe, excepto re-
medio *l. diffamari*, in reliquis contrarium teneat) *& lim.
30. n. 46. ut lit non conteſt.* Contard. *in d. l. diffamari n. 47.
& ſeq.* cum aliis ſupra allegatis.

Subdit tamen Contard. *in d. l. diffamari, q. 22. n. 142.* 137
quod tantum reſpectu ordinis judiciarii, ex quo deficit
litis conteſtatio, poſſet dicta Sententia conſiderari ut
interloquutoria, & ſic probabiliter ſuſtineri diſtinctio
Fran. licèt Doctores ab eo allegati eam non firment.

Sed nihilominus, cum hæc Sententia definiat nego- 138
cium principale, ut diximus ſupra *verſ. ſed hæc diſtinctio
n. 132.* & modicum, vel nihil participet de interloquu-
toria, potius definitiva reputari debet, arg. *l. quæritur,
ff. de ſtat. Hom.* Saluſt. Tib. *in Prax. l. 2. c. 20. n. 5.*

Verumtamen in Tribunali A. C. nihil refert, an in 139
judicio Diffamationis de Jure litis conteſtatio, necne re-
quiratur, quia A. C habet facultatem procedendi in om-
nibus cauſis ſummariè, prout in Beneficialibus. Paul. V.
conſt. 28. Eximiæ, §. eas videlicet.

Proindè in cauſis ordinariis coram eo vertentibus, li- 140
cèt ſervetur tela judicii ordinarii, de qua ſupra, & Sen-
tentia feratur definitiva, ut Praxis obſervat, quæ dictas
facultates, ut ſupra, declaravit, *ad l. ſi de interpreta-
tione, ff. de leg.* non tamen in eis aliqua litis conteſtatio
eſt neceſſaria.

Tum quia in dicto Tribunali cauſæ omnes ut ſupra 141
ſunt ſummariæ, & in ſummariis litis conteſtatio non re-
quiritur, Clem. *diſpendioſam, de iud. &* Clem *ſæpe, de
verb. ſign.* Bart. *in extrav. ad reprimendum, in verbo,
& figura, n. 4. verſ. item an ſit.* Gem *conſ. 145. n 1. in fin,
verſ. non obſtat,* Rom *conſ. 174. n. 4. verſ. 3 quia,* Alex.
conſ. 181. nu. 7. l. 6. Papien. *in Prax. in form. libell, act.
real. §. executioni demandare n. 9.* Rot, *dec. 3. de lit. con-
teſt in nou.* Marian. Soccin. *in c. quoniam frequenter, in
princ. n 26. ut lit. non conteſt. ubi à num. 78.* Octuaginta
duos caſus enumerat, in quibus litis conteſtatio non re-
quiritur.

Tum etiam quia A. C in cauſis ordinariis virtute di- 142
ctarum facultatum procedit, prout in Beneficialibus, in
quibus aliqua litis conteſtatio non eſt de eſſentia, *c. quo-
niam frequenter, §. porrò ut lit. non conteſt.* Oldrad. *conſ.
330. n 3. verſ, nec obſtat,* Maran. Socc. *in d. c. quoniam
frequenter, in princ. n. 20. ut lit. non conteſt.*

Finitur igitur, & terminatur Diffamatio per Senten- 143
tiam definitivam, quæ tranſit in rem judicatam. Saluſt.
Tib. *in Prax. l. 2. c. 20. nu. quinto* Contard. *in l. diffa-
mari, q. 23, n. 148. Cod. de ingen. manumiſſ.* Marcheſ.
de Commiſſ. tactat. p. 3. § 2. n. 84. fol 351.

Sed hoc non procedit, quando Sententia ſuſpendi- 144
tur per appellationem, nàm tunc finis Diffamationis
penderet à confirmatione, vel infirmatione Sententiæ
in gradu appellationis. Si quidem ab hac Sententia,
præſertim ſtante impoſitione ſilentii, dari appellatio-
nem, non eſt ambigendum, *l. Titia, ff. de accuſ.* Ca-
gnol. *in l. diffamari, n 22. & ibi* Contard. *q. 28. n. 152.*
ubi quod per Omnes *in d. l. Titia*, per illum textum ita
concluditur, *C. de ingen. manum.* Saluſt. Tib. *d. l. 2 c.
20. n. 5.* Marcheſ. *de Commiſſ. tactat. p. 3. §. 3. n. 83. fol.
351.* ubi de communi teſtatur.

In cæteris in hac materia quilibet in facti contingen-
tia Doctores ſupra allegatos adire valebit.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.
De Privilegiis. Caput IV.

1 *Pupillus, Vidua, & ſimiles, habent electionem fori.*
2 *Curialis virtute Eugenianæ non poteſt conveniri, niſi in Curia.*
3 *Gaudentes privilegio* l. unicæ, *& Curiales, in partibus conventi, etiam in prima inſtantia poſſunt cauſas a Judicibus de partibus avocare, & coram A.C. introducere.*
4 *Monitorium pro Pupillo ſuper avocatione cauſæ, à Judice de partibus virtute* l. unicæ quando Imperat. *& ejus Formula.*
5 *Monitorium pro Vidua actrice virtute* l. unicæ *forum eligente, & ejus Formula.*
6 *Monitorium pro Curiali cum inſertione Eugenianæ, & ejus Formula.*
7 *Monitorium pro Curiali virtute Eugenianæ, abſque illius inſertione, & ejus Formula.*
8 *Monitorium eſt in partibus perſonaliter exequendum & deindè ad Curiam una cum Inſtrumento illius exequutionis à tergo remittendum.*
9 *Reproductio Monitorii in partibus exequuti, & ejus Formula.*
10 *Si ei, qui Monitorium obtinuit, non competit privilegium, vel Adverſarius ſit æquè privilegiatus, poteſt obtineri cauſam remitti ad partes.*
11 *Monitus, qui probare intendit, ſe pariter privilegiatum, vel Adverſario privilegium non competere, poteſt id probare per Scripturas, vel Teſtes, & alia probationum genera.*
12 *Citatio ad videndum moderari inhibitionem, & cauſam remitti ad partes, attenta prima Inſtantia, & ejus formula, & Proceſſus.*
13 *Inſtrumentum Remiſſionis cauſæ ad partes, & ejus formula.*
14 *Si A.C. cauſam ad partes de Jure remittendam remittere recuſat, poteſt adiri Signatura Juſtitiæ, & obtineri illius remiſſio.*
15 *Si cauſa debet remanere in Curia debet Monitus conſtituere Procuratorem, qui proteſtetur in actis, nihil fieri, ne aliàs procedatur per Contradictas.*
16 *Proteſtatio Procuratoris, ne cõtra Monitũ in partibus procedatur per Contradictas, & ejus formula.*
17 *Procurator, ſi ejus Domus non eſt nota Curſoribus, debet eligere Domicilium.*
18 *Cauſa virtute* l. unicæ *in Curia introducta ſuper Jactationibus poteſt, qui illam introduxit ſervatis ſervandis proſequendo, obtinere abſolutoriam.*
19 *Introducens coram A.C. cauſam ordinariam virtute* l. unicæ *debet verificare Monitorium, etiamſi non fuerit negatum.*
20 *Monitorium eſt verificandum per productionem Jurium, per teſtes, & alia, ſervatis ſervandis.*
21 *Reus poteſt deducere ſuas exceptiones, & illas probare per legitima probationum genera.*
22 *Admiſſio Jurium, & Articulorum in cauſis ordinariis fit ſimpliciter abſque ulla clauſula.*
23 *Citatio ad libellandum in terminis ſubſtantialis, & ejus Formula, & Proceſſus.*
24 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam, & ejus Formula, & Proceſſus.*
25 *Cedula Sent. in cauſa ordinaria introducta coram A.C. virtute* l. unicæ, *& ejus Formula.*
26 *Sententia abſolutoria ab impetitis, vel ab obſervatione judicii, & Cedula appellationis quomodo in cauſis introductis coram A.C. virtute* l. unicæ *confici poſſint, remiſſivè.*
27 *Commiſſio appellationis in cauſa ordinaria coram A.C. virtute* l. unicæ *introducta, & ejus Formula.*
28 *Commiſſio appellationis in cauſis ordinariis ſignatur via ordinaria, Parte non citata.*
29 *Conſtantinus Imperat. in ſuo Lateranenſi Palatio Eccleſiam Salvatori dedicavit, & alias Baſilicas Romæ fundidit.*
30 *Conſtantinus Imperat. Eccleſiæ Romanæ, ac Summo Pontifici Urbem Romam, & alias multas conceſſit, & donavit.*
31 *Conſtantinus Imperator Romanum Imperium in Græcos tranſtulit.*
32 *Regis officium eſt liberare oppreſſos de manu Calumniantium, & Pupillis, & Viduis auxilium præbere.*
33 *Deus præcepit Pupillis, viduis & ſimilibus miſerabilibus Perſonis nõ inferri malũ, nec inferri permitti.*
34 *Sed illis bene fieri, & ſignanter in Judicio.*
35 *Conſtantinus anno Imperii ſui 27. ſalutis verò 334. in favorem Pupillorum, Viduarum, & ſimilium, privilegium edidit, & Juſtinianus illud in corpore Juris clauſit.*
36 *Pupillus propriè eſt, qui deſiit eſſe in poteſtate Patris, & adhuc 14. ann. ætatis non complevit.*
37 *Pupillus impropriè dicitur etiam impuber, qui Patrem habet.*
38 *Pupillus unde dicatur.*
39 *Vidua non ſolum, quæ Virum habuit, ſed etiam quæ illum non habuit, appellatur.*
40 *Mulier, quæ Virum non habuit, appellatur Vidua in latiori ſignificatione.*
41 *Matrimonium quid ſit.*
42 *Vidua dicitur, quæ ſine dulitate eſt.*
43 *Vidua in ſtricta ſignificatione dicitur illa, cujus Maritus mortuus eſt, & alio caret.*
44 *Perſonæ miſerabiles illæ omnes, quarum natura nos inducit ad miſerandum, reputari debent.*
45 *Miſerabiles dicuntur quaſi miſereri habiles.*
46 *Perſonæ quarum natura Nos inducit ad miſerendum dicuntur miſerabiles etiam ſi ſint divites.*
47 *Pupilli, & Viduæ ſunt perſonæ miſerabiles quarum Nos Deus inducit ad miſerendum.*
48 *Pupilli, & Viduæ ſunt perſonæ miſerabiles, etiamſi ſint divites.*
49 *Mulier habens Virũ inutilem eſt perſona miſerabilis.*
50 *Orphani ſunt perſonæ miſerabiles.*
51 *Orphani ſunt minores 14. annis utroq; Parente orbati.*
52 *Peregrini, & Advenæ ſunt perſonæ miſerabiles.*
53 *Puella nobilis, quæ ſecundũ ejus conditionẽ nubere nequit, dicitur pauper, & ei, ſicut Pauperi eſt providẽdũ.*
54 *Pauperes ſunt perſonæ miſerabiles.*
55 *Mercatoribus in itinere eſt ſummariè ſuccurendum ſi graventur vectigalibus.*
56 *Publici pœnitentes ſunt perſonæ miſerabiles.*
57 *Liberti ab Eccleſia manumiſſi, & ad eam confugientes ſunt perſonæ miſerabiles.*
58 *Officiales, & Ruſtici ſervientes Eccleſiæ, ſi ſunt pauperes, & ſerviunt gratis, ſunt perſonæ miſerabiles.*
59 *Infantes expoſiti ſunt perſonæ miſerabiles.*
60 *Senes, & decrepiti ſunt perſonæ miſerabiles etiamſi ſint divites.*
61 *Cæci, Mutilati, Leproſi, & debilitati ſunt perſonæ miſerabiles.*
62 *Carcerati, & Captivi ſunt perſonæ miſerabiles.*
63 *Cruce ſignati ſunt perſonæ miſerabiles.*
64 *Ad fidem nuper Converſi ſunt perſonæ miſerabiles.*
65 *Diuturno morbo fatigati ſunt miſerabiles, etiamſi ſint divites.*
66 *Laborantes morbo Gallico non gaudent privilegiis miſerabilium perſonarum.*
67 *Furioſi, & ſimiles ſunt perſonæ miſerabiles.*
68 *Furioſis, & ſimiles æquiparantur Pupillo.*
69 *Omnes perſonæ quarum natura movet ad miſerendum, ſunt miſerabiles.*
70 *Miſerabiles dici poſſunt omnes perſonæ, licèt non enumeratæ inter miſerabiles, ſi in eis viget æqualis, vel major ratio, quam in enumeratis.*
71 *Quæ ſint perſonæ inter miſerabiles non enumeratæ nec declaratæ, relinquitur arbitrio Judicis.*
72 *In perſonis miſerabilibus declaratis nõ requiritur alia Judicis declaratio, ſecus in non declaratis, & n. 73.*
73 *In judicando non eſt à Communi recedendum.*
74 *Pupilli trahunt extra proprium Domicilium, ſed non trahuntur.*
77 *Pupilli, Viduæ, & miſerabiles perſonæ trahunt etiam poſt litem conteſtatam, ſed non trahuntur.*
76 *Pupillus effectus major lite pendente gaudet privilegio* l. unicæ.
77 *Pupillus exiſtens in poteſtate patris non gaudet privilegio* l. unicæ.
78 *Pupillus exiſtens in poteſtate Avi non gaudet privilegio* l. unicæ.

79 Pup.l-

Digitized by Google

79 *Pupillus dives non gaudet privilegio* l. unicæ.

80 *Contrarium eſt verus, & ſervat Signatuea.*

81 *Pupillus non gaudet privilegio* l. unicæ, *quando lis fuit conteſtata cum ejus patre poſtea defuncto.*

82 *Pupillus in partibus exiſtens, in forma Cameræ obligatus poteſt conveniri coram A.C. non obſtante* l. unicæ.

83 *Miſeeabilis in forma Cameræ obligatus poteſt ſine dubio ab alio Miſerabili conveniri coram A.C.*

84 *A.C. eſt Judex obligationis Cameralis privativè quoad alios.*

85 *Facultates A.C. ſe extendunt ad Communitates, & Univerſitates, & compræhendunt Pupillos, & Miſerabiles.*

86 *Pupillus virtute obligationis Cameralis poteſt conveniri coram A.C. etiam ſi obligatio ſit facta ob ejus Patre poſtea defuncto.*

87 *Facultates A.C. in materia obligationis Cameralis ſont datæ privativè, quoad Judices Romanæ Curiæ, non quoad Judices de partibus.*

88 *A.C. non poteſt cauſas à Judicibus de partibus virtute obligationis Cameralis reaſſumere.*

89 *Pupillus coram A.C. conventus virtute obligationis Cameralis non poteſt Adverſarium coram Judice de partibus trahere.*

90 *Pupillus, & alii miſerabiles non poſſunt renunciare privilegio* l. unicæ.

91 *Perſona miſerabilis poteſt legis autheritate amittere privilegium* l. unicæ.

92 *Vidua, uti miſeratione digna, gaudet privilegio,* l. un.

93 *Vidua gaudet privilegio* l. un. *etiam poſt litem conteſtatam, & cœptum judicium coram Ordinario.*

94 *Vidua gaudet privilegio* l. un. *etiã in ſecũda inſtãtia.*

95 *Vidua gaudet privilegio* l. unicæ, *etiamſi lite pendente nupſerit.*

96 *Vidua gaudet privilegio* l. un. *etiamſi Maritus defunctus fuiſſet miraculosè reſoſcitatus, & n. 98.*

97 *Miraculosè Reſuſcitatus rumpit Teſtamentum, & omnia bona ſua, & Filios recuperat.*

98 *Miraculosè Reſuſcitatus non recuperat Uxorem, nec Uxor Virum.*

99 *Clericus reſuſcitatus non recuperat Beneficium.*

100 *Reſuſcitatus non tenetur redire ad Monaſterium, nec eſt iterum doctorandus, nec denuò baptizandus.*

101 *Vidua dives non gaudet privilegio* l. unicæ.

102 *Contrarium eſt verius de jure, ex magis communi opione, quàm ſervat Signatura.*

103 *Vidua inhoneſta non gaudet privilegio* l. unicæ.

104 *Vidua, quæ Virum occidit, non gaudet privilegio* l. un.

105 *Mulier habens Maritum inutilem, vel Patre deſtituta gaudet privilegio* l. unicæ.

106 *Virgo in Cœlibatu vitam ducens, animoque permanendi, gaudet privilegio* l. unicæ.

107 *Virgo gaudet privilegio* l. unicæ.

108 *Virgo ſtuprata agens pro ſtupro contra Stupratorem gaudet privilegio* l. unicæ.

109 *Virgo nobilis, ſecundum conditionem ſuam nubere non valens gaudet privilegio* l. unicæ.

110 *Virgo honeſta gravis ætatis gaudet privilegio* l. un.

111 *Vidua, vel Virgo deſponſata per verba de futuro gaudet adhuc privilegio* l. unicæ.

112 *Deſponſata per verba de præſenti eſt verè uxor, & non gaudet privilegio* l. unicæ.

113 *Virgo nobilis valde dives, plures conſanguineos, & Fautores habens, non gaudet privilegio* l. unicæ.

114 *Virgo exiſtens in poteſtate Patris, vel Avi non gaudet privilegio* l. unicæ.

115 *Pauperes gaudent privilegio* l. unicæ.

116 *Pauper culpa ſua effectus non gaudet privilegio* l. un.

117 *Hoſpitale legitimè erectum de jure gaudet privilegio* l. unicæ.

118 *Studentes de Jure gaudent privilegio* l. unicæ.

119 *Eccleſia de Jure gaudet privilegio* l. unicæ.

120 *Eccleſia, contra quam adeſt violentia, rapina, vel fraus, habet electionem fori.*

121 *Eccleſia pauper ſine dubio gaudet privilegio* l. unicæ.

122 *In Regno Caſtellæ Eccleſia etiam dives gaudet privilegio* l. unicæ.

123 *Eccleſiæ de jure competere privilegium,* l. unicæ *fuit in Sacro Conſilio Neapolitano deciſum.*

124 *Privilegium* l. un. *habet locum etiam in foro Eccleſiaſtico, & ita ſervat Praxis, & Signatura.*

125 *Perſonæ miſeeabiles, quarum Natura movet ad miſerendum grandent privilegio* l. unicæ.

126 *Perſonæ miſerabiles poſſunt opponere declinatoriam, etiam poſt litem conteſtatam.*

127 *Cauſæ Miſerabilium perſonarum debent ſignanter cognoſci per ſuprema Tribunalia.*

128 *Perſonæ miſerabiles trahunt ad forum principis, & non trahuntur.*

129 *Miſerabilis ſua culpa effectus non gaudet privil.* l. un.

130 *Miſerabilis perſona in cauſa, quæ debet cognoſci ab aliquo qui eſt Judex privativè quoad alios non gaudet privilegio* l. unicæ.

131 *Privilegium* l. unicæ *non procedit, niſi ad effectum trahendi Adverſarium coram Principe, at alio Adverſarii Judice competente.*

132 *Privilegiatus contra privilegiatum non utitur privilegio, ſed Actor ſequitur forum Rei.*

133 *Eccleſia contra Eccleſiam privilegiatam non utitur privilegio.*

134 *Magis privilegiatus trahit minus privilegiatum, & ab eo non trahitur.*

135 *Privilegiatus, in quo viget major ratio privilegii utitur privilegio contra Privilegiatum, in quo vigit minor ratio.*

136 *Privilegiatus agens de damno vitando utitur privilegio contra Privilegiatum, niſi etiam alter de damno vitando agat.*

137 *Privilegiatus utitur privilegio contra eum, in quo ceſſat cauſa privilegii.*

138 *Privilegiatus utitur privilegio contra eum, qui non eſt privilegiatus in illa cauſa.*

139 *Privilegiis ſemotis is præfertur, cui aſſiſtit Ius cõmune.*

140 *Miſerabiles perſonæ non gaudent privilegio* l. unicæ, *quando in conceſſione Juriſdictionis fuit illi ſpecificè, & expreſſe derogatum.*

141 *Privilegio* l. unicæ *non poteſt derogari, niſi per Signaturam Gratiæ.*

142 *Perſonæ miſerabiles gaudent privilegio* l. un. *etiam in ſecunda, & ulteriori inſtantia.*

143 Theſaur. dec. 177. nu. 8. *non negat Miſerabilibus perſonis competere privilegium* l. unicæ *in tertia, & ulteriori inſtantia.*

144 *Perſonæ Miſerabiles in Tribunali A.C. gaudent privilegio* l. un. *in tertia, & ulteriori inſtantia ex Praxi.*

145 *Gaudẽs privilegio* l. un. *illud confert litis Cõſortibus.*

146 *Laicus habens cauſam communem cum Clerico de iure gaudet etiam ipſe privilegio fori Eccleſiaſtici.*

147 *Si cauſa eſt dividua, quilibet coram ſuo Judice conveniatur, ſecus ſi eſt individua.*

148 *Cauſa dicitur, individua, quando agitur de unica re, unica actione.*

149 *Clericus, Pupillus, & Miſerabilis venient ad cauſam uti Defenſor neceſſarius, tenetur cauſam defendere in ea Curia, in qua agitur.*

150 *Perſonæ miſerabiles ſunt ſub protectione Eccleſiæ, & fori Eccleſiaſtici.*

151 *Perſonæ miſerabiles, ſi ſunt pauperes, ſub foro Eccleſiaſtico.*

152 *Perſonæ miſerabiles divites, ſi ſunt oppreſſæ, & ſpoliatæ, ſunt ſub foro Eccleſiaſtico*

153 *In Regnis Galliæ, & Hiſpaniæ non eſt uſu recepta cõmunis opinio, quod Perſonæ miſerabiles divites ſint ſub foro Eccleſiaſtico, niſi data negligentia Judicis ſecularis in exhibendo illis Juſtitiæ complementum.*

154 *Perſonæ Miſerabiles, quæ non ſunt pauperes, nec oppreſſæ ſubſunt foro Eccleſiaſtico, ſi Judex ſæcularis non exhibet illis juſtitiæ complementum.*

155 *Jo. Maria Novarius J.C. Lucanus uberrimum tractatum de electione, & variatione fori compilavit.*

156 *Imp. Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius Curialibus Urbis Romæ conceſſerunt privilegium, nè poſſent conveniri niſi in Curia, quod ab aliis Imper. approbatum Juſtinianus in corpore Juris clauſit.*

157 *Summus Pontifex Eugenius IV. in favorem Curialium Urbis Romæ edidit conſtitutionem Eugenianam nuncupatam, quæ eis conceſſit privilegium, ne poſſent litibus extra Curiam vexari.*

158 *Officiu-*

Digitized by Google

158 *Officialium appellatione in Eugeniana continentur Cardinales S. R. E.*

159 *Officialium appellatione in Eugeniana comprehenduntur omnes Curiales Urbis.*

160 *A.C. habet facultatem, in vim Eugenianæ in favorem Curialium emanatæ, inhibendi.*

161 *Appellatione Curialiũ veniũt Familiares Cardinaliũ.*

162 *Ad familiaritatẽ obtinẽdã requiritur mens, & animus.*

163 *Appellatione Curialium veniunt omnes ſequentes Romanam Curiam.*

164 *Ubi Papa, ibi Roma, & Curia.*

165 *Advocati, Procuratores, & alii Curiales Romanam Curiam ſequentes gaudent Privilegio Eugenianæ.*

166 *Eugeniana in favorem Curialium emanavit.*

167 *Ad acquirendam Curialitatem requiritur animus, & factum qualificatum.*

168 *Ad amittendam Curialitatem ſufficit animus.*

169 *Curiales pro majori parte non ſunt graduati.*

170 *Curialibus conceduntur plura privilegia, de quibus remiſſivè.*

171 *Curialis gaudens privilegio Eugenianæ confert illud litis Conſortibus.*

172 *Magis dignum trahit minus dignum ſignanter in individuis.*

173 *Eugeniana capit Curiales Reos, non etiam Actores.*

174 *Curialis Actor ſequitur forum Rei.*

175 *Geſta in partibus contra Curialem, & venientem ad Curiam, non tamen ibi prius præventum, ſunt nulla.*

176 *Curialis in partibus conventus debet opponere, privilegium Eugenianæ ante litem conteſtatam.*

177 *Curialis conteſtando litem in partibus, etiam per Procuratorem habentem Mandatum cum libera, amittit Privilegium.*

178 *Curialis intentãs remedium* l. diffamari, *ſi non docet de ſua poſſeſſione, non gaudet privilegio Eugenianæ.*

179 *Eugeniana non procedit contra Privilegiatos virtute,* l. unicæ.

180 *Eugeniana non ſuffragatur ei, qui ſpacio unius anni non habitavit in Curia.*

181 *Recedens à Curia animo non redeundi amittit privilegium Eugenianæ.*

182 *Eugeniana hodie non habet locum quoad Curiales reſpectu Beneficiorum, licet olim ſecus.*

183 *Curiales Beneficia obtinentes ex diſpoſitione Sacri Concilii Tridentini ratione Beneficiorum remanent ſubiecti Ordinariis locorum.*

184 *Curiales Clerici Beneficia non obtinentes ſunt exempti à Juriſdictione Ordinarii, & gaudent privilegio Eugenianæ.*

185 *Deciſio in Romana Salviani prima 1609. coram bo. me. Manzanedo loquitur de Æg diana, non de Eugeniana, quæ nil cum ea commune habet.*

186 *Cardinalis Ægidius, qui edidit Cõſtitutiones Ægidianas, non habebat juriſdictionem, niſi in temporalibus.*

187 *Eugeniana fuit edita à Summo Pontifice, ideo comprehendit Clericos, in quos ipſe habet juriſdictionis plenitudinem.*

188 *Eugeniana habet Decretum irritans &c. & clauſulam, ſublata, quæ claudit os, & tollit facultatem aliter judicandi.*

189 *Decretum irritans operatur, quod Conſtitutio ſuper qua eſt oppoſitum, non poſſit impugnari ſub prætextu quod non ſit uſu recepta.*

190 *Privilegium continens Decretum irritans non tollitur per non uſum, nec præſcriptionem, nec per contraventionem, nec poteſt ei renunciari in præjudicium Succeſſorum.*

De Privilegiis. Pars Tertia. Cap. IV.

1 SI Pupillus, vel Vidua, vel alia ſimilis Perſona privilegiata quæ virtute *l. unicæ, C. quando imper.* habet
A electionem fori, A.
2 Vel Curialis, qui vigore Conſtitutionis Eugenianæ
B non poteſt conveniri, in Curia, *B.* ſi fuerit in partibus
3 conventus, poteſt virtute ſui privilegii etiam in prima Inſtantia, antequàm Judex de partibus ad cauſæ expeditionem procedat, cauſam ab eo avocando, illam prævio Monitorio, ſeù Citatione cum inhibitione opportuna, coram A.C. introducere, ut infra, & aliàs mutatis mutandis, prout facti contingentia requirit, videlicet.

Chriſtophorus Vidman Prothonotarius Apoſtolicus 4
Utriuſquæ Signaturæ Sãctiſs. D. N. Papę Referendarius, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæq; Curiæ Judex ordinarius, Sententiarum quoque, ac Cenſurarum, tàm in eadem Romana Curia, quàm extra eam laturum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiſs. D. N. Papa ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis R R. DD. Abbatibus, Prępoſitis, Archidiaconis, Prioribus, Vicariis, Decanis Diaconis, Scolaſticis, Cantoribus, Theſaurariis, Sacriſtis, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, ſeù Locumtenentibus eorundem, Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcumq; illique, vel illis, ad quem ſeu ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, imò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis Noveritis, fuiſſe nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad inſtantiam NN. pupilli, ac ob id privilegio *l. unicæ C. quand. Imper.* gaudentis, & expreſsè gaudere velle declarantis, & virtute dicti privilegii forum noſtrum eligentis, principalis, & expoſitum, quod NN. ex adverſo principalis, & forſan alii in exequutione præſentium nominan. & cognominan. neſcitur quo jure ſuffulti, eundem Dominum Exponentem in partibus coram diverſis Judicibus trahere, vel aliàs moleſtare velle, ſeſe jactarunt, & jactant, & forſan moleſtant de præſenti contra omne Juris debitum, in grave ejuſdem D. Exponentis damnum, & præjudicium, Idcirco ad Nos recurſum habuit, ſupplicando, quatenus in præmiſſis ei de opportuno Juris remedio providere dignaremur. Nos igitur Chriſtophorus Vidman Judex, & Auditor præfatus attendentes petitionem, & requiſitionem hujuſmodi fore, & eſſe juſtam, & rationi conſonam, quia juſta Petenti non eſt denegandus aſſenſus. Vobis omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, & veſtrum cuilibet inſolidum, tenore præſentium, committimus, & in virtute Sanctæ obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquàm præſentium vigore fueritis requiſiti, vel alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtra, imò Apoſtolica authoritate, moneatis, & requiratis, prout Nos harum ſeriè monemus, & requirimus dictum NN. & omnes alios, & ſingulos in exequutione præſentium nominan. & cognominan. eiſque nihilominus præcipiatis, & mandetis, prout Nos harum ſerie præcipimus, & mandamus eiſdem, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, & ultimo peremptorio termino, & canonica monitione aſſignamus, & vos aſſignetis eiſdem, ſub mille ducatorum auri in auro Rev. Cam. Apoſtlicæ applican. & pro illis mandati exequutivi, & in juris ſubſidium excommunicationis, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, debeant, & quilibet ipſorum, ad quem ſpectat, debeat ab omnibus, & ſingulis moleſtationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis eidem Domino Exponenti in partibus, pro quavis cauſa, & occaſione, tàm mota, quàm movenda, illatis, in futurum ceſsaſſe, deſtitiſse, & abſtinuiſſe, & ceſsari, &c. & abſtineri feciſse, nullumque impedimentum, ſeù moleſtiam de cętero intuliſse, ſeù inferri feciſse, quinimò, ſiquid ab eodem D. Exponente prætendunt pro quaviscauſa, & occaſione, tam mota, quàm movenda, id totum coram Nobis, & per acta infraſcripti noſtri Notarii, & non alibi, deduxiſſe, & deduci feciſſe, ipſique D. Exponenti, qui deducit omne jus, omnemque actionem ſibi de Jure magis proficuam, & competentem Jus, & Juſtitiam miniſtrari, aliaſque, & alia fieri, & exequi vidiſſe, & audiviſſe, in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna, & præſentibus noſtris literis Monitorialibus, & Inhibitorialibus omninò paruiſſe: Alioquin prædictos ſic monitos, quod ſi in præmiſſis, ſe fore gravatos ſenſerint, peremptoriè citetis, & citari curetis, prout Nos citamus, & citari mandamus per præſentes, quatenus octava die poſt exequutionem præſentium immediatè ſequente, ſi dies ipſa juridica fuerit, Alioquin alia prima die juridica, ex tunc proximè futura, compareant Romæ in Judicio legitimè coram

Digitized by Google

ram Nobis, ſeù infraſcripto Reverendiſs. D. Locumtenente noſtro, cauſam eorum prætenſi gravaminis allegaturi, aliaſque, & alia facturi, dicturi, & recepturi, prout Juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis. Certificantes eoſdem ſic monitos, & citatos, quod ſivè in dicto citationis termino comparuerint, ſivè non; Nos nihilominus, vel prædictus Locumtenens noſter ad prædicta omnia, & ſingula, & ad alia graviora Juris, & facti remedia neceſſaria, & opportuna, uſque ad Sententiam definitivam incluſivè, per audientiam publicam literarum, Contradictarum, vel edictorum publicorum, ut moris eſt, procedemus, ſeù procedet, Juſtitia mediante, eorumdem Citatorum contumacia, vel abſentia in aliquo non obſtante. Et inſuper inhibeatis, & inhibendo expreſsè præcipiatis, & mandetis, prout Nos harum ſerie inhibemus, præcipimus, & mandamus dicto NN, exadverſo principali, & omnibus aliis in exequtione præſentium nominan. & cognominan. nè viſis præſentibus, ſub antedictis Sententiis, Cenſuris, & pœnis, audeant, ſeù præſumant, aut eorum aliquis audeat, ſeù præſumat, Dominum Inſtantem, de, & ſupra præmiſſis quomodo libet moleſtare, vexare, turbare, vel impedire, ſeù moleſtari, vexari, turbari, vel impediri facere per ſe, vel alium, ſeù alios, quovis prætextu, præſito colore, cauſa, vel ingenio, vel occaſione, quod ſi ſecus factum fuerit, id totum revocare, & in priſtinum ſtatum reponere curabimus, Abſolutionem verò in præmiſſis Nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus; in quorum fidem, &c. Datum Romæ ex Ædibus noſtris, hac die, &c.

N. Notarius.

Locus † ſigilli.

N. Auditor.

Aliud Monitorium pro Vidua Actrice.

5 Chriſtophorus Vidman Prothonotarius Apoſtolicus utriuſque Signaturæ Sanctiſſ. D. N. Papæ Referendarius, necnon ejuſdem Sanctiſſ. ejuſque Camerarii, ac cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, Sententiarum quoque, & Cenſurarum, tàm in eadem Romana curia, quàm extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcunque, univerſalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiſſ. D. N. Papa ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Præpoſitis, Archidiaconis, Prioribus, Decanis, Vicariis, Scolaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurarii, Sacriſtis, Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, eorum Locumtenentibus, Plebanis, Viceplebania, Cappellania, Curatis, & non Curatis, cæteriſque Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcumque per Civitatem, & Diœceſim NN. & aliàs ubilibet conſtitutis, illique vel illis, ad quem, vel ad præſentes noſtræ literæ pervenerint ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, imò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis, fuiſſe nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad inſtantiam Dominæ NN. Viduæ relictæ olim NN. privilegio *l. unicæ, quand. imperat.* gaudentis, & expreſsè gaudere velle declarantis, ac ejuſdem privilegii vigore forum noſtrum eligentis, principalis, & expoſitum, quod tempore contracti Matrimonii, cum d. q. NN eidem tradidit in dotem, & nomine dotis prædium ſitum in Territorio Civitatis N. in Villa N. in loco nuncupato N. juxta bona NN. & NN. ſalvis aliis, ſi qui, &c. inæſtimatum, cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis, necnon etiam ſcuta ſexcenta monetæ cum pacto de reſtituendo dictam dotem eidem Dominæ Exponenti, illiuſque Hæredibus, & Succeſſoribus, cum juribus dotalibus, in omnem caſum, & eventum reſtitutionis dictæ dotis, prout ſuis loco, & tempore demonſtrabitur, & quod dictus NN. duobus jam tranſactis annis vitam cum morte commutavit, & ob id factus eſt locus reſtitutioni dictæ dotis, cum omnibus juribus dotalibus, & alimentis ei debitis à die obitus dicti ejus viri, qui ultra dictam dotem, habuit, tempore pariter contracti Matrimonii, bona inferius adnotata, quæ dicta D. exponens ſibi reſervavit tamquàm paraphernalia, & ad eam ſpectantia pleno jure, licet dictus ejus vir illa adminiſtraverit, & eorum fructus perceperit, ac in proprios uſus converterit, & utilitatem, ipſa D. exponente in vita. Cumque dicta D exponens velit dictam dotem, & bona recuperare, juſtitia mediante, cum amicabiliter ab NN. agnato, & Hærede ejuſdem NN. ejus viri, ea hucuſque conſequi, & recuperare nequiverit, ad nos recurſum habuit, ſupplicando, quatenus ei in præmiſſis de oportuno juris remedio providere dignaremur. Nos igitur Chriſtophorus Vidman Judex, & Auditor præfatus attendentes petitionem hujuſmodi fore, & eſſe juſtam, & quod juſta petenti non eſt deneganda aſſenſus. Vobis omnibus, & ſingulis prædictis, & veſtrum cuilibet inſolidum, tenore præſentium committimus, & mandamus quatenus ſtatim viſis, & receptis preſentibus, & poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, vel alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtra, imò Apoſtolica authoritate, moneatis, & requiratis, prout nos harum ſerie requirimus, & monemus, dictum NN. agnatum, & Hæredem dicti NN. eique nihilominus præcipiatis, & mandetis, prout nos harum ſeriè præcipimus, & mandamus eidem, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum, duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos dies pro tertio, & ultimo peremptorio termino, Canonica monitione aſſignamus, & vos aſſignetis eidem ſub 500. ducatorum auri Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & pro illis Mandati exequutivi, & in juris ſubſidium excommunicationis, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pœnis, debeat dictum prædium, & pecunias, ac alia bona per d. q. NN. virum d. D. exponentis conſtante Matrimonio, ut ſupra, habita, eidem exponenti realiter, & cum effectu reſtituiſſe, perſolviſſe, & conſignare, ac reſtitui, perſolvi, & conſignari feciſſe, una cum juribus dotalibus, & alimentis de jure, conſuetudine, ſeù ſtatuto, aut aliàs quomodolibet debitis, ac cum omnibus fructibus per eumdem NN. Maritum, conſtante Matrimonio, ex dictis bonis paraphernalibus habitis, & perceptis; & de omnibus damnis, expenſis, & intereſſe paſſis, & patiendis, ac liquidandis, ſatisfeciſſe, ipſique Dominæ exponenti deducenti omne jus, omnemque actionem ſibi de jure, magis proficuam, & competentem, jus, & juſtitiam miniſtrari, aliaſque, & alia fieri, & exequi vidiſſe, & audiviſſe in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna, & præſentibus noſtris literis Monitorialibus, & inhibitorialibus omninò paruiſſe. Alioquin prædictos ſic monitos, ſi in præmiſſis ſe fore gravatos ſenſerint, peremptoriè citetis, & citari curetis, prout nos citamus, & citari mandamus per præſentes, & quatenus octava die poſt exequutionem præſentium immediatè ſequenti ſi ipſa dies juridica fuerit, alioquin alia prima die juridica & tunc proxime futura compareant Romæ in judicio legitimè coram nobis, ſeù infraſcripto Reverendiſſimo D. Locumtenente noſtro, cauſam eorum prætenſi gravaminis allegaturi, aliaſque, & alia facturi, dicturi, & recepturi, prout juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis. Certificantes eoſdem ſic monitos, & citatos, &c. Et inſuper inhibeatis, &c. Abſolutionem verò, &c. In quorum, &c. Datum Romæ, &c. hac die &c. (*extendes clauſulas, ut in proximo præcedente.*

NN. Notarius.

Locus † ſigilli.

N. Locumten.

Aliud ſimile virtute Eugenianæ.

Chriſtophorus Vidman Protonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturæ Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Referendarius, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, ſententiarum quoque, & Cenſurarum, tàm in eadem Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac litterarum Apoſtolicarum quorumcumque univerſalis, & merus exequutor ab eodem Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa ſpecialiter deputatus Univerſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Præpoſitis, Archidiaconis, Prioribus, Vicariis, Decanis, Diaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Theſaurariis, Sacriſtis, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, ſeù Locumtenentibus eorumdem, Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, Preſbyteris, Clericis, & Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcumque illiſque vel illis, ad quem, ſeù ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſeù præſentabuntur, ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi,

modi, imò verius Apoſtolicis, firmiter obedire mandar s Graves Deo, & Apoſtolicę Sedi irrogantur injurię, cum ejuſdem Sedis Officiales, & quęvis aliæ perſonæ, pro ſuis cauſis, aut aliorum negociis in dicta Curia moram trahentes, ſeù ad ipſam confluentes, vel recedentes ab eadem, in partibus per locorum Ordinarios, eorumque Officiales, & Commiſſarios & alios quoſcumque, cujuſcumque dignitatis ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, ſeù authoritatis exiſtant, à quorum juriſdictionibus ſunt exempti, quacumque ratione, occaſione, vel cauſa Beneficiis eorum Eccleſiaſticis, ac fructibus, redditibus, proventibus, & diſtributionibus ex eiſdem provenientibus, bonisque, & rebus aliis privantur, & ſpoliantur, necnon litibus, & proceſſibus involvuntur, vexantur, impediuntur, moleſtantur, aut quavis occaſione in Beneficiis, aut bonis hujuſmodi perturbantur, injuriantur, & inquietantur, ad quas quidem illicitas vexationes, injurias, perturbationes, moleſtationes, & inquietationes propulſandas dudum fæl. record. *Eugenius Papa IV.* ex certis, juſtis, legitimis, & rationabilibus cauſis motus, etiam nonnullorum Prędeceſſorum ſuorum S. R. E. Summorum Pontificum veſtigiis inhærendo, quaſdam ſuas litteras Apoſtolicas ad futuram rei memoriam edidit, atque conceſſit, hujuſmodi ſub tenore, videlicet.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Divina in eminenti Sedis Apoſtolicæ ſpecula diſponente clementia conſtituti, ad ea libenter intendimus, per quæ Officiales prædictæ Sedis obſequiis ejus, ad quam veluti Fidelium omnium Matrem pro Animarum ſalute quærenda, & juſtitia conſequenda de diverſis Mundi partibus confluit multitudo, tutius, & quietius ſe promptiores valeant exhibere. Hinc eſt quod Nos ex certis rationabilibus cauſis moti, & nonnullis prędeceſſorum veſtigiis inhærentes diſtrictius inhibemus locorum Ordinariis, necnon Commiſſariis, & Delegatis eorum, cęteriſque univerſis, & ſingulis quacunque authoritate, & facultate præfulgeant, cujuſcunq; dignitatis, gradus, vel præeminentiæ fuerint, ne contra Officiales prædictos quocumque nomine nuncupentur, in noſtris, & dictæ Sedis obſequiis, nunc, & pro tempore exiſtentes, necnon alios pro ſuis, vel aliorum cauſis, & negociis proſequendis ad Sedem prædictam venientes, & in ea (durante negociorum, & cauſarum hujuſmodi proſecutione) moram trahentes, & recedentes ab eadem, procedere, aut in eos excommunicationis, ſuſpentionis, vel interdicti, aut privationis Officiorum, & Beneficiorum, ſeù quamvis aliam Sententiam promulgare præſumant, Nos enim omnes, & ſingulos Proceſſus, & Sententias, contra tenorem, & mentem noſtrę inhibitionis hujuſmodi latas, & habitas, & in poſterum habendas, & promulgandas, & quæcumque inde ſequuta, declaramus nulla, irrita, & inania, nulliuſque exiſtere, vel extitiſse roboris, vel momenti, necnon quicquid in contrarium à quoquam, quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, etiam decernimus irritum & inane. Et nihilominus in omnes, & ſingulos Ordinarios, ac Officiales, Commiſsarios, & Delegatos eorum, qui ſe de Dignitatibus, aut Beneficiis Eccleſiaſticis quibuſcumque officialium, & negocia hujuſmodi apud dictam Sedem proſequentium prædictorum eos illius forſan privando, aut privatos decernendo, vel declarando, ſeù cujuſcumque privationis prætextu, illa perſonis aliis conferendo, ſeù de illis in eas quomodo libet intromiſerit, tàm in Dantes, quàm in Recipientes, excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti latas Sententias promulgamus, quas volumus eos ipſo facto incurrere A qua quidem excommunicationis Sententia abſolvi nequeant, niſi à Nobis, vel per Nos deputandum, præterquam in mortis articulo conſtituti. Præmiſsa autem a die affixionis præſentium ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ex certa ſcientia quoſcumque ligare volumus, & arctare. Non obſtantibus quibuſvis generalibus, & Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, Conſtitutionibus, Ordinationibus Apoſtolicis, & Decretis, ac Privilegiis, per quæ effectus pręſentium impediri poſset, quomodolibet, & differri, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus habenda eſset in præſentibus mentio ſpecialis, & quæ præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrę inhibitionis, declarationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo, octavo Idus Martii, Pontificatus Noſtri anno ſecundo, Subſequenter nomine N. N. Curialis, Romanam Curiam continuò ſequentis, principalis fuit nobis expoſitum, quod licet ipſe N. N. Domum ſitam in Civitate N. in via N. juxta bona N. N. & N. N. & alios fines per decennium, & ultra bona fide, & juſto titulo poſsederit, nihilominus N. N. exadverſo principalis, & alii forſan in exequutione præſentium nominan. & cognominan. ſuper eadem domo velle moleſtiam eidem N. N. principali inferre, ſe ſe jactarunt, & jactant, & forſan moleſtiam in partibus intulerunt, & inferunt coram diverſis Judicibus contra omne juris debitum. Quare, pro parte ejuſdem N. N. principalis de opportuno juris remedio requiſiti; Nos Chriſtophorus Vidman Judex, & Auditor præfatus attendentes petitionem hujuſmodi fore, & eſse juſtam, & rationi congruam, & quod juſta petenti non eſt denegandus aſsenſus. Vobis omnibus, & ſingulis prædictis, & veſtrum cuilibet inſolidum, tenore præſentium committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, ac poſtquam præſentium virtute fueritis requiſiti, vel alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtra, imò veriùs Apoſtolica authoritate, moneatis, & requiratis, prout Nos harum ſerie monemus, & requirimus dictum N. N. omneſque alios moleſtantes, in exequutione præſentium nominan. & cognominan. exadverſo principales, eiſque nihilominus præcipiat, & mandetis, prout Nos harum ſerie præcipimus, & mandamus eiſdem quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro 2. & reliquos duos dies pro 3. & ultimo peremptorio termino, canonica monitione aſſignamus, & vos aſſignetis eiſdem, ſub mille ducatorum auri in auro Rev. Cam. Apoſtolicæ applican. & pro illis mandati exequutivi, & in iuris ſubſidium excommunicationis, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis in præinſertis literis Apoſtolicis contentis, & expreſſis, debeant, & quilibet ipſorum, ad quem ſpectat, debeat ab omnibus, & ſingulis moleſtationibus, vexationibus perturbationibus, & impedimentis eidem D. Exponenti, ſeù eius Inquilinis in partibus ſuper d. domo eiuſque poſſeſſione, & fructuum perceptione, pro quavis cauſa, & occaſione, tàm mota, quàm movenda, illatis, in futurum ceſsaſse, deſtitiſse, & abſtinuiſse, & ceſsari, &c. & abſtineri feciſse, nullumque impedimentum, nullamque moleſtiam de cætero intuliſse, ſeù inferri feciſse, ipſumque N. N. d. domo eiuſque poſseſſione, ac fructuum perceptione, uti, frui, & gaudere permiſiſse. Imò ſi quid ab eodem D. Exponente, prætendunt, ut ſupra, pro quavis cauſa, & occaſione, tàm mota, quàm movenda, id totum coram Nobis, & per acta infraſcripti Notarii noſtri, & non alibi, deduxiſse, & deduci feciſse, ipſique D. Exponenti, deducenti omne ius, omnemque actionem ſibi de iure magis proficuam, & competentem, ius, & iuſtitiam miniſtrari, aliaque fieri, & exequi vidiſse, & audiviſse in præmiſſis, & circa ea quomodo libet neceſsaria, & opportuna, & præinſertis literis Apoſtolicis, ac præſentibus noſtris monitorialibus, & inhibitorialibus omninò paruiſse Alioquin prædictos ſic monitos, ſi in præmiſſis ſe fore gravatos ſenſerint, peremptoriè citetis, & citari curetis, prout Nos citamus, & citari mandamus per præſentes, quatenus octava die poſt exequutionem præſentium immediatè ſequen. ſi ipſa dies juridica fuerit, alioquin alia prima die juridica, ex tunc proxime futura, compareant Romæ in iudicio legitimè coram Nobis, ſive infraſcripto Reverendiſs. D. Locumtenen. noſtro in cauſam eorum prætenſi gravaminis allegaturi, aliaque facturi, dicturi, recepturi, prout iuſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis Certificantes eoſdem ſic monitos, & citatos, quod ſive in dicto citationis termino comparuerint, ſive non, Nos nihilominus, vel prædictus Lo-

cum·

Digitized by Google

cumten. noſter ſad prædicta omnia & ſingula, & alia graviora juris, & facti remedia neceſſaria, & opportuna, uſque ad ſententiam,definitivam inculſivè,per Audientiam publicam literarum contradictarum, vel edictorum publicorum, ut moris eſt, procedemus, ſeù procedet, juſtitia mediante, eorumdem citatorum contumacia, vel abſentia in aliquo non obſtante. Et inſuper inhibeatis, & inhibendo expreſsè præcipiatis, & mandetis, prout Nos harum ſerie inhibemus, præcipimus, & mandamus dicto NN. & aliis in exequutione præſentium nominan. & cognominan. exadverſo principalibus, nè viſis præſentibus ſub antedictis pœnis audeant, ſeu præſumant, aut eorum aliquia audeat, ſeù præſumat, eumdem Dominum Inſtantem, de, & ſuper præmiſſis quomodolibet moleſtare, vexare, turbare, impedire, ſeù moleſtari, vexari turbari, vel impediri facere per ſe, vel alium, ſeù alios quovis prætextu, quæſito colore, cauſa, ingenio, vel occaſione: quod ſi ſecus factum fuerit, id totum revocare, & in priſtinum ſtatum reducere curabimus. Abſolutionem verò in præmiſſis Nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum fidem, &c. Datum Romæ ex Ædibus noſtris, hac die, &c.

N. Notarius

Locus † ſigilli. N. Locumt.

Aliud ſimile abſque inſertione Bullæ.

7 Chriſtophorus Vidman Protonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturæ Sanctiſſ. D N. Papæ Referendarius, necnon ejuſdem Sanctiſſ. ejuſque Camerarii, ac cauſarum Curiæ cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, Sententiarum quoque, & Cenſurarum, tàm in eadem Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiſſ. D.N. Papa ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis RR.DD. Abbatibus, Præpoſitis, Archidiaconis, Prioribus, Decanis, Vicariis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Canonicis, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Locumtenentibus eorumdem, Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcumque illiſque, vel illis ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſeù præſentabuntur, ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi imò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis fuiſſe nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad inſtantiam NN. continuò Romanam Curiam ſequentis, ac beneficio Bullæ Eugenianæ gaudentis, & expreſsè gaudere velle declarantis, principalis, & expoſitum, quod licet ipſe D. Exponens à quoquam in partibus pro quavis cauſa, tàm mota, quàm movenda in judicium trahi, vel conveniri non poſſit, nec debeat, nihilominus nonnulli in exequutione præſentium nominan. & cognominan. neſcitur quo jure ſuffulti, eumdem D. Exponentem in partibus coram diverſis Judicibus trahere, vel aliàs diverſimode moleſtare vel ſeſe jactarunt, & jactant, & forſan moleſtarunt, & moleſtant de præſenti, contra omne juris debitum, in gravo ejuſdem Domini Exponentis damnum, & præjudicium. Idcircò ad Nos recurſum habuit, ſupplicando, quatenus ei in præmiſſis opportunè providere dignaremur. Nos igitur Chriſtophorus Vidman Judex, & Auditor præfatus, attendentes petitionem, ac requiſitionem hujuſmodi fore, & eſſe juſtam, rationi conſonam, & quod juſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, Vobis omnibus, & ſingulis prædictis, & veſtrum cuilibet inſolidum, tenore præſentium committimus, & in virtute Sanctæ obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, vel alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtra, imo verius Apoſtolica authoritate moneatis, & requiratis, prout Nos, harum ſerie, monemus, & requirimus omnes, & ſingulos in exequutione præſentium nominan. & cognominan. eiſque nihilominus præcipiatis, & mandetis, prout Nos harum ſerie præcipimus, & mandamus eiſdem, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos pro tertio, & ultimo peremptorio termino, canonica monitione aſſignamus, & vos aſſignetis eiſdem, ſub 500. ducatorum auri in auro Rev. Cam. Apoſtolicæ applican. & pro illis mandati exequutivi, & in juris ſubſidium excommunicationis, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis debeant, & quilibet ipſorum, ad quem ſpectat, debeat ab omnibus, & ſingulis moleſtationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis eidem Domino Exponenti in partibus, pro quavis cauſa, & occaſione, tàm mota, quàm movenda illatis, in futurum ceſſaſſe, deſtitiſſe, & abſtinuiſſe, & ceſſari, & abſtineri feciſſe, nullumque impedimentum, ſeù moleſtiam de cætero intuliſſe, ſeù inferri feciſſe, imò ſi quid ab eodem Domino Exponente pro quavis cauſa, tàm mota, quam movenda prætendunt, id totum coram Nobis, & per acta infraſcripti Notarii noſtri, & non alibi deduxiſſe, & deduci feciſſe, ipſique Domino Exponenti, qui deducit omne jus, omnemque actionem ſibi de jure magis proficuam, & competentem, jus, & juſtitiam miniſtrari, aliaque, & alia fieri, & exequi vidiſſe, & audiviſſe in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna, & præſentibus noſtris literis monitorialibus, & inhibitorialibus omninò paruiſſe. Alioquin prædictos ſic monitos, ſi in præmiſſis ſe fore gravatos ſenſerint, peremptoriè citetis & citari curetis, prout nos citamus, & citari mandamus per præſentes, quatenus octava dia poſt exequutionem præſentium immediatè ſequen. ſi ipſa dies juridica fuerit, alioquin alia prima die juridica ex tunc proximè futura, compareant Romæ in judicio legitimè coram Nobis, ſeù infraſcripto Reverendiſſimo D. Locumtenente noſtro cauſam eorum prætenſi gravaminis allegaturi, aliaſque, & alia facturi, dicturi, & recepturi, prout juſtitia ſuadebit & ordo dictaverit rationis. Certificantes eoſdem ſic monitos, & citatos, &c. & inſuper inhibeatis, &c. Abſolutionem verò, &c. Datum, Romæ ex Ædibus noſtris, hac die, &c. *Clauſulæ ſunt extendendæ, ut ſupra in præcedente, &c* N. Notarius.

Locus † ſigilli. N. Locumten.

Monitorium eſt tranſmittendum ad partes, ibique à Nuncio publico perſonaliter contra partem adverſam exequendum, ſucceſſivè à Nuncio facienda eſt relatio exequutionis alicui publico, legali, ac fide digno Notario, qui à tergo ejuſdem monitorii debet inſtrumentum conficere de hujuſmodi exequutionis relatione, in forma authentica, & probante, quibus ita peractis, Monitorium eſt remittendum ad Curiam, & in actis reproducendum, ut infra, videlicet. 8

Pro NN. contra NN. 9

In Officio NN. Procurator, prout docuit per inſtrumentum publicum mandati procuræ, tenoris, &c. & facto per compulſum reproduxit monitorium in partibus legitimè eſequutum una cum publico inſtrumento exequutionis à tergo illius, prout in folio tenoris, &c. omni, &c.

Cæterum ſi monitus ſit magis, vel æquè principaliter privilegiatus, vel aliàs, ei, qui monitorium obtinuit, non competat privilegium, quod prætendit, & cujus vigore monitorium obtinuit, poteſt probatis probandis ſuper remiſſione cauſæ, obtinere illam ad partes remitti. 10

Probatio verò hujuſmodi poterit fieri per inſtrumenta, jura, & alia legitima probationum genera, juxta ſuperius tradita *p. 1. c. 8. & c. 10. & ſeq.* mutatis mutandis, juxta qualitatem facti, & ob id ſi reus conventus eſt pupillus, poterit citata parte ad dicendum contra jura, producere in actis fidem ætatis ad probandum ſe eſſe talem, & deinde citare rurſus partem adverſam, ut infra videlicet. 11

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum moderari inhibitionem nulliter, & indebitè extortam, & remitti cauſam ad partes, attenta prima inſtantia, & quod inſtans eſt pupillus, & decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p.d. Inſtante NN. principali, ſive &c. *Decretum.* N. Notarius.

NN petiit, & obtinuit, ut ſupra niſi infra quatuor (*vel aliud tempus Iudici beneviſum*) cum intimatione, omni, &c. A. C. N.

Intimatus NN. ex adverſo principali, qualiter Dominus remiſit cauſam ad partes, & aliàs prout in actis Inſtante NN. principali, ſive &c. N Notarius.

Elapſo verò termino in decreto contento, & aſſignato à

Digitized by Google

ｍà die exequutæ intimationis, ac intimatione reproducta, poreſt ſi opus ſit, expediri inſtrumentum remiſſionis cauſæ ad partes, ut infra (*& aliàs mutatis mutandis*) videlicet.

13 Chriſtophorus Vidman Prothonotarius Apoſtolicus utriuſque Signaturæ Sanctiſſ D.N Papæ Referendarius, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, Sententiarum quoque, & Cenſurarum, tàm in Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiſſimo D. N. Papa ſpecialiter deputatus. Noverint univerſi, quod Nos hodie cauſam coram nobis via ordinaria, aliàs ſuper reſtitutione dotis, una cum juribus dotalibus, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis, ad inſtantiam NN. Viduæ relictæ, q. NN. contra, & adverſus NN. introductam, attento quod idem NN. reus conventus eſt pupillus, æquè, ac pariter privilegiatus, ut fuit coram Nobis legitimè demoſtratum, citata, & intimata dicta NN. ad partes remiſimus, prout harum ſerie remittimus. Quæ omnia, & ſingula vobis omnibus ſupraſcriptis intimamus, nè ullo unquam tempore de illis ignorantiam prætendere, aut allegare valeatis, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum. In quorum fidem, &c. Datum, Romæ ex ædibus noſtris, hac die &c. N. Notarius

Locus † ſigilli. N. Locumt.

14 Verum ſi A. C. cauſam ad partes de jure remittendam remittere recuſaret, poſſet adiri Signatura Juſtitiæ ſupplicando committi eidem A. C. ut attenta, prima inſtantia, & quod Orator eſt pupillus, ut ſupra privilegiatus, ſuam moderetur inhibitionem, & cauſam ad partes remittat, & ſic data commiſſione opportuna, juxta Formulam, de qua ſupra, hac eadem *par.* 3. *c.* 3. *n.* 15. & aliàs mutatis mutandis, prout exigit contingentia facti, poſſet citata parte, juxta praxim ſuperius poſitam *part.* 1. *c.* 13. *n.* 20. *& ſeqq.* obtineri reſcriptum, & ejus vigore remiſſio ad partes, ut ſupra hac eadem *part.* 3. *c.* 3. *num.* 16. dictum fuit.

15 Quod ſi cauſa non veniat remittenda ad partes, debet pars monita tranſmittere ad Curiam mandatum procuræ, cujus virtute Procurator, ne procedatur ad ulteriora in cauſa per contradictas, debet in actis proteſtari, ut infra, videlicet. Pro NN. contra NN.

16 In Officio, N. N. Procurator, ut docuit per inſtrumentum publicum mandati procuræ, prout in folio, &c. tenoris, &c. & negando Monitorium, dixit narrata prout narrantur non eſſe vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri, ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, verificatis verificandis, & niſi ipſo in quolibet actu legitimè citato, alias proteſtatus fuit de nullitate, &c. omni &c.

17 Etſi domus Procuratoris non eſt Curſoribus nota, debebit Procurator eligere Domicilium in quo citari velit, nè alias citetur per diligentias, & domicilio demum non reperto, per affixionem, juxta praxim ſuperius traditam, *par.* 1. *c.* 3. *n.* 5. *& ſeqq.*

18 Proindè ſi cauſa fuit in Curia virtute privilegii introducta ſuper jactationibus, & moleſtationibus, ut ſupra, & qui illam introduxit ad ulteriora procedere velit, poterit illam proſequi, & obtinere abſolutoriam, juxta praxim ſuperius poſitam in capite proximo præcedente *n.* 21. *& ſequentibus*.

19 Sed ſi non ſuper jactationibus, ſed ſuper alia re, quodcumque judicium introductum ibidem fuerit, poterit actor privilegiatus, ſi velit, ad ulteriora in cauſa procedere, juxta naturam cauſæ, & judicii intentati, & ob id ſi intentatum fuerit judicium ordinarium, erunt in eo verificanda contenta in monitorio, etiamſi illud negatum non fuiſſet.

20 Pro verificatione autem monitorii ſunt producenda inſtrumenta, & jura opportuna citata parte ad dicendum contra, ut ſupra *par.* 1. *c.* 2. *n.* 10. *& ſeqq.* & ſi jura non ſufficiunt ad verificationem monitorii, poterunt dari poſitiones opportunæ, cogendo partem ad reſpondendum illis, juxta ſuperius tradita *d. par.* 1. *c.* 10. *n.* 4. *& ſeq.* & ſi fuerint negatæ, poterunt reproduci in vim articulorum, vel etiam dari alii articuli, juxta contingentiam facti, citata ſemper parte ad dicendum contra, & ſucceſſivè poterit ad teſtium examen procedi, juxta praxim ſuperius poſitam *p.* 1. *c.* 11. *n.* 2. *& ſeqq.*

Similiter reus conventus poterit deducere exceptiones ſibi competentes beneviſas, & illas eodem modo probare per jura, & teſtes, & alia legitima probationum genera, parte citata, juxta ſuperius tradita *par.* 1. *c.* 8. *& c.* 10. *& ſeqq.* mutatis ſemper mutandis, ſecundum opportunitatem, & contingentiam facti. 21

Admiſſio verò jurium, & articulorum in cauſis ordinariis non eſt coarctanda, ſed jura, & articuli ſunt ſimpliciter admittendi ad inſtantiam utriuſque partis, abſque clauſula *ſine præjudicio*, quæ tantum in exequutivis & ſummariis cauſis apponenda eſt, ut ſuo loco ſuperius dictum fuit. 22

Actitato hinc inde proceſſu, obſervantur termini ſubſtantiales, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo Procurator NN. exadverſo principalis, ad libellandum, ad p. d. ad articulandum ad 12. ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta, ad a. ad declarandum, ad jurandum de calumnia, ad p. d in terminis ſubſtantialibus, Inſtante NN. principali, ſive, &c. 23

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura hodie in actis producta, & repetita, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra, & admitti ſi, & in quantum, omni, &c.

Et facta productione, ſeù repetione jurium ut ſupra, hac eadem *p.* 3. *c.* 2. *n.* 15. *& ſeqq.* citatur ad ſententiam, ut infra, videlicet. A. C. N.

Citetur NN. exadverſo Procurator NN. ex adverſo principalis, ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarumcumque facultatum, abſolvi Inſtantem à cenſuris, ad effectum, &c. deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendam ſententiam definitivam in forma, & aliàs, omni, &c. ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive, &c. 24

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma, &c deferri juramentum, &c. qui tactis juravit, &c. & ſententiari, prout in Cedula, quàm Reverendiſſ. D. Locumtenens legit, ſubſcripſit, et mihi conſignavit, tenoris, &c. ſuper quibus, &c. præſentibus ſociis teſtibus, &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c.

Tenor Cedulæ.

Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam ſententiam, quàm de Juriſperitorum conſilio in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis, quæ coram Nobis in prima, seù veriori verſæ fuerunt, & vertuntur Inſtantia inter NN. Viduam relictam q. NN. Actricem ex una, & NN. hæredem dicti q. NN. Reum conventum partibus ex altera, de, & ſuper reſtitutione prædii dotalis, ſiti in Territorio Civitatis NN in Villa N. in loco nuncupato N juxta bona NN. et NN. & alios, &c. ſi qui, &c. necnon ſcutorum ſexcentorum monetæ, una cum juribus dotalibus, & alimentis quovis modo debitis, ac fructibus per dictum q. NN. perceptis ex bonis paraphrenalibus, rebuſque aliis, &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum NN. reum conventum, uti heredem dicti q. NN. teneri, & obligatum fore, & eſſe, & propterea condemnandum, prout condemnamus, ad reſtituendum dictæ q. NN. Viduæ dictum prædium, ac ſcuta ſexcenta dotalia, una cum omnibus, juribus, & pertinentiis, ac aliis juribus dotalibus, ac alimentis ſibi debitis à die mortis dicti q. NN. ejus viri, ac fructibus per eundem q. NN. virum perceptis ex bonis paraphrenalibus ejuſdem NN. inferius adnotatis, Victumque Victori in expenſis condemnamus, quorum quidem alimentorum, ac fructuum, & expenſarum liquidationem, & taxationem Nobis, vel cui de jure in poſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè ſententiamus, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio 25

mello-

Digitized by Google

meliori modo, &c. (*hic adnotatur tenor bonorum Paraphernalium*(ita pronunciavi Ego N. Locumtenens.

26 Quod ſi ſententia ſit ferenda ad ſavorem rei abſolutoria ab impetitis, aut ab obſervatione judicii, poterit conſici Cedula juxta Formulam ſuperius poſitam, hac eadem *p.* 3 *c.* 2. *n.* 20. ſicut etiam, juxta tradita *ſub n.* 30. *& ſeqq.* poterit interponi appellatio, & fieri, ac produci cedula appellationis, mutatis tamē ſēper mutandis, prout facti exigit cōtingētia. Cōmiſſio verò poterit formari, ut infra, videlicet.

Civitatis Caſtelli.

27 Beatiſſ. Pater Dignetur S. V. cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ, infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum ab aſſerta definitiva ſententia, lata per R. P. D. NN. A. C. Locumtenentem in prima inſtantia, ad aſſertum favorem NN. contra, & adverſus NN. devotum S. V. Oratorem, de, & ſuper reſtitutione prætenſæ dotis una cum juribus, dotalibus, & alimentis à die mortis q. NN. necnon reſtitutione prætenſorum fructuum aſſertorum bonorum paraphrenalium, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis, non tamen vigore obligationis Cameralis, aut alterius proceſſus exequutivi, necnon attentatorum, ac innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de jure, &c. una cum omnibus incidentibus, dependentibus, & emergentibus, annexis, connexis ac toto negocio principali, ac quam, & quas, &c. alicui S. V. Sacræ Rotæ Auditori, vel Locumtenenti audien. cognoſcen. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, ſtatum, &c. pro plenè, &c.

Quod ſi cauſa non ſit Rotalis, ſit Commiſſio juxta formulam ſuperius poſitam *par.* 1. *cap.* 13. *n.* 29. & aliàs mutatis mutandis.

28 Nec eſt neceſſe in cauſis hujuſmodi via ordinaria introductis, adire plenam Signaturam parte citata ad effectum committendi cauſam appellationis, ſed Commiſſio ſignatur, & expeditur via ordinaria, abſque aliqua difficultate, juxta praxim ſuperius traditam *par.* 1. *c.* 13. *n.* 45. & proinde proceditur in cauſa coram Judice Commiſſario, citando partem coram eo, ad dicendum contra commiſſionem, & videndum inhiberi, juxta Formulam, de qua ſupra *d. par.* 1. *c.* 13. *n.* 43.

Obſervationes.

29 POſtea quàm ſan. mem. Conſtantinus Imperator, ſuſcepto Baptiſmo, in ſuo Lateranenſi Palatio Eccleſiam Salvatori dedicavit, & illi continentem Baſilicam, nomine S. Joannis Baptiſtæ condidit eo in loco, quo ipſe baptizatus à Sancto Silveſtro, & à lepra mundatus eſt, Eccleſiam Sancti Petri in Vaticano, & aliàs plures Baſilicas ædificavit, Baron. Annal. *Eccleſ. tom.* 3 *ſub Anno Domini* 324 *fol.* 218. *& ſeqq fol.* 228. *& ſeqq. & fol.* 240. *& ſeqq. Breviar. Roman. in Feſt. dedicat. Baſil. Salvat. die* 9. *Nov. & dedicat. Baſilic. Sanct. Petri*, 18. *ejuſdem.*

30 Poſtquam etiam de conſenſu totius Senatus, ac Populi Eccleſiæ Romanæ, Beato Petro Apoſtolorum Principi, Beatoque Silveſtro Pontifici, ac eorum Succeſſoribus ejus Lateranenſe Palatium, necnon Urbem Romam & alia multa conceſſit, donavit, ac reliquit, *cap.* Conſtantinus, *diſt* 96. *capit. fundamenta, de elect. in* 6. *cap futuram* 12. *q.* 1. Bald. *in cap.* 1. *§. in generali, verſ. quæro utrum, tit ſi de feud. fuer. contr.* Abb. *conſ* 84. *n.* 2. *lib.* 1. Bald. *conſ.* 159. *ſuper verſ. & hac vera. lib.* 3. Covar. *var. reſol. lib.* 4. *c.* 16. *n.* 8 Card Tuſc. *lit. D. concluſ.* 689. *n.* 4. *& ſeqq.* Scacc *de Appell. q.* 8 *n.* 110. Bobadill. in Pol. *lib.* 2. *c.* 17. *num.* 11. Baron. Annal. *Eccleſ. tom.* 3 *ſub Anno Domini* 324. *fol.* 244. ani-

31 madvertens † juſtum non eſſe, ut illic Imperator terrenus haberet poteſtatem, ubi Principatus Sacerdotum, & Chriſtianæ Religionis caput ob Imperatore Cœleſti conſtitutum eſt, Imperium Romanum, Regnique poteſtatem in Bizantinæ Provinciæ optimo loco tranſtulit, & illic à ſuo nomine Urbem Conſtantinopolim nuncupavit, prout ſe facturum dixerat *d. cap.* Conſtantinus, & eſt notorium, latè Baron. *Annal. Eccleſ. tom.* 3. *ſub Anno Domini* 324. *fol.* 249. *& ſeq.*

Nec à bonis operibus unquam ceſſans plus Imperator certo ſciens Regum officium probum eſſe, facere judicium, atque juſtitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos, ac peregrinis, pupillis, & viduis, cum facilius à potentibus opprimantur, præbere auxilium, *lib.* 1. *Regum*, *c.* 23. *n.* 5. Rolan. *conſ.* 20. *n.* 2. *& ſeq. lib.* 2. 32

Cum præſertim Deus præceperit miſerabilibus perſonis, hoc eſt advenis, pupillis, viduis, & pauperibus, malum non inferri, nec ab aliis inferri permitti, Exo. *c.* 22. *n.* 21. *& ſeq.* Jac *c.* 24. *n.* 3. Jer. *c.* 22. *n.* 3. Zac *c.* 7. *n.* 10. Malach. *c.* 3. *n.* 5. Matth. *c.* 23. *n.* 14. *c.* 4. *Regum* 23. *q.* 5. 33

Sed illis benefieri, Deut. *c.* 16. *n.* 14. *& c.* 54 *n.* 17. *& num.* 19 *& ſeqq. & c.* 26. *n.* 12. *& ſeq.* Job. *c.* 31. *n.* 16. *& ſeq.* prout etiam docet Apoſt. 1. *ad Timot. c.* 5. *n.* 3. *& n.* 16. Jac. *c.* 1. *n.* 27. 34

Et ſignanter in judiciis, Deut. *c.* 24. *n.* 17. *& c.* 27. *n* 19. *Eccleſiaſt. c.* 4. *n.* 10. Iſa. *c* 1. *n.* 23. *& ſeq.* Jer. *c.* 22. *n.* 3.

Hinc anno Imperii ſui vigeſimo ſeptimo, ſalutis, verò trecenteſimo trigeſimo quarto, quintodecimo Kalen. Julii, Publio Optato, & Anicio Paulino Juniore Conſulibus Conſtantinopoli in favorem Pupillorum, Viduarum, & aliarum miſerabilium Perſonarum privilegium. ſeu Conſtitutionem edidit, qua ſtatuit, nè hujuſmodi Perſonæ poſſent extra proprium domicilium conveniri, ſed benè poſſent ipſæ alios extra proprium domicilium trahere coram Principe, quam quidem Conſtitutionem deinde Imperator noviter Juſtinianus in ejus Codice inferendo, & approbando *ſub tit* 14. *libri tertii* in corpore Juris clauſit, hæc eſt *lex unica*, *C. quand. Imper. inter Pupill. & Vid vel miſerab. perſon. cogn. & ne exhibean.* 35

Pupillus propriè eſt ille, qui adhuc eſt impubes ob decimum quartum ſuæ ætatis annum non expletum, & deſiit eſſe in poteſtate Patris, aut morte, aut emancipatione, *l. Pupillus* 239. *in princ & ibi DD. ff. de verbor. ſignif.* Gloſſ. *in l. unica, in verbo contra pupillos*, *C. quand. imper.* Caſtr. *in rubr. C. quand. Imper. nu.* 1. *Alciat. in d. l. pupillus in princ. n.* 3. *ff. de verb. ſignif.* 36

Impropriè verò dicitur Pupillus etiam impubes, qui Patrem habet, *l. ſi ſervus* 141 *§.* 1. *& l. fin. §. pupillus, ff. de verb. oblig. leg. quam Tuberonis, §. tam autem pupillum, ff. de pecul.* Rebuff. *in d. l. pupillus, col.* 1. *in fin. verſ. Immo pupillum*, *ff. de verbor ſignificat.* 37

Diciturque Pupillus à Pupo, Pupus enim Parvulum ſignificat, & ſic Pupillus dicitur impubes parvulus, etiamſi ſit infans, *l.* 2 *ff. rem. pupil. ſalu. for.* Rebuff. *in d. l. pupillus, col.* 2. *in princ. verſic. item pupillus, & ibi etiam* Alciat. *n.* 1. *ff. de verb. ſignificat.* 38

Vidua verò, ut *Labeo* ait, non ſolum Mulier, quæ aliquando nupta fuit, ſed etiam illa, quæ Virum non habuit, appellatur, quaſi ſine duitate, *d. l. malam*, 242. *§. viduam*, *ff. de verb. ſignif* 39

Verùm illa, quæ Virum non habuit, Vidua appellatur in latiori ſignificatione, Covar. *pract. quæſt.* c. 7 *n.* 2. Marcheſ. *de commiſ. nuoc. cauſ. par.* 2. *§ n* 158. *fol.* 324. 40

Cùm enim Matrimoniū ſit duorum, non autē pluriū, vel pauciorū, Geneſ *c.* 2. *l. prima, ff. de rit. nupt. §.* 1 *inſtit. de patr. poteſt.* Conſequens eſt † ut in lata ſignificatione, quę ſine duitate eſt, Vidua dicatur, *d. l. malū, §. viduā, ff de verb. ſign.* 41 42

Sed in ſtrictiori ſignificatione Vidua illa dicitur, cujus Maritus mortuus eſt, & alio caret, *cap. vidua* 84. *diſt.* Fel. *in cap. ſignificantibus, num* 8 *de offic. Deleg.* Aleiat *in d. leg. malam, § viduam nu.* 25. *& ſeqq ff. de verbor. ſignif.* Covar. *pract. quæſt. cap.* 7. *n.* 2 *verſ. contrarium.* 43

Cæterum Perſonæ miſerabiles omnes illæ, quarum natura nos inducit ad miſerendum, nedum ob aliorum culpā, ſed etiam ob fortunæ injuriam dici, & reputari debent, *l. unica, C. quando Imper.* Azo. *in Summ. rub. Cod. quand Imper. n.* 6. Soccin. *in cap. ex tenore, n.* 4. *de foro compet.* Guidopap. *dec.* 566. *& ibi* Add *ſub lit A. verſ. denīq, miſerabiles* Nov. *in prax. elect. for. ſect.* 5. *in præf. n.* 2. Afflict. *dec.* 257. *n.* 1. 44

Et dicuntur miſerabiles, ſecundum Iſidorum, quaſi miſeriæ habiles, Rebuff. *in tract. de Sentent. proviſ. art.* 3. *gloſſ. ultima verſ. ultimo Miſerabilis.* Novas. *in prax. elect. for. ſect.* 2. *in præfat. n.* 2. 45

Etiamſi ſint divites, Azo. *in Summ. rub. C. quand Imper. inter pupill. & vid. n* 6 Rolan. *conſ.* 76. *n.* 44. *verſ. quia reſpondetur*, ubi alios allegat *lib* 1. Adden ad Guidopap. *dict. dec. ſ.* 46

deciſ.556.in verbo miſerabiles, verſic.denique.

47 Signanter, autem, & in ſpecie perſonæ miſerabiles primò ſunt Viduæ, & Pupilli, quorum Deus inducit nos ad miſerendum, Exod.c.22.n.22 ibi, Viduæ, & pupillo non nocebitis, ſi læſeritis eos, indignabitur furor meus, & percutiam vos gladio, eruntque Uxores veſtræ Viduæ, & Filij veſtri pupilli; & Deuter.c.24 n.17. Non perverteſ judicium advenæ, & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ veſtimentum: & c.27.n.19. Maledictus qui pervertit judicium advenæ, pupilli, & viduæ; & Eccleſiaſtic.c.4, n.10. In judicando eſto pupillis miſericors ſicut pater, & pro viro matri illorum: & Iſa.c.1.n.23. Principes tui infideles pupillo non judicant, cauſa viduæ non ingreditur ad eos: & Jerem.c.22.n.3. Facite judicium, juſtitiam, & liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris: advenam, pupillum, & viduam nolite contriſtare, neque opprimatis iniquè: & n.4. Si non audieritis verba hæc in memet ipſo juravi, dicit Dominus, quia in ſolitudinem erit domus hæc, & c.Regum. 23.q.5. c.ex tenore, ubi gloſ. de for. compet.l.unica, C.quand.Imper. Gloſſ.in cap omnis ætas in verbo.Pupilli, 12.q.1. Azo.in ſumm.rubr.C.quand.Imper.n. 6.Innoc.in c.ſignificantibus, n.2.& ibi Butr. n. 22.Imola n. 19.de offic.Deleg.Adden. ad Guidopap.deciſ. 566.in verbo Miſerabiles, Marcheſ.de commiſſ. avoc.cauſ.par.2.§.2.n. 164 fol.324. Rebuff.de Sentent.proviſ.art.3.gloſ.ultim.verſ. providere etiam Gratian.diſcept.63.n.13.tom.1, Afflict.dec,
48 257.n.1. Theſaur deciſ. 177.n. 1.etiamſi † ſint divites, Gratian.diſcept.182.n.2.& ſeq.

49 Secundò, mulier habens maritum inutilem pariter perſona miſerabilis reputari debet, Rebuff. de Sent.proviſ. d. art.3.gloſ.ult. verſ. Item vidua, Novar. in Prax. elect. for. ſect.2.q.7.n.1.

50 Tertiò Orphani, nam horum etiam Deus inducit nos ad miſerendum, David. Pſalm. 9 aliàs 10 ſecundum Hebr.num.24.ibi, Orphano tu eris adjutor, Gloſſ in c. omnis ætas, in verbo Pupilli 12 q.1. Innoc.in d.cap ſignificantibus, n.1.verſ. Pupillorum, & ibi Butr.n.22 & Imol. n.19.de offic.Deleg. Rebuff.d.art.3.gloſ.ultim.verſ.ſecundo Orphani, Theſaur. dec.177.n.1.

51 Sunt autem orphani minores 14.annis, qui patre, & matre carent, Rebuff.in l.Pupillus col.2 verſ.a quamvis, ff. de verb.ſignif. Caſtr.in Rub.C.quand Imp.n.1.

52 Quartò Peregrini, & Advenæ, quos Deus plurimum commendat inducendo nos ad miſerendum illorum, Exod. c.23 n.9. Peregrino moleſtus non eris, & Levitic.c.19.n. 33.& ſeq. Si habitaverit Advena in terra veſtra, diligetis eum quaſi vos metipſos, & Deut.c.10.n 18. Deus facit judicium pupillo, & viduæ, & amat peregrinum, & vos ergo amate peregrinos; cum aliis cumulatis ſupra, verſ. cum præſertim Deus, n. 33.& verſ. ſignanter autem, n. 47. c.ſi quis Romipetas 24.q.3. Innoc.in d cap.ſignificantibus, n. 1.& ibi Imol,n.19 Butr.n.22.de offic Deleg. Rebuff.de Sent. proviſ.art.3.gloſ.ultim.verſ.tertio, Theſaur dec.177. n. 1.

53 Quintò Puella nobilis, quæ ſecundum ejus conditionem Matrimonio copulari nequit, dicitur pauper, & ei ſicut pauperi providendum eſt, Bald in l. ſi quis ad declinandam, n.5.C.de Epiſc.& Cleric. Rebuff.de Sent. proviſ. d.art.3.gloſ.ultim.verſic. Quartò Puella.

54 Sextò pauperes, l.unica § quod ſi Pupillus. Cod.quando Imper. Innoc. in cap. ſignificantibus, n.1. & ibi Imol.n.19. de offic.Deleg. Natt.conſ.590.n.7. Theſaur.dec.177. n.1.

55 Septimò Mercatores, dum ſunt in itinere, quibus ideò eſt ſummariè ſuccurrendum, ſi graventur vectigalibus, & pedagiis, cap.ſi quis Romipetas 24.q.3. Innoc.in d.cap. ſignificantibus, num.1. & ibi Imol, num.19. Butr.num.22. de offic. Deleg. Rebuff. d.art.4.gloſ.ult. verſ. 5. Theſaur. d. dec.177. nu.1.

56 Octavò publici pœnitentes, c.ultad. 11.q. 1.Innoc. in c. ſignificantibus, n.1.& ibi Imol. n. 19 & Butr.n.22.de offic. Deleg. Rebuff, d.art.3.gloſ.ultim.verſ.ſexto.

57 Nonò Liberti ab Eccleſia manumiſſi, & ad eam confugientes, c.omnis ætas, ubi Gloſſ.in verbo Pupilli, 12.q.1. c.Liberti, ubi Gloſ.diſt.87.Imol.in cap. ſignificantibus, n. 19.& ibi Butr.num.22. de offic. Deleg. Rebuff. de Sent. proviſ.d art.3.gloſ.ult. verſ.ſeptimo, Teſaur. dict. deciſ. 177. num.1.

58 Decimò Officiales, & Ruſtici, & Servientes Eccleſiæ, ſi ſunt pauperes, & ſerviunt gratis, Innoc.in d. cap ſignificantibus, n.1.& ibi Imol.n.19.& Butr.n.22.de offic.Deleg. Rebuff.d art 3.gloſſ.ult.verſ.octavo, Theſaur.d.dec.177.n.1.

Decimo primò Infantes expoſiti, cap.fin.diſt.87.l.1.& 2. 59
C.de infant. expoſ. Innoc.in cap.ſignificantibus, n.1. verſ. Idem in Expoſitis, de offic.Deleg. Rebuff de Sent. proviſ.d. art.3.gloſ.ult.verſ Nonò infantes.

Decimo ſecundò Senes, & Decrepiti, etiamſi ſint divi- 60
tes, Azo.in ſumm.rubr.C. quand.Imperat. inter pupil. & Vid.n.6. Rolan.conſ 76.n.44 lib 1. Imol.in cap. ſignificantibus, n.19.de offic Deleg. Lop.in rep cap.per veſtras, in 2.not. n.10.de don.inter Vir.& Uxor. Adden & Guipap.dec.566.in verbo Miſerabiles, in verſ.denique, Rebuff d.ar.3.gloſ ult. verſ.decimo, Afflict.dec.247.n.1.

Decimo tertiò Cæci, Mutilati membris, Leproſi, & 61
Debilitati, l.unica, C.quand.Imperat. cap.licet multum 1. de reſt.ſpoliat.& cap.licet multum, ubi Gloſ. in verbo miſeri, de Cenſ.c.3. Cler.ægrot,vel debilit. Azo.in ſumm.rub.C. quand.Imperat.n.6.Innoc.in cap. ſignificantibus, nu. 1. & ibi Imol.n.19.& Butr.n.22.de offic.Deleg.Alex.conſil.126.§. In hac,n.9.lib.4 Rola.conſ.76.n.44.lib.4.Rebuff.dict.art.3. gloſſ.ult. verſic.undecimò, Theſaur.dec.177.n.1. Afflict, dec. 257.num.1.

Decimoquartò Carcerati, & Captivi, l.ſi quis ad decli- 62
nandam, & l.ſi Captivi, C de Epiſ & Cleric.l.Iudices, C.de Epiſ aud. Innoc.in cap.ſignificantibus, n.1. Imol.n.19. & Butr.n.22.de offi. Deleg.Rebuff.de Sent.proviſ.artic.3.gloſſ ultim.verſ.duodecimo, Theſaur.dec.177.n 1.

Decimo quintò, Cruce ſignati. Imol.in dict.cap.ſignifi- 63
cantibus, n.19.de offic.Deleg. nàm illi ſunt ſimul Advenæ, & Peregrini, Rebuff dict, art.3 gloſſ.ult.verſ decimotertio

Decimoſextò, ad Fidem nuper converſi, Innoc.in cap. 64
Iudæi, de Jud.Rebuff.d. art.3 gl. ultima, verſ. decimoquarto, cum aliis cumulatis per Novar.de elec.& var.for.ſect. 2. q.48.n.1 & ſeqq.ubi de communi; Quod procedit infra annum à die Converſionis, & Baptiſmi, ut per eumdem Novar.d.q 48.n.4 & ſeqq.

Decimo ſeptimò. Omnes diuturno morbo laborantes, 65
ſeu fatigati, l ſi quis ad declinandam, §.ubi autem, Cod.de Epiſc.& Cleric.l.unica, C.quand.Imper. Azo.in ſum.rub.C. quand.Imper.n.5. Alex.conſ.122.§.viſo puncto, n.16. verſ.& judicium eo, lib.4. Rolan. conſ. 76. n. 44. lib.2. Marcheſ.de Commiſſ.avoc.cauſ.par.2.§.2.n.164.fol.324. Afflict.dec.257. n.1.etiamſi ſint divites, ut per Azo & Rolan.ubi ſupra, & per. Adden. ad Guidopap dec.566, in verbo Miſerabiles, verſ.denique.

Sed hoc non procedit in eis, qui ſua culpa tales ſunt ef- 66
fecti, prout ſunt laborantes morbo Neapolitano, ut ait. Rebuff.de Sent.proviſ.art,3.gloſſ ult.verſ.Item dicebat quidam.

Decimo octavò Furioſi, & ſimiles leg.congruit, & leg. 67
Divus ff.de offic.Præſid.l.infans, ff.ad leg.Corn.de Sicar.l. Judices, & l.Libertis, C.de Epiſ.aud. Innoc in cap.ſignificantibus, n.2. verſ.& furioſi, de offic.& poteſt. Deleg.Novar. in prax. elect.for.ſect. 2.q 42.n 1.& ſeq nàm † Furio- 68
ſus, Fatuus, & Mentecaptus, & ſimiles æquiparantur pupillo infanti, §.ſed quod diximus, Inſtit.de inutil.ſtip cum aliis allegatis ſupra par.1 c.5.n.91 Novar. in prax. elect. for. d. ſect.2.q.42.n.3.& ſeqq.

Decimonono omnes aliæ perſonæ, quarum natura mo- 69
vet ad miſerendum, leg. unica, C.quand.Imperat. Azo.in ſum.rub.C.quand.Imper.n.6. Alex conſ.122.§.viſo puncto n. 16.verſ.& judicium eo, lib.4. Rolan. conſ.76.n.44.lib.1.Adden ad Guidopap. d. dec. 566. in verbo miſerabiles, verſic. denique, cum aliis allegatis ſupra verſ.ceterum perſonæ n.44.

Licet enim perſonæ ſupradictæ in ſpecie inter miſera- 70
biles numerentur, nihilominus poſſunt etiam dici miſerabiles aliæ perſonæ ſupra non enumeratæ, ſi in eis æqualis, vel major ratio militet, arg. leg.illud, ff. ad leg. Aquil. Rebuff.dict.artic. 3. gloſſ.ultim. verſ. item aliæ perſonæ.

Verùm, quæ ſint iſtæ aliæ perſonæ miſerabiles non 71
enumeratæ, nec declaratæ, arbitrio Judicis linquitur, Covar. pract. quæſt.cap. 6. n. 3. in fin.verſ.relinquendum, ubi de communi, Menoch.de arbitr.Jud.lib.2.caſu 66.nu. 1.ubi de receptiſſima DD. ſententia teſtatur. Rebuff. alios cumulans de Sent. proviſion.art. 3.gloſ.ult. dict. verſ. item aliæ perſonæ, latè Novar.qui plures congerit in Prax. elect.for.ſect.2.in præfat.n.2.& ſeqq.

72 Sed hoc non procedit in perſonis miſerabilibus declaratis in *l. unica, C. quand. Imper.* prout ſunt pupilli, viduæ, & diuturno morbo fatigati, nàm cum iſti ſint, ut ſupra, miſerabiles à lege declarati, non relinquitur arbitrio Judicis alia eorum declaratio.

73 Idemque videtur dicendum in his, qui ex communi DD. opinione miſerabiles declarantur, ac uti tales gaudere debent privilegio electionis Fori, nàm à communi DD. opinione non eſt in judicando recedendum ex latiſſimè cumulatis per Ant. Mat. Corat. *de commun. opin. lib. 2. tit. 8. inſpect. 2. n. 2 & n. 16. & ſeqq.*

Sed benè procedit concluſio in perſonis non declaratis, ut in eorum declaratione intret Judicis arbitrium. Soccin. *in cap. ex tenore, col. 2. n. 4. de For. competen.* Rebuff. *d. art. 3 gloſ. ult. verſ. intellige verum.*

74 Ex quibus primò infertur, quod cum pupilli ſint miſeratione digni, gaudent privilegio, ne trahi poſſint in judicium extra proprium domicilium, ſed benè alios extra domicilium ad Curiam Principis trahere valeant, tex. eſt expreſſus in *l. unica, C. quand. Imper. inter Pupill. & Vid.* Innoc. *in c. ſignificantibus n. 5. de offi. Deleg.* Alex. *conſ. 112. n. 10. verſ. & judicio meo, lib. 4.* Rolan. *conſ. 20. n. 1. l. 2.* Afflict. *decis. 257 n. 2.*

75 Etiam poſt litem conteſtatam, Natt. *conſ. 590. n. 15.* Viv. *dec. 55. n. 1.* ubi quod hoc procedit etiam in viduis, & aliis miſerabilibus perſonis gaudentibus privilegio *d. l. unicæ*;

76 Et etiam ſi pupilli lite pendente ſint effecti majores, Theſaur. *deciſ. 177. n. 4.*

77 Sed primò hoc non procedit in pupillo exiſtente in poteſtate patris, nàm is *l. unicæ* privilegio non gaudet, Gloſſ. *in leg. unica in verbo contra pupillos, C. quand. Imper.* Caſtr. *in rubr. Cod. quand. Imper. n. 2. in fin.* Franc. *dec. 500. n. 17.*

78 Secundò non procedit in pupillo exiſtente in poteſtate Avi, Novar. *in prax. elect. For. ſect. 2. q. 3. n. 7.* ubi alios cumulat Franc. *deciſ. 671.*

79 Tertiò non procedit in pupillo divite, ſed tantùm paupere, Rolan. *conſ. 20. n. 8. & n. 12. & ſeqq* ubi de communi *lib. 2.*

80 Sed quicquid dixerit Rolan. *ubi ſupra*, contrarium eſt verius, quod ſcilicet pupillus gaudeat dicto privilegio *l. unicæ*, etiamſi ſit dives, Azo *in ſumm. rub. C. quand. Imper. n. 6.* Adden. ad Guidopap. *dec. 565. in verb. miſerabiles*, Rolan. *conſ. 76. n. 45 lib. 1.* Natt. *conſ. 590. n. 3. & ſeqq.* ubi plura cumulat. Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. caſu 66. n. 3.* ubi alias congerit authoritates, Covar. *pract. quæſt. cap. 6. n. 2. verſ. obtinet. hoc privilegium*, Gratian. *diſcept. 182. nu. 2. & ſeqq.* Franc. *dec. 100. n. 19.* Theſaur. *dec. 177. n. 3.* Rot. *poſt.* Zacch. *de oblig. Camer. dec. 93 n. 1.* ubi quod cum hoc ſuppoſito proceſſit Signatura, proindè ab hac opinione uti veriori, & receptiori non eſt in praxi recedendum, quam etiam uti magis communem, & veriorem paſſim obſervat, & amplectitur Signatura, teſte Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. par. 2. §. 2. n. 31. verſ. quicquid, & circa fin. verſ. ſed non amplius fol. 304.*

81 Quartò non procedit, quando pupillus hujuſmodi privilegium amiſit, ex quo judicium fuit cœptum, & lis conteſtata cum ejus patre poſtea defuncto, nàm tunc pupillus in dicto judicio non poteſt uti dicto privilegio *leg. unicæ*, Caſtr. *in l. Hæres abſens in princ. num. 3. & ſeq. & in l. ſi quis Romæ. n. 1. ff. de jud.* Covar. *pract. quæſt. cap. 8. num. 2. & ſeqq.* Gratian. *d. diſcept. c. 182. n. 26. & ſeq. to. 1.* Rot. *poſt* Zacch. *de oblig. Camer. deciſ. 93. n. 21.* Secus ſi lis non ſit cœpta cum defuncto Gratian. *d. diſcept. 182. n. 27.* cum aliis præallegatis.

82 Quintò non procedit in pupillo in forma Cameræ obligato, qui licet in partibus exiſtat, & etiamſi dicta obligatio ſit facta extra Urbem, poteſt tamen conveniri coram A. C. privilegio *l. unicæ* non obſtante, Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. par. 2. §. 2. n. 94. & ſeqq. fol. 314. & ſeq.* ubi quod hanc opinionem ſequitur Signatura, Gratian. *diſcept. 182. num. 6. verſic. dixi, ubi de communi, & num. 7.* Rota *poſt* Zacch. *de obligat. Camer. deciſ. 93. numer. 2. & ſequentibus.*

83 Et eo minus pupillus, vel perſona miſerabilis in forma Cameræ obligata poterit declinare Forum A. C. ſi coram eo ab alia perſona miſerabili conveniatur, Gratian. qui plures cumulat *dict. diſcept. 182. n. 20 tom. 1.*

84 Si quidem A. C. eſt Judex obligationis Cameralis privativè quoad alios, ut expreſsè legitur in ejus facultatibus, Paul. *V. conſt. 28. Eximiæ, §. 1t autem,* Rot. *poſt* Zacch. *de oblig. Camer. dec. 93. n. 5.* cum aliis cumulatis ſupra *part. 1. cap. 1. n. 36.*

Et cum dictæ facultates ſe extendant ad Communitates, & Univerſitates, de quibus in eis in individuo ſit mentio, debent quoque comprehendere pupillos, viduas, pauperes, & alias perſonas miſerabiles in eiſdem Univerſitatibus exiſtentes, nàm illæ æquiparantur pupillis, & per Adminiſtratores reguntur, Gratian. *dict. diſcept. 182. n. 19.* Rot. *poſt.* Zacch. *de obligat. Camer. deciſ. 93. n. 19.* 85

Quæ procedunt etiamſi non pupillus ipſe, ſed ejus Pater poſteà defunctus, ſe, & bona, & hæredes ſuos obligaverit in forma Cameræ, nam tunc perſona defuncti conſideratur, qui poteſt hæredes, ut ſupra obligare, & etiam donare bona hæredis, & de illis diſponere, non autem perſona pupilli, qui ob id privilegio *leg. unicæ* uti non poteſt, Gratian. *dict. diſcept. 182. n. 25.* Rot. *poſt* Zacch. *de obligat. Camer. dict. dec. 93. n. 20 & ſequentibus.* 86

Nec relevat, ſi dicatur, quod facultates, A. C. ſint datæ privativè, ut ſupra, quo ad Judices Romanæ Curiæ, quo verò ad judices extra Curiam cumulativè, ut diximus ſupra *par. 1. cap. 5. n. 49.* quod non videtur à præfatis conſideratum. 87

Nam hoc operatur, ut cœpto judicio in partibus A. C. non poſſit à Judice de partibus cauſam, in qua agitur de obligatione Camerali, reaſſumere, ut per Burat. *dec. 462. n. 1.* non † autem quod ſi pupillus fuerit coram A. C. præventus vigore obligatione Cameralis, ipſe poſſit virtute *l. unicæ, C. quand. Imper.* Forum A. C. declinare, & adverſarium coram Judice de partibus trahere *ex præallegatis.* 88 89

Nec etiam relevat, quod pupillus, & aliæ miſerabiles perſonæ non poſſint privilegio *leg. unicæ* renunciare, Gloſſ. *in dicta l. unica, in verbo excedere*, quam omnes ſequuntur, teſte Natt. *conſil. 590. num. 15.* cum aliis latè cumulatis per Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. par. 2. num. 96. fol. 311. & num 20. fol. 301.* Gratian. *diſcept. 182. numer. 22.* Viv. *deciſ. 55. num. 2.* Theſaur. *deciſ. 177. nu. 5. verſ. & iſtis*, Franc. *dec 192 n. 7.* 90

Nàm licet perſona miſerabilis non poſſit privilegio renunciare, poteſt tamen illud authoritate Legis amittere, prout evenit, quando defunctus hæredes ſuos in forma Cameræ obligavit, ſicut quando lis fuit cœpta, & conteſtata cum defuncto, Gratian. *d. diſcept. 182. n. 6. & ſeq. & n. 25. & ſeqq.* Rot. *poſt* Zacch *de oblig. Camer. dec. 93. n. 20. & ſeq.* 91

Secundo infertur, quod cum omnis Vidua reſpectu privilegii fori ſit miſeratione digna, ut dixit. Natt. *conſ. 590. n. 11.* cum aliis ſupra allegatis, utique, & ipſa gaudet d. privilegio, tex eſt expreſſus *in d. l. unica, C. quand Imper.* Bald. *conſ. 5. §. Quæritur, lib. 1.* Rolan. *conſ. 20. n. 1. lib. 2.* Afflict. *dec. 257. n. 1.* 92

Quod procedit etiam poſt litem conteſtatam, Natt. *d. conſ. 590. n. 15.* Viv. *dec. 55. n. 1.* & ſi cœptum ſit judicium coram Ordinario, contra regulam, *l. ubi cœptum, ff de jud.* Theſaur. *d. dec. 177. n. 6* ubi de receptiori teſtatur. 93

Etiam in ſecunda inſtantia, Marcheſ. *de Commiſſ. avoc cauſ. par. 2. §. 2. n. 157. fol. 324.* Theſaur. *d. deciſ. 177. num. 8.* ubi † quod ita reſolvit Senatus. Et etiamſi vidua pendente judicio, ſeù lite nuberet, Franc. *dec. 257. n. 7.* Theſaur. *dec. 177. n. 4.* 94 95

Et denique Vidua gaudet privilegio *l. unicæ*, etiamſi ejus maritus defunctus, fuiſſet miraculosè reſuſcitatus, veluti à Domino Lazarus, etenim licet † Reſuſcitatus rumpat teſtamentum uti Poſthumus, indeque, ac legata, & omnia revocabilia revocet, ac ſua bona recuperet, Gloſſ. & Bart. *in l. 4. ff. de Leg* Soccin. Jun. *conſ. 162. nu. 14. & ſeq. lib. 2.* & alios, quos cumulat, & ſequitur Sebaſt. Medic. *in tract. Mors omnia ſolvit, part. 1. num. 95. verſic. & quemadmodum, & par. 3. n. 127.* Clar. *in §. Teſtamentum, q. 86. ubi de communi*, Cardin. Tuſc. *lit. R. concluſ. 303.* recuperetque etiam filios, ut reſolvit Graz. Girond *de priv. & exemp. explic. n. 5282.* quem refert. Barboſ. *in collect. a. Decret. lib. 4. tit 21. c. 4.* hoc eſt in *cap. ſuper illa num. 3 ac ſecund. nupt.* 96 97

Nihilominus, quia mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir ejus vivit, quod ſi obierit vir ejus, liberata eſt, & 98

eſt, & poteſt alteri nubere Apoſt. *ad Roman. c.7 & ad Corint. 1. cap.7 c.inter illa, de Secund. nupt.* & obid Matrimonium per morteoi diſſolvitur, utique miraculosè reſuſcitatus uxorem non recuperat, nec uxor virum, *capit. licitè 32.q.7.* Sebaſt. Medic *in tract. Mors omn. fol. par. 2 concl 98 n.273.* Rebuff. *in tract. de pacif. poſſeſſ. n.*268. Graz. Giron. *de privil. & exempt. explic. n.* 1282. *& n.* 1291. Barboſ. *in d.c. inter illa, n.* 2. *de ſecund. nupt.* Viv. *dec.* 314. *n.* 20. proindè mulier remanet vidua, & per conſequens, ſi daretur caſus, gauderet dicto privilegio *leg. unicæ, Cod. quand. Imper.*

99 Sic etiam Clericus reſuſcitatus non recuperat Beneficium, Sebaſt. Medic. *in tract. Mors omn. ſolu. par. 2. concluſ.*
100 98. *n.*273. Rebuff. *in d. tract. de pacif. poſſeſſ. n.* 268. Nec † Monachus reſuſcitatus tenetur redire ad Monaſterium, Girond. *in dict. tract. de privileg. & exempt. explic. n.* 1285.

Nec eſt etiam ſic Reſuſcitatus iterum doctorandus, Ang. *in l. nam, &* Demoit. Benes, *n.* 3 *ff. de Leg.* Medic. *in d. tract. Mors omnia ſolu. par. 2. concl. 98. num.* 274. nec iterum baptizandus, Marſil. *in l. fin. n.* 35. *ff. de quæſt.* cum aliis, quos refert, & ſequitur Medic. *in d. tract. Mors omn. ſol. par. 2. concl. 98. n.* 274 *& ſeq.* ubi de hoc reddit rationem.

101 Verum concluſio, quod Vidua gaudeat privilegio *l. unicæ, C. quand. Imper.*

Primò non procedit in Vidua divite, ſed benè in paupere, Rolan. *conſ.* 20. *n.* 12. *& ſeqq. ubi de communi, lib.* 2.

102 Sed contrarium eſt de jure verius, cum etiam ſi illa dives ſit, miſerabilis exiſtat. Rolan. *d. conſ.* 20. *n.* 9. *& ſeq. lib.* 2. Natt. *conſ.* 590. *n.* 1. *n.* 3. *& n.* 7. *lib.* 3 ubi quod ſimiles perſonæ opprimi ſolent, ut experientia rerum magiſtra docet, Menoch. *de arbitr. jud. caſu* 66. *num.* 3 *& ſeqq. lib.* 2. Franc. *dec.* 100. *n.* 19. ubi quod ita indiſtinctè judicat Sacrum Conſilium, Theſaur. *dec.* 177. *num.* 3 ubi quod ita ſervat Senatus. Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. par.* 2. §. 2. *n.* 31. *verſ. ſed quicquid, & inſertus eodem n.* 31. *verſ. ſed non amplius*, ubi de magis communi, & paſſim à Signatura obſervata opinione teſtatur *fol.* 304.

103 Secundò non procedit in Vidua inhoneſta, hæc enim d. privilegio non gaudet, Rolan. *d. conſ.* 20 *n.* 6. *& ſeq. lib.* 2. Covar. *pract. quæſt. c.* 7. *n.* 1. Marcheſ. plures cumulans *de Commiſſ. avoc. cauſ. p.* 2. §. 2. *n.* 37 *verſ. nàm illis*, *fol.* 306. *& n.* 56. *fol.* 308.

104 Tertiò non procedit in Vidua, quæ virum occidit, cum talis ſua culpa ſit effecta, Covar. *pract. quæſt. c.* 6. *n.* 3. *verſ. quid ſi Vidua*, Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. par.* 2. §. 2. *n.* 53. *fol.* 308.

105 Tertiò infertur, quod cum mulier viro deſtituta, ſeù habens virum inutilem, vidua dicatur, necnon etiam innupta, patre deſtituta, ſeù habens patrem ſimiliter exulem, condemnatum ad perpetuos carceres, vel triremes, captumve ab hoſtibus, vel alias diuturno morbo laborantem, vel alias inutilem ſiot perſonæ paritar miſerabiles, eodem privilegio *l. unicæ* ad inſtar viduarum gaudere debent, *c.* 2. §. *ſed neque iſtud* & ibi Gl. *in verbo inutilem de tranſl. Epiſc.* Gl. *in l. fin. in verbo, orbitates*, & ibi etiam Bal *C. ad leg. Flav. de Plagiar.* Felyn. *in c. ſignificantibus, n.* 8. *de offic. Deleg.* Covar. *pract. quæſt. c.* 7. *n.* 2. *verſ. eſt in hoc*, Novar. *in prax. elect. For. ſect.* 2. *q.* 7. *n.* 2. *& ſeqq.* ubi plurimos cumular Gaill. *obſerv.* 1. *n.* 44. *& ſeqq.* ubi alios allegat Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. par.* 2. §. 2. *n.* 11. *& ſeq. fol.* 300. *& n.* 36. ubi alios cumulat *fol.* 306. Franc *dec.* 100. *n.* 28. Novar. *dec.* 14. *n.* 18.

106 Quartò infertur, quod virgo in cœlibatu vitam ducens, animo in eo permanendi, quæ etiam vidua in lata ſignificatione dici poteſt, perſona miſerabilis reputari, & privilegio *l. unicæ* gaudere debet, Gloſ. *in leg. malum*, §. *Viduam, in verbo Viduæ, ff. de verbor. ſignif. l. unica* ubi Bart. *num.* 5. & Fulgoſ. qui de communi teſtatur, *C. quand. Imper.* Covar. *pract. quæſt. c.* 7. *num.* 2. ubi de comuni teſtatur, licet ipſe defendat contrarium, Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. par.* 2. §. 2. *num.* 39. *& verſ. Tertio limita, fol* 306. *& ſeq. & num.* 141. *ubi de communi*, *fol.* 322. Franc. *dec.* 100. *n.* 1. *& ſeqq.* Viv. *dec.* 55. *n.* 3.

107 Quintò infertur, ut etiam Virgo in Capillo gaudeat privilegio *l. unicæ, C. quand. Imper.* And. de Iſern. *in Conſtit. Regn. Statuimus*, *n.* 10. *verſ. quod ſi vidua, vel virgo, & ibi etiam* Afflict. *q.* 8. *nu.* 29. *de offic. Magiſtr. Juſtitiar.* cum aliis cumulatis per Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. par.* 2. §. 2. *n.* 39. *ubi de communi, fol.* 306. *& ſeq.* & cum aliis quos allegat, & ſequitur Nov. *de elect. for. ſect.* 2. *q.* 13. *n.* 1. *& ſeqq. ubi de communi*, Franc. *dec.* 100. *n.* 1. *& ſeqq.* ubi quod ita ſæpè fuit in Sacro Conſilio judicatum, Viv. *d. dec.* 55. *num.* 3.
idque locum † habet etiam in Virgine ſtuprata agente pro 108
ſtupro contra ſtuprantem, Franc *dec.* 399. *n.* 2. *par.* 4.

Quod eo magis procedit in Virgine nobili ſecundum 109
conditionem ſuam nubere non valente, Dec. *in c. cæterum n.* 74. *de Jud.* Rebuff. *in tract. de Sent. proviſ. ar.* 3. *gl. ult. verſ.* 4. *puella* Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. d.* §. 2. *n.* 38 *fol.* 302. *& n* 39. *verſ. tamen limita, fol* 307. cum hæc dicatur perſona miſerabilis ex allegatis ſupra *verſ.* 5. *Puella, n.* 53

Et in virgine honeſta, & gravis ætatis, Covar. *pract.* 110
quæſt. c. 7. *n.* 2. *verſ. cæterum*, Gaill. *obſerv.* 1. *n.* 42. ubi cum pulchra limitatione, quos ſequitur Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. d.* §. 2. *n.* 39. *verſ. ſecundo limita, fol.* 306.

Etiamſi vidua, vel virgo fuerit deſponſata per verba 111
de futuro, nàm ſponſalia non ſunt matrimonium, *c. noſtrates* 30. *q.* 5. & tunc nec ſponſa dicitur uxor, nec ſponſus dicitur maritus, *tex. in leg. prima*, § *& eſt quæſtio, ff. pro dot.* And. de Iſern *in d. Conſt. Statuimus, num.* 10. & ibi Afflict. *num.* 30 *de offic. Magiſt. Juſtit.* Menoch. *de arbitr. caſu* 66. cum aliis allegatis per Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. d.* § 2. *n* 41. *verſ. quarto amplia fol* 307. & alii, quos cumulat, & ſequitur Novar. *de elect. for. ſect.* 2. *q.* 13. *nu.* 15. Maſtrill. *d. c.* 127 *num.* 10

Quod tamen non habet locum in deſponſata per ver- 112
ba de præſenti, quia illa verè eſt uxor, licet non ſit cognita, vel traducta, adeò quod hoc caſu ſit etiam prohibita donatio ſicut inter virum, & uxorem, Iſern. *in dict. Conſt. Statuimus n.* 10. *& ſeq* & ibi Afflict. *q.* 8 *n.* 31. Novar. *d. q.* 13. *n.* 4. *& ſeqq.*

Prout nec etiam habet locum in Virgine nobili valdè 113
divite, & plures conſanguineos, ac fautores habente, Marcheſ. *dict. par.* 2. §. 2. *n.* 41 *verſ. limita præmiſſo, fol.* 307.

Nec in ea, quæ eſt in poteſtate Patris, vel Avi, Novar. 114
in prax. elect. for. ſect. 2 *q.* 13 *n* 3. *verſ. verum, & n* 4.

Sextò infertur, quod cum pauperes ſint perſonæ miſe- 115
ratione digne, ut diximus ſupra *verſ. Sexto pauperes, n* 54. ipſi quoque privilegio *leg. unicæ* ſine dubio gaudere debent Covar. *pract. quæſt c.* 6. *n.* 3 Marcheſ. *de commiſſ. avoc. cauſ. par.* 2. §. 2. *n.* 11. *& ſeqq fol.* 300. *& ſeq. & n.* 52. *fol.* 308. Theſaur *dec.* 177. *n.* 1. Creſcent. *dec.* 16. *de privil.*

Sed hoc non procedit in paupere ſua culpa effecto, prout ludo, gula, vel ob crimen, Covar. *d. c.* 6. *nu.* 3. *verſ. ſed ſi quis*, Menoch *de arbitr. jud. caſu* 182. *n.* 51 *lib.* 2. Rebuff. *de Sentent. proviſ. art.* 3 *gloſ. ult. verſ. item dicebat*, Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. d.* §. 2. *nu.* 52. *verſic. quod ſi paupertas*. *fol.* 308. Burarr. *dec.* 320.

Septimò infertur, ut eo magis d. privilegio *l. unicæ* 117
de iure gaudere debeant Hoſpitalia legitimè erecta, ſi enim hoc privilegium datur, ut ſupra, pauperibus, & miſerabilibus, qui in Hoſpitalibus in eorum neceſſitatibus & infirmitatibus ali, curari, & recreari ſolent, ergo multo magis ipſis Hoſpitalibus tribuendum, arg. Auth. *multo magis, C. de Sacroſan. Eccleſ.* Covar. *pract. quæſt. c.* 7. *num.* 3. Marcheſ. *de Commiſſ. avoc cauſ. d. par.* 2 §. 2. *num.* 6. *& ſeqq. fol.* 300. Rota *dec.* 862. *n.* 1. *& ſeqq par.* 4. *diverſ.*

Octavò infertur, quod cum Studentes gaudeant om- 118
nibus privilegiis miſerabilibus perſonis conceſſis, etiam hoc *leg. unicæ* privilegio de jure gaudere debent, arg. Auth. *habita, Cod. ne Fil. prò Pat.* late Novar. qui alios cumulat *in prax. elect. for. ſect.* 2. *q.* 15. *n.* 1. *& ſeq.* Viv. *deciſ.* 55. *num.* 5.

Nono infertur, quod cum Eccleſia gaudeat privile- 119
giis miſerabilium perſonarum, etiam ipſa de jure debet gaudere *l. unicæ* privilegio, And. de Iſern. *in Conſt. Statuimus, n.* 3. *de offic. Magiſtr. Juſtit.* Covar. *pract. quæſt. c.* 7. *n.* 3. Capyc. *dec.* 160. *n.* 1. Affl. *dec.* 257. *n.* 2.

Quod ſine difficultate procedit, quando contra Ec- 120
cleſiam adeſt violentia, rapina, vel fraus, etenim iſtis caſibus Eccleſia habet electionem fori, *cap. cum ſit generale, de For. compet.* tradit Affl. *in Conſt. Regn. Statuimus, nu.* 17. *de offic. Magiſtr. Juſtitiar.* Alex. *conſ.* 103. *n.* 9 *in fin ubi de communi, lib.* 5. Covar. *pract. quæſt. c.* 7. *n.* 3. *ubi de communi* Afflict. *dec.* 257. *n.* 2.

Et in Eccleſia paupere, quæ attenta paupertate ſine 121
dubio debet gaudere privilegio pauperum, & ſic *dict. leg. unicæ*, Covar. *pract. quæſt. capit* 7. *num* 4. *verſ. Tertius erit*,

Marcheſ. *de Commiſſ. avocat. cauſ. par. 2. §. 2. num. 6. & ſeq. fol.* 300.

122 At in Regno Caſtellæ hoc privilegio *l. unicæ* gaudet Eccleſia, ſive illa ſit Monaſterium ex quatuor ordinibus Mendicantium, Videlicet Sancti Franciſci, ſancti Auguſtini, Sancti Dominici, & Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo, ſive cujuſvis Ordinis Monialium, etiamſi Eccleſiæ iſtæ ſint divites, quod quidem privilegium habet Eccleſia tàm ex antiquo uſu forenſi, quam ex Conſtitutione Regia, prohibente Officialibus ab illis exigere laboris ſalarium, ex quo videntur ob id dictæ Eccleſiæ ſimiles pauperibus cenſeri, & denique ex praxi diutius obſervata idem privilegium quælibet Eccleſia, licet dives, habet ex uſu forenſi, cujus rei ratio eſt, quia bona Eccleſiæ, ſub Tutorum, & Adminiſtratorum arbitrio ſunt, ſicut bona pupillorum, unde pupillis ſimiles cenſentur, & illis æquiparantur à jure communi, *cap. 1. de in integ. reſtit.* latè Covar *pract. quæſt. c. 7. nu. 4.* Marcheſ. *de Comiſſ. avoc. cauſ. p. 2. §. 2. num. 146. verſ. immò. cum Eccleſia fol.* 322. Novar. *prax. elect. For. ſect. 2. q. 49. n. 3. & ſeqq.*

123 Et ob id abſolutè videtur dicendum, ſtante d. æquiparatione, Eccleſiam de jure comprehendi ſub *d. l. unica. C. quand. Imperat.* arg. eorum, quæ ſuperius diximus, *verſ. & cum dictæ facultates, n.* 85. & ſic Eccleſiæ competere, *d. l. unicæ* privilegium, ſicuti in Sacro Conſilio deciſum fuiſſe teſtatur. Andr de Iſern *in Conſt. Regn. Statuimus,* 3. latè Novar. alios cumulans *in prax, elect. for. ſect. 2. q. 49. n. 1. & ſeqq per tot.* ubi de communi, & paſſim in praxi ſervata opinione teſtatur Capyc, *dec.* 160. Affl. *dec. 257. n. 2. & ſeqq.*

124 Et licet *d. l. unica* Eccleſias ligare, aut capere non poſſit, cum ſit Imperialis, nihilominus illam etiam in foro Eccleſiaſtico locum habere, dicendum eſt, prout quotidie praxis hoc privilegium admittit, ea ratione, quia, cum Jus Canonicum illam non corrigat, quinimò illi potius aſſiſtat, *cap. 1. ubi gl. in verbo plus tamen,* de hoc privilegio mentionem facit *diſt.* 87. ceu ſeiur illud approbaſſe, ac proinde etiam in cauſis ad forum eccleſiaſticum, & Eccleſiaſticas perſonas cum aliis præfatis privilegiatis concurrentes ſpectantibus, procedere non ambigimus, juxta opinionem, quam ſequitur Signatura, de qua teſtatur Marcheſ *de comm. ſ. avoc. cauſ d. p. 2. §. 2. num.* 146. *fol* 322. *& ſeqq.*

125 Decimò infertur, quod etiam cœci, leproſi, mutilati membris, ſenes decrepiti, pauperes, continuo morbo laborantes, & debiles, tàm mentis, quàm corporis, ac omnes aliæ perſonæ miſerabiles, & quarum Natura movet ad miſerendum, de quibus ſupra *verſ. cæterum perſonæ miſerabiles, & ſeqq. num. 44. & ſeqq.* gaudent privilegio legis unicæ, Azo *in ſumm. Rub. C. quand. Imper.* Roland *conſ. 20. n. 1. l. 2.* Imol *in c. ſignificantibus, num. 18. & ſeq de Offic deleg.* Nat. *conſ. 590. n. 8.* Marcheſſ. *de Commiſ. avoc. cauſ. par. 2. §. 2 n. 13 fol. 300. & num. 49. & ſeq. fol.* 308. Affl *dec. 257. n. 1.* Theſ. *dec. 177. n. 1.* Viv. *dec. 55. n. 1. & n. 4.*

126 Poſſuntque fori declinatoriam opponere, etiam poſt litis conteſtationem, Viv. *d. dec. 55. n.* 1.

127 Et eorum cauſæ debent ſignanter cognoſci per ſuprema Tribunalia, repræſentantia Principem, Roland. *conſ. 75 n. 34. & ſeqq. lib.* 1.

128 Trahuntque hujuſmodi perſonæ ad forum Principis, ſed non trahuntur, *d. l. 1. C. quand. Imper.* Innoc. *in c. ſignificantibus n. 5. de offic Deleg.* & ob id, ſi volunt illum declinare, utique poſſunt, quia tunc demum Princeps eſt illarū Judex, ſi eis placuerit, alias ſecus, Afflict. *in d Conſt. Regn. Statuimus n. 34. & ſeqq. ver. 11. quæritur de offic. Mag Juſt.*

129 Sed concluſio, quod miſerabiles perſonæ habeant fori electionem, ut ſupra.

Primò non procedit in miſerabili ſua culpa effecto, nàm ob delictum effectus cæcus, vel debilitatus, vel aliàs propria culpa miſerabilis, non gaudet dicto privilegio, Afflict. *in d. Conſt Regn. Statuimus q. 7. n. 18. de offic Magiſt. Juſtit* cum aliis allegatis ſupra *num. 66. n. 194. & verſ. ſed hoc non procedit in Paupere, n.* 116.

130 Secundò non procedit in cauſis, quæ debent cognoſci ab aliquo, qui eſt Judex privativè, quoad alios, Afflict *in dict. Conſt. Statuimus, quæſt 10 n. 33 & dec. 257. n.* & ibi Urſil. *n. 4* cum aliis allegatis ſupra *verſ. Quinto non procedit in Pupillo in forma Cameræ obligato, n. 82. & ſequentibus.*

131 Tertiò non procedit, niſi ad effectum trahendi adverſarium coram Principe, vel alio adverſarii Judice competenre, Afflict. *d. dec. 257. n. 2. & ſeqq.*

Quartò non procedit inter æquè privilegiatos; tunc 132
enim cum privilegiatus contra privilegiatum non utatur privilegio, conquaſſantur privilegia, & actor ſequitur forum rei, *l. verum, §. item quæritur, ff. de Minor. l. ſed. & Milites in princ. ff. de excuſ. tut. §. ſed & hoc. in Auth. de Sanctiſſ. Epiſ.* Bar. *in l. fin. ff ex quibus cauſ. major.* Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ par. 2. num. 79. fol.* 312. Covar. *pract. quæſt. c. 7. n. 4* Urſill. ad Afflict. *dec.* 56. Franc. *dec. 188. n. 2.* Theſaur. *dec 177. n. 9 verſic. limitatur tamen,* Rot. *dec. 157. n. 1. p. 1. diverſ. & dec. 193. n. 25. p. 7. recent.*

Quod procedit etiam in Foro Eccleſiaſtico inter Ec- 133
cleſiam, & aliam perſonam, ut ſupra æquè privilegiatam ſecundum opinionem, quam ſequitur Signatura, Marcheſ. *de Commiſſ avoc. cauſ. d. §. 2. num. 146. verſ. Imò cum Eccleſia fol. 322. & ſeq.*

Primò tamen hæc quarta fallentia non habet locum, 134
quando unus eſt magis privilegiatus, quàm alter, nàm magis privilegiatus trahit minus privilegiatum, & non trahitur, *l. contra pupillum. §. ie qui ad majus, ff. de re jud.* Lambertin. *de jurepato. lib. 1. par. 1. q. 9. art. 1. n. 44.* Afflict. *in d Conſt. Statuimus, q. 12. n. 35. de offic. Magiſt. Juſtitiar. & dec. 56.* Urſill. *n. 1. & ſeqq.*

Secundò regula quod privilegiatus contra privile- 135
giatum non utitur privilegio, non habet locum, quando major ratio privilegii viget in uno, quàm in alio, Rot. *dec. 557. n 4. p. 1. diverſ.*

Tertiò non habet locum d. regula, quando uti volens 136
privilegio agit de damno vitando, *l. verum, § fin. & leg. ſi apud, ff de minor* Rot. *dec. 557. n. 1. p. 1 diverſ. & dec. 193. n. 29. p 6. rec.* niſi etiam alius, contra quem eo uti vult, ageret ipſe quoque de damno vitando, Alex *conſil. 55. num. 18. lib.* 5.

Quartò fallit contra eum, in quo ceſſat cauſa privile- 137
gii, *c. Abbate, de verb. ſignif.* Gloſſ. *in cap. ita aut, in verbo ceſſaverint, 25. q. 2* Abb. *in c. audiens, n. 8. de reſt. in integr.*

Quintò fallit contra eum, qui non eſt privilegiatus in illa cauſa, Rot. *dec. 557. n. 3. par. 1. diverſ.*

Proinde inferri poteſt, quod cum Eccleſia, vel pia cauſa ſit paſſivè tantum, non autem activè privilegiata in detractione Falcidiæ, etenim jus detrahendi Falcidiam etiā Eccleſiæ, vel piæ cauſæ inſtitutæ competit de jure communi, non ex privilegio, non poteſt Eccleſia inſtituta detrahere Falcidiam contra piam cauſam, vel Eccleſiam legatariam quæ eſt in hoc privilegiata, nè detractionem hujuſmodi patiatur, Magon. *dec. Flor. 130. n.* 10.

Sextò denique regula, quod privilegiatus contra privile- 139
giatum non utitur privilegio, generaliter limitatur, ut non habeat locum, quando alteri ex privilegiatis aſſiſtit jus commune, nam tunc, ſemotis privilegiis, is præfertur, cui jus commune aſſiſtit, Covar. *pract. quæſt. c. 7. n. 4. verſ. ſexto idem probatur,* Rota *d. dec 557. n 2. par. 1. diverſ.*

Quintò concluſio, quod miſerabiles perſonæ habeant 140
electionem fori, non procedit, quando in conceſſione juriſdictionis fuit d. privilegio *leg. unicæ* derogatum; illi etenim poteſt derogari, ſed non ſufficit derogatio per clauſulas generales, Grammat. *dec 20 n. 4.* Creſcen. *dec. 16. de privil* Franc. *dec. 101 n. 4. & ſeqq.* ubi de veriori, & communi teſtatur Theſaur. *dec. 177. nu. 2.* Sed requiritur derogatio ſpecialis cum clauſula, non obſtante quod ſint viduæ, vel pupilli, Neviz *inter conſ.* Alber. Brun *conſil.* 12. ubi de magis communi, quem refert, & ſequitur Grammat. *d. dec. 10. n. 7.* vel cum clauſula non obſtante, quod ſint miſerabiles perſonæ. Franc. *dec. 87. num. 1. & ſeq.* vel cum clauſula, non obſtantibus privilegiis, etiam in corpore juris clauſis, Marcheſ. *de Commiſſ. avoc cauſ. p. 2. §. 2. n. 19. fol.* 301.

Nec poteſt privilegio *leg. unicæ* derogari, niſi per Si- 141
gnaturam Sanctiſſimi, etenim Signatura Juſtitiæ, & inferiores manus apponere non valent, dum agitur de Legum. Statutorum, & privilegiorum derogatione, *c. cum ſam de reſcript.* Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. d. §. 2. num. 18. fol.* 301.

Non ſolùm autem perſonæ miſerabiles ex privilegio 142
leg. unicæ C. quand. Imper. non poſſunt trahi ad judicium extra proprium domicilium in prima, ſed nec etiam in ſecunda, & alia ulteriori inſtantia. Tum quia tàm *rub. C. quand.*

Digitized by Google

quand. imperat. inter Pup. & Vid. & ne exhibeant, quàm tex. *d. l. unicæ, ibi à nulla noſtrorum judicum compellantur* loquitur per verba univerſalia negativa, & ob id capit tam primam, quàm ſecundam, & ulteriorem inſtantiam Rolan. *conſ.* 45. *n.* 12. *l.* 2. Tùm quia etiam quia *d. l. unica* ubi ſupra loquitur per verba numeri pluralis, unde comprehendit etiam Judices appellationum, & ſic non ſolum primum, ſed etiam ulteriores, Gabr. *de leg. coact.* 2. *n.* 46. faciunt tradita per Tiraq. *in l. Boves*, *§. hoc ſermone lim.* 8. *ff. de verb. ſignif.* præſertim cum vigeat ſemper eadem ratio tàm in prima, quàm in ſecunda, & ulteriori inſtantia, latè Marcheſ. *de comm. avocat. cauſ. d. p.* 2. *§.* 2. *nu.* 68. *verſ. amplia vigeſimo ſecunda*, *fol* 310.

143 Sed an Viduæ, & aliæ miſerabiles perſonæ poſſint alios trahere extra proprium domicilium ad Curiam Principis etiam in ſecunda, & ulteriori inſtantia, fuit quoad ſecundam inſtantiam affirmativè deciſum in Senatu Pedemontano apud Theſaur. *dec.* 177. *n.* 8. qui licet de tertia, & ulteriori inſtantia idem non affirmet, nihilominus nec etiam id negat, ut opinatus videtur fuiſſe Marcheſ. *d. §.* 2. *n.* 111. *fol.* 318. Et tamen cum ſemper ad
144 favorem Viduæ, & miſerabilium † perſonarum privil. *l. unicæ* gaudentium militet eadem ratio, quæ in prima, & in ſecunda, & tertia, & ulteriori inſtantia, non mirum ſi Praxis, rerum magiſtra, in Tribunali A.C. hujuſmodi Perſonas in qualibet inſtantia dicto privilegio gaudere debere declaraverit, & ita praxis obſervet.

145 Cæterum ſi perſona, quæ privilegio *leg. unicæ* gaudet, habeat cauſam cum aliis communem, utique etiam illis conſortibus hoc privilegium confert *l. ſi communem, in princip. ff. quemadm. ſerv. amitt. l. ſi is qui duos*, *ubi* Bart. *n.* 1. *& ſeq ff. de lib. de leg.* Natt. *conſil.* 590. *num.* 16. Covar. *pract. quæſt. c.* 7. *n.* 4. *verſ. ſolet in fin.* Marcheſ. *de commiſſ. avoc. cauſ. p.* 2. *§.* 2. *n.* 42. *fol.* 307. Theſaur. *dec.* 177. *n.* 4. *verſ. amplia tertia*.

146 Hinc videmus, quod Laicus, habens cauſam communem cum clerico, gaudet etiam ipſe ex perſona Clerici conſortis privilegio Fori Eccleſiaſtici, *l. præcipimus*, *§. eo obſervando*, *ubi* Bart *C. de appellat.* Bart. *& alii in d. l. ſi communem*, *ff. quemadm. ſervit. amitt. & in l.* 1. *C. ſi in communi ead. cauſ. cap.* 2 *ubi* Soccin. *n* 18. *de for compet.* Dec. *in l. ſi emancipati*, *n.* 5. *& ibi etiam* Jaſ. *n.* 13. *C. de Collat.* Felyn. *in cap.* 1. *n* 6. *verſ. ſunt autem prædicta*, *de præſcript.* Socc. *conſ.* 12. *Quoniam n.* 17. *l.* 1. Rom. *conſ.* 195. *in caſu n* 5. & *ibi* Mandoſ. *in verbo individuum*, Nat. *conſ.* 509. Staphil. *de lit. Juſt. verſ. dicendum eſt modo fol.* 158.

147 Sed hæc primò non procedunt, quando cauſa eſt dividua, nam tunc quilibet coram ſuo Judice convenitur, ſecus ſi ſit individua, Dec *in l. ſi emancipati*, *n.* 5. *C. de coll.* Socc. *d. conſ.* 12. *n.* 17. *lib.* 2. Abb. *in c. ſua q.* 6 *§* Gandulph. *n.* 11. *verſ. cum ergo concurrant*, *& conſ.* 33. *n.* 8. *l.* 2. Alex. *conſ.* 122. *nu.* 17. *&* 101 Apoſt. *in verbo uterque l.* 4. Roman. *conſ.* 195. *n.* 5. & *ibi* Mandoſ. *in verba individuum*, cum aliis ſupra allegatis, & in terminis *leg. unicæ*, *Cod. quand. imperat. trudic.* Covar. *pract. quæſt. cap.* 7 *n.* 4. *in fin. verſ. ſolet*, Marcheſ. *de commiſſ. avoc. cauſ. p.* 2. *§.* 2. *n.* 43. *fol* 307.

148 Dicitur autem cauſa individua, quando agitur de unica re, unica actione, *l. in hoc judicio ff. famil. erciſc.* Caſtr. *in l. certa ratione*, *C. quando prob. non eſt neceſſ. late* Card. Tuſc. *lit. I. concl.* 102. *per totam*, *& ſignanter n.* 25.

149 Secundò non procedit, quando pupillus, vel perſona miſerabilis, vel Clericus veniret ad cauſam uti defenſor neceſſarius, quia tunc non poteſt trahere cauſam coram ſuo Judice, ſed tenetur defendere in ea Curia, in qua agitur cauſa contra tertium poſſeſſorem, *l. venditor*, *ubi* Bart. *in princ. &* Caſtr. *n.* 1. *& ſeq ff. de jud.* Bald. *conſ.* 116. *§. Uxor. n.* 2. *l.* 2 Marcheſ. *de comm. avoc. cauſ. p.* 2. *§.* 2. *nu.* 43. *verſ. limita, ut ſecunda*, *fol.* 307.

150 Deniqua non omitto, quod viduæ, pupilli, orphani & aliæ perſonæ miſerabiles exiſtunt ſub protectione Eccleſiæ, & ſunt Fori Eccleſiaſtici, *c. ſuper quibuſdam*, *de verbor. ſignif. c. licet multum de Cauſ c.* 1. *& c.* 2. *diſt.* 87.

151 Sed in hac re diſtinguendum eſt, nàm aut dictæ perſonæ ſunt pauperes, & tunc ſubſunt foro Eccleſiaſtico, *d. c. licet multum*, *de Cenſ.* Innoc. *in c. ſignificantibus*, *num.* 1. *& ibi* Imol. *n.* 19. *de offic. Deleg.* Natt. *conſ.* 590. *num.* 11. Roland. *conſ.* 12. *n.* 16 *l.* 2.

152 Aut ſunt divites, & tunc aut ſunt oppreſſæ, ſeù ſpoliatæ, & ſunt ſub foro Eccleſiaſtico, adeo quod poſſunt agere in d. Foro etiam contra Laicum, & ſuper re temporali, *cap. ex parte de Foro compet.* Soccin. *in cap. licet ex ſuſcepto*, *col.* 3. *n* 9. *de Foro compet.* Rolan. *conſ.* 20. *n.* 16. *lib.* 2. Cov. *pract. quæſt. c.* 6. *n.* 1. *verſ Imò*, *& in hoc*, ubi de receptiſſima DD. opinione teſtatur.

Hæc tamen communis opinio non procedit in Regnis 153
Francorum, & Hiſpanorum, ex quo ibi in praxi non eſt uſu recepta, niſi data negligentia Judicis ſecularis in exhibendo hujuſmodi perſonis juſtitiæ complemento, & ob id etiam aliam opinionem contra communem tueri conatur Covar. *pract. quæſt. d. cap.* 6. *n.* 1. *verſ. ima*, *& in hoc*.

Aut dictæ perſonæ miſerabiles non ſunt pauperes, nec 154
oppreſſæ, & tunc demum ſubſunt Foro Eccleſiaſtico, ſi Judex ſæcularis illis non exhibet juſtitiæ complementum, *cap. ex tenore*, *de foro compet.* Innoc. *in cap. ſignificantibus*, *& n.* 1. *& ibi* Imol. *num.* 19. Butr. *num.* 22. *de off. Deleg.* Roland. *d. conſ* 20. *n* 6. *& ſeqq. lib.* 2. Cov. *pract. quæſt. c.* 6. *n.* 1. *verſ. his & illud*, ubi teſtatur omnes ita tenere *in d. cap. ex tenore de foro compet.*

In reliquis poterit in facti contingentia adiri *Joan* 155
Mar. Novar, *I. C. Lucanus*, qui uberrimum tractatum in duas partes diviſum *de elect. & var. Fori* compilavit, & de præmiſſis, & aliis in hac materia copiosè diſſeruit, & pertractavit.

Imperatores, *Valentinianus*, *Theodoſius*, *Arcad us*
Auguſti conceſſerunt aliàs privilegium Curialibus Ur- 156
bis Romæ nè quis poſſit eos, niſi in curia coram eorum Judice convenire, quod quidem privilegium, ac Leges ad eorundem Curialium favorem editas, Imperatores *Arcadius*, *Honorius*, *& Theodoſius* libentiſſimè confirmarunt, ac deindè Imperator *Juſtinianus*, prædicta approbando in corpore Juris clauſit, *l.* 1. *& l.* 2. *C. de Curial. Urb. Rom. l.* 11.

Hinc Summus Pontifex *Eugenius Quartus* volens an- 157
tiquum Curialium privilegium ampliare, ſub anno Domini 1432. Pontificatus ſui anno ſecundo, Conſtitutionem edidit, quæ deinde ab ejus nomine, *Eugeniana*, nuncupata fuit, qua ſtatuit Officiales Apoſtolicæ Sedis, ut ejus obſequiis promptiores redderentur, extra Romanam Curiam litibus vexari non poſſe eodemque privilegio Venientes ad Romanam Curiam pro ſuis, & eorum cauſis, & negociis, ac litibus, & negociis durantibus, ac recedentes ab ea gaudere debere conſtituit, prout latius *in d. Conſtit. quæ incipit Divina*, *& eſt Eugen. IV conſt.* 4. *impreſſ. in nov.* Bullar. *tom.* 1. *fol.* 272.

Officialium autem prædictorum appellatione in Con- 158
ſtitutione Eugeniana primò continentur etiam Cardinales S. R. E. uti Officiales Primarii Sedis Apoſtolicæ, & Collaterales Papæ, *cap. fundamenta*, *§. decet de elect. in* 6. Oldr. *conſil.* 48. *num.* 2. cum aliis deductis per Marcheſ. *de comm. ſuper Eugen. part.* 1. *§. antico n.* 38. *fol.* 461.

Secundò, Officialium hujuſmodi Appellatione in d. 159
Conſtitutione Eugeniana, ex præſcripto, & inveterato Romanæ Curiæ ſtylo comprehenduntur omnes Curiales Urbis, etiamſi Officiales non ſint, Mandoſ. *ſuper reg. Cancellar.* 5. *q.* 3. *num.* 3 Cherub. *in compend. dict. conſt. Eugen* 4. *ſchol.* 1 *fol.* 56. Marcheſ. *de Comm ſup. Eugen. §.* 1. *nu.* 31. *fol.* 460. Rot. *dec.* 246. *n* 2. *lib.* 2. *p.* 3. *diverſ.* Buratt. *deciſ.* 220. *num.* 3.

Hinc Summus Pontifex conceſſit A.C. facultatem, in 160
vim conſtitutionis Eugenianæ in favorem Curialium emanatæ inhibendi, ut expreſsè legitur in dictis facultatibus, *Greg XIV. in ſua Conſtit ad generis*, *§.* 18. *impreſſ. poſt* Sal. Tiber. *in Prax. lib* 4. *Paul. V. conſtit.* 28. *Eximiæ*, *§. verùm etiamſi in vim conſtitutionis*, *& conſt.* 17. *univerſi agri ſub tit. de Aud. Cam. §. Præterea Auditor*.

Sub appellatione autem Curialium primò veniunt 161
Familiares Cardinalium, Oldr. *conſ.* 211. *n.* 5. *& ſeq.* cum aliis allegatis ſupra *hac eadem p.* 3. *c.* 1 *ſub lit. C. verſ. ſub appellatione*, *num.* 156.

Ad quam quidem familiaritatem acquirendam re- 162
quiritur mens & dens, *Rota in Salamantina Beneficiorum* 9. *Junii* 1599. *coram bon. mem. Penia*, *impreſſ. apud* Marcheſ. *de commiſſ. ſuper Eugen. part.* 2. *§.* 1. *dec.* 3. *n.* 1. *fol.* 464.

Secundò ſub appellatione Curialium veniunt omnes 163
ſequentes Romanam Curiam, Oldr. *conſ.* 215. *num.* 5.

cumten. noſter[ad prædicta omnia & ſingula, & alia graviora juris, & facti remedia neceſſaria, & opportuna, uſque ad ſententiam, definitivam incluſivè, per Audientiam publicam literarum contradictarum, vel edictorum publicorum, ut moris eſt, procedemus, ſeù procedet, juſtitia mediante, eorumdem citatorum contumacia, vel abſentia in aliquo non obſtante. Et inſuper inhibeatis, & inhibendo expreſsè præcipiatis, & mandetis, prout Nos harum ſerie inhibemus, præcipimus, & mandamus dicto NN. & aliis in exequutione præſentium nominan. & cognominan. exadverſo principalibus, nè viſis præſentibus ſub antedictis pœnis audeant, ſeu præſumant, aut eorum aliquis audeat, ſeù præſumat, eumdem Dominum Inſtantem, de, & ſuper præmiſſis quomodolibet moleſtare, vexare, turbare, impedire, ſeù moleſtari, vexari turbari, vel impediri facere per ſe, val alium, ſeù alios quovis prætextu, quæſito colore, cauſa, ingenio, vel occaſione: quod ſi ſecus factum fuerit, id totum revocare, & in priſtinum ſtatum reducere curabimus. Abſolutionem verò in præmiſſis Nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum fidem, &c. Datum Romæ ex Ædibus noſtris, hac die, &c.

N. Notarius

Locus † ſigilli. N. Locumt.

Aliud ſimile abſque inſertione Bullæ.

7 Chriſtophorus Vidman Protunotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturæ Sanctiſſ. D N. Papæ Referendarius, necnon ejuſdem Sanctiſſ ejuſque Camerarii, ac cauſarum Curiæ cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, Sententiarum quoque, & Cenſurarum, tàm in eadem Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, & merus Exequator ab eodem Sanctiſſ. D. N. Papa ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis RR. DD Abbatibus, Præpoſitis, Archidiaconis, Prioribus, Decanis, Vicariis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Canonicis, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Locumtenentibus eorumdem, Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcumque illique, vel illis ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſeù præſentabuntur, ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi imò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis fuiſſe nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad inſtantiam NN. continuò Romanam Curiam ſequentis, ac beneficio Bullæ Eugenianæ gaudentis, & expreſsè gaudere velle declarantis, principalis, & expoſitum, quod licet ipſe D. Exponens à quoquam in partibus pro quavis cauſa, tàm mota, quàm movenda in judicium trahi, vel conveniri non poſſit, nec debeat, nihilominus nonnulli in exequutione præſentium nominan. & cognominan. neſcitur quo jure ſuffulti, eumdem D. Exponentem in partibus coram diverſis Judicibus trahere, vel aliàs diverſimode moleſtare vel ſeſe jactarunt, & jactant, & forſan moleſtarunt, & moleſtant de præſenti, contra omne juris debitum, in grave ejuſdem Domini Exponentis damnum, & præjudicium. Idcircò ad Nos recurſum habuit, ſupplicando, quatenus ei in præmiſſis opportunè providere dignaremur. Nos igitur Chriſtophorus Vidman Judex, & Auditor præfatus, attendentes petitionem, ac requiſitionem hujuſmodi fore, & eſſe juſtam, rationi conſonam, & quod juſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, Vobis omnibus, & ſingulis prædictis, & veſtrum cuilibet inſolidum, tenore præſentium committimus, & in virtute Sanctæ obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, vel alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtra, imo verius Apoſtolica authoritate moneatis, & requiratis, prout Nos, harum ſerie, monemus, & requirimus omnes, & ſingulos in exequutione præſentium nominan. & cognominan. ejſque nihilominus præcipiatis, & mandetis, prout Nos harum ſerie præcipimus, & mandamus eiſdem, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos pro tertio, & ultimo peremptorio termino, canonica monitione aſſignamus, & vos aſſignetis eiſdem, ſub 500. ducatorum auri in auro Rev. Cam. Apoſtolicæ applican. & pro illis mandati exequutivi, & in juris ſubſidium excommunicationis, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis debeant, & quilibet ipſorum, ad quem ſpectat, debeat ab omnibus, & ſingulis moleſtationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis eidem Domino Exponenti in partibus, pro quavis cauſa, & occaſione, tàm mota, quàm movenda illatis, in futurum ceſsaſse, deſtitiſse, & abſtinuiſse, & ceſsari, & abſtineri feciſse, nullumque impedimentum, ſeù moleſtiam de cætero intuliſse, ſeù inferri feciſse, imò ſi quid ab eodem Domino Exponente pro quavis cauſa, tàm mota, quam movenda prætendunt, id totum coram Nobis, & per acta infraſcripti Notarii noſtri, & non alibi deduxiſse, & deduci feciſse, ipſique Domino Exponenti, qui deducit omne jus, omnemque actionem ſibi de jure magis proficuam, & competentem, jus, & juſtitiam miniſtrari, aliaque, & alia fieri, & exequi vidiſse, & audiviſse in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſsaria, & opportuna, & præſentibus noſtris literis monitorialibus, & inhibitorialibus omninò paruiſse. Alioquin prædictos ſic monitos, ſi in præmiſſis ſe fore gravatos ſenſerint, peremptoriè citetis & citari curetis, prout nos citamus, & citari mandamus per præſentes, quatenus octava die poſt exequutionem præſentium immediatè ſequen. ſi ipſa dies juridica fuerit, alioquin alia prima die juridica ex tunc proximè futura, compareant Romæ in judicio legitimè coram Nobis, ſeù infraſcripto Reverendiſſimo D. Locumtenente noſtro cauſam eorum prætenſi gravaminis allegaturi, aliaſque, & alia facturi, dicturi, & recepturi, prout juſtitia ſuadebit & ordo dictaverit rationis. Certificantes eoſdem ſic monitos, & citatos, &c. & inſuper inhibeatis, &c. Abſolutionem verò, &c. Datum Romæ ex Ædibus noſtris, hac die, &c. *Clauſulæ ſunt extendendæ, ut ſupra in præcedente, &c*

N. Notarius.

Locus † ſigilli - N. Locumten.

Monitorium eſt tranſmittendum ad partes, ibique à Nuncio publico perſonaliter contra partem adverſam exequendum, ſucceſſivè à Nuncio facienda eſt relatio exequutionis alicui publico, legali, ac fide digno Notario, qui a tergo ejuſdem monitorii debet inſtrumentum conficere de hujuſmodi exequutionis relatione, in forma authentica, & probante, quibus ita peractis, Monitorium eſt remittendum ad Curiam, & in actis reproducendum, ut infra, videlicet, 8

Pro NN. contra NN. 9

In Officio NN Procurator, prout docuit per inſtrumentum publicum mandati procuræ, tenoris, &c. & facto per compulſum reproduxit monitorium in partibus legitimè exequutum una cum publico inſtrumento exequutionis à tergo illius, prout in folio tenoris, &c. omni, &c.

Cęterum ſi monitus ſit magis, vel ęquè principaliter privilegiatus, vel aliàs, ei, qui monitorium obtinuit, non competat privilegium, quod prætendit, & cujus vigore monitorium obtinuit, poteſt probatis probandis ſuper remiſſione cauſæ, obtinere illam ad partes remitti. 10

Probatio verò hujuſmodi poterit fieri per inſtrumenta, jura, & alia legitima probationum genera, juxta ſuperius tradita *p. 1. c. 2. & c. 10. & ſeq.* mutatis mutandis, juxta qualitatem facti, & ob id ſi reus conventus eſt pupillus, poterit citata parte ad dicendum contra jura, producere in actis fidem ætatis ad probandum ſe eſſe talem, & deinde citare rurſus partem adverſam, ut infra videlicet. 11

A. C. N.

Citetur NN exadverſo principalis, ad videndum moderari inhibitionem nulliter, & indebitè extortam, & remitti cauſam ad partes, attenta prima inſtantia, & quod inſtans eſt pupillus, & decretum neceſſarium. & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive &c. *Decretum.* N. Notarius.

NN petiit, & obtinuit, ut ſupra niſi infra quatuor (*vel aliud tempus Iudici beneviſum*) cum intimatione, omni, &c. A. C N.

Intimatur NN ex adverſo principali, qualiter Dominus remiſit cauſam ad partes, & aliàs prout in actis Inſtante NN. principali, ſive &c. N Notarius.

Elapſo verò termino in decreto contento, & aſſignato à

to à die exequutæ intimationis, ac intimatione reproducta, poteſt ſi opus ſit, expediri inſtrumentum remiſſionis cauſæ ad partes, ut infra (*& aliàs mutatis mutandis*) videlicet.

13 Chriſtophorus Vidman Prothonotarius Apoſtolicus utriuſque Signaturæ Sanctiſſ. D.N Papæ Referendarius, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, Sententiarum quoque, & Cenſurarum, tàm in Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiſſimo D. N. Papa ſpecialiter deputatus. Noverint univerſi, quod Nos hodie cauſam coram nobis via ordinaria, aliàs ſuper reſtitutione dotis, una cum juribus dotalibus, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis, ad inſtantiam NN. Viduæ relictæ, q. NN. contra, & adverſus NN. introductam, attento quod idem NN. reus conventus eſt pupillus, æquè, ac pariter privilegiatus, ut fuit coram Nobis legitimè demonſtratum, citata, & intimata dicta NN. ad partes remiſimus, prout harum ſerie remittimus. Quæ omnia, & ſingula vobis omnibus ſupraſcriptis intimamus, nè ullo unquam tempore de illis ignorantiam prætendere, aut allegare valeatis, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum. In quorum fidem, &c. Datum, Romæ ex ædibus noſtris, hac die &c. N. Notarius

Locus † ſigilli. N. Locumt.

14 Verum ſi A. C. cauſam ad partes de jure remittendam remittere recuſaret, poſſet adiri Signatura Juſtitiæ ſupplicando committi eidem A. C. ut attenta, prima inſtantia, & quod Orator eſt pupillus, ut ſupra privilegiatus, ſuam moderetur inhibitionem, & cauſam ad partes remittat, & ſic data commiſſione opportuna, juxta Formulam, de qua ſupra, hac eadem *par. 3. c. 3. n.* 15. & aliàs mutatis mutandis, prout exigit contingentia facti, poſſet citata parte, juxta praxim ſuperius poſitam *part. 1. c.* 13. *n.* 20. *& ſeqq.* obtineri reſcriptum, & ejus vigore remiſſio ad partes, ut ſupra hac eadem *part. 3. c. 3. num.* 16. dictum fuit.

15 Quod ſi cauſa non veniat remittenda ad partes, debet pars monita tranſmittere ad Curiam mandatum procuræ, cujus virtute Procurator, ne procedatur ad ulteriora in cauſa per contradictas, debet in actis proteſtari, ut infra, videlicet. Pro NN. contra NN.

16 In Officio, N. N. Procurator, ut docuit per inſtrumentum publicum mandati procuræ, prout in folio, &c. tenoris, &c. & negando Monitorium, dixit narrata prout narrantur non eſſe vera, & ad petita, prout petuntur, non teneri, ideò nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, verificatis verificandis, & niſi ipſo in quolibet acto legitimè citato, alias proteſtatus fuit de nullitate, &c. omni &c.

17 Etſi domus Procuratoris non eſt Curſoribus nota, debebit Procurator eligere Domicilium in quo citari velit, nè alias citetur per diligentias, & domicilio demum non reperto, per affixionem, juxta praxim ſuperius traditam, *par. 1. c. 3. n. 5. & ſeqq.*

18 Proindè ſi cauſa fuit in Curia virtute privilegii introducta ſuper jactationibus, & moleſtationibus, ut ſupra, & qui illam introduxit ad ulteriora procedere velit, poterit illam proſequi, & obtinere abſolutoriam, juxta praxim ſuperius poſitam in capite proximo præcedente *n.* 21. *& ſequentibus.*

19 Sed ſi non ſuper jactationibus, ſed ſuper alia re, quodcumque judicium introductum ibidem fuerit, poterit actor privilegiatus, ſi velit, ad ulteriora in cauſa procedere, juxta naturam cauſæ, & judicii intentati, & ob id ſi intentatum fuerit judicium ordinarium, erunt in eo verificanda contenta in monitorio, etiamſi illud negatum non fuiſſet.

20 Pro verificatione autem monitorii ſunt producenda inſtrumenta, & jura opportuna citata parte ad dicendum contra, ut ſupra *par. 1. c. 2. n. 10. & ſeqq.* & ſi jura non ſufficiunt ad verificationem monitorii, poterunt dari poſitiones opportunæ, cogendo partem ad reſpondendum illis, juxta ſuperius tradita *d. par. 1. c. 10. n. 4. & ſeq.* & ſi fuerint negatæ, poterunt reproduci in vim articulorum, vel etiam dari alii articuli, juxta contingentiam facti, citata ſemper parte ad dicendum contra, & ſucceſſivè poterit ad teſtium examen procedi, juxta praxim ſuperius poſitam *p. 1. c. 11. n. 2. & ſeqq.*

Similiter reus conventus poterit deducere exceptiones 21 ſibi competentes beneviſas, & illas eodem modo probare per jura, & teſtes, & alia legitima probationum genera, parte citata, juxta ſuperius tradita *par. 1. c. 8. & c. 10. & ſeqq.* mutatis ſemper mutandis, ſecundum opportunitatem, & contingentiam facti.

Admiſſio verò jurium, & articulorum in cauſis ordina- 22 riis non eſt coarctanda, ſed jura, & articuli ſunt ſimpliciter admittendi ad inſtantiam utriuſque partis, abſque clauſula *ſine præjudicio*, quæ tantum in exequutivis & ſummariis cauſis apponenda eſt, ut ſuo loco ſuperius dictum fuit.

Actitato hinc inde proceſſu, obſervantur termini ſubſtantiales, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo Procurator NN. exadverſo 23 principalis, ad libellandum, ad p. d. ad articulandum ad 12. ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta, ad 2. ad declarandum, ad jurandum de calumnia, ad p. d in terminis ſubſtantialibus, Inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit jura hodie in actis producta, & repetita, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra, & admitti ſi, & in quantum, omni, &c.

Et facta productione, ſeù repetione jurium ut ſupra, hac eadem *p. 3. c. 2. n.* 15. *& ſeqq.* citatur ad ſententiam, ut infra, videlicet. A. C. N.

Citetur NN. exadverſo Procurator NN. ex adverſo 24 principalis, ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarumcumque facultatum, abſolvi inſtantem à cenſuris, ad effectum, &c. deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendam ſententiam definitivam in forma, & aliàs, omni, &c. ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma, &c deferri juramentum, &c. qui tactis juravit, &c. & ſententiari, prout in Cedula, quàm Reverendiſſ. D. Locumtenens legit, ſubſcripſit, et mihi conſignavit, tenoris, &c. ſuper quibus, &c. præſentibus ſociis teſtibus, &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c.

Tenor Cedulæ.

Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & 25 ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam ſententiam, quàm de Juriaperitorum conſilio in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis, quæ coram Nobis in prima, ſeù veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia inter NN. Viduam relictam q. NN. Actricem ex una, & NN. hæredem dicti q. NN. Reum conventum partibus ex altera, de, & ſuper reſtitutione prædii dotalis, ſiti in Territorio Civitatis NN in Villa N. in loco nūcupato N juxta bona NN. et NN. & alios, &c. ſi qui, &c. necnon ſcutorum ſexcentorum monetæ, una cum juribus dotalibus, & alimentis quovis modo debitis, ac fructibus per dictum q. NN. perceptis ex bonis paraphrenalibus, rebuſque aliis, &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum NN. reum conventum, uti heredem dicti q. NN. teneri, & obligatum fore, & eſſe, & propterea condemnandum, prout condemnamus, ad reſtituendum dictæ q. NN. Viduæ dictum prædium, ac ſcuta ſexcenta dotalia, una cum omnibus, juribus, & pertinentiis, ac aliis juribus dotalibus, ac alimentis ſibi debitis à die mortis dicti q. NN. ejus viri, ac fructibus per eundem q. NN. virum perceptis ex bonis paraphrenalibus ejuſdem NN. inferius adnotatis, Victumque Victori in expenſis condemnamus, quarum quidem alimentorum, ac fructuum, & expenſarum liquidationem, & taxationem Nobis, vel cui de jure in poſterum reſervamus. & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè ſententiamus, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio mello-

Digitized by Google

melioti modo, &c. (*hic adnotatur tenor bonorum Paraphrenalium*) Ita pronunciavi Ego N. Locumtenens.

26 Quod ſi ſententia ſit ferenda ad favorem rei abſolutoria ab impetitis, aut ab obſervatione judicii, poterit conſici Cedula juxta Formulam ſuperius poſitam, hac eadem *p.* 3 *c.* 2. *n.* 20. ſicut etiam, juxta tradita *ſub n.* 30. *& ſeqq.* poterit interponi appellatio, & fieri, ac produci cedula appellationis, mutatis tamē ſēper mutandis, prout facti exigit cōtingētia. Cōmiſſio verò poterit formari, ut infra, videlicet.

Civitatis Caſtelli.

27 Beatiſſ. Pater Dignetur S. V. cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ, infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum ab aſſerta definitiva ſententia, lata per R. P. D. N N. A. C. Locumtenentem in prima Inſtantia, ad aſſertum favorem N N. contra, & adverſus N N. devotum S. V. Oratorem, de, & ſuper reſtitutione prætenſæ dotis una cum juribus, dotalibus, & alimentis à die mortis q. N N. necnon reſtitutione prætenſorum fructuum aſſertorum bonorum paraphrenalium, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis, non tamen vigore obligationis Cameralis, aut alterius proceſſus exequutivi, necnon attentatorum, ac innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de jure, &c. una cum omnibus incidentibus, dependentibus, & emergentibus, annexis, connexis ac toto negocio principali, ac quam, & quas, &c. alicui S. V. Sacræ Rotæ Auditori, vel Locumtenenti audien. cognoſcen. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, ſtatum, &c. pro plenè, &c.

Quod ſi cauſa non ſit Rotalis, ſit Commiſſio juxta formulam ſuperius poſitam *par.* 1. *cap.* 13. *n.* 29. & aliàs mutatis mutandis.

28 Nec eſt neceſſe in cauſis hujuſmodi via ordinaria introductis, adire plenam Signaturam parte citata ad effectum committendi cauſam appellationis, ſed Commiſſio ſignatur, & expeditur via ordinaria, abſque aliqua difficultate, juxta praxim ſuperius traditam *par.* 1. *c.* 13. *n.* 45. & proinde proceditur in cauſa coram Iudice Commiſſario, citando partem coram eo, ad dicendum contra commiſſionem, & videndum inhiberi, juxta Formulam, de qua ſupra *d. par.* 1. *c.* 13. *n.* 43.

Obſervationes.

29 POſtea quàm ſan. mem. Conſtantinus Imperator, ſuſcepto Baptiſmo, in ſuo Lateranenſi Palatio Eccleſiam Salvatori dedicavit, & illi continentem Baſilicam, nomine S. Joannis Baptiſtæ condidit eo in loco, quo ipſe baptizatus à Sancto Silveſtro, & à lepra mundatus eſt, Eccleſiam Sancti Petri in Vaticano, & aliàs plures Baſilicas ædificavit, Baron. Annal. *Eccleſ. tom.* 3 *ſub Anno Domini* 344 *fol.* 218. *& ſeqq fol.* 228. *& ſeqq. & fol.* 240. *& ſeqq. Breviar. Roman. in Feſt. dedicat. Baſil. Salvat. die* 9. *Nov & dedicat. Baſilic. Sanct. Petri*, 18. *ejuſdem.*

30 Poſtquam etiam de conſenſu totius Senatus, ac Populi Eccleſiæ Romanæ, Beato Petro Apoſtolorum Principi, Beatoque Silveſtro Pontifici, ac eorum Succeſſoribus ejus Lateranenſe Palatium, necnon Urbem Romam & alia multa conceſſit, donavit, ac reliquit, *cap.* Conſtantinus, *diſt* 96. *capit. fundamenta, de elect. in* 6. *cap futuram* 12. *q.* 1. Bald. *in cap.* 1. *§. in generali, verſ quæro utrum, tit ſi de feud. fuer. contr.* Abb. *conſ* 84. *n.* 2. *lib.* 1. Bald. *conſ.* 159. *ſuper verſ. & hæc vera. lib.* 3. Covar. *var. reſol. lib.* 4. *c.* 16. *n.* 8 Card. Tuſc. *lit. D. concluſ.* 689. *n.* 4. *& ſeqq.* Scacc *de Appell. q.* 8 *n.* 110. Bobadill. in Pol. *lib.* 2. *c.* 17. *num.* 11. Baron. Annal. *Eccleſ. tom.* 3 *ſub Anno Domini* 324. *fol.* 244. animadvertens

31 † juſtum non eſſe, ut illic Imperator terrenus haberet poteſtatem, ubi Principatus Sacerdotum, & Chriſtianæ Religionis caput ab Imperatore Cœleſti conſtitutum eſt, Imperium Romanum, Regnique poteſtatem in Bizantinæ Provinciæ optimo loco tranſtulit, & illic à ſuo nomine Urbem Conſtantinopolim nuncupavit, prout ſe facturum dixerat *d. cap.* Conſtantinus, & eſt notorium, latè Baron. *Annal. Eccleſ. tom.* 3. *ſub Anno Domini* 324. *fol.* 249. *& ſeq.*

Nec à bonis operibus unquam ceſſans pius Imperator 32
certo ſciens Regum officium probum eſſe, facere judicium, atque iuſtitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos, ac peregrinis, pupillis, & viduis, cum facilius à potentibus opprimantur, præbere auxilium, *lib.* 1. *Regum*, *c.* 23. *n.* 5. Rolan. *conſ.* 20. *n.* 2. *& ſeq. lib.* 2.

Cum præſertim Deus præceperit miſerabilibus perſo- 33
nis, hoc eſt advenis, pupillis, viduis, & pauperibus, malum non inferri, nec ab aliis inferri permitti, Exo. *c.* 22. *n.* 21. *& ſeq.* Jac *c.* 24. *n.* 3. Jer. *c.* 22. *n.* 3. Zac *c.* 7. *n.* 10. Malach. *c.* 3. *n.* 5. Matth. *c.* 23. *n* 14. *c.* 4. *Regum* 23. *q.* 5.

Sed illis benefieri, Deut. *c.* 16. *n.* 14. *& c.* 24 *n.* 17. *& num.* 34
19. *& ſeqq. & c.* 26. *n.* 12. *& ſeq.* Job. *c.* 31. *n.* 16. *& ſeq.* prout etiam docet Apoſt. 1. *ad Timot.* *c.* 5. *n.* 3. *& n.* 16 Jac. *c.* 1. *n.* 27.

Et ſignanter in judiciis, Deut. *c.* 24. *n.* 17. *& c.* 27. *n* 19. *Eccleſiaſt c.* 4. *n.* 10. Iſa. *c* 1. *n.* 23. *& ſeq.* Jer. *c.* 22. *n.* 3.

Hinc anno Imperii ſui vigeſimo ſeptimo, ſalutis, verò 35
trecenteſimo trigeſimo quarto, quintodecimo Kalen. Julii, Publio Optato, & Anicio Paulino Juniore Conſulibus Conſtantinopoli in favorem Pupillorum, Viduarum, & aliarum miſerabilium Perſonarum privilegium, ſed Conſtitutionem edidit, qua ſtatuit, nè hujuſmodi Perſonæ poſſent extra proprium domicilium conveniri, ſed benè poſſent ipſæ alios extra proprium domicilium trahere coram Principe, quam quidem Conſtitutionem deinde Imperator noviter Juſtinianus in ejus Codice inferendo, & approbando *ſub tit* 14. *libri tertii* in corpore Juris clauſit, hæc eſt *lex unica*, *C. quand. Imper. inter Pupill. & Vid. vel miſerab. perſon. cogn. & ne exhibean.*

Pupillus propriè eſt ille, qui adhuc eſt impubes ob decimum 36
quartum ſuæ ætatis annum non expletum, & deſiit eſſe in poteſtate Patris, aut morte, aut emancipatione, *l. Pupillus* 239. *in princ & ibi DD. ff. de verbor. ſignif.* Gloſſ. *in l. unica, in verbo earum pupillor*, *C. quand. Imper.* Caſtr. *in rubr. C. quand. Imper. nu.* 2. *Alciat. in d l. pupillus in princ. n.* 3. *ff. de verb. ſignif.*

Impropriè verò dicitur Pupillus etiam impubes, qui 37
Patrem habet, *l. ſi Servus* 141. *§.* 1. *& l. fin. §. pupillus, ff. de verb. oblig. leg. quam Tuberonis*, *§. tam autem pupillum, ff. de pecul.* Rebuff. *in d. l. pupillus, col.* 1. *in fin. verſ. Immo pupillum*, *ff. de verbor ſignificat.*

Diciturque Pupillus à Pupo, Pupus enim Parvulum 38
ſignificat, & ſic Pupillus dicitur impubes parvulus, etiamſi ſit infans, *l.* 2 *ff. rem. pupil. ſalu for.* Rebuff. *in d. l. pupillus, col.* 2. *in princ. verſic. Item pupillus*, *& ibi etiam* Alciat. *n.* 2. *ff. de verb. ſignificat.*

Vidua verò, ut *Labea* ait, non ſolum Mulier, quæ ali- 39
quando nupta fuit, ſed etiam illa, quæ Virum non habuit, appellatur, quaſi ſine duitate, *d. l. malum*, 242. *§. viduam*, *ff. de verb. ſignif*

Verùm illa, quæ Virum non habuit, Vidua appellatur 40
in latiori ſignificatione, Covar. *pract. quæſt. c.* 7 *n.* 2. Marchel. *de commiſſ. avoc. cauſ. par.* 2. *§ n* 158. *fol.* 324.

Cùm enim Matrimoniū ſit duorum, non autē pluriū, vel 41
paucioriū, Geneſ *c.* 2. *l. prima, ff. de rit. nupt. §.* 1 *inſtit. de patr. poteſt.* Conſequens eſt † ut in lata ſignificatione, quę ſine 42
duitate eſt, Vidua dicatur, *d l. malū, §. viduā ff de verb. ſign.*

Sed in ſtrictiori ſignificatione Vidua illa dicitur, cujus 43
Maritus mortuus eſt, & alio caret, *cap. vidua* 84. *diſt.* Fel. *in cap. ſignificantibus, num.* 8 *de offic. Deleg.* Alciat *in d. leg. malum, § viduam nu.* 25. *& ſeqq ff. de verbor. ſignif.* Covar. *pract. quæſt. cap* 7. *n.* 2 *verſ. contrarium.*

Cæterum Perſonæ miſerabiles omnes illæ, quarum na- 44
tura nos inducit ad miſerendum, nedum ob aliorum culpā, ſed etiam ob fortunæ injuriam dici, & reputari debent, *l. unica, C. quando Imper.* Azo. *in Summ. rub. Cod. quand Imper. n.* 6. Soccin. *in cap. ex tenore, n* 4. *de foro compet.* Guidopap. *dec.* 566. *& ibi* Add *ſub lit. A. verſ. denique, miſerabiles* Nov. *in prax. elect. for. ſect.* 2. *in præf. n.* 2. Afflict. *dec.* 257. *n.* 1.

Et dicuntur miſerabiles, ſecundum Iſidorum, quaſi mi- 45
ſeriæ habiles, Rebuff. *in tract. de Sentent. proviſ. art.* 3. *gloſſ. ultima verſ. ultimo Miſerabiles.* Novar. *in prax. elect. for. ſect.* 2. *in præfat. n.* 2.

Etiamſi ſint divites, Azo. *in Summ rub. C. quand Imper.* 46
inter pupill. & vid. n 6. Rolan. *conſ.* 76. *n.* 44. *verſ. quia reſpondetur*, ubi alios allegat *lib.* 1. Adden ad Guidopap. *dict. deciſ.*

Digitized by Google

deciſ.556.in verbo miſerabiles, verſic.denique.

47 Signanter, autem. & in ſpecie perſonæ miſerabiles primò ſunt Viduæ, & Pupilli, quorum Deus inducit nos ad miſerendum, Exod.c.22.n.22 ibi, Viduæ, & pupillo non nocebitis, ſi læſeritis eos, Indignabitur furor meus, & percutiam vos gladio, eruntque Uxores veſtræ Viduæ,& Filii veſtri pupilli; & Deuter.c.24.n.17. Non perverteſ judicium advenæ, & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ veſtimentum: & c.27.n.19. Maledictus qui pervertit judicium advenæ, pupilli, & viduæ; & Eccleſiaſtic.c.4. n.10.In judicando eſto pupillis miſericors ſicut pater, & pro viro matri illorum: & Iſa.c.1.n.23.Principes tui infideles pupillo non judicant, cauſa viduæ non ingreditur ad eos: & Jerem c.22.n.3.Facite judicium, juſtitiam, & liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris: advenam, pupillum, & viduam nolite contriſtare, neque opprimatis iniquè: & n.4. Si non audieritis verba hæc in memet ipſo juravi, dicit Dominus, quia in ſolitudinem erit domus hæc, & c.Regum 23.q.5.c.ex tenore, ubi gloſ. de for. compet.l.unica, C.quand.Imper.Gloſſ.in cap.omnis ætat in verbo.Pupilli,12 q.1.Azo.in ſumm.rubr.C.quand.Imper.n. 6.Innoc.in c.ſignificantibus.n.2.& ibi Butr. n.22.Imola n. 19.de offic.Deleg.Adden. ad Guidopap.deciſ. 566.in verbo Miſerabiles, Marcheſ.de commiſſ. avoc.cauſ.par.2.§.2.n. 164 fol.324.Rebuff.de Sentent.proviſ.art.3.gloſ.ultim verſ. providere etiam Gratian.diſcept.63.n.13.tom.1.Afflict.dec.
48 257.n.1. Theſaur deciſ. 177.n. 1.etiamſi † ſint divites, Gratian.diſcept.182 n.2.& ſeq.

49 Secundò, mulier habens maritum inutilem pariter perſona miſerabilis reputari debet, Rebuff. de Sent.proviſ. d. art.3.gloſ.ult. verſ. Item vidua, Novar. in Prax. elect. for. ſect.2.q.7.n 5.

50 Tertiò Orphani, quam horum etiam Deus inducit nos ad miſerendum, David. Pſalm.9 aliàs 10. ſecundum Hæbr.num.24 ibi, Orphano tu eris adjutor, Gloſſ in c.omnis ætas,in verbo Pupilli 12 q.1.Innoc.in d.cap ſignificantibus, n.1.verſ.Pupillorum, & ibi Butr.n.22 & Imol. n.19. de offic.Deleg.Rebuff.d.art.3.gloſ.ultim.verſ.ſecundo Orphani, Theſaur.dec.177.n.1.

51 Sunt autem orphani minores 14.annis, qui patre, & matre carent, Rebuff.in l.Pupillus col.2 verſ.2 quamvis,ff. de verb.ſignif.Caſtr.in Rub.C.quand Imp.n.1.

52 Quartò Peregrini, & Advenæ, quos Deus plurimum commendat inducendo nos ad miſerendum illorum, Exod. c.23 n.9.Peregrino moleſtus non eris, & Levitic.c.19.n. 33.& ſeq.Si habitaverit Advena in terra veſtra, diligetis eum quaſi vos metipſos, & Deut. c. 10. n. 18. Deus facit judicium pupillo, & viduæ, & amat peregrinum, & vos ergo amate peregrinos; cum aliis cumulatis ſupra, verſ. cum præſertim Deus, n. 33.& verſ. ſignanter autem, n. 47. c.ſi quis Romipetas 24.q.3.Innoc.in d.cap.ſignificantibus,n. 5.& ibi Imol,n.19 Butr.n.55.de offic Deleg.Rebuff.de Sent. proviſ.art.3.gloſ.ultim.verſ.tertio, Theſaur dec.177. n. 1.

53 Quintò Puella nobilis, quæ ſecundum ejus conditionem Matrimonio copulari nequit, dicitur pauper, & ei ſicut pauperi providendum eſt, Bald in l. ſi quis ad declinandum, n.5.C.de Epiſc.& Cleric.Rebuff.de Sent.proviſ. d.art.3.gloſ.ultim.verſic.Quartò Puella.

54 Sextò pauperes, l.unica §.quod ſi Pupillus. Cod.quando Imper. Innoc. in cap. ſignificantibus, n.1. & ibi Imol.n.19. de offic.Deleg.Natt.conſ.390.n.7.Theſaur.dec.177. n.1.

55 Septimò Mercatores, dum ſunt in itinere, quibus ideò eſt ſummariè ſuccurrendum, ſi graventur vectigalibus, & pedagiis, cap.ſi quis Romipetas 24.q.3.Innoc.in d.cap. ſignificantibus, num.1. & ibi Imol, num.19. Butr.num. 22. de offic. Deleg. Rebuff. d.art.4.gloſ.ult. verſ. 5. Theſaur. d. dec.177.num.1.

56 Octavò publici pœnitentes, c.aliud. 11.q. 3.Innoc. in c. ſignificantibus, n.1.& ibi Imol. n. 19 & Butr.n.52.de offic. Deleg.Rebuff,d.art.3 gloſ.ultim.verſ.ſexto.

57 Nonò Liberti ab Eccleſia manumiſſi, & ad eam confugientes, c.omnis ætas, ubi Gloſſ.in verbo Pupilli, 12.q.1. c.Liberti, ubi Gloſ.diſt.87.Imol.in cap. ſignificantibus, n. 19.& ibi Butr.num.22. de offic.Deleg. Rebuff. de Sent. proviſ.d art.3.gloſ.ult. verſ.ſeptimo, Teſaur. dict. deciſ. 177. num.1.

58 Decimò Officiales, & Ruſtici, & Servientes Eccleſiæ, ſi ſunt pauperes, & ſerviunt gratis, Innoc.in d.cap ſignificantibus, n.1.& ibi Imol.n.19.& Butr.n.22.de offic.Deleg.Rebuff.d art 3.gloſſ.ult.verſ.octavo, Theſaur.d.dec.177.n.1.

Decimo primò Infantes expoſiti, cap.fin.diſt.87.l.1.& 2. 59
C.de infant. expoſ. Innoc.in cap.ſignificantibus, n.1. verſ. Idem in Expoſitis, de offic.Deleg. Rebuff de Sent.proviſ.d. art.3.gloſ.ult.verſ Nonò infantes.

Decimo ſecundò Senes, & Decrepiti, etiamſi ſint divi- 60
tes, Azo.in ſumm.rubr.C. quand.Imperat. inter pupil.& Vid.n.6.Rolan.conſ 76.n.44.lib 1.Imol.in cap. ſignificantibus,n.19.de offic Deleg.Lop.in rep cap.per veſtras, in 2.not. n.12.de don.inter,Vir.& Uxor.Adden & Guipap.dec.566.in verbo Miſerabiles, in verſ.denique, Rebuff d.ar.3.gloſ ult. verſ.decimo, Afflict.dec.247.n.1.

Decimo tertiò Cæci, Mutilati membris, Leproſi, & 61
Debilitati, l.unica, C.quand.Imperat.cap.licet multum, de reſt.ſpoliat.& cap.licet malum, ubi Gloſ. in verbo miſeri, de Cenſ.c.1.Cler.ægrot.vel debilit. Azo.in ſumm rub.C. quand.Imperat.n.6.Innoc.in cap.ſignificantibus, nu. 1 & ibi Imol,n.19.& Butr.n.22.de offic.Deleg.Alex.conſil.126 §. In hac,n.9.lib.4 Rola.conſ.76.n.44.lib.4.Rebuff.dict.art.3. gloſſ.ult.verſic.undecimò,Theſaur.dec.177.n.1.Afflict.dec. 257.num.1.

Decimoquartò Carcerati, & Captivi, l ſi quis ad decli- 62
nandam,& l.ſi Captivi, C de Epiſ & Cleric.l.Iudices, C.de Epiſ aud.Innoc.in cap.ſignificantibus, n.1. Imol.n.19.& Butr.n.22.de offi.Deleg.Rebuff.de Sent.proviſ.artic.3.gloſſ ultim.verſ.duodecimo, Theſaur.dec.177.n 1.

Decimo quintò, Cruce ſignati, Imol.in dict.cap.ſignifi- 63
cantibus, n.19.de offic.Deleg.nàm iſti ſunt ſimul Advenæ, & Peregrini, Rebuff dict. art.3 gloſſ.ult.verſ decimotertio.

Decimoſextò, ad Fidem nuper converſi, Innoc.in cap. 64
Iudæi, de Jud.Rebuff.d. art.3 gl. ultima, verſ. decimoquarto, cum aliis cumulatis per Novar.de elec.& vac.for.ſect.1. q.48.n.1 & ſeqq.ubi de communi; Quod procedit infra annum à die Converſionis, & Baptiſmi,ut per eumdem Novar. d. q 48.n.4 & ſeqq.

Decimo ſeptimò, Omnes diuturno morbo laborantes, 65
ſeù fatigati, l ſi quis ad declinandam, §.ubi autem,Cod.de Epiſc.& Cleric.l.unica, C.quand.Imper.Azo.in ſum.rub.C. quand.Imper.n.5.Alex.conſ.122.§.viſo puncto,n.16.verſ.& judicio meo, lib.4. Rolan. conſ. 76. n. 44. lib.2.Marcheſ.de Commiſſ.avoc.cauſ.par.5.§.2.n.164.fol.324.Afflict.dec.257. n.1.etiamſi ſint divites, ut per Azo & Rolan.ubi ſupra,& per. Adden. ad Guidopap dec. 566. in verbo Miſerabiles, verſ.denique.

Sed hoc non procedit in eis, qui ſua culpa tales ſunt ef- 66
fecti, prout ſunt laborantes morbo Neapolitano, ut ait. Rebuſſ.de Sent.proviſ.art.3.gloſſ ult.verſ.Item dicebat quidam.

Decimo octavò Furioſi, & ſimiles leg.congruit, & leg. 67
Divus ff.de offic.Præſid.l.infans,ff.ad leg.Corn.de Sicar.l. Judices, & l.Libertis, C.de Epiſ.aud.Innoc in cap.ſignificantibus, n.2. verſ. & furioſi, de offic.& poteſt.Deleg.No-
var. in prax. elect. for. ſect.2.q 42.n 1.& ſeq nàm † Furio- 68
ſus. Fatuus,& Mentecaptus,& ſimiles æquiparātur pupillo infanti,§.ſed quod diximus,inſtit.de inutil.ſtip.cum aliis allegatis ſupra par.1 c.5.n.91 Novar. in prax. elect for. d. ſect.2.q.42.n.3.& ſeqq.

Decimonond omnes aliæ perſonæ, quarum natura mo- 69
vet ad miſerendum, leg. unica, C.quand.Imperat. Azo.in ſum.rub.C.quand.Imper.n.6.Alex conſ.122.§.viſo puncto n. 16.verſ.& judicio meo,lib.4.Rolan. conſ. 76.n.44.lib.1.Adden ad Guidopap. d. dec. 566. in verbo miſerabiles, verſic. deniq;,cum aliis allegatis ſupra verſ.cæterum perſonæ n.44.

Licèt enim perſonæ ſupradictæ in ſpecie inter miſera- 70
biles numerentur, nihiluminus poſſunt etiam dici miſerabiles aliæ perſonæ ſupra non enumeratæ, ſi in eis æqualis, vel major ratio militet, arg. leg.illud,ff. ad leg. Aquil.Rebuff.dict.artic. 3. gloſſ. ultim. verſ. item. aliæ perſonæ.

Verùm, quæ ſint iſtæ aliæ perſonæ miſerabiles non 71
enumeratæ, nec declaratæ, arbitrio Judicis linquitur, Covar. pract. quæſt.cap. 6 n. 3. in fin.verſ.relinquendum, ubi de communi, Menoch.de arbitr.Jud.lib.2.caſu 66.nu. 1.ubi de receptiſſima DD. ſententia teſtatur. Rebuff. alios cumulans de Sent. proviſion. art. 3. gloſ. ult. dict. verſ. item aliæ perſonæ, latè Novar. qui plures congerit in Prax. elect.for.ſect.2.in præfat.n.5.& ſeqq.

Digitized by Google

72 Sed hoc non procedit in perſonis miſerabilibus declaratis in *l. unica*, *C. quand. Imper.* prout ſunt pupilli, viduæ, & diuturno morbo ſatigati, nàm cum iſti ſint, ut ſupra, miſerabiles à lege declarati, non relinquitur arbitrio Judicis alia eorum declaratio.

73 Idemque videtur dicendum in his, qui ex communi DD. opinione miſerabiles declarantur, ac uti tales gaudere debent privilegio electionis Fori, nàm à communi DD. opinione non eſt in judicando recedendum ex latiſſimè cumulatis per Ant. Mar. Coſat. *de commun. opin. lib. 5. tit. 8. Inſpect. 2. n. 2 & n. 16. & ſeqq.*

Sed benè procedit concluſio in perſonis non declaratis, ut in eorum declaratione intret Judicis arbitrium. Soccio. *in cap. ex tenore, col. 2. n. 4. de For. competen.* Rebuff. *d. art. 3 gloſ. ult. verſ. intellige verum.*

74 Ex quibus primò infertur, quod cum pupilli ſint miſeratione digni, gaudent privilegio, ne trahi poſſint in judicium extra proprium domicilium, ſed benè alios extra domicilium ad Curiam Principis trahere valeant, tex. eſt expreſſus in *l. unica, C. quand. Imper. inter Pupill. & Vid.* Innoc. *in c. ſignificantibus n. 5. de offi. Deleg.* Alex. *conſ. 112. n. 10. verſ. & judicio meo, lib. 4.* Rolan. *conſ. 50. n. 1. l. 2.* Afflict. *deciſ. 257 n. 2.*

75 Etiam poſt litem conteſtatam, Natt. *conſ. 590. n. 15.* Viv. *dec. 55. n. 1.* ubi quod hoc procedit etiam in viduis, & aliis miſerabilibus perſonis gaudentibus privilegio *d. l. unicæ.*

76 Et etiam ſi pupilli lite pendente ſint effecti majores, Theſaur. *deciſ. 177. n. 4.*

77 Sed primò hoc non procedit in pupillo exiſtente in poteſtate patris, nàm is *l. unicæ* privilegio non gaudet, Gloſſ. *in leg. unica in verbo contra pupillos, C. quand. Imper.* Caſtr. *in rubr. Cod. quand. Imper. n. 4. in fin.* Franc. *dec. 506. n. 17.*

78 Secundò non procedit in pupillo exiſtente in poteſtate Avi, Novar. *in prax. elect. For. ſect. 2. q. 3. n. 7.* ubi alios cumulat Franc. *deciſ. 671.*

79 Tertiò non procedit in pupillo divite, ſed tantùm paupere, Rolan. *conſ. 20. n. 8. & n. 12. & ſeqq* ubi de communi *lib. 2.*

80 Sed quicquid dixerit Rolan. *ubi ſupra*, contrarium eſt verius, quod ſcilicet pupillus gaudeat dicto privilegio *l. unicæ*, etiamſi ſit dives, Azo. *in ſumm. rub. C. quand. Imper. n. 6.* Addeo. ad Guidopap. *dec. 565. in verb. miſerabiles*, Rolan. *conſ. 76. n. 45 lib. 1.* Natt. *conſ. 590. n. 3. & ſeqq.* ubi plura cumulat. Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. caſu 66. n. 3.* ubi alias congerit authoritates, Covar. *pract. quæſt. cap. 6. n. 2. verſ. obtinet. hoc privilegium*, Gratian. *diſcept. 182. num. 2. & ſeqq.* Franc. *dec. 100. n. 19.* Theſaur. *dec. 177. n. 3.* Rot. *poſt.* Zacch. *de oblig. Camer. dec. 93 n. 1.* ubi quod cum hoc ſuppoſito proceſſit Signatura, proindè ab hac opinione uti veriori, & receptiori non eſt in praxi recedendum, quam etiam uti magis communem, & veriorem paſſim obſervat, & amplectitur Signatura, teſte Marcheſ. *de Commiſſ. à voc. cauſ. par. 2. §. 5. n. 31. verſ. quicquid, & circa fin. verſ. ſed non amplius fol. 304.*

81 Quartò non procedit, quando pupillus hujuſmodi privilegium amiſit, ex quo judicium fuit cœptum, & lis conteſtata cum ejus patre poſtea defuncto, nàm tunc pupillus in dicto judicio non poteſt uti dicto privilegio *leg. unicæ*, Caſtr. *in l. Hæres abſens in princ. num. 3. & ſeq. & in l. § quis Romæ. n. 1. ff. de jud.* Covar. *pract. quæſt. cap. 8. num. 2. & ſeqq.* Gratian. *d. diſcept. c. 182. n. 26. & ſeq. to. 1.* Rot. *poſt* Zacch. *de oblig. Camer. deciſ. 93. n. 21.* Secus ſi lis non ſit cœpta cum defuncto Gratian. *d. diſcept. 182. n. 57.* cum aliis præallegatis.

82 Quintò non procedit in pupillo in forma Cameræ obligato, qui licet in partibus exiſtat, & etiamſi dicta obligatio ſit facta extra Urbem, poteſt tamen conveniri coram A. C. privilegio *l. unicæ* non obſtante, Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. par. 2 §. 2. n. 94. & ſeqq. fol. 314. & ſeq.* ubi quod hanc opinionem ſequitur Signatura, Gratian. *diſcept. 182. num. 6. verſic. dixi, ubi de communi, & num. 7.* Rota *poſt* Zacch. *de obligat. Camer. deciſ. 93. numer. 2. & ſequentibus.*

83 Et eo minus pupillus, vel perſona miſerabilis in forma Cameræ obligata poterit declinare Forum A. C. ſi coram eo ab alia perſona miſerabili conveniatur, Gratian. qui plures cumulat *dict. diſcept. 185. n. 20 tom. 1.*

84 Si quidem A. C. eſt Judex obligationis Cameralis privativè quoad alios, ut expreſſè legitur in ejus facultatibus, Paul. *V. conſt. 28. Eximiæ, §. Hæc autem*, Rot. *poſt* Zacch. *de oblig. Camer. dec. 93. n. 5.* cum aliis cumulatis ſupra *part. 1. cap. 1. n. 36.*

Et cum dictæ facultates ſe extendant ad Communita- 85
tes, & Univerſitates, de quibus in eis in individuo ſit mentio, debent quoque comprehendere pupillos, viduas, pauperes, & alias perſonas miſerabiles in eiſdem Univerſitatibus exiſtentes, nàm illæ æquiparantur pupillis, & per Adminiſtratores reguntur, Gratian. *dict. diſcept. 185. n. 19.* Rot. *poſt.* Zacch. *de obligat. Camer. deciſ. 93. n. 19.*

Quæ procedunt etiamſi non pupillus ipſe, ſed ejus Pa- 86
ter poſteà defunctus, ſe, & bona, & hæredes ſuos obligaverit in forma Cameræ, nam tunc perſona defuncti conſideratur, qui poteſt hæredes, ut ſupra obligare, & etiam donare bona hæredis, & de illis diſponere, non autem perſona pupilli, qui ob id privilegio *leg. unicæ* uti non poteſt, Gratian. *dict. diſcept. 182. n. 25.* Rot. *poſt* Zacch. *de obligat. Camer. dict. dec. 93. n. 20 & ſequentibus.*

Nec relevat, ſi dicatur, quod facultates, A. C. ſint datæ 87
privativè, ut ſupra, quoad Judices Romanæ Curiæ, quo verò ad judices extra Curiam cumulativè, ut diximus ſupra *par. 1. cap. 1. n. 40.* quod non videtur à præfatis conſideratum.

Nam hoc operatur, ut cœpto judicio in partibus A. C. 88
non poſſit à Judice de partibus cauſam, in qua agitur de obligatione Camerali, reaſſumere, ut per Burat. *dec. 462.* 89
n. 1. non † autem quod ſi pupillus fuerit coram A. C. præventus vigore obligatione Cameralis, ipſe poſſit virtute *l. unicæ, C. quand. Imper.* Forum A. C. declinare, & adverſarium coram Judice de partibus trahere *ex præallegatis.*

Nec etiam relevat, quod pupillus, & aliæ miſerabiles 90
perſonæ non poſſint privilegio *leg. unicæ* renunciare, Gloſſ. *in dict. l. unica, in verbo excedere*, quam omnes ſequuntur, teſte Natt *conſil. 590. num. 15.* cum aliis latè cumulatis per Marcheſ. *de Commiſſ. avoc. cauſ. par. 2. num. 96. fol. 311. & num 20. fol. 301.* Gratian. *diſcept. 182. numer. 22.* Viv. *deciſ. 55. num. 2.* Theſaur. *deciſ. 177. nu. 5. verſ. & iſtis*, Franc. *dec 192 n. 7.*

Nàm licet perſona miſerabilis non poſſit d. privilegio 91
renunciare, poteſt tamen illud authoritate Legis amittere, prout evenit, quando defunctus hæredes ſuos in forma Cameræ obligavit, ſicut quando lis fuit cœpta, & conteſtata cum defuncto, Gratian. *d. diſcept. 182. n. 6. & ſeq. & n. 25 & ſeqq.* Rot. *poſt* Zacch *de oblig. Camer. dec. 93. n. 20. & ſeq.*

Secundo infertur, quod cum omnis Vidua reſpectu pri- 92
vilegii fori ſit miſeratione digna, ut dixit. Natt. *conſ. 590. n. 11.* cum aliis ſupra allegatis, utique, & ipſa gaudet d. privilegio, tex. eſt expreſſus *in d. l. unica, C. quand. Imper.* Bald. *conſ. 5. §. Queritur, lib. 1.* Rolan. *conſ. 20. n. 1. lib. 2.* Afflict. *dec. 557. n. 1.*

Quod procedit etiam poſt litem conteſtatam, Natt. *d.* 93
conſ. 590. n. 15. Viv. *dec 55. n. 1.* & ſi cœptum ſit judicium coram Ordinario, contra regulam, *l. ubi cœptum, ff de jud.* Theſaur. *d. dec. 117. n. 6* ubi de receptiori teſtatur.

Etiam in ſecunda inſtantia, Marcheſ. *de Commiſſ. avoc* 94
cauſ. par. 5. §. 2. n. 157. fol. 324. Theſaur. *d. deciſ. 177. num. 8.*
ubi † quod ita reſolvit Senatus Et etiam ſi vidua pen- 95
dente judicio, ſeù lite nuberet, Franc *dec. 257. n. 7.* Theſaur. *dec. 177 n. 4.*

Et denique Vidua gaudet privilegio *l. unicæ*, etiamſi 96
ejus maritus defunctus, fuiſſet miraculosè reſuſcitatus, veluti à Domino Lazarus, etenim licet † Reſuſcitatus
rumpat teſtamentum uti Poſthumus, illudque, ac legata, 97
& omnia revocabilia revocet, ac ſua bona recuperet, Gloſſ. & Bart. *in l. 4. ff. de Leg* Soccio. Jun. *conſ. 162. nu. 14. & ſeq. lib. 2.* & alios, quos cumulat, & ſequitur Sebaſt. Medic. *in tract. Mors omnia ſolvit, part. 1. num. 93. verſic. & quemadmodum, & par. 3. n. 127.* Clar. *in §. Teſtamentum, q. 86. ubi de communi*, Cardin. Tuſc. *lit. R. concluſ. 303.* recuperetque etiam filios, ut reſolvit Graz. Girond *de priv. & exemp. explic. n. 1282.* quem refert. Barboſ. *in collect. in Decret. lib. 4 tit 21. c. 4.* hoc eſt in *cap. ſuper illa num. 3 de ſecund. napt.*

Nihilominus, quia mulier alligata eſt legi, quanto 98
tempore vir ejus vivit, quod ſi obierit vir ejus, liberata eſt, &

Digitized by Google

eſt, & poteſt alteri nubere Apoſt. ad Roman. c. 7 & ad Corint. 1. cap. 7 c. inter illa, de Secund. nupt. & ob id Matrimonium per mortem diſſolvitur, utique miraculoſè reſuſcitatus uxorem non recuperat, nec uxor virum, capit. licitè 32. q. 7. Sebaſt. Medic in tract. Mors omn. ſol. par. 2. concl. 98 n. 273. Rebuff. in tract. de pacif. poſſeſſ. n. 268. Graz. Giron. de privil. & exempt. explic. n. 1282. & n. 1291. Barboſ. in d. c. inter illa, n. 2. de ſecund. nupt. Viv. dec. 314. n. 20. proindè mulier remanet vidua, & per conſequens, ſi daretur caſus, gauderet dicto privilegio leg. unicæ, Cod. quand. Imper.

99 Sic etiam Clericus reſuſcitatus non recuperat Beneficium, Sebaſt. Medic. in tract. Mors omn. ſolu. par. 2. concluſ.
100 98. n. 273 Rebuff. in d. tract. de pacif. poſſeſſ. n. 268. Nec † Monachus reſuſcitatus tenetur redire ad Monaſterium, Girond. in dict. tract. de privileg. & exempt. explic. n. 1285.

Nec eſt etiam ſic Reſuſcitatus iterum doctorandus, Ang. in l. nom, & Demoſt. Benes, n. 3 ff. de Leg. Medic. in d. tract. Mors omnia ſolu. por. 2. concl. 98. num. 274. nec iterum baptizandus, Marſil. in l. fin. n. 35. ff. de quæſt. cum aliis, quos refert, & ſequitur Medic. in d. tract. Mors omn. ſol. por. 2. concl. 98. n. 274 & ſeq. ubi de hoc reddit rationem.

101 Verum concluſio, quod Vidua gaudeat privilegio l. unicæ, C. quand. Imper.

Primò non procedit in Vidua divite, ſed benè in paupere, Rolan. conſ. 20. n. 12. & ſeqq. ubi de communi, lib. 2.

102 Sed contrarium eſt de jure verius, cum etiam ſi illa dives ſit, miſerabilis exiſtat, Rolan. d. conſ. 20. n. 9. & ſeq. lib. 2. Natt. conſ. 590. n. 1. n. 3. & n. 7. lib. 3 ubi quod ſimiles perſonæ opprimi ſolent, ut experientia rerum magiſtra docet, Menoch. de arbitr jud. caſu 66 num. 3 & ſeqq. lib. 2. Franc. dec. 100. n. 19. ubi quod ita indiſtinctè judicat Sacrum Conſilium, Theſaur. dec. 177. num. 3 ubi quod ita ſervat Senatus. Marcheſ. de Commiſſ. avoc. cauſ. par. 2. §. 2. n. 31. verſ. ſed quicquid, & inferius eodem n. 31 verſ. ſed non amplius, ubi de magis communi, & paſſim à Signatura obſervata opinione teſtatur fol. 304.

103 Secundò non procedit in Vidua inhoneſta, hæc enim d. privilegio non gaudet, Rolan. d. conſ 20 n. 6. & ſeq lib. 2. Covar. pract. quæſt. c. 7. n 1. Marcheſ plures cumulans de Commiſſ. avoc. cauſ. p. 2 §. 2. n. 37 verſ. ad illis, fol. 306. & n. 56. fol. 308.

104 Tertiò non procedit in Vidua, quæ virum occidit, cum talis ſua culpa ſit effecta, Covar. pract quæſt. c. 6. n. 3. verſ. quid ſi Vidua, Marcheſ. de Commiſſ. avoc. cauſ. par. 2. §. 2. n. 53. fol. 308.

105 Tertiò infertur, quod cum mulier viro deſtituta, ſeù habens virum inutilem, vidua dicatur, necnon etiam innupta, patre deſtituta, ſeù habens patrem ſimiliter exulem, condemnatum ad perpetuos carceres, vel triremes, captumve ab hoſtibus, vel alias diuturno morbo laborantem, vel alias inutilem ſint perſonæ pariter miſerabiles, eodem privilegio l. unicæ ad inſtar viduarum gaudere debent, c. 2. §. ſed neque iſtud & ibi Gl. in verbo inutilem de transl. Epiſc. Gl. in l. fin. in verbo, orbitates, & ibi etiam Bal C. ad leg. Flav. de Plagiar. Felyn. in c. ſignificantibus, n. 8. de offic. Deleg. Covar. pract. quæſt. c. 7. n. 2. verſ. eſt in hoc, Novar. in prax. elect. For. ſect. 2. q. 7. n. 2. & ſeqq. ubi plurimos cumulat Gaill. obſerv. 1. n. 44. & ſeqq. ubi alios allegat Marcheſ. de Commiſſ avoc. cauſ. par. 2. §. 2. n. 11. & ſeq. fol. 300. & n 36. ubi alios cumulat fol. 306. Franc. dec. 100. n. 28. Novar. dec. 14. n. 18.

106 Quartò infertur, quod virgo in cœlibatu vitam ducens, animo in eo permanendi, quæ etiam vidua in lata ſignificatione dici poteſt, perſona miſerabilis reputari, & privilegio l. unicæ gaudere debet, Gloſ. in leg. malam, §. Viduam, in verbo Viduæ, ff. de verbor ſignif. l. unica ubi Bart. num. 5. & Fulgoſ. qui de communi reſtatur, C. quand. Imper. Covar. pract. quæſt. c. 7. num. 2. ubi de comuni teſtatur, licet ipſe defendat contrarium, Marcheſ. de Commiſ. avoc. cauſ. par. 2. §. 2. num. 39. & verſ. Tertio limita, fol. 306. & ſeq. & num. 141. ubi de communi, fol. 322. Franc. dec. 100. n. 1. & ſeqq. Viv. dec. 55. n. 3.

107 Quintò infertur, ut etiam Virgo in Capillo gaudeat privilegio l. unicæ, C. quand. Imper. And. de Iſern. in Conſtit. Regn. Statuimus, n. 10. verſ. quod ſi vidua, vel virgo, & ibi etiam Afflict. q 8. nu. 29. de offic. Magiſtr. Juſtitiar. cum aliis cumulatis per Marcheſ. de Commiſſ. avoc. cauſ. par. 2. §. 2. n. 39. ubi de communi, fol. 306. & ſeq. & cum aliis quos allegat, & ſequitur Nov. de elect. for. ſect. 2. q. 13. n. 1. & ſeqq. ubi de communi, Franc. dec. 100. n. 1. & ſeqq. ubi quod ita ſæpè fuit in Sacro Conſilio judicatum, Viv. d. dec. 55. num. 3.
idque locum † habet etiam in Virgine ſtuprata agente pro 108
ſtupro contra ſtuprantem, Franc. dec. 599. n. 2. par. 4.

Quod eo magis procedit in Virgine nobili ſecundum 109
conditionem ſuam nubere non valente, Dec. in c. cæterum n. 74. de Jud. Rebuff. in tract. de Sent. proviſ. ar. 3. gl. ult. verſ. 4. puella. Marcheſ de Commiſ. avoc. cauſ d §. 2. n. 38 fol. 302. & n 39. verſ. tamen limita, fol 307. cum hæc dicatur perſona miſerabilis ex allegatis ſupra verſ. 5. Puella, n. 53

Et in virgine honeſta, & gravis ætatis, Covar. pract. 110
quæſt. c. 7. n. 2. verſ. cæterum, Gaill. obſerv. 1. n. 42. ubi cum pulchra limitatione, quos ſequitur Marcheſ. de Commiſ. avoc. cauſ. d. §. 2. n. 39. verſ. ſecundo limita, fol. 306.

Etiamſi vidua, vel virgo fuerit deſponſata per verba 111
de futuro, nàm ſponſalia non ſunt matrimonium, c. noſtrates 30. q. 5. & tunc nec ſponſa dicitur uxor, nec ſponſus dicitur maritus, tex. in leg. prima, § & eſt quæſtio, ff. pro dot. And. de Iſern in d. Conſt. Statuimus, num. 10. & ibi Afflict. num. 30 de offic. Magiſt. Juſtit. Menoch. de arbitr. caſu 66. cum aliis allegatis per Marcheſ. de Commiſ. avoc. cauſ. d. § 2. n 41. verſ. quarto amplia fol 307. & aliis, quos cumulat, & ſequitur Novar. de elect. for. ſect. 2. q. 13. nu. 15. Maſtrill. d. c. 127. num. 10

Quod tamen non habet locum in deſponſata per ver- 112
ba de præſenti, quia illa verè eſt uxor, licet non ſit cognita, vel traducta, adeò quod hoc caſu ſit etiam prohibita donatio ſicut inter virum, & uxorem, Iſern. in dict. Conſt. Statuimus n. 10. & ſeq & ibi Afflict. q. 8. n. 31. Novar. d. q. 13. n. 4. & ſeqq.

Prout nec etiam habet locum in Virgine nobili valdè 113
divite, & plures conſanguineos, ac fautores habente, Marcheſ. dict. par. 2. §. 2. n. 41 verſ. limita præmiſſa, fol. 307.

Nec in ea, quæ eſt in poteſtate Patris, vel Avi, Novar. 114
in prax. elect. for. ſect. 2 q. 13. n. 3. verſ. verum, & n 4.

Sextò infertur, quod cum pauperes ſint perſonæ miſe- 115
ratione digne, ut diximus ſupra verſ. Sexto pauperes, n. 54. ipſi quoque privilegio leg. unicæ ſine dubio gaudere debent Covar. pract quæſt c. 6. n. 3 Marcheſ. de commiſ. avoc. cauſ. par. 2 §. 2. n. 11. & ſeqq fol. 300. & ſeq. & n. 52. fol. 308. Theſaur dec. 177. n. 1. Creſcent. dec. 16. de privil.

Sed hoc non procedit in paupere ſua culpa effecto, prout ludo, gula, vel ob crimen, Covar. d. c. 6. nu. 3. verſ. ſed ſi quis, Menoch de arbitr. jud. caſu 182. n. 51 lib. 2. Rebuff. de Sentent. proviſ. art. 3 gloſ. alt. verſ. item dicebat, Marcheſ. de Commiſ avoc. cauſ. d. §. 2. nu. 52. verſic. quod ſi paupertas. fol. 308. Bratt. dec. 320.

Septimò infertur, ut eo magis d. privilegio l. unicæ 117
de jure gaudere debeant Hoſpitalia legitimè erecta, ſi enim hoc privilegium datur, ut ſupra, pauperibus, & miſerabilibus, qui in Hoſpitalibus in eorum neceſſitatibus & infirmitatibus ali, curari, & recreari ſolent, ergo multo magis ipſis Hoſpitalibus tribuendum, arg. Auth multo magis, C. de Sacroſan. Eccleſ. Covar. pract. quæſt. c. 7. num. 3. Marcheſ. de Commiſſ. avoc. cauſ. d. par. 2 §. 2. num. 6. & ſeqq. fol. 300. Rota dec. 862. n. 1 & ſeqq par. 4. divers.

Octavò infertur, quod cum Studentes gaudeant om- 118
nibus privilegiis miſerabilibus perſonis conceſſis, etiam hoc leg. unicæ privilegio de jure gaudere debent, arg. Auth. habita, Cod. ne Fil. prò Pat. late Novar. qui alios cumulat in prax. elect. for. ſect. 2. q. 15. n. 1. & ſeq. Viv. deciſ. 55. num. 5.

Nono infertur, quod cum Eccleſia gaudeat privile- 119
giis miſerabilium perſonarum, etiam ipſa de jure debet gaudere l. unicæ privilegio, And. de Iſern. in Conſt. Statuimus. n. 3. de offic. Magiſtr. Juſtit. Covar. pract. quæſt. c. 7. n. 3. Capyc. dec. 160. n. 1. Affl. dec. 257. n. 2.

Quod ſine difficultate procedit, quando contra Ec- 120
cleſiam adeſt violentia, rapina, vel fraus, etenim iſtis caſibus Eccleſia habet electionem fori, cap. cum ſit generale, de For. compet. tradit Affl. in Conſt. Regn. Statuimus, nu. 17. de offic. Magiſtr. Juſtitiar. Alex. conſ. 103. n. 9 in fin ubi de communi, lib. 5. Covar. pract. quæſt. c. 7. n. 3. ubi de communi Afflict. dec. 257. n. 2.

Et in Eccleſia paupere, quæ attenta paupertate ſine 121
dubio debet gaudere privilegio pauperum, & ſic dict. leg. unicæ, Covar. pract. quæſt. capit. 7. num 4. verſ. Tertius erit,

Digitized by Google

Marcheſ. de Commiſſ. avocat. cauſ. par. 2. §. 2. num. 6. & ſeq. fol. 300.

122 At in Regno Caſtellæ hoc privilegio l. unicæ gaudet Eccleſia, ſive illa ſit Monaſterium ex quatuor ordinibus Mendicantium, Videlicet Sancti Franciſci, ſancti Auguſtini, Sancti Dominici, & Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo, ſive cujuſvis Ordinis Monialium, etiamſi Eccleſiæ iſtæ ſint divites, quod quidem privilegium habet Eccleſia tàm ex antiquo uſu forenſi, quam ex Conſtitutione Regia, prohibente Officialibus ab illis exigere laboris ſalarium, ex quo videntur ob id dictæ Eccleſiæ ſimiles pauperibus cenſeri, & denique ex praxi diutius obſervata idem privilegium quælibet Eccleſia, licet dives, habet ex uſu forenſi, cujus rei ratio eſt, quia bona Eccleſiæ, ſub Tutorum, & Adminiſtratorum arbitrio ſunt, ſicut bona pupillorum, unde pupillis ſimiles cenſentur, & illis æquiparantur à jure communi, cap. 1. de in integ. reſtit. latè Covar pract. quæſt. c. 7. num. 4. Marcheſ. de Commiſ. avoc. cauſ. p. 2. §. 2. num. 146. verſ. immò. cum Eccleſia fol. 322. Novar. prax. elect. For. ſect. 2. q. 49. n. 3. & ſeqq.

123 Et ob id abſolutè videtur dicendum, ſtante d. æquiparatione, Eccleſiam de jure comprehendi ſub d. l. unica. C. quand. Imperat. arg. eorum, quæ ſuperius diximus, verſ. & cum dictæ facultates n. 85. & ſic Eccleſiæ competere, d. l. unicæ privilegium, ſicuti in Sacro Conſilio deciſum fuiſſe teſtatur. Andr. de Iſern in Conſt. Regn. Statuimus, 3. late Novar. alios cumulans in prax. elect. for. ſect. 2. q. 49 n. 1. & ſeqq. per tot. ubi de communi, & paſſim in praxi ſervata opinione reſtatur Gapyc. dec. 160. Afſl. dec. 257. n. 2. & ſeqq.

124 Et licet d. l. unico Eccleſias ligare, aut capere non poſſit, cum ſit Imperialis, nihilominus illam etiam in foro Eccleſiaſtico locum habere, dicendum eſt, prout quotidie praxis hoc privilegium admittit, ea ratione, quia, cum Jus Canonicum illam non corrigat, quinimò illi potius aſſiſtat, cap. 1. ubi gl. in verbo plus tamen, de hoc privilegio mentionem facit diſt. 87. cenſetur illud approbaſſe, ac proinde etiam in cauſis ad forum eccleſiaſticum, & Eccleſiaſticas perſonas cum aliis præfatis privilegiatis concurrentes ſpectantibus, procedere non ambigimus, juxta opinionem, quam ſequitur Signatura, de qua teſtatur Marcheſ. de commiſ. avoc. cauſ. d. p. 2. §. 2. num. 146. fol. 322. & ſeqq.

125 Decimò infertur, quod etiam cæci, leproſi, mutilati membris, ſenes decrepiti, pauperes, continuo morbo laborantes, & debiles, tàm mentis, quàm corporis, ac omnes aliæ perſonæ miſerabiles, & quarum Natura movet ad miſerendum, de quibus ſupra verſ. cæterum perſonæ miſerabiles, & ſeqq. n. nu. 44. & ſeqq. gaudent privilegio legis, unicæ, Azo in ſumm. Rub. C. quand. Imper. Roland. conſ. 20. n. 1. l. 2. Imol in c. ſignificantibus, num. 18. & ſeq. de Offic deleg. Nat. conſ. 590. n. 8. Marcheſ. de Commiſ. avoc. cauſ. par. 2. § 2. n. 13. fol. 300. & num. 49. & ſeq. fol. 308. Afſl. dec. 257. n. 1. Theſ. dec. 177. n. 1. Viv. dec. 55. n. 1. & n. 4.

126 Poſſuntque fori declinatoriam opponere, etiam poſt litis conteſtationem, Viv. d. dec. 55. n. 1.

127 Et eorum cauſæ debent ſignanter cognoſci per ſuprema Tribunalia, repræſentantia Principem, Roland. conſ. 75. n. 34. & ſeqq. lib. 1.

128 Trahuntque hujuſmodi perſonæ ad forum Principis, ſed non trahuntur, d. l. 1. C. quand. Imper. Innoc. in c. ſignificantibus n. 5. de offic. Deleg. & ob id, ſi volunt illum declinare, utique poſſunt, quia tunc demum Princeps eſt illarū Judex, ſi eis placuerit, alias ſecus, Afflict. in d. Conſt. Regn. Statuimus n. 34. & ſeqq. ver. 11. quæritur de offic. Mag. Juſt.

129 Sed concluſio, quod miſerabiles perſonæ habeant fori electionem, ut ſupra.

Primò non procedit in miſerabili ſua culpa effecto, nàm ob delictum effectus cæcus, vel debilitatus, vel aliàs propria culpa miſerabilis, non gaudet dicto privilegio, Afflict. in d. Conſt. Regn. Statuimus q. 7. n. 28. de offic. Magiſt. Juſtit. cum aliis allegatis ſupra num. 66. n. 194. & verſ. ſed hoc non procedit in Paupere, n. 316.

130 Secundò non procedit in cauſis, quæ debent cognoſci ab aliquo qui eſt Judex privativè, quoad alios, Afflict. in dict. Conſt. Statuimus, quæſt. 10 n. 33 & dec. 257. n. & ibi Urſil. n. 4 cum aliis allegatis ſupra verſ. Quinto non procedit in Pupillo in forma Cameræ obligato, n. 82. & ſequentibus.

131 Tertiò non procedit, niſi ad effectum trahendi adverſarium coram Principe, vel alio adverſarii Judice competente, Afflict. d. dec. 257. n. 2. & ſeqq.

132 Quartò non procedit inter æquè privilegiatos; tunc enim cum privilegiatus contra privilegiatum non utatur privilegio, conquaſſantur privilegia, & actor ſequitur forum rei, l. verum, §. item quæritur, ff. de Minor. l. ſed. & Milites in princ. ff. de excuſ. tut. §. ſed & hoc. in Auth. de Sanctiſſ. Epiſ. Bar. in l. fin. ff. ex quibus cauſ. major. Marcheſ. de Commiſſ. avoc. cauſ par. 2. num. 79. fol. 312. Covar. pract. quæſt. c. 7. n. 4 Urſill. ad Afflict. dec. 56. Franc. dec. 188. n. 2. Theſaur. dec 177. n. 9 verſic. limitatur tamen, Rot. dec. 157. n. 1. p. 1. diverſ. & dec. 193. n. 2. 5. p. 7. recent.

133 Quod procedit etiam in Foro Eccleſiaſtico inter Eccleſiam, & aliam perſonam, ut ſupra æquè privilegiatam ſecundum opinionem, quam ſequitur Signatura, Marcheſ. de Commiſſ avoc. cauſ. d. §. 2. num. 146. verſ. Imò cum Eccleſia fol. 322. & ſeq.

134 Primò tamen hæc quarta fallentia non habet locum, quando unus eſt magis privilegiatus, quàm alter, nàm magis privilegiatus trahit minus privilegiatum, & non trahitur, l. contra pupillum. §. is qui ad majus, ff. de re jud. Lambertin. de jurepatr. lib. 1. par. 1. q. 9. art. 1. n. 44. Afflict. in d Conſt. Statuimus, q. 12. n. 35. de offi. Magiſt. Juſtitiar. & dec. 56. Urſill. n. 1. & ſeqq.

135 Secundò regula quod privilegiatus contra privilegiatum non utitur privilegio, non habet locum, quando major ratio privilegii viget in uno, quàm in alio, Rot. dec. 557. n. 4. p. 1. diverſ.

136 Tertiò non habet locum d. regula, quando uti volens privilegio agit de damno vitando, l. verum, § fin. & leg. ſi apud, ff. de minor Rot. dec. 557. n. 1 p. 1 diverſ. & dec. 195. n. 29. p. 6. rec. niſi etiam alius, contra quem eo uti vult, ageret ipſe quoque de damno vitando, Alex conſil. 55. num. 18. lib. 5.

137 Quartò fallit contra eum, in quo ceſſat cauſa privilegii, c. Abbate, de verb. ſignif. Gloſſ. in cap. ita nos, in verbo ceſſaverint, 25. q. 2. Abb. in c. auditis, q. 8. de reſt. in integr.

Quintò fallit contra eum, qui non eſt privilegiatus in illa cauſa, Rot. dec. 557. n. 3. par. 1. diverſ.

Proinde inferri poteſt, quod cum Eccleſia, vel pia cauſa ſit paſſivè tantum, non autem activè privilegiata in detractione Falcidiæ, etenim jus detrahendi Falcidiam etiā Eccleſiæ, vel piæ cauſæ inſtitutæ competit de jure communi, non ea privilegio, non poteſt Eccleſia inſtituta detrahere Falcidiam contra piam cauſam, vel Eccleſiam legatariam quæ eſt in hoc privilegiata, ne detractionem hujuſmodi patiatur, Magon. dec. Flor. 130. n. 10.

139 Sextò denique regula, quod privilegiatus contra privilegiatum non utitur privilegio, generaliter limitatur, ut non habeat locum, quando alteri ex privilegiatis aſſiſtit jus commune, nam tunc, ſemotis privilegiis, is præfertur, cui jus commune aſſiſtit, Covar. pract. quæſt. c. 7. n. 4. verſ. ſexto idem probatur, Rota d. dec 557. n 2. par. 1. diverſ.

140 Quintò concluſio, quod miſerabiles perſonæ habeant electionem fori, non procedit, quando in conceſſione juriſdictionis fuit d. privilegio leg. unicæ derogatum; illi etenim poteſt derogari, ſed non ſufficit derogatio per clauſulas generales, Grammat. dec. 20 n. 4. Creſcen. dec. 16. de privil Franc. dec. 101 n. 4. & ſeqq. ubi de veriori, & communi teſtatur Theſaur. dec. 177. nu. 2. Sed requiritur derogatio ſpecialis cum clauſula, non obſtante quod ſint viduæ, vel pupilli, Neviz. inter conſ. Alber. Brun conſil. 12. ubi de magis communi, quem refert, & ſequitur Grammat. d. dec. 10. n. 7. vel cum clauſula non obſtante, quod ſint miſerabiles perſonæ. Franc. dec. 87. num. 1. & ſeq. vel cum clauſula, non obſtantibus privilegiis, etiam in corpore juris clauſis, Marcheſ. de Commiſſ. avoc cauſ. p. 2. §. 2. n. 19. fol. 301.

141 Nec poteſt privilegio leg. unicæ derogari, niſi per Signaturam Sanctiſſimi, etenim Signatura Juſtitiæ, & inferiores manus apponere non valent, dum agitur de Legum. Statutorum, & privilegiorum derogatione, c. cauſam de reſcript. Marcheſ. de Commiſſ. avoc cauſ. d. §. 2. num. 18. fol. 301.

142 Non ſolùm autem perſonæ miſerabiles ex privilegio leg. unicæ C. quand. Imper. non poſſunt trahi ad judicium extra proprium domicilium in prima, ſed nec etiam in ſecunda, & alia ulteriori inſtantia. Tum quia tàm rub. C. quand.

Digitized by Google

quand. imperat. inter Pup. & Vid. & eꝫ exhibeant, quàm
tex. *d. l. unicæ, ibi à nullo noſtrorum judicum compellantur*
loquitur per verba univerſalia negativa, & ob id capit
tam primam, quàm ſecundam, & ulteriorem inſtantiam
Rolan. *conſ.* 45. *n.* 12. *l.* 2. Tùm quia etiam quia *d. l. unica*
ubi ſupra loquitur per verba numeri pluralis, unde comprehendit etiam Judices appellationum, & ſic non ſolum
primum, ſed etiam ulteriores, Gabr. *de leg. concl.* 2. *n.* 46.
faciunt tradita per Tiraq. *in l. Boves, §. hoc ſermone lim.* 8.
ff. de verb. ſignif. præſertim cum vigeat ſemper eadem
ratio tàm in prima, quàm in ſecunda, & ulteriori inſtantia, latè Marcheſ. *de comm. avocat. cauſ. d. p.* 2. *§.* 2. *nu.*
68. *verſ. amplia vigeſimo ſecundo, fol.* 310.

143 Sed an Viduæ, & aliæ miſerabiles perſonæ poſſint
alios trahere extra proprium domicilium ad Curiam
Principis etiam in ſecunda, & ulteriori inſtantia, fuit
quoad ſecundam inſtantiam affirmativè deciſum in Senatu Pedemontano apud Theſaur. *dec.* 177. *n.* 8. qui licet
de tertia, & ulteriori inſtantia idem non affirmet, nihilominus nec etiam id negat, ut opinatus videtur fuiſſe
Marcheſ. *d. §.* 2. *n.* 111. *fol.* 318. Et tamen cum ſemper ad
144 favorem Viduæ, & miſerabilium † perſonarum privil.
l. unicæ gaudentium militet eadem ratio, quæ in prima,
& in ſecunda, & tertia, & ulteriori inſtantia, non mirum
ſi Praxis, rerum magiſtra, in Tribunali A.C. hujuſmodi
Perſonas in qualibet inſtantia dicto privilegio gaudere
debere declaraverit, & ita praxis obſervet.

145 Cæterum ſi perſona, quæ privilegio *leg. unicæ* gaudet, habeat cauſam cum aliis communem, utique etiam
litis conſortibus hoc privilegium confert *l. ſi communem,
in princip. ff. quemadm. ſervit. amitt. l. ſi is qui duos, ubi*
Bart. *n.* 1. *& ſeq. ff. de lib. de leg.* Natt. *conſil.* 590. *num.* 16.
Covar. *pract. quæſt. c.* 9. *n.* 4. *verſ. ſolet in fin.* Marcheſ. *de
commiſſ. avoc. cauſ. p.* 2. *§.* 2. *n.* 42. *fol.* 307. Theſaur. *dec.* 177.
n. 4. *verſ. amplia tertio*.

146 Hinc videmus, quod Laicus, habens cauſam communem cum clerico, gaudet etiam ipſe ex perſona Clerici
conſortis privilegio Fori Eccleſiaſtici, *l. præcipimus, §. eo
obſervando, ubi* Bart. *C. de appellat.* Bart. *& alii in d. l. ſi
communem, ff. quemadm. ſervit. amitt. & in l.* 1. *C. ſi in communi ead. cauſ. cap.* 2 *ubi* Soccin. *n.* 18. *de for. compet.* Dec. *in
l. ſi emancipati, n.* 5. *& ibi etiam* Jaſ. *n.* 13. *C. de Collat.* Felyn.
in cap. 1. *n.* 6. *verſ. ſunt autem prædicta, de præſcript.* Socc.
conſ. 12. *Quoniam n.* 17. *l.* 2. Rom. *conſ.* 195. *in caſu n.* 5. & *ibi*
Mandoſ. *in verbo individuum*, Nat. *conſ.* 309. Staphil. *de lit.
Juſt. verſ. dicendum eſt modo fol.* 558.

147 Sed hæc primò non procedunt, quando cauſa eſt dividua, nam tunc quilibet coram ſuo Judice convenitur, ſecus
ſi ſit individua. Dec *in l. ſi emancipati, n.* 5. *C. de coll.* Socc. *d.
conſ.* 12. *n.* 17. *lib.* 1. Abb. *in c. ſin. q.* 6 *§* Gandulph. *n.* 11. *verſ.
cum ergo concurrant, & conſ.* 33. *n.* 8. *l.* 2. Alex. *conſ.* 122. *nu.*
57. *& ibi* Apoſt. *in verbo utrumque l.* 4. Roman. *conſ.* 195. *n.* 5.
& *ibi* Mandoſ. *in verbo individuum*, cum aliis ſupra allegatis, & in terminis *leg. unicæ, Cod. quand. imperat. tradit.*
Covar *pract. quæſt. cap.* 7 *n.* 4. *in fin. verſ. ſolet*, Marcheſ. *de
commiſſ. avoc. cauſ. p.* 2. *§.* 2. *n.* 43. *fol.* 307.

148 Dicitur autem cauſa individua, quando agitur de unica re, unica actione, *l. in hoc judicio ff. famil. erciſc.* Caſtr.
in l. certa ratione, C. quando prob. non eſt neceſſ. late Card.
Tuſc. *lit. L. concl.* 102. *per totum, & ſignanter n.* 25.

149 Secundò non procedit, quando pupillus, vel perſona
miſerabilis, vel Clericus veniret ad cauſam uti defenſor
neceſſarius, quia tunc non poteſt trahere cauſam coram
ſuo Judice, ſed tenetur defendere in ea Curia, in qua
agitur cauſa contra tertium poſſeſſorem, *l. venditor, ubi*
Bart. *in princ. &* Caſtr. *n.* 1. *& ſeq ff. de jud.* Bald. *conſ.* 116.
§. Uxor. n. 2. *l.* 2. Marcheſ. *de comm. avoc. cauſ. p.* 2. *§.* 2. *nu.* 43.
verſ. limita, ut ſecunda, fol. 307.

150 Denique non omitto, quod viduæ, pupilli, orphani
& aliæ perſonę miſerabiles exiſtunt ſub protectione Eccleſiæ, & ſunt Fori Eccleſiaſtici, *c. ſuper quibuſdam, de
verbor. ſignif. c. licet multum de Conſ c.* 1. *& c.* 2. *diſt.* 87.

151 Sed in hac re diſtinguendum eſt, nàm aut dictæ perſonæ ſunt pauperes, & tunc ſubſunt foro Eccleſiaſtico,
d. c. licet multum, de Conſ. Innoc. *in c. ſignificantibus, num.* 1.
& ibi Imol. *n.* 19. *de offic. Deleg.* Natt. *conſ.* 590. *num.* 11. Roland. *conſ.* 12. *n.* 56 *l.* 2.

152 Aut ſunt divites, & tunc aut ſunt oppreſſæ, ſeù ſpoliatæ, & ſunt ſub foro Eccleſiaſtico, adeo quod poſſunt
agere in d. Foro etiam contra Laicum, & ſuper re temporali, *cap. ex parte de Foro compet.* Soccin. *in cap, licet ex
ſuſcepto, col.* 3. *n* 9. *de Foro compet.* Rolan. *conſ.* 20. *n.* 16. *lib.*
2. Cov. *pract. quæſt. c.* 6. *n.* 1. *verſ. Imò, & in hoc*, ubi de receptiſſima DD. opiniona teſtatur.

Hæc tamen communis opinio non procedit in Regnis 153
Francorum, & Hiſpanorum, ex quo ibi in praxi non eſt
uſu recepta, niſi data negligentia Judicis ſęcularis in exhibendo hujuſmodi perſonis juſtitiæ complemento, & ob id
etiam aliam opinionem contra communem tueri conatur
Covar. *pract. quæſt. d. cap.* 6. *n.* 1. *verſ. Imo, & in hoc.*

Aut dictæ perſonæ miſerabiles non ſunt pauperes, neç 154
oppreſſæ, & tunc demum ſubſunt Foro Eccleſiaſtiço, ſi
Judex ſæcularis illis non exhibet juſtitiæ complementum, *cap. ex tenore, de foro compet.* Innoc. *in cap. ſignificantibus, & n.* 1. *& ibi* Imol. *num.* 19. Butr. *num.* 22. *de off. Deleg.*
Roland. *d. conſ.* 20. *n* 6. *& ſeqq. lib.* 3. Cov. *pract. quæſt. c.* 6.
n. 1. *verſ. his & illud*, ubi teſtatur omnes ita tenere *in d.
cap. ex tenore de foro compet.*

In reliquis poterit in facti contingentia adiri *Joan* 155
Mar. Novar, I.C. Lucanus, qui uberrimum tractatum in
duas partes diviſum *de elect. & var. Fori* compilavit, &
de præmiſſis, & aliis in hac materia copioſè diſſeruit, &
pertractavit.

Imperatores, *Valentinianus*, *Theodoſius*, *Arcad us*
Auguſti conceſſerunt aliàs privilegium Curialibus Urbis Romæ nè quis poſſit eos, niſi in curia coram eorum 156
Judice convenire, quod quidem privilegium, ac Leges
ad eorundem Curialium favorem editas, Imperatores
Arcadius, *Honorius*, & *Theodoſius* libentiſſimè confirmarunt, ac deindè Imperator *Juſtinianus*, prædicta approbando in corpore juris clauſit, *l.* 1. *& l.* 2. *C. de Curial. Urb. Rom. l.* 11.

Hinc Summus Pontifex *Eugenius Quartus* volens an- 157
tiquum Curialium privilegium ampliare, ſub anno Domini 1432. Pontificatus ſui anno ſecundo, Conſtitutionem edidit, quæ deinde ab ejus nomine, *Eugeniana*, nuncupata fuit, qua ſtatuit Officiales Apoſtolicæ Sedis, ut
ejus obſequiis promptiores redderentur, extra Romanam Curiam litibus vexari non poſſe eodemque privilegio Venientes ad Romanam Curiam pro ſuis, & eorum cauſis, & negociis, ac litibus, & negociis durantibus,
ac recedentes ab ea gaudere debere conſtituit, prout latius *in d. Conſtit. quæ incipit Divina, & eſt Eugen. IV conſt.*
4. *impreſſ. in nov.* Bullar. *tom.* 1. *fol.* 272.

Officialium autem prædictorum appellatione in Con- 158
ſtitutione Eugeniana primò continentur etiam Cardinales S. R. E. uti Officiales Primarii Sedis Apoſtolicæ, &
Collaterales Papæ, *cap. fundamenta, §. decet de elect. in* 6.
Oldr. *conſil.* 48. *num.* 2. cum aliis deductis per Marcheſ. *de
comm. ſuper Eugen. part.* 1. *§. unico n.* 38. *fol.* 462.

Secundò, Officialium hujuſmodi Appellatione in d. 159
Conſtitutione Eugeniana, ex præſcripto, & Inveterato
Romanæ Curiæ ſtylo comprehenduntur omnes Curiales Urbis, etiamſi Officiales non ſint, Mandoſ. *ſuper reg.
Cancellar.* 5. *q.* 3. *num.* 3 Cherub. *in compend. dict. conſt.
Eugen* 4. *ſchol.* 1. *fol.* 56. Marcheſ. *de Comm ſup. Eugen. §.* 1.
nu. 31. *fol.* 460. Rot. *dec.* 246. *n* 2. *lib.* 2. *p.* 3. *diverſ.* Buratt.
deciſ. 220. *num.* 3.

Hinc Summus Pontifex conceſſit A.C. facultatem, in 160
vim conſtitutionis Eugenianæ in favorem Curialium
emanatæ inhibendi, ut expreſsè legitur in dictis facultatibus, *Greg XIV. in ejus Conſtit ad generis, §.* 18. *impreſſ.
poſt* Sal. Tiber. *in Prax. lib* 4. *Paul. V. conſtit.* 28. *Eximia*,
§. nec non etiamſi in vim conſtitutionis, & conſt. 57. *univerſi
agri ſub tit. de Aud. Cam. §. Præterea Auditor.*

Sub appellatione autem Curialium primò veniunt 161
Familiares Cardinalium, Oldr. *conſ.* 211. *n.* 5. *& ſeq.* cum
aliis allegatis ſupra *hac eadem p.* 3. *c.* 1 *ſub lit. C. verſ. ſub appellatione, num.* 156.

Ad quam quidam familiaritatem acquirendam re- 162
quiritur mens & dens, *Rota in Salamantina Beneficiorum* 9. *Junii* 1599. *coram bon. mem. Penia, impreſſ. apud*
Marcheſ. *de commiſſ. ſuper Eugen. part.* 1. *§.* 1. *dec.* 2. *n.* 1.
fol. 464.

Secundò ſub appellatione Curialium veniunt omnes 163
ſequentes Romanam Curiam, Oldr. *conſ.* 215. *num.* 5.

Digitized by Google

164 necnon † ubique locorum ſequentes ipſum Romanum Pontificem, nam ubi Papa, ibi Roma, ubi Papa ibi curia, *cap. ubi periculum, § hoc Sacro, de elect. in 6. clem. 2. §. ſand. ubi gloſ. in verb. reſidere, de Magiſt.* cum aliis allegatis ſupr. *d. p. 3. c. 1. lit. G. verſ. eſt igitur, n. 63.* licet extra Romanam Urbem Papa moretur, *cap. illud, & c. multi, 40. diſtin.* Marcheſ *de commiſſ. ſuper Eugen. p. 2. §. 1. n. 7. & ſeq. fol. 455.*

165 Et gaudent Officiales, ſeu Curiales præfati privilegio Eugenianæ, ſive ſint Romanæ Curiæ Advocati, ut per Buratt. *dec. 220. n. 3.* ſive ſint ejuſdem Romanæ curiæ Procuratores, ut per Marcheſ. *de comm. ſuper Eugen. part. 2. §. 1. n. 1. fol. 460* ſive alii Curiales, Rota *dec. 9. n. 12. p. 5. recent.* ſive alii Romanam curiam ſequentes in *d.* Conſtitutiones comprehenſi, ut paſſim, dictam conſtitutionem Eugenianam declarando obſervavit, & obſervat Praxis, & curia, juxta *l. ſi de interpretatione, ff. de Leg.*

166 Et ob id dictam conſtitutionem Eugenianam in favorem curialium emanatam appellat expreſſe, & declarat *Paul. V. in dict. conſtit. 28. Eximiæ, §. necnon etiam, conſtit. 71. Univerſi agri, §. ſi præterea Auditor.*

167 Ad hoc autem, ut Curialitas hujuſmodi acquiratur, requiritur animus, & factum qualificatum per aliquod exercitium, quod ſcilicet quis Pontifici, Cardinalibus, vel Officialibus Curiæ inſerviat, vel alias occaſione curiæ in Urbe commoratus fuerit, Rota *dec. 636. n. 2. p. 4.*
168 *diverſ. & dec. 9. n. 5. & ſeq. p. 5. recent.* ad † illius tamen amiſſionem ſufficit animus, a quo illa pendet, Mantic. *deciſ. 313. & dec. 323.* Rot. *dec. 9. n. 7. p. 5. rec.*

169 Et quamvis Curiales pro majori parte non ſunt gradua-
170 ti, Verall. *dec. 33. n. 2. p. 3.* illis † tamen ultra præfatum conceduntur alia privilegia, de quibus Gonz *ad reg. 8. gloſ. 3. n. 147. cum partibus ſeq.* Rot *dec. 9. n. 12. p. 5. recent.*

171 Curialis verò Eugenianæ privilegio gaudens uti dignior confert dictum privilegium etiam aliis litis conſortibus, & illos ad ſe, ſuumque tribunal trahit, Bartol. *in l. ſolent n. 14. ff. de alim. & cibar legat.* Marcheſ. *de comm ſuper Eugen. p. 2. §. 1. n. 31. & ſeqq. fol. 460.* ubi quod ita reſolvit Signatura.

172 Nam magis dignum trahit minus dignum, & ſignanter in individuis, *l. cum quis ædes, ff. de uſu cap. l. ſi alien. ff. de ſolut. l. quæ Religioſis, ff. de rei vindic. c. non æſtimentur 13. q. 2.* Gloſ. *in c. quod in dubiis, de conſ. Eccleſ. vel altar.* Bald. *& alii in l. ſi communem, ff. quemadm. ſerv. amit.* Bart. *in l. 1. n. 5. & ſeq. C. ſi in communi eademq. cauſ.* Jaſ. *in l. Inpertum, n. 3. per. notu ex iſto textu ff. de jur. omn. Jud. & in l. ſi Emancipati, n. 5. & ſeq & ibi* Dec *n. 5. C. de coll* Alex. *conſ. 82. in cauſa, n. 7. in fin. & ibi* App *in verbo dignum l. t.* Natt. *conſ. 390. n. 17. & ſeq.* Stapn *de lit. juſt. verſ. dicendum eſt modo, fol. 158.*

173 Sed Eugeniana primò non procedit ad favorem actorum, etenim curiales reos non etiam actores capit, Marcheſ. *de commiſſ. ſuper Eugen. p. 2. §. 1. n. 28 fol. 460* Cherub. *in compend. bull. tom. 1. ſuper conſt. 4. Eugen IV. ſchol. 2.* Rot. *in Mediolanen. Bonorum, 28. Martii. 1594. coram bo. me. Card. Millino, impreſſ. apud* March *de comm ſuper Eugen. p. 2. §. 1. dec. 1. n. 1. fol. 464.*

174 Ex quo primò infertur, quod Curialis actor ſequitur forum rei *l. Iuris ordinem, C. de juriſd. omn. jud. cap. cum ſit generale, de for. compet.* Marcheſ. *de commiſſ. ſuper Eugen, part. 2. §. 1. n. 27. verſic. Nam aut Curialis, fol. 460.*

175 Secundò infertur, quod geſta in partibus contra Curialem, ſeù venientem ad curiam, non tamen ibi prius citatum, & præventum, ſunt nulla, Sarnen. *deciſ. 42. lib. 1.*

176 Debet tamen Curialis in partibus conventus opponere privilegium Eugenianæ ante litem conteſtatam, Rota. *dec. 12. de except. in antiq.* Marchel. *de commiſſ. ſu-*
177 *per Eugen. p. 2. §. 1. n. 19 fol. 456.* alias † conteſtando litem amittit privilegium, etiamſi conſenſerit in juriſdictionem Judicis de partibus per procuratorem habentem mandatum cum libera, Marchel. *de commiſſ. ſuper Eugen. p. 2. §. 1. n. 21. & ſeqq. fol. 457.* ubi quod ita fuit in Signatura reſolutum.

178 Secundò non procedit, quando Curialis intentat remedium *l. diffamari, C. de ing. manumiſſ.* & non docet de ſua poſſeſſione; licet enim intentans dictum remedium ſit reus, cum tamen non probet ſuam poſſeſſionem, non poteſt frui privil. Eugenianæ, quia remedium *l. diffamari* non datur non poſſidenti, ſeù de ſua poſſeſſione non docenti, Bald. *in l. 3. n. 2. C. qui bon. ced. poſſ.* Gabr. *de aſſ. concl. 6. n. 3.* Rot. *in Mediolanen. Bonorum 28. Martii 1594. coram bon. mem. Card. Millino, impreſſ. apud* Marcheſ. *de commiſſ. ſuper Eugen. p. 2. §. 1. num. 1. & ſeqq. fol. 464.* cum aliis cumulatis ſupra, *hac eadem p. 3. c. 3. lit. A. verſ. quartò requiritur, n. 87.*

Tertiò non procedit adverſus privilegiatos virtute *l. unicæ, C. quando Imperat.* nam cum privilegium *leg. unicæ* 179
ſit in corpore Juris clauſum, & in Eugeniana adſit tantum clauſula, *non obſtantibus privilegiis*, & non adſint verba, *etiam in corpore juris clauſis*, non cenſetur, *l. unicæ* derogatum Felin. *in cap. ſicut Romana num. 12. de reſcript.* Ruin. *conſ. 228. n. 13. l. 1.* Marcheſ. *de commiſſ. ſuper Eugen. p. 2. §. 1. n. 25. fol. 457. & n. 30. fol. 460.*

Quartò non procedit quando is, qui obtinuit ab A. 180
C. monitorium, ſeù inhibitionem virtute Eugenianæ, non habitavit in Curia ſaltem ſpatio unius anni, licet enim A. C habeat in facultatibus, ut poſſit virtute Eugenianæ Curiales tueri, *Paul V. Conſt. 28. Eximiæ, §. necnon etiam in vim*, nihilominus in Reformatione Tribunalium Urbis expreſſè diſponitur, quod A. C. non concedat monitoria, ſeù inhibitiones in vim conſtitutionis Eugenianæ in favorem Curialium emanatæ, niſi pro illis, qui ſaltem per annum continuè in curia reſidentiam fecerint, *Paul. V. Conſt. 71. Univerſi agri, ſub tit. de Audit. Cam. §. Præterea Auditor.*

Quintò non procedit, quando Curialis receſſit à 181
Curia animo non redeundi, nàm ſi degit longo tempore in partibus, ibi conventus non gaudet privilegio Eugenianæ; cum enim curiam non ſequatur, & animum eam ſequendi non habeat, Curialis utique dici non poteſt, *l. fin. in. fin. C. de Agen. in reb. lib. 12* Marcheſ *de comm. ſuper Eugen. p. 2. §. unica, n. 16. fol 456.* ubi quod ita fuit in Signatura reſolutum.

Sextò hodiè non procedit ad favorem Curialium 182
Clericorum Beneficia Eccleſiaſtica obtinentium, reſpectu dictorum Beneficiorum; Licèt enim Eugeniana etiam Clericos comprehendat, ut ex lectura, & verbis ipſius apparet, nàm ibi diſponitur, quod nullus Judex cujuſvis dignitatis, ac præeminentiæ exiſtat contra accedentes ad Romanam Curiam pro ſuis negociis vel moram trahentes procedere aut in eo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aut privationis Beneficiorum ſeù quamvis aliam ſententiam promulgare audeat, ſub pœna nullitatis, ſed ſuſpendere, & Beneficia obtinere pertinet ad Clericos, ergo Clerici in dicta Eugeniana Conſtitutione continentur.

Nihilominus *Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 1. eo* 183
demum omnino, de reforma, decernit Clericos Beneficia Eccleſiaſtica, curam animarum annexam habentia, retinentes, non reſidentes, poſſe per eorum Ordinarios citari & in eorum contumaciam per cenſuras Eccleſiaſticas etiam uſque ad privationem Beneficiorum ad reſidendum compelli, nec exequutionem appellatione, aut inhibitione aliqua, etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianæ Conſtitutionis poſſe ſuſpendi, & rurſus *ſeſſ. 24. c. 11. in fin* expreſsè diſponit, quod privilegia, quæ reſidentibus in curia Romana vigore Eugenianæ conſtitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere ſolent, ea in iis, qui beneficia Eccleſiaſtica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minimè intelligantur, ſed Ordinarii locorum Juriſdictioni ſubjecti permaneant, non obſtantibus quibuſvis inhibitionibus.

Sed hoc non procedit in curialibus Clericis Beneficia 184
hujuſmodi non retinentibus, vel aliàs à juriſdictione Ordinarii exemptis, quorum nullus eſt Judex præter Summum Pontificem, hoc enim Eugenianam comprehendere, & ejus privilegio ad inſtar aliorum Curialium ne conveniri valeant extra Curiam Romanam, potiri debere, pro comperto eſt habendum, Marcheſ. *de Comm. ſuper Eugen. p. 2. §. 1. n. 62 fol. 463.*

Nec dicatur cum eodem, Marcheſ. *de commiſſ. dict.* 185
§. 1. num. 60. in fin. fol. 403 quod Eugeniana uti conſtitutio ſæcularis, non comprehendit Clericos, ut dixit *Rota in Romana Sulviani, 1. Iulii 1609. coram bon. mem. Manzanedo, quæ eſt impreſſ. apud eundem* Marcheſ. *de comm. ſuper Eugen. p. 2. §. 1. dec. 7. fol. 468 & ſeqq.*

Siqui-

Siquidem dicta deciſio Romana Salviani non loquitur de Eugeniana, ſed de Ægidiana, quarum Conſtitutionum altera cum altera nihil commune habet.

186 Etenim Ægidiana eſt conſtitutio Provinciæ Marchiæ Anconitanæ, diſponens, ne in ſummariſſimo poſſeſſorio detur appellatio, & in hoc Jus Canonicum ad terminos Juris Civilis reducit, & cum ſit nuncupata, & edita fuerit à bon. mem. Cardinali Ægidio Carillio dictè Provinciæ Marchiæ Gubernatore, qui non habebat juriſdictionem, niſi in temporalibus, non mirum, ſi dicta ejus Conſtitutio ſæcularis non comprehendat Clericos, & bona Eccleſiaſtica, ut latius ſuperius diximus *p. 2. t. 6. num. 159. & ſeqq.*

187 Sed noſtra Conſtitutio Eugeniana ab ipſo Romano Summo Pontifice Eugenio IV. plenitudinem poteſtatis, ac juriſdictionis in ipſos Clericos habente, fuit edita, & denominata, & ob id Clericos omnes juxta illius formam, & tenorem, ac ſuperius tradita, comprehendere ambigendum non eſt.

188 Denique non omitto, quod conſtitutio Eugeniana habet decretum irritans, &c & clauſulam ſublata &c. quæ claudunt os, & ob id abſque aperitione oris tollunt Judici facultatem aliter judicandi Bar. *in l. fi. C. de cano. n. frum. Urb. Rom. lib. 11.* Car Pariſ. *conſ. 38. n. 7. lib. 4* Verall *dec. 134. n. 4. par. 3.* Put. *dec. 48. n. 6 & ſeq. lib. 2. in correct.* Duran. *dec. 74 n. 15.* Rot. *dec. 174 n 13. p 7. recent.*

189 Et operatur decretum irritans, quod conſtitutio, ſuper qua eſt appoſitum, poſtea impugnari non poſſit ſub prætextu, quod non ſit uſu recepta, quia cum conſtet de intentione Principis, qui conceſſit privilegium, illam Inferior elidere non poteſt *c. dilecto circa fin. & ibi Canoniſtæ de præben. Archid. in c. cum de beneficio, n. 6. verſ. ſed pone quod Papa, quem ſequuntur ibi* Franc. *n. 3. verſ. in gloſ. t. 1. in fin. & n. 4.* Anchar. *col. 2. verſ. ſecundo quæro, &* Gemin. *col. 2. verſ. ſed pone quod Papa, de Præb. in 6.* Veroll. *dec. 204. p. 3.* Rota *in Virdunen Parochialis 23. Junii 1586. coram bo. mem. Gypſio, & dec. 217. n. 6. par. 7. recent.* ubi quod ita pluries tenuit Rota, Buratt. *dec. 704. n. 18.*

190 Et ob id privilegium continens d. decretum, nec per non uſum, nec per contraventionem, nec per præſcriptionem tolli poteſt, niſi cum ſcientia, & expreſſo conſenſo principalis illud concedentis, Archid. *in d. c. cum de beneficio, n. 2. cum aliis ſupra allegatis,* Felyn. *in c. cum acceſſiſſent, n. 3. verſ. quarto limita, de Conſt.* Jaſ. *in l. Jus publicum nu. 2. verſ. quinto fallit, num 3. ff. de pact.* Ruin. *conſ. 228. n. 11 in fin. lib. 1.* Rota *dec. 3. de privil. in antiq. & deciſ. 240. n. 4 par 4 diverſ.* Buratt. *dec. 704 n. 11 verſ ſecundo,* nec poteſt ei renunciari in præjudicium Succeſſorum, Rot. *d. dec. 240 n 4 p. 4. diverſ.*

SUMMARIUM.

De ſecundis, & ulterioribus inſtantiis. Cap. V.

1 *A. C. eſt Judex appellationum à quibuſvis Judicibus ordinariis Romanæ Curiæ, Vicario, Gubernatore, Senatore, & Judicibus capitolinis exceptis, & à quibuſcumque Judicibus ordinariis, & aliis extra Curiam, & in quibus cauſis.*

2 *Citationem cum Inhibitione virtute appellationis ad partes ab A. C. obtinere volens, debet in actis copiam Sententiæ in partibus latæ, & appellationis interpoſitæ exhibere.*

3 *Productio jurium ad docendum de gravamine in partibus illatis, & ejus formula.*

4 *Si appellatio non fuit coram Judice à quo in partibus interpoſita, poteſt interponi coram A. C. Judice ad quem ex praxi.*

5 *Interpoſitio appellationis à Sententia in partibus lata coram A. C. Judice ad quem, & ejus formula, ac reſponſio de Apoſtolis.*

6 *Cedula appellationis coram A. C. interpoſitæ à Sententia in partibus lata, & ejus formula.*

7 *Citatio cum Inhibitione vigore appellationis ad partes, & ejus formula.*

8 *Citatio cum Inhibitione virtute appellationis eſt ad partes tranſmittenda, & executa ad Curiam remittenda cum inſtrumento executionis à tergo, & legalitate opportuna, & in actis reproducenda Parte citata.*

9 *Citatio ad dicendum contra literas Citatoriales, & Inhibitoriales, & illius formula, & proceſſus.*

10 *Reproductio literarum citatorialium in actis facta Parte citata ſufficit ad cauſæ deſertionem evitandam.*

11 *Proteſtatio, & reproductio literarum citatorialium in actis, & ejus formula.*

12 *Proteſtatio Appellati contra literas citatoriales, & jura producta, & ejus formula.*

13 *Cauſa non appellabilis, vel de partibus ultra 40. milliaria ad ſcuta 50. monetæ non aſcendens in Curia introducta, probatis probandis, remittitur ad partes.*

14 *Citatio ad videndum moderari Inhibitionem, & remitti cauſam ad partes, & ejus formula, & proceſſus.*

15 *Reproducta Intimatione, niſi aliud obſiſtat, elapſo termino in decreto contento, expeditur inſtrumentum remiſſionis cauſæ ad partes.*

16 *Inſtrumentum remiſſionis cauſæ ad partes, & eius formula.*

17 *A. C. recuſante remittere ad partes cauſam appellationis remittendam de Jure, poteſt Appellatus obtinere remitti à Signatura.*

18 *Commiſſio pro obtinenda remiſſione cauſæ appellationis ad partes, & ejus formula.*

19 *Citatio ad dicendum contra commiſſionem, & ejus formula & proceſſus.*

20 *Pars citanda eſt ad videndum moderari Inhibitionem, & cauſam ad partes remitti, ut poſſit commiſſio, & illius inſtrumentum obtineri.*

21 *Signatura aliquando mandat oretenus A. C. ut cauſam ad partes remittat, & quomodo tunc in cauſa procedatur.*

22 *Citatio ad videndum moderari, & cauſam ad partes remitti, juxta mentem Signaturæ, & eius formula, & proceſſus.*

23 *Si cauſa debet remanere in Curia, qui illam proſequi vult, debet tranſportare acta primæ inſtantiæ, & illa in actis, citata parte, exhibere.*

24 *Citatio ad dicendum contra proceſſum de partibus, & jura producta, & eius formula, & proceſſus.*

25 *Productio proceſſus de partibus, & eius formula.*

26 *Proteſtatio contra proceſſum de partibus, & iura producta, & eius formula.*

27 *Appellare volens ad A. C. à Judice ordinario Romanæ Curiæ procedit per viam recurſus, ex praxi.*

28 *Interpoſitio recurſus à Judice à quo in Curia, & eius formula, & reſponſio Judicis de Apoſtolis.*

29 *Recurſus coram A. C. Judice ad quem à Sententiis, ſeù Decretis Judicum ordinariorum Romanæ Curiæ, quando, & quomodo ſit interponendus, & citanda Pars ad dicendum contra recurſum.*

30 *Interpoſitio recurſus coram A. C. Judice ad quem, à ſententia, ſeù Decreto Judicis ordinarii Romanæ Curiæ & eius formula.*

31 *Citatio ad dicendum contra recurſum, & videndum ſibi inhiberi, & eius formula & proceſſus.*

43 *In cauſis ſcuta viginti excedentibus, eſt in arbitrio appellantis petere recurſum ad A. C. vel adire Signaturam pro commiſſione appellationis.*

33 *In termino ad dicendum contra recurſum, quid ex adverſo opponendum.*

34 *Proteſtatio contra recurſum, quando cauſa non eſt appellabilis, & eius formula.*

35 *Citatio, contra partem, quæ obtinuit inhiberi vigore recurſus, ad docendum de gravamine, & eius formula, & Proceſſus.*

36 *Qui obtinuit vigore recurſus inhiberi, debet docere de gravamine.*

37 *Productio proceſſus fabricati coram Judice à quo, ad docendum de gravamine, & eius Formula.*

38 *Actis exhibitis non ſolet Judex recurſus moderari inhibitionem, niſi re maturè diſcuſſa, aliàs poteſt citari Pars ad videndum reponi.*

39 *Citatio ad videndum reponi à Decreto moderationis inhibitionis, & eius Formula, & Proceſſus.*

40 *Si A. C. nolit moderari inhibitionem de jure moderandam poteſt, in cauſa infra ſcuta viginti monetæ, adiri Præfectus Signaturæ.*

41 *Citatio coram Præfecto Signaturæ, ad videndum remitti cauſam à Curia A. C. ad curiam Judicis à quo, & eius Formula, & Proceſſus.*

42 *In cauſa excedente ſcuta 10. monetæ poteſt adiri Signatura, citata parte, & obtineri reſcriptum opportunum prout de jure.*

43 *Commiſſa pra obtinenda moderatione inhibitionis ab A. C emanatæ virtute recurſus in cauſa exequutiva in plena Signatura proponenda, & ejus formula.*

44 *Commiſſio pro obtinenda moderatione inhibitionis in cauſa ſummaria in plena Signatura proponenda, & ejus formula.*

45 *Signatura in cauſis poſſeſſoriis, quomodo reſcribat.*

46 *Signatura poteſt adiri, tàm in cauſis appellationum coram A. C. introductarum à Judicibus Romanæ Curiæ quàm à Judicibus de partibus.*

47 *Si cauſa recurſus à Judicibus Romanæ Curiæ debet remanere coram A. C. ſunt coram eo, parte citata transportanda omnia acta prioris inſtantiæ ante lapſũ biennii.*

48 *Citatio ad dicendum contra proceſſum in Curia NN. fabricatum, & ejus formula, & Proceſſus.*

49 *Productio Proceſſus, & Jurium in termino ad dicendum contra, & ejus formula.*

50 *Proteſtatio contra Proceſſum, & jura in termino ad dicendum contra, & ejus formula.*

51 *Si acta primæ inſtantiæ coram judice appellationis, ſeù recurſus, non transportantur, non poteſt biennio durante ad ulteriora in cauſa procedi.*

52 *Inſtante lapſu biennii, ſeù biennio elapſo, ſi acta non ſunt transportata, citatur appellans ad dicendum de appellatione, & deinde ad videndum moderari.*

53 *In cauſa appellationis, ſeù recurſus legitime introducta quælibet Partium poteſt non deducta deducere, & non probata probare, ſervatis ſervandis.*

54 *Jura, & articuli in cauſis ordinariis admittuntur ſimpliciter, & abſque aliqua clauſula.*

55 *Si cauſa fuit infra ſummam ſcutorum viginti à Judice à quo expedita per decretum, vel actum via exequutiva, & decretum eſt juſtum, & validum, A. C. poteſt etiam in ſecunda inſtantia expedire cauſam per decretum.*

56 *Citatio ad videndum mandari exequi Mandatum a D. judice à quo decretum eſt relaxatum, & ejus formula, & Proceſſus.*

57 *Elapſo termino in Decreto contento, & reproducta intimatione, expeditur exequatur à tergo Mandati.*

58 *Si decretum judicis à quo eſt nullum, & injuſtum, & cauſa non excedit valorem ſcutorum viginti monetæ, quomodo citanda Pars.*

59 *Citatio ad videndum revocari Decretum judicis NN. & ejus Formula, & proceſſus.*

60 *Exequutio nulla revocatur citata parte, & Pars non auditur amplius, niſi refectis Expenſis.*

61 *Sentiens ſe gravatum à Decreto A. C. poteſt citare Partem coram eo, ad videndum reponi, & ita docto de bono jure obtinere.*

62 *In caſu, in quo licita eſt variatio, poteſt quis, omiſſo primo judicio exequutivo, ad aliud ſimile tranſire.*

63 *A Decreto A. C. ſi agitur de ſumma ſcutorum viginti monetæ excedente, Gravatus poteſt appellare.*

64 *Si in cauſa ducentorum ducatorum valorē non excedente pronunciandum ſit per Cedulam, benè, vel malè judicatum, quomodo in cauſa procedendum, & n. 65. & ſeq.*

65 *Citatio ad videndum deferri Juramentum in ſupplementum, & ad ſententiam, & ejus formula & Proceſſus.*

66 *Cedula ſententiæ revocatoriæ in ſecunda inſtantia in cauſa ducatorum ducentorum valorem non excedente, & ejus formula.*

67 *Si facienda ſit confirmatoria, Cedula illius, necnon appellationis, & commiſſionis confici poſſunt, prout in cauſis à ducatis ducentis ſupra, & aliàs mutatis mutandis.*

68 *In cauſis à ducatis ducentis ſupra ſunt obſervãdi termini ſubſtantiales coram A. C. & quid ſervandũ coram aliis.*

69 *Citatio ad libellandum in termino ſubſtantiali in ſecunda inſtantia, & ejus Formula.*

70 *In ſecunda inſtantia terminus ad articulandum ſolet ſervari ad octavam diem, reliqui verò ad primam.*

71 *Alia citatio ad libellandum in termino ſubſtantiali in ſecunda inſtantia, & ejus Formula, & Proceſſus, & n. 72.*

72 *Citatio ad libellandum in termino ſubſtantiali in tertia, vel ulteriori inſtantia, & ejus formula, & Proceſſus.*

73 *Reiteratio ſanat omnes, & ſingulos defectus terminorum ſubſtantialium.*

74 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam, & ejus Formula, & Proceſſus in ſecunda, vel ulteriori inſtantia.*

75 *Cedula Sententiæ, confirmatoriæ, & ejus Formula.*

76 *Cedula Sententiæ revocatoriæ quomodo conficienda ſit.*

77 *Cedula Sententiæ reformatoriæ, & ejus Formula.*

78 *Ob mutuam Victoriam Judex poteſt Partes abſolvere ab expenſis.*

79 *In cauſis appellabilibus effectis, quilibet ſentiens ſe gravatum, poteſt appellare infra legitima tempora.*

80 *Interpoſitio appellationis coram Judice à quo, & ejus Formula, & reſponſio Judicis.*

81 *Reditus pro Apoſtolis in termino Juris & ejus Formula, & reſponſio de illis.*

82 *Judex tenetur appellãti omnino reſpondere de Apoſtolis.*

83 *Cedula appellationis in ſecũda inſtãtia, & ejus formula.*

84 *Commiſſio appellationis, & appellationum in ſecunda vel ulteriori inſtantia, & ejus Formula.*

85 *Commiſſio appellationis in cauſa non Rotali in ſecunda inſtantia, & ejus Formula.*

86 *Commiſſione ſignata, & Judici, cui eſt directa, præſentata, adnotatur illius præſentatio in actis.*

87 *Præſentatio commiſſionis Judici, & in actis adnotatio, & ejus Formula.*

88 *Commiſſione in capſa Judicis repoſita, citatur Pars ad dicendum contra illam, & in pede citationis apponitur nomen Notarij, & cujus.*

89 *In capite citationum in cauſis commiſſariis apponitur nomen Judicis, & titulus cauſæ.*

90 *Citatio ad dicendum contra commiſſionem, & ejus Formula, & Proceſſus.*

91 *Proteſtatio contra commiſſionem, & ejus Formula.*

92 *Qui vult proſequi cauſam appellationis debet transportare acta coram Judice ad quem.*

93 *Transportatio actorum coram Judice appellationis, & ejus Formula.*

94 *Qui acta transportari curat, debet citare partem ad dicendum contra, & illorum obtinere admiſſionem.*

95 *In cauſis appellationum Jura, & Articuli in quavis inſtantia admittuntur ſimpliciter, & ſine difficultate, ad inſtantiam utriuſque partis.*

96 *Citatio ad dicendum contra articulos, & videndũ decerni literas Remiſſoriales, & ejus Formula, & Proceſſus.*

97 *In obtinendis literis remiſſorialibus, & conficiendo Proceſſu coram Judice remiſſoriali in partibus, quomodo procedendum.*

98 *Conceſſa remiſſoria expeditur illius inſtrumentum, quod una cum Rotulo ejuſdem transmittitur ad partes.*

99 *Inſtrumentum remiſſoriæ, & ejus formula.*

100 *Rotulus remiſſoriæ, & ejus Formula cum inſertione articulorum.*

101 *Notarius Archivij Romanæ Curiæ, quando per ejus acta proceditur, tenetur, inſtante Parte, concedere literas miſſivas loco remiſſorialium ad inſtar Notariorum A. C.*

102 *In Rota Literæ miſſivæ non conceduntur, ſed expeditur inſtrumentum, & Rotulus remiſſoriæ in pergameno.*

103 *Ad exequutionem remiſſoriæ quomodo procedatur.*

104 *Auditor Rotæ, Parte contradicente, non poteſt concedere remiſſoriam, nec quicquam facere, niſi ſaltem facto verbo in Rota, Parte citata.*

105 *Intimatio qualiter Dominus faciet verbum in Rota, & citatio ad informandum, & ejus Formula.*

106 *Intimatio, qualiter Dominus faciet verbũ in Rota, eſt Parti tranſmittẽda per duos dies, ãtequã fiat Rota & quare.*

107 *Intimatio, qualiter Dominus faciet verbum, vel proponet dubium, & citatio ad concordandum de dubio, & ſimiles extrajudiciales, exequuntur domi dimiſſa copia, & non reproducuntur in actis.*

108 *Si datis memorialibus, adeſt difficultas, Rota mandat diſputari dubium.*

109 *Citatio ad concordandum de dubio, & ejus formula, & Proceſſus extrajudicialis.*

110 *Si Pars citata, & intimata non contradicit, vel concordat, Judex ex officio ſubſcribit dubium, & illius duplicatum parti tranſmittendum.*

111 *Intimatio in pede duplicati dubii ſubſcripti, & citatio ad informandum, & ejus Formula.*

112 *Quando cauſa eſt in Rota proponenda, fit parti alia intimatio.*

113 *Intimatio, qualiter Dominus omninò proponet dubium, & citatio ad informandum, & ejus formula.*

114 *Parte citata ad concordandum de dubio, non concordante, fit ſuper eo verbum in Rota.*

Inti-

Digitized by Google

115 *Intimatio, qualiter Dominus faciet verbum in Rota ſuper dubitando, & citatio ad informandum, & ejus formula.*

116 *Rota, utraque parte audita, mandat diſputari dubium ſibi de Jure benevisum, quod à Judice ſubſcribitur, & intimatur parti.*

117 *Dubium in Rota proponitur parte intimata utraque, vel altera parte informante, & reſolutione capta Ponens extendit deciſionem.*

118 *Qui deciſionem obtinuit, inſtarē poteſt pro expeditione parte intimata ſuper qua ſit verbum in Rota, utraque, vel altera parte informante.*

119 *Intimatio, qualiter Dominus faciet verbū in Rota ſuper expeditione, & citatio ad informandū, & ejus formula.*

120 *Rota facto verbo per Ponentem ſuper expeditione, ſi nil relevans deducitur, mādat expediri, aliàs iterum audit, & iterum diſputatur dubium, & toties quoties.*

121 *Remiſſoria expedita & ad partes tranſmiſſa, ſit proceſſ. coram iudice remiſſoriali, qui poſtea traſmittitur ad Curiam, & proceditur in actis parte citata.*

122 *In Rota dato, & diſputato dubio in meritis, ſiunt deciſiones parte citata, & intimata.*

133 *Rota quomodo informanda.*

124 *Quilibet Auditor Rotę habet quatuor correſpōſales votantes, ſed ſi adeſt commiſſio cum reſcripto* videunt *omnes ſunt omnes informandi, & omnes votant.*

125 *Factis, & extenſis deciſionibus in meritis, devenitur ad totalem expeditionem cauſæ, facto verbo in Rota, parte intimata.*

126 *Intimatio, qualiter Dominus faciet verbum in Rota ſuper expeditione cauſæ, & citatio ad informandum, & ejus formula.*

127 *Si nil relevās cōtra deciſiones deducitur, Iudex de ordine Rotæ fert ſentētiam in meritis ſervatis ſervandis.*

128 *Prælatus, vel judex ordinarius, cui cauſa eſt commiſſa, quomodo actitato proceſſu ſit informandus.*

129 *Citatio ad comparendum coram Domino, & informandum & ejus formula.*

130 *Citatio ad informandum, uti extrajudicialis, poteſt exequi domi, nec debet in actis reproduci.*

131 *Prælatus iudex Cōmiſſarius debet ſieſt de iure cōcedere literas miſſivas loco remiſſorialium, & deinde probandis, ac ſervatis ſervandis, ferre Sentētiam in meritis.*

132 *Termini ſubſtātiales in Rota, vel extra corā quovis iudice, quomodo ſervandi in tertia, vel ulteriori inſtantia.*

133 *Citatio ad libellandū in termino ſubſtantiali in tertia. vel ulteriori inſtantia, & ejus formula, & Proceſſus.*

134 *Termini ſubſtantiales in prima, vel ſecunda inſtantia quomodo ſervandi, in beneficialibus, vel in prophanis coram quocumque Judice ordinario, vel delegato.*

135 *Si Iudex habet facultates particulares, illę sūt ſervādę*

136 *Ad reiterationem terminorum eodem modo proceditur coram quovis judice ordinario, vel delegato in quavis inſtantia.*

137 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam coram quovis iudice in quavis inſtantia, & ejus formula, & proceſſus.*

138 *Cedula Sententiæ Rotalis, & ejus Formula.*

139 *Cedula Sententiæ in cauſa commiſſaria extra Rotam in tertia inſtantia, & ejus formula.*

140 *A Sententia lata in tertia, vel ulteriori inſtantia datur appellatio, niſi adſint tres conformes.*

141 *Commiſſio appellationis, & appellationum in tertia, vel ulteriori inſtantia, & ejus formula.*

142 *Commiſſio appellationis, & appellationum in tertia, vel ulteriori inſtantia extra Rotam, & ejus formula.*

143 *Commiſſione ſignata & judici præſentata, citatur coram eo Pars ad dicendum contra, & ad alios actus uſque ad Sententiam, & ita obſervatur toties quoties, donec adſint tres conformes, vel res judicata.*

144 *In caſu rei judicatæ, obtenta exequutoriali, proceditur ad exequutionem illius, & taxationem expenſarum, & uſque ad totalē exequutionis conſummationem ſervatis ſervandis.*

145 *In cauſis Rotalibus, ſi opus eſt ſuperſeſſoria, poteſt citari coram Præfecto Signaturæ, vel coram Decano Rotæ, ad videndum ſuperſederi.*

146 *Citatio coram Rotæ Decano ad videndum ſuperſederi, & ejus formula, & proceſſus.*

147 *Solet ex cauſa Superſeſſoria concedi à Rotæ Decano, & conceſſa revocari, ſicut à Præfecto Signaturæ.*

148 *In cauſis Cameralibus pro Superſeſſoria debet adiri Cameræ Decanus, & eo impedito Vicedecanus, vel Præfectus Signaturæ Sanctiſſimi, ſeù illius Auditor, nam nec Signatura Iuſtitię, nec ejus Præfectus ſe ingerit in cauſis Cameralibus.*

149 *Praxis omnium Urbis Tribunalium paucis obiter perſtringenda proponitur.*

150 *Citationes, & intimationes extrajudiciales ſiunt in Camera, ſicut in Rota.*

151 *Sicut Auditores Rotæ, ita etiam Clerici Cameræ nihil poſſunt de per ſe, Parte cōtradicente, niſi prius facto verbo cum aliis collegialiter coadunatis.*

152 *Camera informari debet, ſicut Rota oretenus, & in ſcriptis, in Camera tamen, quia ſemper omnes votant, omnes etiam informare neceſſe eſt.*

153 *In omnibus ferè Urbis Tribunalibus (excepto Foro Capitolino) ſervatur Praxis Tribunalis A.C. ſalvis infra ſcriptis.*

154 *Cauſę quomodo in Urbis Tribunalibus exordiū ſumant.*

155 *Et quomodo in ſecunda, & ulteriori inſtantia.*

156 *In cauſis viginti ſcutorum monetæ, & infra, non requiritur monitorium.*

157 *In Tribunali Fabricę quando agitur via ordinaria, vel contra reum, ſolet fieri Monitorium.*

158 *Decretum* decerni *non requiritur, niſi in Tribunali A.C.*

159 *Ubicumque preſentatur in actis cōmiſſio, in quovis Tribunal. citandus eſt pars, ad dicendum contra illum.*

160 *In Camera, in qua cauſę committuntur per illius Decretū, citatur pars ad dicendum contra decretum Camerę.*

161 *Citatio ad dicendum contra Decretum Cameræ, & illius formula, & proceſſus.*

162 *Camera facit decretum in margine propoſitionis, & quomodo reſcribat.*

163 *Camera habet Signaturam Juſtitiæ de per ſe in cauſis cameralibus.*

164 *Propoſitio quomodo fiat in camera in ſecunda, & ulteriori inſtantia.*

165 *Propoſitio in camera pro commiſſione appellationis, & ejus formula, & decretum cameræ.*

166 *Contra propoſitionem poteſt fieri proteſtatio.*

167 *Proteſtatio contra propoſitionem, & ejus formula, & decretum camerę.*

168 *A Decretis, & Sententiis Theſaurarii non datur appellatio ſuſpenſiva. & quomodo camera in his cauſis reſcribat.*

169 *In cauſis appellationum à Sētentiis Theſaurarii ſi ſuſpēſio prætenditur, debet adiri Signatura Sanctiſſimi.*

170 *Attenta nullitate, vel injuſtitia clara, camera in cauſis appellationum à Sententiis Theſaurarii inhibet ad utrumque effectum.*

171 *Si in camera debet diſputari dubiū, vel aliàs illa informatur, debet ſemper fieri propoſitio, & quomodo.*

172 *Sentiens ſe gravatum à camerà poteſt adire Signaturam Sanctiſſimi.*

173 *In Tribunali Gubernatoris, & aliis inferioribus eadem praxis obſervatur, & multiplicantur nonnullæ citationes.*

174 *Citatio ad dicendum contra articulos in curia Gubernatoris, & ejus Formula.*

175 *Citatio ad vidēdum mandari examinari Teſtes in curia Gubernatoris, & ejus formula, & in quibus Tribunalibus Teſtes iurent per diem ante examen, vel non.*

176 *In Tribunali Gubernatoris quomodo citetur Pars ad videndum taxari Expenſas, & taxatas ſolvendum.*

177 *In curia Gubernatoris, & aliis ſęcularibus in citationibus non ſit mentio cenſurarum.*

178 *In Tribunali Gubernatoris, & aliis procedentibus manu Regia non ſervantur termini ſubſtantiales, & quomodo fiat citatio ad Sententiam.*

179 *In Foro capitolino citatur, ad vidēdum fieri productionē certorum jurium, vel articulorum, ſed hodie ſufficit etiam citatio ad dicendum contra Jura, vel articulos.*

180 *In cauſis à ſcutis viginti monetæ infra à Decretis A C. non datur appellatio.*

181 *A Decretis à ſcutis viginti monetæ infra aliorum judicum Romæ curiæ, quando, & ad quos detur recurſus remiſſivè.*

182 *Emi-*

182 *Eminentiſſimus Cardinalis Sacri collegii Decanus, quam habeat Juriſdictionem in curia in ſecunda, & ulteriori inſtantia.*

183 *Duces, & Barones Romani poſſunt ferre Sententias in curia.*

184 *Inhibitio accipitur pro præcepto negativo emanante à lege divina.*

185 *Inhibitio accipitur pro præcepto negativo emanante à lege Divina, Evangelica, Naturali, canonica, & civili.*

186 *Inhibitio accipitur pro præcepto negativo emanante à lege humana.*

187 *Inhibitio emanans à Summo Pontifice Romano eſt formidabilior, & major cæteris emanantibus ab Homine, & quare.*

188 *Papa eſt Dei Vicarius, & non eſt alius in terris dignior Sanctitate ſua.*

189 *Ad Principem ſpectat ordinare de omnibus ad Populi commodum, ac regimen ſpectantibus.*

190 *Inhibitio, de qua agimus, eſt præceptum prohibitivum emanans à Judice.*

191 *Inhibitio unde dicatur.*

192 *Inhibitio de qua agimus, quo Iure introducta.*

193 *Inhibitio qua ratione introducta.*

194 *Inhibitio quid ſit.*

195 *Inhibitio alia emanat à Judice ordinario; alia à Judice delegato.*

196 *Inhibitio emanans à Judice ordinario quid ſit.*

197 *Inhibitio Judicis delegati quid ſit.*

198 *Ut ſit locus inhibitioni, requiritur majoritas, & ſuperioritas in Judice inhibente.*

199 *Minor in Majorem, & par in parem non habet imperium.*

200 *Si duo Judices contendunt de juriſdictione, recurrendum eſt ad ſuperiorem.*

201 *Adjunctus, præſentata ſibi commiſſione, poteſt conjudicibus inhibere, ne ad ulteriora ſine eo procedant.*

202 *Statutum, vel conſuetudo poteſt inducere, ut Minor Majori, & Par Pari inhibeant.*

203 *A.C. quibus inhibeat in Curia, & extra, virtute appellationis, ſeu recurſus.*

204 *A.C. major illis, quibus inhibet, cenſeri debet.*

205 *Inhibitio canonicè, & ex cauſa probabili fieri debet.*

206 *Inhibitio canonicè fieri dicitur, quando appellatio fit ex cauſa probabili, & negotium eſt ad Judicem appellationis devolutum.*

207 *Inhibitio Canonica dicitur, ſi eſt facta cum cauſæ cognitione Parte citata.*

208 *Pars debet citari ad videndum ſibi inhiberi.*

209 *Inhibitio emanata Parte non citata eſt moderanda.*

210 *Abſente à Curia poteſt judex inhibere, eo prius non citato, & ita obſervat praxis.*

211 *Monitorium, ſeu Inhibitio cum clauſula, ſi quis, per comparitionem reſolvitur in ſimplicem citationem.*

212 *Quando Iudex inhibet, ex officio citatio non requiritur.*

213 *Inhibitio ad partes expedita non afficit, niſi poſtea illa fuerit exequuta, & præſentata, etiam data ſcientia relaxationis illius.*

214 *Inhibitio reſpicit futura.*

215 *Inhibitio præſentata in tempore cauſat attentata.*

216 *Inhibitio præſentata uni ex adverſariis Procuratori alterius, afficit.*

217 *Inhibitio intimata Parti afficit etiam Judicem.*

218 *Inhibitio exequuta contra Judicem afficit etiam Partem non inhibitam.*

219 *Iudex Commiſſarius poteſt inhibere extra Rotam & in partibus, etiam ſi in commiſſione non ſit expreſſa facultas citandi extra Curiam.*

220 *Etiam poſt concluſum in cauſa, non tamen Auditori Sacri Palatii Apoſtolici.*

221 *A.C. poteſt inhibere in Curia, & extra, virtute ſuarum facultatum, & non indiget commiſſione.*

222 *Si inhibitio emanat Parte citata, non eſt opus alia illius exequutione, ut afficiat.*

223 *Si jus inhibet, ſufficit ſola intimatio, abſque alia inhibitione.*

224 *Contrarium videtur ſenſiſſe Rota, & quando, & quomodo id procedat.*

225 *Intimatio commiſſionis facta à Cardinali habet vim inhibitionis, ob ejus reverentiam.*

226 *Ab Auditore non inhibetur Cardinali, coram quo cauſa ante vertebatur, ſed intimatur ei tantum commiſſio.*

227 *Cardinalis, cui cauſa eſt ultimo loco commiſſa, non inhibet, ſed inſinuat commiſſionem altero Cardinali.*

228 *Ut ſit locus inhibitioni, timens gravari debet implorare officium Judicis, ut inhibeat.*

229 *Inhibitio, ſi agatur de debito proprio, ſupponit eam petentem allegare exceptionem, qua tutus reddatur.*

230 *Inhibitio Rotalis, ſive juſta, ſive injuſta eſt timenda, & cauſat attentata.*

231 *Inhibitio emanata à Curia, & ſupremo A.C. Tribunali, ſive juſta, ſive injuſta eſt timenda.*

232 *Si Inhibitio emanavit in Curia, facile eſt recurrere ad judicem, qui inhibuit pro illius moderatione.*

233 *Facile eſt recurrere ad Principem, vel ad Signaturam pro moderatione Inhibitionis, vel reformatione commiſſionis, ſi Inhibitio emanavit in curia.*

234 *Non eſt aperienda via inferioribus de partibus, cognoſcendi de viribus inhibitionum curiæ, & illas contemnendi.*

235 *Inferior debet parere, & non judicare de viribus Inhibitionum.*

236 *Inhibitio Rotalis emanata vigore commiſſionis ſubreptitiæ eſt timenda.*

237 *Inhibitio de jure debet eſſe canonicè facta, aliàs non afficit.*

238 *Secus de ſtylo Rotæ, & curiæ, & quare.*

238 *Si in commiſſione, cujus virtute emanavit Inhibitio rotalis non ſit mentio obligationis cameralis, vel Guarantigiæ, cujus virtute fuit actum, Inhibitio non afficit, & quare.*

240 *Si obligatio cameralis, vel Guarantigia eſt turbida, in dubio facultates A.C. non intrant, & Inhibitio eſt timenda.*

241 *Inhibitio vigore commiſſionis cum clauſula,* non retardata exequutione, vel ſine præjudicio, *non cauſat attentata.*

242 *Rediens ad judicem Inhibitum cenſetur Inhibitioni renunciaſſe.*

243 *Inhibitio, quæ non fuit præſentata judici, nec parti, non afficit.*

244 *Inhibitio emanata cum clauſula* prout de Jure, *ſi non eſt iniqua eſt timenda.*

245 *Inhibitio, ſi non conſtat, quod illa fuerit præſentata ante actum, de cujus validitate agitur, non afficit.*

246 *Inhibitio exequuta domi ſine dimiſſione copiæ, nihil operatur.*

247 *Inhibitio non intimata non afficit Tertium, nec datur non habenti intereſſe.*

248 *Inhibitio emanata cum clauſula,* dummodo Sententia non ſit tertia, *ſi conſtat in actis de tribus conformibus, non cauſat attentata.*

249 *Inhibitio non cauſat attentata in cauſa diverſa, ſeu in articulo diverſo.*

250 *Inhibitio non cauſat attentata ſuper bonis, in quibus lis non pendet.*

251 *Si ſecundus Auditor pronunciavit, male appellatum, & cauſam remiſit ad primum, inhibitio cenſetur moderata.*

252 *Si in Curia fuit in cauſa pronunciatum, non eſt locus commiſſionis ad partes, quia eſt effecta curialis.*

253 *Si à pronuncia Secundi fuit appellatum, & Tertius Judex virtute appellationis inhibuit primo Judici, cauſa non redit ad primum.*

254 *Inhibitio Rotalis virtute commiſſionis exterta ante Sententiam non afficit.*

255 *Contrarium eſt verius, & fuit ſæpe deciſum, reprobatis deciſionibus antiquis.*

256 *Inhibitio emanata poſt actus poſſeſſorios non præjudicat ad effectum, ne poſſit virtute illorum obtinere Manutentio.*

257 *Civiliter poſſidens poteſt, non obſtante inhibitione, continuando virtute ſua civilis, recuperare naturalem.*

258 *Ad Judices inferiores non ſpectat cognoſcere de viribus inhibitionis Rotalis, ſub prætextu quod continuans non attentat.*

259 *Regula, qui continuat non attentat, non habet locum, quando cauſa eſt commiſſa ſuper ipſa continuatione poſſeſſionis.*

260 *Concluſio, quod Inhibitio ſive juſta ſive injuſta ſit timenda, non habet locum in Inhibitione alterius Tribunalis extra Rotam.*

261 *Contrarium in aliis ſupremis curiæ Tribunalibus, & in Tribunali A.C quotidie obſervat praxis.*

262 *Judices de partibus ſub clypeo cognoſcendi de juſtitia inhibitionis, de facili contemnerent inhibitiones à Curia emanatas.*

263 *De Stylo curiæ revocandi attentata in ſpretum Inhibitionis, non diſcuſſo prius, an illa eſt injuſta, teſtatur etiam Rota.*

264 *Commiſſa extra Rotam cauſa appellationis, & nullitatis æque principaliter, ſaltem reſpectu nullitatis ſuſtinetur inhibitio.*

265 *Inhibitione pendente eſt ab exequutione abſtinendum, aliàs geſta poſt eam ſunt attentata.*
266 *Non obſtante conſenſu partium in juriſdictionem, ſi inhibitio fuit Rotalis, & agitur de revocatione attentatorum ex officio, aliàs ſecus.*
267 *Qui taſſerit pro moderatione inhibitionis, non dicitur conſenſiſſe in juriſdictionem.*
268 *Ut quis dicatur inhibitioni renunciaſſe debet clarè conſtare de conſenſu de tempore poſt illam præſentatam.*
269 *Geſta poſt inhibitionem ſunt attentata, etiamſi exequutio ſit facta virtute trium conformium.*
270 *Etiamſi Judex, qui inhibuit, careat juriſdictione, donec conſtet.*
271 *Et ſivè inhibitio fuerit juſta, ſivè injuſta.*
272 *Etiamſi fuerit obtenta ab aſſerto Procuratore cum cautione de rato.*
273 *Ad inſtantiam aſſerti Procuratoris paſſim datur inhibitio dummodo infra duos menſes doceat de mandato.*
274 *Ad effectum attentatorum ſufficit, quod inhibitio fuerit præſentata Procuratori cauſæ.*
275 *Inhibitio emanata vigore commiſſionis conditionalis cauſat attentata.*
276 *Contrarium videtur tenere* Lancellotus.
277 *Si tempore datæ commiſſionis conditionalis conditio erat impleta, inhibitio indè emanata cauſat attentata, ſecus ſi non erat adimpleta, & de adimplemento non conſtat.*
278 *Si inhibitio fuit præſentata eadem die, qua fuit lata Sententia, præſumitur, Sententiam præceſſiſſe.*
279 *Si Commiſſio fuit expedita eadem die, qua eſt lata Sententia, præſumitur, pro validitate commiſſionis.*
280 *Si in commiſſione appellationis adeſt clauſula* quam, & quas, *ſuſtinetur commiſſio, & inhibitio etiam appellatione non interpoſita.*
281 *Auditor Rotæ poteſt de ſtylo, virtute clauſulæ* quam, & quos, *cognoſcere negotium principale, etiamſi appellatio non adſit, vel ſit nulla.*
282 *Si fuit actum virtute obligationis cameralis, inhibitio vigore appellationis emanata non officit, & quando hoc ſignanter procedat.*
283 *Si fuit inhibitioni renunciatum inhibitio non afficit, cum quilibet poſſit ſuo favori renunciare.*
284 *Licet quis renunciaverit inhibitioni Rotali, poteſt tamen Judex ex officio revocare attentata.*
285 *Inhibitio non ſe extendit ultra id, quod in commiſſione continetur, niſi in commiſſione adſit clauſula* quam, & quas.
286 *Si conſtat, inhibitionem eſſe manifeſtè calumnioſam, ex reiteratis confeſſionibus partis adverſæ, inhibitio non afficit.*
287 *Inhibitio regulatur ſecundum commiſſionem, & Signaturam, cujus virtute emanavit.*
288 *Inhibitio in Curia conceſſa, juxta formam commiſſionis, non moderatur, ob facilem recurſum ad Principem, ſeu ad Signaturam, pro illius moderatione.*
289 *Subreptio in Curia, ob facilem recurſum ad Principem, & ad Signaturam, non attenditur.*
290 *Inhibitio operatur, prout de jure, cum ſit prout de Iure intelligenda, & regulanda.*
291 *Inhibitio finitur moderatione illius, vel reformatione commiſſionis.*
292 *Inhibitio finitur, remiſſione cauſæ ad judicem à quo.*
293 *Inhibitio, quando intereſſe eſt perſonale, finitur morte Impetrantis.*
294 *Inſtrumentum Camerali obligatione vallatum habet exequutionem paratam.*
295 *A Decreto exequendo non datur appellatio.*
296 *Sublata appellatione non eſt locus inhibitioni.*
297 *Inhibitio indebitè extenta eſt moderanda.*
298 *Cenſus præſumitur validus, dum de aliqua nullitate non apparet.*
299 *Cenſus non poteſt creari, niſi ſuper re immobili, vel quæ pro immobili habeatur.*
300 *In derogatione quàvis generali, & ampliſſima nõ cẽſetur derogatũ facultatibus ex cõtractu, & titulo oneroſo.*
301 *Principi etiam ſupremo non licet à contractu recedere, & ejus obligatio tranſit ad Succeſſores.*
302 *Papa omnia poteſt.*
303 *Cenſus poteſt ex conſtitutione Pii V. imponi ſuper iis, quæ pro immobilibus habeantur.*
304 *Pius Quartus redegit Scripturas Notariorum A. C. ad inſtar immobilium.*
305 *De poteſtate Papæ non eſt dubitandum.*
306 *Tempore Pii Quarti erat neceſſe imponere Cenſus ſuper immobilibus.*
307 *Quod ex conſtitutionibus Martini, & Caliſti cẽſus eſſẽt de neceſſitate ſuper ſtabilibus imponẽdi, pluces teſtãtur*
308 *Ante Pium Quintum cenſus erat imponendus ſuper ſtabilibus, etiam de jure communi.*
309 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione juris communis.*
310 *Cenſus ante Pium V. creabãtur pactionibus contrariis conſtitutionibus Martini, & Caliſti.*
311 *Pius Quintus dedit novam formam cenſus creandi.*
312 *In mobilibus nulla cadit perpetuitas.*
313 *Qui vult conſequens, vult omne neceſſariũ antecedens.*
314 *Sufficit, quod in ſpecie non derogetur privilegiis ex contractu, & titulo oneroſo,*
315 *Quod provenit ex contractu provenit à jure communi, de quo ſunt omnes contractus.*
316 *Pius Quartus conſtituit Scripturas Notariorum A. C. tranſire perpetuò ad hæredes,*
317 *Cenſus poſſunt imponi ſuper locis montiũ nõ vacabiliũ, quia dicta loca montiũ tranſeunt perpetuò ad hæredes.*
318 *Officia Notariorum Curiæ capitolinæ poſſunt obligari, & hypothecari, & quare.*
319 *Cenſus poſſunt imponi ſuper aliis cenſibus.*
320 *Cenſus poſſunt imponi ſuper annuis redditibus ex Vectigali, piſcatione, Macello, & hujuſmodi, licet non ſint res immobiles.*
321 *Ubi militat eadem ratio, idem jus ſtatui debet.*
322 *Clemens Octavus mandavit, Scripturas Notariorum A. C. pro camera redimi, & cenſus ſuper eis impoſitos extingui.*
323 *Quod nullum eſt, extingui non poteſt.*
324 *Rota aliàs reſolvit pro validitate cenſus impoſiti ſuper Scripturis Notarii particularis.*
325 *Non eſt neceſſe, quod res, quæ pro immobili habetur, ſit ſolo affixa, ut cenſus ſuper ea imponi poſſit.*
326 *Scripturæ Notariorum A. C. olim locabantur ad rationem octo pro centenario.*
327 *Cenſus poſſunt imponi ſuper rebus, quæ mediante cultura reddunt fructus, aliàs ſecus ſi nullos fructus reddunt, detractis expenſis, & laboribus.*
328 *Res cenſu onerata debet deſignari certis finibus.*
329 *Finium ſpecificatio non eſt neceſſaria, dum aliter conſtat de certo corpore.*
330 *Non probatur, rem certis finibus non deſignari ex quo in Inſtrumento cenſus fines non ſunt ſpecificati.*
331 *Sufficit quod per nomen commune, aut circumlocutionem, fines conſueti deſignentur.*
332 *Res, quæ pro ſtabilibus habentur, nè vix quidem certis finibus deſignantur impropriè, & abuſivè.*
333 *Attenta obſervantia, omnis nimis ſcrupuloſa ſubtilitas eſt reiicienda, & n. 354.*
334 *Bulla Pii Quinti ſuper cenſibus dicitur obſervata, ſi pecunia fuit verè numerata coram Notario, & teſtibus in actu celebrationis Inſtrumenti, non autem prius.*
335 *Intentio Pii Quinti in materia Cenſuũ fuit tollere ſolutiones anticipatas, non prohibere ſolutiones verò, & realiter factas, omni ſimulatione, & fraude ceſſante.*
336 *Una pars diſpoſitionis aliam declarat.*
337 *Dicto*, autem, *corrigit, & adverſatur præcedentibus non ſequentibus.*
338 *Emptor, vocando ſe Depoſitarium, exuit perſonam emptoris, & induit perſonam Depoſitarii.*
339 *In jure ſæpè claritate actuum conjungendarum inter ſe actionum, unus actus occultatur.*
340 *Depoſitum purum, & ſimplex habet vim ſolutionis.*
341 *Forma poteſt impleri per æquipollens.*
342 *Deſcriptio in alterius pro creditore in libris Mercatoris, qui ſit ſolvendo, habet vim ſolutionis.*
343 *Cedula bancharia habet vim ſolutionis.*
344 *Experientia eſt rerum magiſtra.*
345 *Per depoſitum, cum ſubſequuta ſolutione, & numeratione, videtur ſatisfactum Bullæ Pii V.*
346 *Cenſus videtur ceptus creari in principio menſis tẽpore depoſiti, & in fine perfectus, quando ſecuta eſt numeratio, cum fructus interim non intervenerint.*
347 *Cedula Bancharia quid ſit.*
348 *Cedula Bancharia in contractu cenſus habet vim ſolutio-*

tio·

Digitized by Google

tioatis, ſi poſteà fuit à Mercatore acceptata, & ſoluta, aliàs ſecus.

349 Paria ſunt non eſſe, & effectu carere.

350 Validitas cenſus non in ſola traditione cedulæ, ſed in ſubſequuta ſolutione conſiſtit.

351 Bulla Pii Quinti eſt intelligenda, ut admittat interpretationem ex rationis identitate.

352 Magis ratio, quàm verba Legis, attendi debet.

353 Fraudem Legi facit, qui Legis verba amplexus, contra illius nititur voluntatem.

354 Obſervantia plurimum confert ad validitatem actus.

355 Spatio 30. annorum præſumitur confirmatio Apoſtolica.

356 In materia cenſuum Papa ſolet reſcribere cum clauſula Conſtito de vera, & reali numeratione procedatur ad ulteriora, exceptione prætenſi non interventus pecuniæ in actu celebrationis Inſtrumenti non obſtante.

357 Pacta appoſita in inſtrumento Cenſus contra Bullam Pii Quinti vitiantur, & non vitiant.

358 Præſertim ſtante proteſtatione, quod Partes intendebant contrahere juxta formam Bullæ.

359 Extinctio Cenſus probatur ex publico Inſtrumento retrovenditionis, quod facit rem claram, & manifeſtam.

360 Cenſum fuiſſe extinctum, quomodo prætendi poſſit.

361 Materia ſtricta, & alteri præjudicialis non debet extendi in præjudicium Tertii.

362 Cenſus impoſitio ſuſtinetur ſuper re aliena in præjudicium ſolius Imponentis.

363 Cenſus impoſitus ſuſtinetur in præjudicium imponentis, non obſtante translatione dominii.

364 Translatio cenſus ſuper alio fundo fit quoad exercitium actionum, non quoad ſubſtantiam cenſus.

365 Forma Motus proprii ſuper translatione cenſus non ſervata, cenſus remanet ſuper primævo fundo.

366 Nec ordo, nec relaxatio mandati, nec aſſignamenta ſufficiunt ad cenſus extinctionem, dum non eſt in libera poteſtate emptoris pretium recipere, vel illud realiter non reſtituitur.

367 Depoſitum non judiciale, vel non liberum, vel ubi nõ intervenit delegatio, non relevat ad cenſus extinctionẽ.

368 Si nõ intervenit diſdicta, & pars citata, & intimata nõ conſtituitur in mora recipiẽdi depoſitum liberè factum non poteſt prætendi ob id Cenſus extinctio, alias ſecus.

369 Nemo cenſetur facere voluiſſe, quod nõn poterat.

370 Extinctio cenſus requirit actum retroſimilem, ſcilicet reſtitutionem pretii ex parte debitoris, & receptionem ex parte creditoris.

371 Si Papa voluit providere cenſuariis & fuit facta intimatio, & eſt in arbitrio Emptoris cenſus recipere ſortem, cenſus extinguitur, aliàs ſecus.

372 Ceſſio facta ſpe futuræ numerationis, illa non ſecuta, caret effectu.

373 Animus elicitur ex præcedentibus, & ſubſequentibus.

374 Si non intervenit actus retroſimilis reſtitutionis naturalis pretii, ceſſio facta ſub ſpe futuræ numerationis nil relevat ad cenſus extinctionem.

375 Obligatio cameralis appellationẽ ſuſpẽſivã nõ admittit

376 A Decreto de exequendo non datur appellatio.

377 Res judicata inducit notorium, & habetur pro veritate.

378 Dictio, quilibet, eſt diſtributiva contra unumquemque in ſolidum.

379 Relatum eſt in referente cũ omnibus ſuis qualitatibus.

380 Relatum attenditur non referens.

381 Ubi verba ſunt clara, non debet in eis fieri controverſia.

382 Nimia ſubtilitas ſubvertit veritatem, & eſt inimica legibus.

383 Collegium eſt ſemper idem, & non mutatur mutatione perſonarum.

384 Subrogati tenentur ad ea, ad quæ tenebantur ii, in quorum locum ſucceſſerunt.

385 Intrantes Collegium tenentur ad debita antea contracta pro neceſſitatibus Collegii, actione perſonali.

386 Obligatio ſpecialis, & onus cenſus debet ſtare ſuper re cenſuata.

387 Hypotheca generalis, & obligatio perſonalis, quæ pro ſolutione cẽſus cõtrahitur, ſequitur hæreditariã portionẽ.

388 Actione perſonali in rem ſcripta agitur contra quemlibet Poſſeſſorem rei cenſuatæ.

389 Ex ſequentibus declarantur præcedentia.

390 Res inter Debitores acta Creditori non conſentienti non affert præjudicium.

391 Non poteſt recedi à contractu etiam in minimo, ſine conſenſu Partium.

392 Contractus ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis.

393 Ubi conſtat de clara obligatione in ſolidum in forma cameræ, non eſt opus mendicare conjecturas.

394 Productio relato, non dicitur nova probatio, ſed antiqua ex referente.

395 Inſtrumentum ſubſcriptum à Notario, habens faciem publici Inſtrumenti, debet cenſeri authenticum.

396 Copia inſtrumenti probat, ſtante illius obſervantia.

397 Scriptura informis, & copia cum adminiculis probat.

398 Scriptura informis probat, ſi non fuerunt in termino, ad dicendum contra oppoſita ſaltem generalia.

399 Si in prima inſtantia nil fuit oppoſitum contra jura, oppoſitio in ſecunda, vel ulteriori, non relevat.

400 Nulla major probatio quàm confeſſio.

401 Comparitio tollit defectum citationis.

402 Præſens non eſt citandus.

403 Utens juribus productis dicitur illa approbaſſe cum ſuis qualitatibus.

404 Pars reproducendo, & allegando jura producta in ſui favorem, efficit illa communia, & de actis.

405 Delegatio carens acceptatione, & requiſitis neceſſariis, non relevat.

406 Recurſus poteſt accipi, tàm pro introductione cauſæ coràm Judice in prima, quam in ſecunda inſtantia.

407 Recurſus unde dicatur.

408 Recurſus quid ſit.

409 Recurſus propriè datur in actu inappellabili.

410 Appellatione prohibita non cenſetur prohibita ſupplicatio ſeu Recurſus.

411 A Sententia Vicarii Papæ infra ſummam ducatorum quinque non datur appellatio, nec dicitur de nullitate.

412 Signatura in cauſis ſexdecim ducatorum auri, & infra, non reſcribit.

413 In cauſis inappellabilibus à ducatis ſexdecim, hoc eſt ſcutis viginti monetæ infra, in Tribunali Vicarii à ſententia locumtenentis civilis datur recurſus ad Viceſgerẽtem, & ab eo ad Vicarium, in quavis inſtantia.

414 In cauſis appellabilibus in Tribunali Vicarii, etiam infra ſummam ſexaginta ducatorum auri de Camera, non datur recurſus, ſed appellatio, niſi fuerit actum virtute proceſſus executivi.

415 A Gubernatore appellatur ad Papam, & ad Signaturam, in cauſis appellabilibus.

416 In cauſis à ſexdecim ducatis, hoc eſt à ſcutis viginti monetæ infra, & ſic inappellabilibus, à Locumtenente civili Gubernatoris datur recurſus ad Gubernatorem.

417 Hodie à ſententia inappellabili Locumtenentis Gubernatoris datur recurſus ad judicẽ recurſus nuncupatum, & ab eo ad gubernatorem, & à deputato ad deputãtem.

418 In cauſis mercedũ in Curia Gubernatoris datur appellatio, ſaltẽ devolutiva, nõ obſtãte quod ſint inappellabiles.

419 A Locumtenente Civili Gubernatoris non datur recurſus niſi in cauſis inappellabilibus.

420 In Curia Gubernatoris in cauſis Mercedũ datur recurſus, etiã à ſcut. 20. ſupra, ſicut in cauſis inappellabilibus

421 In cauſis à ſcutis viginti infra cur Signatura non reſcribat, ſed detur in eis recurſus.

422 A. C. cur poſſit decernere Monitoria ſpecialia, aut cauſas prophanas, etiam in terris Eccleſiæ ultra 40. milliaria, niſi cauſa excedat valorem ſcutorũ quinquaginta monetæ ad ſuum Tribunal trahere.

423 A Conſulibus Aromatariorum, in cauſis à ſcutis decem infra, quomodo, & ad quos detur recurſus.

424 A conſulibus Aromatariorum in cauſis ultra ſummam ſcutorum decem datur appellatio.

425 A Conſulibus artium datur appellatio, ſeu recurſus ad Gubernatorem.

426 A conſulibus Aromatariorum datur recurſus ad A. C.

427 A Conſulibus artium in cauſis inappellabilibus datur recurſus ad Conſervatores Urbis, niſi eorum Statuta contrarium diſponant.

428 In cauſis ſcutorum viginti, & infra in Tribunali A. C. non datur appellatio, nec recurſus, niſi ad eundem, qui fecit decretum pro repoſitione.

429 In

429 In cauſis exequutivis, in quibus in Tribunali A. C. non datur appellatio ſuſpenſiva, non datur recurſus, niſi pro repoſitione ad eundem Iudicem, qui fecit decretum.

430 A. C. poteſt reponere à decretis ſuorum Locumtenentium civilium, ſed hoc facere non conſuevit.

431 In Curia capitolina in cauſis à 10. ſcutis infra non datur appellatio, nec recurſus, niſi ad eundem judicem, qui fecit decretum pro repoſitione ſicut in aliis cauſis exequutivis.

432 A Sententiis, & Decretis conſulum artium, in cauſis ſcutorum decem, & infra, datur recurſus.

433 Recurſus eſt infra decem dies interponendus, ſicut appellatio.

434 Contractum quia gravatus poteſt infra biennium ſupplicare.

435 Sed concede, & diſtingue, quia recurſu petito infra decem dies, retardatur exequutio niſi præſtetur Fidejuſſor, ſecus ſi petatur poſt decem dies.

436 In Curia gubernatoris, & aliis tribunalibus recurſus eſt interponendus infra decem dies, & non retardatur exequutio, donec fuerit inhibitum.

437 Recurſus quoad tempus exercitii, & determinationis cauſæ, aſſimilatur appellationi, niſi reperiatur expreſſa differentia.

438 Cauſæ appellationum à judicibus Romanæ Curiæ introducuntur coram A. C. per viam recurſus, qui regulatur iiſdem modis, quibus appellatio.

439 Termini ſubſtantiales in ſecunda inſtantia ſunt ſervandi, omnes ad primam, excepto termino ad articulandum, qui ſervatur ad octavam.

440 Termini ſubſtantiales coram A. C. ſervantur in ſecunda inſtantia, etiam prout in prima, & reiteratio ſanat omnes eorum defectus.

441 A. C. poteſt in cauſis à ducatis ducentis infra coram eo uti judice ordinario, introductis virtute appellationis, procedere terminis non ſervatis.

442 In cauſis commiſſariis coram A. C. ſervandi ſunt termini ſubſtantiales nulla habita parvæ ſummæ ratione.

443 Juriſdictio delegata derogat ordinariæ, & uti major attenditur.

444 In tertia inſtantia termini ſubſtantiales ſervantur omnes ad primam, excepto termino ad articulandum, qui ſervantur ad ſextam.

445 Terminis ſubſtãtialibus in tertia, vel ulteriori inſtãtia ſervatis, prout in prima, vel ſecunda, per reiterationẽ ia omnem eventum ſanantur omnes eorũ defectus.

446 Sententiæ validitas ex quibus probetur.

447 Dote ſoluta debentur fructus toto tempore matrimonii.

448 Fructus dotis taxantur ad quinque, & aliquando ad ſeptem, & octo pro centenario.

449 Suſtentatio onerum matrimonii habet vim interpellationis.

450 Dies, & juramentum interpellant pro homine.

451 Maritus tranſmittit jus petendi fructus dotis, matrimonio durante decurſos, & nõ ſolutos, in ejus Heredes.

452 Si fructus dotis petuntur propter onera matrimonii titulo oneroſo, lapſus decennii non obſtat.

453 Ex lapſu temporis non cenſetur facta remiſſio, niſi concurrant tria requiſita, de quibus in l. Procula, ff. de prob.

454 Viduæ debentur ab Heredibus partis fructus dotis, donec dos ſolvatur.

455 Alimenta taxantur arbitrio judicis, habita ratione nobilitatis Mulieris, & divitiarum ejus fratrum debitorum.

456 In Curia fructus dotis taxantur ad rationem ſeptem cum dimidio pro centenario.

457 Statutum ſuper taxatione, & ſolutione fructuum dotis & Alimentorum, eſt validum.

458 Dos, quando Filia dotata excluditur à ſtatuto propter Maſculos, ſuccedit loco Legitimæ.

459 Filia dotata à ſtatuto excluſa, tranſmittit in hæredes jus legitimæ, & alimentorum uſque in diem ſolutionis dotis, ſeu legitimæ.

460 Ius legitimę tranſmittitur cum aliis affectibus legitimę.

461 Jus legitimæ tranſmittitur etiã in heredes extraneos.

462 Legitima debetur una cum fructibus etiã abſque mora.

563 Dos, & Alimenta æquiparantur.

464 Dote ſoluta fructus non debentur amplius.

465 Mortua uxore fructus dotis non currunt amplius ad favorem Mariti, & quando hoc procedat.

De ſecundis, & ulterioribus inſtantiis.

Pars Tertia. Cap. V.

NOn ſolum in prima, ut diximus ſupra, ſed etiam in ſecunda, vel ulteriori inſtantia, poſſunt cauſæ coram A. C. introduci. Etenim A. C. eſt Judex ordinarius appellationum quarumcumque ad Romanam Curiam devolutarum, & earum, quas devolvi contigerit à quibuſvis Sententiis, & gravaminibus illatis à quibuſcumque Judicibus ordinariis, vel Delegatis extra Romanam Curiam (*dummodo cauſæ ultra quadraginta milliaria ab Urbe ſint valoris ſcutorum quinquaginta monetæ, vel aliàs inde ſupra*) necnon Appellationum, ſeù Recurſuum à quibuſvis Judicibus ordinariis Romanæ Curiæ (*Vicario, Gubernatore, Senatore, & Judicibus Capitolinis, dumtaxat exceptis*) cujuſcumque valoris cauſæ exiſtant, virtute ſuarum ordinariarum facultatum, ut ſupra hoc eadem *p. 3. c. 1 n. 1.* 1

Qua propter, ſi quis ab aliquo ex prædictis Judicibus extra Curiam, Sententiam, vel Decretum contrarium reportavit, vel aliàs ei fuerit illatum gravamen irreparabile per definitivam cauſam appellationis coram A. C. in ſecunda, vel alia ulteriori inſtantia introducere, & citationem, cum inhibitione, *A*, virtute appellationis A obtinere, & in partibus contra adverſarium exequi facere, & ad ulteriora uſque ad finem cauſæ, ut inferius dicetur procedere poterit.

Debet autem, qui citationem hujuſmodi cum inhibitione vigore appellationis obtinere voluerit, in primis 2 & ante omnia infra legitima tempora appellare coram Judice à quo in partibus, & deinde copiam ſententiæ in partibus latæ, & appellationis interpoſitæ, ut ſupra, in forma probanti in actis coram A. C producere, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio, &c. NN. & ad docendum de gravamine 3 ſibi in partibus illato, facto per compulſum produxit copiam ſententiæ latæ per D. NN Locumtenentem illuſtriſſimi D. N. Præſidis Provinciæ Romandiolæ, ad aſſertum favorem NN. una cum copia appellationis coram eodem interpoſitæ pro parte NN. in forma &c. prout in foliis, tenoris, &c. petens, &c. omni, &c.

Verumtamen ſi appellatio non fuit in partibus coram 4 Judice à quo interpoſita, praxis inveterata, & ſtylus Tribunalis A. C. obſervat, ut poſſit coram eodem A. C. copia ſententiæ in partibus latæ exhiberi, & coram ipſo ab eadem appellatio interponi; cujus quidem appellationis virtute poterit nihilominus citatio cum inhibitione ad partes obtineri, & quotidie fieri conſuevit, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

Coram D. meque, &c. NN Procurator, habita noti- 5 tia de prætenſa ſententia lata per R. P. D. NN. Gubernatorem Tudertinum ad aſſertum favorem NN. contra NN prout in folio, tenoris, &c. ab ea & omnibus aliis gravaminibus, &c. ad Sanctiſs. D. N. Innocentium Papam X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam, omnemque alium Judicem competentem, appellavit, prout in cedula, quam una cum copia dictæ aſſertæ ſententiæ, &c. facto dedit, tenoris, &c. petens, &c. omni, &c.

Cui D. dedit reverentiales in forma, omni, &c.

A quadam aſſerta definitiva ſententia, ſeù Decreto 6 definitivo lata, ut dicitur, ſeù facto per R. P. D. NN. Gubernatorem Tudertinum ad prætenſum favorem NN. contra NN de, & ſuper tenimento terræ ſito in territorio civitatis Tuderti in Villa NN. in loco nuncupato NN juxta bona NN. & NN. ſalvis aliis, &c. rebuſq; aliis, &c. Procurator, & eo nomine dict. NN. ſentiens ſe læſum, & gravatum, & timens in poſterum magis lædi, & gravari, &c. ab illa, ſivè ab illo, ac toto ulteriori Proceſſu deſuper fabricato, ad Sanctiſs. D. N. Innocentium X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam, omnemque alium Judicem competentem in his ſcriptis provocat, & appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens ſemel, bis, tertio, ſæpe, ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi; & quatenus præſens appellatio non admitteretur, &c. à non admiſſione illius, ac toto ulteriori Proceſſu iterum,

accto-

Digitized by Google

ac toties quoties, appellat, provocat, & ut ſupra, de nullitate dicit, &c. itaut ſit ultimus in appellando, &c. & interim, &c. nihil innovari, &c. alias, &c. proteſtans, &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c.

Succeſſivè, appellatione in partibus, vel coram A. C. ut ſupra interpoſita, obtinetur citatio cum inhibitione, tenoris ſequentis, & aliàs ſecundum contingentiam facti videlicet,

7 Chriſtophorus Vidman Protonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturæ Sanctiſſ. D. N. Papæ Referendarius, ac ejuſdem Sanctiſſ. ejuſque Camerarii, necnon cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ ac appellationum in terris S. R. E. ſubiectis interpoſitarum judex ordinarius, Sententiarum quoque, & Cenſurarum in eadem Curia, Romana & extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiſſimo ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Præpoſitis, Archidiaconis, Prioribus, Decanis, Vicariis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Locumtenentibus, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, cæteriſque Preſbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcumque per Civitatem, ac Diœceſim NN & aliàs ubilibet conſtitutis, illique vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, imò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis, fuiſſe nuper in quadam cauſa vertente coram R. P. D. NN. Gubernatore civitatis NN. inter NN. appellantem ex una, & NN. appellatum ex alia, de, & ſuper in ſubinſerta ſententia contentis rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis, & illarum occaſione, partibus ex altera, idem D. Gubernator, ſuam, ad favorem dict. NN. promulgavit definitivam ſententiam, prout in illius Fide, ſeu Inſtrumento coram nobis exhibit., tenoris infraſcripti, videlicet. Chriſti nomine Invocato. &c. (*hic inſerendus eſt totus tenor Sententiæ*) à qua quidem prætenſa ſententia, & aliis quibuſcumque gravaminibus eidem NN. per eundem D. N. Gubernatorem illatis ad Sanctiſſ. D. N. Innocentium Papam X. provocatum, & appellatum fuit, & ſic cauſa appellationis hujuſmodi coram nobis tanquàm Romanæ Curiæ, ac appellationum, & reclamationum in Terris S. R. E. mediatè ac immediate ſubiectis, interpoſitarum, Judice ordinario, legitimè introducta, ſubſequenter cum ipſe NN. appellationem ſuam hujuſmodi proſequi velit, ac intendat, fuimus pro ejuſdem NN. appellantis parte, debita cum inſtantia, requiſiti, quatenus ſibi citationem legitimam una cum Inhibitione extra Romanam Curiam, ac ad partes, contra, & adverſus dictum NN. exadverſo principalem ac dictum D. Gubernatorem, ſi ſua putaverit intereſſe, omneſque alios, & ſingulos, ſua communiter, vel diviſim intereſſe putantes, in exequutione citationis hujuſmodi nominandos, in forma ſolita, & conſueta decernere, & concedere dignaremur. Nos igitur Auditor præfatus attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam, & quod juſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, Diſcretioni veſtræ, & cuilibet veſtrum inſolidum committimus, ac diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus. &c. ſub. 500. ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & pro illis Mandati exequutivi, ac excommunicationis in ſubſidium, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris & pœnis, dictum NN. exadverſo principalem, & dictum Dominum Gubernatorem, ſi ſua putaverit intereſſe, & Sententiam hujuſmodi defendere voluerit, omneſque alios, & ſingulos, ſua communiter, vel diviſim intereſſe putantes, in eorum propriis perſonis, ſi eorum præſentias commodè habere poteritis, alioquin in hoſpitiis habitationum ſuarum, ſi ad ea vobis tutus pateat acceſſus, & in Parochiali, ſeu Parochialibus, ſub qua, vel quibus degunt, & morantur, aliiſque Eccleſiis, & locis publicis, & conſuetis, & ubi & quando, & quoties opus fuerit, infra Miſſarum, & aliarum Horarum, & Divinorum officiorum ſolemnia, dum ibidem fidelis populus ad divina audiendum convenerit, publicè alta, & intelligibili voce, ex parte noſtra peremptoriè citare curetis, quos nos etiam, tenore præſentium, citamus, quatenos ſexta die poſt citationem hujuſmodi, ut ſupra factam, & exequutam immediatè ſequente, ſi ipſa ſexta dies juridica fuerit, alioquin prima die juridica ex tunc immediate ſequente: compareant in Judicio legitimè coram nobis, ſeù noſtro in Civilibus Locumtenente cum omnibus, & ſingulis actis, actitatis Scripturis, Juribus, Inſtrumentis, Proceſſibus, ac munumentis quibuſcumque cauſarum, & cauſas hujuſmodi tangentibus, ſeu ad eam, ſeu eas quomodolibet facientibus, utrique Parti in hac cauſa de Juſtitia reſponſuri, ac in ea ad omnes, & ſingulos actus judiciales gradatim, & ſucceſſivè, etiam uſque ad definitivam Sententiam incluſivè, debitis, & conſuetis terminis, & dilationibus, ut moris eſt, proceſſuri, & procedi viſuri, aliaque dicturi, facturi, & recepturi, prout Juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis. Certificantes nihilominus eoſdem citatos, quod ſive in dicto termino comparuerint, ſivè non, Nos nihilominus, vel Locumtenens noſter prædictus, ad Partis comparentis, & cauſam hujuſmodi proſequi curantis, inſtantiam, ad præmiſſa omnia, & ſingula & aliàs prout Juris fuerit, procedemus, ſeù procedet, dictorum Citatorum abſentia, ſeù contumacia non obſtante; Et inſuper attendentes quod lite, & cauſa hujuſmodi ſic, ut præmittitur, coram nobis indeciſis pendentibus, nihil ſit in partibus per quoſcumque attentandum, vel innovandum; Idcirco eidem Domino Gubernatori, cæteriſque aliis dictis Officialibus, Judicibus Commiſſariis, Delegatis, Subdelegatis, Exequutoribus ordinariis, ſivè extra ordinariis, quacunmque authoritate fungentibus, quibuſcumque nominibus cenſeantur, & quacunque præfulgeant dignitate, præſertim eidem NN. exadverſo principali, omnibuſque aliis, & ſingulis, quorum intereſt, ſeù intereſſe poterit quomodolibet in futurum, eiſdem authoritate, & tenore inhibemus, ne ipſi, vel alter ipſorum in vilipendium litis pendentiæ, & Juriſdictionis noſtræ, imò verius Apoſtolicæ Sedis contemptum, dictique NN. principalis præjudicium, & gravamen, quicquam per ſe, vel alium, ſeù alios publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quovis quæſito colore, attentare, ſeù innovare præſumant, aut aliquis eorum præſumat: quod ſi ſecus factum fuerit, id totum revocare, & in priſtinum reducere curabimus; Juſtitia mediante. Abſolutionem verò in præmiſſis nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus, in quorum, &c. Datum &c. NN. Notarius.

Locus † Sigilli.

N. Locumten.

Hæc citatio eſt tranſmittenda ad partes, ibique à Nuncio perſonaliter, vel aliàs juxta illius formam, & tenorem exequenda, ac deinde Nuncius debet alicui publico Notario facere exequutionis relationem, ſuper quod debet Notarius, à tergo ejuſdem, Inſtrumentum publicum conficere; quibus peractis, citatio, una cum exequutionis Inſtrumentu, & ad majorem cautelam etiam cum alicujus Ordinarii, vel alterios opportuna legalitate in forma remitti poterit ad Curiam, & in actis reproduci, citato Principali abſente, vel contumace (*ſi nemo pro eo, ad cauſæ defenſionem ſuſcipiendam, compareat*) per Contradictas, juxta Praxim ſupra poſitam *part. 2. cap. 3. num. 1. & ſeqq. & num. 17. & ſeqq.* vel ſi Procurator pro eo comparet, producendo Mandatum procuræ, & proteſtando nihil fieri, juxta ſuperius tradita *in cap. proximo præcedente, verſ. quod ſi cauſa n. 15.* illo citato, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN axadverſo Procurator NN. exadverſo principalis, ad dicendum contra literas citatoriales, & inhibitoriales, ac Inſtrumentum illarum exequutionis in partibus factæ, juraque producta, & repetita, videndum jurare Teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, necnon juſtificandum, & impugnandum, & videndum admitti, committi, & mandari reſtitui, dimiſſa copia collationata, ad p. d. Inſtante NN. principali ſivè &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit literas citatoriales, & alia hodie in Bibliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit admitti,

Digitized by Google

mitti, ſi & in quantum, omni, &c. & committi in forma, omni &c.

10 Productio autem literarum hujuſmodi, quæ ſufficit ad cauſæ deſertionem evitandam, fit in Broliardo, in termino dictæ citationis ad dicendum contra, ut ſequitur videlicet.

11 Pro NN. contra NN.

In Officio, NN. Procurator, prout docuit per inſtrumentum publicum mandati procuræ, tenoris, &c. & facto per Compulſum produxit literas citatoriales, & inhibitoriales, in partibus legitimè exequutas, una cum Inſtrumento illarum exequutionis à tergo, prout in folio, tenoris, &c. petens &c. omni &c.

Exadverſo Procurator citatus proteſtari poteſt in termino ad dicendum contra, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

12 In Officio, &c. NN. Procurator contra prætenſas litteras citatoriales, & inhibitoriales, & jura dixit pro nunc generalia verbo, ſalvo jure, &c. & pendente, &c. alias, &c. omni &c.

13 Verum, ſi cauſa non ſit appellabilis, vel aliqua alia ratione non poſſit in Curia introduci, prout ſi cauſa de partibus ultra quadraginta milliaria non aſcendat ad valorem ſcutorum quinquaginta monetæ, poteſt obtineri remiſſio illius ad partes dummodo per inſtrumenta, vel jura, aut alia legitima probationum genera, citata Parte ad dicendum contra, juxta Praxim ſuperius traditam *par. 1. c. a. num. 10. & ſeq.* & alias ſervatis ſervandis probetur, cauſam non eſſe appellabilem, vel alias ad dictam ſummam ſcutorum quinquaginta monetæ non aſcendere, quo caſu eſt deinde citanda Pars, ad videndum remitti cauſam, ut infra, videlicet.

A.C.N.

14 Citetur NN. exadverſo Procurator NN. exadverſo principalis, ad videndum moderari inhibitionem nulliter, & indebitè extortam, & remitti cauſam ad partes, attento quod eſt è loco ab Urbe diſtante ultra quadraginta milliaria, & valor illius non excedit ſcuta quadraginta quinque monetæ (*vel attenta alia ratione exprimenda, juxta contingentiam facti*) & decretum neceſſarium & opportunum fieri, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit & obtinuit, ut ſupra, niſi infra quatuor (*vel aliud tempus judici benevisum*) cum intimatione, omni, &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo Procurator NN. exadverſo principalis, qualiter Dominus remiſit cauſam ad partes, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè, &c. N. Notarius.

15 Exequuta, & reproducta intimatione, niſi Pars obtinuerit reponi à Decreto præjudiciali remiſſionis cauſæ, juxta Praxim ſuperius traditam *par. 1. cap. 8. num. 36.* poterit elapſo termino in Decreto contento à die intimationis exequutæ, ac intimatione reproducta, expediri ad partes Inſtrumentum remiſſionis videlicet.

16 Chriſtophorus Vidman Prothonotarius Apoſtolicus utriuſque Signaturæ Sanctiſſ. D. N Papæ Referendarius necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, Sententiarum quoque, & Cenſurarum, tàm in Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiſſimo D. N. Papa ſpecialiter deputatus. Noverint univerſi, quod Nos hodie cauſam coram nobis via ordinaria, aliàs ſuper quibuſdam Terris ſit, in Territorio NN. in Villa N. in loco nuncupato N. juxta bona NN & NN. & alios notiſſimos fines rebuſque aliis &c. ad inſtantiam NN. contra NN. in ſecunda inſtantia introductam, attento quod valor dd. Terrarum non excedit valorem ſcutorum quadragintaquinque monetæ, prout fuit coram nobis legitimè demonſtratum citato, & intimato d. NN. Adverſario appellante, ad partes remiſimus, prout harum ſerie remittimus, quæ omnia, &c. In quorum fidem, &c. Datum Romæ ex ædibus noſtris, hac die &c. N. Notarius.

Locus † ſigilli. N. Locumt.

Quod ſi A. C. nollet cauſam ad partes remittere, & 1 veniret nihilominus de Jure remittenda, vel quia illius valor non aſcenderet ad ſcuta quinquaginta monetæ, vel alia ratione, poſſet appellatus adire Signaturam Juſtitiæ, & data commiſſione opportuna, ac Parte citata, ad Praxim ſuperius traditam *par. 1. cap. 13. n. 30. & ſeq.* obtinere cauſam proponi, & reſcribi eidem A. C. ut cauſam ad partes remittat, quæ quidem commiſſio poterit fieri, ut infra, & alias mutatis mutandis, juxta contingentiam facti, videlicet.

Tudertina.

Beatiſſime Pater. Lata Sententia in prima Inſtantia 18 per R. P. D. Gobernatorem Tuderti, ad favorem devoti S. V. Oratoris NN. contra NN. de, & ſuper quibuſdam Terris ſitis in Territorio Tudertino in Villa N. loco nuncupato NN. juxta ſuos notiſſimos fines, rebuſque aliis, &c. idem NN. Adverſarios cauſam appellationis coram A. C. introduxit, & citationem cum inhibitione extorſit: Verumquia Terræ, de quibus agitur, non excedunt valorem ſcutorum quadraginta quinque monetæ, & ob id cauſa non poterat coram A. C. introduci, & in omnem eventum debuiſſet A. C. ſuam moderari inhibitionem, & cauſam ad partes remittere, quod adhuc non fecit. Supplicat igitur S. V. Orator antedictus, ut dignetur eidem A. C. ut præfatam ſuam moderando inhibitionem, cauſam ad partes remittat, committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, conſtitutionibus Apoſtolicis, ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque Statum, &c. pro plenè, &c.

Commiſſionem deindè in Signatura, ſervatis ſervandis, propoſita, & ſignata, ac in capſa Judicis repoſita, citatur Pars, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo pricipalis, ad dicendum 19 contra Commiſſionem in actis exhibitam, videndum illam admitti, & juxta illius formam, & tenorem mandari procedi, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit commiſſionem in actis ultimo loco exhibitam, & petiit, & obtinuit, ut ſupra, omni, &c.

Succeſſivè citatur Pars, ad videndum moderari inhibitionem, & cauſam remitti ad partes, & obtinetur re- 20 miſſio, ut ſupra *n. 14* veluti infra *n. 22.* illuſque Inſtrumentum, ut ſuperius dictum fuit *n. 16.*

Sed ſi in commiſſione petitum fuit, committi oretenus eidem A. C. ut ſuam moderetur inhibitionem, & 21 cauſam ad partes remittat, & ita ſignatura ordinavit, ut aliquando ſolet, etiam ſi expreſsè oretenus ordinari, petitum non fuerit, tunc nec præſentare commiſſionem in actis, ſed citare, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum mo- 22 derari inhibitionem, & cauſam remitti ad partes, juxta mentem Signaturæ, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra niſi ad p. d. cum intimatione. omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus remiſit cauſam ad partes, & alias prout in actis, inſtante NN. principali ſivè, &c. N Notarius.

Verum ſi cauſa non venit ad partes remittenda, ſed 23 remanere debet in Curia coram A. C. Pars, quæ illam proſequi intendit, tranſportare debet acta anterioris inſtantiæ, illaque in actis cauſæ exhibere, citata parte ad dicendum contra Jura, ut ſupra *p. 1. cap. 2. n. 10.* vel ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad dicendum 24 contra Proceſſum de partibus, & Jura producta, & repetita, videndum jurare Teſtes ſuper illius, & illorum recognitione, quatenus opus ſit, admitti, committi, & mandari reſtitui dimiſſa copia collationata, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c. N. Notarius.

Decre.

43 *Commiſſio pro obtinenda moderatione inhibitionis ab A. C. emanatæ virtute recurſus in cauſa exequtiva in plena Signatura proponenda, & ejus formula.*

44 *Commiſſio pro obtinenda moderatione inhibitionis in cauſa ſummaria in plena Signatura proponenda, & ejus formula.*

45 *Signatura in cauſis poſſeſſoriis, quomodo reſcribat.*

46 *Signatura poteſt adiri, tùm in cauſis appellationum coram A. C. introductarum à Judicibus Romanæ Curiæ quàm à Judicibus de partibus.*

47 *Si cauſa recurſus à Judicibus Romanæ Curiæ debet remanere coram A. C. ſunt coram ea, parte citata transportanda omnia acta prioris inſtantiæ ante lapſum biennii.*

48 *Citatio ad dicendum contra proceſſum in Curia NN. fabricatum, & ejus formula, & Proceſſus.*

49 *Productio Proceſſus, & Jurium in termino ad dicendum contra, & ejus formula.*

50 *Proteſtatio contra Proceſſum, & jura in termino ad dicendum contra, & ejus formula.*

51 *Si acta primæ inſtantiæ coram judice appellationis, ſeù recurſus, non transportantur, non poteſt biennio durante ad ulteriora in cauſa procedi.*

52 *Inſtante lapſu biennii, ſeù biennio elapſo, ſi acta non ſunt transportata, citatur appellans ad dicendum de appellatione, & deinde ad videndum moderari.*

53 *In cauſa appellationis, ſeù recurſus legitime introducta quælibet Partium poteſt non deducta deducere, & non probata probare, ſervatis ſervandis.*

54 *Jura, & articuli in cauſis ordinariis admittuntur ſimpliciter, & abſque aliqua clauſula.*

55 *Si cauſa fuit infra ſummum ſcutorum viginti à Judice à quo expedita per decretum, vel actum via exequtiva, & decretum eſt juſtum, & validum, A. C. poteſt etiam in ſecunda inſtantia expedire cauſam per decretum.*

56 *Citatio ad videndum mandari exequi Mandatum a D. Judice à quo decretum eſt relaxatum, & ejus formula, & Proceſſus.*

57 *Elapſo termino in Decreto contento, & reproducta intimatione, expeditur exequatur à tergo Mandati.*

58 *Si decretum judicis à quo eſt nullum, & injuſtum, & cauſa non excedit valorem ſcutorum viginti monetæ, quomodo citando Pars.*

59 *Citatio ad videndum revocari Decretum judicis NN. & ejus Formula, & proceſſus.*

60 *Exequutio nulla revocatur citata parte, & Pars non auditur amplius, niſi refectis Expenſis.*

61 *Sentiens ſe gravatum à Decretis A. C. poteſt citare Partem coram eo, ad videndum reponi, & ita dicto de bono jure obtinere.*

62 *In caſu, in quo licita eſt variatio, poteſt quis, omiſſo primo judicio exequativo, ad aliud ſimile tranſire.*

63 *A Decreto A. C. ſi agitur de ſumma ſcutorum viginti monetæ excedente, Gravatus poteſt appellare.*

64 *Si in cauſa ducatorum ducentorum valorē non excedente pronunciandum ſit per Cedulam, benè, vel malè judicatum, quomodo in cauſa procedendum, & n. 65. & ſeq.*

65 *Citatio ad videndum deferri Juramentum in ſupplementum, & ad ſententiam, & ejus formula & Proceſſus.*

66 *Cedula ſententiæ revocatoriæ in ſecunda inſtantia in cauſa ducatorum ducentorum valorem non excedente, & ejus formula.*

67 *Si facienda ſit confirmatoria, Cedula illius, necnon appellationis, & commiſſionis confici poſſunt, prout in cauſis à ducatis ducentis ſupra, & aliàs mutatis mutandis.*

68 *In cauſis à ducatis ducentis ſupra ſunt obſervādi termini ſubſtantiales coram A. C. & quid ſervandū coram aliis.*

69 *Citatio ad libellandum in termino ſubſtantiali in ſecunda inſtantia, & ejus Formula.*

70 *In ſecunda inſtantia terminus ad articulandum ſolet ſervari ad octavam diem, reliqui verò ad primam.*

71 *Alia citatio ad libellandum in termino ſubſtantiali in ſecunda inſtantia, & ejus Formula, & Proceſſus, & n. 72.*

72 *Citatio ad libellandum in termino ſubſtantiali in tertia, vel ulteriori inſtantia, & ejus formula, & Proceſſus.*

73 *Reiteratio ſanat omnes, & ſingulos defectus terminorum ſubſtantialium.*

74 *Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam, & ejus Formula, & Proceſſus in ſecunda, vel ulteriori inſtantia.*

75 *Cedula Sententiæ, confirmatoriæ, & ejus Formula.*

76 *Cedula Sententiæ revocatoriæ quomodo conficienda ſit.*

77 *Cedula Sententiæ reformatoriæ, & ejus Formula.*

78 *Ob mutuam Victoriam Judex poteſt Partes abſolvere ab expenſis.*

79 *In cauſis appellabilibus effectis, quilibet ſentiens ſe gravatum, poteſt appellare infra legitima tempora.*

80 *Interpoſitio appellationis coram Judice à quo, & ejus Formula, & reſponſio Judicis.*

81 *Reditus pro Apoſtolis in termino Juris & ejus Formula, & reſponſio de illis.*

82 *Judex tenetur appellāti omnino reſpondere de Apoſtolis.*

83 *Cedula appellationis in ſecūda inſtātia, & ejus formula.*

84 *Commiſſio appellationis, & appellationum in ſecunda vel ulteriori inſtantia, & ejus Formula.*

85 *Commiſſio appellationis in cauſa non Rotali in ſecunda inſtantia, & ejus Formula.*

86 *Commiſſione ſignata, & Judici, cui eſt directa, præſentata, adnotatur illius præſentatio in actis.*

87 *Præſentatio commiſſionis Judici, & in actis adnotatio, & ejus Formula.*

88 *Commiſſione in capſa Judicis repoſita, citatur Pars ad dicendum contra illam, & in pede citationis apponitur nomen Notarij, & cujus.*

89 *In capite citationum in cauſis commiſſarijs apponitur nomen Judicis, & titulus cauſæ.*

90 *Citatio ad dicendum contra commiſſionem, & ejus Formula, & Proceſſus.*

91 *Proteſtatio contra commiſſionem, & ejus Formula.*

92 *Qui vult proſequi cauſam appellationis debet tranſportare acta coram Judice ad quem.*

93 *Tranſportatio actorum coram Judice appellationis, & ejus Formula.*

94 *Qui acta tranſportari curat, debet citare partem ad dicendum contra, & illorum obtinere admiſſionem.*

95 *In cauſis appellationum Jura, & Articuli in quavis inſtantia admittuntur ſimpliciter, & ſine difficultate, ad inſtantiam utriuſque partis.*

96 *Citatio ad dicendum contra articulos, & videndū decerni literas Remiſſoriales, & ejus Formula, & Proceſſus.*

97 *In obtinendis literis remiſſorialibus, & conficiendo Proceſſu coram Judice remiſſoriali in partibus, quomodo procedendum.*

98 *Conceſſa remiſſoria expeditur illius inſtrumentum, quod una cum Rotulo ejuſdem tranſmittitur ad partes.*

99 *Inſtrumentum remiſſoriæ, & ejus formula.*

100 *Rotulus remiſſoriæ, & ejus Formula cum inſertione articulorum.*

101 *Notarius Archivij Romanæ Curiæ, quando per ejus acta proceditur, tenetur, inſtante Parte, concedere literas miſſivas loco remiſſorialium ad inſtar Notariorum A. C.*

102 *In Rota Literæ miſſivæ non conceduntur, ſed expeditur inſtrumentum, & Rotulus remiſſoriæ in pergameno.*

103 *Ad exequutionem remiſſoriæ quomodo procedatur.*

104 *Auditor Rotæ, Parte contradicente, non poteſt concedere remiſſoriam, nec quicquam facere, niſi ſaltem facto verbo in Rota, Parte citata.*

105 *Intimatio qualiter Dominus faciet verbum in Rota, & citatio ad informandum, & ejus Formula.*

106 *Intimatio, qualiter Dominus faciet verbū in Rota, eſt Parti tranſmittēda per duos dies, antequā fiat Rota & quare.*

107 *Intimatio, qualiter Dominus faciet verbum, vel proponet dubium, & citatio ad concordandum de dubio, & ſimiles extrajudiciales, exequuntur domi dimiſſa copia, & non reproducuntur in actis.*

108 *Si datis memorialibus, adeſt difficultas, Rota mandat diſputari dubium.*

109 *Citatio ad concordandum de dubio, & ejus formula, & proceſſus extrajudicialis.*

110 *Si Pars citata, & intimata non contradicit, vel concordat, Judex ex officio ſubſcribit dubium, & illius duplicatum parti tranſmittendum.*

111 *Intimatio in pede duplicati dubii ſubſcripti, & citatio ad informandum, & ejus Formula.*

112 *Quando cauſa eſt in Rota proponenda, fit parti alia intimatio.*

113 *Intimatio, qualiter Dominus omninò proponet dubium, & citatio ad informandum, & ejus formula.*

114 *Parte citata ad concordandum de dubio, non concordante, fit ſuper eo verbum in Rota.*

Inti-

Digitized by Google

115 Intimatio, qualiter Dominus faciet verbum in Rota ſuper dubio dando, & citatio ad informandum, & ejus formula.
116 Rota, utraque parte audita, mandat diſputari dubium ſibi de Jure benevisum, quod à Judice ſubſcribitur, & intimatur parti.
117 Dubium in Rota proponitur parte intimata utraque, vel altera parte informante, & reſolutione capta ponens extendit deciſionem.
118 Qui deciſionem obtinuit, inſtare poteſt pro expeditione parte intimata ſuper qua fit verbum in Rota, utraque, vel altera parte informante.
119 Intimatio, qualiter Dominus faciet verbũ in Rota ſuper expeditione, & citatio ad informandũ, & ejus formula.
120 Rota facto verbo per Ponentem ſuper expeditione, ſi nil relevans deducitur, mãdat expediri, aliàs iterum audit, & iterum diſputatur dubium, & toties quoties.
121 Remiſſoria expedita & ad partes tranſmiſſa, fit proceſſus coram iudice remiſſoriali, qui poſtea traſmittitur ad Curiam, & proceditur in actis parte citata.
122 In Rota dato, & diſputato dubio in meritis, fiunt deciſiones parte citata, & intimata.
123 Rota quomodo informanda.
124 Quilibet Auditor Rotę habet quatuor correſpõſales votantes, ſed ſi adeſt commiſſio cum reſcripta vident omnes ſunt omnes informandi, & omnes votant.
125 Factis, & extenſis deciſionibus in meritis, devenitur ad totalem expeditionem cauſæ, facto verbo in Rota, parte intimata.
126 Intimatio, qualiter Dominus faciet verbum in Rota ſuper expeditione cauſæ, & citatio ad informandum, & ejus formula.
127 Si nil relevãs cõtra deciſiones deducitur, Iudex de ordine Rotæ fert ſentẽtiam in meritis ſervatis ſervandis.
128 Prælatus, vel judex ordinarius, cui cauſa eſt commiſſa, quomodo actitato proceſſu ſit informandus.
129 Citatio ad comparendum coram Domino, & informandum & ejus formula.
130 Citatio ad informandum, uti extrajudicialis, poteſt exequi domi, nec debet in actis reproduci.
131 Prælatus Iudex Cõmiſſarius debet ſi eſt de iure cõcedere literas miſſivas loco remiſſorialium, & deinde probandis, ac ſervatis ſervandis, ferre Sentẽtiam in meritis.
132 Termini ſubſtãtiales in Rota, vel extra corã quovis iudice, quomodo ſervandi in tertia, vel ulteriori inſtantia.
133 Citatio ad libellandũ in termino ſubſtantiali in tertia, vel ulteriori inſtantia, & ejus formula, & Proceſſus.
134 Termini ſubſtantiales in prima, vel ſecunda inſtantia quomodo ſervandi, in beneficialibus, vel in prophanis coram quocumque Judice ordinario, vel delegato.
135 Si Iudex habet facultates particulares, illę sũt ſervãdę
136 Ad reiterationem terminorum eodem modo proceditur coram quovis judice ordinario, vel delegato in quavis inſtantia.
137 Citatio ad videndum reiterari, & ad Sententiam coram quovis iudice in quavis inſtantia, & ejus formula, & proceſſus.
138 Cedula Sententiæ Rotalis, & ejus Formula.
139 Cedula Sententiæ in cauſa commiſſaria extra Rotam in tertia inſtantia, & ejus formula.
140 A Sententia lata in tertia, vel ulteriori inſtantia datur appellatio, niſi adſint tres conformes.
141 Commiſſio appellationis, & appellationum in tertia, vel ulteriori inſtantia, & ejus formula.
142 Commiſſio appellationis, & appellationum in tertia, vel ulteriori inſtantia extra Rotam, & ejus formula.
143 Commiſſione ſignata & Judici præſentata, citatur coram eo Pars ad dicendum contra, & ad alios actus uſque ad Sententiam, & ita obſervatur toties quoties, donec adſint tres conformes, vel res judicata.
144 In caſu rei judicatæ, obtenta exequutoriali, proceditur ad exequutionem illius, & taxationem expenſarum, & uſque ad totalẽ exequutionis conſummationem ſervatis ſervandis.
145 In cauſis Rotalibus, ſi opus eſt ſuperſeſſoria, poteſt citari coram Præfecto Signaturæ, vel coram Decano Rotæ, ad videndum ſuperſederi.
146 Citatio coram Rotæ Decano ad videndum ſuperſederi, & ejus formula, & proceſſus.
147 Solet ex cauſa Superſeſſoria concedi à Rotæ Decano, & conceſſa revocari, ſicut à Præfecto Signaturæ.
148 In cauſis Cameralibus pro Superſeſſoria debet adiri Cameræ Decanus, & eo impedito Vicedecanus, vel Præfectus Signaturæ Sanctiſſimi, ſeù illius Auditor, nàm nec Signatura Iuſtitię, nec ejus Præfectus ſe ingerit in cauſis Cameralibus.
149 Praxis omnium Urbis Tribunalium paucis obiter perſtringenda proponitur.
150 Citationes, & intimationes extrajudiciales fiunt in Camera, ſicut in Rota.
151 Sicut Auditores Rotæ, ita etiam Clerici Cameræ nihil poſſunt de per ſe, Parte cõtradicente, niſi prius facto verbo cum aliis collegialiter coadunatis.
152 Camera informari debet, ſicut Rota oretenus, & in ſcriptis, in Camera tamen, quia ſemper omnes votant, omnes etiam informare neceſſe eſt.
153 In omnibus ferè Urbis Tribunalibus (excepto Foro Capitolino) ſervatur praxis Tribunalis A.C. ſalvis infra ſcriptis.
154 Cauſę quomodo in Urbis Tribunalibus exordiũ ſumant.
155 Et quomodo in ſecunda, & ulteriori inſtantia.
156 In cauſis viginti ſcutorum monetæ, & infra, non requiritur monitorium.
157 In Tribunali Fabricę quando agitur via ordinaria, vel contra tertium, ſolet fieri Monitorium.
158 Decretum decerni non requiritur, niſi in Tribunali A.C.
159 Ubicumque præſentatur in actis cõmiſſio, in quovis Tribunali citanda eſt pars, ad dicendum contra illam.
160 In Camera, in qua cauſę committuntur per illius Decretũ, citatur pars ad dicendum contra decretum Cameræ.
161 Citatio ad dicendum contra Decretum Cameræ, & illius formula, & proceſſus.
162 Camera facit decretum in margine propoſitionis, & quomodo reſcribat.
163 Camera habet Signaturam Juſtitiæ de per ſe in cauſis cameralibus.
164 Propoſitio quomodo fiat in camera in ſecunda, & ulteriori inſtantia.
165 Propoſitio in camera pro commiſſione appellationis, & ejus formula, & decretum cameræ.
166 Contra propoſitionem poteſt fieri proteſtatio.
167 Proteſtatio contra propoſitionem, & ejus formula, & decretum cameræ.
168 A Decretis, & Sententiis Theſaurarii non datur appellatio ſuſpenſiva, & quomodo camera in his cauſis reſcribat.
169 In cauſis appellationum à Sẽtentiis Theſaurarii ſi ſuſpẽſio prætenditur, debet adiri Signatura Sanctiſſimi.
170 Attenta nullitate, vel injuſtitia clara, camera in cauſis appellationum à Sententiis Theſaurarii inhibet ad utrumque effectum.
171 Si in camera debet diſputari dubiũ, vel alias illa informatur, debet ſemper fieri propoſitio, & quomodo.
172 Sentiens ſe gravatum à camerâ poteſt adire Signaturam Sanctiſſimi.
173 In Tribunali Gubernatoris, & aliis inferioribus eadem praxis obſervatur, & multiplicantur nonnullæ citationes.
174 Citatio ad dicendum contra articulos in curia Gubernatoris, & ejus Formula.
175 Citatio ad vidẽdum mandari examinari Teſtes in curia Gubernatoris, & ejus formula, & in quibus Tribunalibus Teſtes iacent per diem ante examen, vel non.
176 In Tribunali Gubernatoris quomodo citetur Pars ad videndum taxari Expenſas, & taxatas ſolvendum.
177 In curia Gubernatoris, & aliis ſecularibus in citationibus non fit mentio cenſurarum.
178 In Tribunali Gubernatoris, & aliis procedentibus manu Regia non ſervantur termini ſubſtantiales, & quomodo fiat citatio ad Sententiam.
179 In Foro capitolino citatur, ad vidẽdum fieri productionẽ certorum jurium, vel articulorum, ſed hodie ſufficit etiam citatio ad dicendum contra Jura, vel articulos.
180 In cauſis à ſcutis viginti monetæ infra à Decretis A.C. non datur appellatio.
181 A Decretis à ſcutis viginti monetæ infra aliorum judicum Romæ curiæ, quando, & ad quos detur recurſus remiſſivè.

182 Emi-

182 *Eminentiſſimus Cardinalis Sacri collegii Decanus, quam habeat Juriſdictionem in curia in ſecunda, & ulteriori inſtantia.*

183 *Duces, & Barones Romani poſſunt ferre Sententias in curia.*

184 *Inhibitio accipitur pro præcepto negativo emanante à lege divina.*

185 *Inhibitio accipitur pro præcepto negativo emanante à lege Divina, Evangelica, Naturali, canonica, & civili.*

186 *Inhibitio accipitur pro præcepto negativo emanante à lege humana.*

187 *Inhibitio emanans à Summo Pontifice Romano eſt formidabilior, & major cæteris emanantibus ab Homine, & quare.*

188 *Papa eſt Dei Vicarius, & non eſt alius in terris dignior Sanctitate ſua.*

189 *Ad Principem ſpectat ordinare de omnibus ad Populi commodum, ac regimen ſpectantibus.*

190 *Inhibitio, de qua agimus, eſt præceptum prohibitivum emanans à Judice.*

191 *Inhibitio undè dicatur.*

192 *Inhibitio de qua agimus, quo loco introducta.*

193 *Inhibitio qua ratione introducta.*

194 *Inhibitio quid ſit.*

195 *Inhibitio alia emanat à Judice ordinario; alia à judice delegato.*

196 *Inhibitio emanans à Judice ordinario quid ſit.*

197 *Inhibitio Judicis delegati quid ſit.*

198 *Ut ſit locus inhibitioni, requiritur majoritas, & ſuperioritas in Judice inhibente.*

199 *Minor in Majorem, & par in parem non habet imperium.*

200 *Si duo Judices contendunt de juriſdictione, recurrendum eſt ad ſuperiorem.*

201 *Adjunctus, præſentata ſibi commiſſione, poteſt conjudicibus inhibere, ut ad ulteriora ſine eo procedant.*

202 *Statutum, vel conſuetudo poteſt inducere, ut Minor Majori, & Par Pari inhibeat.*

203 *A.C. quibus inhibeat in Curia, & extra, virtute appellationis, ſeù recurſus.*

204 *A.C. major illis, quibus inhibet, conſeri debet.*

205 *Inhibitio canonicè, & ex cauſa probabili fieri debet.*

206 *Inhibitio canonicè fieri dicitur, quando appellatio fit ex cauſa probabili, & negotium eſt ad Judicem appellationis devolutum.*

207 *Inhibitio Canonica dicitur, ſi eſt facta cum cauſæ cognitione Parte citata.*

208 *Pars debet citari ad videndum ſibi inhiberi.*

209 *Inhibitio emanata Parte non citata eſt moderanda.*

210 *Abſenti à Curia poteſt judex inhibere, eo prius non citato, & ita obſervat praxis.*

211 *Monitorium, ſeù Inhibitio cum clauſula, ſi quis, per comparitionem reſolvitur in ſimplicem citationem.*

212 *Quando Judex inhibet, ex officio citatio non requiritur.*

213 *Inhibitio ad partes expedita non afficit, niſi poſtea illa fuerit exequuta, & præſentata, etiam data ſcientia relaxationis illius.*

214 *Inhibitio reſpicit futura.*

215 *Inhibitio præſentata in tempore cauſat attentata.*

216 *Inhibitio præſentata uni ex adverſariis Procuratori alterum, afficit.*

217 *Inhibitio intimata Parti afficit etiam Judicem.*

218 *Inhibitio exequuta contra Judicem afficit etiam Partem non inhibitam.*

219 *Judex Commiſſarius poteſt inhibere extra Rotam & in partibus, etiam ſi in commiſſione non ſit expreſſa facultas citandi extra Curiam.*

220 *Etiam poſt concluſum in cauſa, non tamen Auditori Sacri Palatii Apoſtolici.*

221 *A.C. poteſt inhibere in Curia, & extra, virtute ſuarum facultatum, & non indiget commiſſione.*

222 *Si inhibitio emanat Parte citata, non eſt opus alia illius exequutione, ut afficiat.*

223 *Si jus inhibet, ſufficit ſola intimatio, abſque alia inhibitione.*

224 *Contrarium videtur ſenſiſſe Rota, & quando, & quomodo id procedat.*

225 *Intimatio commiſſionis facta à Cardinali habet vim inhibitionis, ob ejus reverentiam.*

226 *Ab Auditore non inhibetur Cardinali, coram quo cauſa antè vertebatur, ſed intimatur ei tantum commiſſio.*

227 *Cardinalis, cui cauſa eſt ultimo loco commiſſa, non inhibet, ſed inſinuat commiſſionem alteri Cardinali.*

228 *Ut ſit locus inhibitioni, timens gravari debet implorare officium Judicis, ut inhibeat.*

229 *Inhibitio, ſi agatur de debito proprio, ſupponit competentem allegare exceptionem, qua tutus reddatur.*

230 *Inhibitio Rotalis, ſivè juſta, ſivè injuſta eſt timenda, & cauſat attentata.*

231 *Inhibitio emanata à Curia, & ſupremo A.C. Tribunali, ſivè juſta, ſivè injuſta eſt timenda.*

232 *Si Inhibitio emanavit in Curia, facile eſt recurrere ad judicem, qui inhibuit pro illius moderatione.*

233 *Facile eſt recurrere ad Principem, vel ad Signaturam pro moderatione Inhibitionis, vel reformatione commiſſionis, ſi Inhibitio emanavit in curia.*

234 *Non eſt aperienda via inferioribus de partibus, cognoſcendi de viribus inhibitionum curiæ, & illas contemnendi.*

235 *Inferior debet parere, & non judicare de viribus Inhibitionum.*

236 *Inhibitio Rotalis emanata vigore commiſſionis ſubrepticiæ eſt timenda.*

237 *Inhibitio de jure debet eſſe canonicè facta, aliàs non afficit.*

238 *Secus de ſtylo Rotæ, & curiæ, & quare.*

238 *Si in commiſſione, cujus virtute emanavit Inhibitio rotalis non fit mentio obligationis cameralis, vel Guarantigiæ, cujus virtute fuit actum, Inhibitio non afficit, & quare.*

240 *Si obligatio cameralis, vel Guarantigia eſt turbida, in dubio facultates A.C. non intrant, & Inhibitio eſt timenda.*

241 *Inhibitio vigore commiſſionis cum clauſula*, non retardata exequutione, vel ſine præjudicio, *non cauſat attentata.*

242 *Rediens ad judicem Inhibitum cenſetur Inhibitioni renunciaſſe.*

243 *Inhibitio, quæ non fuit præſentata judici, nec parti, non afficit.*

244 *Inhibitio emanata cum clauſula* prout de Jure, *ſi non eſt juſta non eſt timenda.*

245 *Inhibitio, ſi non conſtat, quod illa fuerit præſentata ante actum, de cujus validitate agitur, non afficit.*

246 *Inhibitio exequuta domi ſine dimiſſione copiæ, nihil operatur.*

247 *Inhibitio non intimata non afficit Tertium, nec datur non habenti intereſſe.*

248 *Inhibitio emanata cum clauſula,* dummodo Sententia non ſit tertia, *ſi conſtat in actis de tribus conformibus, non cauſat attentata.*

249 *Inhibitio non cauſat attentata in cauſa diverſa, ſeù in articulo diverſo.*

250 *Inhibitio non cauſat attentata ſuper bonis, in quibus lis non pendet.*

251 *Si ſecundus Auditor pronunciavit, malè appellatum, & cauſam remiſit ad primum, inhibitio cenſetur moderata.*

252 *Si in Curia fuit in cauſa pronunciatum, non eſt locus remiſſionis ad partes, quia eſt effecta curialis.*

253 *Si à pronuncia Secundi fuit appellatum, & Tertius Judex virtute appellationis inhibuit primo Judici, cauſa non redit ad primum.*

254 *Inhibitio Rotalis virtute commiſſionis exterta ante Sententiam non afficit.*

255 *Contrarium eſt verius, & fuit ſæpe deciſum, reprobatis deciſionibus antiquis.*

256 *Inhibitio emanata poſt actus poſſeſſorios non præjudicat ad effectum, ne poſſit virtute illorum obtineri Manutentio.*

257 *Civiliter poſſidens poteſt, non obſtante inhibitione, continuando virtute ſua civili, recuperare naturalem.*

258 *Ad Judices inferiores non ſpectat cognoſcere de viribus inhibitionis Rotalis, ſub prætextu quod continuans non attentat.*

259 *Regula, qui continuat non attentat, non habet locum, quando cauſa eſt commiſſa ſuper ipſa continuatione poſſeſſionis.*

260 *Concluſio, quod Inhibitio ſive juſta ſive injuſta ſit timenda, non habet locum in Inhibitione alterius Tribunalis extra Rotam.*

261 *Contrarium in aliis ſupremis curiæ Tribunalibus, & in Tribunali A.C. quotidiè obſervat praxis.*

262 *Judices de partibus ſub clipeo cognoſcendi de juſtitia inhibitionis, de facili contemnerent inhibitiones à Curia emanatas.*

263 *De Stylo curiæ revocandi attentata in ſpretum Inhibitionis, non diſcuſſo prius, an illa eſt injuſta, teſtatur etiam Rota.*

264 *Commiſſa extra Rotam cauſa appellationis, & nullitatis æquè principaliter, ſaltem reſpectu nullitatis ſuſtinetur inhibitio.*

265 *In-*

265 Inhibitione pendente eſt ab exequutione abſtinendum, aliàs geſta poſt eam ſunt attentata.
266 Non obſtante conſenſu partium in juriſdictionem, ſi inhibitio fuit Rotalis, & agitur de revocatione attentatorum ex officio, aliàs ſecus.
267 Qui inſtetit pro moderatione inhibitionis, non dicitur conſenſiſſe in juriſdictionem.
268 Ut quis dicatur inhibitioni renunciaſſe debet clarè conſtare de conſenſu de tempore poſt illam præſentatam.
269 Geſta poſt inhibitionem ſunt attentata, etiamſi exequutio ſit facta virtute rerum conformium.
270 Etiamſi Judex, qui inhibuit, careat juriſdictione, donec conſtet.
271 Et ſive inhibitio fuerit juſta, ſive injuſta.
272 Etiamſi fuerit obtenta ab aſſerto Procuratore cum cautione de rato.
273 Ad inſtantiam aſſerti Procuratoris poſſim datur inhibitio dummodo infra duos menſes doceat de mandato.
274 Ad effectum attentatorum ſufficit, quod inhibitio fuerit præſentata Procuratori cauſæ.
275 Inhibitio emanata vigore commiſſionis conditionalis cauſat attentata.
276 Contrarium videtur tenere Lancellotus.
277 Si tempore datæ commiſſionis conditionalis conditio erat impleta, inhibitio indè emanata cauſat attentata, ſecus ſi non erat adimpleta, & de adimplemento non conſtat.
278 Si inhibitio fuit præſentata eadem die, qua fuit lata Sententia, præſumitur, Sententiam præceſſiſſe.
279 Si Commiſſio fuit expedita eadem die, qua eſt lata Sententia, præſumitur, pro validitate commiſſionis.
280 Si in commiſſione appellationis adeſt clauſula quam, & quas, ſuſtinetur commiſſio, & inhibitio etiam appellatione non interpoſita.
281 Auditor Rotæ poteſt de ſtylo, virtute clauſulæ quam, & quas, cognoſcere negotium principale, etiam ſi appellatio non adſit, vel ſit nulla.
282 Si fuit actum virtute obligationis cameralis, inhibitio vigore appellationis emanata non afficit, & quando hoc ſignanter procedat.
283 Si fuit inhibitioni renunciatum inhibitio non afficit, cum quilibet poſſit ſuo favori renunciare.
284 Licet quis renunciaverit inhibitioni Rotali, poteſt tamen Judex ex officio revocare attentata.
285 Inhibitio non ſe extendit ultra id, quod in commiſſione continetur, niſi in commiſſione adſit clauſula quam, & quas.
286 Si conſtat, inhibitionem eſſe manifeſtè calumnioſam, ex reiteratis confeſſionibus partis adverſæ, inhibitio non afficit.
278 Inhibitio regulatur ſecundum commiſſionem, & Signaturam, cujus virtute emanavit.
288 Inhibitio in Curia conceſſa, juxta formam commiſſionis, non moderatur, ob facilem recurſum ad Principem, ſeu ad Signaturam, pro illius moderatione.
289 Subreptio in Curia, ob facilem recurſum ad Principem, & ad Signaturam, non attenditur.
290 Inhibitio operatur, prout de jure, cum ſit prout de Iure intelligenda, & regulanda.
291 Inhibitio finitur moderatione illius, vel reformatione commiſſionis.
292 Inhibitio finitur, remiſſione cauſæ ad judicem à quo.
293 Inhibitio, quando intereſſe eſt perſonale, finitur morte Impetrantis.
294 Inſtrumentum Camerali obligatione vallatum habet exequutionem paratam.
295 A Decreto exequendo non datur appellatio.
296 Sublata appellatione non eſt locus inhibitioni.
297 Inhibitio indebitè extorta eſt moderanda.
298 Cenſus præſumitur validus, dum de aliqua nullitate non apparet.
299 Cenſus non poteſt creari, niſi ſuper re immobili, vel quæ pro immobili habentur.
300 In derogatione quávis generali, & ampliſſima nō cēſetur derogatū facultatibus ex cōtractu, & titulo oneroſo.
301 Principi etiam ſupremo non licet à contractu recedere, & ejus obligatio tranſit ad Succeſſores.
302 Papa omnia poteſt.
303 Cenſus poteſt ex conſtitutione Pii V. imponi ſuper iis, quæ pro immobilibus habentur.
304 Pius Quartus redegit Scripturas Notariorum A. C. ad inſtar immobilium.
305 De poteſtate Papæ non eſt dubitandum.
306 Tempore Pii Quarti erat neceſſe imponere Cenſus ſuper immobilibus.
307 Quod ex conſtitutionibus Martini, & Caliſti cēſus eſſēt de neceſſitate ſuper ſtabilibus imponēdi, plares teſtātur
398 Ante Pium Quintum cenſus erat imponendus ſuper ſtabilibus, etiam de jure communi.
309 Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione Juris communis.
310 Cenſus ante Pium V. creabātur pactionibus contrariis conſtitutionibus Martini, & Caliſti.
311 Pius Quintus dedit novam formam cenſui creandi.
312 In mobilibus nulla cadit perpetuitas.
313 Qui vult conſequens, vult omne neceſſariū antecedens.
314 Sufficit, quod in ſpecie non derogetur privilegiis ex contractu, & titulo oneroſo.
315 Quod provenit ex contractu provenit à jure communi, de quo ſunt omnes contractus.
316 Pius Quartus conſtituit Scripturas Notariorum A. C. tranſire perpetuò ad hæredes.
317 Cenſus poſſunt imponi ſuper locis montiū nō vacabiliū, quia dicta loca montiū tranſeunt perpetuò ad hæredes.
318 Officia Notariorum Curiæ capitolinæ poſſunt obligari, & hypothecari, & quare.
319 Cenſus poſſunt imponi ſuper aliis cenſibus.
320 Cenſus poſſunt imponi ſuper annuis redditibus ex Vectigali, piſcatione, Macello, & hujuſmodi, licet non ſint res immobiles.
321 Ubi militat eadem ratio, idem jus ſtatui debet.
322 Clemens Octavus mandavit, Scripturas Notariorum A. C. pro tamen redimi, & cenſus ſuper eis impoſitos extingui.
323 Quod nullum eſt, extingui non poteſt.
324 Rota aliàs reſolvit pro validitate cenſus impoſiti ſuper Scripturis Notarii particularis.
325 Non eſt neceſſe, quod res, quæ pro immobili habetur, ſit ſolo affixa, ut cenſus ſuper ea imponi poſſint.
326 Scripturæ Notariorum A. C. olim locabantur ad rationem octo pro centenario.
327 Cenſus poſſunt imponi ſuper rebus, quæ mediante cultura reddunt fructus, aliàs ſecus ſi nullos fructus reddunt, detractis expenſis, & laboribus.
328 Res cenſu onerata debet deſignari certis finibus.
329 Finium ſpecificatio non eſt neceſſaria, dum aliter conſtat de certo corpore.
330 Non probatur, rem certis finibus non deſignari ex quo in Inſtrumento cenſus fines non ſint ſpecificati.
331 Sufficit quod per nomen commune, aut circumlocutionem, fines confuſè deſignentur.
332 Res, quæ pro ſtabilibus habentur, nè vix quidem certis finibus deſignatur impropriè, & abuſivè.
333 Attenta obſervantia, omnis nimis ſcrupuloſa ſubtilitas eſt reiicienda, & n. 354.
334 Bulla Pii Quinti ſuper cenſibus dicitur obſervata, ſi pecunia fuit verè numerata coram Notario, & teſtibus in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius.
335 Intentio Pii Quinti in materia Cenſuū fuit tollere ſolutiones anticipatas, non prohibere ſolutiones verè, & realiter factas, omni ſimulatione, & fraude ceſſante.
336 Una pars diſpoſitionis aliam declarat.
337 Dictio, autem, corrigit, & adverſatur præcedentibus non ſequentibus.
338 Emptor, vocando ſe Depoſitarium, exuit perſonam emptoris, & induit perſonam Depoſitarii.
339 In jure ſæpè claritate actuum conjungendarum inter ſe actionum, unus actus occultatur.
340 Depoſitum purum, & ſimplex habet vim ſolutionis.
341 Forma poteſt impleri per æquipollens.
342 Deſcriptio alicujus pro creditore in libris Mercatoris, qui ſit ſolvendo, habet vim ſolutionis.
343 Cedula bancharia habet vim ſolutionis.
344 Experientia eſt rerum magiſtra.
345 Per depoſitum, cum ſubſequuta ſolutione, & numeratione, videtur ſatisfactum Bullæ Pii V.
346 Cenſus videtur cœptus creari in principio menſis tēpore depoſiti, & in fine perfectus, quando ſecuta eſt numeratio, cum fructus interim non intervenerint.
347 Cedula Bancharia quid ſit.
348 Cedula Bancharia in contractu cenſus habet vim ſolutionis.

citatis, ſi poſteà fuit à Mercatore acceptata, & ſoluta, aliàs ſecus.

349 *Paria ſunt non eſſe, & effectu carere.*

350 *Validitas cenſus non in ſola traditione cedulæ, ſed in ſubſequuta ſolutione conſiſtit.*

351 *Bulla Pii Quinti eſt intelligenda, ut admittat interpretationem ex rationis identitate.*

352 *Magis ratio, quàm verba Legis, attendi debet.*

353 *Fraudem Legi facit, qui Legis verba amplexus, contra illius nititur voluntatem.*

354 *Obſervantia plurimum confert ad validitatem actus.*

355 *Spacio 30. annorum præſumitur confirmatio Apoſtolica.*

356 *In materia cenſuum Rota ſolet reſcribere cum clauſula* Conſtito de vera, & reali numeratione procedatur ad ulteriora, exceptione prætenſi non interventus pecuniæ in actu celebrationis Inſtrumenti non obſtante.

357 *Pacta appoſita in Inſtrumento Cenſus contra Bullam Pii Quinti vitiantur, & non vitiant.*

358 *Præſertim ſtante proteſtatione, quod Partes intendebant contrahere juxta formam Bullæ.*

359 *Extinctio Cenſus probatur ex publico Inſtrumento retroventitionis, quod facit rem claram, & manifeſtam.*

360 *Cenſum fuiſſe extinctum, quomodo prætendi poſſit.*

361 *Materia ſtricta, & alteri præjudicialis non debet extendi in præjudicium Tertii.*

362 *Cenſus impoſitus ſuſtinetur ſuper re aliena in præjudicium ſolius Imponentis.*

363 *Cenſus impoſitus ſuſtinetur in præjudicium imponentis, non obſtante tranſlatione dominii.*

364 *Tranſlatio cenſus ſuper alio fundo fit quoad exercitium actionum, non quoad ſubſtantiam cenſus.*

365 *Forma Motus proprii ſuper tranſlatione cenſus non ſervata, cenſus remanet ſuper primævo fundo.*

366 *Nec ordo, nec relaxatio mandati, nec aſſignamenta ſufficiunt ad cenſus extinctionem, dum non eſt in libera poteſtate emptoris pretium recipere, vel illud realiter non reſtituitur.*

367 *Depoſitum non judiciale, vel non liberum, vel ubi nõ intervenit delegatio, non relevat ad cenſus extinctionẽ.*

368 *Si nõ intervenit diſdicta, & pars citata, & intimata nõ conſtituitur in mora recipiẽdi depoſitum liberè factum non poteſt prætendi ob id Cenſus extinctio, alias ſecus.*

369 *Nemo cenſetur facere voluiſſe, quod nõn poterat.*

370 *Extinctio cenſus requirit actum retroſimilem, ſcilicet reſtitutionem pretii ex parte debitoris, & receptionem ex parte creditoris.*

371 *Si Papa voluit providere cenſuariis & fuit facta intimatio, & eſt in arbitrio Emptoris cenſus recipere ſortem, cenſus extinguitur, aliàs ſecus.*

372 *Ceſſio facta ſpe futuræ numerationis, illa non ſecuta, caret effectu.*

373 *Animus elicitur ex præcedentibus, & ſubſequentibus.*

374 *Si non intervenit actus retroſimilis reſtitutionis naturalis pretii, ceſſio facta ſub ſpe futuræ numerationis nil relevat ad cenſus extinctionem.*

375 *Obligatio cameralis appellationẽ ſuſpẽſivã nõ admittit*

376 *A Decreto de exequendo non datur appellatio.*

377 *Res judicata inducit notorium, & habetur pro veritate.*

378 *Dictio, quilibet, eſt diſtributiva contra quemquemque in ſolidum.*

379 *Relatum eſt in referente cũ omnibus ſuis qualitatibus.*

380 *Relatum attenditur non referens.*

381 *Ubi verba ſunt clara, non debet in eis fieri controverſia.*

382 *Nimia ſubtilitas ſubvertit veritatem, & eſt inimica legibus.*

383 *Collegium eſt ſemper idem, & non mutatur mutatione perſonarum.*

384 *Subrogati tenentur ad ea, ad quæ tenebantur ii, in quorum locum ſucceſſerunt.*

385 *Intrantes Collegium tenentur ad debita antea contracta pro neceſſitatibus Collegii, actione perſonali.*

386 *Obligatio ſpecialis, & onus cenſus debet ſtare ſuper re cenſuata.*

387 *Hypotheca generalis, & obligatio perſonalis, quæ pro ſolutione cẽſus cõtrahitur, ſequitur hæreditariã portionẽ.*

388 *Actione perſonali in rem ſcripta agitur contra quemlibet Poſſeſſorem rei cenſuatæ.*

389 *Ex ſequentibus declarantur præcedentia.*

390 *Res inter Debitores acta Creditori non conſentienti non affert præjudicium.*

391 *Non poteſt recedi à contractu etiam in minimo, ſine conſenſu Partium.*

392 *Contractus ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis.*

393 *Ubi conſtat de clara obligatione in ſolidum in forma cameræ, non eſt opus mendicare conjecturas.*

394 *Productio relata, non dicitur nova probatio, ſed antiqua ex referente.*

395 *Inſtrumentum ſubſcriptum à Notario, habens faciem publici Inſtrumenti, debet cenſeri authenticum.*

396 *Copia inſtrumenti probat, ſtante illius obſervantia.*

397 *Scriptura informis, & copia cum adminiculis probat.*

398 *Scriptura informis probat, ſi non fuerunt in termino, ad dicendum contra oppoſita ſaltem generalia.*

399 *Si in prima inſtantia nil fuit oppoſitum contra jura, oppoſitio in ſecunda, vel ulteriori, non relevat.*

400 *Nulla major probatio quàm confeſſio.*

401 *Comparitio tollit defectum citationis.*

402 *Præſens non eſt citandus.*

403 *Utens juribus productis dicitur illa approbaſſe cum ſuis qualitatibus.*

404 *Pars reproducendo, & allegando jura producta in ſui favorem, efficit illa communia, & de actis.*

405 *Delegatio carens acceptatione, & requiſitis neceſſariis, non relevat.*

406 *Recurſus poteſt aſſumi, tàm pro introductione cauſæ coràm Judice in prima, quam in ſecunda inſtantia.*

407 *Recurſus unde dicatur.*

408 *Recurſus quid ſit.*

409 *Recurſus propriè datur in actu inappellabili.*

410 *Appellatione prohibita non cenſetur prohibita ſupplicatio ſeu Recurſus.*

411 *A Sententia Vicarii Papæ infra ſummam ducatorum quinque non datur appellatio, nec dicitur de nullitate.*

412 *Signatura in cauſis ſexdecim ducatorum auri, & infra, non reſcribit.*

413 *In cauſis inappellabilibus à ducatis ſexdecim, hoc eſt ſcutis viginti monetæ infra, in Tribunali Vicarii à ſententia locumtenentis civilis datur recurſus ad Viceſgerentem, & ab eo ad Vicarium, in quavis inſtantia.*

414 *In cauſis appellabilibus in Tribunali Vicarii, etiam infra ſummam ſexaginta ducatorum auri de Cameră, non datur recurſus, ſed appellatio, niſi fuerit actum virtute proceſſus executivi.*

415 *A Gubernatore appellatur ad Papam, & ad Signaturam, in cauſis appellabilibus.*

416 *In cauſis à ſexdecim ducatis, hoc eſt à ſcutis viginti monetæ infra, & ſic inappellabilibus, à Locumtenente civili Gubernatoris datur recurſus ad Gubernatorem.*

417 *Hodie à ſententia inappellabili Locumtenentis Gubernatoris datur recurſus ad judicẽ recurſus nuncupatum, & ab eo ad gubernatorem, & à deputato ad deputatum.*

418 *In cauſis mercedũ in Curia Gubernatoris datur appellatio, ſaltẽ devolutiva, nõ obſtãte quod ſint inappellabiles.*

419 *A Locumtenente Civili Gubernatoris non datur recurſus niſi in cauſis inappellabilibus.*

420 *In Curia Gubernatoris in cauſis Mercedũ datur recurſus, etiã à ſcut. 20. ſupra, ſicut in cauſis inappellabilibus*

421 *In cauſis à ſcutis viginti infra cur ſignatura non reſcribat, ſed detur in eis recurſus.*

422 *A. C. cur poſſit decernere Monitoria ſpecialia, aut cauſas prophanas, etiam in terris Eccleſiæ ultra 40. milliaria, niſi cauſa excedat valorem ſcutorum quinquaginta monetæ ad ejus Tribunal trahere.*

423 *A Conſulibus Aromatariorum, in cauſis à ſcutis decem infra, quomodo, & ad quos detur recurſus.*

424 *A conſulibus Aromatariorum in cauſis ultra ſummam ſcutorum decem datur appellatio.*

425 *A Conſulibus artium datur appellatio, ſeu recurſus ad Gubernatorem.*

426 *A conſulibus Aromatariorum datur recurſus ad A. C.*

427 *A Conſulibus artium in cauſis inappellabilibus datur recurſus ad Conſervatores Urbis, niſi eorum Statuta contrarium diſponant.*

428 *In cauſis ſcutorum viginti, & infra in Tribunali A. C. non datur appellatio, nec recurſus, niſi ad eundem, qui fecit decretum per repoſitionem.*

429 In

429 In cauſis executivis, in quibus in Tribunali A.C. non datur appellatio ſuſpenſiva, non datur recurſus, niſi pro repoſitione ad eundem iudicem, qui fecit decretum.

430 A.C. poteſt reponere à decretis ſuorum Locumtenentium civilium, ſed hoc facere non conſuevit.

431 In Curia capitolina in cauſis à 10. ſcutis infra non datur appellatio, nec recurſus, niſi ad eundem judicem, qui fecit decretum pro repoſitione ſicut in aliis cauſis executivis.

432 A Sententiis, & Decretis conſulum artium, in cauſis ſcutorum decem, & infra, datur recurſus.

433 Recurſus eſt infra decem dies interponendus, ſicut appellatio.

434 Contrarium quia gravatus poteſt infra biennium ſupplicare.

435 Sed concorda, & diſtingue, quia recurſu petito infra decem dies, retardatur exequutio niſi præſtetur Fidejuſſor, ſecus ſi petatur poſt decem dies.

436 In Curia gubernatoris, & aliis tribunalibus recurſus eſt interponendus infra decem dies, & non retardatur exequutio, donec fuerit inhibitum.

437 Recurſus quoad tempus exercitii, & determinationis cauſæ, aſſimilatur appellationi, niſi reperiatur expreſſa differentia.

438 Cauſæ appellationum à judicibus Romanæ Curiæ introducuntur coram A.C. per viam recurſus, qui regulatur iiſdem modis, quibus appellatio.

439 Termini ſubſtantiales in ſecunda inſtantia ſunt ſervandi, omnes ad primam, excepto termino ad articulandum, qui ſervatur ad octavam.

440 Termini ſubſtantiales coram A.C. ſervantur in ſecunda inſtantia, etiam prout in prima, & reiteratio ſanat omnes eorum defectus.

441 A.C. poteſt in cauſis à ducentis ducentis infra coram eo uti judice ordinario, introductis virtute appellationis, procedere terminis non ſervatis.

442 In cauſis commiſſariis coram A.C. ſervandi ſunt termini ſubſtantiales nulla habita parvæ ſummæ ratione.

443 Jurisdictio delegata derogat ordinariæ, & ali major attenditur.

444 In tertia inſtantia termini ſubſtantiales ſervantur omnes ad primam, excepto termino ad articulandum, qui ſervantur ad ſextam.

445 Terminis ſubſtantialibus in tertia, vel ulteriori inſtantia ſervatis, prout in prima, vel ſecunda, per reiterationē in omnem eventum ſanantur omnes eorū defectus.

446 Sententiæ validitas ex quibus probetur.

447 Dote ſoluta debentur fructus toto tempore matrimonii.

448 Fructus dotis taxantur ad quinque, & aliquando ad ſeptem, & octo procentenario.

449 Suſtentatio onerum matrimonii habet vim interpellationis.

450 Dies, & juramentum interpellant pro homine.

451 Maritus tranſmittit jus petendi fructus dotis, matrimonio durante decurſos, & non ſolutos, in ejus Heredes.

452 Si fructus dotis petuntur propter onera matrimonii titulo oneroſo, lapſus decennii non obſtat.

453 Ex lapſu temporis non cenſetur facta remiſſio, niſi concurrant tria requiſita, de quibus in l. Procula, ff. de prob.

454 Viduæ debentur ab Heredibus partis fructus dotis, donec dos ſolvatur.

455 Alimenta taxantur arbitrio judicis, habita ratione nobilitatis Mulieris, & divitiarum ejus fratrum debitorum.

456 In Curia fructus dotis taxantur ad rationem ſeptem cum dimidio pro centenario.

457 Statutum ſuper taxatione, & ſolutione fructuum dotis & Alimentorum, eſt validum.

458 Dos, quando Filia dotata excluditur à ſtatuto propter Maſculos, ſuccedit loco Legitimæ.

459 Filia dotata à ſtatuto excluſa, tranſmittit in hæredes jus legitimæ, & alimentorum uſque in diem ſolutionis dotis, ſeù legitimæ.

460 Ius legitimę tranſmittitur cum aliis affectibus legitimę.

461 Jus legitimæ tranſmittitur etiā in heredes extraneos.

462 Legitima debetur una cum fructibus etiā abſque mora.

363 Dos, & Alimenta æquiparantur.

464 Dote ſoluta fructus non debeatur amplius.

465 Mortua uxore fructus dotis non currunt amplius ad favorem Mariti, & quando hoc procedat.

De ſecundis, & ulterioribus inſtantiis.

Pars Tertia. Cap. V.

NOn ſolum in prima, ut diximus ſupra, ſed etiam in 1
ſecunda, vel ulteriori inſtantia, poſſunt cauſæ co-
ram A.C. introduci. Etenim A.C. eſt Judex ordinarius
appellationum quarumcumque ad Romanam Curiam
devolutarum, & earum, quas devolvi contigerit à qui-
buſvis Sententiis, & gravaminibus illatis à quibuſcum-
que Judicibus ordinariis, vel Delegatis extra Romanam
Curiam (*dummodo cauſæ ultra quadraginta milliaria ab
Urbe ſint valoris ſcutorum quinquaginta monetæ, vel in-
de ſupra*) necnon Appellationum, ſeù Recurſuum à
quibuſvis Judicibus ordinariis Romanæ Curiæ (*Vicario,
Gubernatore, Senatore, & Judicibus Capitalibus, dum-
taxat exceptis*) cujuſcumque valoris cauſæ exiſtant, vir-
tute ſuarum ordinariarum facultatum, ut ſupra hac ea-
dem *p. 3. c. 1. n. 1.*

Qua propter, ſi quis ab aliquo ex prædictis Judicibus
extra Curiam, Sententiam, vel Decretum contrarium
reportavit, vel aliàs ei fuerit illatum gravamen irrepa-
rabile per definitivam cauſam appellationis coram A.C.
in ſecunda, vel alia ulteriori inſtantia introducere, &
citationem, cum inhibitione, *A*, virtute appellationis A
obtinere, & in partibus contra adverſarium exequi face-
re, & ad ulteriora uſque ad finem cauſæ, ut inferius di-
cetur procedere poterit.

Debet autem, qui citationem hujuſmodi cum inhibi- 2
tione vigore appellationis obtinere voluerit, in primis
& ante omnia infra legitima tempora appellare coram
Judice à quo in partibus, & deinde copiam ſententiæ in
partibus latæ, & appellationis interpoſitæ, ut ſupra, in
forma probanti in actis coram A.C producere, ut infra,
videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio, &c. NN. & ad docendum de gravamine 3
ſibi in partibus illato, facto per compulſum produxit co-
piam ſententiæ latæ per D. NN Locumtenentem illu-
ſtriſſimi D. N. Præſidis Provinciæ Romandiolæ, ad aſ-
ſertum favorem NN. una cum copia appellationis coram
eodem interpoſitæ pro parte NN. in forma &c. prout in
foliis, tenoris, &c. petens, &c. omni, &c.

Verumtamen ſi appellatio non fuit in partibus coram 4
Judice à quo interpoſita, praxis inveterata, & ſtylus
Tribunalis A. C. obſervat, ut poſſit coram eodem A. C.
copia ſententiæ in partibus latæ exhiberi, & coram ipſo
ab eadem appellatio interponi; cujus quidem appellatio-
nis virtute poterit nihilominus citatio cum inhibitione
ad partes obtineri, & quotidie fieri conſuevit, ut infra,
videlicet.

Pro NN. contra NN.

Coram D. meque, &c. NN Procurator, habita noti- 5
tia de prætenſa ſententia lata per R.P.D. NN. Guberna-
torem Tudertinum ad aſſertum favorem NN. contra
NN prout in folio, tenoris, &c. ab ea & omnibus aliis
gravaminibus, &c. ad Sanctiſs. D. N. Innocentium Pa-
pam X. ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam, omnem-
que alium Judicem competentem, appellavit, prout in
cedula, quam una cum copia dictæ aſſertæ ſententiæ,
&c. facto dedit, tenoris, &c. petens, &c. omni, &c.

Cui D. dedit reverentiales in forma, omni, &c.

A quadam aſſerta definitiva ſententia, ſeù Decreto 6
definitivo lata, ut dicitur, ſeù facto per R. P. D. NN.
Gubernatorem Tudertinum ad prætenſum favorem
NN. contra NN. de, & ſuper tenimento terræ ſito in ter-
ritorio civitatis Tuderti in Villa NN. in loco nuncupa-
to NN juxta bona NN. & NN. ſalvis aliis, &c. rebuſq;
aliis, &c. Procurator, & eo nomine dict. NN. ſentiens ſe
læſum, & gravatum, & timens in poſterum magis lædi, &
gravari, &c. ab illa, ſivè ab illo, ac toto ulteriori Proceſ-
ſu deſuper fabricato, ad Sanctiſs. D. N. Innocentium X.
ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam, omnemque
alium Judicem competentem in his ſcriptis provocat, &
appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petere
ſemel, bis, tertio, ſæpe, ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, in-
ſtantius, inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi; &
quatenus præſens appellatio non admitteretur, &c. à
non admiſſione illius, ac toto ulteriori Proceſſu iterum,
accto-

ac toties quoties, appellat, provocat, & ut ſupra, de nullitate dicit, &c. itaut ſit ultimus in appellando, &c. & interim, &c. nihil innovari, &c. alias, &c. proteſtans, &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c.

Succeſſivè, appellatione in partibus, vel coram A. C. ut ſupra interpoſita, obtinetur citatio cum inhibitione, tenoris ſequentis, & aliàs ſecundum contingentiam facti videlicet,

7 Chriſtophorus Vidman Protonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturæ Sanctiſſ. D. N. Papæ Referendarius, ac ejuſdem Sanctiſſ. ejuſque Camerarii, necnon cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ ac appellationum in terris S. R. E. ſubiectis interpoſitarum judex ordinarius, Sententiarum quoque, & Cenſurarum in eadem Curia, Romana, & extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiſſimo ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Præpoſitis, Archidiaconis, Prioribus, Decanis, Vicariis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Locumtenentibus, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, cæteriſque Preſbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcumque per Civitatem, ac Diœceſim NN & aliàs ubilibet conſtitutis, illique vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, imò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis, fuiſſe nuper in quadam cauſa vertente coram R. P. D. NN. Gubernatore civitatis NN. inter NN. appellantem ex una, & NN. appellatum ex alia, de, & ſuper in ſubinſerta ſententia contentis rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis, & illarum occaſione, partibus ex altera, idem D. Gubernator, ſuam, ad favorem dict. NN. promulgavit definitivam ſententiam, prout in illius Fide, ſeu Inſtrumento coram nobis exhibit., tenoris infraſcripti, videlicet. Chriſti nomine Invocato. &c. (*hic inſerendus eſt totus tenor Sententiæ*) à qua quidem prætenſa ſententia, & aliis quibuſcumque gravaminibus eidem NN. per eundem D. N. Gubernatorem illatis ad Sanctiſs. D. N. Innocentium Papam X. provocatum, & appellatum fuit, & ſic cauſa appellationis hujuſmodi coram nobis tanquàm Romanæ Curiæ, ac appellationum, & reclamationum in Terris S. R. E mediatè ac immediatè ſubiectis, interpoſitarum, Judice ordinario, legitimè introducta, ſubſequenter cum ipſe NN. appellationem ſuam hujuſmodi proſequi velit, ac intendat, fuimus pro ejuſdem NN. appellantis parte, debita cum inſtantia, requiſiti, quatenus ſibi citationem legitimam una cum Inhibitione extra Romanam Curiam, ac ad partes, contra, & adverſus dictum NN. exadverſo principalem ac dictum D. Gubernatorem, ſi ſua putaverit intereſſe, omneſque alios, & ſingulos, ſua communiter, vel diviſim intereſſe putantes, in exequutione citationis hujuſmodi nominandos, in forma ſolita, & conſueta decernere, & concedere dignaremur. Nos igitur Auditor præfatus attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam, & quod juſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, Diſcretioni veſtræ, & cuilibet veſtrum inſolidum committimus, ac diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus. &c. ſub. 500. ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & pro illis Mandati exequutivi, ac excommunicationis in ſubſidium, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris & pœnis, dictum NN. exadverſo principalem, & dictum Dominum Gubernatorem, ſi ſua putaverit intereſſe, & Sententiam hujuſmodi defendere voluerit, omneſque alios, & ſingulos, ſua communiter, vel diviſim intereſſe putantes, in eorum propriis perſonis, ſi eorum præſentias commodè habere poteritis, alioquin in hoſpitiis habitationum ſuarum, ſi ad ea vobis tutus pateat acceſſus, & in Parochiali, ſeu Parochialibus, ſub qua, vel quibus degunt, & morantur, aliiſque Eccleſiis, & locis publicis, & conſuetis, & ubi & quando, & quoties opus fuerit, infra Miſſarum, & aliarum Horarum, & Divinorum officiorum ſolemnia, dum ibidem fidelis populus ad divina audiendum convenerit, publicè alta, & intelligibili voce, ex parte noſtra peremptoriè citare curetis, quos nos etiam, tenore præſentium, citamus, quatenus ſexta die poſt citationem hujuſmodi, ut ſupra factam, & exequutam immediatè ſequente, ſi ipſa ſexta dies juridica fuerit, alioquin prima die juridica ex tunc immediate ſequente: compareant in Judicio legitimè coram nobis, ſeù noſtro in Civilibus Locumtenente cum omnibus, & ſingulis actis, actitatis Scripturis, Juribus, Inſtrumentis, Proceſſibus, ac monumentis quibuſcumque cauſarum, & cauſas hujuſmodi tangentibus, ſeu ad eam, ſeu eas quomodolibet facientibus, utrique Parti in hac cauſa de Juſtitia reſponſuri, ac in ea ad omnes, & ſingulos actus judiciales gradatim, & ſucceſſivè, etiam uſque ad definitivam Sententiam incluſivè, debitis, & conſuetis terminis, & dilationibus, ut moris eſt, proceſſuri, & procedi viſuri, aliaque dicturi, facturi, & recepturi, prout Juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis. Certificantes nihilominus eoſdem citatos, quod ſive in dicto termino comparuerint, ſivè non, Nos nihilominus, vel Locumtenens noſter prædictus, ad Partis comparentis, & cauſam hujuſmodi proſequi curantis, inſtantiam, ad præmiſſa omnia, & ſingula & aliàs prout Juris fuerit, procedemus, ſeù procedet, dictorum Citatorum abſentia, ſeù contumacia non obſtante; Et inſuper attendentes quod lite, & cauſa hujuſmodi ſic, ut præmittitur, coram nobis indeciſis pendentibus, nihil ſit in partibus per quoſcumque attentandum, vel innovandum; Idcirco eidem Domino Gubernatori, cæteriſque aliis dictis Officialibus, Judicibus Commiſſariis, Delegatis, Subdelegatis, Exequutoribus ordinarii, ſivè extra ordinariis, quacumque authoritate fungentibus, quibuſcumque nominibus cenſeantur, & quacumque præfulgeant dignitate, præſertim eidem NN. exadverſo principali, omnibuſque aliis, & ſingulis, quorum intereſt, ſeù intereſſe poterit quomodolibet in futurum, eiſdem authoritate, & tenore inhibemus, ne ipſi, vel alter ipſorum in vilipendium litis pendentiæ, & Juriſdictionis noſtræ, imò verius Apoſtolicæ Sedis contemptum, dictique NN. principalis præjudicium, & gravamen, quicquam per ſe, vel alium, ſeù alios publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quovis quæſito colore, attentare, ſeù innovare præſumant, aut aliquis eorum præſumat: quod ſi ſecus factum fuerit, id totum revocare, & in priſtinum reducere curabimus; Juſtitia mediante. Abſolutionem verò in præmiſſis nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus, In quorum, &c. Datum &c. NN. Notarius.

Locus † Sigilli.

N. Locumten.

Hæc citatio eſt tranſmittenda ad partes, ibique à Nuncio perſonaliter, vel aliàs juxta illius formam, & tenorem exequenda, ac deinde Nuncius debet alicui publico Notario facere exequutionis relationem, ſuper quod debet Notarius, à tergo ejuſdem, Inſtrumentum publicum conficere; quibus peractis, citatio, una cum exequutionis Inſtrumento, & ad majorem cautelam etiam cum alicujus Ordinarii, vel alterius opportuna legalitate in forma remitti poterit ad Curiam, & in actis reproduci, citato Principali abſente, vel contumace (*ſi nemo pro eo, ad cauſæ defenſionem ſuſcipiendam, compareat*) per Contradictas, juxta Praxim ſupra poſitam *part. 2. cap. 3. num. 1. & ſeqq. & num. 17. & ſeqq.* vel ſi Procurator pro eo comparet, producendo Mandatum procuræ, & proteſtando nihil fieri, juxta ſuperius tradita *in cap. proximo præcedente, verſ. quod ſi cauſa n. 15.* illo citato, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN exadverſo Procurator NN. exadverſo principalis, ad dicendum contra literas citatoriales, & inhibitoriales, ac Inſtrumentum illarum exequutionis in partibus factæ, joraque producta, & repetita, videndum jurare Teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, necnon juſtificandum, & impugnandum, & videndum admitti, committi, & mandari reſtitui, dimiſſa copia collationata, ad p. d. Inſtante NN. principali ſivè &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit literas citatoriales, & alia hodie in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit admitti,

Digitized by Google

mitti, ſi & in quantum, omni, &c.& committi in forma, omni &c.

10 Productio autem literarum hujuſmodi, quæ ſufficit ad cauſæ deſertionem evitandam, fit in Broliardo, in termino dictæ citationis ad dicendum contra, ut ſequitur videlicet.

11 Pro NN. contra NN.

In Officio, NN. Procurator, prout docuit per inſtrumentum publicum mandati procuræ, tenoris, &c. & facto per Compulſum produxit literas citatoriales, & inhibitoriales, in partibus legitimè exequutas, una cum inſtrumento illarum exequutionis à tergo, prout in folio, tenoris, &c. petens &c. omni &c.

Exadverſo Procurator citatus proteſtari poteſt in termino ad dicendum contra, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

12 In Officio, &c. NN. Procurator contra prætenſas litteras citatoriales, & inhibitoriales, & jura dixit pro nunc generalia verbo, ſalvo jure, &c. & pendente, &c. alias, &c. omni &c.

13 Verum, ſi cauſa non ſit appellabilis, vel aliqua alia ratione non poſſit in Curia introduci, prout ſi cauſa de partibus ultra quadraginta milliaria non aſcendat ad valorem ſcutorum quinquaginta monetæ, poteſt obtineri remiſſio illius ad partes dummodo per inſtrumenta, vel jura, aut alia legitima probationum genera, citata Parte ad dicendum contra, juxta Praxim ſuperius traditam *par. 1. c. 2. num. 10. & ſeq.* & alias ſervatis ſervandis probetur, cauſam non eſſe appellabilem, vel alias ad dictam ſummam ſcutorum quinquaginta monetæ non aſcendere, quo caſu eſt deinde citanda Pars, ad videndum remitti cauſam, ut infra, videlicet.

A.C.N.

14 Citetur NN. exadverſo Procurator NN. exadverſo principalis, ad videndum moderari inhibitionem nulliter, & indebitè extortam, & remitti cauſam ad partes, attento quod eſt è loco ab Urbe diſtante ultra quadraginta milliaria, & valor illius non excedit ſcuta quadraginta quinque monetæ (*vel attenta alia ratione exprimenda, juxta contingentiam facti*) & decretum neceſſarium & opportunum fieri, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit & obtinuit, ut ſupra, niſi infra quatuor (*vel aliud tempus judici beneviſum*) cum intimatione, omni, &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo Procurator NN. exadverſo principalis, qualiter Dominus remiſit cauſam ad partes, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè, &c. N. Notarius.

15 Exequuta, & reproducta intimatione, niſi Pars obtinuerit reponi à Decreto præjudiciali remiſſionis cauſæ, juxta Praxim ſuperius traditam *par. 1. cap. 8. num. 36.* poterit elapſo termino in Decreto contento à die intimationis exequutæ, ac intimatione reproducta, expediri ad partes Inſtrumentum remiſſionis videlicet.

16 Chriſtophorus Vidman Prothonotarius Apoſtolicus utriuſque Signaturæ Sanctiſſ. D. N Papæ Referendarius necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius, Sententiarum quoque, & Cenſurarum, tàm in Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, & merus Exequutor ab eodem Sanctiſſimo D. N. Papa ſpecialiter deputatus. Noverint univerſi, quod Nos hodie cauſam coram nobis via ordinaria, aliàs ſuper quibuſdam Terris ſit, in Territorio NN. in Villa N. in loco nuncupato N. juxta bona NN & NN. & alios notiſſimos fines rebuſque aliis &c. ad inſtantiam NN. contra NN. in ſecunda inſtantia introductam, attento quod valor dd. Terrarum non excedit valorem ſcutorum quadragintaquinque monetæ, prout fuit coram nobis legitimè demonſtratum citato, & intimato d. NN. Adverſario appellante, ad partes remiſimus, prout harum ſerie remittimus, quæ omnia, &c. In quorum fidem, &c. Datum Romæ ex ædibus noſtris, hac die &c. N. Notarius.

Locus † ſigilli. N. Locumt.

Quod ſi A. C. nollet cauſam ad partes remittere, & veniret nihilominus de Jure remittenda, vel quia illius valor non aſcenderet ad ſcuta quinquaginta monetæ, vel alia ratione, poſſet appellatus adire Signaturam Juſtitiæ, & data commiſſione opportuna, ac Parte citata, ad Praxim ſuperius traditam *par. 1. cap. 13. n. 30. & ſeq.* obtinere cauſam proponi, & reſcribi eidem A. C. ut cauſam ad partes remittat, quæ quidem commiſſio poterit fieri, ut infra, & alias mutatis mutandis, juxta contingentiam facti, videlicet. 17

Tudertina.

Beatiſſime Pater. Lata Sententia in prima inſtantia per R. P. D. Gubernatorem Tuderti, ad favorem devoti S. V. Oratoris NN contra NN. de, & ſuper quibuſdam Terris ſitis in Territorio Tudertino in Villa N. loco nuncupato NN. juxta ſuos notiſſimos fines, rebuſque aliis, &c. idem NN. Adverſarius cauſam appellationis coram A. C. introduxit, & citationem cum inhibitione extorſit: Verum quia Terræ, de quibus agitur, non excedunt valorem ſcutorum quadraginta quinque monetæ, & ob id cauſa non poterat coram A. C. introduci, & in omnem eventum debuiſſet A. C. ſuam moderari inhibitionem, & cauſam ad partes remittere, quod adhuc non fecit. Supplicat igitur S. V. Orator antedictus, ut dignetur eidem A. C. ut præfatam ſuam moderando inhibitionem, cauſam ad partes remittat, committere, & mendare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, conſtitutionibus Apoſtolicis, ſtylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque Statum, &c. pro plenè, &c. 18

Commiſſionem deindè in Signatura, ſervatis ſervandis, propoſita, & ſignata, ac in capſa Judicis repoſita, citatur Pars, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo pricipalis, ad dicendum contra Commiſſionem in actis exhibitam, videndum illam admitti, & juxta illius formam, & tenorem mandari procedi, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius. 19

Decretum.

NN. repetiit commiſſionem in actis ultimo loco exhibitam, & petiit, & obtinuit, ut ſupra, omni, &c.

Succeſſivè citatur Pars, ad videndum moderari inhibitionem, & cauſam remitti ad partes, & obtinetur remiſſio, ut ſupra *n. 14* veluti infra *n. 22.* illuſque Inſtrumentum, ut ſuperius dictum fuit *n. 16.* 20

Sed ſi in commiſſione petitum fuit, committi oretenus eidem A. C. ut ſuam moderetur inhibitionem, & cauſam ad partes remittat, & ita ſignatura ordinavit, ut aliquando ſolet, etiam ſi expreſsè oretenus ordinari, petitum non fuerit, tunc nec præſentare commiſſionem in actis, ſed citare, ut infra, videlicet. 21

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum moderari inhibitionem, & cauſam remitti ad partes, juxta mentem Signaturæ, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius. 22

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra niſi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus remiſit cauſam ad partes, & alias prout in actis, inſtante NN. principali ſivè, &c. N Notarius.

Verum ſi cauſa non venit ad partes remittenda, ſed remanere debet in Curia coram A. C. Pars, quæ illam proſequi intendit, tranſportare debet acta anterioris inſtantiæ, illaque in actis cauſæ exhibere, citata parte ad dicendum contra Jura, ut ſupra *p. 1. cap. 2. n. 10.* vel ut infra, videlicet. 23

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad dicendum contra Proceſſum de partibus, & Jura producta, & repetita, videndum jurare Teſtes ſuper illius, & illorum recognitione, quatenus opus ſit, admitti, committi, & mandari reſtitui dimiſſa copia collationata, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c. N. Notarius. 24

Decre.

Digitized by Google

Decretum.

NN. repetiit Proceſſum, & Jura hodie in Broilardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit admitti ſi, & in quantum, & committi, ut ſupra, omni, &c.

Productio autem poteſt ſimiliter fieri juxta ſuperius tradita *p. 1. c. 2. n. 11. & ſeq.* videlicet.

Pro NN. contra NN.

25 In Officio NN. & ad effectum obtinendi revocationem ſententiæ; à qua fuit appellatum [*ſi Proceſſus producitur ab Appellato, poteſt dici*) ad effectum obtinendi confirmationem Sententiæ in parte, & partibus, facto per compulſum produxit Proceſſum de partibus foliorum NN. ſubſcriptum ab NN. Notario publico N. prout in foliis, tenoris, &c. & repetiit omnia acta, & actitata, jura producta, geſta, & facta per acta mei, &c. in parte tamen, & partibus, &c. & in quantum, &c. & non alias, &c. omni, &c.

Exadverſo in termino ad dicendum contra Jura, facienda eſt proteſtatio, ut infra videlicet.

26 Pro NN. contra NN.

In Officio NN. & contra prætenſum Proceſſum, & jura dixit pro nunc generalia verbo, ſalvo jure &c. & pendente &c. non recognoſci, niſi intimato die, & hora certis, ad effectum, &c. aliàs &c.

Quo caſu intimatio eſt neceſſaria, antequam, ad Proceſſus, & Jurium recognitionem deveniatur, juxta Praxim, de qua ſuperius *p. 1. c. 1. n. 21. & ſeq.*

27 Cæterum ſi quia Decretum, vel ſententiam contrariam reportaverit ab aliquo Judice ordinario Romanæ Curiæ, prout à Judice Curiæ Burgi, vel Sabellorum, vel Turris nonæ, ad quos tantum in effectu facultates A. C. ut ad eum à Judicibus Curiæ appellari poſſit, reſtringi videntur, ex latius deductis ſupra *d. p. 1. c. 13. num. 227 & n. 229. & ſeqq.* & voluerit ab eo appellare ad A.C. procedendum erit, ex Praxi, per viam Recurſus, A, interponendo illum in primis coram Iudice à quo, infra legitima tempora, ut ſequitur, videlicet.

28 Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque, &c NN. habita notitia de Sententia, ſeù Decreto definitivo lata, ſeù facto, ad aſſertum favorem NN. contra NN. ab ea, ſeù ab eo, & omnibus alijs gravaminibus petiit recurſum, B, ad Illuſtriſſimum Dominum A. C. petens inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, & interim, &c. poteſtans, &c. omni, &c.

Cui Dominus dedit reverentiales in forma, &c. omni, &c.

Vel ſi cauſa non eſt appellabilis.

Cui Dominus dedit refutatorios in forma, &c. omni &c.

Poteſt Iudex dare terminum Iuris, vel reſpondere le Apoſtolis ſibi benevisis prout ſe Iure juxta Praxim, de qua ſupra *p. 1. c. 13. n. 6.*

29 Exindè eſt interponendus recurſus, ut inferius coram A.C. Iudice ad quem, qui coram eo interponi poteſt, etiam ſi coram Iudice à quo interpoſitus non fuerit, dummodo interponatur hoc caſu coram eo infra legitima tempora ad appellandum, ſcilicet antequam per lapſum decendij Sententia, ſeù Decretum tranſeat in rem judicatam, vel etiam ſtatim lata Sententia, vel facto Decreto, ſi cauſa ſit exequutiva, vel alias de ſui natura non appellabilis, vel ſi Iudex à quo fortè dedit refutatorios, ut exequutio evitetur, in quibus omnibus caſibus, recurſu, ut ſequitur, coram A. C. interpoſito, citanda eſt Pars quàm citius fieri poterit, coram eodem ad dicendum contra Recurſum, ut inferius, ne forte interim Iudex a quo ad ulteriora in exequutione procederet.

30 Pro NN. contra NN.

Coram Domino, meque, &c NN. ab aſſerta Sententia, ſeù Decreto definitivo lata, ſeù facto per Dominum Iudicem, ſeù Locumtenentem Gubernatoris Burgi (*ſeù Iudicem Sabellorum, vel Turris nonæ.*) ad prætenſum favorem NN. contra NN. ſentiens ſe gravatum, &c. petiit recurſum, ac illius virtute inhiberi in forma, omni, &c.

A.C.N.

31 Citetur NN. exadverſo principalis, ad dicendum contra Recurſum in actis petitum, & videndum illum admitti, ac juxta illius formam, & tenorem mandari procedi, & inhiberi ad ſtatim, ſeù ad primam diem, & interim quandocumque, nè audeat aliquod Mandatum in Curia NN. ſuſcipere, aut ſuſceptum exequi, facere, aut quicquam contra Inſtantem attentare, vel innovare ſub pœnis arbitrio Domini, ad ſtatim, ſeù ad p.d. & interim, &c. inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit Recurſum in actis petitum, & petiit, & obtinuit, ut ſupra, ac mandari procedi, & inhiberi in forma niſi ab p.d. cum Intimatione, omni &c.

A C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus inhibuit, & aliàs, prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Cæterum, ſi cauſa excedit ſcuta viginti monetæ, eſt ab initio in arbitrio Appellantis, vel petere Recurſum, ut ſupra, vel adire Signaturam Juſtitiæ, & committere cauſam appellationis Prælato, vel in Rota, cui quidem appellationi Commiſſionis ordinariæ petito Recurſu, ut ſupra, cenſetur omnino renunciatum. 32

In termino autem ad dicendum contra recurſum facienda eſt exadverſo proteſtatio, opponendo generalia contra illum; & ſi cauſa non eſt fortè appellabilis, poterit fieri proteſtatio, ut infra, videlicet. 33

Pro NN. contra NN.

In Officio, NN. citra, &c. niſi ſi, & quatenus, &c. dixit non poſſe inhiberi, cum fuerit actum via exequutiva virtute obligationis, cameralis vel cum ſimus in mero poſſeſſorio retinendæ, vel alio ſimili judicio, *exprimendo juxta contingentiam facti*, quo caſu non datur appellatio ſuſpenſiva, ideo nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, verificatis, verificandis, & Domino informato in die Notarii, alias, &c. & his ſalvis, &c contra pretenſum Recurſum dixit pro nunc generalia verbo ſalvo jure, &c. & pendente, &c. aliàs, &c. 34

Quoties autem Iudex Recurſus inhibuit, ſolet citari Pars, quæ obtinuit inhiberi, ad docendum de gravamine, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad docendum de gravamine, alias videndum moderari Inhibitionem, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri & interponi, ad p. d. inſtante NN. principali ſivè &c. 35

N. Notarius.

Et niſi Pars per productionem actorum, vel aliàs, doceat de gravamine, obtinetur Decretum, ut infra, videlicet.

Decretum.

Relatione facta comparuit NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi infra quinque [*vel aliud tempus Iudici beneviſum*) cum intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter dominus moderatus fuit inhibitionem, & aliàs prout in actis inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Exadverſo qui obtinuit inhiberi, nè inhibitio moderata remaneat, in termino ſaltem Intimationis, debet docere de gravamine, & proteſtari, ut infra, videlicet. 36

Pro NN. contra NN. 37

In Officio, NN. & ad docendum de gravamine, facto per Compulſum, produxit Proceſſum foliorum NN. in Curia NN. fabricatum, ab NN. dictæ Curiæ Notario ſubſcriptum, tenoris, &c. ideò dixit nihil fieri, niſi d. proceſſu, & actis viſis per Dominum, ac ſervatis ſervandis, verificatis verificandis. illoque informato in die informationis Notarii, aliàs &c.

Actis autem, ut ſupra, exhibitis non ſolet Judex Recurſus, niſi illis viſis, ac re maturè diſcuſſa, auditis Partibus, illarumque rationibus in Camera in die Notarii, capere reſolutionem ſuper moderatione inhibitionis: quod ſi nihilominus inhibitio fuiſſet moderata, poterit Pars, allegatis rationibus opportunis, inſtare iterum audiri, citando ad videndum reponi, ut infra, videlicet. 38

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum Inſtantem reponi à quocumque prætenſo Decreto præjudiciali moderationis inhibitionis nulliter, & indebitè 39

extor-

Digitized by Google

extorto, & Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p.d. cum Intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus repoſuit, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

40 Si verò A.C. inhibuiſſet, & nollet ſuam inhibitionem moderari, cum tamen de jure veniret moderanda, utpote, quia cauſa non eſſet appellabilis ad effectum ſuſpenſivum, tunc ſi cauſa non excederet ſummmam ſcutorum viginti monetæ, quia in his Signatura juſtitiæ non reſcribit, poſſet citari Pars coram præfecto Signaturæ per acta Curiæ, in qua fuit factum Decretum, à quo fuit deindè petitus recurſus, ut infra, videlicet.

Eminentiſſimo Signaturæ juſtitiæ Præfecto, ſivè, &c.

41 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum remitti cauſam à Curia Aud. Cam. ad Curiam Burgi *vel* (*Sabellorum vel Turris Nonæ*) attento quod à Decreto Judicis dictæ Curiæ, de quo agitur, non datur appellatio ſuſpenſiva, cum fuerit actum vigore obligationis Cameralis, *vel attenta alia ratione opportuna exprimenda juxta facti contingentiam*) & ſibi inhiberi ad ſtatim, nè audeat inſtantem citare, aut quicquam contra eum attentare, vel innovare, niſi per acta infraſcripti Notarii, ſub pœnis arbitrio Domini, & Decretum neceſſarium & opportunum fieri, & interponi ad p.d. Inſtante NN. principali, ſive &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, ut ſupra; ex tunc Dominus, firma remanente cauſa coram A. C. quoad effectum devolutivum tantum, in reliquis eam remiſit ad judicem Curiæ Burgi, niſi ad p.d. cum intimatione, omni, &c.

Vel

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, quoad effectum ſuſpenſivum tantum, niſi ad p.d. cum intimationa, omni meliori modo, &c.

Eminentiſſimo Signaturæ Juſtitiæ Præfecto, ſivè &c.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus remiſit cauſam, & aliàs prout in actis, Inſtanta NN. principali, ſive &c. N. Notarius.

Et poſſet Læſus à Decreto Præfecti Signaturæ, ſeu ejus Domini Auditoris, citare Partem coram eo ad videndum reponi, ad Praxim ſuperius traditam *par. 1. c. 7. n. 15.*

42 At ſi cauſa excederet ſummam ſcutorum viginti, poſſet adiri Signatura Juſtitiæ, & citari Pars coram Referendario, ad dicendum cauſam quare, &c. & obtineri reſcriptum oppotunum in plena Signatura, juxta Praxim ſuperius poſitam *p. 1. cap. 13. nu. 20. & ſeqq. & n. 34. & ſeqq.*

Poſſetque Commiſſio confici, ut infra, & alias mutatis mutandis, ſecundum facti contingentiam, videlicet.

Romana.

43 Beatiſſime Pater. Devotus S.V. Orator NN. egit coram judice Curiæ Burgi, virtute obligationis Cameralis, contra NN. pro conſequtione ſcutorum quadringentorum monetæ, & obtinuit Decrètum favorabile. Verùm quoniam dictus NN. Adverſarius à R.P.D.A.C. vigore aſſerti Recurſus, inhiberi extorſit. Supplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur eidem R. P. D. A. C. ut in cauſa, & cauſis hujuſmodi cum clauſula *ſine præjudicio legitimæ exequutionis, & obligationis Cameralis*, procedat, committere, & mandare, cum facultate citandi, & inhibendi, quos, quibus, quoties, Conſtitutionibus, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, Statum, &c. pro planè, &c.

Reſcribitque Signatura in his cauſis exequutivis, vel cum clauſula *ſine præjudicio*, vel cum clauſula *ſi quid exequendum*, vel cum clauſula *ad legitimam*, ad Praxim ſuperius traditam *d. p. 1. cap. 13. n. 54.* at ſi Decretum Judicis à quo eſſet nullum, vel injuſtum, & ſic conſtaret de gravamine, quia tunc A. C. ritè, & rectè inhibendo proceſſiſſet, Signatura reſponderet, nihil reſcribendum, juxta ſuperius dicta *d. cap. 13. n. 34.*

Si verò cauſa non eſſet exequutiva, ſed ſummaria, poſſet Commiſſio confici, ut infra, & alias ſecundum facti opportunitatem, & contingentiam, videlicet.

Romana.

Beatiſſime Pater. Exponitur humiliter S.V. pro parte devoti illius Oratoris NN. quod cum ipſe eſſet creditor NN. in ſcutis ducentis monetæ, egit contra eum menſibus elapſis, & obtinuit à Domino Judice Curiæ Burgi Mandatum exequutivum, & quia ob inopiam dicti NN. non potuit Orator contra eum ad illius exequutionem procedere, nec de ejus credito ſatisfieri, egit deinde in Salviano contra NN. Adverſarium, & obtinuit ab eodem Judice, ſervatis ſervandis, Sententiam favorabilem ſuper immiſſione in poſſeſſionem unius Apothecæ ſitæ in Urbe in Regione N per d. NN. principalem Debitorem olim poſſeſſæ, & dicto NN. Adverſario venditæ, ut patet ex publicis documentis. Verum quia idem NN. Adverſarius habuit recurſum ad R.P.D. A C. à quo inhibitionem extorſit, quam etiam moderari recuſavit: Supplicat humiliter S.V. Orator antedictus, ut dignetur eidem R.P.D A.C. ut in cauſa, & cauſis hujuſmodi cum clauſula *ſine præjudicio Mandati de immittendo* procedat, committere, & mandare cum poteſtate citandi, inhibendi, quos quibus, quoties Conſtitutionibus, Apoſtolicis Stylo Palatii, cæteriſq; contrariis non obſtantibus quibuſcumque, Statum, &c. pro plenè, &c. 44

In quibus quidem cauſis poſſeſſoriis Signatura reſcribit, vel cum clauſula *ſine præjudicio Mandati de immittendo*, vel cum clauſula *quatenus ſit locus Ægidianæ*, at ſi conſtaret de nullitate, aut in juſtitia Sententiæ Judicis à quo, nihil his caſibus reſcriberet, ad praxim ſuperius traditam *p. 3. c. 6. & ſequentibus*. 45

Neque ſolum poteſt adiri, ut ſupra, ſignatura in cauſis appellationum coram Auditor. Camer. introductis à Sententiis, ſeù Decretis judicum ordinariorum Romanæ Curiæ, ſed etiam à Sententiis judicum de partibus, conficiendo ſemper Commiſſionem opportunam, mutatis mutandis, prout facti exigentia requiret. 46

Cæterum quoties, docto, ut ſupra, de gravamine, cauſa appellationis, ſeù recurſus à judicibus ordinariis Curiæ, coram A.C. quovis modo remanere debebit. 47

Si omnia acta primæ inſtantiæ ad cauſæ deciſionem neceſſaria, non ſunt tranſportata, erunt utique ante lapſum biennii tranſportanda, & citanda Pars, ad dicendum contra jura in forma ſolita, vel ut infra, videlicet.

A.C.N.

Citatur NN. exadverſo principalis, ad dicendum contra Proceſſum in Curia NN. fabricatum, ac jura producta, & repetita, videndum jurare Teſtes ſuper illius, ac illorum recognitione, quatenus opus ſit, admitti, committi, & mandari reſtitui, dimiſſa copia collationata, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c. 48

N. Notarius.

Decretum.

Relatione facta comparuit NN. & repetiit Proceſſum, & jura in Broliardo producta, & petiit, & obtinuit, ut ſupra, admitti ſi, & in quantum &c. & mandari reſtitui, dimiſſa copia collationata, & committi in forma &c. omni &c.

Productio verò Jurium fieri poteſt in actis, ut ſupra *p. 3. c. 1. n. 11. & ſeqq.* vel ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. & facto per Compulſum produxit Proceſſum in Curia Burgi (*vel Sabellorum vel Turris Nonæ*) fabricatum foliorum NN. ſubſcriptum ab NN. dictæ Curiæ Actuario, prout in foliis, tenoris, &c. & repetiit omnia jura producta, acta, & actitata, geſta, & facta &c. per acta mei, &c. ad cauſam quomodolibet facien. &c. in parte tamen, & partibus &c & in quantum, &c. non alias, &c. petens, &c. omni, &c. 39

Et poteſt in hoc termino fieri etiam nova productio Jurium, ſi quis producenda habeat, & illa producere velit.

50 Exadverſo debet fieri proteſtatio in actis, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. & contra prætenſum Proceſſum, & jura dixit pro nunc generalia, verbo, ſalvo jure &c. & pendente &c. aliàs &c. omni &c.

51 Sed ſi acta primæ inſtantiæ infra biennium non fuerint tranſportata, tunc ſivè fuerit coram A.C. introducta cauſa appellationis à ſententia lata in partibus, ſivè cauſa recurſus à ſententia Ordinarii lata in curia, non poterit ad ulteriora in cauſa procedi.

52 Verùm quoties in his caſibus appellans non proſequitur cauſam, poteſt appellatus inſtante lapſu biennii, & eo magis elapſo citare appellantem, ad docendum de appellatione, ejuſque legitima proſequutione, & obſervatis quatuor terminis de ſtylo Curiæ, & Tribunalis ſervari ſolitis, ad Praxim ſuperius poſitam *p.1.c.13. num. 69. & ſeq.* rurſus citare eundem ad videndum moderari inhibitionem, attento lapſu biennii, nam tunc, ſi in termino ſaltem intimationis, qualiter Dominus moderatus fuit inhibitionem, acta non fuerint tranſportata, inhibitio utique moderata remanebit, ſi verò fuerint tranſportata, A.C. audiet, & cognoſcet de meritis cauſæ, juxta Praxim ſupra traditam *d. p.1. c.13.n.96.& ſeq.*

53 Si quis autem in cauſis hujuſmodi appellationis, ſeù recurſus coram A.C. legitimè, ut ſupra, introductis, novas etiam probationes facere voluerit, utique hoc facere poterit, & non ſolum appellans, ſed etiam appellatus, non deducta deducere, & non probata probare valebit, tam antequàm poſt tranſportationem actorum primæ, ac ulterioris inſtantiæ, & tàm per jura, ac inſtrumenta, quàm per Teſtes, & alia omnia legitima probationum genera citata ſemper Parte ac ſervatis aliis de Jure, ac ſtylo Curiæ ſervandis, juxta ſuperius tradita *p.1.c.2.& c.10.& ſeqq.*

54 Quoties tamen Proceſſus eſt ordinarius, ut alias dictum fuit, in admiſſione Jurium, & Articulorum non eſt ponenda aliqua clauſula, *ſine præjudicio*; quæ tantum apponitur, ubi Proceſſus eſt exequutivus, vel ſummarius, juxta Praxim ſuperius traditam *d. p.1.c.2. & cap. 10.& ſeqq.p.2.c.5.& ſeqq.& p.3.c.2.& ſeqq.*

55 Demum actitato hinc indè Proceſſu, ac probatis probandis, Aut cauſa non excedit valorem ſcutorum viginti monetæ, prout eſſe poteſt aliqua ex cauſis à Judicibus ordinariis curiæ coram A.C. introductis, & tunc A.C. poteſt ad illius expeditionem procedere per ſimplex Decretum, citata Parte, factum, ſi in prima inſtantia cauſa fuit expedita per Decretum, vel actum fuit via exequutiva, & Decretum, ſeù Mandatum à Judice à quo relaxatum apparet juſtum, & validum, & Appellatus, ſivè cauſa excedat valorem ſcutorum viginti monetæ, ſivè non, poterit citare, & obtinere, ut infra, videlicet.

A.C.N.

56 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum mandari exequi Mandatum à D. Judice curiæ Burgi (*ſeù Sabellorum, ſeù Turris Nonæ*) alias decretum, & relaxatum ſub die NN. & quatenus opus ſit, denuo decerni, & relaxari quibuſcumque non obſtantibus, ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p.d. cum Intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus mandavit exequi mandatum, quibuſcumque non obſtantibus, & alias, prout in actis inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

57 Et poteſt elapſo termino in Decreto contento à die exequutæ intimationis, ac Intimatione reproducta, expediri Exequatur à tergo mandati judicis à quo vel expediri novum mandatum juxta Praxim, ac Formulas, de quibus ſupra *par.1.cap.6.n.9.& ſeq & cap.9.n.3.*

58 Si verò Decretum, ſeù Mandatum Judicis à quo eſt nullum, vel injuſtum, & cauſa non excedit valorem ſcutorum viginti monetæ, poterit appellans citare appellatum, ad videndum revocari Decretum, ut infra, videlicet.

A.C.N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum revocari Decretum factum (*ſeù Mandatum relaxatum*) à Domino Judice NN. uti nulliter, ac indebitè extortum, una cum omnibus inde ſequutis, & in expenſis condemnari, ac Decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè, &c. 59

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi infra quinque (*ſeu aliud tempus Judici benevíſum*) cum intimatione, omni, &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus revocavit Decretum, ſeù Mandatum, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Quod ſi tantùm exequutio eſſet aliqua ratione nulla, 60
vel injuſta, poſſet citari Pars ad videndum revocari exequutionem, ad praxim ſuperius traditam *par.1.c.8. n.43.* nec poſſet amplius, qui Decretum, ſeù Mandatum extorſerat, ſeu exequutionem fieri fecerat, audiri, nec ad ulteriora procedere, ſeu novum judicium inchoare, niſi refectis expenſis, ad dictam Praxim ſuperius poſitam *d.c.8.n.44.*

Poſſet tamen ſentiens ſe gravatum ab hujuſmodi De- 61
cretis A.C citare partem coram eo, ad videndum reponi à Decreto præjudiciali, & docto de bono jure, repoſitionem obtinere juxta Praxim ſuperius traditam *d.p.1. c.8.n.35.& n.39.*

Vel ſi eſſet in caſu, in quo licitum eſſet variare, poſ- 62
ſet, omiſſo primo judicio exequutivo, ad aliud judicium exequutivum variando, tranſire, ad praxim, de qua ſupra *p.1.c.1. num. 115. & ſeqq.* quod, dum licita eſt variatio, fieri poſſe videtur, etiam non refectis Expenſis, juxta ſuperius tradita *d. par.1. cap.1. num. 128. & ſeqq.*

Vel etiam poſſet gravatus, ſi ita ei expediret, & age- 63
retur de ſumma appellabili, ſummam ſcutorum viginti monetæ excedente, à Decreto A.C. appellare, ut inferius dicetur.

Verum ſi cauſa principalis coram A.C. virtute appel- 64
lationis à ſententia, ſeù Decreto alicujus Judicis de partibus, ſeù à ſententia alterius Judicis ordinarii Romanæ Curiæ, etiam per viam recurſus, ut ſupra introducta, quovis modo valorem ducentorum ducatorum auri de Camera non excedat, ſivè in prima inſtantia fuerit actum via ordinaria, ſivè exequutiva, tunc ſi conſtat de injuſtitia, & nullitate ſententiæ, ſeù Decreti, adeo ut appellatus etiamſi novum judicium, ut ſupra, inchoaret, nihilominus omninò ſuccumbere deberet vel ſi quomodocumque cauſa, dictum valorem non excedens, ſit, vel quomodolibet effecta fuerit ordinaria, & pronunciandum ſit benè vel malè judicatum, vel appellatum, tunc actitato proceſſu ut ſupra, *verſ. ſi quis autem n. 53.* proceditur ad illius expeditionem, citando Partem ut infra, videlicet.

A.C.N.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum de- 65
ferri Juramentum in ſupplementum plenæ probationis quatenus opus ſit, abſolvi inſtantem à Cenſuris ad effectum, &c. concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendum ſententiam definitivam in forma, & alias, omni, &c. ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN petiit, & obtinuit, ut ſupra, &c. ac deferri juramentum, &c. qui tactis, &c. juravit, &c. & ſententiari prout in cedula, quam Reverendiſſ. D. Locumtenens legit, ſubſcripſit, & mihi facto conſignavit, tenoris, &c. ſuper quibus, &c. præſentibus ſociis Teſtibus, &c. omni, &c.

Tenor Cedulæ ſententiæ revocatoriæ.

Chri-

66 Chriſti nomine Invocato, pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum conſilio in his ſcriptis ſerimus in cauſa, & cauſis quæ coram Nobis in ſecunda, ſeù veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN appellantem ex una, & NN. appellatum ex altera partibus, de, & ſuper confirmatione, vel infirmatione Sententiæ latæ, ſeù Decreti facti in prima inſtantia per D. NN. Gubernatorem civitatis NN. (*ſeù per D. Judicem Curiæ NN.*) ad favorem dicti NN appellati contra dictum NN appellantem, de, & ſuper certa pecuniarum ſumma (*vel alia re controverſa exprimenda, juxta facti contingentiam*) rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus per dictum D. Gubernatorem (*ſeu Judicem*) malè fuiſſe & eſſe judicatum, & benè per d. NN. appellatum, & de nullitate dictum, ideoque dictam ſententiam, ſeù Decretum fuiſſe, & eſſe revocandam, ſeù revocandum prout revocamus, & annullamus, ac pro revocata, ſeù revocato haberi volumus, & mandamus, victumque victori in Expenſis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure in poſterum reſervamus, & ita dicimus, declaramus, & definitivè ſententiamus, non ſolum modo, & forma, de quibus ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c.

Ità pronunciavi Ego N. Locumtenens.

67 At ſi ſententia lata à judice à quo ſit juſta, & valida, & ideo confirmanda, poterit Appellatus citare, ut ſupra, ad ſententiam, vel poterit Notarius juxta Stylum Tribunalis, de quo diximus ſupra *p. a. c. 8. n.* 56. extendere Decretum ad favorem appellati in calce citationis ipſius appellantis, Cedulæ autem ſententiæ confirmatoriæ necnon appellationis, & commiſſionis confici poterunt ut inferius de cauſis, valorem ducentorum ducatorum auri de Camera excedentibus, dicetur mutatis ſemper mutandis, juxta contingentiam facti.

68 Igitur ſi cauſa excedit valorem dictorum ducentorum ducatorum auri de Camera, actitato Proceſſu, ut ſupra, obſervandi ſunt termini ſubſtantiales, ut infra, videlicet.

A.C.N.

69 Citetur NN. exadverſo principalis, ad libellandum ad p.d. ad articulandum ad 12. ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra
C producta ad ſecundam, C, ad declarandum, ad jurandum de calumnia ad p.d. in terminis ſubſtantialibus, inſtante NN. principali, ſivè, &c. N. Notarius.

70 Sed licet termini ſubſtantiales in ſecunda inſtantia ſervari poſſint, ut ſupra, terminus tamen ad articulandum ſolet ſervari ad octavam diem cæteri verò omnes ad primam diem, juxta Praxim. de qua ſupra *p. ac. 1 n.* 102. & 106. Ideoque termini ſubſtantiales in ſecunda inſtantia erunt ſervandi, ut infra videlicet.

A.C.N.

71 Citetur NN. exadverſo principalis, ad libellandum ad p. d. ad articulandum ad octavam, ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta, ad declarandum, ad jurandum de calumnia ad p.d. in terminis ſubſtantialibus, inſtante NN. principali, ſivè, &c. N. Notarius.

72 In tertia verò, & ulteriori inſtantia termini ſubſtantiales ſunt ſervandi, ut infra, videlicet.

A.C.N.

Citetur NN exadverſo principalis ad libellandum ad p. d. ad articulandum ad ſextam, ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta, ad declarandum, ad jurandum de calumnia ad p.d. in terminis ſubſtantialibus, inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum in qualibet inſtantia fit, ut infra, videlicèt.

NN. repetiit juta hodie in Brollardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra, & admitti, ſi, & in quantum, omni, &c.

Productio autem, ſeu repetitio jurium in actis, fit, ut dictum fuit ſupra hac eadem *p. 3. c. 2. verſ. fit autem, n.* 16.

73 Sed licet in ſecunda inſtantia terminus ad articulandum ſervetur ad octavam diem, & in tertia, vel ulteriori inſtantia ſervetur ad ſextam, ut ſupra; ſi quis tamen in ſecunda inſtantia ſervaret illum ad duodecimam prout ſervari ſolet in prima, vel ad ſextam, prout ſolet ſervari in tertia, vel ulteriori inſtantia, vel ſi quis in tertia, vel ulteriori inſtantia dictum terminum ſervaret ad duodecimam, vel ad octavam, non ideo hujuſmodi modicus defectus redderet Proceſſum nullum, nàm Praxis de his minimis non curat, ſi poſtmodum termini ſubſtantiales fuerint reiterati, prout ſemper reiterati ſolent, cum alias illos inculcatè ſervare non ſit ſatis, ſed requiratur reiteratio, quæ ſanat omnes, & ſingulos illorum defectus, tam ex diſpoſitione Innocentianæ, & aliarum Apoſtolicarum Conſtitutionum, quàm etiam ordinariarum ipſius A. C. facultatum.

Obſervatis terminis ſubſtantialibus, citatur ad videndum illos reiterari, & ad ſententiam, videlicet.

A.C.N.

Citetur NN exadverſo principalis ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim quarumcumque facultatum, abſolvi inſtantem a Cenſuris, ad effectum, &c deferri Juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendũ Sententiam definitivam in forma, & alias omni meliori modo, &c. ad p. d. inſtante NN. principali, ſive, &c 74

N. Notarius.

Decretum.

Relatione facta, comparuit NN. & petiit, & obtinuit ut ſupra, &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma, &c. deferri Juramentum, &c. qui ractis juravit, &c. & ſententiari prout in Cedula, quam Reverendiſs. D. Locumtenens legit, ſubſcripſit, & mihi conſignavit, tenoris, &c. ſuper quibus, &c. præſentibus ſociis Teſtibus, &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo, &c. 75

Tenor Cedulæ Sententiæ confirmatoriæ.

Chriſti nomine Invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cauſis quæ coram nobis in ſecunda, ſeù veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. appellantẽ ex una, & NN. appellatũ ex altera partibus, de, & ſuper confirmatione, vel infirmatione Sententiæ latæ per D NN. de, & ſuper ſumma, & quantitate ſcutorum NN monetæ (*vel alia re controverſa exprimenda*) ad favorem dicti NN. appellati contra & adversùs dictum NN. appellantem, rebuſque aliis, &c. Dicimus, pronunciamus, decernimus, ſententiamus, & declaramus, bene per dictum D. NN. Judicem à quo fuiſſe, & eſſe judicatum. & malè per d. NN. appellatum, ac de nullitate dictum, ac propterea dictam Sententiam fore, & eſſe confirmandam, & approbandam, prout confirmamus, & approbamus in omnibus, & per omnia, & pro confirmata, & approbata haberi volumus, & mandamus, Victumque Victori in expenſis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure impoſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus & definitivè ſententiamus, non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo, &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Locumtenens.

Verum ſi ſententia non ſit confirmanda, ſed revocanda poterit confici Cedula ſententiæ revocatoriæ, juxta formulam ſuperius traditam, *n.* 66 & aliàs mutatis mutandis ſecundùm facti contingentiam. 76

Si verò ſententia ſit in parte reformanda, poterit confici Cedula, ut infra videlicet.

Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam ſententiam, quam de juris Peritorum conſilio ferimus in his ſcriptis, in cauſa, & in cauſis, quæ coram nobis in ſecunda, ſeù veriori, verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. appellantem ex una, & NN appellatum ex altera partibus, de, & ſuper confirmatione, vel infirmatione ſententiæ latæ per NN. ad favorem dicti NN appellati, contra dictum NN. appellantem, de, & ſuper ſumma, & quantitate ſcutorum mille monetæ, rebuſque aliis, &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus. 77

mus decernimus, & declaramns, ſententiam dicti Domini Judicis à quo fuiſſe, & eſſe confirmandam, tantummodo pro ſumma, & quantitate ſcutorum ſeptingentorum triginta monetæ, prout eandem confirmamus, & approbamus, quo verò ad reliqua ſcuta ducenta ſeptuaginta monetæ, eandem ſententiam fore, & eſſe revocandam, & infirmandam, prout revocamus, & infirmamns. & ſecundum prædicta dicimns fuiſſe benè, vel malè judicatnm per dictum Dominum Judicem à quo, & reſpectivè per d NN. benè, vel malè appellatum, Victumque Victori in expenſis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de Jure in poſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè ſententiamus non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciavi Ego NN Locumtenens.

78 Quod ſi Judex nollet hoc caſu condemnare in expenſis, poſſet dicere in Cedula, & ob mutuam victoriam ambas Partes ab expenſis abſolvimus, & ita dicimus, &c.

79 In quibus quidem cauſis ordinariis, & appellabilibus effectis, ſi qui ſententiam contrariam reportavit, ſenſerit ſe gravatum, & appellare voluerit, hoc facere debebit infra legitima tempora, juxta Praxim ſupra traditam *par. 1. cap. 13. num. 2. & ſeqq.* & poterit appellationem coram Judice, qui ſententiam tulit, interponere, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

80 Coram D. meque, &c. NN habita notitia de prætenſa ſententia lata ad aſſertum favorem NN. contra NN. ab ea, & omnibus aliis gravaminibus ad Sanctiſs. D. N. Innocentium X. ejuſque S. Sedem Apoſtolicam appellavit, prout in Cedula, quam facto dedit, tenoris, &c. petens, &c. omni, &c.

Cui Dominus dedit terminum Juris, & interim, &c. omni, &c.

81 In quo quidem termino Juris menſe appellans debet redire pro Apoſtolis ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

82 Coram Domino meque, &c. NN. in termino juris, alias ad redeundum pro Apoſtolis conceſſo, inhærendo appellationi interpoſitæ, petiit inſtantiſſimè, prout in cedula alias data, ſibi de Apoſtolis reſponderi, proteſtans &c. alias, &c. omni, &c.

Cui Dominus dedit reverentiales in forma, omni, &c.

Et poteſt Judex, vel quando fuit interpoſita appellatio, vel in termino juris reſpondere de Apoſtolis ſibi benevisis, de quibus juxta juris diſpoſitionem reſpondere omnino tenetur, ſi tamen ipſe, quando appellatio fuit interpoſita, de illis reſpondit, non eſt amplius neceſſe pro eis redire

Tenor verò cedulæ appellationis poterit confici, ut infra, & aliàs juxta contingentiam facti mutatis mutandis videlicet.

83 A quadam aſſerta definitiva Sententia, ſeu Decreto definitivo, aut illius vim habente, per R.P.D.N.A.C. Locumtenentem lata, ſeù facto in ſecunda inſtantia ad prætenſum favorem NN contra NN. de, & ſuper certa pecuniarum ſumma (vel alia re, de qua agitur, exprimenda) rebuſque aliis, &c. Procurator, & eo nomine NN. ſentiens ſe læſum; & gravatum, & in futurum magis lædi, & gravari timens, &c. ab illa, ſeù illo, ac toto ulteriori proceſſu deſuper fabricato, ad Sanctiſs D. N. Innocentium Papam X. ejſque Sanctam Sedem Apoſtolicam in his ſcriptis provocat, appellat, & æque principaliter de nullitate dicit, petens ſemel, bis, tertio, ſæpe, ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus hæc appellatio non admitteretur, ab illius non admiſſione, ac toto ulteriori proceſſu, provocat, & appellat iterum, & ut ſupra de nullitate, dicit, toties quoties, &c. itaut ſit ultimus in appellando, proteſtans, appellationem ſuam ultimo loco remanere debere, &c. & per ſe non ſtare, &c. ac illa pendente nihil innovari, alias, &c. non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

In cauſis Commiſſariis in Rota, & extra Commiſſio, via ordinaria ſignanda, poterit fieri ut infra, & alias mutatis mutandis ſecundum facti contingentiam, videlicet.

Civitatis Caſtelli.

84 Beatiſſime Pater. Dignetur S. V. cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ, infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum à definitiva aſſerta Sententia lata per R. P. D. NN. A. C. Locumtenentem in ſecunda Inſtantia ad aſſertum favorem NN. adverſarii contra devotum S. V. Oratorem NN. de, & ſuper prætenſa pecuniarum ſumma ſcutorum mille ſeptingentorum triginta monetæ (vel alia re, de qua agitur hic exprimenda) rebuſque aliis &c. necnon attentatorum & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de Jure, &c. una cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, & toto negotio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Sacr. Rotæ Auditori, audien. cognoſcen. deciden ac fine debito terminan committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, & Curiæ, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, Statum &c. pro plenè &c.

Si verò cauſa non eſt Rotalis fit commiſsio, ut infra, & aliàs juxta contingentiam facti, videlicet,

Viterbien.

Beatiſsime Pater. Dignetur S. V. cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ, attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de jure, &c. infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum à definitiva prætenſa ſententia lata per R. P D. NN, A. C. Locumtenentem in tertia inſtantia, non tamen duarum conformium confirmatoria, ad aſſertum favorem NN. contra NN. devotum S. V. Oratorem, de, & ſuper quadam Domo valoris ſcutorum ducentorum monetæ ſita in Civitate Viterbii, juxta ſuos notiſſimos fines rebuſque aliis, &c. una cum omnibus inciden. depend. emergen. annexis, connexis, & toto negocio principali, & quam & quas &c. alicui S. V. Romanæ Curiæ Prælato audien. cognoſc. deciden fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties, ſingulis diebus, & horis, feriatis, & non feriatis, præter quam in honorem Dei feriatis, Conſtitutionibus, Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumſque Statum &c. pro plenè &c. 85

Qua commiſſione ſignata ab Eminentiſſimo Signaturæ Præfecto, ac via ordinaria, juxta Praxim de qua ſupra *p. 1. c. 13. n* 45. expedita, & in capſa Judicis repoſita, & inde extracta præſentatur Judici, cui cauſa reperitur commiſſa, quæ præſentatio adnotatur in actis Notarii, cui illa fuit diſtributa, ut infra, videlicet. 86

Pro NN. contra NN.

R. P. D. NN. coram Domino meque, &c. NN. Sanctiſſimi D. N. Curſor præſentavit commiſſionem ab Eminentiſſimo Signaturæ juſtitiæ Præfecto ſignatam, prout in folio, tenoris, &c. omni, &c. 87

Succeſſivè poſtquam commiſſio fuit, ut ſupra, in capſa repoſita, poteſt incontinenti citari pars ad dicendum contra illam, ut infra, & ſi cauſa eſt commiſſa Prælato, citatur per acta Archivii Romanæ Curiæ, & dicitur in pede citationis, Archiviſta Notarius, ſi verò cauſa eſt commiſſa in Rota, & adhuc cauſa non eſt diſtributa Notario, dicitur in pede illius, Menſarius Notarius, ſi vero eſt diſtributa, ponitur in ejus pede nomen Notarii Rotæ cui illa fuit diſtributa, qui quidem Rotæ Notarii ſunt numero quadraginta octo, cum quilibet ex duodecim Rotæ Auditoribus habeat quatuor Notarios actuarios. 88

In capite autem citationum ponitur nomen Judicis, & deinde titulus cauſæ, juxta facti contingentiam, & prima citatio coram judicibus Commiſſariis in Curia, ſive in Rota, ſivè extra Rotam, fit ut infra, & alias mutatis mutandis, prout facti contingentia requirit, videlicet. 89

R. P. D. NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad dicendum contra commiſſionem in actis noviſſimè exhibitam, videndum illam admitti, & juxta illius formam, & teno- 90

rem

Digitized by Google

D tem mandati procedi, & inhiberi D ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit commiſſionem in actis ultimo loco præſentatam, & petiit, & obtinuit, ut ſupra, ac inhiberi in forma, &c. omni, &c.

Exadverſo in termino ad dicendum contra, fit hæc proteſtatio, videlicet.

Pro NN. contra NN.

91 In Officio NN. & contra prætenſam commiſſionem dixit pro nunc generalia verba; ſalvo jure, &c. omni, &c.

92 Succeſſivè, qui vult proſequi cauſam, curat tranſportati acta coram Judice ad quem, quę tranſportatio fit ab aliquo Subſtituto Notarii Judicis à quo, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

93 In Officio NN. ſubſtitutus officii NN. tranſportavit in actis mei, &c. proceſſum de partibus foliorum NN. inter dictas partes fabricatum in Curia Gubernatoris NN. Item extractum fabricatum inter eaſdem partes per acta NN. Notarii A. C. foliorum NN. omni meliori modo, &c.

94 Qui verò acta, ut ſupra, tranſportari fecit, debet citare Partem, ad dicendum contra Jura in forma, & Jura repetere, ac obtinere admiſſionem illorum, cum ſolita clauſula, ſi, & in quantum, juxta Praxim ſuperius traditam *par.1. capit.2. n.10. & ſeqq. & hac eadem par. 3. capit.2. verſ. Jura in Judiciis n. 10. & ſeqq.*

95 Jura verò, & articuli in his cauſis ordinariis admittuntur ſimpliciter ſine difficultate, ad inſtantiam utriuſque partis, citata parte ad dicendum contra in forma, ſicut in prima, & in ſecunda inſtantia, ita & in tertia, ut dictum fuit ſupra *verſ. quoties tamen n. 54.*

Si quis verò voluerit expedire literas remiſſoriales ad partes, poterit citare partem, ut infra, videlicet.

R. P. D. NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

96 Citetur NN. exadverſo principalis ad dicendum contra Articulos facto datos, videndum illos ad probandum admitti in Curia, & extra, ac decerni literas remiſſoriales in partibus, concordandum de Judice, de loco, loco loci pottiore, termino infra quem aliàs &c. videndum deputari ex officio, nec non videndum committi Notario D. Judicis deputando examen, & receptionem juramentorum Teſtium in forma ad p. d. & poſtquam commiſſum fuerit, videndum illos jurare ſuper Articulis, & tota cauſa, in eorum, vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint toto termino, probatorio durante, conſtituendum (vel ſubſtituendum) Procuratorem reperibilem, & acceptantem in partibus, aliàs videndum mandari procedi per affixionem ad Valvas, dandum interrogatoria, & conducendum interpretem, quatenus, &c. alias videndum mandari examinari ſine ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, deputari Judicem NN. & locum NN. & locum loci Palatium ſolitæ reſidentiæ dicti D Judicis, cum termino duorum menſium ad probandum, & unius menſis ad reprobandum, & ut ſupra niſi ad p. d. cum intimatione omni &c.

R. P. D. NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus decrevit literas remiſſoriales, & aliàs prout in actis Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

97 Poterit etiam fieri citatio ad dicendum contra Articulos, & videndum decerni literas remiſſoriales juxta primam formulam ſuperius traditam *p.1.c.2.n.2.* mutando illa verba literas miſſivas loco remiſſorialium, & illarum loco dicendo, literas remiſſoriales, ut ſupra, ſimiliter articulari, interrogatoria & proteſtationes, ac alia acta, tàm coram Judice principalis cauſę, quàm coram Judice remiſſoriali ab eo deputato, ſeù deputando, poterunt confici juxtà Praxim ſuperius traditam d.p.1.c.2. mutatis mutandis.

98 Et ſi remiſſoria venit abſque difficultate concedenda, expeditur illius Inſtrumentum una cum Rotulo ejuſdem ad partes, prout infra videlicet, & alias mutatis mutandis; ſecundum contingentiam facti.

Inſtrumentum remiſſoriæ.

Amatus Dunozet I. V. D. Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Cappellanus Sacræque Rotæ Decanus, ac ipſius Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum, cauſæque, & cauſis, ac partibus infraſcriptis ab eodem Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa Auditor ſpecialiter deputatus R. P. D. NN. Gubernatoris Civitatis NN. ſalutem in Domino Nuper ſiquidem Sanctiſſimus in Chriſto Pater D. N. D. Innocentius Divina providentia Papa X. quamdam commiſſionis, ſeù ſupplicationis cedulam per certum ejus curſorem præſentari fecit, quam nos ea, qua decuit reverentia, recepimus, tenoris ſequentis videlicet. Civitatis Caſtelli Pecuniaria. Beatiſſime Pater. Dignetur S. V. &c. (*hinc inſeratur tenor commiſſionis*) in ſine verò dictæ commiſſionis cedulæ, manu penitus, & omninò diſſimili, ac diverſa, aderant hæc verba videlicet. De mandato Domini Noſtri Papæ, &c. (*ponatur hic tota ſignatura*) in extremitate verò marginis inferioris ejuſdem Commiſſionis erant ſcripta de alio diverſo caractere ſuperioribus caracteribus omnino diſſimili, & diverſo, hæc verba videlicet. Placet D. N. Papæ, Jo- lius Card. Sacchettus. Poſt cujusquidem commiſſionis, ſeù ſupplicationis Cedulæ præſentationem, & receptionem nobis, ac per nos, ut præmittitur factas, ad nonnullos actus inter dictas partes in ea nominatas citra tamen concluſionem in cauſa, proceſſimus. Noviſſimè verò pro parte, & ad inſtantiam NN io Romana Curia cauſarum, & cauſæ hujuſmodi NN principalis in præinſerta commiſſione principaliter nominati, Procuratoris pront de ejus mandato Procuræ coram nobis legitimè docuit, perſonaliter conſtituti, fuimus debita cum inſtantia requiſiti, quatenus pro nonnullis juribus extrahendis, ac examinandis Teſtibus in illis partibus degentibus pro fundamenti intentionis ſuæ verificatione, ſuper Articulis pro ejus parte coram nobis exhibitis, literas remiſſoriales contra dictum NN. exadverſo principalem in eadem præinſerta commiſſione nominatum, in forma ſolita, & conſueta concedere dignaremur. Quare ad illius inſtantiam dictum NN. exadverſo principalem, ad dicendum contra ſupradictos Articulos facto datos, & excipiendum quicquid voluerit, videndumque illos hic, atque illic ad probandum admitti, literaſque remiſſoriales ad partes deſuper concedi, concordandum de Judice coram quo, loco in quo, loco loci, & termino infra quem, &c. alias &c. ad videndum committi Notario D. Judicis deputati examen & receptionem Juramentorum Teſtium in forma ſolita, ad certum terminum, & poſtquam commiſſum fuerit, videndum illos jurare ſuper Articulis, & tota cauſa in eorum, vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint toto termino probatorio durante, conſtituendum, vel ſubſtituendum Procuratorem illic reperibilem, & acceptantem, aliàs videndum mandari procedi per affixionem ad valvas, dandum interrogatoria, & conducendum interpretem, quatenus &c. aliàs videndum mandari examinari ſine ad certum terminum, pariter citare mandavimus. Quo quidem termino adveniente facto etiam ſuper hoc verbo in Sacro Rotæ Auditorio, ad ulteriorem ejuſdem NN. inſtantiam: Articulos præfatos ad illic probandum admiſimus, teque NN. Gubernatorem Civitatis NN. in Judicem, eoram quo, & Civitatem N. pro loco in quo, & Palatium tuæ ſolitæ reſidentiæ in locum loci ad præmiſſa expedienda, cum facultatibus, ut ſupra, & aliis neceſſariis & opportunis, deputavimus. Inſtrumentumque remiſſionis conceſſimus, prout harum ſeriè deputamus, & concedimus. Quo circa tibi committimus, &c. quatenus, &c. omnes, & ſingulos Teſtes, literas, ſcripturas, Inſtrumenta, & alia quæcum, quæ probationum ge oera, quæ ex parte dicti NN. coram te produci contigerit, ſuper poſitionibus, & Articulis reſpectivè, quos tibi ſub ſigillo noſtro hujus remiſſoriæ Rotulo incluſos tranſmittimus, infra duos menſes poſt harum tibi faciandam præſentationem, in dicta Civitate N. in prædicto Palatio, fideliter recipias, ac Teſtes ipſos, juxta interrogatoria tibi nomine NN. exhibenda in primis, ſi illa exhibuerit, ſeù exhiberi fece- 99

rit, ſin minus juxta diſcretionem, diligenter examines, ſeù per Notarium publicum, ac fidelem, ac à te deputandum examinari cures: ſi verò dictus NN. exadverſo principalis Teſtes reprobare voluerit, Teſtes ſuper reprobatione hujuſmodi coram te inducendos, infra alium menſem poſt dictos duos, modo ſimili, ac uti ſupra, juxta interrogatoria, ſi quæ NN. principalis exhibuerit, ſeù exhiberi curaverit, alioquin ſecundum prudentiam tuam examines, aut examinari mandes, Teſtiumque utriuſque partis depoſitiones, & dicta, nemini oſtenſa, ſeù patefacta, clauſa, & ſigillo tuo munita, una cum Inſtrumentis, Juribus, & aliis ſcripturis quibuſcumque, in publicam formam redactis, ad nos tranſmittas. Teſtes ſe examini ſubiicere, ac ſcripturas exhibere nolentes, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, & pecuniarias, appellatione poſtpoſita, compellendo. In quorum fidem &c. Datum &c.

NN. Auditor, & Judex Commiſſarius.
NN. Sacræ Rotæ Notarius.

Locus † ſigilli.

Rotulus Remiſſoriæ.

100 Rotulus Remiſſoriæ in cauſa coram R. P. D. Amato Dunozetto Sanctiſs. D. N. Papæ Cappellano, ac ipſius Sacri Palatii Apoſtolici Audit. ac Dec. inter NN. agen. ex una, & NN. reum conventum, partibus ex altera de, & ſuper, &c. rebuſq; aliis &c. pendente citato præfato NN. ad inſtantiam NN. decretæ in quo Articuli pro parte dicti NN. exhibiti inferius inſerti ſunt, videlicet. Poſitiones, & Articulos infraſcriptos dat facit, &c.

101 Cæterum ſi cauſa, ſuper qua Teſtes ſunt in partibus examinandi, ſit commiſſa Prælato Romanæ Curiæ, poteſt quidem concedi Remiſſoria, ut ſupra, mutatis mutandis, juxta facti contingentiam, ſed inſtante parte, Notarius Archivii Romanæ Curię, per cujus acta de neceſſitate proceditur in cauſis coram Prælatis vertentibus, tenetur concedere literas miſſivas loco remiſſorialium in forma ſolita, prout in Curia A. C. concedi ſolent juxtà ſuperius tradita *p. 1. c. 12. per tot.*

102 In Rota verò hujuſmodi literæ miſſivę non conceduntur, ſed expeditur Inſtrumentum, ut ſupra, & fit Rotulus remiſſoriæ in pergameno, ut diximus *d. p. 1. c. 12. num. 71.*

103 Ad remiſſoriæ autem exequutionem in omnibus, & per omnia coram Judice remiſſoriali proceditur, ſicut ad exequutionem literarum miſſivarum loco remiſſorialium, juxta praxim de qua ſupra *dicta p. 1. c. 12. per tot.*

104 Sed quia cauſa in Rota pendente, non poteſt Auditor, cui illa eſt commiſſa, parte contradicente, quicquam innovare abſque voto Reverendiſſimorum DD. ejus Coauditorum, vel ſaltem, niſi facto verbo in Sacro Rotæ Auditorio, idcirco ſi Pars adverſa aliqua ratione prætendat remiſſoriam non poſse de Jure concedi, & hujuſmodi illius conceſſioni contradicat, Auditor ſuper hoc debebit facere verbum in Rota, parte intimata, ut infra videlicet.

R. P. D. NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

105 Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus in prima proxima Rota omnino faciet verbum ſuper conceſſione remiſsoriæ, Ideò citetur idem ad informandum, quatenus, &c. aliàs, &c. Inſtante NN. principali ſivè &c.

N. Norarius.

106 Quæ quidem Intimatio eſt Parti tranſmittenda, ſaltem per duos dies antequam fiat Rota, ut in prima proxima die ſequente Pars poſſit in formare in voce, & in ſcriptis, ad libitum dando memoriale opportunum, & deindè alia ſequenti die DD. Auditores poſſint videre quid Juris, & deoique in die Rotæ capere opportunam reſolutionem, prout ſemper obſervari ſolet.

107 Intimationes tameo, qualiter Dominus faciet verbum, vel qualiter Dominus proponet dubium, nec non citationes ad concordandum de dubio, & ſimiles, ſunt extrajudiciales, & ideò, non debent in actis reproduci, cum non concernant proceſsum cauſæ; ſed tantum diſputationem illius extrajudicialiter, ac proindè ſufficit etiam, quod illarum exequutio fiat tantum domi dimiſsa copia, ut quotidie obſervat praxis, & Curia.

Si verò, datis hinc inde memorialibus in Rota ſuper conceſſione, vel non conceſſione Remiſsoriæ, adſit difficultas, ſolet Rota mandare diſputari dubium, quod ſic ſervatur in omnibus difficultatibus, quæ in cauſis in Rota vertentibus oriuntur, quo caſu citanda eſt Pars, ut infra videlicet. 108

R. P. D. NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad comparendum coram Domino hora N. & concordandum de dubio aliàs videndum ſubſcribi infraſcriptum ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c. 109

N. Notarius.

Dubium.

An ſit concedenda Remiſsoria in caſu, & ad effectum, de quo agitur, &c.

At ſi pars non concordat de dubio, ſolet Judex mandare extrajudicialiter, ut intimetur Parti, qualiter Dominus ſubſcripſit dubium, videlicet.

R. P. D. NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus ſubſcripſit dubium, & aliàs, prout in actis. Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Elapſa prima die poſt intimationem exequutam, ſi Pars non contradicit, vel concordat, ſolet Judex ſubſcribere dubium, ac illius duplicatum Parti adverſæ per Curſorem traſmittendum, & tunc fit Parti intimatio in pede illius, ut infra videlicet. 110

R. P. D. NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Intimerur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus ſubſcripſit ſupraſcriptum dubium, & illud proponet in ſecunda, vel alia proxima Rota, ideò citetur idem ad informandum, quatenus informare velit, & intendat, aliàs videndum illud proponi, & reſolvi, etiam altera tantum Parte Informante. Inſtante NN. principali, ſive, &c. N. Notarius. 111

Deinde quotieſcumque D. Auditor volet proponere cauſam, ſeù dubium, Parti, ut ſupra tranſmiſsum, & intimatum, facienda eſt eidem Parti alia Intimatio videlicet. 112

R. P. D. NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus in prima proxima Rota omninò proponet dubium, aliàs ſibi tranſmiſsum, ideo citetur ad informandum, quatenus, &c. aliàs, &c. Inſtante NN. principali, ſive, &c. N. Notarius. 113

Cæterum, ſi pars citata, ut ſupra, ad concordandum de dubio comparet, & de dubio non concordat: neceſse eſt fieri ſuper hoc per D. Auditorem verbum in Rota, quo caſu facienda eſt Parti adverſæ hæc intimatio, videlicet. 114

R. P. D. NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus in prima proxima Rota omninò faciet verbum ſuper dubio dando; ideò citetur idem ad informandum, quatenus informare velit, & intendat, aliàs, &c. Inſtante NN. principali, ſivè &c. 115

N. Notarius.

Exequuta Intimatione contra Partem adverſam per duos dies ante Rotam, ut ſupra, Rotaque in voce, & in ſcriptis hinc indè, vel ab altera Parte tantum informata, ſolent DD. Auditores capere reſolutionem, & mandare diſputari dubium eis de jure beneviſum, quo caſu D. Ponens abſque alia intimatione ſubſcribit dubium ſibi à Rota ordinatum, illud que a Parte, quæ obtinuit, intimatur alteri Parti, ut ſupra *n. 10. & ſeqq.* 116

Demum quando D. Ponens vult dubium in Rota proponere, fit parti adverſæ, ut ſupra, alia Intimatio, in cujus termino, utraque, vel altera tantum parte informante oretenus, & in ſcriptis, D. Ponens proponit dubium in Rota, in qua per DD. juridica reſolutione capta, idem D. Ponens extendit deindè Deciſionem. 117

Succeſſivè, qui Deciſionem favorsbilem obtinuit, poſtquam illa fuit extenſa, poteſt inſtare pro expeditione 118

Digitized by Google

ne Remiſſoriæ, quo caſu neceſſe eſt ſuper hoc per D. ponentem fieri verbum in Rota, & facienda eſt Parti infraſcripta intimatio, in cujus termino eſt informanda iterum Rota in voce, & in ſcriptis ſuper expeditione, dando omnibus DD. Auditoribus memoriale opportunum, una cum copia Deciſionis factæ.

R.P.D.NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

119 Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus in prima proxima Rota omninò faciet verbum ſuper expeditione Remiſſoriæ. Ideò &c. aliàs &c. Inſtante NN. principali, ſive, &c.

NN. Notarius.

120 Cæterum Rota, facto verbo in ea ſuper expeditione Remiſſoriæ, ſi nihil relevans contra deciſionem factam deducatur, mandat illam expediri, ſi verò aliud relevans deducatur, iterum audit ſuper eiſdem, & noviter deductis, & diſputatur, an ſit ſtandum in deciſis, vel ab eis recedendum, & propoſita iterum cauſa, Parte ſemper, ut ſupra, citata, & intimata, emanat ſecunda deciſio, & ſic tertia, & aliæ, ſi opus fuerit, donec contra deciſiones factas unam, vel plures nihil relevans exadverſo deducatur, quo caſu, facto verbo in Rota, ut ſupra Parte citata, & intimata ſuper expeditione, ſolet Rota mandare expediri, & D. Ponens de ordine Rotæ procedit ad expeditionem, & facit decretum opportunum, ut ſupra num. 96.

121 Remiſſoria expedita tranſmittitur ad partes, & poſtquàm coram Judice remiſſoriali ad illius exequutionem deventum fuit, juxta praxim ſuperius traditam p. 1. c. 1 a. traſmittitur ad Curiam proceſſus remiſſorialis, & producitur in actis cauſæ, parte citata ad videndum aperiri, & dicendum contra, juxta formulam ſuperius traditam *d. p. 1. c. 1 2. n. 41.* & aliàs mutatis mutandis, juxta contingentiam facti.

122 Proinde acceptis ſummariis Teſtium examinatorum, proceditur in Rota ſuper meritis cauſæ, & fiunt Deciſiones opportunæ in meritis, citata, & intimata ſemper parte, juxta praxim ſuperius traditam.

123 Rota ſolet ſemper informari oretenus, & in ſcripti, dando DD. Auditoribus informationes facti, & juris, ac Summaria opportuna tàm Jurium, quàm Teſtium, per duos dies antequam fiat Rota, Et exhibendo inſuper in manibus R. P. D. Ponentis Proceſſus, & Regiſtra cauſæ ut ſi forte aliquid in facto à Parte negetur, vel diverſimodè ſupponatur, D. ponens videre, ac referre valeat, quomodo res in veritate ſe habeat.

124 Quilibet autem Auditor Rotæ habet quatuor Correſponſales. Ponens proponit cauſam, & dicti Correſponſales votant, niſi forte adſit in actis Commiſſio manu Sanctiſſimi ſignata cum reſcripto, *Videant omnes*, tunc enim omnes ſunt informandi in voce, & in ſcriptis, ut ſupra, & omnes vident, & votant.

125 Denique factis, & extenſis Deciſionibus una vel pluribus ſuper meritis cauſæ inſtante parte, D. ponens facit verbum in Rota ſuper expeditione cauſæ, citata, & intimata parte, ut infra, videlicet.

R. P. D. NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

126 Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus in prima proxima Rota faciet verbum ſuper expeditione cauſæ, ideò &c. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

127 In cujus quidem citationis termino informatur Rota oretenus, & dantur eidem memorialia cum rationibus opportunis, & ſi nihil relevans contra Deciſiones factas deducatur Rota mandat Ponenti, ut ad cauſæ expeditionem procedat, & proindè ipſe de ordine Rotæ cauſam expedit, ferendo Sententiam, ſervatis, ac reiteratis terminis ſubſtantialibus, ut inferius dicetur.

128 Verùm ſi cauſa non ſit commiſſa Auditori Rotæ, ſed alteri Romanæ Curiæ Prælato per acta Archivii Romanæ Curiæ, vel alicui Judici ordinario ejuſdem Romanæ Curiæ, tunc actitato proceſſu, & exhibitis Juribus, ac examinatis Teſtibus, ut ſupra, ſive ſit coram eo diſputandum, An Sententia ſit confirmanda, vel infirmanda, ſivè an una, vel altera pars debeat ſuper aliquo articulo obtinere, ſufficit dare illi Informationes facti, & Juris, ac Summaria Jurium, & Teſtium, una cum proceſſibus, extractibus, ac regiſtris in cauſa fabricatis, eundemque in voce, juxta facti contingentiam informare, citata parte extrajudicialiter, ſi opus ſit, ut infra videlicet.

R.P.D.NN.

Viterbien. Domus.

Citetur NN. exadverſo Procurator NN. exadverſo principalis, ad comparendum coram Domino die NN. & informandum, quatenus informare intendat, aliàs videndum expediri cauſam, altera tantum parte informante, quibuſcumque non obſtantibus, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c. 129

NN. Notarius.

Hæc citatio, cum ſit extrajudicialis ſat eſt, quod à Curſore exequatur domi dimiſſa copia, nec eſt reproducenda in actis, nec eſt neceſſe apponere in ea nomen Notarii cauſæ, & ſi quis, illa omiſſa, voluerit citare ad videndum reiterari, & ad Sententiam, id facere poterit, prout melius ſibi videbitur expedire. 130

Cauſa autem coram Prælato vertente, ſi petatur remiſſoria, & illa eſt relevans, & aliàs de jure concedenda, ſolet Judex, ut ſupra, benè informatus, illam concedere, vel potius, inſtante parte, concedere literas miſſivas loco Remiſſorialium, quibus exequutis ac proceſſu conflato coram Judice remiſſoriali ad Curiam tranſmiſſo, & in actis producto, parte citata, juxta Praxim ſuperius traditam *p. 1. c. 1 2. n. 41.* informandus eſt Judex, citata Parte, ut ſupra, in meritis cauſæ, & demum, poſtquam ipſo viſis videndis velle cauſam expedire judicaverit, ſervatis terminis ſubſtantialibus, ac citata Parte ad videndum reiterari, & ad Sententiam poterit cauſam, prout juris fuerit, expedire, juxtà Praxim inferius poſitam. 131

Termini verò ſubſtantiales ſivè in Rota, ſive extra Rotam, ſivè coram Auditore, ſivè coram Prælato, aut alio Judice delegato, ſeù Commiſſario, vel etiam in camera, ſivè coram clerico, aut Præſide illius, ſive coram alio quovis Ordinario in tertia, vel ulteriori inſtantia tàm in prophanis, quàm in Beneficialibus ſervantur, ut infra, videlicet, 132

R.P.D. NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad dicendum contra commiſſionem (ſi cauſa eſt commiſſaria) ad libellandum ad p. d. ad articulandum ad ſextam, ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta, ad declarandum, ad jurandum de calumnia ad p.d. In terminis ſubſtantialibus. 133

Inſtante NN. principali, ſivè &c.

NN. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Iura hodie in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra, admitti ſi & in quantum, omni &c.

Repetitio verò, vel nova productio fieri poteſt ut diximus ſupra in præcedentibus inſtantiis *num. 72. in fin. & num. 94.*

Verum ſi cauſa verteretur in Rota, vel coram Prælato, vel in camera, aut coram illius clerico, vel Præſide, aut alio quovis judice in prima; vel in ſecunda inſtantia, termini ſubſtantiales, ſervandi ſunt, ſive in Beneficialibus, ſivè in prophanis juxta praxim ſuperius traditam *p. 1. c. 2. n.* tot. *& ſeqq.* ex qua citationes in hac terminorum ſubſtantialium materia neceſſariæ, & opportunæ juxta contingentiam facti elici poterunt. 134

Si tamen Judex haberet in hoc facultates particulares prout habet A. C. ut dictum eſt ſuperius *p. 2. c. 1. n. 107.* illæ utique eſſent obſervandæ. 135

Ad reiterationem verò terminorum, & ad Sententiam tàm coram judice ordinario, quàm delegato, & tàm in Rota quàm extra eam, in quavis inſtantia, citatur ut infra videlicet. 136

R P.D.NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & incuicatè tentos, in vim Innocentianæ, & aliarum quarumcumq; facultatum, abſolvi Inſtantem à cenſuris ad effectum, &c. deferri juramentum in 137

rit, ſin minus juxta diſcretionem, diligenter examines, ſeù per Notarium publicum, ac fidelem, ac à te deputandum examinari cures: ſi verò dictus NN. exadverſo principalis Teſtes reprobare voluerit, Teſtes ſuper reprobatione hujuſmodi coram te inducendos, infra aliam menſem poſt dictos duos, modo ſimili, ac uti ſupra, juxta interrogatoria, ſi quæ NN. principalis exhibuerit, ſeù exhiberi curaverit, alioquin ſecundum prudentiam tuam examines, aut examinari mandes, Teſtiumque utriuſque partis depoſitiones, & dicta, nemini oſtenſa, ſeù patefacta, clauſa, & ſigillo tuo munita, una cum Inſtrumentis, Juribus, & aliis ſcripturis quibuſcumque, in publicam formam redactis, ad nos tranſmittas. Teſtes ſe examini ſubiicere, ac ſcripturas exhibere nolentes, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, & pecuniarias, appellatione poſtpoſita, compellendo. In quorum fidem &c. Datum &c.

NN. Auditor, & Judex Commiſſarius.
NN. Sacræ Rotæ Notarius.

Locus † ſigilli.

Rotulus Remiſſoriæ.

100 Rotulus Remiſſoriæ in cauſa coram R. P. D. Amato Dunozetto Sanctiſs. D. N. Papæ Cappellano, ac ipſius Sacri Palatii Apoſtolici Audit. ac Dec. inter NN. agen. ex una, & NN. reum conventum, partibus ex altera de, & ſuper, &c. rebuſq; aliis &c. pendente citato præfato NN. ad inſtantiam NN. decretæ in quo Articuli pro parte dicti NN. exhibiti interius inſerti ſunt, videlicet. Poſitiones, & Articulos infraſcriptos dat facit, &c

101 Cæterum ſi cauſa, ſuper qua Teſtes ſunt in partibus examinandi, ſit commiſſa Prælato Romanæ Curiæ, poteſt quidem concedi Remiſſoria, ut ſupra, mutatis mutandis, juxta facti contingentiam, ſed inſtante parte, Notarius Archivii Romanæ Curiæ, per cujus acta de neceſſitate proceditur in cauſis coram Prælatis vertentibus, tenetur concedere literas miſſivas loco remiſſorialium in forma ſolita, prout in Curia A. C. concedi ſolent juxtà ſuperius tradita *p. 1. c. 12. per tot.*

102 In Rota verò hujuſmodi literæ miſſivæ non conceduntur, ſed expeditur Inſtrumentum, ut ſupra, & fit Rotulus remiſſoriæ in pergameno, ut diximus *d. p. 1. c. 12. num. 71.*

103 Ad remiſſoriæ autem exequutionem in omnibus, & per omnia coram Judice remiſſoriali proceditur, ſicut ad exequutionem literarum miſſivarum loco remiſſorialium, juxta praxim de qua ſupra *dicta p. 1. c. 12. per tot.*

104 Sed quia cauſa in Rota pendente, non poteſt Auditor, cui illa eſt commiſſa, parte contradicente, quicquam innovare abſque voto Reverendiſſimorum DD. ejus Coauditorum, vel ſaltem, niſi facto verbo in Sacro Rotæ Auditorio, idcirco ſi Pars adverſa aliqua ratione prætendat remiſſoriam non poſſe de Jure concedi, & hujuſmodi illius conceſſioni contradicat, Auditor ſuper hoc debebit facere verbum in Rota, parte intimata, ut infra videlicet.

R. P. D. NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

105 Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus in prima proxima Rota omnino faciet verbum ſuper conceſſione remiſſoriæ, Ideò citetur idem ad informandum, quatenus, &c. aliàs, &c. inſtante NN. principali ſivè &c.

N. Notarius.

106 Quæ quidem Intimatio eſt Parti tranſmittenda, ſaltem per duos dies antequam fiat Rota, ut in prima proxima die ſequente Para poſſit informare in voce, & in ſcriptis, ad libitum dando memoriale opportunum, & deindè alia ſequenti die DD. Auditores poſſint videre quid Juris, & denique in die Rotæ capere opportunam reſolutionem, prout ſemper obſervari ſolet.

107 Intimationes tamen, qualiter Dominus faciet verbum, vel qualiter Dominus proponet dubium, nec non citationes ad concordandum de dubio, & ſimiles, ſunt extrajudiciales, & ideò, non debent in actis reproduci, cum non concernant proceſſum cauſæ; ſed tantum diſputationem illius extrajudicialiter, ac proindè ſufficit etiam, quod illarum exequutio fiat tantum domi dimiſſa copia, ut quotidie obſervat praxis, & Curia.

Si verò, datis hinc inde memorialibus in Rota ſuper conceſſione, vel non conceſſione Remiſſoriæ, adſit difficultas, ſolet Rota mandare diſputari dubium, quod ſic ſervatur in omnibus difficultatibus, quæ in cauſis in Rota vertentibus oriuntur, quo caſu citanda eſt Pars, ut infra videlicet. 108

R. P. D. NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Citetur NN. exadverſo principalia, ad comparendum coram Domino hora N. & concordandum de dubio aliàs videndum ſubſcribi infraſcriptum ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c. 109

N. Notarius.

Dubium.

An ſit concedenda Remiſſoria in caſu, & ad effectum, de quo agitur, &c.

At ſi pars non concordat de dubio, ſolet Judex mandare extrajudicialiter, ut intimetur Parti, qualiter Dominus ſubſcripſit dubium, videlicet.

R. P. D NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus ſubſcripſit dubium. & aliàs, prout in actis. Inſtante NN. principali, ſivè &c. N. Notarius.

Elapſa prima die poſt intimationem exequutam, ſi Pars non contradicit, vel concordat, ſolet Judex ſubſcribere dubium, ac illius duplicatum Parti adverſæ per Curſorem traſmittendum, & tunc fit Parti intimatio in pede illius, ut infra videlicet. 110

R. P. D NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus ſubſcripſit ſupraſcriptum dubium, & illud proponet in ſecunda, vel alia proxima Rota, ideò citetur idem ad informandum, quatenus informare velit, & intendat, aliàs videndum illud proponi, & reſolvi, etiam altera tantum Parte informante. Inſtante NN. principali, ſive, &c. N. Notarius. 111

Deinde quotieſcumque D. Auditor volet proponere cauſam, ſeù dubium, Parti, ut ſupra tranſmiſſum, & intimatum, facienda eſt eidem Parti alia Intimatio videlicet. 112

R. P. D NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus in prima proxima Rota omninò proponet dubium, aliàs ſibi tranſmiſſum, Ideo citetur ad informandum, quatenus, &c. aliàs, &c. Inſtante NN. principali, ſive, &c. N. Notarius. 113

Cæterum, ſi pars citata, ut ſupra, ad concordandum de dubio comparet, & de dubio non concordat: neceſſe eſt fieri ſuper hoc per D. Auditorem verbum in Rota, quo caſu facienda eſt Parti adverſæ hæc intimatio, videlicet. 114

R P. D. NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus in prima proxima Rota omninò faciet verbum ſuper dubio dando; ideò citetur idem ad informandum, quatenus informare velit, & intendat, aliàs, &c. Inſtante NN. principali, ſivè &c. 115

N. Notarius.

Exequuta Intimatione contra Partem adverſam per duos dies ante Rotam, ut ſupra, Rotaque in voce, & in ſcriptis hinc indè, vel ab altera Parte tantum informata, ſolent DD. Auditores capere reſolutionem, & mandare diſputari dubium eis de jure beneviſum, quo caſu D. Ponens abſque alia intimatione ſubſcribit dubium ſibi à Rota ordinatum, illud que a Parte, quæ obtinuit, intimatur alteri Parti, ut ſupra *n. 10. & ſeqq.* 116

Demum quando D. Ponens vult dubium in Rota proponere, fit parti adverſæ, ut ſupra, alia Intimatio, in cujus termino, utraque, vel altera tantum parte informante oretenus, & in ſcriptis, D. Ponens proponit dubium in Rota, in qua per DD. juridica reſolutione capta, idem D. Ponens extendit deindè Deciſionem. 117

Succeſſivè, qui Deciſionem favorabilem obtinuit, poſtquam illa fuit extenſa, poteſt inſtare pro expeditione 118

Digitized by Google

ne Remiſſoriæ, quo caſu neceſſe eſt ſuper hoc per D. ponentem fieri verbum in Rota, & facienda eſt Parti infraſcripta intimatio, in cujus termino eſt informanda iterum Rota in voce, & in ſcriptis ſuper expeditione, dando omnibus DD. Auditoribus memoriale opportunum, unacum copia Deciſionis factæ.

R.P.D.NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

119 Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus in prima proxima Rota omninò faciet verbum ſuper expeditione Remiſſoriæ. Ideò &c. aliàs &c. Inſtante NN. principali, ſive, &c.

NN. Notarius.

120 Cæterum Rota, facto verbo in ea ſuper expeditione Remiſſoriæ, ſi nihil relevans contra deciſionem factam deducatur, mandat illam expediri, ſi verò aliud relevans deducatur, iterum audit ſuper eiſdem, & noviter deductis, & diſputatur, an ſit ſtandum in deciſis, vel ab eis recedendum, & propoſita iterum cauſa, Parte ſemper, ut ſupra, citata, & intimata, emanat ſecunda deciſio, & ſic tertia, & aliæ, ſi opus fuerit, donec contra deciſiones factas unam, vel plures nihil relevans exadverſo deducatur, quo caſu, facto verbo in Rota, ut ſupra Parte citata, & intimata ſuper expeditione, ſolet Rota mandare expediri, & D. Ponens de ordine Rotæ procedit ad expeditionem, & facit decretum opportunum, ut ſupra num. 96.

121 Remiſſoria expedita tranſmittitur ad partes, & poſtquàm coram Judice remiſſoriali ad illius exequutionem deventum fuit, juxta praxim ſuperius traditam p. 1 c. 1 a. traſmittitur ad Curiam proceſſus remiſſorialis, & producitur in actis cauſæ, parte citata ad videndum aperiri, & dicendum contra, juxta formulam ſuperius traditam *d. p. 1. c. 12. n. 41.* & aliàs mutatis mutandis, juxta contingentiam facti.

122 Proinde acceptis ſummariis Teſtium examinatorum, proceditur in Rota ſuper meritis cauſę, & fiunt Deciſiones opportunæ in meritis, citata, & intimata ſemper parte, juxta praxim ſuperius traditam.

123 Rota ſolet ſemper informari oretenus, & in ſcripti, dando DD. Auditoribus informationes facti, & juris, ac Summaria opportuna tàm Jurium, quàm Teſtium, per duos dies antequam fiat Rota, Et exhibendo inſuper in manibus R. P. D. Ponentis Proceſſus, & Regiſtra cauſæ ut ſi forte aliquid in facto à Parte negetur, vel diverſimodè ſupponatur, D. ponens videre, ac referre valeat, quomodo res in veritate ſe habeat.

124 Quilibet antem Auditor Rotæ habet quatuor Correſponſales. Ponens proponit cauſam, & dicti Correſponſales votant, niſi fortè adſit in actis Commiſſio manu Sanctiſſimi ſignata cum reſcripto, *Videant omnes*, tunc enim omnes ſunt informandi in voce, & in ſcriptis, ut ſupra, & omnes vident, & votant.

125 Denique factis, & extenſis Deciſionibus una vel pluribus ſuper meritis cauſæ inſtante parte, D. ponens facit verbum in Rota ſuper expeditione cauſæ, citata, & intimata parte, ut infra, videlicet.

R.P.D.NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

126 Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus in prima proxima Rota faciet verbum ſuper expeditione cauſæ, ideò &c. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

127 In cujus quidem citationis termino informatur Rota oretenus, & dantur eidem memorialia cum rationibus opportunis, & ſi nihil relevans contra Deciſiones factas deducatur Rota mandat Ponenti, ut ad cauſæ expeditionem procedat, & proindè ipſe de ordine Rotæ cauſam expedit, ferendo Sententiam, ſervatis, ac reiteratis terminis ſubſtantialibus, ut inferius dicetur.

128 Verùm ſi cauſa non ſit commiſſa Auditori Rotæ, ſed alteri Romanæ Curiæ Prælato per acta Archivii Romanæ Curiæ, vel alicui Judici ordinario ejuſdem Romanæ Curiæ, tunc actitato proceſſu, & exhibitis Juribus, ac examinatis Teſtibus, ut ſupra, ſive ſit coram eo diſputandum, An Sententia ſit confirmanda, vel infirmanda, ſivè an una, vel altera pars debeat ſuper aliquo articulo obtinere, ſufficit dare illi Informationes facti, & Juris, ac

Summaria Jurium, & Teſtium, una cum proceſſibus, extractibus, ac regiſtris in cauſa fabricatis, eundemque in voce, juxta facti contingentiam informare, citata parte extrajudicialiter, ſi opus ſit, ut infra videlicet.

R.P.D.NN.

Viterbien. Domus.

129 Citetur NN. exadverſo Procurator NN. exadverſo principalis, ad comparendum coram Domino die NN. & informandum, quatenus informare intendat, aliàs videndum expediri cauſam, altera tantum parte informante, quibuſcumque non obſtantibus, ad p.d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

NN. Notarius.

130 Hæc citatio, cum ſit extrajudicialis ſat eſt, quod à Curſore exequatur domi dimiſſa copia, nec eſt reproducenda in actis, nec eſt neceſſe apponere in ea nomen Notarii cauſæ, & ſi quis, illa omiſſa, voluerit citare ad videndum reiterari, & ad Sententiam, id facere poterit, prout melius ſibi videbitur expedire.

131 Cauſa autem coram Prælato vertente, ſi petatur remiſſoria, & illa eſt relevans, & aliàs de jure concedenda, ſolet Judex, ut ſupra, benè informatus, illam concedere, vel potius, inſtante parte, concedere literas mutuas loco Remiſſorialium, quibus exequutis ac proceſſu conflato coram Judice remiſſoriali ad Curiam tranſmiſſo, & in actis producto, parte citata, juxta Praxim ſuperius traditam *p. 1. c. 15. n. 41.* informandus eſt Judex, citata Parte, ut ſupra, in meritis cauſę, & demum, poſtquam ipſe viſis videndis velle cauſam expedire judicaverit, ſervatis terminis ſubſtantialibus, ac citata Parte ad videndum reiterari, & ad Sententiam poterit cauſam, prout juris fuerit, expedire, juxtà Praxim inferius poſitam.

132 Termini verò ſubſtantiales ſivè in Rota, ſive extra Rotam, ſivè coram Auditore, ſivè coram Prælato, aut alio Judice delegato, ſeù Commiſſario, vel etiam in camera, ſivè coram clerico, aut Præſide illius, ſive coram alio quovis Ordinario in tertia, vel ulteriori inſtantia tàm in prophanis, quàm in Beneficialibus ſervantur, ut infra, videlicet,

R.P.D.NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

133 Citetur NN. exadverſo principalis, ad dicendum contra commiſſionem (ſi cauſa eſt commiſſaria) ad libellandum ad p. d. ad articulandum ad ſextam, ad dicendum contra Articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta, ad declarandum, ad jurandum de calumnia ad p.d. In terminis ſubſtantialibus.

Inſtante NN. principali, ſivè &c.

NN. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Iura hodie in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit ſervari, ut ſupra, admitti ſi & in quantum, omni &c.

Repetitio verò, vel nova productio fieri poteſt ut diximus ſupra in præcedentibus inſtantiis *num. 72. in fin. & num. 94.*

134 Verum ſi cauſa verteretur in Rota, vel coram Prælato, vel in camera, aut coram illius clerico, vel Præſide, aut alio quovis judice in prima; vel in ſecunda inſtantia, termini ſubſtantiales, ſervandi ſunt, ſive in Beneficialibus, ſivè in prophanis juxta praxim ſuperius traditam *p. 1. c. 2. n. 101. & ſeqq.* ex qua citationes in hac terminorum ſubſtantialium materia neceſſariæ, & opportunæ juxta contingentiam facti elici poterunt.

135 Si tamen Judex haberet in hoc facultates particulares prout habet A. C. ut dictum eſt ſuperius *p. 2. c. 1. n. 107.* illæ utique eſſent obſervandæ.

136 Ad reiterationem verò terminorum, & ad Sententiam tàm coram judice ordinario, quàm delegato, & tàm in Rota quàm extra eam, in quavis inſtantia, citatur ut infra videlicet.

R.P.D.NN.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

137 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & inculcatè tentos, in vim Innocentianæ, & aliarum quarumcumq; facultatum, abſolvi Inſtantem à cenſuris ad effectum, &c. deferri juramentum in

ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, concludendum, concludique videndum, in cauſa & audiendam Sententiam definitivam in forma, & aliàs, omni &c. ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra &c. admitti ad reiterationem terminorum, qui reiteravit in forma &c. deferri juramentum in ſupplementum, qui tactis juravit &c. & ſententiari, prout in cedula, quam Reverendiſs. D. NN. legit, ſubſcripſit, & mihi conſignavit tenoris, &c. ſuper quibus, &c. præſentibus ſociis Teſtibus, &c. non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Cedula Sententiæ Rotalis.

138 Chriſti nomine Invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de Coadjutorum noſtrorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in cauſa, & cauſis, quę coram Nobis in tertia, ſeù veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. appellantem ex una, & NN. appellatum ex altera partibus, de, & ſuper confirmatione, vel infirmatione Sententiæ ab A. C. ſive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenente latæ in parte, & partibus ad favorem dicti NN. appellati contra dictum NN. appellantem, qua ex parte confirmavit, & ex parte revocavit aliam Sententiam latam per NN. ad favorem dicti NN. contra NN. de, & ſuper certa pecuniarum ſumma ſcutorum mille monetæ, rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, Sententiam dicti Domini NN. in prima inſtantia latam fore, & eſſe confirmandam, prout confirmamus, Sententiam verò dicti Domini A. C. Locumtenentis in partibus dictæ primæ Sententiæ conformibus pariter fore, & eſſe confirmandam, prout confirmamus, in partibus verò contrariis fore, & eſſe revocandam, & infirmandam, prout revocamus, & infirmamus, & ſecundum præmiſſa dicimus bené, vel malè per d. Dominum Locumtenentem judicatum, & reſpectivè benè, vel malè per d. NN appellatum. Victumque Victori in Expenſis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure impoſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè ſententiamus, non ſolum ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c. Ita prononciavi Ego NN. Auditor, Judex Commiſſarius.

Alia Cedula Sententiæ latę extra Rotam.

139 Chriſti nomine Invocato, pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum conſilio ferimus in his ſcriptis, in cauſa, & cauſis, quæ coram Nobis in tertia, ſeù veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter NN. appellantem ex una, & NN. appellatum ex altera partibus, de, & ſuper confirmatione, vel infirmatione Sententiæ latæ per R. P. D. NN. A. C. Locumtenentem confirmatoriæ alterius ſententiæ latæ in prima inſtantia per R. P. D. NN. ad favorem dicti NN. appellati contra dictum NN. appellantem, de, & ſuper certa pecuniarum ſumma (*vel alia re controverſa exprimenda*) rebuſque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, benè per d. NN. appellatum, & malè per dictus NN. in prima, & per dictum NN. A. C. Locumtenentem in ſecunda inſtantia fuiſſe, & eſſe judicatum, ac propterea dictas Sententias, contra dictum NN. appellantem latas, fore, & eſſe revocandas, & infirmandas, prout revocamus, annullamus, & infirmamus, & pro revocatis, & infirmatis haberi volumus, & mandamus, Victumque Victori in Expenſis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de Jure impoſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitivè ſententiamus, non ſolùm præmiſſo, ſed omni alio meliori modo, &c.

Ita pronunciavi Ego NN. Judex Commiſſarius.

Et ex his aliæ Cedulæ quarumcumq; Sententiarum in quavis inſtantia elici, & confici poterunt, mutatis mutandis ſecundum facti contingentiam, & opportunitatem.

140 Quod ſi quis à Sententiis in tertia, & ulteriori inſtantia, ut ſupra, vel aliàs latis, appellare voluerit, poterit id facere, & niſi adſint tres conformes, appellare, juxta Praxim ſuperius traditam *p. 1. c. 13.* & *p. 2. c. 3. & ſeqq.* & *p. 3. c. 2. & ſeqq.* & ſignanter juxta Praxim ſuperius traditam circa appellationes interponendas in ſecunda inſtantia, *n. 79. & ſeq.* unde etiam Cedulæ appellationis opportunæ elici poterunt.

Commiſſio vero appellationis in tertia, vel ulteriori Inſtantia confici poterit, ut infra, & aliàs juxta contingentiam, & opportunitatem facti, videlicet.

Civitatis Caſtelli.

Beatiſſime Pater Dignetur S. V. cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ, infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum à definitiva aſſerta Sententia lata per R. P. D. NN. Sacræ Rotæ Auditorem in tertia Inſtantia non tamen duarum conformium confirmatoria, ad aſſertum favorem NN. contra devotum S. V. Oratorem NN. de, & ſuper certa pecuniarum ſumma ſcutorum NN. rebuſque aliis &c. necnon reſtitutionis in integrum, prout de jure &c. attentatorum, & innovatorum quorumcumq; una cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, ac toto negotio principali, ac quam, & quas &c. alicui alteri S. V. Sacri Palatii Apoſtolici Auditori, ſeù Locumtenenti audien. cognoſcen. deciden. fineq; debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties, Conſtitutionibus, Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, Statum &c. pro plenè &c. 142

Alia extra Rotam.

Viterbien.

Beatiſſime Pater. Dignetur S. V. cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injuſtitiæ, attentatorum, & innovatorum quorumcumque, ac reſtitutionis in integrum, prout de jure infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum a definitiva Sententia, non tamen duarum conformium confirmatoria, in quarta Inſtantia lata per R. P. D. NN. Judicem Commiſſarium, ad aſſertum favorem NN. contra NN. devotum S. V. Oratorem, de, & ſuper Domo ſita in Civitate NN juxta bona NN. & NN. & alios, ſi qui &c. rebuſque aliis &c. una cum omnibus inciden. depend. emergen. annexis, connexis, & toto negotio principali, & quam & quas &c. alicui alteri S. V. Romanæ Curiæ Prælato audien. cognoſcen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, & inhibendi quos, quibus, quoties, ſingulis diebus, & horis, feriatis, & non feriatis, præterquam in honorem Dei feriatis. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Stylo Palatii, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque Statum &c. pro plenè &c.

Commiſſio hæc poſtquam fuerit ſignata, & via ordinaria expedita præſentatur Judici, cui eſt directa, coram quo citatur Pars ad dicendum contra illam, & ad alios actus uſque ad Sententiam definitivam incluſivè, juxta Praxim ſuperius traditam ſub *n. 90. & ſeqq.* & ita obſervatur, toties quoties opus fuerit, donec, vel aliqua Sententia tranſeat in judicatum, vel adſint duę conformes, quę inter Cives, & Incolas vigore Statuti habent vim trium, vel habeantur tres conformes, † quę de Jure communi faciunt rem judicatam, quo caſu ſervatis terminis ſervari ſolitis, & obtenta Commiſſione exequutoriali, ad rei judicatæ exequutionem, & Expenſarum taxationem, ac totalem litis, & exequutionis conſummationem proceditur, juxta Praxim ſuperius poſitam *p. 1. c. 13. n. 77. & ſeq.* 143 144

Cæterum in cauſis in Rota vertentibus quoties aliqua ratione ſuperſedendum eſt in exequutione alicujus Decreti, ſeu Sententiæ, ad effectum impetrandi novam audientiam ſuper eiſdem, vel noviter deducendis, vel ad quemvis alium meliorem finem, & effectum, vel ſolet adiri Præfectus Signaturæ Juſtitiæ pro Superſeſsoria, prout fieri conſuevit in cauſis coram aliis Judicibus vertentibus, juxta ſuperius tradita *p. 1. c. 13. n. 19.* vel citatur Pars coram R. P. D. Rotæ Decano ad videndum ſuperſederi, ut infra, videlicet. 145

R. P. D. Decano.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum mandari ſuperſederi in cauſa uſque ad ſecundam (vel aliam) 146

Digitized by Google

aliam) Rotam (vel aliud tempus beneviſum) & ſibi in-
hiberi ad ſtatim, nè audeat aliquod Mandatum ſuſcipere,
aut ſuſceptum exequi facere, ſeù quicquàm prorſus at-
tentare, vel innovare, ſub pœnis ſcutorum quingento-
rum &c. Mandati exequutivi, & Excommunicationis
in ſubſidium, aliiſque arbitrio Domini, ad ſtatim, ſeù ad
p. d. & interim quandocumqoe Inſtante NN. principali,
ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petlit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum
intimatione, omni &c.
Et poteſt Judex in Decreto mandare ſuperſederi uſque
ad tempus petitom, vel citra illud, prout ſibi benevi-
ſum fuerit, & fit Parti intimatio Decreti, ut infra vi-
delicet.

R. P. D. Decano.

Civitatis Caſtelli Pecuniaria.

Intimetur NN. exadverſo principali, qoaliter Domi-
nus mandavit ſuperſederi (vel inbibuit) & aliàs prout in
actis, Inſtante NN principali, ſivè &c.

N. Notarius.

147 Et ſolet Superſeſſoria uſque ad primam, vel aliam Ro-
tam ex ratione, à Rotæ Decano ſeù eoabſente, vel
impedito, à Vicedecano concedi, ac ex ratione revoca-
ri, ſicut à Præfecto Signaturæ concedi Superſeſſoriam
uſque ad Signaturam, ac etiam revocari poſſe, tradidi-
mus ſoperiùs *d. p. s. c. 13. n. 19.*
148 Sed ſi cauſa verteretur in Camera Apoſtolica, ſeù co-
ram aliquo ipſius Cameræ Clerico, poſſet quidem pro
Superſeſſoria in ſacti contingentia adiri Cameræ Deca-
nus, & in ejus defectum Vicedecanus, ſed non Præfe-
ctus Signaturæ Juſtitiæ, quia hoc Sacrum Tribunal non
reſcribit, nec in aliquo ſe ingerit in cauſis Cameralibus,
& ob id ſi quis in his cauſis non poſſit, ſeù nolit pro Su-
perſeſſoria adire Cameræ Decanum, ſeù Vicedecanum,
debet, ſi illa indiget omninò adire Præfectum Signaturæ
Sanctiſſimi, ſeù illius D. Auditorem.

In omnibus Urbis Tribunalibus.

149 Coronidis loco licet ab initio de ſolo A. C. Tribunali
ejuſque Praxi agere propoſuerimus, poſtqusm tamen de
Cameræ Apoſtolicæ, & aliis Urbis Tribunalibus non
ſemel incidenter mentionem fecimus, quomodo etiam
in cauſis in his vertentibus procedatur, hic paucis obiter
addere non importunum viſum fuit.
150 Prima igitur, ac brevis poteſt conſtitui regula in ex-
trajudicialibus.
Nam Citationes ad concordandum de dubio, intima-
tiones qualiter Dominus ſubſcripſit dubium, & quali-
ter Dominus faciet verbum ſuper conceſſione Remiſſoriæ,
qualiter Dominus proponet cauſam, ſeù dubium, quali-
ter Dominus faciet verbum ſuper expeditione, & ſimiles
extrajudiciales fiunt in Camera Apoſtolica coram Cleri-
cis, ſicut in Rota coram Auditoribus, juxta Praxim ſu-
perius traditam, hoc eodem *cap. 5. n. 104. & ſeqq.* mu-
tatis tantum nominibus Judicum, Notariorum, & Tri-
bunalis, & aliis mutandis juxta contingentiam facti;
151 nam † ſicut Auditores Rotæ, ita etiam Clerici Came-
ræ, Parte contradicente, nibil poſſunt de per ſe expe-
dire, niſi, facto verbo cum aliis collegialiter coaduna-
tis, cum ita fuerit eis ordinatum.
152 Similiter quando faciendum eſt verbom in Camera ſu-
per dubio dandu, vel alia re, & quando procedendum eſt
ad alicujus dubii diſputationem, informari ſolet Came-
ra oretenus, & in ſcriptis, ut dictum eſt ſupra, de Ro-
tæ Auditorio; in Camera tamen, cum omnes votent,
omnes etiam informare neceſſe eſt. licet in Rota ſæpè
ſoleant informari tantum Correſponſales, cum ut pluri-
mum illi tantum votent, ut ſuperius diximus.
153 Secunda poteſt conſtitui Regula in Judicialibus.
Nam Citationes, Decreta, intimationes, Sententiæ,
& alii actus judiciales ferè in omnibus Urbis Tribunali-
bus (*excepto Foro Capitolino, cujus Praxim compilavit
Lucas Petus, ad quem, prout ad Statutum Urbis, in cau-
ſis Capitolinis poterit haberi recurſus*) fieri ſolent, ſicut
coram A. C. ad Praxim ſuperius traditam, mutatis
tamen nominibus Judicum, Notariorum, ac ipſorum
Tribunalium, & aliis juxta facti contingentiam immutan-
dis, ac ſalvis facultatibus uniuſcujuſque Judicis, ſignan-
ter ſalvis infraſcriptis.
Sed hæc regula plures recipit declarationes, Primò 154
namque, ut ſæpiùs diximus, in Tribunali A. C. Vicarii
Baſilicarum, locorum Piorum, Theſaurarii, Camera-
rii, & Burgi cauſæ, tàm ſummariæ, quàm ordinariæ in-
choantur prævio Monitorio, in Rota, & coram Præla-
tis, prævia commiſſione, in Camera prævia propoſitio-
ne, & Decreto Camerali, in Foro Capitolino prævio li-
bello, in Tribunali Gubernatoris, Fabricæ, Ripæ, Ri-
pettæ, Curiæ Sabeliorum, & Turris Nonæ præviis Ar-
ticulis opportunis, & aliis ſimplicibus petitionibus in ci-
tationibus.
In ſecunda verò, & ulteriori Inſtantia, in Tribunali A. 155
C. Vicarii, Baſilicarum, locorum Piorum, & Gubernato-
ris, prævia interpoſitione appellationis, ſeu recurſus, ac
Citatione cum inhibitione, in Rota, & coram Prælatis
prævia Commiſſione, in Camera, prævia Propoſitione,
in Curia Capitolina prævio libello appellationis.
Verum tamen in cauſis ſcutorum viginti monetæ, & 156
infra in A. C. & aliis Urbis Tribunalibus, in quibus cau-
ſæ prævio Monitorio inchoantur, Monitorium non re-
quiritur, ſed ſufficit ſimplex petitio in citatione ad cau-
ſam ritè inchoandam.
In Tribunali verò Fabricæ, licet regulariter proceda- 157
tur via executiva, & manu Regia, quando tamen agi-
tur contra Tertium in Salviano, & ſimilibus, ſeù aliàs
via ordinaria, requiritur Monitorium.
Secundò regula ſuperiùs ſecundò loco tradita declara- 158
tur, nam Decretum, decerni, de quo ſupra *par. 1. cap.
6. num. 4. & n. 20. & ſeqq.* & alibi mentionem fecimus,
in ſolo A. C. Tribunali de Stylo requiritur, & in aliis
non eſt de eſſentia.
Tertiò, Nam in Rota, & coram Judicibus Commiſſa- 159
riis, & ubicumque præſentatur in actis aliqua Commiſ-
ſio, citatur Pars ad dicendum contra Commiſſionem, jux-
ta Formulam ſuperius traditam *par. 1. cap. 13. n. 43.*
At in Camera, in qua cauſæ committuntur ab eadem 160
ipſa Camera, prævio ipſius Decreto, loco dictæ citatio-
nis ad dicendum contra Commiſſionem, fit citatio ad di-
cendum contra Decretum Cameræ, ut infra, videlicet.

Illuſtriſſimo Domino NN.

Civitatis Caſtelli exemptionis.

Citetur NN. exadverſo principalis, ad dicendum 161
contra Decretum Cameræ, & videndum illud admitti,
ac juxta illius formam, & tenorem mandari procedi,
& inhiberi ad p. d. inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

Relatione facta comparuit NN. & repetiit Decretum
Cameræ, ſub die N. factum, & petiit, & obtinuit, ut
ſupra, & inhiberi, omni &c.
Propoſitio autem ſcribitur, inſtante Parte, à Clerico 162
menſario in libro Cameræ, in cujus margine Camera
facit Decretum, videlicet *ad Dominum NN.*
Aliquando autem Camera reſcribit ita ſimpliciter, ali-
quando addit, Ad Dominum NN. qui inhibeat, vel qui
expediat, vel qui procedat juxta mentem Cameræ, &
ſic de ſingulis.
Etenim Camera habet de per ſe Signaturam Juſtitiæ, 163
& reſcribit in cauſis Cameralibus de per ſe, ſicut ſo-
let Signatura Juſtitiæ reſcribere in cauſis non Came-
ralibus.
Et poteſt fieri propoſitio in ſecunda, vel alia Inſtantia 164
ulteriori, ut infra, & aliàs ſecundùm facti contingen-
tiam, videlicet.

NN. contra NN. commit- ti cauſam appellationis à Sen- tentia Domini NN. cum clau- ſulis oportunis, & facultate inhibendi, omni &c.	Ad Dominum NN. 165

In cujus propoſitionis margine Camera committen-
do cauſam uni ex Clericis reſcribit, ut ſupra. Ad Do-
minum NN.
Exadverſo, ſi appellatio non datur, fit proteſtatio, 166
vel imediate poſt dictam propoſitionem, vel de per
ſe, ut infra, & aliàs juxta facti contingentiam, vi-
delicet.

NN. con-

Digitized by Google

167 NN. contra NN. non admitti appellationem, ſaltem ad effectum ſuſpenſivum, attento quod agitur vigore obligationis Cameralis, aliàs &c. omni &c.	Ad Dom. NN.

In cujus margine Camera pariter reſcribit, ut ſupra, videlicet. Ad Dominum NN.

168 In cauſis tamen appellationum à Sententiis Theſaurarii, quia ab eis non datur appellatio ſuſpenſiva, Camera illas committit cum clauſula ſervata forma pri-
169 vilegiorum, † & ſi prætenditur ſuſpenſio, aditur Signatura Sanctiſſimi, obtenta prius Superſeſſoria ab ejuſdem Signaturæ Sanctiſſimi Præfecto, ſeù ejus Auditore, ſed hodie Superſeſſoria obtineri ſolet tantum ab Auditore Sanctiſſimi.

170 Verum attenta nullitate, vel injuſtitia clara, Camera etiam in his cauſis inhibet ad utrumque effectum.

171 Ubicumque verò eſt in Camera diſputandum aliquod dubium, ſemper informata Camera, ut ſupra, debet fieri propoſitio, ut infra, quæ ſcribitur à Menſario, ut ſupra, alias, ea non facta cauſa non diſputatur, videlicet.

NN. contra NN. proponi & reſolvi dubium ad relationem D. N. N. omni &c.	Ad Dominum NN. &c.

In cujus margine Camera reſcribit, ut ſupra, *num.* 56a. *& ſeqq.*

Similiter, ubicumque Camera informatur, debet fieri propoſitio opportuna, ut ſupra, & aliàs juxta contingentiam facti, aliàs nihil fit.

172 Ubicumque autem quis ſe à Camera gravatum ſentit, poteſt, ſi vult adire Signaturam Sanctiſſimi, quæ reſcribit etiam in omnibus cauſis Cameralibus, juxta facti contingentiam, & opportunitatem.

173 Quartò, Regula ſuperius ſecundo loco tradita declaratur, nàm in Tribunali Almæ Urbis Gubernatoris, & aliis inferioribus prout Curiæ Sabellorum, Turriſnonæ, & ſimilibus, in quibus eadem Praxis obſervatur, etiam in cæteris, ſolent multiplicari nonnullæ citationes, etenim ex citatione ad dicendum contra Articulos fiunt
174 duæ primæ ſcilicet ad dicendum † contra Articulos facto datos, & videndum illos ad probandum admitti, & juxta illorum formam mandari procedi ad p. d. & demum obtento Decreto ſuper illorum admiſſione, fit ſecunda citatio ad videndum examinari Teſtes, ut infra, videlicet.

Gubernatore.

175 Citetur NN, ex adverſo principalis, ad videndum mandari examinari Teſtes, & committi Notario examen, & receptionem Juramentorum in forma, ad p. d. & poſtquam commiſſum fuerit, videndum illos jurare in eorum, vel Notarii domibus: & ubi reperti fuerint per totam illam, & quinque ſequentes dies dandum Interrogatoria, & conducendum Interpretem, & quatenus, &c. alias &c ad p. d. Inſtante NN. principali, ſivè &c.

N. Notarius.

Decretum, & alia circa examen ſervanda tradidimus ſupra *p. 1. c. 11. n. 2. & ſeq.*

Obſervandum tamen eſt, quod licet in Tribunalibus ſupremis, prout Rotæ, Cameræ, & Cameralium, A.C. Vicarii, & ſimilibus, & in cauſis commiſſis Prælatis. Teſtes jurare debent per diem ante examen, aliàs illud non valeat, ſecus eſt in Tribunali Gubernatoris, & aliis inferioribus, in quibus illos juraſſe per diem ante, ut ſuprà, non eſt opus, ſed ſufficit, ſi jurent in actu examinis, dum ſe examini ſubiiciunt.

176 Similiter ex citatione ad videndum taxari, & moderari Expenſas, & taxatas, & moderatas ſolvendum in Tribunali Gubernatoris fieri ſolent duæ, prima ad videndum taxari, & moderari Expenſas, ad p. d. & ſecunda demum, Expenſis taxatis, ad ſolvendum Expenſas taxatas, & moderatas, aliàs videndum decerni, & relaxari Mandatum exequutivum, ad p. d. & Decreto obtento fit Intimatio opportuna, qua reproducta elapſo termino in Decreto contento, expeditur Mandatum pro expenſis, niſi pars ſolverit, aut quid relevans deduxerit.

177 Quintò, in Citatione ad Sententiam in Tribunali Gubernatoris, & aliis Sæcularibus, prout in Foro Capitolino, non ponuntur illa verba, abſolvi inſtantem à Cenſuris, &c. Nec in aliis citationibus, quando eſt inhibendum, dicitur ſub pœna excommunicationis; &c.

Sextò in Tribunali Gubernatoris in cauſis Civilibus 178
Mercedum, & aliis, in quibus ipſe procedit manu Regia, non ſervantur termini ſubſtantiales, nec citatur ad videndum reiterari, ſed ad videndum deferri juramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, concludendum, concludique videndum in cauſa, & audiendam Sententiam definitivam in forma, ad p. d. Inſtante &c.

Quod obſervatur etiam in Tribunali A. C. in cauſis à ducatis ducentis auri infra, in quibus ipſe procedit manu Regia, prævio tamen Monitorio, in vim ſuarum ordinariarum facultatum.

Prout etiam idem ſervatur in Tribunali Eminentiſſimi Vicarii in cauſis à ducatis ſexaginta auri infra, in quibus ipſe, licet prævio Monitorio, procedit tamen manu Regia, virtute ordinariarum facultatum ſuarum.

Verum in cæteris Tribunalibus Urbis ſunt attendendæ facultates cujuſque Judicis, & termini ſubſtantiales ſervandi, vel non, juxta illarum formam, & tenorem.

Cæterum, ceſſantibus facultatibus procedendi manu Regia, vel illis de terminis ſubſtantialibus nihil diſponentibus, Aliqui ſolent ſervare terminos ſubſtantiales in cauſis à ſcutis, quinquaginta ſupra, alii verò illos ſervant in omnibus cauſis à ſcutis viginti ſupra, nam abundans cautela poteſt potius prodeſſe, quam obeſſe, & ita obſervat Praxis, ſignanter in Camera, & coram Cameralibus.

Et niſi cauſa ſit beneficialis, vel Judex habeat facultatem procedendi, prout in Beneficialibus, prout habet A. C. termini ſervandi ſunt, prout in prophanis, juxta Praxim ſuperius traditam, *par. 2. cap. 1. num. 101. & ſeqq.* & ſupra hac eadem *par. 3. cap. 5. numer.* 132. *& ſeqq.*

Septimò, in Foro Capitolino loco citationis ad di- 179
cendum contra jura, vel Articulos, fit citatio ad videndum fieri productionem certorum Jurium, vel Articulorum, hodiè tamen ſufficit etiam citatio ordinaria ad dicendum contra Jura, vel Articulos, ſicut in aliis Tribunalibus.

Octavò, à Sententiis, & Decretis A. C. datur appel- 180
latio ad Papam, in cauſis à ſcutis viginti monetæ ſupra, in cauſis verò à ſcutis viginti monetæ infra, non datur appellatio, nec recurſus.

Ad quos autem, & quomodo, & infra quam ſummam 181
detur appellatio, ſeù recurſus à Sententiis, & Decretis aliorum Judicum Romanæ Curiæ, latius tradidimus ſupra *par. 1. cap. duodecimo, n. 206. & ſequentibus.*

Illud addi poteſt, quod Eminentiſſimus & Reveren- 182
diſſimus D. Cardinalis Epiſcopus Hoſtienſis, Sacri Collegii Decanus, habet juriſdictionem Romæ in recurſibus à Sententiis, atque Decretis latis, ſeù factis extra Curiam in locis ſuæ juriſdictionis, tàm in ſecunda, quam in ulteriori Inſtantia, & deputat in Urbe non ſolum Notarios A. C. & alios, ſed etiam Judices ad ſui libitum, exceptis privilegiatis.

Verum Duces, & Barones Romani non poſſunt pro- 183
ferre Sententias in Curia, At ſi caſus contingat, ſolent facere datas extra Portas Urbis.

Sed de his haſtenus, etenim de exequutione rei judicatæ, ac trium conformium, necnon de expenſarum taxatione, ſatis diximus ſupra *par. 1. cap. 13. n. 69. & ſeq. per tot.* & in reliquis Sapienti præmiſſis, vel inventis, addere non erit difficile.

Obſervationes.

INhibitio pluribus modis uſurpatur, ſignanter autem A
accipitur dupliciter ſcilicet, vel pro præcepto negati- 184
vo, quod emanavit à Lege, vel pro præcepto negativo, quod emanat ab homine; primo modo rurſus ſumitur, vel pro præcepto negativo emanante à lege divina, in quibus terminis Deus præcepit Adæ ſub pœna mortis, de ligno ſcientiæ boni, & mali nè comedas, *Geneſ. capit. 2. n. 17.* & in Decalogo, non habebis Deos alienos coram me, non aſſumes nomen Dei tui in vanum, non

non occides, non furtum facies &c. Exod. *cap. 20. num. 3. & ſeq.* & Joſue inhibuit Soli, & Lunæ, Sol contra Gabaon ne movearis, & Luna contra Vallem Ajalon, Joſ. *c. 10. nu. 12. & ſeqq.* & Deus inhibuit Satanæ; tantum nè in eo intendas manum tuam, Job. *cap. 1. num. 12.* & elementis, quando legem ponebat aquis, nè tranſirent fines ſuos, *Proverb. c. 8. n. 29.*

185 Vel pro præcepto negativo emanante, tàm à Lege Divina, & Evangelica, quam à Lege naturali, Canonica & Civili, quod enim alterum non lædas, & quod tibi non vis alteri nè facias, omnia jura clamant, *capit. dilecti ubi* Gloſ. *in verbo nolles, de Major. & obed.* & habetur *in prob. dec. etul. ubi* Gloſ. *in verbo alterum, & diſtinct. prima in princ. decretor. Humanum genus, §. Juris præcepta, ubi* Gloſſ. *in verbo alterum non lædere Inſtit. de Juſtit. & Jur. leg. Juſtitia, ubi* Gloſſ. *in verbo lædere, ff. de juſtit. & jur.*

186 Vel pro præcepto negativo emanante à lege humana, prout nè res Minorum alienentur ſine Decreto, *l. 1. ff. de reb. eor.* nè res Eccleſiæ alienentur *l. jubemus, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* nè ineatur pactum ſuper hæreditate viventis, vel alias contra bonos mores, *leg. fin. C. de pact.* cum aliis latius cumulatis per Mandoſ. *d. inhibit. quæſt. 2, num. 4.*

187 Quatenus verò Inhibitio uſurpatur pro præcepto negativo emanante ab homine, vel ſumitur pro præcepto emanante à Pontifice Romano, vel ab alio, inhibitio emanans à Pontifice Romano eſt formidabilior cæteris, ipſe enim præcipit, & inhibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna maledictionis æternæ, *cap. 1. in princip. de Sepult. in 6.* quæ quidem Inhibitio eſt etiam potentior cæteris, ſicut ipſe major cæteris eſt, *cap. ſolitæ, de major. & obed.* & non eſt alius in terris dignior ſanctitate ſua, juxta ea, quæ tradit *celeb. me.* Maſſinius *Præceptor meus*

188 *in rub. ff. de offic. ejus ſub num. 343.* cum † ſit Dei Vicarius, & Viceſgerens in terris *cap. 2. & c. 3. de translat. Epiſcop. cap. ad Apoſtolicum, §. non itaque, de re jud. in 6. c. quanto de translat. Epiſc.* cujus factum cenſetur factum à Deo Matth. *cap. 16. n. 18. & ſeqq. cap. cuncta per mundum 9. q. 3. c. propoſuit, de conceſſ. præb. d. cap. quanto, de translat. Epiſc.* & hinc ob id illum Deum in terris affirmant Bald. *in leg. fin. C. Sent. reſcind. non poſſ.* Dec. *in cap. 1. num. 15. de Conſtit.* Felyn *in c. ego N. col. 2. verſ. & ideo, de Jurejur.* Card. Pariſ. *conſ. 5. n. 73. & conſ. 68. n. 161. lib. 4.*

189 Ab alio verò, aut accipitur pro præcepto emanante a Principe, & Domino temporali, nam ad Principem ſpectat ordinare de omnibus ad Populi commodum ſpectantibus, ac illius regimen, *Divus Thom. 2. 2. q. 104. art. 1.* & de his in præſenti non agimus.

190 Aut accipitur pro præcepto prohibitivo emanante à Judice, & de hac inhibitione paucis, ut infra, agemus.

191 Inhibitio dicitur, ſeu derivatur à verbo, inhibeo, quod nihil aliud eſt, quàm prohibeo, veto, ſeù interdico, in quibus terminis accipitur *in cap. cum inferior, de Major. & obed. & in cap. non ſolum, §. illa vero, & in cap. Romana, §. ſi vero, de Appellat. in 6. & in lib. 1. §. ſi Judex, ff. de Jud. & in lib. 1. ff. de ne pend. nov. nunc.* Mandoſ. *de Inhib. quæſt. 1. n. 1.*

192 Fuit judiciaria inhibitio, de qua agimus, de Jure poſitivo introducta, *l. 1. & tot. tit. ff. ut lit. pend. nil innov. & l. 1. & tot. tit. ff. nil. innov. app. pend. l. 1. ff. de nov. oper. nunciat. & cum ſimil.*

193 Idque ſumma ratione ſcilicet ad juriſdictionem Judicis, & jura partium conſervanda Lancellot. *de attent. poſt inhibit. cap. vigeſimum in præfat. num. 9. & ſeq.* Mandoſ. *de inhibit. q. 1. n. 3.*

194 Eſt autem Inhibitio ab habente majorem poteſtatem Judici, vel Parti, vel utrique, nè quid fiat, vel cœptum proſequatur, ad juriſdictionem, & jus partium præſerſim conſervandum, facta prohibitio, Mandoſ. *de Inhib. d. q. 1. n. 3.*

Vel

Inhibitio eſt ad juriſdictionem, & jus partium de cætero conſervandum, actus nullitatem, ac pœnarum incurſum inducens, à Jure introducta, vel ab habente juriſdictionem ordinariam, vel delegatam emanata proviſio, Lancell. *de attent. poſt inhibit. q. a c. 20. in præfat. n. 7. & ſeq.*

195 Cæterum inhibitio à Judice emanans, de qua agimus, eſt duplex, nàm alia eſt Judicis ordinarii, alia Judicis delegati, Mandoſ. *de inhib. quæſtion. ſecunda, n. 9. in fin.* Lancell. *de attent. poſt inhib. cap. 20. n. 7. & n. 28. & ſeqq.*

Inhibitio Judicis ordinarii eſt illa, quæ emanat à quovis Judice, virtute ejus ordinariæ juriſdictionis, prout quando A. C. virtute appellationis, ſeù recurſus, aut aliàs inhibet, juxta ſuàs ordinarias facultates, de quibus Paulus Quintus *conſt. 28. Eximiæ, & conſt. ſeptuageſima prima Univerſi agri*, cum aliis allegatis ſupra *par. 1. cap. 1. num. 33.* 196

Inhibitio verò judicis delegati eſt illa, quæ emanat à judice, virtute commiſſionis, prout eſt Inhibitio Rotalis, cum in Rota omnes cauſæ ſint Commiſſariæ, & prout ſi A. C. aut alteri Prælato aliqua cauſa fuerit à Signatura commiſſa, ſeù delegata, & ipſe virtute hujuſmodi commiſſionis inhibuerit, ut omnes notant. 197

Ad hoc igitur ut locus ſit inhibitioni, Primò requiritur in judice inhibente majoritas juriſdictionis, & ſuperioritas *cap. tuam, de ordin. cognit.* Lancellot. *de attent. poſt inhib. d. c. 20. num. 23.* 198

Nàm † nec minor majori, nec par pari inhibere poteſt cum nec minor in majorem, nec par in parem habeat imperium, *cap. innotuit, de elect. cap. cum inferior de major. & obed. l. ille à quo, § tempeſtivum, ff. ad Sen. conſul. Trebell. l. 3. §. final. & l. nàm magiſtratus ubi* Gloſ. *in verbo Imperio, ff. de recept. Arbit. l. digna vox, C. de leg.* Clar. *in § fin. quæſt. 38. verſ. quæro pone, ubi de communi,* Mandoſ. *de inhib. q. 4. n. 2.* Lancellot. *de attentat. poſt inhibit. d. c. 20. n. 96.* Rota *dec. 146. n. 1. par. 3. recent.* 199

Hinc ſi duo judices inter ſe contendant de Juriſdictione, recurrendum eſt ad Superiorem, *l. duo Judices, ff. de re jud.* & quotidie obſervat Praxis, & Curia, ut diximus ſupra *par. 1. cap. 7. num. 15. & ſeq. & numero 25. & ſequentibus.* 200

Concluſio tamen, quod Par in Parem non habet Imperium, Primò non procedit in adjuncto, qui, præſentata ſibi commiſſione, poteſt, conjudicibus inhibere, ne ulterius ſine eo in cauſa procedant, Stapbil. *de lit. grat. & juſt. par. 2. fol. 178. verſ. in commiſſionibus juſtit.* ubi quod ita practicatur Lancell. *de attent. poſt inhib. par. 2. cap. 20. num. 98.* 201

Secundò non procedit, quando Statutum, vel conſuetudo induxiſſet, ut minor majori, & par pari inhibere poſſit, quo tamen caſu ille minor, vel par, quad illum actum major habeetur, Mandoſ. *de Inhibit. quæſt. 4. num. 5.* Lancellot. *de attent. poſt inhib. dict. cap. 20. num. 99.* 202

Proindè cum A. C. juxta ſuas ordinarias facultates virtute appellationis, ſeù recurſus à quibuſvis Sententiis definitivis, interlocutoriis, & gravaminibus illatis, ſeù comminatis, omnibus judicibus ordinariis, necnon Arbitris, & Arbitratoribus Romanæ Curiæ (*Vicario, & Gubernatore, Senatore, & Judicibus Capitolinis dumtaxat exceptis*) ac etiam extra Curiam omnibus Judicibus ordinariis, delegatis, Arbitris, Arbitratoribus, Legatis Sedis Apoſtolicæ, Vicelegatiſque in terris S R E. mediate ſubjectis, & aliis earum Gubernatoribus, Officialibus, & quibus in Feudum, ſeù Vicariatum, aut aliàs quomodolibet conceſſis, ac demum in cauſis per viam appellationis, ſeù reclamationis, aut recurſus ad Sedem Apoſtolicam devolutis, & quę devolventur in poſterum, quibuſcumque ordinariis, etiam extra Statum Eccleſiæ, inhibeat, Leo Decimus *conſt. 33. Miniſterio* Gregor. Decimus tertius *conſt. 55. Ad generis ſecundum antiq. impreſſ.* Gregorius XIV. *conſtit. Ad generis, §. & quaſcumque, poſt Prax.* Salutl. Tib. Paulus V. *conſtit. vigeſima octava, Eximiæ. §. & quaſcunque*, utique † iſtis omnibus, quibus inhibet, major, ac ſuperior cenſeri debet *ex prællegatis.* 203 204

Secundò requiritur, ut inhibitio canonicè fiat, & ex cauſa probabili, *c. non ſolum, §. illa vero, & cap. Romana, §. ſi vero, de Appellat. in 6.* 205

Dicitur autem fieri canonicè inhibitio, quando appellatio interponitur ex cauſa probabili, & per hujuſmodi appellationem negocium eſt ad Judicem appellationis devolutum, & Judex, appellatione recepta, cœpit cognoſcere de veritate cauſæ, *cap. Romana §. quod ſi obiiciatur, de Appellat. in 6.* Rot. *dec. 38. nu. 2. & ſeq. de appell. in nov.* 206

Vel

207 Vel quando emanavit prævia cauſæ cognitione, &
Parte citata, Lancell. de attent poſt inhibit. par. 2. cap. vi-
geſimo, limit. prima, n. 6. ubi de communi teſtatur.
208 Tertiò igitur requiritur citatio ad videndum Inhiberi
dict. cap. Romana, §. ſi vero, de appellat. in 6. Feder. de
Sen conſ. 300. n. 1. verſ. nàm, & Iudex appellationis. Spec.
de apell. §. de officio, n. 5. verſ. ſed numquid eo caſu, Aret.
conſ. 20. column. 4. n. 4. Rol. conſil. 77. num. 24. lib. 2. Archid.
in d. cap. Romana, n. 6. de appell. in 6. Lancell. de attent. d.
cap. 26. lim. 1. num. 6. ubi de communi, Gravat. ad Veſt.
lib. 8. c. 4. n. 38. ubi de magis communi, Rot. dec. 3. colum.
2. verſ. in cauſis, de appellat in nov.
Quod ſignanter procedit etiam de Stylo Sacri Pala
tii, quando pars eſt præſens in Curia, Rota dec. vigeſima
quarta, num. 1. & dec. 26. de dol. & cont. in antiq. Man.
dec. 219. num. 1. & dec. 223. num. 1. & paſſim ſer-
vat Praxis, & Curia in omnibus Urbis Tribunali-
bus.
209 Proindè inhibitio emanata, Parte non citata, venit
moderanda, Mantic. dicta dec. 219. n. 1. & dicta dec. 223.
n. 1.
210 Sed hoc Primò non procedit inhibitione facta, con-
tra partem à Curia abſentem, nàm tunc poteſt Iudex
etiam parte non citata inhibere, Rota dict. dec. vi-
geſima ſexta de dol. & cont. in antiq. & ob id unico
contextu expeditur ad partes citatio cum Inhibitio-
ne, juxta Formulam ſuperius traditam nu. 7. & alias
mutatis mutandis, juxta contingentiam facti, & Sty-
lum Tribunalis inhibentis, prout quotidie Praxis, & Cu-
ria obſervat.
211 Cæterum Inhibitio, ſeù Monitorium cum clauſula,
ſi quis per comparitionem inhibiri, ſeù moniti, reſolvi-
tur in ſimplicem citationem Rota dec. 320. nu. 10. par. 2.
recent.
212 Secundò non procedit, quando judex inhiberet ex
officio, quia tunc citatio non requiritur. Feder. de Sen.
d. conſ. 300. nu. 1. verſ. hoc quod dicitur Mant. d. dec. 223.
nu. 1. verſ. nec ad rem.
213 Quartò ad hoc ut ſit locus inhibitioni ſignanter ad
partes expeditæ, requiritur, quod illa exequatur, &
præſentetur, nam aliàs non afficit, etiam ſi fuiſſet de-
creta Joann. Andr. ad Specul. de appellat §. noviſſimè ver-
ſic. procedit, litt. C. lib. 2. Soccin. conſil. 45. num. 7. lib.
1. Lancellot. de attent. poſt Inhibit. lib. 2. cap. 20. de-
claratione prima, in principio, & num. 3. Seraphin. dec.
1046 nu. 1. Rot. dec. 467. num. 2. part. 3. recent. Cavaler.
dec. 499. nu. 1. quod procedit etiam data ſcientia rela-
xationis illius. Joan. Andr. ad Specul. ubi ſupra, Seraph.
dicta dec. 1046. nu. 1. & ſeq.
214 Reſpicitque de ſui natura Inhibitio futura, non antea
geſta, c. ſi eo tempore, ubi Franc. nu. 2. & alii de elect. in
6. c. 1. in princ. de nov. oper. nunc. c. non ſolum in 2. reſp.
de appellat. in 6. Feder. de Sen. conſ. 300. nu. 1. Lancell.
de Attent. poſt inhibit. c. 20. declarat. 1. nu. 2. Seraph. dec.
1046. num. 1. Rot. poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 120.
nu. 3. Buratt. dec. 902. nu 1.
215 Præſentata verò in tempore Inhibitio cauſat attentata
Andr. dec. 16. num. 1. & præſentata uni ex Adverſariis,
216 † qui eſt etiam Procurator aliorum, afficit omnes Cæſ.
de Graſſ. dec. 6. num. 3. de cauſ. poſſ. & prop. Gregor. dec.
435. nu. 2.
217 Et intimata Parti afficit etiam Judicem, itaut ſi ad In-
ſtantiam Patris procedat, ſine dubio attentet Lancellot.
de Attent. poſt Inhibit. par. 6. cap. 20. ampl. 19. num. 1.
& ſeqq. & declar. 1. num 21. & ſequent. Ant. Auguſt.
dec. 1517. Thom. par. 3. lib. 3. divers. Rot. deciſ. 130.
nu. 5. poſt conſil. crim. Farinac. lib. 2. & apud Marcheſ. de
Commiſſ. ſuper Attent. p. 2. c. 2. dec. 7. nu. 5. fol. 36 Ferrent.
ad Buratt. dec. 177. nu. 9. verſ. amplitatur quinto, Gregor.
dec. 360. nu. 2.
218 Et è contra exequuta contra Judicem afficit etiam
Partem non inhibitam Lancell. de Attent. poſt inhib. d.
c. 20. declar. 1. nu. 14. & ſeq. Biſignet. dec. 4. nu. 5. de Ap-
pell. Cæſar. de Graſ. dec. 6. num. 7. & ſeqq. de cauſ. poſſ.
& prop. Rot. in Tordonen. Iuriſpatronatus prima Junii
1611. coram Sanctiſſimo Domino Noſtro Innocentio De-
cimo.
216 Poteſtque Judex Commiſſarius inhibere contra Ro-
tam, & Judici de partibus, etiamſi in Commiſſione non
ſit expreſſa facultas citandi extra Curiam Mandoſ. de
inhibit. qu. 3. nu. 3. Lancell. de Attent. poſt Inhib. cap.
20. in præfat. num. 127. Caſſad. dec. 4. num. 3. in fin.
de reſcript.
Et poſt concluſum in cauſa, non tamen Auditori Sa- 220
cri Palatii Rota dec. vigeſima ſexta, & dec. 30. de dol.
& cont. in antiq. & deciſ. 66. num. 1. de Appellat. in
antiq.
Verum A.C. hac commiſſione non indiget cum ha- 221
beat in facultatibus expreſſum, ut poſſit citare, & in-
hibere in Curia, & extra Paulus Quintus conſtit. 28. Emi-
niæ §. 32.
Sed concluſio, quod inhibitio ſit exequenda, & præ- 222
ſentanda, aliàs non afficiat, Primò non procedit, quan-
do Inhibitio emanavit parte ut ſupra citata, ad viden-
dum ſibi inhiberi, tunc enim alia exequutio inhibitionis
poſtea non eſt neceſſaria, prout paſſim obſervat Praxis,
& Curia.
Secundò non procedit, quando Jus inhibet, nam tunc 223 131
ſufficit ſola intimatio, abſque alia inhibitione juxta tent.
in cap. tuam de ord. cog. cap. lator qui fil. ſint legitim.
cap. 2. de reſtit. in integr. Feder. de Sen. conſ. 236. nu. 3.
verſic. ob quam cauſam dico, Alex. conſ. 93. nu. 1. lib. 3.
Roman. conſ. 330. nu. 4. & ibi Mandoſ. in addit. Rot. dec.
3. verſ. quibus de appellat. in nov.
Contrarium videtur ſenſiſſe Rota dec. vigeſima quin- 224
ta in princip. de dol. & cont. in antiq. Sed poteſt intel- 132
ligi, ut procedat eo caſu, quo Jus non inhibet, prout
quando fuit appellatum ante Sententiam definitivam,
quo caſu, niſi Judex ad quem inhibeat, poteſt Judex à
quo procedere ad ulteriora, donec conſtiterit de verita-
te appellationis cap. non ſolum §. illa verò de Appellat.
in 6. Soccin. conſil. quadrageſimo tertio num. 8. libr. 1. 133
vel donec fuerit inhibitum Theſaur. dec. 49. num. 1.
vel prout quando committitur Auditori Sacri Palatii
cauſa, quæ ante erat alteri commiſſa, ut innuunt ver-
ba Deciſionis, ſecus quando jus inhibet ex ſupra allega-
tis.
Tertiò non procedit in cauſis commiſſis Eminentiſ- 225
ſimis Cardinalibus, nàm intimatio commiſſionis facta
à Cardinali ob ejus reverentiam habet vim Inhibitionis
Rota dicta deciſione vigeſima quinta de dol. & contum.
in antiq.
Sic etiam Commiſſa Auditori Sacri Palatii cauſa, 226
quæ antea vertebatur coram aliquo Eminentiſſimo 134
Cardinali, ob ejus reverentiam non inhibetur, ſed tan-
tum intimatur commiſſio, quæ Intimatio deſervit pro
Inhibitione Rot. dict. dec. 25. in fin. de dol. & contum. in
antiq.
Sic denique Cardinalis, cui cauſa eſt ultimo loco com- 227
miſſa, non inhibet, ſed inſinuat commiſſionem alteri
Cardinali. Rota deciſ. trigeſima prima de dol. & contum.
in antiq.
Quintò quando agitur de obtinenda Inhibitione ſpe- 228
ciali, requiritur, ad hoc ut illi ſit locus, quod timens
Indebitè gravari poſſe, imploret officium Judicis, ut in-
hibeat ei, à quo vexari, & moleſtari timet, leg. fundi,
ff. de except. leg. ſi Pater, C. qui bon. ced. poſ. Felyn. in
rubr. de treg. & pac. in fin. num. duodecimo, Bald. in d. l. 135
ſi Pater, numer. ſecundo, C. qui bon. ced. poſ. Alex.
in leg. ſi finita, §. fin. nu. vigeſimo nono, ff de damn.
infect. Roman. conſil. 244. in princip. Rota dec. 606.
num. 1. par. 2. recent. Burat. dec. 83. numer. 3. & deciſ.
141. num 14.
Quæ quidem inhibitio, ſi agitur de debito proprio 229 136
ſupponit eam petentem fateri, vel ſaltem, non negare ſe
debitorem, & allegare exceptionem ob quam tutus red-
datur dicta leg. ſi pater, ubi Caſtr. num primo, & ſeq. &
Salic. num. tertio, quos ſequitur Buratt. dicta dec. 137
83. num. tertio, Rota dicta dec. 606. numer. 1. par.
2. recent.
Operatur autem primo Inhibitio Rotalis virtute ap- 230
pellationis conceſſa, ut ſive juſta, ſive injuſta ſit timen-
da, & cauſet attentata, l. 1. in prin. ff. de oper. nov. nunc. 138
cap. ſignificantibus, de Appell. Mandoſ. de Inhib. q. 100.
n. 6. in fin. Lancell. de Attent. poſt inhib. par. 2. cap. 20.
ampl. 11. n. 4. Rot. dec. 26. n. 3. de Appell. in antiq. Verall.
dec.

dec. 93. par. 2. Put. dec. 285. lib. 3. in correct. ubi de obſervantia Rotæ teſtatur, Achill. dec. vigeſima nona de Appell Cęſ. de Graſſ. dec. 3. num. 10. de Appel. Seraph. dec. 654. num. 2. Mantic. dec. 168. num. 2. & dec. 354. n. 4. Rota dec. 201. num. 1. p. 2. diverſ. & dec. 55. num. 1. poſt conſ. crim Farinac. lib. 2. & dec. 464. num. 1. & ſeq. & dec. 637. num. 2. par. 1. & dec. 159. num. 4. & dec. 670. num. 1. p. 2. recent. Coccin. dec. 14. num. 9 dec. 171. num. 1. dec. 315. num. 1. dec. 380. num 2. & dec. 399. num. 1. Rota apud Marcheſ. de Commiſ. ſuper Attent. p. 2. dec. 44. num. 1. fol. 34. & dec. 7. num. 1. & ſeq. fol. 35. & ſeq. Greg. dec. 435. num. 4. Rota dec. 114. num. 1. & dec. 216. numer. 2. & dec. 769. num. 2. par. 3. & dec. 102. num. 2. & dec. 214. n. 2. p. 5. & dec. 75. num. 4. par. 6. recent. Cavaler. dec. 335. n. 1. dec. 344. n. 2. dec. 574. num. 1. & dec. 591. num. 1. Duſan. dec. 124. num. 2. & dec. 312. num. 1. Buratt. dec. 177. num. 1. dec 267. n. 6. dec. 652. n. 1. dec. 902. nu. 5. & dec. 909. num. 1. & aliàs ſæpè.

231 Quod videtur procedere etiam generaliter In Inhibitionibus emanatis à Curia, & ſic etiam à ſupremo A. C. Tribunali, quia de ſtylo Curiæ non fit diſtinctio, an Inhibitiones ſint canonicæ nec nè, cum ſint ut ſupra timendæ, ſive juſtæ ſive injuſtæ. Lancellott. de Attent. poſt inhibit. d. p. 2. c. 20. ampl. 22. num. 1. & ſeq. Rota d. dec. 201. n. 1. par. 2. diverſ. & dec. 179. num. 3. & ſeq. par. 7. recent.

232 Et ratio eſt quia ſi inhibitio emanavit In Curia facile eſt recurrere pro moderatione illius ad Judicem, qui inhibuit Lancellot. de attent. poſt Inhib. par. 2. cap. 20. ampl. 11. num. 4. verſ. quibus adde tu, Rota apud Marcheſ. de commiſſ. ſuper Attentat. p. 2. dec. 7. nu. 8. fol. 36. & dec. 670. n. 2. p. 2. & dec. 114. n. 1. p. 3. recent.

233 Vel ad Principem, ſeù ad Signaturam pro moderatione Inhibitionis, ſeù reformatione Commiſſionis. Mandoſ. de Inhib. quæſt vigeſima quinta, num. 4. Lancell. de Attent. poſt inhib. par. 2. cap. 20. ampl 11. nu. 4. verſic. quibus adde tu, & num. 5. Achill. deciſ. 29. num. 6. de appell. Put. dec. 305. lib. ſecundo. Rot. dec. 22. lib. 1. p. 3. diverſ. & dec. 679. numer. 2. p. 2. & dec. 216. num. 2. p. 3. & dec. 102. num. 3. & ſeqq. par. 5. recent. & apud March. de Commiſſ. ſuper Attent. par. 2. dec. 7. num. 8. fol. trigeſimo ſexto, & deciſ 130. num. 8. poſt Conſ. crim. Farinac. lib. 2. Cavaler. dec. 574. num. 5. Durand. dec. 104. num. 2.

234 Si verò Inhibitio fuit tranſmiſſa extra Curiam, non eſt aperienda via inferioribus cognoſcendi de viribus hujuſmodi inhibitionum, & ſignanter Rotalium, & ſub iſto clypeo illas de facili contemnendi, Lancellot. de Attent. poſt inhibit. dicto capitulo vigeſimo, ampl. 11. nu. 4. Mandoſ. de Inhib. q. 20. nu 1. Achil deciſ. vigeſimanona, ubi de ſtylo Rotæ teſtatur de appellat. Verall. dec. 93. p. 2. Put. dec. 395. lib. 2. Rot. dec. 159. num. 4. & dec. 670. nu. 2. p. 2. & dec. 102 num. 3. & ſeq. par. 5. recent. & apud Marcheſ. de Commiſſ. ſuper Atten. dicta par. 2. dec. 7. num. 8. fol. trigeſimo ſexto, & dec. 130. numer. 80. poſt conſil criminal. Farinac. lib. 2. Mantic. dec. 345. n. 4. Coccin. dec. 315. n. 2. Duran. dec. 104. n. 2.

235 Nàm Inferior debet parere, cum ad eum non ſpectet judicare de viribus inhibitionum Rota dec. 124. nu. 5. & dec. 513. num. 10. par. 1. & dec. 714. num. 3. p. 3. recentior. & in Colonien. Optionis 3. Julii 1645. coram R. P. D. Ghiſlerio Andr. dec. 16. n. 2. ubi quod ita fuit ſæpè deciſum, dec. 34. num. 4.

236 Adeò quod Inhibitio Rotalis etiam emanata vigore Commiſſionis ſubreptitiæ, ſit timenda Achill. dec. 26. de appell. Seraph. dec. 654. n. 2. Rot. dec. 459. nu. 3. par. 2. recent. Gregor. dec. 119. n. 8. Buratt. dec. 652. n. 5.

237 Sed Primò hoc non procedit de Jure, nam Juris diſpoſitione attenta Inhibitio, debet eſſe canonicè facta, ad hoc ut afficiat cap. non ſolum, de appel. in 6. Rot. dec. 58. n. 1. & ſeqq. de appell. in nov. & dec. 3. num. 1. de except. in nov.

238 Quicquid tamen ſit de Jure ſecus eſt de ſtylo Rotæ, & Curiæ, ex rationibus ſuperius allegatis, & ob id dicta dec. 58. de appellat. & dicta dec. 3. de except. in hoc non ſervantur, cum, dicto Stylo attento, non ſit curandum ad effectum de quo agitur, an Inhibitio canonicè nec ne emanavit, nè ſub eo clypeo Inhibitiones contemnantur Lancell. de Attent. poſt Inhibit. dict. p. 2. cap. 2. ampl. 11. n. 4. & ſeq. Achill. dicta dec. 29. num. 3. de appell. Rot. dec. 762. num. 1. p. 4. diverſ. & apud Marcheſ. de Commiſſ. ſuper Attent. p. 2. c. 2. dec. 7. num. 1. & ſeq. fol. 35. & ſeq. Gregor. dec. 119. num. 8. in quibus dictæ deciſiones antiquæ reiiciuntur, cum aliis ſuperius cumulatis verſ. operatur autem, num. 229.

Secundò non procedit, quando fuit actum vigore obligationis Cameralis, vel Guarantigiæ claræ, & liquidæ, de qua conſtat per Inſtrumentum publicum, quod facit rem claram, & manifeſtam, ut per Rot. dec. 641. nu. 13. par. 1. diverſ. Tunc enim ſi in Commiſſione cujus virtute emanavit Inhibitio Rotalis, non fuit facta mentio obligationis Cameralis, vel Guarantigiæ, Inhibitio non afficit, nec cauſat attentata, cum A. C. habeat in facultatibus, quod Inhibitio ab alio Judice emanata, in qua de præmiſſis non fit mentio, non afficiat, ſed ipſe hoc caſu poſſit procedere ad ulteriora, quacumque Inhibitione emanata vigore Commiſſionis ſurreptitiæ non obſtante Lancell. de Attentat. poſt Inhibit. par. 2. cap. 20. lim. 5. nu. 3. Seraph. dec. 53. nu. 1. Rot. dict. dec. 641. n. 11. p. 1. diverſ. & apud Zacch. de oblig. Cameral. dec. 120. num. 6. Ferentill. ad Buratt. dec. 652. n. 9. 239

Sed hoc non habet locum, quando obligatio Cameralis, vel Guarantigiæ eſt turbida, nam ſi res eſt dubia, facultates A. C. non intrant, ſed Inhibitio eſt timenda, Seraph. dict. dec. 53. num. 1. Cavaler. dec. 611. num. 1. Ferentill. ad Buratt. dec. 177. numer. 9. lim. 1. verſ. hoc tamen procedit, Rot. poſt Zacch. de obligat. Cameral. dec. 120. num. 5. 240

Tertiò non procedit, quando Inhibitio emanavit vigore Commiſſionis cum clauſula non retardata exequutione, vel cum clauſula, ſine præjudicio legitimæ exequutionis, vel ſine præjudicio literarum Apoſtolicarum nam tunc non cauſat attentata. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. in adnot. contra nullit. num. 224. Cæſar. de Graſſ. dec. 3. n. 4. de re jud. Seraphin dec. 1003. n. 2. & dec. 1013 num. 2. cum aliis cumulatis per Beltram. ad Gregor. dec. 119. num. 11. & per Ferentill. ad Buratt. deciſ. 177. num. 9. verſ. limitatur ſecundo. 241

Quartò non procedit, quando ille qui inhibitionem obtinuit, rediit ad Judicem inhibitum, nam cenſetur Inhibitioni renunciaſſe, etiam ſi fuiſſet juſta, & ob id illa non poteſt tunc cauſare attentata Rota apud Marcheſ. de Commiſſ. ſuper Attentat p. 2 c. 2. dec. 7. nu. 7. fol. 36. & dec. 130. n. 7. poſt conſ. crim. Farinac. lib. 2. 242

Quintò non procedit, quando Inhibitio non fuit præſentata Judici, nec Parti Duran. dec. ſexageſima quinta, num. 8. 243

Sextò non procedit, quando Inhibitio emanavit virtute Commiſſionis cum clauſula prout de Iure Lancell. de attent. lit. pend. par. 2. cap. 17. numer. 67. verſ. hæc tamen, ubi quod ita fuit deciſum in Cæſarauguſtana Fructuum 18. Novembris 1572. coram fæl. record. Clemente VIII. Scacc. de Appell. q. 16. remed. 1 concluſ. 4. n. 17. quos refert, & ſequitur Ferentil. ad Buratt. dec. 177. num. 9. limitat. 2. in fin. 244

Septimò non procedit, quando inhibitio non præceſſit actum, de cujus validitate agitur, vel de hoc non apparet, etiam ſi inhibitio fuerit præſentata eodem die, quo actus eſt geſtus leg. quoties, ff. de rebus dub. Felyn. in capit. ſuper litteris num. duodecimo, in fin. de reſcript. Menoch. præſump. 67. nu. vigeſimoſexto, lib. 2. Theſaur. dec. 49. n. 2. & ſeq. Rota dec 467. num. 2. par. 3. recent. 245

Octavò non procedit, quando inhibitio fuit exequuta domi ſine dimiſſione copiæ, quia tunc nihil operatur Vant. de nullit. defect. citat. num. 88. Buratt. dec. 168. numero 11. 246

Nonò non procedit contra alios, quàm contra Litigantes Rot. dec. 2. num. 1. ut lit. pend. in antiq. Put. dec. 74. n. 1. lib. 2. in correct. & ob id inhibitio uni intimata non afficit tertium Rot dec. 196. nu. 3. in fin. p. 3. recent. nec datur niſi habenti intereſſe Rot. dec. 796. num. 3. pa. 1. diverſ.

Decimò non procedit, quando inhibitio emanavit virtute commiſſionis conditionalis cum clauſula, dummodo Sententia, à qua petitur reſtitutio in integrum, non ſit tertia, quia ſi conſtat in actis, quod ſint latæ tres ſenten- 248

ſententiæ, inhibitio non cauſat attenta. Put. *dec.13.in fin.ut lit.pend.* Rot. *dec.459.n.3.p.2.recent.* Gregor. *dec.119.n.8.verſ. quia hoc tollitur.*

249 Undecimò non procedit, niſi in cauſa ſuper qua lis, ſeù appellatio pendet; ſeù de qua inhibitio, ſeù commiſſio loquitur; & ſic non procedit in cauſa diverſa, ſeù articulo diverſo; nam ex diverſis non bene infertur Lancel. *de attent.lit.pend.par.2 cap.4.limit.2.num.1.& ſeq.& appellat.pend.cap.12.lim.2.n.1.& ſequentibus, & poſt inhibit.capit.vigeſimo lim.5.num.1.& ſeqq.* Rot. *dec.546.n.2.p.2.recent* Burat. *dec.51 n.2.*

250 Duodecimò non procedit ſuper rebus, ſeù bonis, ſuper quibus lis non pendet. Lancellot. *de attent.lit.pend. cap.4.lim.2.n.8.& ſeqq.* Buratt. *dec.504. n.4.*

251 Decimotertiò non procedit in cauſa appellationis à gravamine, quando ſecundus Auditor Sacri Palatii pronunciavit malè appellatum, & cauſam remiſit ad primum, à quo appellatum exitit, nàm tunc inhibitio ſecundi cenſetur ex ipſa remiſſione moderata *c.cum ceſſante de appellat.* Rota *dec.1. de offic.Deleg.in nov.* & *ibi* Papaz. *num. 2.*

252 Sed hoc Primò non habet locum, quando coram Auditore fuit commiſſa appellatio à gravamine Judicis de partibus, quia poſtquam in Curia fuit in cauſa pronunciatum, cauſa eſt effecta Curialis, & non eſt locus remiſſioni ad partes, Ægid. *deciſione trigeſima ſeptima, & deciſione centeſima vigeſima nona, de appell.* Papaz. *ad* Rotam *dicta deciſ. 1. num. 4. de offic. Deleg. in nov.* etiamſi pronunciaretur benè judicatum, & malè appellatum, Rota *dec. 4. num. 3. de for. compet. in antiq.*

253 Secundò non habet locum, quando à ſententia Secundi fuiſſet denuò appellatum, & à Tertio denuo primò Judici inhibitum, Rot. *d. dec. 1. in fin.& ibi* Papaz. *n.1.de offi.Deleg.in nov.*

254 Decimoquartò non procedit, quando inhibitio rotalis emanavit virtute commiſſionis extortæ ante Sententiam latam, Rota *in Romana Pecaniaria,* 20 *Maii 1589.coram bon.memor.* Card Platto, *impreſſ.apud* Marcheſ. *de commiſſ.appell.ab interloq.par.1.deciſ.1. num.2. fol.1217.*

255 Sed contrarium verius eſt, & fuit ſæpiùs deciſum Achill. *dec.29 de appellat.* Rota *in Romana Salviati,4. Decembris* 1598. *coram bon. memor,* Cardin. Lancellot. *juniore, quæ eſt deciſ 762. num. 1.& numer. 3. par. 4. diverſ.& dec. 130.numer. 4. & ſeq. poſt conſ. crim.* Farin *lib. 2.* in qua reprobantur deciſiones antiquæ contrarium tenentes, & eadem *dec. 762. num. 1. & nu. 3.* ſequitur Gregor. *dec. 129. num. 8.* Ferentill. ad Buratt. *dec. 177. num 9. verſ. ampliatur tertiò, & dec. 126. num. 19.*

256 Decimoquintò non procedit, quando eſt facta poſt actus poſſeſſorios, tunc enim non præjudicat ad effectum obtinendi, dd. actuum vigore manutentionem Durand. *dec. 274. n.6.* nam inhibitio reſpicit futura, ex allegatis ſupra *verſic. reſpicitque, n.213.*

257 Decimoſextò non procedit contra civiliter poſſidentem, quia is poteſt non obſtante inhibitione continuare virtute ſuæ civilis, & recuperare naturalem, & expellere occupantes, ſicut poſſeſſor à nundinis reverſus. Parif. *conſil. 39. numer. 3 & ſeqq. & numer.8. & num.11. lib. 1.* Lancell. *de attent. lit. pen. cap. 4. lim. 1. n. 18.* Greg. *dec. 203. & n. 3. & nu. 4.* & ibi Beltram. *n.6.& num.7.*

258 Sed regula, quæ vult continuantem non attentare, primò non habet locum in inhibitione rotali, de cujus viribus non ſpectat cognoſcere ad Judices inferiores Beltram. ad Gregor. *dict. deciſ. 203. num.7.verſ.ſed hæc concl.* ubi quod ita fuit dictum in Gerund. *adminiſtrationis, prima Julii* 1619. *coram bon. mem.* Dunozetto Archiepiſcopo Seleucien. cum aliis allegatis ſupra *p. 1. cap. 15. n. 60.*

259 Secundò non habet locum, quando expreſsè commiſſa fuit cauſa ſuper ipſa continuatione poſſeſſionis, & ſic ſuper illo actu particulari, dum aliàs judicium redderetur eluſorium, Ripa *in cap.cum* M Ferrarien. *n 139. verſ. ad iſtud de conſtit* Cocc. *dec.418.n.2.* cum aliis allegatis per Beltramin ad Gregor. *dict. dec 203.n 7. verſic. 2. regula, & ſupra p.2. cap.15. n.59. & ſeq.* ubi aliæ limitationes adducuntur.

Decimoſeptimò non procedit in inhibitione alterius Tribunalis extra Rotam, quia ſtylus Rotæ non ſervatur extra Rotam, Lancellot. *de attent. poſt inhibit. cap.20.limit.1.n.3.& ſeq.* Mandoſ. *de inhibit. q.20. nu.2. verſ. quæ diximus.* 260

Sed contrarium quotidie obſervatur in alijs ſupremis Curiæ Tribunalibus, & ſignanter in Tribunali A. C. docto enim de contraventione, revocantur attentata in ſpretum inhibitionis emanata, non diſcuſſo prius, an inhibitio fuerit juſta nec nè, & licet ſtylus Rotæ non ſervetur extra Rotam, ſervatur tamen proprius ſtylus, ut ſupra, à quolibet ſupremo Tribunali Romanæ Curiæ, & ita paſſim obſervat Praxis, & Curia, cum militet eadem ratio in iſtis, quæ militat in Rota, facilis videlicet recurſus ad Judicem inhibentem, vel ad Principem, vel ad Signaturam ex allegatis ſupra, *verſic. & ratio eſt, n. 321. & ſeqq.* 261

Signanter autem viget identitas rationis in aliis ſupremis Urbis Tribunalibus, quæ in Rota quoad inhibitiones ad partes tranſmiſſas, ne ſcilicet Judices inferiores de partibus ſub iſto clypeo cognoſcendi, an inhibitio ſit juſta, nec nè, de facili contemnant inhibitiones à Curia emanatas, & interim pars gravata laboribus, & expenſis fatigetur, quam rationem tradunt Mandoſ. *dict. q.20.n.1. verſ. partem affirmativam,* & alii ſupra cumulati *verſ. ſi verò inhibitio, n.233. & ſeq.* 262

Et de hoc ſtylo Curiæ revocandi attentata in ſpretum inhibitionis, non diſcuſſo prius, an inhibitio ſit juſta, vel injuſta, teſtatur Rota *dec. 201. num. 1. par. 2. diverſ.* quam deciſionem, ut diximus ſupra *verſ. quod videtur n.* 230 ſecuta eſt Rota *dec. 179. num. 3 & ſeqq. par. 7. recent.* 263

Commiſſa autem extra Rotam cauſa appellationis, necnon nullitatis æquè principaliter, ſaltem reſpectu nullitatis ſuſtineri inhibitionem, tradit etiam Mandoſ. *d.q.20.n.2.verſ. Adverte tamen.* 264

Secundò, operatur inhibitio, ut ea pendente ſit ab exequutione abſtinendum, Lanceil. *de attent. poſt inhibit ampl.6.n.2.* Gregor *dec.435.n.6.* & nihil innovandum, Coccin. *dec. 418. n. 1.* aliàs geſta poſt eam ſint attentata, Mandoſ. *de inhibit.q.100. n. 7.* Lanceil. *de attent.poſt inhibit cap.20.ampl.11 n.1.& ſeq.* Achil. *dec.29. n.2.& ſeqq.de appellat.* Gregor. *dec.243. num.1.& deciſ. 360.n.1 & dec.435,num. 3.* Duran. *dec.312. num. n.* Cavaler. *dec. 574. num. 1.* non obſtante † conſenſu partium in juriſdictionem ſi Inhibitio fuit Rotalis, & agitur de revocatione attentatorum ex officio Judicis ſecus ſi ad, inſtantiam partis, quo caſu ſufficit conſenſus etiam tacitus, Gregor. *d. dec. 243. nu. 4.* & ibi latè Beltram. *ſoblit. A,* 265 266

In juriſdictionem tamen conſenſiſſe non dicitur, qui pro moderatione inhibitionis inſtetit, Rot. *dec.11. n. 22. p. 6. recent.* 267

Et ad hoc, ut quis dicatur inhibitioni renunciaſſe, debet de conſenſu clarè conſtare de tempore poſt præſentatam inhibitionem, Lancell. *de attent. poſt inhibit. d. cap.20.ampl.11.n.32.* Duran. *dec.312.n.3.* 268

Verùm concluſio, quod geſta poſt inhibitionem ſint attentata, procedit, etiam ſi exequutio ſit facta vigore trium conformium, Lancellot. *de attent. poſt inhibit. dicta part.2.cap.20.ampl.6 no.3* Rota *dec.102.nu.8.par.5. & dec.75.n.5.p.6.recent,* Gregor. *dec.435.num.3.* Ferentill ad Buratt *dec.652 n.10.* 269

Et etiam ſi Judex, qui inhibuit, careat juriſdictione, donec de hoc conſtet, Cavaler. *dec.544. n 3.* Ferentil. ad Buratt. *dec.177.n.9 verſ. ſecundò ampliatur.* 270

Et ſivè inhibitio fuerit juſta, ſivè injuſta, Cæſar de Graſſ. *dec. 6.n.2 de cauſ.poſſ.& prop.* Gregor. *dec.435. n. 4.* Coccin. *dec 95.n.1.dec.n92.n.2.dec.115.num.1. & dec. 309.n.3* Buratt. *dec.181.n.3.* Cavaler. *dec.611.n.1.* Andr. *dec.10.n.2. & dec.34. n.1.*

Licet fuerit obtenta ab aſſerto Procuratore cum cautione de rato. Lanceilot. de attent. *poſt inhibit.c.20 ampl. 3.n.1.* Achill. *dec.27.de appell.* Put *dec 142.l.3.* Cæſar de Graſſ. *dec.6.nu.4.de cauſ.poſſeſſ.& prop.* Coccin *dec.380. n.5.* Beltramin. ad Gregor *dec.141.n.3.*

Etenim

Digitized by Google

273 Etenim ad inſtantiam Procuratoris aſſerti paſſim datur inhibitio de ſtylo Rotæ, dummodò infra duos menſes doceat de mandato, Rot. *dec.* 598 *numer.* 4. *part.* 3. *recent.* Greg. *dec* 141. *nu.* 1. & ibi Beltramin. *n.* 3. Coccin. *dec.* 431. *n.* 6.

274 Sicut, quicquid dixerit Cavaler. *dec.* 499. *num.* 1. ſufficit ad effectum attentatorum, quod inhibitio fuerit præſentata Procuratori cauſæ, licet non fuerit exequuta contra principalem, Cæſ. de Graſſ. *dict. deciſ.* 6 *num.* 3. *de cauſ. poſſeſſ. & prop.* Rot. in Bobien *Parochialis* 27. *Iunii* 1611. *coram bon. memor.* Cardin. Sacrato, *quæ eſt impreſſ. apud* Marcheſ. *de commiſſ. appell. in poſſeſſ.* Sala. *& aliis p.* 1 §. 1. *dec.* 18. *num.* 2. *fol.* 963. Gregor *dec.* 435. *nu.* 2. Ferentill. ad Burat. *dec.* 177. *num.* 9. *verſ. ampliatur ſexto.*

275 Verùm concluſio, quod inhibitio legitimè executa cauſet attentata, Primò non procedit, quando illa emanavit virtute commiſſionis conditionalis, Lancellot. *de attent. inhib. pend. part.* 2. *capit.* 20. *limit.* 13. *num.* 1. *& ſequentibus, & num.* 9. Rot. *dec.* 641. *num.* 11. *part.* 1. *diverſ. & dec.* 459. *n.* 3. *par.* 2. *recent.* Gregor. *deciſ.* 119. *n.* 9.

276 Contrarium videtur tenere, Lancell. *de attent. poſt inhibit. d. cap.* 20. *ampl.* 14. *nu.* 1. Put. *deciſ.* 13. *in princ. ut lit. pend.* Burat. *dec.* 612. *n.* 4.

277 Sed pro concordia diſtinguendum eſt, quod aut tempore datæ ipſius commiſſionis, cum clauſula dummodò Sententia à quo petebatur committi cauſa appellationis, non eſſet tertia vel alia ſimilis, conditio erat adimpleta, & de hoc conſtat in actis, & tunc inhibitio emanata vigore hujuſmodi commiſſionis non cauſat attentata, Lancellot. *de attent. poſt inhib. dict. capit. vigeſimo, limit.* 13, *numero* 7. & 11. Put. *dicta dec.* 13. *in fin. ut lit. pendent.* Greg. *d. decis.* 119. *n.* 9. ubi alias Deciſiones cumulat; aut conditio non erat adimpleta, & de adimplemento non conſtat, & tunc ſecus, ex allegatis ſuper *verſ. centuriam num.* 271.

278 Secundò, non procedit, quando inhibitio fuit præſentata Judici eadem die, qua fuit lata Sententia, nàm præſumitur Sententiam præceſſiſſe, tùm ad actus validitatem, tum ad delicti excluſionem, Achill. *decis.* 37. *de appellat. numer.* 1. *& ſequentibus*, Seraph. *decis.* 1115. *numero primo*, Rota *dec.* 233, *numero* 11. *part.* 7. *recentiorum.*

279 Non tamen ob id cenſenda eſt nulla commiſſio expedita eadem die, qua fuit appellatum, quia tunc præſumendum eſt præceſſiſſe appellationem, & ſic pro validitate commiſſionis, & aſſerenti contrarium incombit onus probandi, Scacc. *de appellat. quæſt.* 3. *numer.* 4. Ferentill. ad Buratt. *deciſio.* 226. *numero* 20. *ſub litera* 4.

280 Data verò nullitate appellationis ob illius interpoſitionem à Sententia nondum lata, vel appellatione non interpoſita, ſi in commiſſione adeſt clauſula, *quàm, & quas*, ſuſtinetur commiſſio, & per conſequens inhibitio illius virtute emanata, Mareſcott. *variar. reſolut. libr.* 1. *cap.* 20. *num.* 6 *& ſequentibus*, Scacc. *de appellat. d. q.* 3. *n.* 5. & 9. Rot. *dict. decis.* 762. *n.* 2. *par.* 4. *diverſ. & deciſ.* 130. *n.* 6 *poſt. conſil. crim.* Farinac. *lib.* 2. Ferentill. ad Burat. *dec.*
281 226. *num.* 25. ubi quod hoc ſignanter † procedit in Rota, de cujus ſtylo poteſt Auditor virtute clauſulæ, *quàm, & quas*, cognoſcere negocium principale, etiam ſi appellatio non adſit, vel ſit nulla, Cavaler. *decis.* 292. *num.* 3.

282 Tertiò non procedit, quando fuit actum virtute obligationis Cameralis, Seraph. *decis.* 185. *n.* 1. *R. P. D. meus* Ferentill. ad Burat. *dict. decis.* 952. *numer.* 9. præſertim ſi commiſſio emanavit cum clauſula. *Ita ut Inhibitio non officiat, quatenus ſit actum virtute obligationis Cameralis, vel proceſſus executivi*, Burat. *decis.* 879. *numero* 1.

283 Quartò non procedit, quando fuit Inhibitioni renunciatum, quilibet enim poteſt favori ſuo renunciare, debet tamen, ut diximus ſupra, conſtare de tali conſenſu de tempore poſt præſentatam inhibitionem, Duran. *dec.* 382. *n.* 3.

284 Sed hoc recipit declarationem, ut attentata poſſint nihilominus, ſtante præſertim Inhibitione Rotali revocari officio judicis, non obſtante conſenſu Partium in Juriſdictionem, licet ſecus ad inſtantiam Partis Lancellott. *de Attent. lit. pend. par.* 2. *c.* 4. *limit.* 15. *n.* 21. *& ſeqq. & limit.* 16. *in fin.* cum aliis allegatis ſupra *verſic.* 2. *operatur*, *n.* 264. *& ſeq.*

Quintò non procedit, ultra id, quod in Commiſſione continetur, etenim Inhibitio ulterius non ſe extendit, niſi habeat clauſulam, *quam, & quas, &c.* Rot. *dec.* 785. *n.* 2. *par.* 1. *diverſ.* 285

Sextò non procedit, quando Inhibitio eſt manifeſtè calumnioſa ex reiteratis confeſſionibus Partis adverſæ, Put. *dec.* 304. *n.* 3. *in fin. lib.* 286

Tertiò cum Inhibitio regulanda ſit, juxta Commiſſionem, & ſignaturam, cujus virtute emanavit, Dec. *conſ.* 33. *n.* 6. Pariſ. *conſ.* 39. *n.* 8. *& ſequenti*, Mandoſ. *de* 287
Inhibit. quæſt. 3. *n.* 2. operatur † ut ſic conceſſa in Curia, 288
non ſit moderanda, ob facilem recurſum ad Signaturam & ad Papam pro commiſſionis reformatione, Mandoſ. *de inhibit. quæſt.* 25. *n.* 4. *verſic. præmiſſis*, Lancel. *de Attent. lit. pend. in præfat. capit.* 4. *n.* 431. *& ſequentibus* Rot. *dec.* 22. *lib.* 1. *par.* 3. *diverſ.* Greg. *dec.* 435. *n.* 5. *& ſequentibus*, Coccin. *dec.* 74 *n.* 4 Cavaler. *dec.* 355. *n.* 2.

Etiamſi Commiſſio ſit ſubreptitia, quia ſubreptio ob facilem recurſum ad Signaturam, & ad Principem, ut ſupra, non attenditur in Curia, Coccin. *d. dec.* 74. *n.* 4. Greg *d. dec.* 435. *n.* 5. 289

Quartò, operatur Inhibitio prout de Jure, cum ſit prout de Jure intelligenda, & regulanda, Rota *dec.* 290. *n.* 3. *par.* 2. *diverſ.* Buratt. *dec.* 348. *numero* 1. 290

Finitur denique Inhibitio pluribus modis, ſignanter autem moderatione, vel revocatione illius, vel reformatione commiſſionis, cujus virtute illa emanavit, Mandoſ. *de jurib. q.* 53. *nu.* 4. *& q.* 41. *num.* 1. *& ſeqq.* Lancel. *de Atten. poſt Inhibit. par.* 2. *cap.* 20. *ampl.* 11. *num.* 4. cum aliis cumulatis ſupra *verſic. & Ratio eſt quia*, *n.* 235. *& ſeqq.* 291

Vel remiſſione cauſæ ad Judicem à quo, Rot. *decis.* 1. *de offic. Deleg. in nov.* & ibi Papaz. *num.* 2. quod reſpicit declarationem, juxta ſuperius tradita, *ver.* 13. *non procedit*, *n.* 250, *& verſic. ſed hoc primo non habet locum*, *n.* 251. *& ſeqq.* 292

Vel ſi intereſſe eſt perſonale, & non tranſitorium ad Hæredes, extinguitur, & finitur Inhibitio morte Impetrantis, prout in terminis Inhibitionis emanatę ad inſtantiam Tutoris contra Conturorem, tradit Buratt. *dec.* 348. *n.* 1 *& ſeqq.* 293

In reliquis in hac Inhibitionis materia ad Mandoſ. Lancellot. *& alios ſuper citatos*, poterit in facti contingentia haberi recurſus.

Obſervatio.

Fuit de Annis 1632. & 1633. in plena Camera reſolutum, Inhibitionem eſſe moderandam, quia fuit actum pro fructibus Cenſus, & pro illis obtentum Mandatum exequtivum, virtute Inſtrumenti camerali obligatione vallati, quod habet exequutionem paratam, Caſtr. *in leg. poſt rem judicatam, numer.* 3. *in fin. ff. de re jud.* Cephal. *conſ.* 439. *num.* 16. *lib.* 3. Theſ. *dec.* 26. *nu.* 11. Caſſad. *decis.* 1. *num.* 2. *de mut. petit.* Rot. *dec.* 620. *num.* 1. *par.* 1. *& deciſ.* 185. *num.* 1. *& dec.* 608. *num.* 4. *part.* 3. *& dec.* 258. *n.* 2. *par.* 6. *& decis.* 11, *nu.* 1. *& dec.* 398. *num.* 1 *par.* 7. *recent.* Caval. *decis.* 312. *num.* 1. Buratt. *decis.* 383. *num.* 1. & ibi *R. P. D. meus* Ferentill. *ſub lit. A. & decis.* 779. *num.* 1. *& dec.* 910. *n.* 1. 294

Et cum etiam Camera mandaverit exequi d. Mandatum à Decreto de exequendo non datur appellatio, Rot. *decis.* 160. *num.* 13. *par.* 1. *diverſ. & dec.* 620. *num* 2. ubi de communi, & de obſervantia Rotæ teſtatur, *par.* 1. *recent.* 295

Sublata autem appellatione, non eſt locus Inhibitioni Neviz. *conſ* 60. *num.* 13. Caſſad. *deciſion.* 10. *numer.* 4. *de reſcript.* Rota *dec.* 68. *n.* 8. *de Appell. in antiq.* & † per 296
conſequens, ſi fuit indebitè extorta, venit moderanda, juxta ſuperius tradita, *num.* 231. *& ſequentibus*, *& n.* 290. 297

Nec obſtant aſſertæ nullitates, nam fuerunt uſque de anno 1627. à Camera rejectę, etenim Cenſus eſt validus, fuit enim impoſitus de Anno 1571. ſuper ſcripturis Notariatuum A. C. pręſentibus, & futuris, in vim facultatis Collegio, & Notariis ejuſdem A. C. Tribunalis ſpecialiter conceſſæ *à fel. me. Pio IV. in ejus conſt.* 105. *in* Boll. antiq. *fol.* 298

Digitized by Google

*tiq.fol.*8 t t. cujus vi rtute Scripturæ prædictæ fuerunt redactæ ad inſtar patrimonialium, tranſibiles ad Hæredes in perpetuum; uſque ad ſummam ſcutorum trium millium pro quolibet officio, cum facultate diſponendi de illis ad inſtar allodialium, & ſignanter ſuper illis annuos perpetuos Cenſus imponendi, & dum de aliqua illius Cenſus nullitate non apparet, eſt pro illius validitate præſumendum, *leg. ſi Prætor. in princip. ff. de Jud. leg. 3 ff. de milit. teſt.* Crav. *conſil. 52. nu. 2.* Rotæ *dec. 219. n. 1. verſ. quia, & in dubio, part. 2. recent.* Gregor. *deciſ. 335. numer. 3.*

299 Et licet poſtea ſupervenerit *Pii V. Conſt. 80. Cum onus, ſecund. antiq. impreſſ.* diſponens Cenſum impoſterum creari nullo modo poſſe, niſi ſuper re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de ſui natura fructifera, & quæ certis finibus deſignata ſit.

300 Nihilominus non minus validus Cenſus cenſeri debet, quia Conſtitutioni *Pii IV.* non fuit in conſtitutione *Pii Quinti* derogatum expreſſè, ut ex illius lectura patet, quinimò nec etiam tacitè, quamvis in Conſtitutione *Pii V.* adſint clauſulæ derogatoriæ ampliſſimæ.

Nam *Pius Quartus* conceſſit Notariis dictam facultatem, ex contractu, & titulo oneroſo, ut probant verba Conſtitutionis, ibi; *ob egregia eorum in Rempublicam officia, aliaque erga Sedem ipſum impenſa ſervitia, & ibi ad hunc effectum ſcuta quatuor millia ſeptingenta, & 50. auri in auro dictæ Cameræ numeraverunt, & ibi Deprimentur, & ſi revocari contigerit, in priſtinum ſtatum reſtitutus; & denuò conceſſas cenſeri debere, quinimò ad hoc, ut revocari nequeunt, validi, & efficacis contractus inter Nos & Sedem prædictam ex una, & Collegium, Hæredeſque præfatos, partibus ex alia, conſiſtorialiter initi, ac legitimè ſtipulati, ac jurati, utrinque robur obtinere, &c.* & in derogatione generali, quamvis ampliſſima nunquàm cenſetur facultatibus ex contractu, & titulo oneroſo derogatum *c. ex multiplici, ubi* Abb. *n. 1. & n. 5. & ſeq.* Anchar. *n. 4.* But. *n. 1. & 3. de Decim.* Felyn. *in capit. novit, a. ta. de jud.* Roman. *conſ. 436. poſt n. 14.* Soccin. *conſ. 59. n. 9. lib. 1.* latè Gonzal. *ſuper reg. 8 gloſ. 36. n. 37.* Creſcen. *deciſ. 5. n. 1. de privil.* Mohed. *deciſ. 6. n. 1. & ſeq. de privil. & dec. 15. de ſurrepte.*

301 Quia Principi, quamvis ſupremo, non licet à contractu recedere, & ejus obligatio tranſit ad Succeſſores, Bald. *in cap. 1. poſt princip verſ. adde quod, de natur. feud. fol.* a 3. Rol. *conſ. 100. n. 138. & ſequentibus, libr. 4* Surd. *conſ. 429 n. 36 libr. 3.* Mantic. *de tacit. libr 3. tit. 20. n. 37.*

302 Et ob id eum dictæ Scripturæ fuerint habilitatæ à Papa, qui omnia poteſt, ut poſſint ſuper eis annui perpetui Cenſus imponi, non videtur neceſſe diſputare, an habeantur pro ſtabilibus, juxta Conſtitutionem Pii Quinti.

303 Præterea Conſtitutio Pii Quinti derogat tantum contrariis, ſed Conſtitutio Pii Quarti non eſt contraria; nam Pius V conſtituit, Cenſum non ſolùm poſſe imponi ſuper immobilibus, ſed etiam ſuper iis, quæ pro immobilius habentur, ut declarat Cene. *de cenſ. par. 1. cap. 3 quæſt. 1. art. 1. num. 3. & art 3. in princip. & num. 9 verſic. dum in ea.*

304 Sed Scripturæ Notariorum A. C de quibus agitur, habentur pro immobilibus ex Conſtitutione Pii IV. ad hoc, ut Cenſus poſſint ſuper eis imponi, etenim eo ipſo quod Pius IV. efficit illas tranſibiles ad Hæredes Notariorum in perpetuum ad inſtar aliorum allodialium redegit eaſdem ad inſtar immobilium ad dictum effectum Cenſus ſuper eis imponendi, igitur &c.

305 De poteſtate non dubitandum; Papa omnia poteſt, *cap. propoſuit, §. licet, de conceſſ. Præbend.* Abb *in c. cum veniſſent, n. 8. de jud.*

306 De voluntate verò minus eſt ambigendum, nam tempore Pii Quarti ex Conſtitutionibus Martini, & Calixti, quæ ſunt *extravag. 1. & 2. de emptione, & venditione*, erat omninò neceſſe imponere Cenſus ſuper immobilibus, ut probant verba dd. Extravag. in quibus referuntur, & confirmantur antiquæ conſuetudines creandi, & imponendi Cenſus *ſuper bonis ſui Dominii, Oppidis, Terris, Agris, Prædiis, Domibus, & Hæreditatibus.*

Idem probat ipſa Conſtitutio Pii Quarti, quæ aliàs fuiſſet tunc neceſſe imponere Cenſus ſuper ſtabilibus, contineret facultatem fruſtratoriam imponendi Cenſus ſuper dictis Scripturis, & ſi ad hoc non refertur, nihil operatur.

Et quod vigore *extravag.* Martini, & Calixti Cenſus 307
eſſent ſuper ſtabilibus de neceſſitate imponendi, tradit Navar. *de Uſur. numer. 8a. verſ. quarum prima, & latiùs, conſ. 21 lit. 3. de empt. & vendit.* Boccac. *de Cenſ. par. 3. n. 10. & nu. 30.* ubi quod dictæ Extravagantes fuerunt in hoc à Pio Quinto confirmatæ, Rebeff. *de oblig. juſtit. tit. de Cenſ. lib. 10 q. 6. condit. 1. num. 1. & num. 4.* ubi quod prima conditio, quod Cenſus imponatur ſuper ſtabilibus, dicitur ex dicta Conſtitutione Pii Quinti, & ex dictis Extravagantibus, quas ita intelligendas declaravit Paul. III. *conſt. 41 fol. 441. ſecundum antiq. impreſſ.* ubi eas confirmavit. Boccac *de Cenſ. par. 2. n. 37. ibi, &* Paulus, Cenc. *de cenſ par. 1. cap. 3 quæſt. 1 art. 1 n. 1.* firmans in hoc convenire dd. Extravagantes cum Conſtitutione Pii V.

Quinimò ante *Pium Quintum*, etiam de Jure commu- 308
ni, erant Cenſus ſuper ſtabilibus de neceſſitate imponendi, eſtque hæc communis, & indubitata opinio, etiam de Jure naturali, & Divino, etiam ſemotis Conſtitutionibus Martini, Calixti, & Pii, Cenc. *de Cenſ. dict. par. 1.*
cap. 1. q. 1. art. 1. & art. 4. n. 6. & ſeqq. In † quibus etiam lo- 309
cis declarat, quæ res habeantur pro ſtabilibus, vel non. Etenim eum hoc *Pius V.* in ſua Conſtitutione non declaraverit, remanet in diſpoſitione Juris communis, *leg. commodiſſimè, ff de Lib. & Poſth. cum ſimilibus.*

Et ratio, quæ induxit *Pium Quintum* ad ejus Conſti- 310
tutionem ſuper Cenſibus edendam, non fuit, quia dictæ Extravagantes permitterent Cenſum creari ſuper mobilibus, ſed quia creabantur Cenſus nedum extra limites illarum, ſed pactionibus omninò contrariis, ut ponderando verba dictæ Conſtitutionis, firmat Boccac. *de*
Cenſ. dict. part. 3. n. 19. & † inde ſumpta occaſione Cen- 311
ſus creandi juxta dd. Extravagantes novam formam dedit circa fines, & alia hujuſmodi, nonnulla etiam de novo addendo circa pacta, ut ex eadem Piana Conſtitutione manifeſtè apparet.

Quod ſi diceretur, aliquas Leges ſanxiſſe, Cenſus per- 312
petuos poſſe ſuper mobilibus imponi, daretur in ipſis Legibus abſurda contrarietas; nam in mobilibus nulla cadit perpetuitas, ut omnes admittunt, Gloſſ *in Clem. exivi de Paradiſo, §. cumque annui, de verbor. ſignificat. & in Extravag. Ad conditorem,* Joan. aa. in *ver. Mobilibus, de verbor. ſignificat.* Bald. *in lig hac edictali, §. hic illud, nu. 2. Cod. de ſecund. nupt.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 5. gloſ. 14. n. 219.* Cenc. *de cenſ. par. 1 cap. 1. q. 1. art. 4.*

Hinc ergo ſequitur manifeſtè, quod *Pius IV.* conce- 313
dendo hujuſmodi facultatem imponendi Cenſus, redegit Scripturas ad inſtar ſtabilium, qui enim vult conſequens, vult omne neceſſarium antecedens, vulg. *l. ad rem mobilem, & l. ad Legatum, ff. de Procur. & l. illud ff. de acquir. Hæred. cum ſimilibus.*

Nec poteſt prætendi, quod Scripturæ hujuſmodi ha- 314
beantur pro immobilibus ex privilegio, & non ex diſpoſitione Juris communis, ac proinde iſta facultas cenſeatur ſublata, dum *Pius V.* in d: ejus conſtitutione derogavit privilegiis. Quia fateſt, quod non derogaverit privilegiis provenientibus ex contractu, & titulo oneroſo, *ex prææallegatis.*

Et nihilominus dictæ Scripturæ ſunt redactæ ad in- 315
ſtar ſtabilium de jure communi, & non ex privilegio, tum quia quod provenit ex Contractu provenit à Jure communi, de quo ſunt omnes contractus, *§. Jus autem gentium, ubi* Gloſſ. *verb. in inſtit. de jur. natur. gent. &*
civ. Tam † etiam quia eo ipſo, quod Pius conſtituit Scri- 316
pturas præfatas tranſire perpetuò ad Hæredes Notariorum, illas, & annuos redditus ex eis percipi ſolitos, ad inſtar immobilium redegit de Jure communi.

Nam, & loca Montium fidei, & alia non vacabilia, 317
ideò pro ſtabilibus habentur de Jure communi ad effectum, ut poſſint ſuper eis cenſus imponi, quia tranſeunt perpetuò ad Hæredes ex parte Emptoris, & non vacant per mortem, Boccac. *de Cenſ. part. 2. nu. 140. & ſequenti,* licet redditus eorum, ut nemo ignorat, conſiſtunt in Vectigalibus, Introitibus Doganarum, & hujuſmodi mobilibus, ut plurimum, ut teſtantur relati à Cenſ. *de Cenſ. p. 1. c. 3. q. 1. art. 1. nu. 12. & ſeq.*

Sic

318 Sic in ſimili hodie officia Notariorum curiæ capitolinæ, quia non vacant per mortem, ſed tranſeunt perpetuò ad Hæredes ſunt loco immobilium, & poſſunt obligari, & hypothecari, latè Grattan. *diſcept. capit. 730. nu. 45. & ſequenti, & fuit dictum in Romana Notariatus prima Junii 1620 coram bon. memor. Remboldo, & eſt dec. 14. poſt* Feuz. *ad Stat. Urb.*

319 Sic cenſus poſſunt ex eadem ratione imponi ſuper aliis cenſibus, Cenc. *de cenſibus par. 1. cap. 3. quæſt. 1. art. 3. n. 1. & ſequenti, & par. 2. cap. 2. quæſt. 2. art. 6. n. 35.*

320 Sic etiam perpetui redditus annui, aut menſtrui in Vectigalibus, ſeu Gabellis, Piſcationibus, Macellis, aliiſque ſimilibus rebus mobilibus, & in aliis quibuſcumque, pro immobilibus habentur, ad effectum, ut ſuper eis cenſus imponi poſſint, licet non ſint res immobiles, Lud. Molin *de contr. diſpat. 389. nu. 3. verſ. quatenus autem,* Cenc. *de cenſ. d. par. 1. cap. 3. quæſt. 1. ar. 3. n. 14.*

321 Et cum rationes, quæ militant in iſtis, de quibus per Boccac *cenſ. par. 3. num. 60. & ſeq.* militaur etiam in dictis Scripturis præſentibus, & futuris, & eorum redditibus annuis, cum Domini illarum tenerentur eas locare Notariis Titularibus, & illis illas conducere pro annuo affictu ſcutorum ſex, ſeptem, & octo pro centenario, Rota poſt Cenc. *de Cenſ. dec. 124. & fuit dictum in Roman. Diviſionis officii, 13. Martii 1655. coram bon. mem.* Ubaldn, idem Jus conſtitui debet, *l. illud ff. ad leg. Aquil.* cum vulgatis, & ex hoc Scripturæ præfatæ debent pro ſtabilibus haberi, Rota poſt Cenc *de cenſ. dicta dec. 124. per totum.*

322 Et *fel. rec. Clemens Octavus*, ſciens Cenſus ſuper dictis
Scripturis impoſitos eſſe validos, quando eaſdem Scri-
pturas à Notariis pro Camera Apoſtolica redemit, pre-
tio ſcutorum triginta millium, mandavit hujuſmodi
Cenſus extingui, & de dicto pretio in primis ſatisfieri
Cenſuariis, prout in ejus motu proprio extinctionis,
ſeu additionis Montis Religionum edito de Anno 1593.
323 ex † quo Papa habuit Cenſus hujuſmodi pro validis,
nàm quod nullum eſt, extingui non poteſt *arg. l. ejus qui*
324 *in Provincia, ff. ſi cert. petat* & † quòdammodo tacitè
etiam illos confirmavit, quod autem hoc facere potue-
rit non eſt dubitandum ex trad. per Rotam poſt Cenc.
dict. dec. 124. in qua pro validitate ſimilis Cenſus, ſu-
per Scripturis Notarii particularis impoſitis, fuit re-
ſolutum.

325 Nec eſt neceſſe quod res, quæ pro immobili habetur, ſit ſolo affixa ad hoc ut Cenſus ſuper illa imponi valeat quia vectigalia, loca Montium, annui redditus, & alia hujuſmodi non ſunt ſolo affixa, & nihilominus ſuper eis Cenſus imponi poſſunt, Molin. *de contract. dicta diſput. 389. numer. 3. verſic. quatenus*, cum aliis cumulatis per Cenc. *de cenſ. dicta part. 1. capit. 3. quæſt. 1. art. 1. nu. 12. & ſeqq.*

326 Quæ facilius procedunt, quia dictæ Scripturæ erant de ſui natura fructiferæ cum actu, & ſic de ſui natura, fructus redderent, nàm aliquæ erant ipſorum Notariorum, & aliquæ tertiarum Perſonarum; illæ quæ erant Notariorum cum exercitio officii reddebant Dominis ſuos fructus, Tertiæ verò perſonæ tenebantur ſuas Scripturas præfatas locare Notariis Titularibus, qui tenebantur illas conducere pro annuo affictu, & reſponſione ſcutorum ſex, ſeptem, & octo pro centenario, ut clarè legitur in dicto motu proprio Clementis Octavi, & omnes dictæ Scripturæ præſentes, & futuræ non vacabiles, conſtituebant unum Corpus, & ſemper habuerunt unicum valorem ſcutorum triginta millium.

327 Nec obſtat, quod requiratur aliquod Hominis miniſterium quia in omnibus aliis rebus ſuper quibus Cenſus imponi poſſunt, id requiritur, nec intentio Pii Quinti fuit illa per verba, de ſui natura fructifera, excludere, quæ mediante cultura, & artificio fructus ferat, quæ etiam culta, vel nullos, vel modicos fructus affert, detractis laboribus, & expenſis, Molin. *de Contract. dicta diſp. 389. n. 3. verſ. quatenus verò,* Medin. *de Contract. tit. de cenſ. quæſt. 11. verſic. quæritur amplius ſi ſeconda,* Rebell. *de oblig. Juſt. quæſt. 6. n. 6. verſ. nec tamen opus eſt,* Cenc. *de cenſ. dict. par. 1. cap. 3. quæſt. 2. art. 1. nu. 12. & ſeqq.*

328 Ultimum verò requiſitum, quod etiam ex Conſtitutionibus Martini, & Calixti requirebatur, ut Cenc. *dicta par. 1. cap. 3. quæſt. 3. artic. 1. n. 24. & ſequenti,* probavit, nempè quod res Cenſu onerata deſignetur certis finibus, dupliciter declaratur, videlicet.

Primò, ut non ſit neceſſaria finium ſpecificatio, dum aliter conſtat de certo corpore, prout de dictis officiis, & Scripturis conſtabat notoriè in caſu de quo agitur, Cenc. *de cenſ. d. q. 3. ar. 1. n. 33.* 329

Secundò, ut nec ex eo probetur, rem certis finibus non deſignari, quia in inſtrumento Cenſus non fuerint certi fines ſpecificati, ſufficit enim ſi aliunde hoc probari poſſit, & contrarium aſſerenti, videlicet rem certis finibus non deſignari, incumbit onus probandi, Cenc. *de cenſ. d. par. 1. c. 3. q. 2. ar. 3. n. 36. & ſeq.* Rot. *dec. 302. n. 4. & ſeq. par. 1. & dec. 539. n. 3. & ſeq. par. 2. recent.* 330

Et ulterius ſat eſt, quod vel per nomen commune, aut circumlocutionem diſtinctè, & expreſsè certis fines deſignentur, Rebell. *de oblig. Juſt. d. q. 6. n. 6. ante fin. verſ. exigit enim.* 331

Nec ex eo ſolo, quod res cenſu gravata certis finibus non deſignetur, poteſt Cenſus dici nullus; quæ enim pro immobilibus habentur, prout vectigalia, annui redditus, & ſimilia, vix, immò ne vix quidem certis etiam finibus deſignantur impropriè, & abuſivè, & nihilominus Pius Quintus voluit ſuper eis Cenſum imponi poſſe, Cenc. *de cenſ. dicta par. 1. cap. 3. quæſt. 1. art. 3. nu. 9.* 332

Et cum Cenſus, de quo agitur, fuerit obſervatus pro valido per tot annorum curricula, omnis nimis ſubtilis, & ſcrupuloſa interpretatio venit rejicienda ad trad. per Rot. poſt Cenc. *de cenſ. d. dec. 124. nu. 12.* cum aliis inferius allegandis. 333

Nec obſtat ſecunda prætenſa nullitas non interventus pecuniæ in actu celebrationis Inſtrumenti impoſitionis Cenſus; licet enim Emptor illius ad faciendam rem gratam Venditoribus, ne ſcilicet ipſi cogerentur ſolvere fructus iſtius, & alterius Cenſus per eos indè ad menſem extinguendi cum pretio Cenſus de quo agitur, conſtituerit tenere ſortem principalem ſcutorum quatuor millium ducentorum in depoſitum cum pacto, quod fructus non currerent niſi poſt menſem, nihilominus in fine menſis præfati dictus Depoſitarius ſolvit dicta ſcuta quatuor millia ducenta in pecunia numerata coram Notario, & Teſtibus, ut conſtat ex alio publico Inſtrumento; undè Bulla, ſeù Conſtitutio Pii Quinti, videtur omninò obſervata. 334

Nàm *Pius V. in dicta Conſtitutione 80. Cum onus, §. rurſus ſecund. antiq. impreſſ.* ſtatuit Cenſum non poſſe creari, niſi in pecunia numerata in actu celebrationis Inſtrumenti coram Notario, & Teſtibus, non autem priùs, recepto integro, juſtoque pretio, & ideo cum ex duobus Inſtrumentis ſimul junctis in effectum conſtet de reali ſolutione, & numeratione pretii coram Notario, & Teſtibus in actu celebrationis Inſtrumenti, & non prius, videtur ceſſare omnis difficultas.

Intentio enim Pii V. fuit tollere fraudes, & ſimulationes, ac anticipatas ſolutiones, non autem prohibere ſolutionem verè, & realiter, ut ſupra, factam, omni ſimulatione, & fraude ceſſante, Rota poſt Cenc. *de cenſib. deciſ. 65. numer. 9. & deciſ. 103. numer. 7. & ſequentibus*, etſi voluiſſet prohibere etiam numerationes poſt modicum tempus, ut ſupra, factas, cum dixit, non autem prius, addidiſſet, nec etiam poſtea arg. *leg. antiq. § fin autem ad deficientis, Cod. de codic. tollen.* & † una pars diſpoſitionis aliam declarat, *l. qui ſiliabus, in princ. ff de leg. 1. cum. vulg.* 335 336

Quod eò magis videtur procedere, ſtante illa dictione, *autem*, quæ corrigit, & declarat Pium V. non prohibuiſſe ſolutiones factas poſt modicum intervallum, juxta tradita per Gloſſ. *in capit. 1. in verbo ſed, de* Milit Vaſall. *in uſibus feud.* & adverſatur ſolutionibus præcedentibus celebrationem ipſius Inſtrumenti, non etiam ſubſequentibus, Alberic. *in diction. in verb. autem.* 337

Et in primo Inſtrumento impoſitionis Cenſus ſatis videtur interveniſſe ſolutionem ſortis principalis, quia cum emptor Cenſus vocaverit ſe illius depoſitarium, brevi manu fingitur ſoluta Venditoribus, & ſtatim reſtituta ei in depoſitum, & ſic Emptor ſtatim exuendo per- 338

ſona Emptoris, induit perſonam Depoſitarii, Surd
339 *conſ.192.n.42.lib.2.* nàm † ſæpè in jure celeritate actuum conjungendarum inter ſe actionum unus actus occultatur, ut dixit text. *in leg.3.§.fin.ub* Gloſ. *in verb. occultari*, dat concordantes. *ff. de donat. inter Vir. & Uxor.* & in terminis Cenſus tradit Honded *conſ.27.n.10 lib.2.*

340 Quod in caſu, de quo agitur, videtur omninò admittendum, quia cum depoſitum fuerit purum, & ſimplex, habuit ſine dubio vim ſolutionis, *l. ſi ſoluturus, ubi* Bart. *n.5 ff de ſolut* Caſtr. *in l. acceptam, num.1 a. C de uſur.* Put deciſ 193.lib.1. Ror. *poſt* Pacif. de Salv. *deciſ.271.n.4.& ſeq ſecundum nov. impreſſ & poſt* Cenc *de cenſ. dec.92.n.6.& deciſ.103.num 7.*

341 Et cum Conſtitutio emanaverit ad tollendas fraudes, ac ſimulationes, & anticipatas ſolutiones, & dictus Depoſitarius realiter, & cum effectu in fine menſis ſolverit in pecunia numerata, utique conſtat hic nullam interveniſſe fraudem, aut ſimulationem, aut anticipatam ſolutionem, & per conſequens formam conſtitutionis potuiſſe per æquipollens adimpleri, Pariſ. *conſ.33.n.34 lib.2.* Mant. *de tacit.lib.2.tit.4.n.55.* Caſſad *ſuper Regul. dec.26.& dec.2.n.2.de judic.* Put. *dec.252.nu.8.& ſeq.2* Seraph. *dec.1413.n.2.*

342 Et ſic deſcriptio alicujus pro creditore in libris Mercatoris, qui ſit ſolvendo, habet vim ſolutionis, Bart. *in l. ſingularia, num.19.ff. ſi cert. petat.* Gabr *conſ.145. num. 18.& ſeq. lib.1.* Honded. *conſ.41.num.6 libro 2.* Rota Genuen *deciſ.4.nu.10.& num. 13.* Rota *poſt* Cenc. *de Cenſ. d. dec. 103. n 9.*

343 Et Cedula Bancharia, quæ in effectu nihil aliud eſt, niſi quoddam depoſitum, pariter ſolutionis vim obtinet, adeo quod per eam Conſtitutioni Pii V. ſatisfat, Gratian. *diſcept c.87.n 46.* Cenc *de Cenſ. par.2.qu.1.art. 7.n.13.& ſeq* Rota *poſt eundem* Cenc. *d.dec.19.n.6.& d. dec.103 n.8.* non videtur poſſe conſiderari diverſitas rationis, quò minus depoſitum in caſu noſtro habeat vim ſolutionis, & ob id ſit Conſtitutioni ſatisfactum.

344 Præſertim quia Emptor habebat pecunias in promptu, & erat ſolvendo, ut experientia rerum magiſtra probavit ad text. *in l. ſi de interpretatione, ff. de Leg. cum ſimil.* &

345 † Venditores debebant convertere pretium Cenſus in extinctionem alterius Cenſus, quod fieri non poterat, niſi in fine dicti menſis, cum tempus extinctionis illius antea non veniret; unde cum prædicta eodem momento temporis impleri non poſſent, & Venditoribus expediret non ſolvere fructus duorum Cenſuum, & Emptoris etiam intereſſet pecuniam in aliam cauſam non converti, niſi in extinctionem Cenſus exiſtentis ſuper eodem fundo, in quo alius imponebatur, utique Conſtitutioni Pii V. fuit ſatisfactum per d. depoſitum cum ſubſequuta ſolutione, & numeratione, ut in his terminis conſideravit Rota *poſt* Cenc. *de Cenſ. d. dec 103. num.8. verſ. maximè, ubi ſub numero 12.* ſubdit quod ſecundum ſubjectam materiam dicitur fieri ſtatim etiam quod fiat in ſpacio duorum menſium.

346 Et ob id poſſet fortè etiam dici quod Cenſus hujuſmodi fuerit cœptus creari à principio menſis, quando fuit confectum primum Inſtrumentum, & in fine menſis perfectus, cum præſertim medio tempore nulli fructus intervenerint, & duraverit idem Partium conſenſus, ut eatus monſtravit, Calder. *conſ. 2. nu.2. verſ. non obſtat, de Conſit.* Roman. *conſ.309.n.19.verſ. quidem,* Rodoan *de Spol. q. 7.n.70.*

347 Sic enim videmus in ſimili de Cedula bancharia, quæ diximus, nihil aliud eſt niſi quoddam depoſitum, in terminis Rot *poſt* Cen. *de Cenſ. d. deciſ 103.n.8. & ſeq.* nam

348 † licet in Signatura per fel. record. Greg. Decimum tertium, fuerit declaratum Cenſum non fuiſſe nullum, ubi in actu celebrationis Inſtrumenti d. Cedula intervenit, nihilominus, idem Summus Pontifex reſcripſit cum clauſula, conſtito, quod ſtatim pecuniæ pervenerint ad manus Venditorum, & ſic quod pecuniæ vi ititue dictæ cedulæ fuerint poſtea per Banchum ſolutæ; ergo tota vis conſiſtit in eo, quod re vera poſt celebrationem inſtrumenti cedula fuerit per Banchum recepta, & illius vigore ſecuta ſolutio, cujus vim habet promiſſio facta poſtea à Mercatore, ut per Rot. *poſt* Cen. *de Cenſ. d. dec. 103. num.9.* & numeratio pecuniæ poteſt poſtea fieri cum aliquo intervallo, ut dicatur facta ſtatim, ſecus ſi vigore cedulæ nunquam ſecuta fuiſſet ſolutio, & numeratio; nam hoc caſu, nec Gregorius XIII. Summus Pontifex, nec ejus Signatura habuit cenſum pro valido, dum reſcripſit cum dicta clauſula, conſtito, &c.

Idcircò non videtur ſubſiſtere declaratio Ceoc. *de Cen. part. 2. capit. 1. quæſt. 1. articul. 7 numer. 18. verſic. non obſtat.* dum dicit, numerationem fieri juxta formam Bullæ per ipſam traditionem cedulæ Bancharie tantum in actu celebrationis inſtrumenti, quia hoc eſt contra dictam declarationem Greg XIII. & contra Rot. *poſt* eundem Cen. *d. deciſion. 92. num. 6. & deciſ. 103. num. 7. & ſeqq.*

Ex quibus colligitur, tunc demum Cenſum creatum 349
per Cedulam Banchariam non eſſe nullum, ſi vigore dictæ cedulæ poſtmodum pecuniæ ad manus venditorum pervenerint, ergo ſi cedulæ vigore, ob aliquod accidens non fuiſſet ſequuta ſolutio, cenſus non fuiſſet validus, nec eum Greg. XIII. pro valido habuiſſet, etiam ſi in actu celebrationis Inſtrumenti cedula Bancharia interveniſſet, cum paria ſint non eſſe, & effectu carere, *l. nihil intereſt ff. de regul. jur.* Bart. *in l. de ætate, §. nihil intereſt. ff. de Interrog. actio.* Alexand. *conſil.18 2.n.5. lib.2. & conſil.197.n.1.lib.6.* Roman. *conſil.245. n.2.* Jo. de Anan. *conſil.83.column. 2. verſiculo certa vero ſecundum, & ibi* Bologn *n.3. & ſeqq.*

Et ſi diceremus per cedulæ dationem in actu celebrationis Inſtrumenti eſſe Bullæ ſatisfactum, etiam ſi illa non eſſet poſtmodum effectum ſortita, hoc eſt de directo contra Bullam, quia daretur caſus, in quo in effectu cenſus poſſet creari abſque pecunia, quod non eſt dicendum.

Redeundo igitur ad caſum, de quo agitur, cum in 350
effectu pecunia fuerit brevi manu depoſita penes emptorem, & ille promiſerit retinere in depoſitum, & libere illam numerare in fine dicti menſis ad libitum venditorum, & in effectu tempore ſtatuto illam ſolverit coram Notario, & Teſtibus, non minus validus debet cenſeri cenſus, ac ſi ab initio interveniſſet cedula bancharia, cujus vigore, fuiſſet poſtmodum ſubſequuta vera & realis ſolutio, cum, ut diximus non in traditione Cedulæ tantum, ſed in vera ſolutione, ejus vigore ſubſecuta, tota validitas cenſus conſiſtat.

Nec Bulla Pii V. ut Cenc. *de Cenſ d p.2.cap.1. quæſt.* 351
1.art.7.n 12. docebat, eſt adeo litteraliter, & judaicè intelligenda, ut non admittat interpretationem ex rationis identitate.

Et licet verba Bullæ, ſeu Conſtitutionis, de nu- 352
meratione loquentia, debeant intelligi in caſu vero, non autem in caſu ficto, & cedula Bancharia, & depoſitum habeant vim ſolutionis, & ſint numerationes fictæ: nihilominus quando poſtea in vim illorum ſubſequitur vera, & realis ſolutio, ceſſat Bullæ ratio, & perinde eſt, ac ſi verè in actu celebrationis Inſtrumenti fuiſſet pecunia numerata, eſt namque clarum nullam fraudem, aut ſimulationem interveniſſe; ideo magis ratio, quàm verba illius ſunt attendenda, *l. ſcire leges, ff. de Leg.* unde ille † in fraudem Legis facit, qui corticem 353
verborum tenens, ſententiam ejus circumvenit, *l. contra Legem, ff. de Leg.* ergo, qui mentem Legis ſequitur, non committit fraudem, etiam ſi corticem verborum non ſequatur.

Denique cenſus, de quo agitur, fuit obſervatus pro 354
valido triginta annorum ſpacio, & ultra, quæ obſervantia plurimum confert ad validandum actum, Rot. *deciſ.630. numer. 2. parte prima diverſ. & dec. 502. nu. 32. part. 3. & deciſ. 539. numero 2. part. 2. recent.* adeò quod ex ſolutionibus longo tempore continuatis cenſus præſumatur impoſitus juxta formam Bullæ Pii V. Rot. *in Romana Cenſus 24. Novembris 1606. coram bon. memor* Atrebaten. *& in* Bononien. *Datis de Manzolis 9. Decembris 1619. & 22. Martii 1621. coram, bonæ memoriæ* Remboldo.

Quinimò tanto temporis ſpacio, ſi in aliquo defectus 355
adfuiſſet, præſumeretur confirmatio Apoſtolica, juxta opinionem approbatam à Rot. *dec 179. par. ſecunda diverſ.* etiam ſi non fuiſſet in contractu reſervata, Seraph. de-

ph.*dec*.1042.& ad evitandas uſuras Rot.*in d.*Bononien.
de Manzolis 9. *Decembris* 1620. & 22. *Martii* 1621. *ra-*
*ram bo.mem.*Remboldo.

356 Cæterum, quia cum D. Theſaurarius relaxaſſet
mandatum pro ſcutis octingentis vigintiocto monetæ,
pro fructibus cenſus decurſis, & non ſolutis, cauſa in
gradu appellationis in Camera pendente, pro celeriori
expeditione fuit adita ſignatura Sanct.& felic. rec Ur-
ban. VIII. reſcripſit cum clauſula, conſtito de vera, &
reali numeratione, procedatur ad ulteriora, exce-
ptione prædicta non obſtante, prout paſſim ſolet in Si-
gnatura Sanctiſſimi reſcribi, quando conſtat de vera &
reali numeratione pecuniæ, & prætii cenſus, Rota *in*
Lauretana Cenſus 14.*Junii* 1619.*coram bo.me.Pirovano*
& cum de dicta numeratione vera, & reali in præſenti
caſu conſtaret ex publico inſtrumento, non fuit locus
in hoc ulteriori diſputationis.

357 Nec etiam obſtat tertia prætenſa nullitas deducta
ex quodam pacto exemptionis cenſus ab omni onere,
quod prætendebatur contra Bullam, etenim non ideò
cenſus eſt nullus ſed tantum eſt nullum ipſum pactum,
Rota poſt Cenc. *de Cenſ.dec.*95.*n.*9.

358 Præſertim ſtante proteſtatione, quod Partes inten-
debant contrahere juxta formam Bullæ Pii Quinti.
Rota poſt Cenc. *de Cenſ. dicta decıſ.* 9. *nu.* 10. Mantica
*decıſ.*305.*n.*11. Rota *dec* 283.*n.*1.*& ſeqq. & dec.*316.*n.*
2.*& ſeqq.par.* 4. *diverſ. & dec.* 219.*n.*4.*p.*2.*recent.* &
fuit alias ſæpè deciſum.

359 Denique non obſtat prætenſa extinctio cenſus de
anno 1594. quia de illa nullibi apparet, ſed benè con-
ſtat de contrario, ſcilicet, quod cenſus fuit tantùm
extinctus de anno 1602.ex publico retrovenditionis,
& extinctionis Inſtrumento, quod facit probationem
probatam, rem claram, & manifeſtam, *l. ad proba-*
tionem, Cod. de probat. l. pecuniæ, Cod. de ſolut.l.cum
*precibus, Cod. de probat.*Bald *in l.intereſſ, in ultim.not,*
*n.*2.*Cod.de ſolut.*Bart.*in l.* 1.*in princip.n.*8.*ff.de nov.oper.*
*nun.*Dec.*conſil.*422.*num.*9. Mantic. *deciſ.* 26. *num.* 1. *&*
*deciſ.*166.*n.*12.Gregor.*deciſ.*157.*n.*13.*& dec.*180.*num.*
1. Rota *dec.*60.*n.*1 *par.*1 *recent.*

360 Plura tamen exadverſo adducuntur ad probandum
cenſum fuiſſe extinctum de Anno 1594. &c.

Primò, quia fel. mem. Clemens VIII. dum redemit
pro Camera Apoſtolica ſcripturas Notariatum A. C.
ſuper quibus cenſus fuerat impoſitus ordinavit, median-
te chyrographo, pretium deponi, ad effectum inve-
ſtiendi in aliis bonis, vel ex eo ſatisfaciendi Cenſuariis,
& facto depoſito onera cenſuum, & hypotecarum,
cenſeri tranſlata in dictum depoſitum, & ſcripturas
eſſe liberatas.

Secundò, quia D. Theſaurarius fecit ordinem Do-
minis Depoſitariis, ut ſolverent ſortem principalem
dicti cenſus.

Tertiò, quia, in executionem chirographi præſa-
ti, Procurator Domini cenſus ad effectum exigendi di-
ctam ſortem principalem cenſus, vigore dicti ordinis,
ceſſit Cameræ jura ſui Principalis.

361 Sed ad primum fuit reſponſum, quod liberatio ſcri-
pturarum ab oneribus emanavit ut ſupra, de Anno
1594 ad favorem ſolius Cameræ, non autem ad favo-
rem Venditorum cenſus, nec legitur in chirographo
hujuſmodi liberationem fieri in Dominorum cenſuum
præjudicium, & cum materia ſint ſtricta, & alteri
præjudicialis, non debet extendi in præjudicium Ter-
tii, *capitul. ſuper eo ubi* Gloſ. *in verbo, intentionis, de*
*offic.Delegat.*Rot.*deciſ.*60.*num.*3.*verſicul. aut extinctio,*
par. 1. *recentior.*

362 Nec ex eo, quod cenſus non fuerit extinctus ema-
navit aliquod Cameræ præjudicium, cum tantum
Impoſitores cenſus obligati remanſerint, ſicut vide-
mus in ſimili, ſuſtineri cenſum ſuper re aliena in præ-
judicium ſolius Imponentis, *l.rem alienam,ff. de contr.*
emptor. Cenc. *de Cenſ. par.* 1. *cap. ſecundo quæſt.* 1. *art.*
3. *num.* 12. *& quæſt.* 3. *art.* 5. *nu.* 16. Rota *poſt eundem*
Cenc. *de cenſ. dec.* 13. *nu.* 1. *& dec.* 17. *n.* 2. *& ſequenti*
Greg.*dec.*443. *n.* 5. *& ſequenti.*

363 Multo magis ſuſtinetur cenſus jam impoſitus, non
obſtante tranſlatione Dominii fundi cenſuati in præju-
dicium ejuſdem Imponentis, & Alienantis, cum res
tranſeat regulariter cum ſuo onere, Clemen. 1. *de cenſ.*
Covar.*var.reſolut.lib.*3.*cap.*7.*num.*6.Rota *d.dec.*60 *nu.*
9.*par.*1.*recent.& poſt* Cenc.*de cenſ.dec.*90. *num.*7. *& nu.*
10.*& ſeqq.*

Nec eſt admittendum, quod Papa, qui tàm exi-
xè conatus eſt Dominis cenſuum providere ordinando
pecunias deponi, & non poſſe amoveri, niſi data cau-
tione, vel facto reinveſtimento, voluerit in aliquo
Cenſuariis præjudicare.

Ubicumque autem fit tranſlatio cenſus ſuper alia 364
re, non extinguitur, ſed tranſit ſuper re ſubrogata,
vel remanet ſuper primo fundo, donec extinguatur
& ſic fit tranſlatio quoad exercitium actionum, non
quoad ſubſtantiam cenſus, Greg. *deciſ.* 455. *numer.*
1. *&* 5.

Et in caſu, de quo agitur, cenſus remanſit ſuper e- 365
iſdem Scripturis, nec fuit tranſlatus in pretium, quia
Clemens VIII. ordinavit fieri depoſitum dicti pretii,
dendo certam formam in ejus chirographo, & ordina-
vit, quod, facto hujuſmodi depoſito, cenſus, & hypo-
thecæ cenſerentur tranſlatæ in illud, ſed hujuſmodi de-
poſitum non fuit factum, nec ſervata fuit in aliquo for-
ma dicti Motus proprii, ut ſequitur quod cenſus re-
manſerit ſuper ſuo primævo fundo, quod etiam exitus
demonſtravit; cum quando de anno 1602. Emptori cen-
ſus fuit reſtituta illius ſors principalis, ut legitur in In-
ſtrumento extinctionis, non fuit facta extinctio
cum aliquibus pecuniis depoſitatis, ſed pecuniis pro-
priis ipſorummet Debitorum.

Ad ſecundum objectum de ordine D. Theſaurarii. 366
Fuit reſponſum, quod ex hoc non reſultabat ſolutio,
& per conſequens nec extinctio cenſus; cum non fuerit
in facultate Emptoris cenſus pretium recipere; unde
nec etiam mandati relaxatio ſufficit; Rot. *deciſ.* 56.
num 3.*parte prima recent.& poſt* Cenc.*de Cenſ.dec.*106.
numero tertio, & deciſ. 248. *numero* 3. prout nec etiam
ſufficiunt aſſignamenta, donec re vera Emptori pre-
tium non reſtituatur, vel ſit in ejus libera poteſtate il-
lum recipere, Rot. poſt. Cenc *de Cenſ. d. dec.* 106. *n.*
1. *& dec.* 247.*n.* 2.

In præſenti verò caſu, cum non eſſet factum depoſi-
tum, ut ſupra, nec declaratum, ad quem ſpectaret
pretium ſcripturarum, non fuit in arbitrio Emptoris
cenſus recipere ſortem principalem, nec Domini illam
ſolvere voluerunt, quod pariter effectus probavit,
nam Venditores cenſus, ut apparet ex publico inſtru-
mento extinxerunt cenſum de anno 1602. ex eorum
propriis pecuniis, ergo non erat in arbitrio Emptoris
pretium dicti cenſus recipere.

Et ſi depoſitum non relevat, ubi non eſt judiciale, 367
Parte citata, & ubi non intervenit delegatio, & quan-
do non eſt liberum, & Deponens apponit aliquam
conditionem, propter quam dominium à ſe penitus
non abdicavit, ut fuit dictum in Romana *Pecuniaria*
24 *Novembris* 1595.*coram bon mem.* Cardin. Millino,
ſumus in claris, quia nihil iſtorum in hoc caſu inter-
venit, quinimò nulla abdicatio dominii ſortis princi-
palis dicti cenſus adfuit, ut fuit ſuperiùs demonſtra-
tum, & quæ exadverſo adducuntur, † procedunt, 368
quando fuit facta diſdicta, & per citationem, & inti-
mationem conſtitutus Emptor in mora recipiendi de-
poſitum liberè factum, quæ hic non intervenerunt;
unde nulla poteſt prætendi extinctio, Rota *deciſ.* 60.
numero ſecundo, & ſequentibus parte 1. *recent.* & alias
fuit ſæpè deciſum.

Et ſolus ordo D. Theſaurarii nihil relevat, tom, 369
quia non habebat facultatem extinguendi cenſum, &
ideò cenſetur etiam noluiſſe, cum nemo cenſeatur fa-
cere voluiſſe, quod non poterat, Bald. *in capit. primo*
numero primo de Juram. calum. Bero. *conſil.* 513. *num.*
6. *lib.*3.

Tùm etiam, quia extinctio requirit actum retro- 370
ſimilem, ſcilicet reſtitutionem pretii ex parte Debi-
toris, & receptionem illius ex parte Creditoris, Rot.
*deciſ.*587.*parte prima diverſ.* & fuit dictum in Romana
Salviani 23. *Junii* 1609. *coram bon.mem.Litta*, in qua
aliæ deciſiones allegantur, quod eſt conforme Con-

Digitized by Google

ſtitutioni Pii V. & pactis Inſtrumenti cenſus, de quo agitur, tum denique quia dictus ordo non ſuit à Dominis ſolutus, nec acceptatus, quia non habebant penes ſe pecunias Debitorum dicti cenſus, ut exitus, ut ſupra demonſtravit.

371 Nec obſtat deciſio emanata in cauſa Romana *Cenſus 2. Maii 1616. coram bon. mem P rovano.* Quia ibi agebatur de chirographo diverſo, in quo Papa noluit providere Cenſuatiis, prout hic providit, & ibi fuerat facta intimatio, & erat in arbitrio Emptoris cenſus, recipere ſortem principalem, ut ibi in fine clare legitur, ſed hæc ceſſant in caſu præſenti, de quo agimus, ergo meritò deciſio retorquetur.

372 Ad tertium objectum, & ultimum, de ceſſione, fuit reſponſum, quod illa fuit facta in exequutionem chirographi ad favorem Cameræ, non autem ad favorem Debitorum cenſus, quinimò ad oſtendendum per Emptorem non ſtare, ſi pretium ei non reſtitueretur, cum pro parte ſua implevisſet, quod debebat, & cum ceſſio fuerit facta ſpe futuræ numerationis, illa non ſequuta, ceſſavit effectus ceſſionis *c. cum ceſſante, de appell.* Tiraq. *c. cum ceſſante poe. prima n.* 58. Idem Tiraq *ibid. nu.* 47. Rot. *dec.* 123. *n.* 15. *p.* 2. *diverſ. & dec.* 50. *n.* 3. *& dec.* 55. *n.* 1. *& dec.* 428. *n.* 1. *p. t. recent.*

373 Quod autem ſolutio non fuerit ſequuta de tempore ceſſionis, illius vigore, ſed poſt multos annos patet ex ipſo Inſtrumento extinctionis cenſus rogato de anno 1602. ex quo conſtat ceſſionem ſolummodo emanaſſe ſpe futuræ numerationis, cum animus eliciatur ex præcedentibus, & ſubſequentibus, *l. reprehendenda, ubi* Gloſ. *in verb. comprobaſti, Cod. de inſtit. & ſubſtit.* Verall. *dec.* 148. *numero* 4. *p.* 2. Greg. *deciſ.* 70. *num.* 8. *& deſ.* 239. *num.* 5.

374 Et ob id ante annum 1602. non intervenit actus retroſimilis naturalis reſtitutionis pretii, prout requiritur ad cenſus extinctionem, & per conſequens non poteſt aliquod fieri in ceſſione fundamentum, *l.* 2. *in fin. C. quand. licet ab empt. reced.* Verall. *dec.* 103. *p.* Rot. *deciſ.* 587. *n.* 1. *par.* 1. *diverſ. & dec.* 56. *n.* 1. *& ſeq. & dec.* 60. *n.* 3. *p. t. recent. & poſt* Cenc. *de Cenſ. dec.* 247. *num* 4. Gregor. *dec.* 156. *num.* 3.

Et ita, &c. articulo ſæpius diſcuſſo, utraque &c.

Obſervatio.

375 Fuit dubitatum in Camera, an eſſet revocanda Superſeſſoria, & de anno 1737. utraque Parte informante, obtinui illius revocationem, quia fuerat actum virtute obligationis Cameralis, quæ appellationem ſuſpenſivam non admittit, Galleſ. *de oblig. Camer. quæſt.* 37. *numero ſecundo, & ſequentibus* Scacc. *de Appell. quæſt. decima ſeptima lim.* 9 *fol.* 638. Marcheſan. *de commiſſ. appell. ub oblig. Camer. parte prima §. primo numero* 31. *fol.* 695. Saluſt. Tiber. *lib. primo capit.* 27. *num. primo, & ſequentibus* Zacch. ad Galleſ. *de oblig. Camer. in quæſt.* 36. *numero ſecundo, & ſequenti* Gratian. *diſcept.* 968. *num.* 7. Rot. poſt Zacch. *de oblig. Camer. deciſ.* 12. *num.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 626. *num.* 2. *p. t. diverſ.*

376 Præſertim cum Camera jam mandaſſet exequi mandatum, aliàs à D. Theſaurario, virtute obligationis Cameralis, relaxatum, etenim à decreto de exequendo non datur appellatio, *leg. ab Exequutore, C. quor. appell. non recip.* Rot. *dec.* 100. *numer. decimo tertio parte prima diverſ.* Cavaler. *deciſ* 312 *nu.* 2. ubi de communi, & de obſervantia Sacri Palatii reſtatur.

377 Eoque magis cum conſtet de juſtitia Decretorum factorum ex publicis Inſtrumentis, & ſtantibus tot reſolutionibus Cameralibus de annis 1627. 1628. 1632. & 1633. emanatis, ac decretis tranſactis in rem judicatam, quæ inducit notorium, & pro veritate habetur, *l. res judicata, ff. de reg. Jur.* Rimin *conſil.* 41. *num.* 7. *& ſeq.*

Nec ſubſiſtit, quod Dominus Theſaurarius de anno 1610. relaxaverit mandatum pro rata, & non in ſolidum.

378 Quia illud relaxavit contra Hæredes Bruti, & alios quatuordecim Notarios, pro ſumma ſcutorum octingentorum vigintiocto, per eos, & eorum quemlibet reſpectivè debitorum, occaſione de qua in actis, quæ verba per neceſſe referuntur ad ſolidum.

Tum, quia dictio, quilibet, eſt diſtributiva contra unumquemque in ſolidum, *l. non diſtinguemus, §. cum in plures, ff. de Arbitr. l. ſi pluribus, ubi* Gloſ. *in verb. ſed omnes, &* Bar. *n.* 3 *ff. de leg.* 2. Bart. *in l. hoc articulo n.* 3 *ff. de hæred. inſtit.* Butr. *conſil.* 29. *n.* 2 Ruin. *conſil.* 76. *n.* 4. *lib. primo* Gratian. *diſcept.* 272. *numero* 30. Rot. poſt Zacch. *de oblig. Camer. deciſ.* 22. *numero ſecundo,* ubi de communi, & quod aliàs ita fuit deciſum in *Romana Caſalis coram bon. me.* Oriolen.

Tum etiam quia illa verba, occaſione de qua in actis, referuntur ad Inſtrumentum impoſitionis cenſus, tunc in actis exiſtens, in quo omnes Notarii, & ſcripturæ ſingulorum officiorum obligantur inſolidum, & relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, *l. aſſe toto, ubi* Bart. *& DD. ff. de hæred. inſtit.* Cavaler *dec.* 94. *n.* 7. *& ſequenti* Coccin. *dec.* 50. *n.* 3. *& dec.* 76 *n.* 7. *& dec.* 77. *numero decimo quarto, & ſequenti, & dec.* 487. *nu.* 10. *& ſequ.* Et relatum attenditur † non referens Ruin, *conſil.* 180. *n.* 3. *lib.* 2. Greg. *dec.* 439. *num.* 1. *& ſeqq.* 379

Et cum dicta verba, *per eos, & eorum quemlibet* non poſſint intelligi, niſi tàm conjunctim, quam diviſim inſolidum, juxta formam Inſtrumenti cenſus, & ſint clara, non debet in eis fieri controverſia, *l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg.* 3. nàm nimia ſubtilitas † ſubvertit veritatem, *l. ſi quis hæredem, in fin. C. de inſtit. & ſubſt. l. pen. C. ad Trebell.* Dec. *conſ.* 668. *numero* 5. Roman. *conſil.* 301. *num.* 15. & eſt legibus inimica, Bald. *in l. veteris n.* 3. *Cod. de contr. & commiſ. ſtipul.* 381 382

Et quamvis de anno 1610. aliquæ perſonæ de Collegio Notariorum eſſent mutatæ, tamen Collegium eſt ſemper idem, & non mutatur mutatione perſonarum, *l. proponebatur, ff. de jud.* Bart. *in leg. aut facta, §. ult numero* 3. *in fin ff. de pœn.* Roman. *conſil.* 436. *num.* 8. Surd. *poſt alios conſil.* 454. *num.* 26. & Subrogati † tenentur ad omnia, ad quæ tenebantur ii, in quorum locum ſucceſſerunt, ut per tex. *in l. ſi eum, §. qui injuriarum, ff. ſi quis aut l. ſi et cui, §. ſi ii, ff. evict.* tenet. Rota *poſt* Paciſ. de Salv. *dec.* 272. *n.* 1. 383 384

Nec relevat, quod Intrans Collegium de novo non teneatur ad debita antiqua, quia obligatio reſpicit officium, & debitum fuit contractum, & cenſus impoſitus pro extinctione alterius cenſus, & ſic pro ſolvendis debitis, & pro neceſſitatibus Collegii, ut ex lectura Inſtrumenti apparet, undè tenentur etiam de novo Intrantes in Collegio actione perſonali ex contractu, Bald. *in l. providendum* 23. *C. de Decur. lib.* 10 ubi Joann. de Plat. *verſic ſecus ſi cauſam,* Luc. de Pen *in lib.* 2. *col.* 2. *verſ. aut accipit in cauſam neceſſariam, C. de fund. rei privat. lib.* 11. 385

Nec ſubſiſtit, quod pro conſenſu poſſit ſolummodo obligari res cenſuata, Navar. *de Uſur. numero* 74. *&* 79. 386

Quia Navarr. hoc non probat, nec dicit, loquitur enim de obligatione, & hypotheca ſpeciali, & onere ipſius cenſus, † quod ſtare debet ſuper ſola re cenſuata, non de generali hypotheca, nec de obligatione perſonali, quæ pro ſolutione cenſus contrahitur, Gabr. *conſil.* 14. *numero ſecundo lib. ſecundo,* & ſequitur hæreditariam portionem, Cenc *de Cenſ. parte ſecunda capitul. ſecundo quæſt.* 3. *artic.* 7. *numer.* 7. *& ſeq.* nec de perſonali in rem ſcriptam, † qua agitur contra quemlibet poſſeſſorem, Gabr. *d. conſ.* 141. *n.* 2. *lib.* 2. 387 388

Et cum Dominus Theſaurarius de anno 1618. mandatum relaxatum contra quindecim Notarios, mandaverit exequi pro ſumma in eo contenta contra tres, & ſignanter contra Hæredes Bruti in ſolidum obligatos, prout in actis, apertè declaravit primum mandatum intelligendum in ſolidum contra quemlibet, nam ex ſequentibus declarantur præcedentia, *l. ſed Julianus, §. proindè, ff. ad Macedon, l. ait, Prætor §. ſi Judex, ff. de re jud.* Soccin. *conſil.* 156. *n.* 71. *lib.* 2. Coccin. *dec.* 120. *num.* 6. 389

Nec conventio inter Notarios debitores in libro 390

Robro

Digitized by Google

Rubro facta, poteſt præjudicare Creditoribus non conſentientibus, *l. num ita Divus, ff. de adopt. l. ſolvendo, ff. de negot. geſt. l. debitorum, Cod. de pact. leg. cum te 5. in*
391 *fin. Cod. ne Uxor pro Marit.* Nec poteſt † recedi à contractu etiam in minimo, niſi de conſenſu ambarum Partium Bald. *conſil. 465. n. 2 lib 5.* Gregor. *dec. 392. n. 7.*
392 Contractus enim ex poſt facto † ſunt neceſſitatis, *l. ſicut, C. de act. & oblig.* Dec. *conſ. 6. n. 9 lib. 2.*

393 Et Brutus in dicto libro ſe obligavit ſolvere fructus cenſus Collegialis, de quo agitur, & inſuper relevare indemnes Collegas, quemlibet pro ſua rata, & hoc ultra promiſſionem factam per acta Antonini die 12. Jannarii 1681. in qua obligat in ſolidum ſe, Hæredes, & bona, in forma Cameræ, prout erat obligatus Gerardus ejus anteceſſor; unde ceſſat omnis ſcrupulus, cum ſtante clara obligationa in actis exhibita, Dominus Theſaurarius de anno 1618. & Dominus Uſimbardus, de ordine Cameræ de anno 1628. & 1635. mandatum, ſeu mandata præfata reſpectivè exequi mandarunt. In claris enim non eſt opus conjecturis exadverſo mendicatis, *l. continuus, § cum ita, ff. de verb. oblig. l. ſcire, ſufficit, ff. de excuſ. Tut. l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. leg. periculis, § argento, ff. de aur. & argen. legat.* Rot. *dec. 106. n. 4. p. 1. recent.*

394 Nec relevat, quod de anno 1610. dictum Inſtrumentum obligationis factę die 12. Januarii 1581. non eſſet in actis, tùm ex jam dictis, tum, quia aderat Inſtrumentum cenſus, & alia obligatio Bruti habens relationem ad illam dies 12. Januarii 1581. ut ſupra, & relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, & producto relato non dicitur nova probatio, ſed antiqua, laté Dec. *conſil. 539. numero 6. & ſequent.* Seraph. *deciſ. 845. numero 3. verſic. prout*, & in omnem eventum, quando omnia arant in actis, Dominus Theſaurarius de anno 1618. & Dominus Uſimbardus, ut ſupra, de anno 1658. & de anno 1635. mandatum, quatenus opus ſit, de novo decreverunt, & relaxarunt.

395 Denique non ſubſiſtit, quod Inſtrumentum cenſûs in actis productum non ſit authenticum, quia habet faciem publici Inſtrumenti cum ſubſcriptione Notarii, Bart. *in leg. ſi quis ex Argentariis, §. ſi initium, ff. de eden.* Verall. *deciſ. 104. num. 1. & 2 par. 2.* Cavaler. *dec. 102. n 1.*

396 Et cum in dicto libro Rubro omnes Notarii fateantur fructus dicti cenſus per Collegium ſolvi ſolitos quolibet menſe, & ſolvere ſe obligant, hoc prodeſt in favorabilibus Creditori cenſus, licèt non noceat in cæteris, per præmiſſa, ultra quod dicti Notarii ſe obligarunt ſolvere dictos fructus, etiam per publica Inſtrumenta, & extinxerunt dictum cenſum in pluribus vicibus, ut in Inſtrumento extinctionis in actis rogato de anno 1600. unde ſtante obſervantia probaret etiam Copia, *leg. 1. & ſecunda Cod. de fideicomm.* Cravett. *conſil. 65. numero 11. & conſil. 101. numero quarto* Seraph. *deciſ. 1192.* Rot. *deciſ. 343. parte quarta d verſ.* Theodoſ. *de Rub. in Singal. ad deciſ. 103, Pentæ lib. quarto num. tertio, & quarto fol. 489.* Coccin. *deciſ. 128 numero octavo* Cavaler. *deciſ. 122. num. quarto* Rot. *in* Cremonen. *Cappellæ 10. Februarii 1598. coram bon. mem.* Cardin. Mellino, *& in Aſculana Iuriſpatronatus 24 Februarii 1616. coram bon. mem. Card. Veroſpio Seniore.*

397 Et cum etiam ex prædictis, & aliis publicis Inſtrumentis, ſcripturis & reiteratis confeſſionibus Partis adverſæ paſſim in actis referantur eſſentialia dicti Inſtrumenti cenſus; ut in Summariis hinc indè datis, ſequitur alia indubitata concluſio, quod cum adminiculis etiam Scriptura informis, & copia probat, *l. Inſtrumenta domeſtica, Cod. de probat.* Verall. *deciſ. 234 parte prima* Seraph. *deciſ. 1192.* Rot. *d. deciſ. 343. in princ. par. 4 diverſ. & deciſ. 18. num. tertio part. 2. recent.* Cavaler *deciſ. 142. num. 1. & 4.* Coccin. *d. deciſ. 128. n. 8. in fin.*

398 Et res caret omni difficultate, quia in illius productione in termino citationis ad dicendum contra jura, nihil in prima inſtantia fuit oppoſitum contra dictum Inſtrumentum; unde probaret, etiamſi eſſet ſcriptura informis, Saluſt. Tiber. *in Prax. lib. 3. capit. 15. numero ſecundo* Gregor. *deciſ. 295. numero ſecundo*, & ibi laté Beltramin. *numero 6.* Cavaler. *deciſ. 142. numero*
6. nec relevaret oppoſitio † in ſecunda inſtantia, Rot. 399
deciſ. 119. lib. 2. Cavaler. *d. deciſ. 142. num. 7.* & nihilominus nec etiam in ſecunda inſtantia coram Domino Uſimbardo, in termino, ad dicendum contra, quidquam contra dictum Inſtrumentum oppoſitum fuit, undè multò minus poſt Sententias, & res judicatas opponi poterit, ex præallegatis.

Extractus factus coram Aud. Cam. fuit coram Domino Theſaurario tranſportatus de anno 1698. & illius vigore Adverſarii in lite coacti de anno 1602. extinxerunt cenſum, ut ſupra, quod negare eſſet mera vanitas.

Nec poteſt ſine calumnia dici, quod d. extractus de 400
anno 1610. non eſſet de actis, tum, quia Pars adverſa illo uſa eſt coram Domino Theſaurario, allegando in ſui favorem jura in eo exiſtentia, ut in facto, & fatendo, illum fuiſſe pro hac parte exhibitum, unde nulla major probatio, quam confeſſio ex ore proprio, *l. 1. ff. de confeſſ.* Bald. *in terminis, conſil. 130. nu. 4. verſic. Item non obſtat, lib. 5* Rot. *in Januen. ſeparationis Thori, 16. Januarii 1645. coram R. P. D. Meltio*, & † com- 401
paritio tollit omnem defectum, etiam citationis, Beltramin. ad Gregor *dec 27. nu. 9* Coccin. *dec. 216. num.*
26. & † Præſens non eſt citandus, Papazon. ad Rot. 402
dec. 1. nu. 5. de fid. Inſtr. in nov. multo minus utens † 403
quia dicta productione, & Juribus utendo, omnia cum ſuis qualitatibus approbavit Cavaler. *deciſ. 26. num. 4.*

Tum etiam quia Pars adverſa, reproducendo ſeu 404
allegando prædicta, ut ſupra, judicialiter ad ſui defenſam, effecit exhibitionem, repetitionem, & Jura communia, & de actis, etiamſi per ante non fuiſſent, Baldus *conſil. 323. num. 1. verſic tamen ex tali ſcriptura, & verſicul. ſaltem, lib. 3. & concluſion. 119. nu. 3. verſic item cum Sententia, l. 2.* Anchar. *conſil. 208. num. 11. verſic. in prædictis omnibus, & verſic. ſi enim,* Roman. *conſil 433. nu. 11.*

Aſſerta verò Delegatio negatur, & meritò, quia 405
non fuit facta inſolidum, prout erat neceſſe pro liberatione Bruti, nec per Accurſium acceptata, quinimo negata, & lis pendet in Rota, nec fuit acceptata à Margharita, quæ citavit Collegium ad ſolvendum fructus in ſolidum, juxta formam Inſtrumenti Cenſus cujus ſortem principalem à Collegio recepit, undè deficientibus omnibus requiſitis, ceſſat Delegatio, Scacc. *de Camb. §. 2. Gloſ. 6. nu. 80 & ſequenti part. 3.* Gregor. *exadverſo allegatus, dec 217. nu. 3. & num. 4.* Et ita &c. utraque, &c.

Recurſus dupliciter poteſt accipi, ſcilicet, vel pro B
prima introductione cauſæ coram Judice primæ inſtan- 406
tiæ, de qua modo non agimus, vel, & ſecundo pro introductione ejuſdem coram Judice ſecundæ inſtantiæ in gradu appellationis de qua agimus; etenim recurrere poteſt contingere, tam litem de novo inchoando, quàm appellando, Ugolin. *de Cenſ. Pontif. reſervat. p. 2. c. 16. nu. 6. in fin.* Cherub. *in Compend.* Bullar. *to. 2. ad conſ. 57. Greg. 13. Quoniam ſcol. 2. in fin.*

Et dicitur recurſus à verbo, recurro, quod ſignifi- 407
cat cum celeritate confugere, & ob id indicat celeritatem quam habent Litigantes expediendi lites, Ugolin. *de Cenſur. Pontific. reſervat. d. par. ſecunda capit. 16. n. 6.* Cherub. *in comprnd. Bullar. ad d. conſtitut. 57* Gregor. 13. *ſcol. 2.*

Hinc recurſus, de quo agimus, poteſt deſcribi, ut ſit 408
ab Inferiori ad ſuperiorem Iudicem celere refugium.

Datur autem recurſus, ſeù applicatio propriè in caſu 409
inappellabili, Gemin *in cap. Romana, num. 6. verſic. quæro, An Epiſcopus ibi ſed plus tibi placet, de Appel. in 6.* Scacc. *de appellat. quæſt. 19. remed. 3. numer. 0. in fin.*

Etenim appellatione prohibita non cenſetur prohi- 410
bita ſuppliatio, ſeu recurſus, ſeu querela Pariſ. *conſil. 54. numero 39. verſicul. reſpondetur, libro. 3.* Dec. *conſil. 333. numero ſecundo, ubi de communi* Menoch. *de Arbitr. quæſt. 70. num 24. ubi de communi, lib. 1.* Lancel.

Digitized by Google

de Attent. Appellat. pend. limit. 30. *numer.* 58. Sccac. *de Appellat. quæſt.* 19. *remed.* 3. *num. primo* Grammatic. *deciſion.* 33. *numero* 4. ubi quod ita ſervatur in practica in Terris Eccleſiæ.

411 Hinc primò infertur ad Praxim Tribunalis Eminentiſſimi Vicarii Sanctiſſimi Dom. Noſt. Papæ; etenim cum à Sententia Vicarii infra ſummam ducatorum quinque auri de Camera (*hoc eſt ſcutorum ſeptem monetæ, & abinde infra ut Praxis obſervat*) nec detur appellatio, nec dici poſſit de nullitate, Clemen. VII. *conſtit.* 23. *licet*, Paulus III. *conſtit.* 32. *Licet Eccleſiarum ſecundum antiq. impreſſ.* Veſtr. *lib. ſecundo capit.* 16. *numero quarto* Scacc. *de Appellat. quæſt.* 17. *lim.* 41. *num.* 1. nec etiam datur recurſus, ut paſſim obſervat Praxis.

412 At cum à Sententia ejuſdem Vicarii regulariter appellatur ad Papam, ſeù ad ſignaturam, & ſignatura in cauſis valoris ſexdecim ducatorum auri de Camera, & ab inde infra non reſcribat, Marcheſ. *de Commiſſion. avocat. cauſ. par.* 2. §. 1 *numero* 46. *fol.* 277. Sccac. *de Appell. quæſt.* 17. *limit.* 43. *numero* 1. ubi de ſtylo recepto Signaturæ reſtatur.

413 Ob id in hujuſmodi cauſis inappellabilibus à ſexdecim ducatis infra, quæ ſunt cauſæ ſcutorum viginti monetæ, & ab inde infra, ut paſſim obſervat Curia, & Praxis, optima rerum magiſtra, ac Legum interpres, nulla habita ratione majoris, aut minoris valoris aurei ducati de Camera, à Sententia Locumtenentis Civilis Vicarii datur recurſus ad Vicegerentem, qui eſt Judex ejuſdem Tribunalis Vicarii perſonam repræſentans, & à Vicegerente ad Vicarium, Scacc. *de appell. quæſt.* 8 *n.* 231 *& quæſt.* 19. *remed.* 3. *num.* 14. Sive cauſa inappellabilis, ut ſupra, fuerit coram Vicegerente introducta in prima Inſtantia, ſive in ſecunda per viam recurſus à Sententia Locumtenentis, Scacc. *de appel. d. q.* 8. *n.* 132.

414 In cauſis verò appellabilibus in Tribunali Vicarii non datur recurſus, ſed appellatio ad utrumque effectum etiamſi cauſa non excedat valorem ducatorum ſexaginta auri de Camera; licet enim in hujuſmodi cauſis valoris ſexaginta ducatorum Vicarius virtute ſuarum ordinariarum facultatum poſſit procedere, *ſummariè de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta*, Clem. *VII. conſt.* 23. *Licet* Paul. *III. d. conſt.* 32. *Licet Eccleſiarum, ſecundùm antiq. impreſſ.* niſi tamen actum fuerit virtute obligationis Cameralis, aut aliàs cauſa fuerit de ſua natura inappellabilis, datur in eis appellatio etiam ad effectum ſuſpenſivum, & ita paſſim obſervat Praxis, quidquid de hoc dubitaverit Scacc. *de appellat. quæſtion. decima nona remed. tertio n.* 16. *in fin.*

415 Secundò infertur ad Praxim Tribunalis Illuſtriſſimi Domini Gubernatoris Urbis; etenim à Gubernatore quoque in cauſis appellabilibus appellatur ad Papam, & ad Signaturam, Sixt. *V. conſtit.* 75. *in ſublimis*, §. *ab ejus Sententiis, ſec. ant. impreſſ.* Paul. *V. con.* 71. *Univerſi agri*, §.
416 *ab ejus Sententiis* Et † Signatura in cauſis à ducatis ſexdecim auri de Camera, hoc eſt, ut Praxis obſervat, à ſcutis viginti monetæ infra, ut diximus, non reſcribat a Locumtenente Civili Gubernatoris in cauſis hujuſmodi in appellabilibus datur recurſus ad eundem Gubernatorem. Scacc. *de Appell. quæſt.* 8 *n.* 143. *& q.* 19. *remed.* 3. *num.* 14.

417 Sed hodie Primo à Sententia Locumtenentis datur recurſus ad Judicem Recurſus nuncupatum, ad id de ordine Sanctiſſimi ad ipſo Gubernatore deputatum, à Judice verò recurſus ad Gubernatorem, qui alium deputare ſolet, & ab ejus Deputato ad eundem Deputantem, donec tres conformes habeantur, & ita paſſim obſervat Praxis.

418 Idemque procedit in cauſis Mercedum, licet enim in his detur appellatio ſaltem devolutiva cum Signatura reſcribere ſolent cum clauſula *ſine præjudicio, &c.* Scacc. *de Appellat. d. quæſt.* 19. *remed.* 3. *n. decima quarta verſic. ſecus*, non obſtante quod cauſa Mercedis in Tribunali Gubernatoris ſit inappellabilis, Leo. X. *conſtitut.* 7. *Et ſi pro cunctarum, ſecundum antiq. im-*
419 *preſſ.* & † à Sententia Locumtenentis Gubernatoris non detur recurſus, niſi in cauſis inappellabilibus. Sixt. *V. conſtit.* 75. *In ſublimi*, §. *ab ejus Sententiis ſecund. antiqu. impreſſ.* Paul. *V. conſt.* 71. *Univerſi agri* §. *ab ejus Sententiis*.

Nihilominus etiam in cauſis Mercedum, dictam 420
ſummam ſcutorum viginti monetæ excedentibus, datur recurſus, ut ſupra ad inſtar aliarum cauſarum inappellabilium, & ita in dies obſervat Praxis optima Conſtitutionum Interpres, quicquid citet Scacc. *de Appell. d. quæſt.* 19. *remed.* 3. *n.* 14. *verſic. ſecus*, *& n.* 17.

Juriſdictio tamen Gubernatoris Urbis in Civilibus eſt declarata, & limitata quoad Romanos, & Incolas, quibuſdam caſibus exceptis, ut in novo Statuto *l.* 1. *c.* 41. ſed eſt aucta hodie quoad cauſas appellationum in cauſis Hoſpitalis Mendicorum Urbis, Sixt. *V. conſt.* 86. *Poſtulat, ſecun. nov. impreſſ.* & alias ut infra, *n.* 425. *in fin.* dicetur, Sed quod ad cauſas Spirituales, & Eccleſiaſticas Urbis, & diſtrictus, Juriſdictio data eſt Vicario Papæ, Paul. *III. conſt.* 36. *Licet, ſecun. ant. impreſſ.* quo verò ad cauſas Curialium, & Clericorum forenſium, Juriſdictio data eſt Aud. C. Paul. *V. conſt.* 71. *Univerſi agri* §. 4. At quo ad lites Incolarum Burgi S. Petri juriſdictio eſt illius Curiæ, Jul. *III. conſt.* 4. *Ad fidei*, ut etiam adnotavit *Laert. Cherub. in nova Bullario, ante conſt.* Leonis X. quæ hic obiter dicta cenſeantur.

Ratio autem cur Signatura in cauſis à ſcutis viginti 421
monetæ infra, ut ſuperius *n.* 416. non reſcribit, eſt, quia ſi acta eſſent traſportanda in iſtis cauſis modici valoris, expenſæ litis in Curia valorem rei controverſæ excederent, unde cum per viam recurſus firmus remaneat Notarius, & ceſſent iſtæ Expenſæ, utique concedendus eſt recurſus, ne condemnatus gravatus remaneat, Scacc. *de Appell. d. q.* 19. *remed.* 3. *n.* 14.

Ob quam rationem, nec etiam Aud. C. poteſt decer- 422
nere Monitoria ſpecialia, aut cauſas prophanas etiam in terris Eccleſiæ ad ejus Tribunal trahere, ultra quadraginta milliaria ab Urbe, niſi valor cauſæ ſummam centum florenorum (*hoc eſt ſcutorum quinquaginta monetæ, ut Praxis obſervat*) excedat, Paul. *V. conſt.* 71. *Univerſi agri*, §. *in primis*, *verſic. nec decernat monitoria ſpecialia*.

Tertiò infertur quod à Conſulibus Aromatariorum, 423
in cauſis ſcutis decem infra, non datur appellatio, ſed tantum recurſus unica vice, facto actuali depoſito penes Notarium pro tempore exiſtentem ejuſdem Collegii, Laicis ſcilicet ad Forum Capitolinum vel ad Cameram, vel Cameræ Decanum, Prælatis verò, & perſonis Eccleſiaſticis ad Cameram dumtaxat, Clem *VII. conſt.* 47. *Laudabilis*, § *Neminique*.

Sed hoc non procedit in cauſis appellabilibus, ultra 424
dictam ſummam ſcutorum decem, in quibus à dictis Conſulibus datur ad eoſdem Judices præfatos, ut ſupra, ſemel apellatio, Clem. *VIII. d. conſt.* 46. §. *Neminique*.

Verum concluſio quod à Sententiis Conſulum Aro- 425
matariorum ad Judices præfatos tantum detur recurſus, ſeu appellatio, Primo non habet locum in Gubernatore Urbis, ad quem virtute ejus ordinariarum, & novarum facultatum datur appellatio, ſeù recurſus, non ſolum à Conſulibus Aromatariorum, ſed etiam aliarum Artium, & in hoc juriſdictionem Gubernatoris auctam fuiſſe ex Sixt. *V. conſt.* 72. *In ſublimi*, *ſecun. nov. impreſſ.* adnotavit Laert. Cherub. *in nova Bullaria ante conſtit.* 8. Leonis X. & ita paſſim obſervat Praxis.

Secundo non habet locum in A. C. qui eſt Judex or- 429
dinarius appellationum, & recurſuum ab omnibus Judicibus Romanæ Curiæ (Vicario, Gubernatore, Senatore, ac Judicibus Capitolinis dumtaxat exceptis (virtute ſuarum ordinariarum facultatum, Paul. *V. conſtit.* 28. *Enimiæ*, §. *& quaſcunque*, cauſæ tamen hujuſmodi recurſus à Conſulibus Aromatariorum coram A. C. introductæ, fuerunt aliquando à Signatura, ut audio, avocatæ, & nihilominus illi non ſunt Judices Capitolini, ut colligitur etiam ex dictis ſupra, *numero* 423. *& ſeq.*

Quarto infertur, quod à Sententiis Conſulum Ar- 427
tium in caſibus, in quibus eſt prohibita appellatio per

eorum

Digitized by Google

eorum Statuta, datur recurſus ad Conſervatores Urbis, per viam querelæ, *Stat. Urb. lib. 1. capit. 15.* Scacc. *de Appell. q. 19. remed. 3. n. 15.*

Sed hoc non procedit, quando per earumdem Univerſitatum Statuta contrarium diſpoſitum reperiretur *Stat. Urb. d. lib. 1. cap. 15.*

428 Cæterum concluſio, quod in cauſis inappellabilibus detur recurſus, Primò non procedit in Tribunali A.C. nam in cauſis ſcutorum viginti monetæ, & ab inde infra, in quibus Signatura non reſcribit, non ſolum non datur appellatio, ſed nec etiam recurſus niſi ad eumdem Judicem pro repoſitione, Scacc. *de Appell. quæſt. 19 remed. 3. num. 15.*

429 Idem obſervatur in cauſis exequutivis, in quibus non datur appellatio ſuſpenſiva, licet enim in eis nec etiam detur recurſus, poteſt nihilominus adiri idem Judex, qui fecit Decretum, & ia, ſi illi juſtum viſum fuerit, citata Parte coram eo ad videndum reponi, vel ad videndum ſuperſederi, poteſt vel reponere, vel revocare Decretum, vel ſuperſedere in ulteriori exequutione, juxta notoriam Praxis ſuperius traditam *par. 1. cap 8. num. 36 & ſeqq* Scacc *de Appell. d. q. 19. remed. 3. n. 5.*

430 Licet autem A. Cam poſſit reponere à Decretis ſuorum Locumtenentium civilium, citata Parte coram eo, ut ſupra, hoc tamen facere non ſolet ut advertit etiam Scacc. *d. quæſt. 19. rem. 3. n. 6.*

431 Secundò non procedit in Curia Capitolina, in qua licet in cauſis a ſcutis decem infra non detur appellatio Scacc. *de Appellat. quæſt. 17. lim. 43. num. 1.* nihilominus nec etiam datur recurſus, niſi ad eundem Judicem pro repoſitione, ſicut in aliis cauſis exequutivis, ut ſupra. Scacc *d. q. 19. remed. 3. num. 5. & n. 15.* & ita paſſim obſervat Praxis.

432 Quod tamen in dictis cauſis ſcutorum decem, & infra non habet locum in Sententiis, ſeu Decretis Conſulum, & Officialium Artium, à quibus datur recurſus, ut tradidimus ſupra in tertia, & quarta illatione, *n. 422. & n. 426.*

433 Eſt autem recurſus interponendus infra decem dies, ſicut appellatio, nam in hoc appellatio, & recurſus æquiparantur, *Auth. quæ ſupplicatio, in princ. Cod. de prec. Imper. offer.*

434 Sed videtur adverſari idem text in fine ubi ſentiens ſe gravatum poteſt infra biennium ſupplicare.

435 Pro concordia; Aut quis petit recurſum infra decem dies, & tunc Sententiæ exequutio retardatur, niſi Pars, quæ illam obtinuit, Fidejuſſoram præſtiterit de tantumdem reſtituendo, cum legitimis augmentis, quantum fuerit judicatum in condemnatione in caſu ſuccumbentiæ; & ita procedit principium dicti textus: Aut quis petit recurſum poſt decem dies, & tunc nec exequutio retardatur, nec hujuſmodi fidejuſſio præſtatur, & ita procedit finis dicti textus, Bart. *in d. Auth. quæ ſupplicatio, nu. 1.* & ibi Jaſ *num. octavo Cod. de prec. Imper. offer.* Laucell. *de Attent. appell. pend. limit. 30. n. 39. & ſequenti, ubi de commu ni.*

438 In Curia tamen Gubernatoris Urbis in cauſis inappellabilibus, ut ſupra, recurſus eſt interponendus infra decem dies, & non ſuſpendit exequutionem, donec fuerit citata Pars ad dicendum contra recurſum, & Judex ad quem, illum admittendo, inhibuerit, Sixt. V. *conſtit. 74. In ſublimi, § recurſus, ſecundum antiquam impreſſ.* Paul. *V. conſtit. 71 Univerſi agri, § recurſus.*

Idemque in aliis Tribunalibus Urbis, in quibus, ut ſupra, recurſus datur, ex identitate rationis obſervat Praxis, & Curia.

437 Nam quoad tempus exercitii, & determinationis cauſæ, recurſus regulatur iiſdem modis, quibus appellatio, cui aſſimilatur, Menoch. *de arbitr. quæſt. 70. numero 27. libro primo*, cum aliis cumulatis per Scacc. *de Appell. quæſt. 19. remed 3. numer. 24.* niſi reperiatur expreſſa differentia, Rolan. *conſil. 94. num. nono verſic. ſed præmiſſis, libro primo* Capyc. *decis. 28. numero decimo primo* Scacc. *de Appell. d. quæſt. decimanona remed. 3. num. 24.*

De appellationibus autem ſatis diximus ſupra *par. 2. c. 13.* ideo ad ibi dicta me refero.

438 Denique obſervandum eſt, quod licet ab omnibus Judicibus Romanæ Curiæ (Vicario, Gubernatore, Senatore, & Judicibus Capitolinis exceptis) appelletur ad A.C. juxta ejus notorias facultates, cum tamen cauſæ hujuſmodi, etiam appellabiles, introducantur coram eo per viam recurſus, juxta notoriam Praxim ſuperius traditam *numero 26. & ſequentibus*, hic nihilominus in cauſis appellabilibus minus propriè recurſus, magis vero propriè appellatio dici debet, & ob id iiſdem omninò modis, quibus appellatio, regulari, ut in dies Praxis obſervat.

C 439 In ſecunda inſtantia Termini ſubſtantiales omnes obſervantur ad primam diem, excepto termino ad articulandum, qui ſervatur ad octavam diem. *Auct. Formul. termin. in prin. fol. 2. & fol. 4. Auct Formul. commiſſ. in princ. fol. primo* Veſtr. *in Prax. lib. 5. cap. 3. & cap. 4 cum aliis allegatis ſupra par. 2. cap. 1. num. 102. & 106 & ſeqq.* de qua Praxi teſtatur etiam Saluſt. Tib. *lib. .. c. 14. nu. 4.*

440 Sed in Tribunali A C. ſolent etiam ſervari, prout in prima Inſtantia, & altero ex dictis modis ſervato, in omnem eventum ſanantur poſtea per reiterationem eorumdem in citatione ad Sententiam, Saluſt. Tiber. *in Prax. lib. 2 cap. 24. n. 4.* quæ ſanatio tranſit ſine difficultate ex quotidiana obſervantia Praxis, & Curiæ.

441 Verumtamen in cauſis à ducatis ducentis infra, & ſi non ſerventur termini ſubſtantiales in Tribunali A.C. cum ipſe poſſit, etiam in ſecunda Inſtantia, vel alia, in cauſis virtute appellationis coram eo, uti Judice ordinario, ut ſupra, introductis, procedere terminis non ſervatis, Paulus *V. conſtit. 28. Eximiæ, §. eas videlicet.*

442 Hoc nihilominus non procedit in cauſis Commiſſariis coram eo, uti Jud ce delegato, introductis virtute Commiſſionis, in quibus ſervandi ſunt termini ſubſtantiales, nulla pauca ſummæ habita ratione; etenim tunc Juriſdictio ordinaria efficitur delegata, Saluſt. Tiber. *d. l. 2. c. 24 nu. 16. verſic. hoc unum*, & † juriſdictio delegata derogat ordinariæ, *cap ſanè, 2 de officio Deleg. capite ſtuduiſti, de offic. Legat.* ac Juriſdictio delegata uti major, attenditur, Bucc. *in ejus antiq. prax. Tribun.* A.C. quem refert, & ſequitur Saluſt. Tiber. *d. lib. 2. cap. 24. n. 17.* 443

444 In tertia verò demum, & ulteriori inſtantia omnes termini ſervantur ad p excepto termino ad articulandum, qui ſervatur ad ſextam, juxta praxim, de qua ſupra *verſic. in tertia vero, num 71. ex præallegatis, num. 439. ac par. 2. c. 1. num. 103. & num. 106. & ſeqq.* ubi de terminis ſubſtantialibus latius dictum fuit. Ideò ad ibidem dicta me remitto.

445 Si quis tamen in tertia, vel ulteriori Inſtantia terminos ſervaverit, prout in prima, vel prout in ſecunda, ſicut nonnulli faciunt, in omnem eventum per eorum reiterationem, ut diximus ſupra, omnes eorum defectus ſanantur, & ita in dies obſervat Praxis, & Curia.

D De Inhibitione etiam in cauſis Commiſſariis ſatis diximus ſupra, hoc eodem *c. 5. lit. A. n. 538. & ſeq.*

Obſervatio.

446 Sententia confirmanda, quia valida, & juſta Validitas non controvertitur, etenim ex revolutione Actorum conſtat de Juriſdictione, Citatione, Mandato, & & aliis neceſſariis, de quibus per Verall *decis. 260. p. 2.* Rot *dec. 589 n. 1. p. 1. recent.*

447 Juſtitia eſt clara, quia Dos datur pro oneribus Matrimonii, unde, illa non ſoluta, debentur Marito fructus & intereſſe toto tempore Matrimonii, *l. pro oneribus, ubi DD. C. d. jur. dot. c. ſalubriter*, & ibi *DD. de Uſur. de magis communi*, Alex. *conſil. 147. lib. 5.* Seraph. *dec. 317. num. 1. & ſeq.* Greg. *dec.* 0. *num. 4. & paſſim tradunt Scribentes.*

448 Qui quidem fructus, ſeu intereſſe ad quinque pro centenario, ut per Monac. *decis* Florent. 22. *num. 21. & dec. 39. num. 3* ubi de Stylo Rotæ Florentinæ teſtatur, & quandoque ad ſeptem, & octo pro centenario, taxantur, Ang. & Proc. quos referr, & ſequitur Neviz. *conſil. 84. n. 2.*

449 Non obſtat, quod non intervenerit Interpellatio Judicialis, tum quia ſuſtentatio onerum Matrimonii habet vim interpellationis DD. *in l. de diviſione ff. ſol. matr.*
450 tum † quia dies, & Juramentum interpellarant, Rot. *in Rom. fructuum dotis de Cenciis, 17. Januarii 1597. in §. neque hic quærendum eſt, coram bon. mem. Orano, quæ eſt deciſ. 81. poſt Fenzon. ad Stat. Urbis, & in Romana fructuum dotis de Cæſiis, 19 Octobris 1598. coram eodem.*

451 Nec etiam facit, quod Maritus vivens non petierit dictos fructus, quia tranſmiſit jus petendi illos in ejus Hæredes, Dec. *conſ. 571. n. 3 & ſequent.* Natt *conſ. 495. num. 1. & ſeqq.* Alex. *conſil. 63. l. 4.* & ita fuiſſe judicatum Florentiæ, teſtatur Card. Tuſ. *lit. D. concl. 741. n. 117. tom. 2.* Gratian. *diſcept. 143. n. 42. & nu. 4* Rot. *in Romana fructuum dotis, 23 Junii 1642. corā R. P. D.* Bichio.

452 Minus obſtat lapſus decennii, tum quia Matrimonium non duravit per decennium, Dec. *conſil. 517. nu. 6. verſic. ſed in caſu iſto,* Natt. *conſil. 495, n. 3.* Tum etiam quia petuntur fructus propter onera Matrimonii, titulo oneroſo, quo caſu lapſus decennii non ſufficit, Alex. *d. conſil. 63 n. 16. l. 4* Dec. *conſil. 571. n. 6.* Natt *conſil. 495. n. 4* Grammat. *dec. 70. n. 5.* Rota *in Romana fructuum dotis de Cæſiis, 19. Octobris 1598. coram. bo. mem. Orano,*
453 ubi † etiam in fine dicitur, quod ex lapſu temporis non cenſetur facta remiſſio, niſi concurrant tria requiſita, de quibus in *l. Procula, ff. de probat.* quæ in præſenti caſu non concurrunt.

454 Et licet, ſoluto matrimonio, fructuum dotis curſus ceſſavit ad ſavorem Uxoris Viduæ, & ejus Filiorum Hæredum, ut infra, nam illis ab Hæredibus Patris, qui dotem promiſit, adhuc debentur fructus dotis non ſolutæ toto tempore ſuæ Viduitatis, & poſtea ſuis Hæredibus donec dos fuerit ſoluta, cum enim verſemur in dote promiſſa à Patre Filiæ excluſæ a Statuto propter Maſculos, ſoluto Matrimonio, ſi fructus dotis non debentur uti fructus, ſaltem debentur uti alimenta, donec dos ſolvatur à Patre, vel ejus Hæredibus uti fructus legitimæ ex cumulatis per Rut. *in Romana fructuum dotis de Cenc. 27. Januarii 1597. coram bon. mem. Orano, quæ eſt dec 81. poſt* Fenzon. *ad Statut. Urb.* ubi quod dicti fructus debentur Mulieri, vel ejus Filiis, & in *Romana dotis de Velliis 10. Decembris 1600. coram bon. mem. Litta, quæ eſt deciſio 84. poſt eundem* Fenzon. *ad Statu. Urb. & in Romana fructuum dotis de Cæſiis, 19. Januarii 1498. coram bon. mem. Orano, quæ eſt dec 86. poſt* Fenzon. *ubi ſupra.*

455 Quæ quidem alimenta ſunt Judicis arbitrio taxanda, ad trad. per Menoch. *de arbitr. caſu 169. nu. 7 & ſeqq.* & ſic habita ratione gradus, & nobilitatis Mulieris, & divitiarum ejus Fratrum debitorum, nam licet regulariter pro alimentis ſufficeret minor ſomma, tamen Nobili non minus, quàm ſcuta centum auri annua debentur. Paul. de Caſtr. *de Jur. pat. parte 2. art. 3. num. 6.* Pontan. *de Alim. c. 7. n. 3.*

456 Et in Curia tàm ex diſpoſitione Statuti Urbis, quàm ex antiqua, & inveterata conſuetudine, fructus dotis, ſeù alimenta hujuſmodi, tàm conſtante, quàm ſoluto Matrimonio, taxari ſolent ad rationem ſcutorum ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario, Rot. *in d. Rom fructuum dotis de Cæſiis, 27. Januarii 1597 coram. bon. mem. Orano, in §. quo circa, & §. neque etiam, quæ eſt dec. 86. poſt* Fenzon. *ad Stat. Urb.*

Et cum iſti fructus ſint favorabiles, & illis favet Jus Canonicum, utique Statutum ſuper illorum taxatione, & ſolutione eſt validum, ex cumulatis per Rot. *in Romana fructuum dotis de Cæſiis, in §. nam iſti fructus, quæ eſt dec. 86. poſt* Fenzon. *ubi ſupra.* 457

Quinimò in fortioribus terminis cum ſimus in caſu, 458
in quo Filia dotata eſt excluſa à ſucceſſione Patris à Statuto propter Maſculos, dos ſuccedit loco Legitimæ, juxta diſtinctionem Caſtr. communiter approbatam in *l. Titio centum, §. Titio genero, nu. 8. in fin. ff. de condit. & demonſtr.* Gabr. *conſil. 11. n. 4. & n. 5. lib. 1.* Seraph. *dec. 959. n. 5.* Rot *dec. 540. nu. 1. ubi de commun. par. 1 diverſ. & in Tiburtina Hæreditatis, 26. Maii 1642. coram R. P. D. mea* Bichio, *in § adeo quod, ubi de magis commun,* Gregor. *dec. 565 n. 4.* cum aliis cumulatis per Beltram. *ibi ſub n. 11.*

Et per conſequens, quicquid dixerit Bal. etiam ſi il- 459
la fuiſſet poſtmodum defuncta, cenſeretur tranſmiſſum ad ejus Hæredes, non ſolum jus dictæ Legitimæ, ſed etiam alimentorum uſque in diem ſolutionis ejuſdem dotis, ſeù Legitimæ, Roder. Suar. *in repet. l. quoniam in prioribus ad declarat. leg. Regn. lim. 3. n. 12. verſic. infero etiam aliam, C. de inoffic. Teſtam ſeù ad leg. 9. tit. 6. lib. 3.* Florileg. *lim. 2. n. 12. verſi. infero,* Lopez. *in repet. cap. per veſtras in 3. not. § 24. nu. 7. verſic. & ſubdit, de don. inter Vir & Uxor.* Molin. *de Primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 25. nu. 10.* Surd. *de Aliment. tit. 5. quæſt. nu. 31.* Cucc. *de Legit. §. poteſt præterea non abs re, verſic. & in his quidem,* Gratian. *diſcept. 44. n. 7. vol. 1.*

Et quod d. jus Legitimæ tranſmittatur cum aliis 460
effectibus Legitimæ poſt alios, quos cumulat, tradit Gratian. *diſcept. 700. num. 29. & numer. 30. & diſcept. 882. n. 36.*

Et quod jus Legitimæ tranſmittatur etiam in Hære- 461
des extraneos, tradit Gaill. *obſer. 120. num. 17. verſic. ſed verior, & communior,* Gratian. *diſcept. 594. nu. 12. ubi alios cumulat.*

Ratio eſt, quia Legitima debetur una cum fructibus, etiam abſque mora, Gaill. *d. obſervat. 120. num.*
14. & ſeqq. lib. 2. † ubi quod hæc opinio eſt ab omni- 463
bus approbata, Benintend. *deciſ. 37. num. 9.* & dos, & alimenta æquiparantur, Surd. *de alim. d. tit. 5. quæſt. prima num. 41. & ſeq.* Cephal. *conſil. 485. numer. 87. & ſeqq.* Rot. *dec. 538. n. 2. par. 1. diverſ. & deciſ. 249. nu. 1. p. 2. recent.*

Nec refragatur *d. deciſ. Romana Dotis de Velliis*, in 464
qua fuit reſolutum, deberi fructus dotis Dominæ Virginiæ Cinciæ, & DD. ejus Filiis de Velliis, uſque ad obitum dictæ Virginiæ, quia eo caſu non poterant amplius currere fructus, ex quo, mortua Virginia, dos fuit ſoluta ſtatim, & reſervatum, ut videretur an fructus deberentur, in qua fuit, ut ſupra, fructus deberi, deciſum.

Nec etiam adverſatur Rota *in Romana fructuum do-* 465
tis, 12. Maii 1625. coram bon. memor. Coccino *Decano quæ eſt deciſio 91. apud* Fenzon. *ad Stat. Urbis*, dum ibi fuit reſolutum mortua Uxore non currere amplius ad Mariti favorem fructus dotis, etiam ſi adſint Filii, quia ibi non agebatur de dote promiſſa à Patre Filiæ excluſæ à Statuto propter Maſcolos, nec dos, & alimenta ſuccedebant loco Legitimæ, ut in præſenti caſu, ex præallegatis.

LAUS DEO.

Digitized by Google

LITTERÆ APOSTOLICÆ DIVERSORUM SVMMORVM PONTIFICUM.

Juxta præcedentes partes accuratiſſimè emendatæ.

Privilegium Curialium, ſeu Officialium Sedis Apoſtolicæ obſequiis exiſtentium, aliorumque pro eorum negotiis ad eamdem Sedem venientium, & apud eam commorantium, & inde recedentium, ne taterim extra Romanam Curiam conveniantur.

Hæc Bulla eſt inter extravag. communes.

EUGENIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei,

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. DIvina in eminenti Sedis Apoſtolicæ ſpecula diſponente clementia conſtituti ea libenter intendimus, per quæ Officiales prędictæ Sedis obſequiis ejus, ad quam veluti Fidelium omnium matrem, pro animarum ſalute quærenda, & juſtitia conſequenda, de diverſis mundi partibus confluit multitudo, tutiùs, & quietiùs ſe promptiores valeant exhibere.

Privilegiũ de quo in rubric. §. 1. Hinc eſt, quòd Nos ex certis rationabilibus cauſis moti, etiam nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, diſtrictius inhibemus locorum Ordinariis, necnon Commiſſariis, & Delegatis eorum, cæteriſque univerſis, & ſingulis, quacunque poteſtate, & auctoritate præfulgeant, cujuſcunque dignitatis, gradus, vel præeminentiæ fuerint, ne contra Officiales præfatos, quocunque nomine nuncupentur, in noſtris, & dictæ Sedis obſequiis, nunc & pro tempore exiſtentes, necnon quoſcunque alios pro ſuis, & eorum cauſis, & negotiis proſequendis ad Sedem prædictam venientes, ac in ea (durante negotiorum, & cauſarum hujuſmodi proſecutione) moram trahentes, & recedentes ab eadem, procedere, aut in eos excommunicationis, ſuſpenſionis vel interdicti, aut privationis Officiorum, vel Beneficiorum, ſeu quamvis aliam ſententiam promulgare præſumant. Nos enim omnes ſingulos proceſſus, ac ſententias contra tenorem, & mentem noſtræ inhibitionis hujuſmodi latas, & habitas, ac in poſterum habendas, & promulgandas, quæcunque inde ſecuta declaramus nulla, irrita, & inania, nulliuſque extitiſſe, vel exiſtere roboris, vel momenti, necnon quicquid in contrarium à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, etiam decernimus irritum & inane.

Pœnæ advers. eorum Perturb. §. 2. Et nihilominus in omnes, & ſingulos Ordinarios, & Officiales, Commiſſarios, & Delegatos eorum, qui ſe de dignitatibus, aut beneficiis Eccleſiaſticis quibuſcumque, Officialium, aut negotia hujuſmodi apud dictam Sedem proſequentium prædictorum, eos illis forſan privando, aut privatos decernendo, vel declarando, ſeu cujuſcunque privationis prætextu illa perſonis aliis conferendo, ſeu de illis in eas quomodolibet intromiſerint, tam in dantes, quàm in recipientes, excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti latas ſententias promulgamus, quas volumus eos incurrere ipſo facto. A qua quidem excommunicationis ſententia abſolvi nequeant, niſi à Nobis, vel per Nos deputãdis, prę terquã in mortis articulo conſtituti.

§. 3. Præmiſſa autem à die affixionis pręſentium ad valvas baſilicę Principis Apoſtolorum de Vrbe, ex certa ſcientia quoſcunque ligare volumus, & arctare. Hæc affixio non iven. ſed ejus obſ. eſt notoria & confirm. in aliis Bullis.

§. 4. Non obſtantibus Apoſtolicis, & a quibuſcunque generalibus & provincialibus, vel ſynodalibus Conciliis editis conſtitutionibus, & ordinationibus, ac privilegiis, per quæ effectus præſentium impedire poſſent quomodolibet, vel differre, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus habenda eſſet præſentibus mentio ſpecialis, quæ præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, cæteriſque contrariis quibuſcuncumque. Derogatio contr.

§. 5. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, declarationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Sanctio pœnalis.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo, octavo idus Martii, Pontificatus noſtri Anno ſecundo. D. P. Ann. 8. Id. Martii 1432.

Juriſdictio, & Facultates Camerarii, & Clericorum, ac Reformatio Tribunalis Reverendæ Cameræ Apoſtolicę.

PIUS EPICOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam Rei memoriam.

ROmanus Pontifex, Chriſti Vicarius uti prudens pater familias, providè animadvertens, in agro dominico multam meſſem, & multos jam operarios eſſe, ut opus Domini rectè & ſine confuſione adimpleatur, ſingulis curas partitur, & officia diſtribuit, ac nè quis muneris ſibi commiſſi limites excedat, aut in alterius meſſem falcem imponat, ſolerti ſtudio & diligentia providet, ſicuti pro felici ipſius agricultura, & directione in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Exordium

§. 1. Sanè poſtquam Nos ſacrum œcumenicum & generale Concilium, pro extirpandis hæreſibus, & Chriſtiani populi moribus emendandis, in Civitate Tridentina celebrandum indiximus prout illud, Divina favente gratia, frequentiſſimo Prælatorum conventu jam feliciter congregatum extitit, & ſalutares progreſſus habere cœpit, dum Concilium ipſum generali totius Eccleſię reformationi diligenter incumbit, Nos Curiæ noſtræ, ac illius Officiorum, & Tribunalium peculiari correctioni animum adiecimus, & à ſacræ Pœnitentiarię officio, in quo ſalus pręcipuà vertitur Animarum, initio ſumpto, illius reformationem feliciter abſolvimus. Studium Papæ reformandi ejus Curiã

§. 2. Nunc verò Cameræ noſtræ Apoſtolicæ tribunal tanquam reliquis totius Curiæ dignius & excellentius, in quo non ſolùm patrimonii Beati Petri, ſed univerſorum Fiſci Apoſtolici jurium conſervatio, & adminiſtratio verſatur, dire ximus Cauſa hujus reformationis

oculos

Digitized by Google

449 Nun obſtat, quod non intervenerit interpellatio Judicialis, tum quia ſuſtentatio onerum Matrimonii habet vim interpellationis *DD in l. de diviſione ff. ſol. matr.*
450 tunt † quia dies, & Juramentum interpellarunt, Rot. *in Rom. fructuum dotis de Cenciis*, 17. *Januari* 1597. *in §. neque hic quærendum eſt, coram bon. mem. Orano, quę eſt deciſ. 81. poſt Fenzon. ad Stat. Urbis, & in Romana fructuum dotis de Cæſiis*, 19 *Octobris* 1598. *coram eodem.*

451 Nec etiam facit, quod Maritus vivens non petierit dictos fructus, quia tranſmiſit jus petendi illos in ejus Hæredes, Dec. *conſ.* 571. *n.* 3 *& ſequent.* Natt *conſ.* 495. *num.* 1. *& ſeqq.* Alex. *conſil.* 63. *l.* 4. & ita fuiſſe judicatum Florentiæ, teſtatur Card. Tuſ. *lit. D. concl.* 741. *n.* 117. *tom.* 2. Gratian. *diſcept.* 143. *n.* 42. *& nu.* 4. Rot. *in Romana fructuum dotis*, 23 *Junii* 1642. *corā* R. P. D. Bichio.

452 Minus obſtat lapſus decennii, tum quia Matrimonium non duravit per decennium, Dec. *conſil.* 517. *nu.* 6. *verſic. ſed in caſu iſto*, Natt. *conſil.* 495. *n.* 3. Tum etiam quia petuntur fructus propter onera Matrimonii, titulo oneroſo, quo caſu lapſus decennii non ſufficit, Alex. *d. conſil.* 63. *n.* 16. *l.* 4 Dec. *conſil.* 571. *n.* 6. Natt *conſil.* 495. *n.* 4 Grammat. *dec.* 70. *n.* 5. Rota *in Romana fructuum dotis de Cæſiis*, 19. *Octobris* 1598. *coram. bo. mem. Orano*,
453 ubi † etiam in fine dicitur, quod ex lapſu temporis non cenſetur facta remiſſio, niſi concurrant tria requiſita, de quibus in *l. Procula, ff. de probat.* quæ in præſenti caſu non concurrunt.

454 Et licet, ſoluto matrimonio, fructuum dotis curſus ceſſavit ad favorem Uxoris Viduæ, & ejus Filiorum Hæredum, ut infra, nam illis ab Hæredibus Patris, qui dotem promiſit, adhuc debentur fructus dotis non ſolutæ toto tempore ſuę Viduitatis, & poſtea ſuis Hæredibus donec dos fuerit ſoluta, cum enim verſemur in dote promiſſa à Patre Filiæ excluſæ à Statuto propter Maſculos, ſoluto Matrimonio, ſi fructus dotis non debentur uti fructus, ſaltem debentur uti alimenta, donec dos ſolvatur à Patre, vel ejus Hæredibus uti fructus legitimæ ex cumulatis per Rot. *in Romana fructuum dotis de Cenc.* 27. *Januarii* 1597. *coram bon. mem. Orano, quæ eſt dec* 81. *poſt* Fenzon. *ad Statut. Urb.* ubi quod dicti fructus debentur Mulieri, vel ejus Filiis, & in *Romana dotis de Vellis* 10. *Decembris* 1600. *coram bon. mem. Litta, quæ eſt deciſio* 84. *poſt eundem* Fenzon. *ad Stata. Urb. & in Romana fructuum dotis de Cæſiis*, 19. *Januarii* 1498. *coram bon. mem. Orano, quæ eſt dec* 86. *poſt* Fenzon. *ubi ſupra.*

455 Quæ quidem alimenta ſunt Judicis arbitrio taxanda, ad trad. per Menoch. *de arbitr. caſu* 169. *nu.* 7 *& ſeqq.* & ſic habita ratione gradus, & nobilitatis Mulieris, & divitiarum ejus Fratrum debitorum, nam licet regulariter pro alimentis ſufficeret minor ſumma, tamen Nobili nun minus, quàm ſcuta centum auri annua debentur. Paul. de Caſtr. *de Jur. put. parte* 2. *art.* 3. *num.* 6. Pontan. *de Alim. c.* 7. *n.* 3.

456 Et in Curia tàm ex diſpoſitione Statuti Urbis, quàm ex antiqua, & inveterata conſuetudine, fructus dotis, ſeù alimenta hujuſmodi, tàm conſtante, quàm ſoluto Matrimonio, taxari ſolent ad rationem ſcurorum ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario, Rot. *in d. Rom fructuum dotis de Cæſiis*, 27. *Januari* 1597 *coram. bon. mem. Orano, in §. quo circa, & §. neque etiam, quæ eſt dec.* 86. *poſt* Fenzon. *ad Stat. Urb.*

Et cum iſti fructus ſint favorabiles, & illis favet Jus Canonicum, utique Statutum ſuper illorum taxatione, & ſolutione eſt validum, ex cumulatis per Rot. *in Romana fructuum dotis de Cæſiis, in §. nàm ſi fructus, quæ eſt dec.* 86. *poſt* Fenzon. *ubi ſupra.* 457

Quinimò in fortioribus terminis eum ſimus in caſu, 458 in quo Filia dotata eſt excluſa à ſucceſſione Patris à Statuto propter Maſculos, dos ſuccedit loco Legitimæ, juxta diſtinctionem Caſtr. communiter approbatam in *l. Titio centum, §. Titio genero, nu.* 8. *in fin. ff. de condit. & demonſtr.* Gabr. *conſil.* 11. *n.* 4. *& n.* 5. *lib.* 1. Seraph. *dec.* 959. *n.* 5. Rot *dec.* 540. *nu.* 1. *ubi de communi, par.* 1 *diverſ. & in Tiburtina Hæreditatis*, 26. *Maii* 1642. *coram R. P. D. meo* Bichio, *in § adeo quod, ubi de magis communi*, Gregor. *dec.* 565 *n.* 4. cum aliis cumulatis per Beltram. *ibi ſub n.* 11.

Et per conſequens, quicquid dixerit Bal. etiam ſi illa fuiſſet poſtmodum defuncta, cenſeretur tranſmiſſum ad ejus Hæredes, non ſolum jus dictæ Legitimæ, ſed etiam alimentorum uſque in diem ſolutionis ejuſdem dotis, ſeù Legitimæ, Roder. Suar. *in repet. l. quoniam in prioribus ad declarat. leg. Regn. lim.* 3. *n.* 12. *verſic. infero etiam alium, C. de inoffic. Teſtam ſecund leg.* 9. *tit.* 6. *lib.* 3. Flor ileg. *lim.* 2. *n.* 12. *verſi. infero*, Lopez. *in repet. cap. per veſtras in* 3. *not. §* 24. *nu.* 7. *verſic. & ſubdit, de don. inter Vir & Uxor.* Molin. *de Primog. Hiſpan. lib.* 2. *cap.* 25. *nu.* 10. Surd. *de Aliment. tit.* 5. *quæſt. nu.* 31. Cucc. *de Legit. §. poteſt præterea non abs re, verſic. & in his quidem*, Gratian. *diſcept.* 44. *n.* 7. *vol.* 1. 459

Et quod d. jus Legitimæ tranſmittatur cum aliis 460 effectibus Legitimæ poſt alios, quos cumulat, tradit Gratian. *diſcept.* 700. *num.* 29. *& numer.* 30. *& diſcept.* 882. *n.* 36.

Et quod jus Legitimæ tranſmittatur etiam in Hæredes extraneos, tradit Guill. *obſer.* 120. *num.* 17. *verſic. ſed verior, & communior*, Gratian. *diſcept.* 594. *nu.* 11. *ubi alios cumulat.* 461

Ratio eſt, quia Legitima debetur una cum fructibus, etiam abſque mora, Guill. *d. obſervat.* 120. *num.*
14. *& ſeqq. lib.* 2. † ubi quod hæc opinio eſt ab omni- 463
bus approbata, Benintend. *deciſ.* 37. *num.* 9. & dos, & alimenta æquiparantur, Surd. *de alim. d. tit.* 5. *quæſt. prima num.* 41. *& ſeq.* Cephal. *conſil.* 485. *numer.* 87. *& ſeqq.* Rot. *dec.* 538. *n.* 2. *par.* 1. *diverſ. & deciſ.* 249. *nu.* 1. *p.* 2. *recent.*

Nec refragatur *d. deciſ. Romana Dotis de Vellis*, in 464 qua fuit reſolutum, deberi fructus dotis Dominæ Virginiæ Ciciæ, & DD. ejus Filiis de Vellis, uſque ad obitum dictæ Virginiæ, quia eo caſu non poterant amplius currere fructus, ex quo, mortua Virginia, dos fuit ſoluta ſtatim, & reſervatum, ut videretur an fructus deberentur, in qua fuit, ut ſupra, fructus deberi, deciſum.

Nec etiam adverſatur Rota *in Romana fructuum do-* 465 *tis*, 12. *Maii* 1625. *coram bon. memor.* Coccino *Decano quæ eſt deciſio* 91. *apud* Fenzon. *ad Stat. Urbis*, dum ibi fuit reſolutum mortua Uxore non currere amplius ad Mariti favorem fructus dotis, etiam ſi adſint Filii, quia ibi non agebatur de dote promiſſa à Patre Filiæ excluſæ à Statuto propter Maſculos, nec dos, & alimenta ſuccedebant loco Legitimæ, ut in præſenti caſu, ex præallegatis.

LAUS DEO.

LITE-

Digitized by Google

LITTERÆ APOSTOLICÆ DIVERSORUM SVMMORVM PONTIFICUM.

Juxta præcedentes partes accuratiſſimè emendatæ.

Privilegium Curialium, ſeu Officialium Sedis Apoſtolicæ obſequiis exiſtentium, aliorumque procerum negotiis ad eamdem Sedem venientium, & apud eam commorantium, & inde recedentium, ne interim extra Romanam Curiam conveniantur.

Hæc Bulla eſt inter extravag. communes.

EUGENIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei,

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DIvina in eminenti Sedis Apoſtolicæ ſpecula diſponente clementia conſtituti ea libenter intendimus, per quæ Officiales prędictæ Sedis obſequiis ejus, ad quam veluti Fidelium omnium matrem, pro animarum ſalute quærenda, & juſtitia conſequenda, de diverſis mundi partibus confluit multitudo, tutiùs, & quietiùs ſe promptiores valeant exhibere.

Privilegiũ. de quo in rubric.

§. 1. Hinc eſt, quòd Nos ex certis rationabilibus cauſis moti, etiam nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, diſtrictius inhibemus locorum Ordinariis, necnon Commiſſariis, & Delegatis eorum, cęteriſque univerſis, & ſingulis, quacunque poteſtate, & auctoritate præfulgeant, cujuſcunque dignitatis, gradus, vel Præeminentiæ fuerint, ne contra Officiales præfatos, quocunque nomine nuncupentur, in noſtris, & dictæ Sedis obſequiis, nunc & pro tempore exiſtentes, necnon quoſcunque alios pro ſuis, & eorum cauſis, & negotiis proſequendis ad Sedem prædictam venientes, ac in ea (durante negotiorum, & cauſarum hujuſmodi proſecutione) moram trahentes, & recedentes ab eadem, procedere, aut in eos excommunicationis, ſuſpenſionis vel interdicti, aut privationis Officiorum, vel Beneficiorum, ſeu quamvis aliam ſententiam promulgare pręſumant. Nos enim omnes ſingulos proceſſus, ac ſententias contra tenorem, & mentem noſtræ inhibitionis hujuſmodi latas, & habitas, ac in poſterum habendas, & promulgandas, quæcunque inde ſecuta declaramus nulla, irrita, & inania, nulliuſque extitiſſe, vel exiſtere roboris, vel momenti, necnon quicquid in contrarium à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, etiam decernimus irritum & inane.

Pœnæ adverſ. eorum Parturb.

§. 2. Et nihilominus in omnes, & ſingulos Ordinarios, & Officiales, Commiſſarios, & Delegatos eorum, qui ſe de dignitatibus, aut beneficiis Eccleſiaſticis quibuſcumque, Officialium, aut negotia hujuſmodi apud dictam Sedem proſequentium prædictorum, eos illis forſan privando, aut privatos decernendo, vel declarando, ſeu cujuſcunque privationis prætextu illa perſonis aliis conferendo, ſeu de illis in eas quomodolibet intromiſerint, tam in dantes, quàm in recipientes, excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti latas ſententias promulgamus, quas volumus eos incurrere Ipſo facto. A qua quidem excommunicationis ſententia abſolvi nequeant, niſi à Nobis, vel per Nos deputãdis, pręterquã in mortis articulo conſtituti.

§. 3. Præmiſſa autem à die affixionis pręſentium ad valvas baſilicę Principis Apoſtolorum de Urbe, ex certa ſcientia quoſcunque ligare volumus, & arctare.

Hæc affixio non iven. ſed ejus obſ. eſt notoria & confirm. in aliis Bullis.

§. 4. Non obſtantibus Apoſtolicis, & a quibuſcunque generalibus & provincialibus, vel ſynodalibus Conciliis editis conſtitutionibus, & ordinationibus, ac privilegiis, per quæ effectus præſentium impedire poſſent quomodolibet, vel differre, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus habenda eſſet præſentibus mentio ſpecialis, quæ præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, cæteriſque contrariis quibuſcuncumque.

Derogatio contr.

§. 5. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, declarationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Sanctio pœnalis.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo, octavo idus Martii, Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

D. P. An. 2. 8. Id. Martii 1432.

Juriſdictia, & Facultates Camerarii, & Clericorum, ac Reformatia Tribunalis Reverendæ Cameræ Apoſtolicę.

PIUS EPICOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam Rei memoriam.

Exordium

ROmanus Pontifex, Chriſti Vicarius ut prudens pater familias, providè animadvertens, in agro dominico multam meſſem, & multos jam operarios eſſe, ut opus Domini rectè & ſine confuſione adimpleatur, ſingulis curas partitur, & officia diſtribuit, ac nè quis muneris ſibi commiſſi limites excedat, aut in alterius meſſem ſalcem imponat, ſolerti ſtudio & diligentia providet, ſicuti pro felici ipſius agricultura, & directione in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

Studium Papæ reformandi ejus Curiã

§. 1. Sanè poſtquam Nos ſacrum œcumenicum & generale Concilium, pro extirpandis hæreſibus, & Chriſtiani populi moribus emendandis, in Civitate Tridentina celebrandum indiximus prout illud, Divina favente gratia, frequentiſſimo Prælatorum conventu jam feliciter congregatum extitit, & ſalutares progreſſus habere cœpit, dum Concilium ipſum generali totius Eccleſię reformationi diligenter incumbit, Nos Curiæ noſtræ, ac illius Officiorum, & Tribunalium peculiari correctioni animum adiecimus, & à ſacræ Pœnitentiarię officio, in quo ſalus pręcipuà vertitur Animarum, initio ſumpto, illius reformationem feliciter abſolvimus.

Cauſa hujus reformationis

§. 2. Nunc verò Cameræ noſtræ Apoſtolicæ tribunal tanquam reliquis totius Curiæ dignius & excellentius, in quo non ſolùm patrimonii Beati Petri, ſed univerſorum Fiſci Apoſtolici jurium conſervatio, & adminiſtratio verſatur, direximus

oculos

Digitized by Google

oculos noſtræ mentis animadvertim uſque in eamdem Cameram, pro ſuperiorum temporum licentia, & incuria, pleraque negotia extra propriam ipſius tribunalis naturam, tam circa ditioni eccleſiaſticæ in temporalibus ſubjectas, quàm reliquas totius Chriſtiani Orbis provinciss, irrepſiſſe, per quæ Camerarii noſtri, ac Præſidentium, & Clericorum ejuſdem Cameræ ſtudia à propriis, & peculiaribus eorum curis diſtrahuntur, aliorumque tribunaliom, & officiorum dictæ Curiæ, ac totius Eccleſiaſtici ſtatus juriſdictio, cum magno Fiſci noſtri ac partium litigantium detrimento, & reliquorum Chriſti Fidelium ſcandalo, confunditur & impeditur. Idcirco ad tollendos abuſus hujuſmodi, & ut Camerarius, ac Clerici, & Præſidentes prædicti eorum proprio muneri commodiùs, & diligentiùs intendere valeant. Habita ſuper his cum venerabilibus Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, & dilecto filio noſtro Guidone Aſcanio S. Mariæ in Via lata Diacon. Card. de Sanctâ Flora nuncupato, moderno Camerario noſtro, ac dilectis filiis Præſidentibus, & Clericis dictæ Cameræ, ejuſque Notariis auditis, & eorum facultatibus, & juribus diligenter inſpectis omnibuſque maturè conſideratis, & de eorundem Fratrum conſilio, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus.

Camerarius & Clerici, exceptis Fiſci intereſſe concernentes, & non alias cauſas Privatorum cognoſcant.

§. 3. Quòd de cætero perpetuis futuris temporibus prædicti Guido Aſcanius Cardinalis ac pro tempore exiſtentes Camerarius, ac Præſidentes, & Clerici, Fiſci noſtri negotiis diligenter incumbant, utque illud liberiùs, & faciliùs facere & exequi poſſint, cauſis inter Fiſcum noſtrum, & Privatos juxta propriam eorum tribunalis naturam contenti ſint, & propterea à cognitione cauſarum inter Privatos, etiam per viam appellationis, etiam ex Terris Eccleſiæ ad Sedem Apoſtolicam interpoſitæ, omnino abſtineant, niſi cauſæ à negotiis fiſcalibus dependeant aut ab illis originem trahant.

Et ſe abſtineant à Commiſſ. cauſarum.

§. 4. Similiter abſtineant à commiſſionibus & avocationibus cauſarum, necnon litteris monitorialibus, & inhibitoriis, ac ſequeſtrationibus, & aliis hujuſmodi, ubi non agitur de intereſſe Fiſci, etiam in Terris Eccleſiæ, cum hæc ad Signaturam noſtram ſpectare noſcantur, & alias ordo judiciorum multipliciter confundatur. Permittimus tamen illis pro minori Pauperum diſpendio, ut cauſas appellationum à ſententiis definitivis, vel earum vim habentibus interlocutoriis intra quadraginta milliaria ab Urbe in rebus minimis & propharis, ſummam viginti quinque ducatorum non excedentibus, de quo diſpoſitivè mentionem facere teneantur, per ſimplices litteras aliàs juxta formam juris committere poſſint.

Alienationumque bonorum Eccl. Tu vide majorem pro hibitione Pii V. in conſt. 49.

§. 5. Interdicimus etiam illis commiſſiones alienationum de bonis Eccleſiaſticis in forma, quæ dicitur, ſi in evidentem, pro rebus quarum redditus annuus ſummam quinque ducatorum auri de Camera excedat, de quo redditu ſimiliter expreſſa mentio in diſpoſitiva litterarum habeatur, & commiſſiones hujuſmodi ſemper Ordinario loco & alteri Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ conjunctim committantur. Et ſi de ipſius Ordinarii intereſſe, vel præjudicio agatur, tunc loco ipſius committantur Metropolitano, & ſi res ad ipſum Metropolitanum pertineat, Ordinario viciniori, & nunquam ſimiles commiſſiones concedant, quando agitur de alienatione juriſdictionum, vel Vaſſallorum ad Eccleſiam quovis modo pertinentium.

Abſolutionibus à delictis, &c.

§. 6. Inſuper ne delicta impunita remaneant, ab abſolutionibus, & remiſſionibus delictorum quorumlibet, etiam levium, aut illarum commiſſionibus, necnon ſalviſconductibus pro delinquentibus etiam de delictis extra terras Eccleſiæ commiſſis omnino abſtineant.

Moratoriis.

§. 7. Et ſimiliter à moratoriis dilationibus, niſi ad modicum tempus, & non ultra menſem, ac data idonea cautione, & pro his Debitoribus tantùm, qui aliam dilationem non obtinuerint.

Hebræorum tolerantiis.

§. 8. Hebræis verò tolerantias, aut alia privilegia, præjudicium Chriſtianorum quomodolibet concernentia.

Extractionibus.

§. 9. Et quibuſvis perſonis extractionem frumentorum, aut aliorum victualium ex Urbe, vel aliis Terris Eccleſiæ.

Repreſaliis

§. 10. Et tam in illis, quàm extra eas ad cujuſvis inſtantiam, Repreſalias etiam pro debitis fiſcalibus, niſi de particulari, & expreſſo mandato noſtro, aut Pontificis pro tempore exiſtentis.

Poſſeſſione Beneficiorum &c.

§. 11. Nec non litteras Camerales pro adipiſcenda poſſeſſione Beneficiorum Eccleſiaſticorum, etiam nobis & Sedi Apoſt. reſervatorum, & prorogationem temporis ad expediendas litteras Apoſtolicas quarumcumque gratiarum, aut ad ſolutionem annatarum, vel aliorum jurium Collegio Cardinalium, aut Officialibus debitorum minimè concedere valeant.

Vectigalibus.

§. 12. Caveant etiam ab impoſitione, vel augmento vectigalium, ſeu datiorum, vel illorum diminutione, aut alteratione quacunque cauſa etiam publicam utilitatem concernente.

Spoliis Clericorum.

§. 13. Sed nec Spolia Clericorum decedentium, aut decimas, vel alia regalia, aut credita fiſcalia, in toto, vel in parte donare, vel remittere poſſint. Commiſſarii verò ad præmiſſa exigenda, & recuperanda non niſi idonei, & probatæ vitæ, nullum habentes in ea re intereſſe conſtituantur, qui etiam jurejurando, ac idoneis cautionibus de eorum officio fideliter, & diligenter exercendo, aſtringantur.

De Clericorum juriſdictione.

§. 14. Clerici verò Cameræ, cùm nullam juriſdictionem ut ſinguli, ſed tantùm collegialiter, & in plena Camera habere noſcantur, nihil expediant privatim, & ſingulariter, nec aliquas litteras, aut patentes de quacunque re ſubſeribant niſi ex commiſſione eis facta in eadem plena camera, in qua omnia clarè, & diſtinctè proponi ac in libro propoſitionum annotari debeant.

Notariorum munere.

§. 15. Notariique in expeditionibus, & ſcripturis deſuper conficiendis, de propoſitione, & commiſſione hujuſmodi mentionem expreſsè habere teneantur.

Indultis circa ſpiritualia.

§. 16. Sed tam Camerarius, quàm clerici ipſi ultra prohibita in præſenti reformatione à quibuſcunque licentiis, gratiis, & indultis de rebus ſpiritualibus in forma gratioſa vel commiſſaria, etiam cum clauſulis juſtificativis, & alias rata in Terris Eccleſiæ, quâ extra illas omnino abſtineant.

Expeditionibus.

§. 17. Et ſimiliter à quibuſcunque aliis expeditionibus, quæ ſibi ratione ſuæ ordinariæ juriſdictionis propter publicam utilitatem, vel aliàs expreſsè per litteras ſuarum facultatum conceſſæ non reperiuntur. Nec prætextu conſuetudinis, aut quaſi poſſeſſionis etiam antiquiſſimæ, & immemorialis in ſimilibus concedendis, eis ſuffragetur, etiamſi conſuetudo, & quaſi poſſeſſio hujuſmodi per litteras aliquorum Pontificum generaliter approbatæ fuerint.

Notariorum extorſionibus.

§. 18. Notarii verò cameræ abſtineant ab extorſionibus, & indebitis exactionibus, ut potè pro obligationibus ſolvendi annatas, quæ tamen in promptu ſolvuntur, prout hactenus uſurpatum eiſſe accepimus, & aliis hujuſmodi, ſuper quibus, & aliis per præſentes ſtatutis, & prohibitis Camerarius, ac ejus Vicarius diligentem inquiſitionem adhibere, & delinquentes condignis pœnis pro modo culpæ punire debeant.

Camerarii & Clericorum officia pro tempore Sedis vacantis.

§. 19. Sede autem Apoſtolica vacante, officium Camerarii, quod per conſtitutionem piæ mem. Clementis Papæ V etiam prædeceſſoris noſtri in Conc. Viennen. editam, durare decernitur, ita durare declaramus, ut tam ipſe Camerarius, quàm Præſidentes, & Clerici, ac Notarii prædicti non ſolùm ea, quæ præſenti conſtitutione prohibentur, & quæ Pontifice vivente etiam

pro

pro ajus Pontifici revarentia, aut aliàs quomodolibet exercere, & expedire non conſueverunt, minimè uſurpent, ſed tantùm axactioni pecuniarum cameræ Apoſtol. debitarum, ac illarum reſervationi, necnon proviſionibus, ratione Sedis yacantis neceſſariò faciendis, incumbere, & propterea à ſolutione debitorum ante Pontificis obitum contractorum, aut illorum declaratione, vel novatione, ac rationum ſolidatione, & quibuſcumque aliis expeditionibus, tàm gratiam, quam juſtitiam, aut illarum executionem quomodolibet concernentibus, omnino abſtinere debeant.

Contravenientium pœnæ.

§. 20. Diſtrictiùs inhibentes præfato, ac pro tempore exiſtenti camerario, in virtute ſanctæ obedientiæ, Clericis verò, ac Notariis, & aliis Officialibus, & eorum miniſtris quibuscunqoe, ſub excommunicationis latæ ſentantiæ, nec non privationis Officiorum, & Beneficiotum quorumcunque per eos obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & tempore exiſtentis Rom. Pont. arbitrii pænis nè de cauſis, negotiis, ac expeditionibus per præſentes Interdictis, etiam prætextu quorumvis privilegiorum, & indultorum eis quomodolibet concesſorum, aut conſuetudinis, vel quaſi poſſeſſionis hujuſmodi, ſe intromittere quoquo modo audeant, ſeu præſumant;

Annullatio aliter geſtorum.

§. 21 Decernentes quaſcunque conceſſiones, commiſſiones, & expeditiones ad illis, & à dicta camera deinceps contra præſentium tenorem pro tempore forſan, quod abſit, attentatas, etiamſi illas vivæ vocis oraculo emanaſſe aſſeratur, nihilominus nullas, & invalidas, ac extortas, & ſubreptitias fore, & eſſe ac cenſeri, neminiqua propterea ſuffragari poſſe.

Clauſula ſublata.

§. 22. Et ita per quoſcunque locorum Ordinarios, ac Judices, & commiſſarios etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Rom. Ecclaſiæ Cardinales, etiam Provinciarum, ac Terrarum ditionis Eccleſiaſticæ Legatos, eorumque Vicelegatos, Gubernatores, & alios Officiales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & deffiniri debere, irritum quoque, & inane quidqnid ſecus ſupra his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigarit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 23. Non obſtantibus, conſtitutionibus, vel ordinationibus Apoſtolicis, Privilegiis quoquè indultis, ac facultatibus ejuſdem Camerario ac Præſidentibus, & Clericis, etiam motu proprio, & conſiſtorialiter, ac de Fratrum eorumdem conſilio, & aſſenſu ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, in genere, vel in ſpecie, & aliàs quomolibet etiam per piæ mem. Martinum V. Eugenium IV. Innocentium VIII. & prædictum Leonem X. & Paulum III. ac Julium etiam III. & alios quoſcunque Rom. Pontifices prædeceſſores noſtros, ac forſan etiam per Nos conceſſis, approbatis, & innovatis, ac decretis, & cenſuris illis appoſitis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac individua & de verbo ad verbum, non autem per clauſulaa generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi pro ſufficienter axpreſſis habente illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter; vel diviſim ab eadem ſit Seda indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis; & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus præſentium impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis.

Forma, & effectus publicationis.

§. 24. Ut autem præſentes litteræ ad omnium notitiam deducantur, & eos quorum intereſt, vel intereſſe poterit omnino afficiant, volumus & mandamus illas in Palatii noſtri, ac cameræ Apoſtolicæ valvis, & acie campi Floræ per aliquos ax curſoribus noſtris affigi, & per aliquod temporis ſpatium relicta ibidem earum copia, affixas detineri, ut ii, quos litteræ ipſæ concernunt, ſeu concernere poterunt, quomodolibet in futurum, nullam poſſint excuſationem prætendere, vel allegare, quod ad ipſorum notitiam non pervenerint, tùm non ſit veriſimile, apud eos incognitum remanere, quòd tàm patenter publicatum fuerit.

Sanctio pœnalis.

§. 25. Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginã Noſtrorum ſtatuti, ordinationis, inhibitionis, decrati, derogationis, voluntatis, & mandati infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. P. A. 3. die, 27. Maii.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, ſexto Calen. Junii, Pont. noſtri Anno tertio.

Reformatio Tribunalis, & Officialium Reverend. Cameræ Apoſtolicæ.

PIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Hic Pont. pro reformatione gregis Domini, celebrari voluit Conc. Trid. ut in ejus conſt. 63. fol. 104

CUm inter cæteras animi curar, quibus in hac præcelſa Beati Petri ſede, meritis licèt imparibus, conſtituti, quotidie ſollicitamur, illa vel à primordiis aſſumptionis noſtræ ad ſummi Apoſtolatus apicem præcipua fuerit, & univerſum gregem Dominicum fidei noſtræ commiſſum, ad illicita valde proclivem, pro Nobis injuncti muneris officio, in viam ſalutis reduceremus, ejuſque rei gratia, ſacrum Oecumenicum, & generale Concilium in Civitate Tridentina indicendum, celebrandum, & Deo favente abſolvendum convenimus.

Romanam Curiam, & ejus officia reformavit ut in multis conſt. præcedentibus.

§. 1. Et propterea, nè dum foris de reformandis in univerſali Eccleſia moribus tractabatur, interim ipſam morum cenſuram domi, videlicet apud Sedem ipſam, detrectare, cauſamque Curiæ Romanæ, & Almæ Urbis noſtræ, in qua Sacerdotii principatum, & Chriſtianæ Religionis caput, unde meritò univerſi Chriſti Fideles, rectæ Catholicæque vitæ ſumerent exemplum, divina inſtituit providentia, protelare videremur, quinimmo, ut à domo noſtra judicium inciperet, Curiam ipſam, ac precipuos illius Magiſtratus, ordines, & officia multis exceſſibus, & corruptelis quæ veſana Hominum libidine in eam ſenſim irrepſerant, ſummis tùm ſtudio tùm diligentia repurgaverimus.

Ejuſque Cameram ut in cóſt. 55. Romanus, fol. 74

§. 2. Et inde animum noſtrum ad Cameram Apoſtolicam, ad quam negotia locorum omnium totius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Status aſſiduè confluunt, ejuſque Tribunal, quod ſivè juriſdictionis antiquitate, & auctoritate, ſivè rerum gerendarum excellentia, ſivè Virorum amplitudine cæteris in eadem Curia præſtat, intendentes, multa, quantum tulit temporis ratio, circa illius juriſdictionem hujuſmodi, ac poteſtatem, & facultatem, necnon dilectorum filiorum Notariorum, & aliarum Perſonarum ſuarum ſtatum, & directionem ſalubriter ordinaverimus,

pro-

prout in aliis litteris noſtris deſuper confectis, plenius continetur.

Hanc d. Cameræ reformationem proſequendo, omnia ejus privilegia quatenus huic reformationi non ſint contraria confirmat.

§. 3. Nos ſemel inceptum reformationis hujuſmodi negotium, Domino cooperante, diffuſius proſequi, nec tamen ex iis, quæ pro ipſius Cameræ, & pro tempore exiſtentis Eccleſiæ Romanæ Camerarii, necnon Clericorum, & reliquarum Perſonarum dictæ Cameræ ſtatu, & directione ac aliàs ibi hactenus ſalubriter inſtituta, & conceſſa fuiſſe reperiuntur, quicquam detrahere; ſed his immotis in ſua firmitate permanentibus, ea ſolùm, quæ experientia, vel deeſſe, vel obeſſe probavit, opportunè juxta rerum exigentiam ſupplere, & emendare volentes: Necnon omnium, & ſingularum Conſtitutionum, tam generalium, quàm ſpecialium, in favorem dictæ Cameræ editarum: ac quorumcumque privilegiorum, facultatum, gratiarum, conceſſionum, litterarum, & indultorum, illi, ac præfatis Camerario, & Clericis eorumque Collegio, & Perſonis per felicis recordationis Gregorium IX. Bonifacium XIII. Vrbanum XII. Martinum V. Eugenium IV. Sixtum etiam IV. Innocentium etiam VIII. Julium II. Leonem X. Paulum III. & Julium ſimiliter III. ac alios quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſorum, confirmatorum, & innovatorum, necnon ſtatutorum, ordinationum, & decretorum Cameræ, ac Camerarii, & Clericorum prædictorum, eorumque Collegii cauſas, res, perſonas, & ſtatum concernentium, hucuſque conditorum, & ab eiſdem Prædeceſſoribus, vel eorum aliquibus confirmatorum, necnon quarumcumque litterarum, & aliorum documentorum deſuper confectorum tenore, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habitis: Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, illa omnia, & ſingula, ac prout ea concernunt reliqua in ipſis litteris aliiſque documentis contenta, quatenus litteris noſtris prædictis contraria non ſint, nec illarum effectum impediant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, approbamus, & confirmamus, eiſque perpetuam, & inviolabilem roboris firmitatem adjicimus, ac omnes, & ſingulos Juris, & facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem ſupplemus.

Iteratoque ea concedit.

§. 4. Et nihilominus eadem præmiſſa omnia, & ſingula Cameræ, Camerario, Clericis, & Collegio prædictis conceſſa, & indulta, eiſdem modis & formis, quibus ab ipſis Prædeceſſoribus noſtris emanarunt ſimilibus auctorizata, & tenore, de novo perpetuo concedimus; & indulgemus, ac ab illis ſtatuta, & ordinata, ſtatuimus & ordinamus volentes illa perpetuis futuris temporibus, ſub cenſuris, & pœnis in his contentis inviolabiliter obſervari.

Clericorum dict. Cameræ qualitates deſignantur.

§. 5. Cùm autem officium Clericatus dictæ Cameræ, quod in ipſa Curia primatum exiſtit, munus potiſſimum incumbat ejuſdem Cameræ res ritè, & rectè adminiſtrandi, jura, & redditus utiliter locandi, contractuſque deſuper neceſſarios, & opportunos ineundi, quorum occaſione ipſi Clerici cameræ, Procuratores patrimonii Beati Petri, rerumque omnium totius Status Eccleſiæ Romanæ hujuſmodi cuſtodes, & Præſides meritò nuncupantur. Necnon jus reddendi, & juſtitiam tam Fiſco, & Privato, quàm ipſis Privatis, ſi qua ratione de Fiſci intereſſe agatur administrandi. In his autem muneribus obeundis, vel temporum malitia, vel antiquorum clericorum negligentia, vel deſuetudine, res camerales detrimentum non modicum accepiſſe noſcatur. Hinc eſt quod Nos, ſicut rei magnitudo poſtulat ad ulteriorem, etiam in his, reformationem procedendam eſſe cenſentes. Motu, ſcientia, poteſtatis plenitudine, & tenore ſimilibus, perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, quòd deinceps, ad ipſa clericatus cameræ officia, cum vacabunt, nulli niſi vitæ, ac morum integritate præſtantes, litterarum ſcientia prædìti, rerumque humanarum experientia inſignes, aſſumi debeant, quorum excellentia, virtute, doctrina, & auctoritate camera ipſa, & Romanæ Eccleſiæ Status univerſus rectè gubernari, & latiſſimum ab eis incrementum ſuſcipere poſſit.

Camerales contractuum Cameræ participes eſſe, prohibentur. Ad hoc vide Côſt. 3. Julii III. fol. 691.

§. 6. Et ut inde videbatur, diræ cupiditatis perniciés omnino eliminetur, quod poſt hac in quibuſcunque contractibus ſuper locationibus rerum, & jurium ipſius Cameræ celebrandis, ſeu partitis, ut ajunt faciendis, nullus Vicecamerarius, Theſaurarius, aut quiſpiam ex Clericis, & Cameralibus, Aſſiſtentibus, Notariis aliiſque Miniſtris, & Perſonæ dictæ Cameræ, quocumque nomine nuncupatis, illarum participes exiſtant. Quin potius ipſi ab omni, quantumvis minimo commodo, & lucro, exinde quomodocunque directè vel indirectè provenienti, omnino abſtineant; quòd ſi eorum aliquem ſecus feciſſe legitimè conſtiterit, officio ſuo, ipſo facto, perpetuò privatus exiſtat, perpetuaque infamia notetur, ac aliis pœnis Noſtro, noſtrique Succeſſoris Rom. Pontificis, pro tempore exiſtentis, arbitrio ſubjaceat. Qui verò de præterito circa præmiſſa deliquerit, pœnis à jure; & conſtitutionibus à Prædeceſſoribus noſtris ſuper hoc editis, & inflictis, puniatur.

Contractibus Cameræ cum eorum Affinibus nõ interſint. Tu vide d. Julii III.

§. 7 Sed nec quiſquam dictorum Vicecamerarii, Theſaurarii, Clericorum, aliorumque Cameralium, & Miniſtrorum aſſiſtentium, nullis contractibus, quos inter Cameram ipſam, & eorum Conſanguineos, aut Affines ad quartum uſque gradum attinentes fieri contigerit, ſub mille ducatorum Cameræ præfatæ applicandorum, & alia noſtro dictique ſucceſſoris arbitrio incurrenda pœna, ſalvis nihilominus conſtitutionibus antiquis, alias pœnas propter hoc irrogantibus, intervenire, vel aliàs ſeſe in illis eorumque tractatibus, per ſe vel alium, ſeu alios quomodolibet immiſcere audeat.

Cler. cauſas propinquorum non cognoſcat aut earum diſcuſſionibus non interſint.

§. 8. Cauſæ verò conjunctorum & propinquorum alicujus Clerici, ad dictum quartum gradum excluſivè ipſi Clerico nullatenus committantur, nec quiſquam eorum ſibi commiſſas, audiat, ſed ea expreſſa cauſa recuſet. Nec etiam in diſcuſſionibus, & deciſionibus tàm illarum, quàm aliarum quarumcunque cauſarum, in quibus aliquod intereſſe prætendere poſſet, ſivè Clericus, ſivè Aſſiſtens ille ſit, ullo modo intereſſe, nec ullum votum habere, ſed ſtatim à dicta Camera, etiam dum cauſa proponitur, etiam injuſſus, cum in hoc ignorantiam prætendere non poſſit, debeat egredi & ſi ſecus fecerit, Clericus per menſem ſuſpenſionem ab exercitio, & perceptione emolumentorum ſui officii, aliis Clericis applicandorum, ipſo facto incurrat, Aſſiſtens verò localium, & regalium exactione aliis Aſtantibus applicanda, ipſiuſque Cameræ ingreſſu trium menſium ſpatio mulctetur:

Suſpicionis cauſa contra Camerales in Camera approbanda eſt.

§. 9. Quicunque autem, ſive ex Clericis, ſive ex aliis Cameralibus præfatis ab aliquo ſuſpectus in cauſa recuſatus fuerit, Accuſans non niſi expreſſa ſuſpicionis cauſa audiri, illaque expreſſa, abſente recuſato ut ſuſpecto, in Camera diſcuti, eaque à pluribus approbata, ſuſpectus ipſe in hujuſmodi cauſa nullo modo ſe intromittere, aut intereſſe debeat. Si verò ſuſpicio probari nequiverit, nulla ejus allegata ratio habeatur.

Contract. Cameral. ineundi forma.

§. 10. Et quoniam ubi periculum majus intenditur, ibi eſt pleniùs conſulendum quòd ſuper quibuſcunque contractibus Cameralibus deinceps in perpetuum ineundis, capitula, & conventiones per Theſaurarium Cameræ pro tempore exiſtentem, vel alium, ad quem ſpectaverit, prius conſcribantur, eorumque exempla ſingulis Clericis, & aliis omnibus Cameralibus per Commiſſarium ejuſdem Cameræ, tribus ſaltem diebus antequàm de negotio tractetur tranſmitti debeant quibus unuſquiſque ſeorſum inſtructus, domi maturè conſulere, remque cum cæteris in Camera

ipſa

Digitized by Google

ipſa conferre poſſit, ut ibi omnes rectè diſcernere valeant actum demum ea, quæ decreverint ſtatuto die in plena Camera comprobanda, per quempiam alta voce legi debeant, ut ſolito inter eos ordine ſervato, cuique licitum ſit ſuper unoquoque capitulorum quid ſentiat, coram dicere, allegare, & quod inde ipſi Cameræ utile, & optimum videbitur, executioni ſalubriter demandetur. Cæterùm ut fraudibus, quæ ſi hujuſmodi contractibus fieri poſſunt, necnon periculis, controverſiis, ac litibus obvietur, publicæque utilitati evidentiùs conſulatur, quòd hujuſmodi capitula, quæ ſic confecta, & expedita fuerint imprimi, aut ſcribi, & publicari, ac affigi in locis ſolitis debeant.

Proventus Cameræ ſub haſta licitari debeant.

§. 11. Ac omnia, res, proventus, & jura Cameræ juxta formam aliarum litterarum à Nobis ſuper hoc motu ſimili emanatarum, quas etiam per præſentes innovamus, ſub haſta licitari omnino debeant. Quæ omnia per dictos Vicecamerarium, Theſaurarium, Clericos, & alios ſupra nominatos ſub excommunicationis pœna, non niſi à Nobis, & Succeſſore noſtro, præterquam in mortis articulo relaxanda, exactè ſervari mandamus Declarantes vota, & juramenta ipſorum, aliter præſtita, eoſdem non ligare ac contractus, & omnia inde ſecuta, nullius roboris, vel momenti exiſtere, quinimmo per Cameram quandocumque revocari, & contractus ipſos ſervata eadem forma, de novo celebrari debere.

Camerales conveniant diebus ſtatutis ſummo mane in Camera

§. 12. Cumque fidei, curæ, & judicio dictæ Cameræ, tamquàm præfatæ Curiæ, & totius Eccleſiaſticæ ditionis, necnon ipſius Principis in hujuſmodi rebus, & bonis ſupremo Tribunali, ſtatus ipſe univerſus commiſſus ſit, magnopere laborandum eſt, ut monus Juſtitiæ, virtutum omnium Dominæ, & Reginæ, ac publici, privatique nutricis optimæ, non ſolùm Imperio, ſed etiam majeſtate, & dignitate fulciatur, & tanquàm in bene compoſito corpore purus ſanguis, ita in illa religionis juſtitiæ, & æquitatis, quaſi ſanitas perpetuò conſter, quòd ſtatutis diebus, quibus dicta Camera in Palatio Apoſtolico, & ubicunque haberi conſuevit, quiſque in ea interveniens, ſummo mane, & hora, ab ipſa Camera ſtatuta, ſicuti alii bene conſtituti Magiſtratus dictæ Curiæ convenire debeat.

Curſores debent cameræ pridie intimare.

§. 13. Curſores verò jubente ipſo camerario, ſeu Vicecamerario, ipſam Cameram certis loco, & hora, ſive ordinaria, ſive extraordinaria fuerit, pridie ſub pœna amiſſionis ſalarii menſtrui, ſingulis tàm Clericis, quàm aliis Cameralibus, perſonaliter, vel per cedulam domi dimiſſam, omni tempore prænunciare teneantur.

Abeſſe non debet Cameralis abſque licentia Camerarii vel Decani.

§. 14. Et cum abſentia ipſa per ſe damno, & incommodo maximo omnibus ſit, cum non ſolùm rerum gerendarum curſum retardet, ſed ipſa quoque negotia in diſcrimen manifeſtum conſtituat, & plerumque deſtituat, quòd nullus deinceps, ſive Clericus, ſive alius Cameralis, ab ipſa Camera, ſine expreſſa camerarii, vel eidem cameræ Decani licentia, impunè abeſſe poſſit, excepta publicæ utilitatis, privatæque neceſſitatis cauſa, quàm tamen abſens per Nuncium eidem cameræ ſignificare debeat. Qui verò id ſemel, & iterum neglexerit, fructibus, & emolumentis illius menſis, aut localibus, & regalibus, aliis applicandis, quæ vel ex eiſdem contradicente illi nequaquam remitti, vel condonari poſſint, & aliàs ipſius Cameræ arbitrio privari debeat, nec niſi de expreſſa noſtra, aut Succeſſoris noſtri licentia, cæteris in Camera ſignificata, ab Urbe abeſſe poſſit ſtatutis, & decretis, quæ de abſentia Clericorum, & aliorum præfatorum diſponunt, integris permanentibus, & per præſentes innovatis. Illis tamen, quæ à Trident. Concilio ſuper reſidentia ſtatuta ſunt, ſalvis, & illæſis manentibus.

Veſtibus quibus hic deſcriptis Cameræ.

§. 15. Clerici autem, & qui aliàs Rochetro, & Cappa utuntur, eiſdem in qualibet Camera, reliqui verò ſolitis veſtibus rubeis, & violaceis, nulla deinceps Conſiſtorii habita diſtinctione, induantur, aliter verò induti excuſari aut, admitti non poſſint.

Miſſam que audiant, & inde ad Cameram ſe conferant.

§. 16. Omnes itaque ſic Induti, dicta hora pulſata campanella ad Miſſam accedant, quæ Decano, & alio Clerico, vel abſente Dacano, duobus Clericis ad minus aſſiſtentibus incipi debeat, eaque prædicta præeuntibus duobus Curſoribus, omnes Cameram verſus tendant, alius poſt alium ſervato ordine incedentes, quo quiſque commodiùs ab Agentibus, & Collitigantibus de rebus pertractandis valeat informari.

Ante cauſarum propoſitiones imperato ſilentio, Procuratores audiantur.

§. 17 Ubi verò ad locum propoſitionum cauſarum pervenerint, imperato omnibus per Camerarium, ſeu eo abſente, Vicecamerarium vel Decanum, ſilentio, Advocati, Procuratores, & alii, quibus id incumbit, cauſas hujuſmodi non turbatè, aut confusè ut plerumque conſuevit, ſed ſingulatim, & ita diſertè, reverenter, & ſine ſtrepitu proponant, ut ab omnibus commodè intelligi, & à Clerico Menſario notari poſſint. Quod ſi illi, à Camerario, ſeù Vicecamerario, vel Decano, ſemel & iterum moniti, non obtemperaverint, ad hoc munus deinceps non admittantur.

Notarii Cameræ Procuratoris officium non exerceant.

§. 18. Cumque Notarii dictæ Cameræ turpi lucro inhiantes ex procurationibus cauſarum plerumque per eos, vel eorum Subſtitutos, precibus, amicitia, vel pecunia ſactis, cauſas ipſas non modò affectare, ſed in eis quoque Notarii, & Procuratoris officia in detrimentum Partium conjunctim exercere noſcantur, quod illi deinceps ab eiſdem procurationibus, ſub pæna ducentorum ducatorum Cameræ præſatæ applicanda, prorſus abſtineant, ſed Procuratores cauſarum, vel Sollicitatores ipſarum ad eas procurandas dumtaxat admittantur.

Cauſæ miſerabilium Perſonarum per Procuratorem pauperum in Camera gratis tractandæ ſunt & de advocato

§. 19. Quodque Paoperum, & miſerabilium Perſonarum cauſæ, quarum in dicta Curia quo major eſt numerus, eo major præſertim quoad impenſas ratio eſt habenda, de cætero à Procuratore Pauperum, qui in eodem loco ubi deſcribuntur continuè aſſiſtat, gratis & quandocunque voluerint, etiam extra ordinem ſavore paupertatis proponantur. Qui pro eiſdem ad conſulendum, & informandum Advocatum eorumdem Pauperum, ut eos in ipſa Camera defendere poſſit, accedere teneatur. Et ſi ab officio ſuo ſic ſibi injuncto quoquomodo defeciſſe, & pariter ſi Advocatus ipſe ſuo officio gratis Pauperibus exhibendo, & pro nullo alio, qui contraxerit, aut litiget cum Camera patrocinando, deſuiſſe apparuerit, prima vice ſi legitimè impeditus non fuerit, ſalario trium menſium mulctetur, & ſi reinciderit in idipſum, officio ſuo perpetuo privatus exiſtat eo ipſo.

Propoſitiones occurrentes ſcribendæ ſunt per Clericum Menſariū, antequam fiat Camera.

§. 20. Clerici autem, cæterique Camerales Cameram ipſam, priuſquam omnes propoſitiones eadem die occurrentes per Clericum Menſarium deſcriptæ fuerint, non ingrediantur.

Oratio B. Iſidori per Clericum noviſſimū poſtea legatur.

§. 21. Ipſi verò illis expletis ingreſſi, cum ſine Dei adjutorio, & Spiritus Sancti gratia nihil boni ſperandum ſit, erecta ad DEUM omnipotentem mente, illiuſue, ac Beatiſſimæ ſemper Virginis MARIÆ genitricis ſuæ, advocatæ noſtræ, toto corde ab omnibus invocato flexis genibus ſuffragio, ea oratione B. Iſidori Epiſc. quæ incipit, *Adſumus Domine Sancte Spiritus*, per noviſſimum Clericum tunc præſentem alta & intelligibili voce legatur. Qua finita quicunque in plena Camera audiri voluerit, liceat illi eam tunc ingredi ac perloqui, & informare, iſque ab omnibus æquo animo, ac benigne audiatur.

Deinde Litigante audiantur

Camera poſtra claudatur, & nemo admittatur per Curſores cuſtodes, niſi cum

§. 22. Quibus ſic ritè peractis, Camera ipſa claudatur. Et quia valdè incommodum, quin etiam indecorum videtur, ut poſtea quiſque indifferenter ad tantum Tribunal ſine illius Præſidentium licentia admittatur, quod ſaltem unus ex Curſoribus præfatis ante oſtium ejuſdem Cameræ aſſiduè maneat, illudque cuſtodiat. Nec quemcunque cujuſcun-

Digitized by Google

licentia & cauſarum propoſitio pro Fiſco vel Commiſſario Cam. aut Procuratore Paupe, rum ſeri, baatur

cunque gradus, & conditionis, niſi præmonito per eum Vicecamerario, ſeu Decano præfato, indeque deliberato, admittere, vel introducere audeat, ſed talis aut licentiam expectare, aut omnino recedere debeat. Cæterum, Clauſa dicta Camera, nulla propoſitio, niſi fortè Procuratoria Fiſci, vel Commiſſarii Cameræ, ſeu Procuratoris Pauperum, quibus jure merito quandoque eſt indulgendum, ulterius audiatur, neque deſcribatur.

§. 23. Demum cœteris ſemotis, & quibuſcunque ſermonibus, & collocutionibus ad res Cameræ minimè facientibus, quæ expeditiones Camerales impedire, vel in longum protrahere conſueverunt, prorſus omiſſis, omnes toto animo ad propoſitiones audiendas, & decreta facienda incumbant. Quod ut commodiùs, & faciliùs expediri poſſit, Camera ipſa per duas horas continuas poſito præ oculis horologio, ad minus habeatur, & ſi negotia exegerint, ulterius producatur: ex qua interim nemo niſi à Papa ſeu Cardinale, curam negotiorum gerente, inde expreſsè evocatus, aut aliqua urgenti neceſſitate ingruente, egredi debeat.

Menſarius cauſarum propoſitiones legat.

§. 24. Moxque ſilentio à Camerario, ſeu eo abſente a Vicecamerario vel Decano omnibus impoſito dictus Menſarius de more propoſitiones deſcriptas legat.

Decanus diſtribuat cauſas per turnum, non tamen concernentes officia vel Gubernia clerie.

§. 25. Et quoad ea, quæ diſtributionem cauſarum concernunt, ipſe ſolus Decanus reſpondeat, nec quiſquam illum cauſas diſtribuentem quoquomodo interrumpere, vel aliquid dicere audeat quo uni magis quàm alteri, vel ſibi potiùs cauſam aliquam committat, ſed cauſas ipſe omnes, & ſingulas per turnum diſtribuat, incipiente tamen turno ab eo Clerico, quem Camerarius præſens nominaverit, vel eo abſente ſors educta prætulerit, exceptis cauſis, quarum univerſitas ratione guberniorum diverſorum, vel officiorum quotannis unicuique Clerico diſtribuitur, eiſdem Clericis omnino relinquendis.

Clerici deinde cauſas proponant, præviâ citatione ad conformandum & tranſmiſſa cedula propoſitionis, & ſervatis aliis hic deſcrip.

§. 26. In cauſis autem expediendis hæc ratio habeatur, ut quæ judicialem indaginem requirunt, nullus Clericorum, niſi prius eis in Camera communicatis, & Parte ad informandum citata, audeat illas de cætero expedire. Quin etiam reſcripta omnia etiam manu Papæ ſignata, ac dictæ Cameræ decreta, quibus cognitio cauſarum ipſis Clericis demandatur, niſi in eis dicatur expreſsè, quod per ſeipſum ſolum audiat, & decidat, ita intelligi, aut interpretari volumus, quòd ipſe Clericus illas in plena camera referre, & de voto omnium expedire teneatur. Verùm ut prolixa litium diſpendia, quo poteſt compendio arceantur, Clericus qui judex, vel commiſſarius fuerit, cauſam aliquam propoſiturus, Partibus prius auditis, diligenter factum diſcutiat illoque benè, & ſufficienter inſtructo, cedulam manu ſua ſubſcriptam Parti agenti, & inſtanti contra Fiſcum, vel alium, ſeu Procuratori Fiſci contra Partem de more tradat: qua etiam Clericos, & camerales omnes certiores faciat, ſe hujuſmodi cauſam præſtituto die propoſiturum ut uniuſquiſque in eam intendere, & ad dicendum ſententiam ſuam inſtructus accedere poſſit, dataque ipſa cedula, & Adverſario intimata, Judicibuſque oſtenſa, ſi die propoſitionis per ipſam cedulam ſtatuto adveniente per Fiſcum, vel per partem expeditionem petentem, omnibus Judicibus datæ fuerint informationes, licèt per adverſarium illam diffugientem idem factum non fuerit, cauſæ nihilominus proponantur, diſcutiantur, & ſi id negotium patiatur, etiam altera parte non informante terminentur. Quod ſi unus ex Judicibus in partis, vel Fiſci gratiam odium vel favorem, cauſæ hujuſmodi expeditionem, prætextu quòd in ea informatus non ſit, impedire, aut in longum protrahere moliatur, ſi talem conſtiterit informationes habuiſſe, illa pariter ab aliis Judicibus expediatur. Verùm ſi adveniente die propoſitionis, informationes à parte, vel Fiſco expeditionem deſiderante omnibus datæ non fuerint, cum id illi ad culpam debeat imputari, cauſæ hujuſmodi propoſitio atque expeditio, donec omnes fuerint informati ſuſpendatur, & interea ſuperſedeatur. Et ſi præfato propoſitionis die adveniente, informationes hujuſmodi ab utraque parte omnibus datæ fuerint, Judicibus tamen pro negotii difficultate, & gravitate de cauſa non liqueat, ipſi propoſitionem hujuſmodi ad alium diem differre valeant, idemq; eis licitum ſit ſi altera pars quæ informationem non dedit, docuerit ſe fuiſſe legitimè impeditam, impedimento hujuſmodi ſaltem à majori parte Judicum approbato, Nullus autem qui informationes hujuſmodi acceperit, ſe illas habuiſſe, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, audeat denegare.

Cauſ. propoſitæ ordinatim diſcutiantur & juxta majorem partem votorum decidantur.

§. 27. Cumque cauſæ ipſæ camerales, quę multæ ſunt, & de ſui natura maximam deſiderant celeritatem, niſi certa ratione, & ordine propoſitæ fuerint, nimia expeditionis tarditate, & partibus, & Cameræ certum, & maximum præbeant detrimentum, quod quilibet Clericus ex multis cauſis ſibi, vel ex reſcripto Pontificis, vel ex decreto cameræ commiſſis, reique cognitionem habentibus, in qualibet camera, ſervato inter eos ſolito ordine, unam tantùm deligat, & quæ pro qualitate perſonarum, rei, & temporis (prælatis ſemper pauperibus, & viduis) majorem poſtulat celeritatem, & illius ſeriem facti, unde quæſtio, & dubium partibus dandum eliciatur, fideliter proponat. Eodemque dubio dato, quęſtionem ipſam, ac jura, & rationes partim prius per eum perſtricta in alia camera breviter referat, mox Decanus camerales primum, deindè Clericos, ab eis exordiens, qui poſtremò in Camera admiſſi fuerint, itaut ſecundum litteras præfati Eugenii Papæ, Decanus ipſæ ultimus reſpondeat, de ea re omnes interroget, & ad interrogationem illius, camerales ſcilicet conſulendo, clerici verò decidendo, ſolum Deum, Illiuſque extremum judicium præ oculis habentes, ex ordine ſententias ſuas dicant.

Votis autem æqualibus, ea pars prævaleat cui Camerarius adhæſerit, vel eo abſente major pars aliorũ Cameralium habentium vota conſultiva.

§. 28. Et ne contingat cauſas, & negotia diutius remanere indeciſa, quod quandocunque vota deciſiva fuerint æqualiter diviſa, nec de majori parte ipſorum appareat, tunc illa pars ipſorum, quibus dictus Camerarius, vel eo abſente major pars votorum conſultivorum adhæſerit, debeat prævalere, ut hac ratione, & quàmplures cauſę brevi expediantur, & Partes ipſæ laboribus, & expenſis ſubleventur. Dum verò cauſæ ipſæ proponuntur, ſuffragia rogantur, & ſententiæ dicuntur, omnes magno ſilentio loquentem audiant, nec quiſquam eum interpellare audeat, ſed expleto ſermone, ſi illum in facto erraſſe cognoverit, tunc liceat errantem humanè benignequè admonere, ut is ſeipſum corrigere, & alii poſt eum dicturi poſſint eorum opinionem firmiùs explicare.

Decanus verò remittit Pon. cauſas gratiã ſapientes & Guber. Aud Cam. vel Theſ. remittit cauſas ad eos ſpectant.

§. 29. Si verò aliquam propoſitionem gratiam ſapientem, vel ad juriſdictionem Gubernatoris, ſeu cauſarum Curiæ dictæ Cameræ Auditoris, vel illius Theſaurarii pertinentem, fieri contigerit, Decanus prædictus, propoſitione audita, ſi gratiam concernat, Summum Pontificem adeundum reſpondeat, reliqua verò ad Theſaurarium, Gubernatorem, vel Auditorem præfato, prout ſuæ cujuſque juriſdictionis fuerit, veteri more, non autem ad quempiam Clericum remittat, ut hac ratione Partes ab expenſis, ſubleventur, & juriſdictio unicuique conſervetur.

Vota aliorum revelantes pœnas hic deſcriptas incurrant.

§. 30. Cumque nulla major peſtis, graviorque pernicies ex Collegiis proficiſcatur, quàm ſententias, & opiniones aliorum exteris aperire, unde libertas dicendi, quæ in Judiciis prævalet, eripitur, odia gignuntur, & probis Conſultoribus inimicitiæ parantur, quibus humanæ ſocietati, & ipſę juſtitiæ quam profitemur, nihil magis contrarium eſſe conſtat. Quòd quicunque aliorum ſuffragia, vel ſua, aut aliorum ſententiam foris patefe-

Digitized by Google

reſecerit, & alicui indicaverit, e acommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat, à qua niſi à nobis, aut Succeſſore noſtro abſolutionis beneficium nequeat obtinere. Et prima quingentorum, & altera mille ducatorum dictę Camerę applicandorum, tertia verò vice aliis gravioribus pœnis, noſtro, & Succeſſoris noſtri puniantur arbitrio.

Delinq in Cam. coerceantur, & Põt. denuncientur.

§. 31. In Reliquis autem quoquomodo deliquentes in plena Camera à dicto Decano primùm moneantur; deindè iocalibus & regalibus, Cameræ arbitrio, mulctentur, aliis pœnis ſpecialiter expreſſis ſalvis manentibus. Ipſe vero Decanus, & eo negligente ſubſequens Clericus in ordine, ſtatim illos Nobis, vel Succeſſori noſtro, ſub noſtrę, vel ejus indignationis pœna, denuntiare teneatur, ut inde à Nobis, vel illo, ſicut expediens fuerit, amplius provideatur.

Proponen. cauſas, ſcripturas ſecum habeant.

§. 32. Ut autem quiſque in dicendis ſententiis propriæ conſcientiæ melius ſatisfacere valeat, & ea quæ dicenda ſunt ab ipſis fontibus potius hauriantur quàm per rivulos conſectentur. Quòd Clerici die propoſitionis per eos faciendæ, acta, & ſcripturas earum cauſarum, quas propoſituri ſunt, necnon dicta Teſtium, in Camera penes ſe prompta habeant, quibus controverſiæ, quæ in facto ipſo plerunque oriuntur, & facilius dirimantur, & cauſæ ipſæ celerius expediantur.

Deciſiones cauſarum à pruponentibus in lib Dec, Cam.

§. 33. Et quoniam pleriſque neceſſariè ſunt ſententiæ, & concluſiones Camerales, quare varia relatio, cum non æque à pluribus, ac ab uno fieri poſſit, plerumque controverſiam movet. Quod unuſquiſque deciſionis argumentum ſivè ſubſtantia, ſtatim atque per Cameram abſoluta fuerit, ab ipſo Clerico proponente, in certo, ac proprio libro, deciſionum Cameralium nuncupato, breviter deſcribi, deſcriptaque legi, & ab omnibus comprobari, eundemque librum unà cum alio decretorum ordinariorum penes Menſarium ſingulo menſe cuſtodiri, quo certus, ac fidelis ad utrumque recurſus omninò habeantur.

Quæ prius verbo facto in Cã expedienda ſunt, ab omnibus Clericis tunc præſentibus ſubſcribantur; exceptis ſententiis, & mandatis, ac expeditionib. concernenti. officia Cleric.

§. 34. Eis verò litteris patentibus, mandatiſque Cameralibus, quæ niſi prius facto verbo in Camera expediri prohibuimus, cum illa de conſenſu omnium expediantur, pariter ab omnibus Clericis tunc præſentibus ſubſcribantur, ſententiis mandatiſque pro illarum executione relaxandis dumtaxat exceptis, quę licet de voto omnium proferantur, tamen à Clerico Judice, & Commiſſario tantum ſubſcribi debeant. Quę verò Clericorum juriſdictionem ordinariã, ac uniuſcujuſque Clerici propriam, ſingulis ſpecialiter demandatam concernunt, ratione guberniorum, quæ quotannis inter ipſos clericos diſtribuuntur, ea ab unoquoque cujus fuerit ea juriſdictio, privatim de more expediantur. Quę quidem omnia cum hucuſque per Subſtitutos Notariorum, & eos quidem rudes, ac imperitos, & plerumque litterarum ignaros, ad clericos deferri conſueverint, quos nec etiam in cauſis cognoſcendis inſtruere poſſunt, ab ipſiſmet Notariis principalibus, ſeù à Subſtitutis eorum, per clericos approbandis tantum qui eoſdem clericos de omnibus plenè informare valeant, deferantur.

Adminiſtratores rationes reddant modò, & forma hic expreſſis. Pœnas autem corrupta fide. liter non reddentium vide in Pauli 3. conſt. 46 f. 679.

§. 35. Cum autem negotium acceptandi, conſolidandique rationes, quæ in camera quotidie redduntur, quod per manus clericorum, quorum id eſt præcipuum munus non minore labore, quam periculo continuè verſatur, ſicut eſt maximi ponderis atque momenti, ita majori ſolito debeat cura, & diligentia pertractari. Quòd omnes, & ſinguli Theſaurarii, Depoſitarii, Commiſſarii, & alii quicunque rerum, & pecuniarum cameræ Adminiſtratores, & Exactores, quovis nomine nuncupentur, de cætero rationes, & computa modo, & forma infraſcriptis in eadem camera reddere, eaque vera eſſe, nec habere diverſa, jurare omninò teneantur quacunque conſuetudine hucuſque ſervata, quæ potius corruptela eſt cenſenda, non obſtante. Nec quiſpiam cujuſcunque gradus, & conditionis exiſtat, ad rationes prædictas afferendas, jurandaſque per Procuratorem, ſi præſens in Vrbe fuerit, ſed per ſeipſum tantùm admittatur. Abſentes verò, & qui infirmitate, aut carceribus, ſeu aliquo legitimo fuerint impedimento detenti, per eorum Procuratorem ſpeciale ad id mandatum habentem eidem juramento aſtringantur. Et nihilominus ad eos ſic impeditos, ſi in Vrbe fuerint, Notarius cameræ mittatur, qui ab eis quoque ſimile recipiat juramentum, de quo etiam coram Teſtibus ſemper rogetur.

Quas rationes Not. ad Calculatores deferat:

§. 36. Rationes vero illas juratas Notarius ipſe rogatus ad calculatores, ſeu computatores rerum cameræ ſtatim deferat, ut inde ab eis ad Præſidentem, & Theſaurarium quam primum portentur, & celeriter diſcutiantur.

Cler. non ſolidet præſente Commiſſ.

§. 37. Cum verò clericus ſolidationem computorum, quæ in Domibus clericorum fieri ſolent, aggredi voluerit, cameræ Commiſſarium ad interveniendum ſolidationi hujuſmodi omninò citari facere teneatur, ac in ipſomet Decreto commiſſionis ſolidationis poſt deputationem Judicum expreſsè addi debeat. Qui commiſſario præfato citato, & præſente, ad computorum ſolidationem, procedant, & abſque dicto commiſſario, quem omninò ſemper adeſſe, ſub pęna privationis officii mandamus, non poſſit ullo modo, ullave in cauſa ad ſolidationem devenire.

Adminiſtrator. librum teneat in quo &c.

§. 38. Omnes autem rerum cameræ conductores, illarumque Adminiſtratores, & pecuniarum Exactores, librum corio vel membrana coopertum habeant, in quo aliquibus ex primis foliis in albo dimiſſis, facultatum litteras, mandata, atque reſcripta quæcumque contractus deniq; ipſos ad verbum, quibus hujuſmodi curæ, & exactioni præpoſiti, adminiſtrationem ipſam gesserint, tranſcribere, & deinde rationes ipſas modo, & forma infraſcriptis conſcribere, & conſcriptas edere teneantur. Quilibet poſtmodum à Notario camerę, ut moris eſt recipiatur. Et primo albo folio, nominibus adminiſtratorum, adminiſtrationis genere, rationum qualitate, temporis quo redduntur ſpatio, & juris jurandi ſubſtantia, brevioribus verbis inſcribantur. Et ſubſequenter præſidens, & Theſaurarius, quid per clericos Judices in eis animadvertendum ſit, annotare, & annotationes ipſas manu eorum propria ſubſcribere debeant.

Rationum reddittio ubi deſcr. ſit.

§. 39. Et ut ipſa rationum redditio faciliori cognitione tranſigatur eorumque ſolidatio ſemper, & ubique juſta, & fidelis appareat. Quod hujuſmodi rationum juſtificationes in eodem, ſi id cõmodè fieri poterit, ſin autem in alio libro, ab eo qui illas reddit turus eſt, regiſtrentur, & ad verbum litteræ, ac mandata Cameralia, quæcumque fides, ac inſtrumenta, reliquæ omnes ſcripturæ ad rem pertinentes tranſcribantur, & ad eorum ſingulas ſingulæ rationes, particulæ, ſeù partitæ referantur, adjecto unicuique earum folio, necnon citato ejuſdem libri chartarum numero, quo juſtificatio quælibet deſcripta fuerit, iſque liber priuſquam in Camera una cum altero proferatur, ab ipſius Cameræ Computatore legatur, & cum originalibus ſcripturis, ſi eas rationem reddens penes ſe retinere voluerit, diligenter ab eodem conferatur, qui collatione facta, & ſcriptura fideli reperta, id atteſtetur manu propria his verbis utrobique in libro videl. juſtificationum, & quarumlibet ipſarum *cum originali*; in ſcripturis verò originalibus, & à tergo illarum *cum Regiſtra concordat*, ejus nomine proprio ſubſcripto.

Cler. in ſolidatio. vidæ ſcr. original.

§. 40. Et nihilominus in ipſa computorum ſolidatione Clerici ad id deputati originalia mandata, ſeù eorum tranſumpta authentica, & ſcripturas diligenter videre teneantur.

Lib. rationum quæ continere debeant.

§. 41. Libri quoque præfati rationum, eorumque ſingulæ partitæ, tam accepti, quàm expenſi, perſonas, cauſas, locum, annum, menſem, diem, ac ſummam adeò claros, atque diſtinctos

con-

Digitized by Google

contineat, ut qualis quaotuſque ſit introitus, & exitus omnibus innoteſcat. Quin etiam fides acceptorum, tam privatas, quàm publicas, Notariumque de eis rogatum, ac nomina debitorum ejuſdem Gameræ, ad rationem illam ſpectantium, ejuſque quaotitates pariter comprehendat. Et ſi ea de re contractus ullius celebratus, aliave ſcriptura, tam publica, quàm privata, confecta fuerit, ea omnia in eodem vel altero libro præfato ſimul cum aliis regiſtreotur, & ſingulatim, prout ipſa res exegerit, citentur. Et in qualibet exactiooe commiſſa præponatur etiam taxa, deinde ſcribatur. Et demum reſiduum pecuniarum quantum id fuerit, & à quibus exigendum adnotetur. Per hoc enim introituum omnium Cameræ ratio hucuſque io incerto poſita, & valdè obſcura reddita omnibus perſpicua fiet, ac negotia hujuſmodi cautiùs expedieotur, & Clericorum judicium firmius, atque tutius reddetur.

Et in Archivio cuſtodiantur.

§. 42. Ipſorum denique computorum ſolidationes promptè ſemper omnibus patebunt, cum libros hujuſmodi in Archivio ejuſdem Cameræ Computatores præfati perpetuò retinere, & cuſtodire teneantur.

Contravenientes puniantur.

§. 43. Quod ſi ſecus fiat, libri ipſi non admittantur, ac omni prorſus fide careant. Adminiſtrator etiam, qui rationes coofecerit, periurio notetur. Notarius verò pro qualibet vice ducentorum ducatorum pœnam incurrat. Et ſi libris præfatis ſub præſcripta forma non confectis Clerici Judices ad ſolidationes computorum proceſſerint, ducatis mille auri, præfatæ Cameræ applicandis, mulctentur, & ad intereſſe Fiſci teneantur. Vicecamerarius verò, & Theſaurarius, Præſidens, & alii Camerales ſi & ipſi in culpa fuerint, Noſtro & Succeſſoris noſtri arbitrio puniantur. Computator ab Officio removeatur. Rationes quoque ſuper inde conſolidatæ, & calculi, ac inde ſecuta quæcunque nullius ſint roboris, vel momenti.

Rationes à Clericis Judicibus quomodo videndæ.

§. 44 Clerici verò Judices, quibus ipſa rationum redditio demandata fuerit, non ut prius ſeparatim & alter poſt alterum rationes ipſas diſcutiant, ſed antiquorem, poſterior adeat, qui conjunctim Adminiſtratore, & computatore præſentibus, citatoque Procuratore Fiſci, ſeu Commiſſario Cameræ, cuncta perpendant, ponderent, & excutiant, admittenda admittant, reijcienda reijciant, & dubia Parti, & Fiſco diſputanda relinquant, quæ cum eiſdem maturè examioata, atque diſcuſſa, prout eis juſtum videbitur ab ipſis, facto prius verbo in plana Camera, decidantur, & terminentur.

Adminiſtratores anno quolibet rationem reddant.

§. 45. Et quia ex tarda rationum redditione omnia io dies obſcuriora redduntur, & pleraque mala exiode provenire noſcuntur, quæ quò longius protrahuntur, & inveteraſcunt, eò impeditiora ſunt, & difficiliùs explicantur. Quòd Adminiſtratores omnes rerum Cameralium quocunque nomine nuncupati, qui rationes in Camera quoquomodo reddituri ſunt, illas non in fine adminiſtrationis eorum, ut prius, ſed ſi adminiſtratio ultra annum duraverint, ſingulo quoque anno in fine illius, vel ſequentis principio, modo præmiſſo, reddere omninò teneantur, idque niſi juſta interdum ſuadente cauſa ipſi Cameræ aliter expedire videatur, in ipſo contractu, quem cum eis Camera de cætero inierit, exprimatur, & illi ad id ſub pœna mille ducatorum ſimilium etiam eidem Cameræ applicandorum, nec non ejuſdem adminiſtrationis rationis amiſſione, quæ ſtatim ab eis liberè auferri, & aliis concedi poſſit, omninò aſtringantur.

Theſaurarius, & alii Papæ Miniſt. quando rationem reddere debeant.

§. 46 Et inſuper quòd præfatus Theſaurarius generalis, de omnibus, & ſingulis rebus, & pecuniis ab eo, vel Deputatis ſuis in hunc uſque diem, undecunque, & quomodocunque receptis, & expenſis, ac etiam alius Theſaurarius noſter ſecretus de quibuſcunque pecuniis, quas habuit, & percepit, necnon Magiſter Domus noſtræ, accepti, hucuſque & impenſi, ac Gubernator Urbis, Procurator Fiſcalis, necnon Magiſtri Viarum ejuſdem Urbis, & quicunque alii noſtri io Alma Urbe Magiſtratus, & Officiales, tam qui de præſenti ſunt, quàm qui in præteritum fuerint, cujuſcunque ſtatus, gradus, vel præeminentiæ, ſint, de quibuſcunque condemnationibus criminalibus, ſeù pœnis, aut compoſitionibus ratione quorumcunque delictorum, & quarumcunque cauſarū ab eis hactenus factis, aut admioiſtratis, vel exactis, & ad Cameram Apoſtolicam ſpectantibus; deinceps verò Theſaurarius ipſe generalis ſingulo quoque ſemeſtri, Magiſter Domus autem, ac Gubernator, Theſaurarius ſecretus, & alii omnes præfati, ſingulo trimeſtri rationem dictæ Cameræ in perpetuum reddere teneantur.

De Theſaurarii munere vide Bullam 100. Six. V.

Commiſſarii Cam. officium.

§. 47. Proprium autem ſit inter cætera dicti Commiſſarii munus, demandatas Judicibus redditiones, rationes omnes, eaſdemque commiſſas adnotare, & illarum celerē expeditionē procurare curareque ut id totum, quod perfecto calculo reliquum fuerit, eidem cameræ debitum ad manus Depoſitarii generalis, vel illorum, ad quos ſpectaverit, ſeu decretum fuerit quam primum re ipſa perveniat. Et ut Debitores remediis opportunis ad illud, donec omnia integrè perſoluta fuerint, compellantur, Contractuum omnium, atque capitulorum, ſcripturarum in camera celebrandorum, & diſcutiendorum exempla. ſingulis clericis, & cameralibus, per dictos tres dies ante deferantur. Quod ſi ab officio ſic ſibi injuncto defeciſſe conſtiterit, unius menſis ſalario, & jocalium portione, ſibi in proxima diviſione obventura, ſi iterum deficiat ſalario ſemeſtri integri puniatur, tertia verò vice ufficio ſuo perpetuò privatus exiſtat.

Ad quod vide etiam Bullam 34. Six. V.

Computatorum Cameræ officium.

§. 48. Verùm cum magna atque ampla negotia, quæ quotidie in camera gerunt, præ eorum varietate, atque multitudine quædam ab Anteceſſoribus neglecta partim in diuturna obſcuritate latuerint, partim etiam prorſus evanuerint, unde dicti clerici, & camerales in ſumma illorum ignoratione verſantes plerunque conſilii ancipites ſepiſſiméque diſtracti, rem ipſam, vel imperfectam relinquunt, vel cum magno ejuſdem cameræ detrimento, diverſam agunt, fuerintque propterea ab ipſius clericis, & Præſidentibus Computatores cameræ, una cum alio aliis pro tempore ſubſtituto, ſuperiubus menſibus conſtituti, atque præfecti, curæ conficiendi librum majorem, in quem omnia ad cameram quomodolibet ſpectantia in dies ſingulos ab eis diſtinctè conſcriberentur, atque certo ordine congererentur. Nos itaque hoc non minus neceſſarium, quàm utile harum ſerie approbantes, & innovantes, ſimiliter ſtatuimus, & ordinamus, quòd ipſi Depoſitarii, & Præfecti omnes, & ſingulos introitus, ac exitus eidem cameræ in dies obvenientes quicunque fuerint, illiuſque Debitorum, & Creditorum nomina, undè quaque provenientia, in hoc ipſo libro majori deſcribant. Conceſſionum quoque rerum Cameralium, omnium contractuum, qui continuò in Camera celebantur argumeotum, atque ſubſtantiam, eorumque diem, & annum, Notariumque inde rogatum, quàm breviſſimè perſtringant, declareotque Cameram, & Adminiſtratores quoſcunque, prout res poſtulaverit, Debitores, & Creditores, eorumque quantitates claras; atque diſtinctas apponaot. Nuocios etiam Apoſtolicos, Collectores, Subcollectores, Theſaurarios, Depoſitarios, & Commiſſarios, pecuniarum Exactores, ac reliquos omnes, qui ad aliquod negotium Cameræ expediendum admittentur, breviter conſcribaot, Brevia, litteras, patentes, & facultates, ac mandata Cameralia quæcunque adnotent, diem, & annum, quibus illa expedita fuerint, adiiciant, & à quo Clerico ſubſcripta, Notarioque expedita, & de-

Ad quod vide inf. prax.

Digitized by Google

& denique ubi regiſtrata ſint, compendio explicent, & quæ quidem omnia, & ſingula incorrupta ſerventur, & integra cuſtodiantur.

Miniſtrorum Cameræ expeditiones regiſtrentur & ſubſcribatur à receptore per Computatores.

§. 49. Præterea volumus, & ordinamus omnes quibuſvis negotiis Cameralibus, tam in Urbe, quam extra eam, præfectos, antequam illa exerceant, & ab Urbe recedant, expeditiones ſuas, quocunque nomine nuncupatas, eiſdem Computatoribus in eodem libro adnotandas exhibere, ipſaſque niſi ſic adnotatas, & in illarum tergo per alterum ex eiſdem Computatoribus de hoc fidem facientem ſubſcriptas, illis reſtitui omninò prohibemus. Pro earum verò expeditionum annotatione, ſubſcriptione, & reſtitutione, Computatores præfati caveant à Partibus, etiam ultrò dantibus, quicquàm accipere, quod ſi ſecus fecerint, pœna privationis Officii, ſeu aliàs arbitrio Cameræ puniantur.

Miniſtri jurent, & caveant, ut hic. Pœnas autem fideliter computa non red. Vid. in Pauli III conſt. 40. fol. 079.

§. 50. Et inſuper quod omnes cujuſcunque gradus, atque dignitatis fuerint, res ipſius Cameræ ubilibet, & quomodocumque adminiſtraturi, priuſquam adminiſtrationem ſuſcipiant, jurent in manibus Camerarii noſtri negotium, atque curam ſibi commiſſam, rectè, & fideliter ſe eſſe geſturos, rationes tempore debito ritè reddituros, reliquum reſtituturos, libroſque rationum legitimè conſcripturos, ac illos intra tempus, quod eis, dum proficiſcuntur, præfixum fuerit, etiam injuſſos in Cameram exhibituros, eaque omnia ſe ritè, & fidaliter preſtituros penes unum ex Notariis Cameræ idoneè caveant. Ac cautio ſic ab eis præſtita in eodem libro majori ab eiſdem Computatoribus ſummatim annotetur, quod ſi ab eis impedimento ceſſante, prætermiſſum, nec intra dictum tempus impedimentum hujuſmodi doctum, atque comprobatum fuerit, ultra pœnas in cautione hujuſmodi contentas, arbitrio Cameræ puniantur.

Computat. Cameræ officium Ad quod vide ſupra & inſ. prox.

§. 51. Iidem quoque Computatores Inventarium, ſeu Judicem omnium, & ſingulorum librorum, & rationum, quæ hactenus in dicta Camera redditæ ſunt, & in poſterum reddentur, diſtinctè, & ordinatè conficiant, in quo rationes ipſæ cujuſcunque rei fuerint, à quo adminiſtratæ & redditæ, illarum quoque dies, & annus ſtrictim demonſtrentur, ac hujus Judicis, ſeu Inventarii exemplum uterque eorum continuò apud ſe contineat; quibus librum nullum, nullaſve rationes ad Cameram ſpectantes cuiquam, niſi Clerico, & Camerali, tradere, vel in manibus dimittere liceat. Si quis autem ex cameralibus eorum aliquem pro rebus Cameralibus videre, & apud ſe retinere voluerit, illum de manu dictorum Computatorum accipiat, & in eorum libello, ad hoc tantùm deputato, ſe illum recepiſſe ſcribat, & intra dies quindecim ad ſummum reſtiturum promittat. Qui verò ex Computatoribus id facere neglexerit, ſuo ſit Officio ipſo jure privatus, & pro libro, & ſcripturis propterea deperditis damnum & intereſſe, tam cameræ, quàm Parti juxta formam litterarum piæ memoriæ Julii II. & Leonis X. etiam Rom. Pontificum prædeceſſorum præfatorum, omninò reficiant, vel alias arbitrio Cameræ puniantur.

Librorum, & Scripturar. Cameræ Occupator excommunicationis pœnam incurrant.

§. 52. Verùm cum multi varii multique libri, ac quàm plures, diverſæque ſcripturæ rerum Cameralium, ob nullam, vel modicam in illis cuſtodiendis, conſervandiſque hucuſque adhibitam diligentiam, variis in locis, diſperſi, atque diffuſi ſint, & à pleriſque detineantur, in maximum Cameræ detrimentum, volumus etiam, & ordinamus, omnes, & ſingulos illorum Detentores, & Occupatores, ac hujuſmodi occultationis conſocios, & participes, niſi in Urbe intra oct. & extra eam intra triginta dies à die notitiæ publicationis præſentium numerandos, pro qua Nos alias litteras noſtras, quæ publicentur, decernere intendimus, eoſdem libros, & ſcripturas ad Computatores, & cuſtodes præfatos detulerint, vel eaſdem perſonas detinentes, conſcios, & participes denunciaverint, excommunicationis majoris laqueo ſubjacere.

Litterar. Apoſtolicarum Pars Ultima.

Computatores Cameræ jurent, & caveant officium fideliter adminiſtrare.

§. 53. Quos quidem Computatores, & Cuſtodes pro tempore exiſtentes, cum illorum Officium ſit maximi ponderis, atq; momēti, priùſquàm ad illius exercitiū admittantur, jurejurando aſtringi, & idoneè cavere volumus, præfatū Officium ſe rectè, & fideliter executuros, omniaq; & ſingula eis preſcripta ſtrictè cuſtodituros, & diligenter obſervaturos.

Clerici ſalarium ſibi ipſis ſtatuere non poſſint.

§. 54. Poſtremo, cum valdè inconveniens, & à Jure alienum ſit, quod quis in concernentibus proprium commodum ſuum ſe Judicem conſtituat, pariter conſtituimus, & ordinamus, quod Clerici præfati pro aliquo munere, ſeu onore, ordinario, vel extraordinario à Romano Pontifice pro tempore ſibi injuncto, ſalarium, ſeu mercedem ſibi ipſis ſtatuere, & declarare non poſſint, ſed illud ab eodem Pontifice, vel eo, cui ea cura demandata fuerit, qualitate, perſonæ, & negotii commiſſi conſideratis, ordinetur.

Decretum irritans.

§. 55 Decernentes conſtitutiones, ſtatuta, ordinationes & decreta Noſtra præmiſſa, ſanctè, & inviolabiliter ab omnibus, etiam ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis præmiſſis, perpetuò obſervari, ſicque, & non aliter per quoſcunque cenſeri, judicari, diffiniri, & interpretari debere. Nec non ex tunc irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his, omnibuſque & ſingulis aliis præmiſſis, per præfatos, aut quoſcunque alios, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executor deputatus Camerar.

§. 56. Quocirca dilecto Filio noſtro Vitellotio Sanctæ MARIÆ in Via lata, Diacono Cardinali Vitellio nuncupato, moderno, & pro tempore exiſtanti noſtro, & ipſius Eccleſiæ Rom. Camerario, per Apoſtolica ſcripta etiam in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo, & ejus etiam quo ad hoc conſcientiam onerando, pari motu mandamus, quamvis, quatenus præſentes litteras, & in ais contenta quæcunque tam in dicta Camera, quam extra eam, ubi, quando, & quoties opus fuerit, ſolemniter publicari, & in ejuſdem Cameræ libris regiſtrari, ac per omnes, quos, illa concernont, inviolabiliter obſervari, & debitæ executioni demandari, ac illa quoties, pro parte alicujus intereſſe habentis requiſitus fuerit, in judicio, & extra exhiberi facias. Ac univerſos præfatos ad illorum obſervationem cenſuris, & pœnis præmiſſis, quacunque mora ceſſante, cum effectu cogat, & compellat. Contradictores quoslibet, ac inobedientes, & rebelles, auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Clauſ. derog.

§. 57. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Cameræ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac omnibus illis, quæ in ſingulis Prædeceſſorum præfatorum, ac noſtris litteris prædictis, cautum fuit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſque.

Forma, & effectus publicationis.

§. 58. Ut autem conſtitutiones, ſtatuta ordinationes, & decreta noſtra hujuſmodi ad ſingulorum, quos oportet, notitia perveniat, nec illorum ignoratio quempiam excuſet, volumus, ac etiam dicta Apoſtolica authoritate mandamus quòd præſentes Litteræ Baſilicæ Vaticanæ, & dictæ Cameræ valvis, necnon in Acie Campi Floræ, aliiſque publicis, & opportunis Almæ Urbis præfatæ locis, per unum ex Curſoribus noſtris de more affigantur, & ibi quantùm ad lecturam earum opus fuerit, permaneant.

Hæc conſtit legatur anno quolibet in prima Camera.

§. 59. Ac ſingulo quoq; anno in perpetuum in eadē Camera, quæ menſe Octobris prima habebitur, per noviſſimum Clericum tunc præſentem palam, & alta voce ad verbū ſine intermiſſione legantur.

Trāſump. fides.

§. 60. Quodq; illarum exemplis fidelibus exſcriptis, ac etiam impreſſis unius Notarii Cameræ manu ſubſcriptis, & Camerarii præfati ſigillo obſignatis, eadē prorſus fides ubique locorum, etiā in judicio, adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo &c.

D. 1. Ann. 5. P. Nov. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto Calend. Novemb. Pontificatus noſtri anno 5.

Juriſdictio, & Facultates Camerarii, & Magiſtrorum Viarum Urbis ſuper congrui.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei;

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. QUÆ publicè utilia, & decora eſſe huic Almæ Urbi, ratio ipſa, atque uſus docuit, ea privatis cupiditatibus, ac commodis prę ferenda cenſeamus,

Cauſ. hujus conſtitut. §. 1. Cùm itaque fel. mem. Pius Papa V. prędeceſſor noſter nonnullas per fel. record. Sixtum IV. Leonem X. & Pium etiam IV ſimiliter prædeceſſores noſtros ad ornatum Urbis editas conſtitutiones, unà cum decreto Cameræ Apoſtolicæ de inquilinis in emptionibus domorum prę ferendis, tanquàm Juris communis correctorias, & quæ nimis latè à Judicibus interpretatæ cauſam injurię quam pluries pauperibus inferendæ præberent, duobus editis ſcriptis, quorum ſolam ſignaturam ſufficere voluit, Motu proprio abrogaſſet, & ad viam Juris communis reduxiſſet, Dilecti Filii, Senatus Populuſque Romanus abrogationem, & reductionem hujuſmodi egrè ferentes, initio Pontificatus noſtri, & alias perſæpè publico decreto à Nobis enixè poſtularunt ſupplices, ut litteras præfatas Pii V. uti decori publico, ac multorum Civium commoditati infenſas, tollere pro noſtro erga hanc Almam Urbem paterno amore dignaremur. Quam rem dum Nos diutiùs differiremus, plurimorum eamdem ob cauſam querimonias expoſtulantium ſubſtinuimus, quin etiam intelleximus, publicum ipſius Urbis ornatum deſeri, & magnifica ædificia jam pridem inchoata, propter nimiam quorundam cupiditatem interrupta pendère, plurimoſque ea de cauſa ædificandi conſilium abjeciſſe. Quibus malis, quæ minimo Civium noſtrorum, ac Curialium detrimento fieri poſſit, mederi cupientes, cum etiam in litteris Sixti, ac Leonis, ac Pii Quarti hujuſmodi multa addenda, & minuenda, ac aliàs animadverſione digna apparerent, opportunum arbitrati ſumus omnibus prædictis Sixti, Leonis, & Piorum litteris antiquatis, & abrogatis, quæ ab illius ad publicum Urbis, illiuſque diſtrictus ornatum, aeris ſalubritatem, ac privatorum etiam commoditatem providè tunc ordinata fuerat, ea magis commoda his temporibus ratione moderata, ſimulque ea, quæ Nos de novo ſtatuenda duximus, unà complecti omnia, ne publicum bonum, ac decus jacere diutius pateremur.

Abrogatio conſtitutionum Apoſtolicarum circa diſpoſit. in hac conſtit. & facultas Camerarii & Magiſtrorum cogendi Dominos locorum ad ea vendendum pro viis, & locis publicis dirigendis. §. 2. Itaque dictas, & quaſcunque alias Prædeceſſorum litteras, quatenus ad aliquod eorum, quæ his noſtris litteris continebuntur, pertinent, deque aliquo eorum ſtatuunt, aut diſponunt, antiquantes, & abrogantes, atque penitus revocantes, & tollentes, de poteſtatis Nobis tributæ plenitudine ſtatuimus, quod qui pro tempore fuerint S. R. E. Camerarius, atque Ædificiorum, & Viarum Urbis Magiſtri, quacunque Urbis parte neceſſarium, atque utile fore cognoverint, poſſint pro Viis, areis, plateis, aliiſque locis publicis, ſive veteribus dirigendis, & ampliandis, ſive novis ducendis, & conſtituendis, cogere dominos domorum, & locorum quorumlibet, tàm Eccleſiaſticos, quàm Sæculares quacunque dignitate prædiros, ut vendant Conſervatoribus, aut Syndico ejuſdem Urbis, domos, & loca, quæ Camerarius, & magiſtri prædicti ad id neceſſaria duxerint, ſive illa Domini ipſi habitent, ſive aliis locare ſoliti ſint, pretio à Magiſtris prædictis ſtatuendo.

Domoſque et diru- §. 3. Ubi verò aliquas ruinas eſſe perceperint, locavè aperta viis publicis hærentia, ne laceræ, atque inhabitatæ domus, interruptaq; ſpatiis interjacentibus viarum ſepta, Urbi deformitatem, atque incommoditatem afferant, curent ipſi Camerarius, & Magiſtri eas celeriter ſarciri, itaque quoſcunque Dominos, ſive directos, ſive utiles domorum dirutarum, vel arearum, aliorumque locorum vacuorum, ſecus vias publicas jacentium, gravibus pœnis propoſitis, brevique ipſorum arbitrio præfinito tempore, cogant domos dirutas, vel areas, aliave loca hujuſmodi ab eis poſſeſſa, muro ſaltem claudere, murumq; ipſum ad eam altitudinem, quæ proxima ædificia, proximoſque muros æque, vel ad aliam, quam ipſi prę ſcripſerint, attolleta. Eamq; ob cauſam iidem Camerarius, & Magiſtri, ſi ipſis viſum fuerit, interdicant interim inde Dominis exactionem ac Conductoribus, ſi qui fortè fuerint, ſolutionem penſionũ, ſeu canonum, aut cenſuum, eaſque faciant in hujuſmodi opus ipſoſmet Conductores impendere, quas cum Conductores ita impenderint, Domini acceptas ferre debeant. Cùm verò impendere juſſi neglexerint, opus quod in tempore juxta hujuſmodi præſcriptum factum non fuerit, ſua ipſi impenſa perficient. Quod ſi vel nulli ſint Conductores, vel penſione interea temporis debitæ ſatis operi non ſint, neque tamen Domini poſſidentes domos dirutas, aut areas locave aperta hujuſmodi ſic clauſerint, ex tunc prę finito tempore elapſo, ſi utiles tantùm Domini ſint, ab utili eorum dominio, omnique jure, quod inde eis competebat, cecidiſſe intelligantur, locaq; ipſa ad directos Dominos liberè; cum onere tamen illa ita claudendi, devoluta ſint eo ipſo. Si verò etiam directum dominium, ſive per proximè dictam devolutionem, ſive alias habeant, liceat prædictis Camerario, & Magiſtris, poſtquàm ſic præfinitum ipſis Dominis tempus effluxerit, tùm exigendis propoſitis pœnis, tùm aliis creſcente contumacia etiam gravioribus, & ſæpiùs incutiendis, eos plectere, tum verò etiam captis ex aliis illorum bonis pignoribus, eiſque per ſubhaſtationem de more diſtractis, pecuniam cogere; unde murus, & præſcriptum opus omnino perficiatur. Vel ſi hac quoque ratione non profecerint, loca eadem, modò Domini ipſi illa non incolant, propoſitis ad hoc ſemel, vel pluries edictis, quibuſcumq; Perſonis illa novis ædificiis inſtaurare, vel ſaltem ſic claudere volentibus, locare, aut in emphyteuſim, etiam ad longum tempus, vel ad unius, aut plurium Perſonarum, ſive ſucceſſivarum, ſive nominandarum, vitas; atq; etiam perpetuo concedere, vel etiam vendere, aut alias alienare, pro penſione aut canone, aut pretio, quod reperiri poterit; ita quidem ut ex pluribus, hoc caſu, oblatoribus, ſi quis rei particeps, aut conſors fuerit, is præ omnibus obtineat, niſi forſan, & ipſe in claudendo negligens fuerit; prę ter nunc autem, Vicini cæteri, & inter Vicinos, qui magis indiget, vel qui vicinus eſt à pluribus partibus, inter cæteros verò, qui plus quinque ad majorem Urbis ornatum ædificare voluerit, præferatur, judicio eorumdem Camerarii, & Magiſtrorum.

tas, areis, aliaq; loca vacua exiſtentia penes vias publicas clauden.

Ædificantes poſſunt muro propinquo uti ſol pretio. §. 4. Pro privatis autem ædificiis ſimiliter, aut novis cõſtruendis, aut veteribus ampliandis, liceat cuiuſcunq; quovis muro ſibi propinquo liberè uti, eiq; tigna, lapides, aliamque materiam ædificii ſui, totamque ipſum ædificium injungere, & annectere, etiam ſi murus is ad Vicinum ſuum totum pertineat, perſoluto tamen ejuſdem muri dimidio pretio, ad eam æſtimationem, quam duo Periti, quorum ſingulos ſingulæ partes elegerint, vel illis diſcordibus, ipſi viarum Magiſtri declaraverint.

Viculoſq; interm. eorum domib. §. 5. Et ſi inter duas domos viculus fortè ſive intercapedo trium circiter, ut ſolet palmorum interſit, liceat ei qui primus in altera earundem domorum ædificare cœperit, habita tamen ab ipſis Magiſtris licentia, totum ſibi viculum nullo perſoluto pretio occupare, ac domui ſuæ adiungere, domumque ad vicini murum producere, muroque, ut ſupradictum eſt, communiter uti.

§. 6. Ac

Digitized by Google

Vic etiam cogere, ad eis vend. loca vicina aliis, loc. vel etiam ab eis inhabitata, auct. pretio, ad 2. vel 5. partem reſpectivè.

§. 6. At ſi quis domum, fundum, ſolumve habens ibi ædificare voluerit, illi Camerarius, & Magiſtri præfati cogant vendi domos, aliaque loca eidem domui, fundo, ſolo vicina, quæ eorum Domini non incolunt, ſed locare ſolent, quæque idem Camerarius, & Magiſtri hujuſmodi ædificio utilia, & neceſſaria putaverint, pretio tamen aucto duodecima ejus parte ultra æſtimationem modo prædicto faciendam. Et nihilominus ſi ædificium ipſum inſigne futurum ſit, eique perficiendo aliqua domus, etiam à Domino habitata, vel hortus, aliuſque locus muris clauſus opportunus cohæreat, eo caſu (dummodo ædificium jam cæptum ſit, idque à duobus ſaltem lateribus cohæreat domui, horto, vel loco hujuſmodi, illiuſque æſtimationem quadruplo ſit exceſſurum) cogant Dominum, etiam ſic habitantem, ut domum, hortum, vel locum vendat, aucto tamen dicto pretio ad quintam ejus partem, dataque ipſi Domino ſex menſium dilatione poſt factam venditionem, quò interim ibidem permanens aliam ſibi habitationem parare poſſit.

Dom. dom. in parte dirutæ ob ornatũ Urbis cogant vicinos contigues dom. non habit. eis vendere. Etſi plures ſint domi. nn electio dar. ei, qui min. jact. paſſus eſt, vel qui dom. ſuam ſarſit.

§. 7. Præterea, cum ob ducendam, ſive dirigendam viam, vel ob aliud opus publicum, aliqua pars alicujus domus, quam dominus ſine ulla fraude tunc habitaret, mandato dictorum Magiſtrorum diruta fuerit; unde domus habitationi domini incommoda efficiatur, ut familiam non capiat, ſi juxta illam fuerit alia domus annua penſione, vel aliàs locari ſolita, cujus conjunctione hujuſmodi incommoditati ſubveniri poſſit, ut id fiat, cogant eam Domino domus dirutæ, ſi ibi deinceps habitaturus ſit, vendi pretio, quod ſupradicto modo æſtimatum fuerit. Quod ſi diverſorum dominorum domus hujuſmodi jacturam paſſa locari ſolebant, non autem habitari, alio ipſorum domorum petente, cogatur alius domum ſuam ſic dirutam, vel excisam vendere, conſtituto pretio ad æſtimationem prædictam, hac tamen diſtinctione habita, ut detur optio illi, qui minorem jacturam in ſua paſſus fuerit, an ipſe velit aliam emere. Qui etiam, ſi quis poſt hujuſmodi ruinas, propter publicum aliquod opus factas, propriam demum ea de cauſa aliqua parte dirutam vel exciſam, quam ipſe habitare ſolebat, ſarſerit, eique alia domus ſimilem paſſa jacturam contigua ſit, quam Dominus ſimiliter habitans intra tempus à Magiſtris præfinitum neq; ſarſerit, neque muro clauſerit, ſed deformem reliquerit, velitque is, qui ſuam ſarſit, truncam illam ſibi contiguam ſuæ conjungere, & ædificare, ac propterea pretio, ut ſupra dictum eſt, æſtimando, & amplius addita ejuſdem pretii quinta parte emere, cogatur ejus Dominus, licèt habitans, ita vendere.

Vendere volentes fundos, debent Vicinis intimare, ipſique ac emptores jurare venditionem eſſe veram alio. quia Vicini retrahunt infra annum à die ſcientiæ. Imo debent intimare etiam Inquilino, ut mox ſequitur.

§. 8. Sed, & cum aliqua domus, ſive fundus, aut ſolum, volente ſua ſponte Domino, vendendum erit, teneatur Venditor perquirere à Vicinis, quotquot erunt, qui rem aliquam immobilem illi contiguam habuerint (ſi ſe empturos nullo modo antea profeſſi ſint) an aliquis eorum velit rem vendendam emere, eiſque pretium atque omnia pacta, & conditiones, quibus cum alio verè, omnique procul fictione contraxit, intimare. Perquiſitio autem, & intimatio fiat per unum ex Curſoribus, ſeu Mandatariis perſonaliter quidem, ſi reperti fuerint, ſin autem, duorum Curſorum, ſeu Mandatariorum diligentia reperiri commodè non poterint, fiant domi dimiſſa copia, Abſentibus autem ab Urbe, docto extrajudicialiter, & ſummariè coram eiſdem Camerario, & Magiſtris eos abeſſe, fiant per publicum edictum locis, quibus in Urbe conſuetum eſt, affigendum. Quibus ita factis, jurent tam Venditor, quàm Emptor apud acta Notarii dictorum Magiſtrorum, venditionem de hujuſmodi re jam factam & intimatam, eſſe veram, & in ea ejuſque pretio non interceſſiſſe dolum, fraudem, ſimulationemve aliquam.

Vicini autem quibus venditione intim: ſi fuerint ti emere voluerint, debeat hæc declarare, & inſuper Inquilinis præferuntur Vicinis nolentibus ædificare, ut mox ſequitur.

§. 9. Poſt hæc ſi Vicini prædicti ſe eiſdem pretio, ac pacti, & conditionibus empturos non deliberaverint, & ibi ædificaturos non promiſerint, præſentes ſcil. intra quindecim dies, abſentes verò intra triginta, à die præſtitorum hujuſmodi juramentorum, rurſus in præſentes, quàm abſentes intra alios quindecim dies ab hujuſmodi declaratione, & promiſſione, ſi fiat, omnia juxta ea, quæ in venditione intimata continebuntur, non præſtiterint, pretiumque ſi quod in illam ſolutum fuerat, non perſolverint, & de ædificando ibi ad certam ſummam, certumque tempus. ac ſub certa pœna, prout ab eiſdem Magiſtris præſcriptum fuerit, ſe non obligaverint, illis poſthabitis, venditio quicunque alii facta maneat, & rata ſit. Qui verò intra utrunque dictorum terminorum prædicta impleverit ei, cæteris excluſis, venditio ſic fieri debeat. At ſi perquiſitio, & intimatio ita factæ, juramentaq; ità præſtita non fuerint, quæcunque venditio de ea domo ſive ſolo cuicunque alii facta, nullum jus Emptori tribuat, & quoad illum pro infecta ſit, quamdiu Vicini intra annum à die quo illam reſciverint, ſe oppoſuerint. Siquidem aliquo ipſorum intra dictum annum petente, ſeque, ut prædictum eſt obligante ad ædificandum, & pretium Emptori (ſi is illud accipere, & emptioni ſuæ renunciare, ac ratione illius, prout Camerarius & Magiſtri mandaverint, cavere voluerit) reſtituente, alioqui pretium ipſum deponente, venditio ei facta cenſeatur, perinde ex illa in rei poſſeſſionem inducatur, expulſo inde dicto primo Emptore, ac ſi cum eo, & ad ejus commodum celebrata eſſet. Reſciviſſe autem, quo ad hoc attinet, intelligatur quocunque modo perceperint, vel hoc ſolum, rem, ſcil. fuiſſe venditam, licet neque pretium, neque alias conditiones, aut qualitates perceperint. Poſt dictum verò annum maneat prima venditio, neque hac de cauſa à quoquam amplius impetatur.

Simulatoreſque hujuſmodi venditionum pœnas hic expreſſas incurrunt.

§. 10. Cæterum eo caſu, quo perquiſitio, & intimatio prædictæ fient, ſi in illa venditione aliqua ſimulatio, præſertim circa pretium augendum, admiſſa fuerit, tum venditio nulla ſit, tum Simulatores ipſi alter, re alter pretio privati ſint, ipſumq; pretium, ipſaque res, Cameræ Apoſtolicæ applicentur eo ipſo. Et præterea iidem Simulatores pœnis falſi, & ſi juraverint, etiam perjurii puniantur.

Inquilinis etiam intimatio præfata fieri debet & ipſi præſtare tenentur contento in venditione, non autem ædificare; vicini one eis præferantur, ſi ædificare velint.

§. 11 Eadem omnia & cum Inquilino locum habeant, cum domus volente Domino venalis erit, videlicet ut etiam ipſius domus inquilino, ſi quis erit, perquiſitio & intimatio fiant modo prædicto, ipſeque, ſi emere voluerit, tum intra eoſdem terminos tum deinceps eadem faciat, quæ Vicini facere debent, excepta duntaxat oblatione, & obligatione de ædificando. Etenim inter Inquilinum & Vicinos ea ſit diſtinctio: ut volentibus ædificare Vicinis, Inquilini nulla ratio habeatur, ſed tantum Viciniorum. At illis non promittentibus ædificare, Inquilino, etiam ſi ædificaturus non ſit, idem jus in emptione competat, quod Vicinis, ſi ædificare vellent, ſecundum prædicta competeret

Viciniſque pluribus concurrentibus, qui præferri debeat.

§ 12. Veruntamen quando in ſingulis caſibus prædictis, ſive coactæ ſive ſpontaneæ venditionis duo Vicini fuerint, quorum ædificiis vendenda res opportuna exiſtat, & propterea illam ſibi quiſque ex hac Conſtitutione vendi poſtulet, is obtineat, qui magis illa indiguerit aut ſi uterque æque indigeat, inter utrumque dividatur, quatenus utrique commoda portio tribuatur. At ſi hujuſmodi portiones utrique forent inutiles, tota illi detur, cujus ædificio à pluribus partibus, vel aliàs magis adhæſerit. Si verò alteri tantùm diviſio inutiles futura ſit, nihil illi, ſed tota alteri detur: Quod ſi nulla fuerit ædificantium indigentia, is præferatur, qui magis fuerit Vicinus, vel in vicinitate pari, is qui plus, quique ad majorem Urbis ornatum, judicio eorundem Camerarii & Magiſtrorum ædificare voluerit.

Ædificare volentes, in re ſtabili in emphyteuſim &c. conceſ. obtinebũt

§. 13. Præter ſupradictos autem Vicinitatis caſus, ſi quis Domum, aliumve fundum, aut ſolum in emphiteuſim, aliumvè titulum, perpetuò, vel ad unius aut plurium perſonarum vitam, pro an-

Camerario, & magiſtris veram liberationem præſtita alia re ſtabili ejuſdem pretii & redditus cum oneribus quæ erant in re ſic liberata.

nu o canone alia ve reſponſione conceſſum habeat, ibique ædificare velit, liceat eiſdem Camerario, & Magiſtris, eo petente, Domum, ſuodum, aut ſolum hujuſmodi ab ejus directi Domini, licèt nolentis, proprietate, dominio, ac jure, nec non à canonis, ſeu reſponſionis præſtatione eximere, & liberare alia re ſtabili prius conſtituta, pretii, commoditatis, redditus, ac bonitatis ſaltem paris, quæ loco illius liberatæ ſit quo ad omnia, & ad eundem directum Dominum ratione proprietatis, dominii, devolutionis, & alias cujuſque juris & oneris, eiſdem modo, & forma pertineat, quibus illa pertinebat, tranſlato quoque ad illam hujuſmodi canone ſive reſponſione, cum augmento quintæ illius partis, & inſuper præſtita idonea cautione, & etiam facta per illum, qui ædificaturus eſt obligatione omnium ſuorum bonorum, tùm quod res, in quam facta eſt hujuſmodi tranſlatio, libera eſt, tum etiam de evictione in ea forma, quæ in urbe præſtari ſolet.

Vineæ aut canneta intra milliaria tria ab Urbe exiſtentia & locari ſolita vendenda ſunt, vicinis habentibus ibi vineas majores & nobiliores.

§. 14. In ruſticis quoque prædiis, ut, & illorum nitori ad honeſtam in illis Hominum commoditatem, ſalutaremque ſive animi, ſive corporis refectionem, aliqua ratione conſulatur, illud obſervetur, ut qui Vineas, aut Canneta intra tria ab Urbe milliaria, ſive partiariis Colonis aliqua parte fructuum, ſive aliis pecunia ſolent locare, cogi poſſint eadem vendere, pretio æſtimando ut ſupradictum eſt, & amplius duodecim ipſius pretii parte, iis qui prope illa Vineas poſſident, quas colunt ſua impenſa, dummodo Emptorum Vineæ ſint non ſolùm majoris pretii, & menſuræ, ſed magis etiam, & cultæ, & ædificiorum ſtructuris conſpicuæ, hiſque omnibus illa tantopere ſuperent, ut magna inter utraque adſit inæqualitas, judicio eorundem Camerarii, & Magiſtrorum. Non poſſint autem cogi ut partem tantummodo earum vendant.

Prædiola decem rubrorum intra ta milliaria ab Urbe exiſtentia & majoribus prædiis cōtigua, vel ea interſecant vicinis vēdenda ſunt.

§. 15. Ii verò qui uſque ad duodecim ab Urbe milliaria habent prædiula menſuræ decem dumtaxat, vel pauciorum rubrorum, quas linguas ſeu pedicas dicunt, contigua majoribus aliorum prædiis, quæ caſalia appellantur. Item ii quoque ex quorum Caſalibus ſimiles linguæ, ſeu pedicæ ejuſdem menſuræ, in aliorum intra idem ſpatium duodecim milliarium conſtituta caſalia excurrunt, eaque interſecant, ut à duobus, ut minus, lateribus linguæ ipſæ à vicinis caſalibus circundentur, cogi poſſint, ſive colant, ſive aliis locent, illas vendere, conſtituto pretio ad æſtimationem, de qua ſupra dictum eſt, adjectaque ejuſdem pretii quinta parte.

Declaratio quod diſpoſitio circa prædictas venditiones, Sponte, vel coactè faciendas, locum habeat etiam in bonis ad Pia loca ſpectāt. aut fidei commiſſo ſubjecta.

§ 16. Quæcunque autem ſupra ſtatuta ſunt, tùm de urbanis, tum de ruſticis prædiis, aut ſponte, aut coactè vendendis, vel etiam à directis Dominis liberandis, ea locum habeant omnino, ſive prædia ipſa ſint Eccleſiaſtica, & ad quaſcunque Eccleſias, & Baſilicas etiam dictæ Urbis, etiam Patriarchales, aut cujuſvis Ordinis Monaſteria, & etiam Mendicantium domos, aliaque loca religioſa, nec non Hoſpitalia, etiam nationum, aut regularium, militiarum, Sodalitateſque aut Confraternitates, cæteraque pia loca pertinentia, dummodo neque contigua Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalib. Religioſiſque ac piis locis hujuſmodi neque intra illorum ſepta conſiſtant, ſive ſint privatarum perſonarum Cappellæ, & Oratoria, vel domus, aut loca ſervande hoſpitalitati deſtinata, modò hoſpitalitas inibi jam neque exerceantur actu, neque amplius exerceri debat, ſive ſint laicalia, & cuicunque fidei commiſſo, ſubſtitutioni, ſucceſſioni vel diſpoſitioni obnoxia, & tam hæc laicalia, quam illa Eccleſiaſtica eorum, qui illa reliquerunt, ſeu dederunt, ultima vel alia voluntate alienati prohibita, ac quocunque onere gravata.

Facultas Camerarii & Magiſtrorum & forma procedendi in caſibus in quibus recuſat quis vendere aliqua bona, circa formam hujus conſtitutionis.

§. 17. Sed quoties caſus evenerit, quo res aliqua hac conſtitutione vendi debeat, ſi is ad quem pertinet eam vendere, bis monitus à Camerario & Magiſtris, cum aſſignatione convenientis termini ad vendendum id recuſaverit, vel malitioſè diſtulerit, tunc Camerarius & Magiſtri, vice ac nomine recuſantis, vel differentis rem ipſam vendant cum promiſſionibus, obligationibus, renunciationibus, pactis etiam pœnalibus & clauſulis conſuetis: pretiumque quod inde cum ejus augmento proveniet apud ædem ſacram, vel Perſonam fide & facultatibus idoneam deponant. Deinde ſi res Eccleſiaſtica erat, vel etiam ſi laicalis, ſed, quod ſciatur, fideicommiſſio, ſimilive diſpoſitioni ſubjecta, alienative prohibita, aut onere gravata, antequam Emptor ejus poſſeſſionem aſſequatur, pretium ipſum totum in aliquorum bonorum immobilium emptionem utiliter convertatur, cavente de evictione etiam ipſo Emptore, & ad omnia bona obligante, denturque bona inde empta Domino rei venditæ, Quo facto, venditio rei illius nequaquàm reſcindi, aut etiam impugnari poſſit, prætextu quarumvis obſtantium diſpoſitionum, ſive etiam inutilitatis Eccleſiæ aut loci vel perſonæ cujuſquam. Et inſuper res illa vendita libera ſit, & exempta ab omnibus hujuſmodi diſpoſitionibus, prohibitionibus, & oneribus, eaque ad bona, in quæ illius pretium converſum eſt ſint tranſlata. Et exinde bona ipſa dictæ venditæ rei loco maneant, eiſdemque prorſus diſpoſitionibus, prohibitionibus, & oneribus ſubjaceant, quibus illa ſubjacebat, ſintq; nihilominus de evictione illius Emptori obligata eo ipſo.

Et procedendi etiā quando quis conſenſit vendere juxta hanc diſpoſitionem.

§. 18. Sin autem res vendita, neque Eccleſiaſtica erat, atque ejuſmodi vinculis obnoxia habeatur, & qui ejus dominus fuerat, vēditioni ita factę conſentire velit, ac Fidejuſſores de evictione pręſtare, pretium illi ſolvatur. Quod ſi hujuſmodi Fidejuſſores præſtare noluerit, vel etiam non potuerit, emantur ex ipſo pretio, arbitrio eorundem Camerarii, & Magiſtrorum, vel loca Montium non vacabilium, vel alia bona immobilia, de quorum evictione idoneis Fidejuſſoribus ſit cautum, eaque dicto domino tradita ſint loco ſimilis cautionis pro re vendita, donec aliter Emptori idoneè caveatur, & interim vendi, aut alias alienari nullo modo poſſint. Verùm uſquequo pretium, vel ex pretio alias res empta, ut præfertur domino tradatur, penſio, quę ex ipſius rei venditę locatione percipi ſolebat, vel percipi veriſimiliter potuiſſet, eidem ab Emptore perſolvatur.

Facultas eorundem præſcribēdi tempus ad ædificandū & ſummam ibi exponendam à volentibus uti favore hujus conſtitutionis ex cauſa ædificandi.

§. 19. Curent autem Camerarius, & Magiſtri, ut quiſquis per cauſam ædificandi hujus conſtitutionis favore uti voluerit, ei ante omnia, conſideratis tum ipſius loci qualitatibus, ſummam quam ædificando, ut minimum, impendere, ac tempus, quo inchoaſſe quoque perfeciſſe debeat, propoſitis, quas voluerint, pœnis præſcribant. Iſque ad præſcriptum hujuſmodi promittat, & ſe bonaque ſua omnia arctiſſimè obliget, ſubiturus omninò pœnas ipſas, niſi promiſſa præſtiterit, omni purgatione moræ ex quocunque jure, & etiam canonica æquitate competenti penitus ſublata. Et nihilominus compellendus ab eiſdem Camerario, & Magiſtris, vel promiſſa perficere, vel quę propterea emit, & etiam illis vicina, quorum occaſione emit, & in quibus ſe ædificaturum propoſuerat, locà, & domos aliis ædificare volentibus, iſto pretio, ſicut ſupradictum eſt, æſtimando, abſque ullo augumento vendere.

Qui emōrunt bona vigore dictarum litterarum Six. 4 Leonis X. ac Pii 4. & ædificare promiſerunt debent ea adimplere infra ſex menſes.

§. 20. Sed nè aliquorum impunitas, qui, ut accepimus beneficio litterarum Sixti, & Leonis, ac Pii Quarti, dum illæ vigerent abuſi, Domos, & loca ex illarum diſpoſitione acquiſita, infabricata adhuc retineant, aliis admittendi ſimilia audaciam præbeat, iidem Camerarius, & Magiſtri, illos omnes qui à viginti annis citra loca aliqua ex dictarum litterarum diſpoſitione emerunt, ſeque in illis ædificaturos promiſerunt, nec præſtiterunt, cogant ea omnia, quæ tunc facere debebant, intra ſpatium ſex menſium à die præcepti eis hac de re faciendi implere, alioqui pœnas præmiſſas ab aliis exigant omnino. Et præter illas, loca eadem dominis quibus ablata fuerunt, ſi ipſi velint, eodem pretio, quod tunc ſolutum fuit, reſtitui, vel illis nolentibus, aliis, qui ibi ædificaturi ſint pretio, ut ſupradictum eſt æſtimando, vendi compellant.

§. 21.

Digitized by Google

Applica locis Piis, pœnarum incurrendarum ob contraventiones.

§. 21. Cæterum pœnæ omnes, quas incurrent, qui adversùs constitutionem hanc, ſeu Camerarii, & magiſtrorum pro ipſis conſtitutionis executione mandata, vel decreta admiſerint, piis locis dictæ Urbis ita applicata ſint, ut illi ex ipſis locis irrevocabiliter debeantur, pro quo primùm pœnæ ipſæ poſt illarum incurſum petitæ fuerint, ad quam petitionem, lapſis ab hujuſmodi incurſu triginta diebus, niſi dicti Camerarius & Magiſtri illas jam pro eorum debito exegerint, quilibet in dicta Urbe, vel in Romana curia Judex ad illarum exactionem indeſinenter procedat, donec eidem loco verè, & integrè perſolutæ fuerint. Nullo autem dictorum locorum petente noſter in Urbe Vicarius eas de manu dictorum Camerarii, & Magiſtrorum acceptis, vel eis ab ipſo interpellatis negligentibus, ab eorum Debitoribus exactas, inter dicta loca, juxta eorum indigentiam, arbitrio ſuo diſtribuat.

Facultas Camerarii & magiſtrorum procedendi ſummariè &c. pro executione prædictorum.

§. 22. Nos enim ad ſupradicta omnia, & ſingula faciendum, & exequendum, inque illis, & pro illis ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſolaque veritate inſpecta, ac manu regia, etiam ex officio procedendum plenam, expeditam, liberamque auctoritatem, & poteſtatem, Camerario ſcilicet in Eccleſiaſticas, eidemque & Magiſtris Viarum prædictis in laicas, ac quo ad pœnas prædictas Vicario ac ſingulis Urbis, vel Curiæ Judicibus hujuſmodi in quaſcunque perſonas, de eadem poteſtatis plenitudine præſentis conſtitutionis auctoritate tribuimus, & demandamus.

Decretum irritans.

§. 23. Decernentes eadem omnia, & ſingula quæ ſupra ſtatuta ſunt, ſi quando in aliquo caſu de eorum ſenſu controverſia continget, in eam partem interpretanda eſſe, quæ ad Urbis ornatum magis, facere videbitur. Ac ſemper, & ubique, ſive in judicio, ſive extra judicium, favorabilia cenſeri. Et ita ab omnibus Judicibus etiam Palatii Apoſt. Auditoribus, & Cardinalibus ſublata quavis aliter interpretandi & judicandi, poteſtate, interpretari, & judicari debere. Et ſi ſecus fiat, fore irritum, & inane.

Cla. derogatoriæ.

§. 24. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. rec. Symmachi, & Pauli II. de rebus Eccleſiæ non alienandis, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Legibus etiam Imperialibus, dictæque Urbis atque Eccleſiarum, Monaſteriorum & locorum Religioſorum, ſive Priorum, Ord. numq; quorum bona hujuſmodi fuerint, ſtatutis, & conſuetudinibus, nec non Teſtantium voluntatibus, aliiſque diſpoſitionibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitute alia roboratis. Privilegiis quoque & litteris Apoſtolicis eiſdem Eccleſiis, Monaſteriis, & locis, eorumque Superioribus, Capitulis, & Conventibus, ſeu Populo Romano, aliiſque quibuſcunque conceſſis, & quibuſvis aliis Sedis Ap. indulgentiis, per quæ præſentium executio, & per eas tributæ juriſdictionis explicatio poſſet quomodolibet impediri, vel retardari, quibus omnibus, eorum tenores pro plenè, & integrè expreſſis habentes, de poteſtatis plenitudine prædicta derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque, Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

Dat. P. An. 3. 1. Octob.

Dat. Romæ apud S. Marcum, Anno incarnationis Dominicæ 1574. Calend. Octobris, Pontificatus noſtri Anno tertio.

Reformatio, Declaratio, & extenſio Juriſdictionum & facultatum S.R.E. Cardinalis Camerarii.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilecto Filio Petro Sancti Nicolai in Carcere Diacono Cardinali Aldobrandino nuncupato noſtro & S.R.E. Camerario ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

IN conferendis muneribus, & officiis, quæ præſertim gravia, & nobis proxima ſunt ita æquum eſt proſpicere, ut illi in primis ad ea aſſumantur, quorum multis, & illuſtribus exemplis teſtata jam pridem virtus, jucundam nobis ſpem facit, ac tales futuros eſſe, qui opera, & conſiliis fructus quotidie proferant in noſtra Republica ampliores.

Vac. officii Cam. per obit. Cardin. Cajet.

§. 1. Cùm itaque officium Camerariatus Noſtri, & S.R.E. quod bon. mem. Henricus Tit. S. Pudentianæ Presbyter Cardinalis Cajetanus nuncupatus, noſter, & prædictæ Eccleſiæ Camerarius, dum viveret, obtinebat, per obitum dicti Henrici Cardinalis, & Camerarii, qui apud Sedem Apoſtolicam debitũ naturæ perſolvit, vacaverit, & vacet ad præſens.

Collat. in perſonam Cardinal. Aldobran.

§. 2. Nos attendentes hujus officii magnitudinem, cupienteſque hoc præclarum munus tali Viro demandari, qui auctoritate, & prudentia fretus, Reipublicæ noſtræ adjumento eſſe poſſit, poſt habitam de hac re maturam cum Fratribus noſtris deliberationem, ad te egregiis virtutibus praeditum converti, te Fratris quondam noſtri filium, ac Signaturæ noſtræ Brevium Præfectum, duximus deſumendum, cujus fidei, & ſolertiæ tantùm onus delegemus. Itaque de ipſorum Fratrum conſilio, & aſſenſu, officium prædictum, ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcunque perſonæ vacans, cum omnibus, & ſingulis illius honoribus, oneribus, juribus, juriſdictionibus, ſalariis, & emolumentis, quibus dicto Henrico Cardinali, & Camerario, ejuſque prædeceſſoribus quibuſcunque dictæ R. E. Camerariis conceſſum fuerat, & aliàs ut infra, Tibi auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & aſſignamus, teque quoad vixeris noſtrum, & ejuſdem R. E. Camerarium conſtituimus, & declaramus.

Condonatio pretii d. Officii.

§. 3. Tibique totum, & integrum ipſius Officii pretium, ad quancunque quantumvis maximam, & inexcogitatam ſummam aſcendens, liberaliter, & gratioſe etiam donatione, quæ dicitur inter vivos, perpetuò valitura, de ſimili conſilio, & aſſenſu, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, remittimus, & condonamus.

Conceſſio omnium facultatũ, & juriſdictionum.

§. 4. Teque in locum dicti Henrici Cardinalis, Camerarii, ac aliorum prædeceſſorum ſuorum prædictorum, quo ad hujuſmodi officium, ejuſque liberum exercitium, nec non honores, onera, juriſdictiones, ſalaria, & emolumenta prædicta, quàm pleniſſimè ſubſtituimus, & ſubrogamus.

Diſpenſatio retinent. a. merariatum cum Præfectura Breviũ.

§. 5. Teque ut una cum d. officio, officium Præfecti Brevium hujuſmodi, quoad vixeris retinere, ac utrunque officium hujuſmodi exercere, liberè, & licitè valeas, & de ſimili conſilio, & aſſenſu, & auctoritate, & tenore præmiſſis diſpenſamus.

Specificatio juriſdictionum & facultatum.

§. 6. Ita quòd liceat tibi, realem, & actualem, poſſeſſionem officii Camerariatus hujuſmodi, illiuſque exercitii, honorum, jurium, juriſdictionum, ſalariorum, & emolumentorum, per te, vel alium, ſeu alios, propria auctoritate libere apprehendere, & ſimiliter, quoad vixeris, retinere, ac Cameræ prædictæ, & ubique dicti Camerariatus officii ratione præſidere, ac proventus, pecunias, res, & cætera omnia jura ejuſdem Cameræ procurare, rationes acceptorum, & impenſorum habere, credita exigere, debita ſolvere, Arcibus, Præſidiis, & munitionibus omnibus præeſſe, Exactores, Caſtellanos, & alios Officiales, & Miniſtros quoſcunque in omnibus Provinciis, Civitatibus, & locis conſtituere. Ac etiam per prædeceſſores noſtros, & Nos, alios de mandato Noſtro, ſive dictorum Prædeceſſorum noſtrorum quomodolibet conſtitutos revocare, alios ſubrogare, Militiam pro uſu Status, & Reipublicæ noſtræ ubicumque opus fuerit, inſtituere, Milites conſcribere, ſtipendia aſſignare: ſtatuta concedere, & condita (ſalvis tamen infraſcriptis reformationibus) mutare. Vices tuas in toto, vel in parte delegare, ac pro libito revocare, ac prorſus omnia, & quæcunque alia facere, ordinare, & exequi, eamdemque & omnimodam juriſdictionem in omnibus cauſis, & negotiis ad ipſum officium Camerariatus

tus quomodolibet pertinentibus, habere, & exerecere, quæ prædictus Henricus Cardinalis, & omnes alii ante eum Camerarii, de jore, ſtatuto, uſu, conſuetudine, privilegio, fundatione, & aliàs quomodocumque facere, ordinare, & exequi potueront, ſeu etiam debuerunt, etiam ſi talia forent, qoæ facultatem, & mandatum exigerent magis ſpeciale, quàm præſentibus eſt expreſſum.

Aſſignatio emolu mẽtorum.

§ 7 Decernentes Te ex tunc ad d. Officium Camerariatus, ejuſque liberum excercitium, nec non honores, onera, ſalaria, jura, juriſdictiones, & emolumenta prędicta, in locum ejuſdem Henrici Card. & Camerarii, & aliorum prędictorum recipiendum, & admittendum fore, ac recepi, & admitti debere. Tib que de emolumentis, & alus juribus prędictis à die obitus d. Henrici Card Camerarii, abſque alia intimatione Collectoribus ubilibet exiſtentibus, vel aliis quibuſcunque fscienda integrè reſponderi debere.

Innovat. facultatum conſuetar. atque proventuum, præter hic excepta.

§. 8. Inſuper Tibi concedimus, & indulgemus ut omnibus prædictis, & quibuſcumque privilegiis, facultatibus, prærogativis, præeminentiis, attenrationibus, exemptionibus, immunitatibus, juriſdictionibus, juribus, emolumentis, gratiis, & indultis, quibus prædictus Henricus Cardinalis, & alii ejuidem Sanctæ Romanę Eccleſię Camerarii, qui hactenus fuerunt in genere, vel ſpecie, aut alias quomodolibet, tam Sede Ap. plena, quam vacante, uſi, potiti, & gaviſi, tam antiquis, quam modernis temporibus fuerunt, ac uti, potiri, & gaudere poſſent, & etiam deberent, ſive de illis per litteras Apoſtolicas, ſive per patentes, aut ſcripturas, aut libros Camerales, aut decreta Cameralia, ſeu quæcunque alia publica, vel privata documenta, appareret, ſimiliter, & pariformiter, ac abſque ulla prorſus differentia, uti, potiri, & gaudere, necnon omnia, & quæcunque regalia, proventus, & jura etiam antiqua, tàm ex ſigillo, cuſtodiis, præfecturis, officiis, exactionibus, taxis, & quibuſcunq; aliis rebus, & præſertim in literis facultatum prędicti Henrici Cardinalis, & Camerarii enumeratis, quàm etiam ex Collectoria in Regnis Hiſpaniarum, vigeſima nuncupata, obvenientia, quæ ad rationem duorum pro centenario ſoper ſpoliis, fructibus, juribus, & emolumentis omnibus dictæ, & aliorum Collectariarum ubicunque inſtitutarum, & inſtituendarum tibi aſſignamus, tibique omninò perſolvi volumus, atque mandamus, (regalibus tantùm, & emolumentis unius pro centenario, & impoſitionibus Congregationibus Regularinm, & dimidii pro centenario ex vigeſima Hebręorum, ac etiam dimidii pro centenario ex ſubſidio triennali exceptis) integrè percipere, exigere, & levare, etiam liberè, & licitè poſſis, & valeas, eaque tam quoad jus percipiendi emolumenta, quàm quoad omnia & ſingula ſupradicta, uti auctoritate, & facultate, qua quiſqoe Prędeceſſorum tuorum pleniſſimè uſus fuit.

Obedien. Camerar. ab omnib. præſtand

§. 9. Mandantes in virtute ſanctę obedientię dilectis filiis Pręſidentibus & Clericis dictę Camerę, cęteriſque perſonis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditioois, qualitatis, & præeminentię, necnon Communitatibus Univerſitatibus, & locis, illorumque hominibus, ac aliis, ad quos ſpectat, & pertinet, & pro tempore ſpectabit, & pertinebit, quatenus ipſi, & eorum quilibet, ubi tanquam membra capiti obſequentes, ac reverentiam, & obedientiam exhibentes, tuis monitis, & mandatis omninò pareant, & obediant, in regimine, & adminiſtratione ipſius Cameræ, & dicti officii Camerariatus exercitio, ubicumque expediet, adſint, & omnia officia debita exhibere procurent. Alioquin ſententiam, ſive pœnam, quàm ritè tuleris, ſive ſtatueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Hoc idem hab. in Jul III. conſt, 3. Lic. fol. 691. lib 2.

Præſervatio Officii à prætenſi. Domino

§. 10. Ac inſuper cùm Hæredes bon. me Vitellotii ipſius Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Camerarii prætenderent officium Camerariatus hujuſmodi, quod idem Vitellotius Cardinalis, dum viveret, obtinebat, ex perſona ipſius Vitellotii Cardinalis, prætextu cujſdam conceſſionis à piæ memoriæ Pio Papa Quarto etiam prædeceſſore noſtro per dictum Vitellotium Cardinalem obtentæ non vacare, eiſdemque Hæredibus illius pretium, & emolumenta deberi, ac propterea lis, & cauſa, ſeu controverſiæ coram certo cauſarum Palatii Apoſtolici Auditore, ſuper dicto officio Camerariatus, ac illius pretio, & emolumentis orta fuiſſet, & indeciſa penderet; & ſimilis mem. Pius Papa V. pariter prędeceſſor noſter ſecuritati, & indemnitati tunc exiſtentis ipſius Sanctę Romanę Eccleſiæ Camerarii conſulere volens, voluerit, & declaraverit, atque decreverit, quòd dicta Camera ipſum Camerarium, ejuſque Hæredes, ac ab eo cauſam habentes non ſolum à prędicta, ſed etiam quacunq; alia lite, & cauſa, per hæredes, creditores, & fidejuſſores dicti Vitellotii Cardinalis mota, tutari, & liberare, ac cauſę patrocinium propriis impenſis ſuſcipere, ac de evictione teneretur, & obligata exiſteret, cum decretis, obligationibus ac cautelis tunc expreſſis, prout in eis, quorum tenores haberi volumus pro expreſſis, plenius continetur; Nos tuæ, tuorumque Hęredum, & Succeſſorum, ac ab eis cauſam habentium ſecuritati, & indemnitati proſpicere volentes, de conſilio, aſſenſu, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus, Te, tuoſque prædeceſſores ab hujuſmodi, & quacunque alia lite, & moleſtia, cęteriſque omnibus incommodis eximimus, & liberamus; ac etiam ſtatuimus, & decernimus, Cameram ipſam ad cauſam prædictam, ut præfertur, ſuſcipiendam, & defendendam, teque tuoſque hæredes, & ſucceſſores prædictos ab omnibus, & ſingulis prædictis præſervandum, ac prorſus ad omnia, & quæcunque alia, ad quæ juxta ipſius Pii V. prædeceſſoris voluntatem, & decretum, tunc exiſtenti Camerario, ejuſque hæredibus, & aliis prædictis tenebatur, etiam contractu ſolemni, & ſtipulatione omni tempore teneri, & obligatum exiſtere.

Exemp. quacunque ſubventioo.

§. 11. Teque tam ſuper præſentis officii Camerariatus conceſſione, quàm illius pretii donatione, ac emolumentorum, & jurium perceptione, nullo unquam tempore per Nos, & Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, ac Sedem, & Cameram hujuſmodi, etiam ratione ſubventionis, & neceſſitatis Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, ac Sedis, & Cameræ prædictorum, etiam pro expeditione contra Turcas, & alios Infideles, ac Catholicæ fidei hoſtes, vel ex alia quacunque, etiam quantumvis juſta, pia legitima, & quæ hic de neceſſitate exprimenda eſſet, cauſa, moleſtari, perturbari, aut inquietari poſſe, nec etiam prætexto dictæ litis, aut aliarum moleſtiarum, quam litem, & cauſam, quo ad te extinguimus, hęredibuſq; & ſucceſſoribus necnon creditoribus dicti Vitellotii Cardinalis perpetuum ſilentium imponimus.

Clauſulæ præſervat. hujus conceſſionis.

§. 12. Ac præſentes, nullo unquam tempore, quovis prætextu, & ex quovis capite de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quovis prætextu, notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controverſiam revocari, ad terminos juris reduci, aut adverſus illas quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari poſſe, illaſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, per Nos, vel Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, aut dictam Sedem, ex quibuſvis cauſis, etiam motu, ac ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter pro tempore factis, nullatenus comprehendi, nec comprehenſas cenſeri, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac de novo etiam ſub data poſterior. quandocunque per te eligenda, conceſſas, & validas, ac efficaces, adverſus, quaſcunque impugnatio-

Digitized by Google

tiones exiſtere, vimque veri, & validi, ac efficacis contractus inter Nos, & Sedem, ac Cameram prædictam ex una, necnon Te, tuoſque prædictos partibus ex altera, jurati, & ſtipulati perpetuò habere, & obtinere; Teq; ad ſuperiùs expreſſa, in toto, vel parte, verificandum, ſeu probandum minimè teneri; ſed eaſdem præſentes abſque alia probatione ſufficere, eiſque in judicio, & extra illud ſtare, nec ullam probationem cujuſque naturę, & ſpeciei illa ſit, vel fuerit in contrarium adduci, vel admitti, quinimmò etiamſi ſuperiùs expreſſa hujuſmodi minus vera ſint, & contrarium quandocunq; probari contigerit; nihilominus eaſdem præſentes litteras ſuum plenarium effectum conſequi, Teq; illis, eorumque effectu potiri, & gaudere.

Clauſula ſublata

§. 13. Sicque in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcunque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Cameræ Præſidentes, & Clericos, ac dictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis Inſtantia, ac etiam in dicta Camera judicari, & deffiniri debere, irritum quoque & innane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Reformatio circa Hebræorum licentia, fœnerandi, ducendi duas Uxores habendi, Synagogas erigendi, & circa abſolutiones, a tranſgreſſiones, & licentias exercendi Bancherottum, ac tolerantias, &c.

§. 14. Præterea volumus, & ſtatuimus, ac mandamus, ut Tu, & futuri Camerarii prædicti, de cætero perpetuis futuris temporibus à concedendo Hebræis extra Statum noſtrum Eccleſiaſticum licentias fænerandi, quas tolerantias appellant, abſtineatis. In Statu autem prædicto ubi Hebræi commorantur, uti Avinioni, & in Legatione Ferrariæ, nullas exceptis Hebræis Levantinis, & cæteris Anconam accedentibus, & ibi commorantibus, concedatis. In Urbe quoq; numerum conventû non excedatis. Hebræis etiam alias tolerantias, & privilegia præjudicium Chriſtianorum concernentia, ac licentias videndi, erigendi Synagogas, ducendi aliam uxorem, vivente prima, aliaq; contra Conſtitutiones Apoſtolicas faciendi, atq; abſolutiones, quas vocant à tranſgreſſibus, etiam nullo modo concedatis. Similiter à licentiis exercendi numularium, ſivè Bancherottum, etiam quoad permutationem auri, & argenti, abſtineatis, ac conceſſæ revocatæ ſint, & eſſe intelligantur.

Monetaſque reprobatas ad Urbem conducendi.

§. 15. Non poſſitis dare licentiam deferendi ad Urbem quatreuos, aut monetas reprobatas.

Moratorias dandi Salvos conductus.

§. 16. A conceſſione moratoriarum, ſive dilationum, quarum prohibitionem innovamus, etiam abſtineatis.

§. 17. Non detis ſalvos conductus etiam pro debitis, neque cedulas, Non gravetur, nuncupatas, contra mandata ab aliis Judicibus relaxata, etiam ſub prætextu depoſiti niſi pro prædictis, aut aliquo eorum ordinem noſtrum, aut pro tempore exiſtentis Romani Pontificis habeatis. In ſalvis conductibus pro Navi, aut aliis quibuſcunque non apponatis clauſulam, quòd non poſſint moleſtari, etiam ex cauſa Religionis, niſi ex cauſa cum Romano Pontifice collata.

Tractas frumentorum.

§. 18. In conceſſionibus tractatum frumentorum, bladorum, leguminum, olei, & aliorum animalium, ſervetis conſtitutiones per prædeceſſores Noſtros Romanos Pontifices deſuper editas, ac nullo modo extra Statum Eccleſiaſticum, nec etiam ad Civitates, & loca Bononiæ, & Ferrariæ, ſine Chirographo noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, tractam hujuſmodi concedatis. Ubi autem aderit hujuſmodi Chirographum, ſive ſit pro certa perſona, vel univerſitate, ſive pro incertis perſonis facultativum, & cuicunque directum, fiat expeditio per Te, & pro tempore exiſtentem Camerarium prædictum ſolum, & non per alium. Ac iſtæ, quæ dicuntur tractæ extra Statum, & ad Civitates, & loca, de quibus ſupra, regiſtrentur unà cum Chirographo hujuſmodi in particulari libro, nuncupando, Liber tractarum, pro quibus non percipiatis pro ſigillo, ultra julios undecim pro quolibet centenario rubrorum.

Extractioneſque de loco ad locum.

§. 19. Extractiones autem de loco viciniori Urbis ad locum remotiorem intra quadraginta milliaria, in Patrimonio, Tiberina, Latio, & Campania, atque Maritima, quoad frumento, blada, & legumina non concedantur, niſi per Præfectum Annonæ, cum participatione tamen, ac ſub nomine & ſigillo tuo, & pro tempore exiſtentis Camerarii, pro quo ſigillo uſque ad quinquaginta rubra, unus tantùm, & uſque ad centum, duo, & ab inde ſupra uſque ad quamcunque ſummam, quinque julii ſolvantur.

Etiam quoad oleum, & animalia.

§. 20. Quoad oleam autem intra quadraginta milliaria, & animalia in Provincia Patrimonii in prædicto caſu non concedantur niſi per Præſidentem Graſciæ, cum ſimili participatione Camerarii, & ſubſcriptione Commiſſarii ejuſdem Cameræ, ſub nomine, & ſigillo prædictis, pro quo ſigillo non ſolvatur ultra ſolitum. Quo verò ad alia loca, & aliud genus Graſciæ, Tu ſolus tantum provideas, & non alius.

Frumentorum inceptas. Indulta quod pro aliis quis non teneatur. Ægyptios tolerandi in Statu Eccleſiæ. Pœnarum Stat alterationem. Indultorum contra Bullas conceſſionem.

§. 21. Abſtineatis quoque à licentiis emendi frumenta, blada, legumina, & olivas, ultra uſum necnon accipiendi eadem in ſolutum, ſeu alia quomodolibet impetrandi.

§. 22. Et ab indultis, quòd quis ſoluta rata non teneatur pro aliis, niſi ad favorem conducentium graſciam ad Urbem, aut in caſibus alias permiſſis.

§. 23. Nec permanendi Ægyptios in Statu Eccleſiaſtico.

§. 24. Et alterandi pœnas ſtatutarias ad favorem certarum perſonarum.

§. 25. Et generaliter ab indultis, & diſpenſationibus contra conſtitutiones Apoſtolicas prędictas.

Communitatum licentias vendendi ſtabilia, creandi cenſus, aut faciendi Nundinas.

§. 26. Non intromittatis in concedendis licentiis vendendi ſtabilia univerſitatibus, neque accipiendi pecunias ad cenſum ſeù aliàs, minuſque indulti faciendi Nundinas, & mercatum, quæ in plena Camera expedientur.

Privilegia emendi, & vendendi contra formam bannimentorum.

§. 27. Patentes, Licentiæ, & Privilegia, emendi, & vendendi, tam in Platea Agonis, quàm in ſoro Boario, aut alio quocunque loco Urbis, contra bannimenta, & ſolitum à Te non concedãtur; quinimmò tu invigiles, nè à quovis alio, quacunque auctoritate, dentur, & conceſſa revocata intelligantur. Ac Extraordinarii, aliique Exactores, illorum uſum quoquomodo admittentes, vel patientes pænam privationis officii, & graviorem etiam corporis afflictiuam, quoad patentes tuas, arbitrio Noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, quoad aliorum verò, arbitrio tuo incurrant.

Pro mandatis ex decreto Viſitæ nihil ſolvatur.

§. 28. Pro mandatis de excarcerando vigore decreti Viſitæ nihil pro ſigillo ſolvatur.

Pro Sigillo mandati Graciæ, vel Annonæ quid ſolven.

§. 29. In mandatis ratione Graſciæ, & Annonę, uſque ad ſummam quindecim ſcurorum, pro ſigillo nõ ſolvatur niſi julius unus, & ſi expeditiones fiãt pro pluribus perſonis, non exigatur niſi pro ſigillo.

Commiſſarii non deputentur.

§. 30. Commiſſarii verò etiam in Urbe nulli deputentur, niſi cum Chyrographo Noſtro.

Commiſſariatus Ripetæ ſupprimitur.

§. 31. Officium Commiſſarii Ripetæ ſupprimatur, prout illud, motu, & auctoritate ſimilibus, ſupprimimus, & extinguimus, ac loco illius aliquis ſubſtituatur cum Solario decem ſcutorum per quolibet menſe, ex pœnis ejus diligentia incametandis, & non aliunde percipiendo, deputetur.

Pœnæ d. commiſſariatus Societati Confaloni applicantur.

§. 32. Portio autem pœnarum, quam idem Commiſſarius Ripetæ percipere conſuevit, applicetur Societati Confalonis Redemptionis captivorum de Urbe, prout illam, demptis dictis decem ſcutis, applicamus.

Mandatoris Plateæ agonis deſignatur officium.

§. 33. Officium Commiſſarii Mandatoris Plateæ Agonis nuncupatum habet certum ſalarium decem ſcutorum etiam quolibet menſe, quæ exigentur, prævia taxa per te, & pro tempore exiſtentes Camerarios prædictos facienda, ad eam ſationem, ſolùm ab Hebræis, & aliis habenti-

bus ſitum Apothecę certum in die mercari in dicta Platea.

Cauſarum criminalium tribunal non teneatur a Camerario.

§. 34. Tu, & futuri Camerarii hujuſmodi, non habeatis tribunal Criminale erectum. ac tuus, & ejuſdem Camerarii Auditor non procedat in cauſis Criminalibus, in quibus venit infligenda pœna ſupra relegationem; ſed in his, quę a juriſdictione Officii Camerariatus peodent, deputetis aliquem ex Judicibus ordinariis, vel aliquos vobis beneviſos ad beneplacitum, prout uſu veniet.

Quando ſit locus præventioni inter eum & Gub. Urbis.

§. 25. Ita tamen quod in cauſis furti pignorum, quo ad Hebræos Bancharios ſit locus præventioni inter Te, & Gubernatorem Urbis.

Hoc corrigitur hic inf pignora ſub haſtentur in Monte Pietatis.

§. 36. Subhaſtationes pignorum exiſtentium penes Hebræos fiant in Monte Pietatis, in quo reſiduum pretii, deponi conſuevit, cum decreto tamen tuo, rogando per acta tui Notarii gratis.

Hoc corrigitur hic juſ. Conſtitutiones Pontificiæ pro Cameræ confirmantur.

§. 37. Præterea ad juriſdictionem Cameræ noſtrę conſervandam, Conſtitutiones Pauli Tertii, & Pii Quinti, ac aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ad ejus favores editas innovamus.

§. 38. Ac inſuper ſtatuimus, quòd de cætero Signatura Juſtitiæ non poſſit, nec debeat, ſive temperando, ſive declarando, aliquid in Camera noſtra, vel alibi, in cauſis ſpectantibus ad Camerariatum prædictum reſcribere, & ſupplicationes ſignatæ nullius ſint roboris, nullamque tribuant juriſdictionem.

Signatura Juſtitiæ in cauſis Cameralibus non reſcribat.

§. 39. Ac etiam decernimus licere tibi, & Cameræ prædictis, omnes, & quaſcúque cauſas ad Camerariatus, & Cameræ Tribunal quomodolibet ſpectantes, à quibuſcunque Judicibus, etiam Auditore Cameræ, ac etiam ſi agatur de obligatione Camerali, Palatii Apoſtolici cauſarum Auditoribus, liberè avocare, & reaſſumere, iiſdemque inhibere.

Camer. & Camera, avocę ſuas cauſas ab aliis Judicibus. Ad hoc habes etiam alias Bullas.

§. 40 Nullum verò ex prædictis, aut aliis quibuſcumq; Judicibus poſſe cauſas prædictas à dicto Camerariatus, & Cameræ Tribunali avocare, & reaſſumere, etiã ſub prætextu, quod cauſę illas non ſint Camerales, & ad dictum Tribunal non ſpectent.

Judices è contra ab eis non avocent.

§. 41. Super quo non poſſit Signatura Juſtitiæ cognoſcere, aut aliquo modo reſcribere, nec ſe ingerere; ſed hujuſmodi cognitio, an cauſæ ſint de juriſdictione Camerariatus, vel Cameræ, pertineat reſpectivè ad Te, & Cameram, quę cognoſcere debeat, an ſint juriſdictionis ejuſdem Cameræ, & ſi Partes declarationi hujuſmodi non acquieverint, vel aute hujuſmodi declarationem voluerit, Signaturam noſtram Gratię tantùm adire poſſint, & citato Commiſſatio ejuſdem Cameræ, commiſſiones proponi debeant.

Camera, & non Signatura cognoſcat an cauſæ ſint camerales.

Contrariis derogatur.

§. 42. Non obſtante aſſerta litis pendentia & aliis præmiſſis ac noſtra de non tollendo jure quæſito, quatenus opus ſit, ac aliis Cancellariæ Apoſtolicę regulis, necnon piæ memoriæ Leonis Decimi, & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, etiam cum Collegio Cardinalium pro unione, & charitate actis, & contractu inviolabili, ſeu quaſi, é quo nullo tempore reſilire, nec illis ullo modo, aut niſi certis modis, & formis tunc expreſſis derogari poſſit, necnon juramentis, renunciationibus, aliiſque clauſulis, & cautelis firmatis, de dicti Camerariatus Officii diſpoſitione, non perpetuò, ſed ad triennium, aut aliud tempus in favorem Cardinalium ipſorum utriuſq; Juris dictorum, ac de conſenſu omnium Cardinalium ſeu majoris partis eorum, cum decreto irritanti, quidquid ſecus fieri contigerit. Ita quod de nullitate conceſſionis omni tempore, abſq; inobedientię culpa, aut alterius cenſuræ, & pœnæ incurſu dici valeat, aut alias, certis modo, & forma, tunc expreſſis deinceps in perpetuum facienda, aliiſq; Cõſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam ejuſdem Pii Quarti prędeceſſoris, octavo Idus Augusti, Pontificatus ſui Anno ſexto edita, qua cavetur, quòd gratiæ, & indulta, qualecunque intereſſe dictæ Cameræ concernentia, infra certum ibi expreſſum tempus in dicta Camera præſententur, ſive regiſtrentur, alioquin illæ non valeant. Ita quòd Tu ad eaſdem præſentes in eadem Camera præſentandum, ſive regiſtrandum, nulla unquam neceſſitate cogi, vel compelli poſſis, & nihilominus illæ valeant, & tibi ſuffragentur, in omnibus, & per omnia, per inde ac ſi præſentatę, & regiſtratæ fuiſſent, necnon Cameræ, & Officii Camerariatus prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, uſibus quoque & naturis, quantocunq; tempore pacificè obſervatis, privilegiis quoq; indultis, & litteris Apoſtolicis, Collegio Cardinalium, & dictæ Cameræ Theſaurario, illiuſq; Præſidentibus, & Clericis, per prædictos, & quoſcunq; alios Romanos Pontifices etiã prædeceſſores noſtros, ac Nos, & dictam Sedem, etiam per modum Statuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ſeù quaſi, ac aliàs ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac etiam conſiſtorialiter, & aliàs quomodolibet conceſſis, confirmatis, innovatis, extenſis, & moderatis, quibus, ac omnibus aliis, quæ eiſdem præſentibus quomodolibet obeſſe poſſent, etiamſi talia, & multa eſſent, quæ ſub conceſſionibus generalibus non venirent; ſed ſpecialibus omninò indigerẽt expreſſionibus illorum, ac ſupradictorum omnium veriores, & totos tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè, ac ampliſſimè, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & ad effectum validitatis earundem præſentium derogamus. Quodque Tu juxta præfata omnia qualificatus, & I.V.D. non ſis, cæteriſque contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

§. 43. Tu igitur benedictione noſtra fretus, eam in demandato tibi à nobis hoc munere operam præſtare curabis, ut ii, quos jam animo percipimus fructus induſtria tua quotidie magis augeſcant. Nuſque, & prædicta Sedes per te optimè conſuluiſſe lætemur. Nulli ergo omninò Hominum &c. Si quis autem &c.

Oratio de Officiũ provide gerendo.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1599. quintodecimo Calend.... Pont. noſtri anno octavo.

Dei. P.A. S.

DECRETUM.

Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ In favorem Inquilinorum.

RAPHAEL Epiſcopus Portuenſis Cardinalis S. Gregorii S. D. N. Papæ Camerarius. Cupientes tranquillitati Curialium, qui ut plurimum alienas Domos ſub annua penſione in Urbe incolunt, nè ab earundem Domorum Inquilinatu per alios expelli poſſint, ſimul atque litibus, & controverſiis, quæ propterea ſuboriuntur ſubmovendis, quantùm poſſumus, opportunè providere. Hinc eſt, quod cùm in libris Cam. Apoſtolicæ reperta fuerit atteſtatio Conſtitutionis hujuſmodi ſub tenore. De mandato R R. Patrum Dominorum Vianenſis Proton. Bonon. S. D. N. Papæ Vicecamerarii, & reliquorum Dominorum Clericorum Cam. intimetur R. in Chriſto Patri, & Domino, D. Honuſrio Epiſcopo Tricaricen. Commiſſario, & Judici cauſæ Romanæ domus, inter quoſdam Simonem de Luca mercatorem ex una, & Marianum de Senis Inquilinum, ex alia, partibus verten. qualiter in

Cam.

Cam. Apoſtolica reperitur Conſtitutio quædam cujus effectus eſt. Quòd nemo Curialis Inquilinus ejici poſſit ex conducta domo, niſi propter factam locatæ domus venditionem, aut Dominus Domus volens ipſam Domum locatam per ſeipſum, & non per alium quemcunque inhabitare, & eo etiam caſu niſi ſatisdato priùs de inhabitando hujuſmodi Domum, per ſe ipſum, ad minus per unum annum, aut Inquilinus requiſitus debito tempore recuſet ſolvere conventam penſionem, & quòd de hoc eſt etiam in Romana Curia publica vox, & fama, univerſalis obſervantia in judiciis ejuſdem Curiæ. Dat. Romæ in Camera Apoſtolica, ſub ejuſdem Sigilli impreſſione, Anno Domini 1470. die 26. menſis Octobris, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Pauli Papæ II. Anno ejus ſeptimo *Gaſpar Blondus*. Propterea eandem, atteſtationem, & diſpoſitionem, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis de mandato S. D. N. Papæ vivæ vocis oraculo Nobis deſuper, & ex Decreto in Camera Apoſtolica facto, cum omnium, & ſingulorum ſuppletione defectuum, tam Juris, quàm facti, quicunque ſint, innovamus, Legiſque generalis in perpetuum, vim, & effectum habere; nec ad ejus probationem in judiciis, & extra, alicujus ex Notariis Cameræ Apoſtolicæ de præſenti innovatione, & ordinatione, ac Statuto tranſumptum requiri; ſed idem tranſumptum plenè ſufficere decernimus, & ordinamus. Et nihilominus pro majori dictorum Inquilinorum ſatisfactione, & ad lites, ac controverſias evitandas, ut præfertur Oraculo, & Decreto ſimilibus, etiam in perpetuū, ſtatuimus, & ordinamus, quòd ex nunc, & in poſterum nullæ locationes, etiam ad longum, ſeu longiſſimum tempus, ſeu etiam ad tertiam generationem, nec etiam venditiones de eiſdem domibus, ſive alteri locatis, ſeu, & quivis alii Contractus quomodocunque etiam cum Juramento, & in quavis forma etiam Cameræ Apoſtolicæ, ſeu aliàs quomodocunque excogitari poſſint, etiam ſub prætextu, quòd utiles eiſdem Locatoribus dominis exiſtant, per earundem Domorum Dominos, ſive Romani ſint, ſive Curiales, etiam ſi aliàs Pupilli, ſive quinque annis minores, vel etiam Mulieres, Laici, vel Clerici, ſeu etiam Religioſi, vel alias Eccleſiarum quarumvis Rectores, vel etiam earumdem Domorum jure, quorumvis Beneficiorum per eos obtentorum jus, ſeu dominium habentes, & pro quavis neceſſitate fieri valeant; ſeu alicujus momenti ſint, niſi primitus, & ante omnia iidem Domini earundem Domorum Inquilinos per authentica Inſtrumenta, & in præſentia Notarii, & Teſtium fide dignorum, bis, & cum intervallis decem dierum requiſiti, ſi pro juſtis conditionibus, ſeu pretiis, vel aliis conſiderationibus, eaſdem Domos in ſimilem locationem, vel emptionem, vel per alios hujuſmodi contractus habere volunt, aliàs, dictæ Venditiones, & Locationes, aliiſque contractus locationis deſuper facti, ex tunc, etiam ſi aliàs præſens conſtitutio ignoraretur, nullius roboris vel momenti fore intelligantur, & omni modo pro infectis habeantur. Ac ex tunc idem locare, vel vendere, ſeu aliàs contrahere volens, cenſeatur ad eandem locationem, ſeu venditionum, vel alium contractum cum eodem Inquilino faciendum præcisè aſtrictus, perinde, ac ſi per publicum Inſtrumentum idem Dominus ſe ad eam Locationem, Venditionem, ſeu alium contractum eidem Inquilino obligaſſet, ſuper quo etiam, ſola veritate inſpecta, jus, & juſtitiam miniſtrari volumus, & mandamus. In contrarium facientibus non obſtantibus, omnium hic exprimendorum tenores ſufficienter pro expreſſis habentes. Die 11. menſis Octobris 1510. Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Julii divina providentia Papæ II. Anno ſeptimo, præfatum Decretum, & Conſtitutio antiqua confirmata fuit per Reverendiſſ. DD. Vicecamerarium, Præſident. & Clericos Cameræ Apoſtolicæ Præſidentibus Romæ in Camera Apoſtolica Venerabilibus viris DD. Jo: Baptiſta Brocho Commiſſario Apoſtolico, & Aurelio Amerin. Notario Cameræ Apoſtolicę, & me Melchiore de Campania ejuſdem Cameræ Notario rogato. Et nè contingat quemquam de præmiſſis hęſitare, has præſentes litteras teſtimoniales fieri, & per ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ Notarium infraſcriptum ſubſcribi, Sigillique Noſtri Camerariatus Officii juſſimus, & fecimus appenſione communiri. Datum Romæ in Camera Apoſtolica die 21. Junii Anno Domini 1513. Pontificatus D. Leonis Decimi Anno ejus primo.

Juriſdictio, & facultates Almæ Urbis Gubernatoris, & Vicecamerarii.

LEO EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilecto Filio Magiſtro Amadeo Berruto Notario noſtro pro Nobis, & in Romana Curia, ſive Eccleſia in alma Urbe noſtra Gubernatori ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Proemium.

ET ſi pro cunctarum Civitatum temporali dominio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubjectarum proſpero, ac felici regimine, quantum Nobis ex alto conceditur, curam ſolertem, & vigilem gerere debeamus, de Noſtræ tamen Almæ Urbis Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum cruore Domino noſtro JESU CHRISTO conſecratæ, ac Incolarum ejus, & Cameræ Apoſtolicæ officiorum diligenti adminiſtratione, tantò accuratius cogitare Nos convenit, quantò Urbs ipſa caput eſt Orbis, & in ea Altiſſimus Sacerdos principalem, ac præcipuam Sedem, ad quam de diverſis Mundi partibus Chriſti Fideles confluunt in numero copioſo, voluit collocari, & quæ in eadem Camera peraguntur, inter graviora dictæ Eccleſiæ negotia ſolita ſunt reputari, eaque expedit ſolerti cura, & diligentia pertractari.

Deputatio Gubernatoris cum infraſcript. facultatib.

§. 1. Cupientes igitur, ut Urbs ipſa, ac illius Cives, & Incolæ peculiares noſtri, & præfatæ Eccleſiæ Filii, providi Gubernatoris potiantur regimine, & quæ ad Camerariatus officium in Camera præfata pertinent, per Camerarii noſtri Locumtenentem, ſeu Vicecamerarium ibidem exerceri ſolita ſunt, ea, qua expedit ſolerti cura, expediantur, ac de Te, qui Prælatus noſter domeſticus exiſtis, & in quo tamdiù tam doctrinam ſingularem, quàm fidei conſtantiam, magnanimitatem, circumſpectionem, ac vitæ integritatem, atque aliàs virtutes, auctore Domino, cumulatas eſſe cognoſcimus, ſumentes in Domino fiduciam ſpecialem, quod omnia, etiam ardua, & difficilia, quæ ad honorem, & felicem, ac proſperum ſtatum noſtrum, ac Eccleſiæ, & Sedis prædictæ pertinere cognoveris, Divina favente clementia, laudabiliter exequeris: Motu proprio, non ad Tuam, vel alterius pro te Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, Te in Urbe ipſa, ejuſque diſtrictu, & pertinentiis, generalem Gubernatorem, ac in Camera Apoſtolica Vicecamerarium, ac Camerarii præfatæ Cameræ Locumtenentem, cum cura, arbitrio, poteſtate, honoribus, oneribus, pertinentiis, & emolumentis conſuetis ad Noſtrum, & dictæ Sedis beneplacitum, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium conſtituimus, & deputamus, quaſcunque alias commiſſiones de dictis Vicecamerariatus, & Gubernatoriatus officiis aliàs factas harum ſerie penitùs revocantes.

§. 2. Ac Tibi omnes, & ſingulas cauſas commiſſas

Digitized by Google

Cauſas Civiles, & Criminales cognoſcendi. Ad hoc vide declarationem indicatas in rubrie per Laert. Cherub.

miſſas, ac negotia per Nos, noſtraſque in forma Brevis litteras, ſive aliàs commiſſiones quomodolibet in genere, vel in ſpecie Gubernatori prædeceſſori tuo commiſſas, juxta illarum litterarum commiſſiooem, & tenorem proſequi. Et in omnibus aliis, & ſingulis cauſis, etiam per Nos, & Venerabilem Fratem noſtrum Raphaelem Epiſcopum Oſtienſ. Camerarium noſtrum, tanquàm Vicecameratio commiſſis pro tempore, & committendis Autoribus, & Locatenentibus tuis, ac aliis, de qnibus Tibi videbitur, vices tuas, etiam uſque ad Sententiam diffinitivam incluſivè, & cnm poteſtate exequendi, quoties Tibi placuerit, committendi. Ac tam per Te ipſum quàm per tuos Auditores, ſeu Locatenentes, exercentes vices tuas in eiſdem, & tam in Civilibus, quàm in Criminalibus, & tam ſpiritualibus, quàm temporalibus, cauſis, & aliis quibuſcunque negotiis, tam contra Cives Romanos, qnàm Forenſes Eccleſiaſticos, & Laicos, & Incolas, necnon Religioſos cuiuſcunque Ordinis; ſtatus, gradus, conditionis, ſeù dignitatis exiſtant, activè, & paſſivè concernentibus, & tam in Palatio Apoſtolico, & in Burgo Sancti Petri, ac in Caſtro noſtro Sancti Angeli, necnon io Capitolio, quam alibi.

Summariè &c. procedendi.

§. 3. Et ad reprimendum litium aoſractus, necnon Partinm litigantium eapenſas, indemnitatibus, & diſpendiis parcendnm, in cauſis, & negotiis hujuſmodi procedendi, etiam nullo penitus juris ordine, ſeù dictæ Cameræ, & Curiæ Romanæ ſtylo, vel conſuetudine ſervatis, ſed ſola facti veritate inſpecta, de bono, & æquo, & pro contingentia rerum, & qualitate facti, quandocnnque Tibi viſnm fuerit, etiam de facto, mann regia, ac velo levato, etiam ſecundùm volnotatem, & beneplacitum, & diſpoſitionem tuam, procedendi, & judicandi, & juſdicendi.

Excommunicandi, & Brachium ſæculare exercendi. Quoad prim., atten. de Bullam Vic & A. C. cit. in rubr. impreſſas per Laert. Cherub.

§. 4. Necnon occaſione coram te Litigantium, excommunicatione, ſeù aliàs cenſuras; & pœnas contra eos promulgandi, & relaaandi, & brachinm etiam ſæculate exerceodi etiam contra Romanos & alios ſupradictos, quacunque auctoritate, & dignitate ſungentes, & generaliter omnia alia, & ſingnla ſaciendi, dicendi, gerendi, procnrandi, quæ in præmiſſis, & quæ ad officium ipſum de Jure, vel conſuetudine, aut aliàs quomodolibet pertinere dignoſcnntur, & quæ Nos ipſimet in omnibus, & ſingnlis præmiſſis facere poſſnmus, & omnia alia, & ſingula, quæ Vicecamerarii, & Gubernatores, qui pro tempore ſuerunt, facere, mandare, ordinare, corrigere, exequi ſoliti ſunt, ſaciendi, mandandi, ordinandi diiponendi.

Delinquẽtes puniẽdi privativè quoad alios, in pœnis ab eo indictis, vel data præventione.

§. 5. Et contra quaſcunque prædictas perſonas, etiam oulla præcedente infamia, nulloque proceſſu inquirendi, eaſque corrigendi, caſtigandi, & etiam uſque ad ultimum ſupplicium incluſivè puniendi, ita qnòd quamprimnm citationem contra aliquem Civem Romanum, vel alium qnemcunque ex prædictis quomodolibet delinquentem ad ejus Domnm factam, qnoſcunque alios Judices præveniſſe cenſearis, ita quod alii nullatenus contra eundem, ut ſupra, citatum quomodolibet procedere poſſint, nec enim per eos ſuper pœnis contra deſerentes arma, & alios delinquentes per te indictis, vel comminatis, poſt illarum incurſum poſſit intromitti, ſed abſolutio, val condemnatio, aut remiſſio duntaxat ad Te pertineant.

Domique citandi.

§. 6. Necnnn Delinqnentes quoſcunque citandi, & citari ſaciendi etiam pro prima vice, ad Domum ſolita habitationis eorum, qaæ perinde valeat, ac ſi fuiſſent perſonaliter appræhenſi.

Pœnas augendi, & minuendi

§. 7. Ipſoſque delinquentes, vel rebelles, ant Inobedientes pecnniarum, ac privationis officiorum, & aliis, de quibus tibi videbitur, & placuerit pœnis, condemnandi, mulctandi, & pœnas ipſas, tam à Jure commnoi, quàm ex Statuto, vel cooſuetudine, aut alias quomodolibet impoſitas, & tam corporis afflictivas uſque ad ultimum ſupplicium incluſivè, quàoi pecnniarias pro modo culpæ, qualitateque delicti, cauſæ, loci, & perſonæ augendi, & minuendi.

§ 8. Statutis Urbis toties quoties tibi videbitur & placebit derogandi. — Statutis derogandi.

§. 9. Edictaque, ac decreta, proclamata, ſeu banoimenta, & ſtatuta, quoties tibi placuerit, & ſub quibuſcnnque pœnis, ac contra quoſcunque ſaciendi, & quæcunque alia per quoſcunque etiam per Nos edita, & edenda, interpretandi, mutandi, & alterandi pro bono pacis, & utilitate Subditorum, & correctione delictorum, ac inductione bonorum morum, plenam, liberam, & omoimodam, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem. — Edicta proponendi.

§. 10. Statuentes, Proceſſus tuos, vel Auditorum ſeu Locatenentium tuorum in cauſis præmiſſis, vel Sententiis ferendis, ob juris ordioem, telamque judiciariam, dictæque Cameræ, & Romanæ Curiæ ſtyllum, vel conſuetudinem, illis non ſervatis, per viam nullitatis, vel aliàs quomodolibet impugnari, ſeu revocati non poſſe. — Nullitates in hac Curia non attendẽdi.

§. 11. Nec à Proceſſibus, & Sententiis hujuſmodi in cauſis civilibas uſque ad ſummam decem ducatorum auri, & in cauſis criminalibus, & mercedum nullatenus per aliquem appellari, vel reclamari poſſe. — Appellatio quando danda. Tu vide Sixt. V.

§. 12. Nec cauſæ à Te, vel Locumtenentibus, ſeu Auditoribus tuis avocari poſſint, niſi motu proprio noſtro, & te prius acceſſito, & audito. — Cauſæ non avocandæ.

§. 13. Mandantes præfato Camerario noſtro, nec non dilectis Filiis, Prælatis, Præſidentibus, & Clericis Cameræ prædictæ, Urbi Seoatori, & Conſervatoribus, & aliis ad quos ſpectat, & pertinet, ac ſpectare, & pertinere potarit quomodolibet in futurum, ut Te ad dictum officium ejuſque liberum, ut permittitur, eaercitium, necnon hooores, onera, & emolumenta hujuſmodi recipiant; & admittant, ac in omnibus, quæ ad officium ipſum pertinent, tibi veluti perſonæ noſtræ propriæ efficaciter pateant, obediant, & intendant. — Officiales omnes, ei pareant.

§. 14. Volentes pariter, & ſtatuentes, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decernentes, quod in iis quæ per Te, vel alium ſeu alios per Te deputandos, & ſubdelegandos tuo nomine in officio hujuſmodi getentur, ab aliquo, cujuſcnnque cooditionis ſeu auctoritatis exiſtat, ullo unquam tempore, ullave occaſione, vel cauſa moleſtari aut quomodolibet inquietari valeas, nec tu, aut ipſi de præmiſſis ullo unquam tempore rationem reddere, aut ſyodicatui ſtare tenearis. — Sindicatui ſtare non tenetur.

§. 15. Et quòd Officium hujuſmodi, per te, vel alios eaercendo & per quaſcnnque captionem, detentionem, ſeu torturam quorumcunque Clericorum, vel privilegiatorum, contra quos etiam nulla præceſſerit infamia, ſed ſola indicia, oullas cenſuras, vel pœnas per comminationem, commiſſionem, vel impoſitionem pœnæ corporalis, mutilationem membrorum, aut capitalis, ubi etiam ſanguinis effuſio fuerit ſacienda, vel fieri cootingerit, aut ſi fortuitu, vel alia quavis cauſa occurreret, vel in tortura ſe punitione per te, vel de mandato tuo ſacienda, aliqua membra mutilari, aut aliquem ab hac luce migrare, ſeu ſanguinis effuſionem fieri, ullam propterea irregularitatis, vel infamiæ maculam, ſive notam Tu, & tui prædicti iocurrant, oec incurrere valeant, ſed perinde ſit, ac ſi talia comminatus non fuiſſes, vel impoſuiſſes, aut talibus non interfuiſſes, ac tui Auditores, & Mandatarij non interfuiſſent. — Irregularitatem non incurrit.

§. 16. Ac ſi per quoſcunque reputari, tractari, & judicari debere, decernentes ea tunc, irritum & inane quicquid ſecus ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel igooranter, contigerit attentari. — Decretum irritans.

§. 17.

Omnes exeq ejus mandata exaqšantur.

§. 17. Volumus etiam certis bonis reſpectibus moti, & ita ſub excommunicationis pœna latæ ſententiæ mandamus, quod Bariſellus, & cæteri Executores in cauſis criminalibus, in quibus veniet mors inferenda, vel corporis pœna, ſeu ſanguinis imponenda, teneantur mandata tantum Locatenentium, ſeu Auditorum, qui in dictis cauſis Sententiam tulerint, de tuo tamen mandato, ac commiſſione facta, inviolatè exequi juxta illorum tenorem, quamvis per te ipſum manu propria non fuerint ſubſcripta

Hæc Bulla capit præſentia, & futura.

§. 18. Mandantes ulterius, omnia, & ſingula præmiſſa in omnibus, & ſingulis cauſis, & negotiis, tam pendentibus, præteritis, præſentibus, quàm futuris locum ſibi vendicare, & effectum ſuum ſortiri.

Contraria non obſtant.

§. 19. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis prædictis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque & indultis, ac litteris Apoſtolicis, etiam in forma Brevis per fel. recurd. Julium Papa II. prædeceſſorem noſtrum, Populo Romano conceſſis, & per Nos confirmatis, innovatis, & etiam de novo conceſſis, quibus etiam ad illorum derogationem, de eis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clauſulas, idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum omnium tenure præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, quo ad præmiſſa motu, & ſcientia ſimilibus ſpecialiter, & expreſſè derogamus, eaque quo ad præmiſſa nemini volumus ſuffragari, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Hortatio fideliter Officium exercendi.

§. 20. Tu igitur officium ipſum ſic ſollicite, fideliter, & prudenter ſtudeas exercere, ut tua poſſit apud Nos fidelitas, & prudentia non immeritò commendari, & ad majora tibi committenda promptius invitemur.

Dat P An. 2. die 28. Jun.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1514. 4. Kalend. Julii Pontificatus ſecundo.

Reformatio Curiæ Almæ Urbis Gubernatoris quo ad cauſas civiles.

Edita An. D. 1587.

SIXTUS PAPA V.

Motu proprio &c.

Exordium

IN ſublimi Beati Petri Sede, meritis licèt imparibus, ſuperna diſpoſitione conſtituti, agrique Domini curæ præpoſiti, id inter alia noſtri muneris eſſe cognoſcimus, ut ſingula circa omnes gradus, & Hominum conditiones, deformata, ac depravata, providentiæ noſtræ miniſterio corrigamus, & reformemus, præſertim Tribunalibus Almæ Urbis noſtræ, in quibus omnis juris ratio exigit, ut Judices primum, ſtudioſa vigilantia: manuum munditia, & ordinata juris ſcientia, ſint aliis præſtantiores, Notarii quoque ad conſcribenda acta deputati, Mandatariique, & alii Miniſtri, vitæ honeſtate, operoſa ſufficientia, moderata mercedis exactione, compaſſivaque erga Pauperes benignitate, ſint admodum ornati. Litiganteſque demum, & eorum Procuratores, ultimum Omnipotentis Dei judicium præcogitantes, à perniciosis ſubtilitatibus, ſubterfugiis, intricationibus, & extorſionibus ſe abſtineant, ut deformibus omnibus ſubiatis, honeſta ſint omnia, & prava tranſeant in directa, ac jus, & juſtitia ſalubriter, & æqua lance, ac minoribus quàm fieri poteſt diſpendiis ubicumque miniſtretur.

Marianus Perbened. Urbis Guber hanc ſuæ Curiæ Refor. didit

§. 1. Nos tamen quia humanarum vitium fines excedere non valemus, tantaque eſt Apoſtolici officii negociorum moles, ut circa ſingula, per Nos ipſos, ejuſdem Officii debitum exoivere non poſſimus, plurimùm in Domino lætati ſumus, quod Venerabilis Frater noſter Marianus Perbenedictus Epiſcopus Martursnen. & dictæ Urbis noſtræ, ejuſque diſtrictus generalis Gubernator, & Vicecamerarios à Nobis deputatus, huic noſtræ ſollicitudini reſpondens, Deique timore, & virtutis ac juſtitiæ zelo ductus, diverſos abuſus, quos in ſuo Tribunali irrepſiſſe cognovit, tollere, & aliis quæ inde irrepere potuiſſent, occurrere cupiens, ſequentem ſuæ Curiæ Reformationem, circa cauſas civiles edidit, nobiſque porrexit.

Cardin. Matthæjus eam de mand Pa. pæ exam. & abſ.

§. 2. Et ideo cupientes Reformationem hujuſmodi accuratè, & debita circumſpectione abſolvi, dilecto Filio noſtro Hieronymo S. MARIÆ in Coſmedin Diacono Cardinali Matthæjo nuncupato, viro vitæ integritate, litterarum ſcientia, longaque rerum, & Romanæ Curiæ experientia inſigni dedimus in mandatis, ut eandem Reformationem diligenter examinaret, ſuppleret, & corrigeret, & ille maturè omnibus viſis ſigillatimque examinatis, nonnulla explanavit, nonnullaque etiam emendavit, & addidit, extremamque dictæ Reformationi manum adhibuit, Nobiſque exhibuit, ejuſque tenor talis eſt, videlicet.

Sequitur Reformatio de qua in rubrica.

Raf. ſuper Locumtenantis cauſarum civilium qualitatibus.

§. 3. DLocumtenens Civilis Gubernatoris Almæ Urbis pro tempore exiſtentis, unus duntaxat in futurum ſit, legum ſcientia, vitæque probitate, & Romanæ Curiæ experientia inſignis, ex loco, qui ab Urbe diſtet, per quadraginta milliaria, oriundus. Qui omnes cauſas civiles, tam Commiſſarias juxta formam Commiſſionum, quàm ordinarias, vel alias in ipſo Tribunali introducendas, juxta ſuas facultates cognoſcat, terminet, & decidat.

Audiantia hora, & loco.

§. 4. Audientiam terminorum, pro quibus Litigantes pro hora certa citati non ſint, in Sala Palatii Gubernatoris circa horam vigeſimam, pro Tribunali ſedendo, teneat.

Diebus feriatis.

§. 5. Jus reddat ſingulis diebus, exceptis feſtivis de præcepto, aut conſuetudine Almæ Urbis, necnon diebus Coronationis Pontificis viventis, Ingreſſus Gubernatoris. Jovis, Lunæ, & Martis immediatè ante Cineres, ac ipſius diei Cinerum, totius hebdomadæ ſanctæ, commemorationiſque Defunctorum, & vigiliæ Nativitatis Domini.

Significationes vigore recurſus.

§. 6. Significationes per viam recurſus concedendas, ſemper concedat cum clauſula non tamen in contumaciam.

Cauſis ordinariis,

§. 7. In cauſis ordinariis, vel via ordinaria introducendis, etiamſi ad probationem producantur Cedulæ, Jura & inſtrumenta obligationum Cameralium, non relaxet Mandata executiva, (ſi reſpectu ſummæ, vel valoris rei, de qua agitur dictæ cauſæ ſint appellabiles) niſi elapſis decem diebus datis ad appellandum, & ſervatis ſolitis terminis ad docendum de legitima appellatione, & ejus legitima proſecutione, & conſtito ſibi de re judicata.

Suſpectus

§. 8. Suſpectus poſt litem conteſtatam, vel pro conteſtata habita, allegari non poſſit, niſi à Principalibuſmet, vel eorum Procuratoribus ad id ſpeciale mandatum habentibus & ex certa cauſa per eos in Actis ſpecificata, & juſta, à Gubernatore pro legitima approbanda.

Appellationes, & recurſus.

§. 9. Ab ejus ſententiis definitivis appelletur ad Sanctiſſimum in cauſis appellabilibus, in aliis verò non appellabilibus, & in quibus de jure recurſus datur, recurratur ad Gubernatorem, qui cauſas hujuſmodi recurſus, per ſe ipſum, vel alium ab eo deputandum juxta ſuas facultates expediat.

Judice deputato a Guberna tore

§. 10. Qui deputandus, tam in ipſis cauſis recurſus, quàm in illis, in quibus in locum D. Locumtenentis, uti ſuſpecti recuſati, à Gubernatore deputabitur, & in cauſis quoque Commiſſa-

miſſariis in quibus ex reſcripto Signaturæ à Gubernatore ſimiliter deputabitur, ea dumtaxat emolumenta recipiat, quæ ut mox dicetur, D. Locumtenens recipere poterit, & nihil penitus ultra, ſub pœnis ei in dictis Recurſus ut ſupra ad Gubernatorem à Locumt. decretis, & Sententiis petendi, infra decem dies dumtaxat peti debeant, & tunc executionem non retardent, uſquequo Gubernator hujuſmodi recurſus non admiſerit.

Sportulis habitatione, ſalario & emolamentis. §. 11. Sportulas D. Locumtenens non recipiat, niſi in illis cauſis Commiſſariis tantum quæ auctoritate ordinaria, à principio ab eo cognoſci non potuiſſent, in quibus circa quantitatem ſervet taxam fel. recordationis Pii Papę IV. In cæteris verò cauſis quibuſcunque ſportulas nullo modo accipiat, etiam à ſponte dantibus, ſed earum loco ultra commodam habitationem, quam in dicto Palatio, pro ſe ſuiſque Servientibus habere debeat & ultra ſcuta auri in auro quinque, à quolibet ex duobus Notariis cauſarum civilium hujus Curiæ, ipſi tantum D. Locumtenenti quolibet menſe in ejus principio ſolvenda, percipere poſſit julium unum pro ſingulis infraſcriptis expeditionibus, videlicet Pro quolibet Mandato executivo, non tamen in contumaciam. Pro quolibet Arreſto in carceribus, Mandato de excarcerando, Significatione dotali, Aut in vim litis pendentiæ, Aut litis finitæ, Aut ſtante depoſito, vel negatione, Aut data cautione de ſtando juri, & judicatum ſolvendo conceſſa. Et etiam pro qualibet Citatione, vel Inhibitione, vigore Commiſſionis, aut extra Curiam decreta. Dummodo in quolibet ipſorum caſuum agatur de re vel ſumma ſcutorum auri ſeptem, qui conſtituunt julios ſeptuagintaſeptem.

Loc. cont. pœn. Not. locis. §. 12. Alioquin prædictus D. Judex pœnas in Pii Papæ IV. conſtitutione, de reformatione Tribunalium contentas, incurrat.

Notaria & num. loc. ſis. §. 13. Notarii teneant intus, vel juxta dictum Palatium, eorum officia ſeparata, & in locis ita diſtantibus, ut Collitigantium tumultus nullum afferre poſſit impedimentum.

Procu, ais inter. Tax. obſervan. §. 14. In cauſis Tribunalis, neque officio Procuratoris, vel Sollicitatoris fungantur neque alio quovis modo ſe intromittant.

§. 15. In eorum mercedibus recipiendis ſervent omninò taxam Pii Papæ Quarti, & quia in ea omiſſus eſt caſus examinis Teſtium ſuper Articulis abſque Interrogatoriis, ideò tali caſu Notarii recipiant pro hujuſmodi examine cujuslibet Teſtis, bononenos octo uſque ad ſcuta decem, & bononenos decem uſque ad ſcuta viginti, & bononenos quindecim uſque ad quamcunque ſummam, & non ultra.

Taxæ obſervantia. §. 16. Citationes, & alias Mandatariorum, & Curſorum relationes, nullatenus in actis apponant, niſi Curſores, & Mandatarii eas in cartulis octavæ partis folii prius ſubſcripſerint, & ſupra ſubſcriptiones nomen Notarii cauſæ appoſitum fuerit.

Citationis. Citationes, & alios actus pro aliquo, vel contra aliquem non recipiant, niſi tam Actoris, quam Rei nomen cum cognomine, aut exercitiis habitationiſque deſignatione ſpecificè in eis exprimatur.

Citationes ad videndum mandari conſignari Pignora, non recipiant, niſi appoſitum ſit, etiam ad videndum mandari ſubhaſtari.

Manual. §. 17. Manualia Citationum, & manualia proteſtationum, ſeparatim, & diſtinctæ reneant.

Exp libr. §. 18. Expeditionum libros duos habeant, in quorum uno diſtinctè, & ordinatim adnotare debeant omnes ſignificationes per viam recurſus concedendas, cum expreſſione nominis Collitigantium, & Curiarum, à quibus Dominus Locumtenens recurſus, juxta ſuas facultates, concedet, ac etiam ſummæ, vel valoris rei de qua agitur necnon, & omnia ſequeſtra, & Monitoria, ex quavis cauſa decernenda. In altero autem adnotare debeant omnia Mandata executiva, non tamen in contumaciam; Et omnia Arreſta Mandata de Excarcerando, Significationes dotales, Aut vigore termini, Aut in vim litis pendentis, Aut litis finitæ, Aut ſtante depoſito, vel negatione, Aut data cautione de ſtando juri, & judicatum ſolvendo, conceſſas; & omnes Citationes, vel Inhibitiones vigore Commiſſionis, Aut extra Curiam decretas, dummodo in quolibet ipſorum caſuum agatur de re, vel ſumma ſcutorum auri ſeptem.

Exp. tam. §. 19. Liſtas expenſarum non conficiant, neque propterea mercedem aliquam, etiam à ſponte dantibus, recipiant, niſi previo D. Locumtenentis decreto, & ejuſdem ſubſcriptione in calce citationum, ad videndum taxari expenſas, apponenda.

Exp Teſt. §. 20. Examen Teſtium ſcribere poſſint duo tantùm Notarii pro quolibet officio, quos Gubernator pro tempore approbaverit, & non alii.

Decret ir. §. 21. Decreta aliqua ex ſeipſis Notarii non conficiant, ſed citationes omnes D. Locumtenenti in Audientia publicè legant, ab eoque decreta ſumant, & deindè in actis apponant.

Mand. ſuſp. fugæ. §. 22. Mandata ſuſpicionis fugæ ſcribere nequeant, niſi prius Domino Locumtenentis jura producta, vel probata oſtenderint, illeque poſtea mandata decreverit.

Jura. ſuſp. §. 23. Juramenta ſuſpicionis fugæ, ab aliis quam Principalibuſmet, vel Perſonis ad id ſpeciale Mandatum habentibus, non recipiant.

Sequeſtria §. 24. Sequeſtra non ſcribant, etiam in cauſis mercedum, niſi in executionem mandatorum, ſervatis ſervandis relaxatorum, vel niſi docto de credito etiam extrajudicialiter arbitrio D. Locumtenentis, juratoque de dilapidatione, aut fugæ ſuſpicione.

Fidejuſſ §. 25. Advocatos, Procuratores, & Sollicitatores, pro fidejuſſoribus occaſione litium dandis, nullo modo recipiant.

Significat, §. 26. Significationes per viam recurſus concedendas non ſcribant, niſi cum clauſula, Non tamen in contumaciam, Alias verò ſignificationes non ſcribant, niſi vigore termini, Aut niſi productis juribus, vel probationibus ſuper ſolutione, Aut niſi ſtante pendentia litis, ſive lite finita, vel niſi data cautione de ſtando juri, & judicatum ſolvendo, quando eſſent relaxata mandata ſuſpicionis fugæ, pro aſſecuratione judicii, Aut niſi ſtante negatione contra mandata in contumaciam relaxata.

Reſponſ ad articul. §. 27. Reſponſiones ad articulos, & juramenta ſuper partitis deciſivis, coram D. Locumtenente tantum recipere poſſint, & debeant, niſi ipſe aliter decreverit, ex cauſa infirmitatis, aut alterius legitimi impedimenti Collitigantium.

Not. cont. pœnis. §. 28. Quicunque ex Notariis, ſive Actuariis in eorum Officiis ſcribentibus, in aliquo præmiſſo contravenerit, pro qualibet vice pęnam ſcut. 25. aliaſque pœnas pecuniarias, & corporis afflictivas pro modo exceſſus à Gubernatore arbitrandas, incurrat, damnaque & intereſſe Partibus reficere cogatur.

Mandas. cite. citat. §. 29. Mandatarii hujus Curiæ citationes, & alias relationes in ſcriptis dumtaxat referre debeant, exprimendo an perſonaliter vel Domi copia dimiſſa, vel affixa, & an ad ſtatim vel hodie per totam, ſeu ad primam, vel aliam diem fecerint.

Citationes, Intimationes &c. perſonaliter, aut Domi dimiſſa copia, non exequantur poſt ſecundam horam noctis, per affixionem autem, non niſi de die, & tunc in relationibus exprimant feciſſe de die, dimiſſa copia affixa in tali loco.

In Citationibus, tam Actoris, quàm Rei nomen, cum cognomine, vel cum exercitii habitationiſque deſignatione exprimant.

In Citationibus ad videndum mandari conſignari pignora, apponant etiam, & videndum mandari ſubhaſtari.

§. 30.

Digitized by Google

Taxa obſervantiæ.

§. 30. In eorum mercedibus recipiendis ſervent eorum taxas, ultra quas, etiam à ſponte dantibus, nihil omninò accipiant.

Pignoribus.

§. 31. Pignora omnia ab Executoribus quibuscunque eis conſignanda, ordinatim ſingulariter adnotare debeant in eorum libris, exprimendo rerum qualitates, & quantitates, & nomen Executoris, & Collitigantium; Pignora ſubhaſtanda, publicè in loco commodo, ad id per Gubernatorem deputando, tenere debeant, à die quo receperint mandata de Subhaſtando, uſquequo receperint mandata de Deliberando. Oblationes recipiendas adnotare debeant in eorum libris, cum appoſitione anni, menſis, & diei, ac expreſſione nominis, cognominis, exercitiique & habitationis Offerentium. Non recipiant oblationes cujuſcunque Officialis hujus Curiæ, nec eis Servientium, neque Mandatarii Affinium, vel Conſanguineorum, uſque ad tertium gradum.

Eorumdē contravenientium pœnis.

§. 32. Quicunque in aliquo præmiſſorum contravenerit, pœnam ſcutorum decem pro qualibet vice, aliaſque pœnas pecuniarias, & corporis afflictivas, privationiſque Officii, pro modo exceſſus à Gubernatore arbitrandas, incurrat, damnaque, & intereſſe Partibus reficere compellatur.

Reformatione Procuratorum circa exactiones.

§. 33. Procuratores non poſſint actualiter exigere nomine ſuorum Principalium etiam ab Urbe abſentium, & vigore mandatorum ad exigendum, aliqua bona, res, & pecunias, à quavis perſona, in cauſis, & negotiis ipſius Tribunalis, niſi prævio Gubernatoris decreto, gratis deſuper interponendo. Et qui contravenerit, officio Procuratoris omninò privetur, pœnamque pecuniariam Gubernatoris arbitrio ſolvat.

Executorumque circa taxas.

§. 34. Executores cujuſcunque Curiæ mandata hujus Tribunalis exequentes, nihil ultra eorum taxam, etiam à ſponte dantibus recipiant, & niſi poſt factam executionem ſivè capturam.

Executionibuſque.

§. 35. Mandata civilià non exequantur de nocte, neque de die feſtivo, niſi ſint ſuſpicionis fugæ.

Cautiones in executione Mandatorum nullatenus recipiant, ſed executiones realiter vel perſonaliter, prout in mandatis continetur, exequantur; pignoraque Baroncello hujus Curiæ infra biduum conſignent, deſcribique faciant in libro, quem præfatus Baroncellus ad id ſpecialiter tenere, in eoque adnotare debeat qualitates, & quantitates rerum ſibi conſignatarum, & nomen Executoris conſignantis.

Pignorum quoq; reſtitutione.

§. 36. Reſtituat quilibet Executorum prædictorum executiones, ſivè bona in executione capta gratis, quotieſcunque D. Locumtenens mandaverit.

Contravenientium pœnis.

§. 37. Quicunque in præmiſſis controvenerit, officio ſuo privetur, & pro modo exceſſus corporalibus pœnis Gubernatoris arbitrio plectatur, damnaque & intereſſe Partibus reficere cogatur. Pro quibus damnis, & intereſſe, quilibet Baroncellus cujuſcunque Curiæ pro ſuis Executoribus, & Birruariis obligatus ſit.

Confirmatio hujus Reformationis.

§. 38. Nos itaque volentes Reformationem hujuſmodi, tam maximo labore, & tam matura diſcuſſione, ad publicam maximè Collitigantium utilitatem, Tribunaliſque dictæ Vrbis Gubernatoris directionem, ut præfertur, digeſtam, perpetuò, inviolabiliterque obſervari. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, prædictam Reformationem, omniaque, & ſingula in ea contenta, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & approbamus. Quinimmo eandem Reformationem, in eaque contenta quæcunque Motu, & auctoritate prædictis Nos de novo ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, & per præfatum noſtrum, & pro tempore exiſtentem Vrbis Gubernatorem, ejuſque in Civilibus Locumtenentem, ac Procuratores, Notarios, Mandatarios Litigantes, Executoreſque ſive Birruarios, & alios quoſcunque, exactiſſimè perpetuoque in d. Reformatione appoſitas de novo contravenientibus quibuſcunque, & pro qualibet vice apponimus & infligimus.

Clauſula ſublata.

§. 39. Decernentes omnia quæ contra dictæ Reformationis formam & tenorem, decreta, acta & geſta fuerint, nulla, invalida, & extorta, ſubreptitia, nulliuſque roboris, & momenti, fore, & cenſeri, neminique propterea ſuffragari poſſe vel debere. Et ita per quoſcunque Judices & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, in quavis cauſa & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & deffiniri debere. Irritum quoque & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſula derogatoria.

§. 40. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtylo, conſuetudine, ac quocunque temporis curſu, etiam immemorabili roboratis privilegiis, & indultis, tam ipſi Tribunali Vrbis Gubernatoris, vel ipſis Gubernatoribus & Locumtenentibus, quàm Notariis, Mandatariis, eorumque Collegio, & Collegiis, aliiſque quibuſcunque perſonis, quacunque generali vel ſpeciali nota & expreſſione dignis, & quomodocunque, & qualitercunque privilegiatis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere vel in ſpecie, & alias quomodolibet, etiam per Nos conceſſis, approbatis, & innovatis quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, individua & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſenti pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus, & quibuslibet aliis privilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quoruncunque tenorum exiſtant, per quæ præſenti non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus illius impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum habenda eſſet mentio ſpecialis, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Juſſio publicandi.

§. 41. Vt autem præſens Motus proprius ad omnium notitiam deducatur, ac omnes quorum intereſt, ac intereſſe poterit, afficiat, volumus & mandamus, illius copiam in Cancellariæ Apoſtolicæ, ſeu etiam Curiæ Reverendiſſimi Vrbis Gubernatoris valvis, ac in Acie Campi Floræ affigi, & ibi, relicta ejus copia, aliquandiu detineri.

Signatura ſola ſufficit.

§. 42. Volumus item quòd præſentis Motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat, in judicio & extra, regula quacunque contraria non obſtante.

Fides tranſumptorum.

§. 43. Quodque ejus tranſumptis, Notarii publici manu ſubſcriptis, & alicujus perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ ſigillo ſignatis, plena & indubitata fides, eaque prorſus adhibeatur, in judicio & extra, quæ præſenti adhiberetur, ſi foret exhibitus vel oſtenſus.

Fiat Motu proprio F.

Papæ ſubſcr.

Et cum abſolutione à cenſuris, ad effectum &c. & de confirmatione, approbatione, ſtatuto, ordinatione, præcepto, mandato, inflictione, decretis, derogatione, voluntate, aliiſque præmiſſis, quæ hic pro ſufficienter repetitis ad partem habean-

Clauſularum repetitio,

Digitized by Google

habeantur, in forma gratioſa latiſſimè exten. & cum opportuna ſi videbitur, Judicum executorum deputatione, qui aſſiſtant, &c. cum poteſtate citandi &c. inhibendi, aggravandi &c. invocato &c. ſæcularis ac derogatione dictarum, non tamen. trium, etiam latiſſimè exten. Et ſi videbitur litteras deſuper etiam per Breve S.V. &c. in præmiſſorum omnium, ſingulorum, etiam qualitat. invocat. de denominat. nuncupat. annexis, aliorumque neceſſariorum majori, & veriori ſpecificatione & expreſſione, expediri poſſit; &c. ſimul vel ad partem, etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis expedien. &c.

Fiat F.

Publi Pon. Anno 3 d. 1 Decemb.

Anno à Nativitate Domini 1587. indictione 15. die verò 1. menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D.N.D. Sixti Divina providentia Papæ V. An. ejus 3: ſupradictæ litteræ in valvis Cancellariæ Apoſtolicæ, & Curiæ Reverendiſs. D. Vrbis Gubernatoris & in Acie Campi Floræ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt, juxta formam illarum Alex. Parabiacus magiſt. Curſ.

Juriſdictio, & Facultates Theſaurarii Generalis R. C. A. & Collectoris Spoliorum ad eamdem Cameram ſpectantium.

SIXTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilecto Filio Magiſtro Bartholomæo Cæſio Clerico Romano V.I.D. Cameræ Apoſtolicæ Theſaurario Generali, ac Cappellano, & familiari Noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Proœmium

IN conferendis præcipuis Romanæ Curiæ, & Cameræ Apoſtolicæ Officiis, illud potiſſimùm Nobis curæ eſt, ut juxta commiſſum nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis munus, ſalubri directioni, indemnitati, & conſervationi ærarii Apoſtolici opportunè conſulatur, utque illius adminiſtratio talibus Perſonis committatur, quarum opera ſtudio, induſtria, ac fide, bona res & jura prædictæ Cameræ providè, ac diligenter conſerventur, & augeantur.

Officium Theſaurariatus vacans.

§. 1. Cum itaque officium Theſaurariæ generalis ejuſdem Cameræ, quod dilectus filius noſter Guido Sanctorum Coſmæ & Damiani diac. Cardinalis Populus nuncupatus tempore aſſumptionis per Nos de perſona ſua ad Cardinalatus honorem factæ nuper obtinebat, ex eo quod Nos ipſum officium per aſſumptionem hujuſmodi vacare decrevimus, vacaverit, & vacet ad præſens.

Cæſiæ familiæ laudabiles qualitates referuntur & Officium Theſaurariæ, ac Collectoriæ ſpoliorum, ac fructuũ, & proventuum Beneficiorum Eccleſiarum, & Monaſteriorũ in univerſa Italia, & bonorum in Urbe & toto Statu Eccleſiaſtico Vacantium aliiſque illi annexis

§. 2. Nos ad generis nobilitatem, eximiamque doctrinam, necnon fidei ac juſtitiæ zelum, integritatem, ac ſingularem probitatem, cæteraſque virtutes, quibus tu qui Notarius Apoſtolicus de numero Participantium, & Cameræ præfatæ Clericus, & in utraque Signatura Noſtra Referendarius ac Prælatus Noſter domeſticus exiſtis, & ex nobili Cæſiorum proſapia, ex qua quamplurimi S.R.E. Cardinales, Epiſcopi, Prælati, & aliæ egregiæ perſonæ de Sede Apoſtolica benemerentes hactenus prodierunt & in dies prodeunt, originem trahis, clarere dignoſceris, Noſtræ dirigentes conſiderationis intuitum, & indubie ſperantes quòd ea, quæ tibi duxerimus committenda, ſumma cum prudentia & exacta diligentia exequeris, quodque, dextera Domini tibi aſſiſtente propitia, dictum officium poteris laudabiliter exercere, dignum quin potius debitum fore cenſemus, ut Perſonam tuam Nobis & Apoſtolicæ Sedi admodum devotam, condignis honoribus, & gratiis proſequamur. Te itaque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, à jure vel ab Homine, quavis occaſione vel cauſa, latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes. Motu proprio non ad tuam, vel alterius pro te Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera liberalitate, & ex certa ſcientia Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, dictum officium per aſſumptionem prædictam, ſive alio quovis modo quem haberi volumus pro expreſſo, aut ex alterius cujuſcunque perſona vacans, cum officio Collectoriæ etiam generalis ſpoliorum, ac fructuum, & proventuum quorumcunque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, necnon Eccleſiarum, & Monaſteriorum in univerſa Italia, ac bonorum in Urbe & toto Statu Eccleſiaſtico vacantium, & aliiſque illi annexis, necnon omnibus, & ſingulis illius honoribus, privilegiis, necnon ex diſmembratione & ſeparatione (quinque milium ſcutorum annuorum monetæ ex fructibus dicti officii Theſaurariæ per Nos nuper, ex certis cauſis animum Noſtrum moventibus facti, Monti Theſaurariæ per Nos nuper erecto applicatorum: prout in Noſtris inde confectis litteris plenius continetur remanentibus) juribus, regalibus, & emolumentis conſuetis, ac facultatibus, juriſdictionibus, exemptionibus, immunitatibus, præeminentiis, antelationibus, prærogativis, favoribus, indultis, & gratiis tam eidem Guidoni, quàm dilecto filio Noſtro Benedicto Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diacono Juſtiniano nuncupato Cardinalibus, dum in minoribus conſtituti hujuſmodi officium Theſaurariæ obtinerent, quàm cæteris omnibus ante eos generalibus Theſaurariis & Collectoribus per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores Noſtros, ac Nos & Sedem prædictam in genere vel in ſpecie, ac aliàs quomodolibet conceſſis, confirmatis, extenſis, innovatis, ac alias ad Theſaurariæ generalis, & Collectoriæ hujuſmodi officia, de jure, fundatione, privilegio, uſu, conſuetudine, vel alio quocunque modo & titulo pertinentibus: cæteriſque omnibus, & ſingulis quibus Benedictus & Guido Cardinales prædicti dum hujuſmodi officium Theſaurariæ obtinuerunt, & alii quicunque eorum in officiis hujuſmodi Anteceſſores, tam antiquis, quam modernis temporibus uſi, potiti, & gaviſi fuerunt, ac uti potiri, & gaudere potuerunt, ſeu etiam debuerunt, ſive de illis per litteras Apoſtolicas, vel Patentes, aut ſcripturas, ſeu libros Camerales, vel quæcunque alia publica vel privata documenta, fidem tamen facientia, appareat (quæ omnia & ſingula illorum tenores præſentibus pro expreſſis ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus harum ſeria Apoſtolica auctoritate confirmamus, approbamus, & innovamus, Tibique de novo concedimus, ita ut tu illis, omnibus & ſingulis, uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeas, in omnibus, & per omnia, ac pariformiter & abſque ulla prorſus differentia, perinde ac ſi per præſentes ſpecialiter & expreſſè conceſſa fuiſſent, eadem tibi auctoritate concedimus & aſſignamus, Teque ad Theſaurariæ & Collectoriæ officia hujuſmodi, illorumque liberum exercitium ex nunc recipimus & admittimus, ac in locum dicti Guidonis Cardinalis, quo ad officia hujuſmodi, ſubſtituimus, & ſubrogamus, ac Noſtrum Sedis ac Cameræ prædictæ Theſaurarium generalem conſtituimus, & deputamus, ac per dilectos filios ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Camerarium, præfatæque Cameræ Præſidentes, Clericos, alioſque, ad quos ſpectat & ſpectabit, tam in eadem Camera quàm alibi recipi & admitti, Tibique de juribus, regalibus, jocalibus, taxis, proventibus, obventionibus, & emolumentis quibuſcunque, ad Theſaurariæ & Collectoriæ officia hujuſmodi quomodolibet ſpectantibus, (dictis quinque millibus ſcutis, ut præfertur, diſmembratis pro eadem Came-

Cum juribus & emolumentis, ac gratiis Prædeceſſoribus theſaurariis, ſeu Collectoriæ conceſſis confertur in perſonam Bartholomæi Cæſii Romani.

ræ

rarem ineuntibus) integrè reſponderi mandamus.

Loc Cã. in Cap. & aliis actib. datur.

§. 3. Tibique quòd in eadem Camera, aliiſque actibus Cameralibus, ac quibuſcunque aliis locis in loco ſolito poſt Vicecamerarium immediatè; ſed in Cappella noſtra, & quibuſcunque ſeſſionibus, proceſſionibus, equitationibus, aliiſque actibus, tam publicis, quàm privatis, in noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis conſpectu, & præſentia, vel etiam abſentia faciendi, ante omnes Epiſcopos, Primates, & Patriarchas, immediatè tamen poſt Auditorem cauſarum Curiæ Cameræ hujuſmodi, ſedere, & incedere.

Et in Sign. Gratiæ.

§. 4. Ac in noſtra, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Signatura continuò intervenire, aſſiſtere.

In Congr. de int. Ca. tract.

§. 5. Ac in omnibus, & quibuſcunque Cameris & Congregationibus, intereſſe Cameræ præfatæ ſivè generaliter, ſivè particulariter concernentibus vocari, & adeſſe, ac intervenire.

Fac. agend. cum Papa de Effect. Ca. concedit.

§. 6. Necnon capitula, & conventiones Appaltuum, & Jurium dictæ Cameræ, ac apotechas ſuper illorum, & aliorum jurium conceſſione in dicta Camera conſignandas, ſervato ſtylo in eadem Camera ſervari ſolito, per Te ipſum ad nos referre poſſis, & debeas, auctoritate, & tenore prædictis indulgemus.

Pen dom. & vict. fa. aſſignat.

§. 7. Necnon ſcuta ducenta pro penſione Domus, ac victum quotidianum Theſaurariis generalibus, pro ipſis, & octo eorum familiaribus, ac duobus equis præſtari ſolita.

Provẽtuſque Spoliorum.

§. 8. Ac omnia, & ſingula jura, obventiones proventus, ſalaria, regalia, Spoliorum, etiam cum diverſis Capitulis, & Clericis ſæcularibus hactenus cum dicta Camera compoſitorum, & in poſterum componendorum.

Bonorum etiam vacantium, ac redditium non expeditis literis aut aliàs male perceptorum.

§. 9. Ac bonorum vacantium, necnon redditum, & proventuum, litteris non expeditis, aut alias malè, & indebitè, ac contra formam Conſtitutionis felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi, & Julii Secundi, Tertii, & aliorum quorumcunque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum perceptorum.

Illicitaque negociatione. De his ſpoliis vide Pii IV. conſt. 19.

§. 10. Ac etiam illicitæ negociationis per quaſvis perſonas quavis auctoritate fungentes, nunc & pro tempore factæ, & aliorum jurium, & fructuum inferius declarandorum, decimas, taxas, & etiam emolumenta ordinaria, & extraordinaria, undecunque, & quomodocunque provenientia, quæ pro tempore exiſtentem dictæ Cameræ Theſaurarium, & Collectorem ſpoliorum, ac fructuum, & bonorum ad eandem Cameram ſpectantium, exigi, & levari quomodocumque, & quocunque titulo vel cauſa conſueverunt ſeù etiam potuerunt, & debuerunt.

Excipiantur provẽtus per Nuncium Regni Neap. percipi conſuetos, vel quatuor Cancellariis Annatarum aſſignati à Greg. XIII.

§. 11. Demptis tamen his, quæ per nunc, & pro tempore exiſtentem, noſtrum, & Sedis prædictæ in Regno Neapolitano, tam citra, quàm ultra Pharum, Nuncium, hactenus percipi, & colligi conſueverunt, niſi compoſitionem, aut cauſæ terminationem in Curia fieri contingat, quo caſu decima Tibi debeatur, necnon proventibus quatuor Cancellariis annatarum per piæ mem. Gregorium Papam XIII. etiam prædeceſſorem noſtrum conſtitutis, & aſſignatis; ad quamcunque ſummam aſcendant, conſequi, exigere, & levare ac realiter, & cum effectu percipere poſſis, & valeas.

Spolia in Italia eidem Theſaurario aſſignantur.

§. 12. Ac tam in Urbe, ejuſque diſtrictu, dominioque temporali ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, quam tota Italia, omnia, & quæcunque bona, mobilia, & immobilia, ac ſe moventia, necnon ſpolia, aliaſque res, & bona quomodolibet nuncupata.

Fructus Beneficiorum malè percepti.

§. 13. Necnon fructus, redditus, proventus menſarum Abbatialium, Epiſcopalium, Archiepiſcopalium, Parochialium, & aliarum etiam Parochialium Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ac quorumcunque Beneficiorum quomodocunquè, & qualitercunque qualificatorum, ex quovis titulo, etiam infecto, aut aliàs malè, & indebitè perceptos.

Bona quoque modo vacantia.

§. 14. Necnon bona ſine hæredibus decedentium, aut aliàs in Curia prædicta, vel extra eam ubique quomodolibet vacantia.

Illegitimis relicta contra Bullam 117. Pii V.

§. 15. Et de quibus contra Conſtitutionem recolendæ memoriæ Pii Papæ Quinti ſimiliter prædeceſſoris Noſtri contra illegitimos, etiam diſponi contigerit, aut jam diſpoſitum fuerit.

Malè acquiſita.

§. 16. Aut ex cauſa illicitæ negociationis, vel alias malè acquiſitas.

Relicta per Religioſos extra clauſtra degentes, contra Bullam Greg XIII. num. 43.

§. 17. Et quæ ab Apoſtatis, aut aliis extra Clauſtra degentibus Religioſis, tempore eorum obitus detinentur, & poſſidentur quæque per obitum ipſorum Apoſtatarum, & aliorum regularium extra Clauſtra ſuorum Monaſteriorum exiſtentium, & alias contra formam litterarum dicti Gregorii prædeceſſoris deſuper editarum.

Acquiſita de fructibus Eccleſiaſticis de quibus legitimè diſpoſitum non fuit. Ad hoc vide Bul. Pauli V.

§. 18. Ac etiam illa, necnon ædificia, & loca quæ ex fructibus, redditibus, & proventibus Eccleſiaſticis profecta, ædificata, refecta, & reſtaurata fuerint, ſeù alias ex eiſdem fructibus, redditibus, & proventibus quomodolibet provenerint per obitum quarumcunque perſonarum Eccleſiaſticarum Beneficia Eccleſiaſtica etiam ſimplicia, de quorum tamen ſimplicium fructibus vel ex privilegio Apoſtolico, vel ex conſuetudine legitimè præſcripta, diſpoſitum non fuerit, tam in titulum, quàm adminiſtrationem obtinentium, ſæcularium & quorumvis Ordinum Regularium, quavis etiam Pontificali dignitate fulgentium in omni Italiæ parte pro tempore decedentium.

Bona non reſidentium. Hæc vide in Pii IV. cõnſt. 91. fol. 130.

§. 19. Necnon quarumvis perſonarum Beneficia perſonalem reſidentiam requirentia obtinentium, extra eandem reſidentiam, ac ubilibet, etiam in dicta Curia decedentium remanſura, etiamſi in auro, argento, gemmis, & aliis pretioſis rebus cujuſcunque generis, qualitatis, & ſpeciei fuerint.

Fructus beneficiorũ reſervatorum, vel affectorũ protempore, quo vacans &c. Ad hoc has bus etiam conſtit. 32. fol. 46.

§. 20. Ac etiam fructus, redditus, & proventus menſarum, Eccleſiarum, & Monaſteriorum in ipſius Cameræ libris taxatorum, necnon Beneficiorum etiam in diœc. quæ pactum cum dicta Camera inierunt ex quacunque cauſa Sedi prædictæ reſervatorum ſeù affectorum ex die vacationis uſque ad diem præfectionis ſeù proviſionis & adeptæ poſſeſſionis illorum, ſeù commendæ de illis faciendæ, quos omnes fructus, redditus & proventus, ad Nos, & dictam Cameram ſpectare & pertinere volumus, & decernimus, eidemque Cameræ applicamus & appropriamus.

Fructuſque omnes malè percepti.

§. 21. Necnon omnia, & quicunque bona relicta, & quoſcunque hujuſmodi fructus, redditus, & proventus malè perceptos, cujuſcunque qualitatis, & quantitatis fuerint, etiam percipere, exigere, & recuperare poſſis, & valeas.

Facultas Theſ. dat. proc. etiã ex offic. in pr. & cont. exemptos.

§. 22. Ac etiam tam ex officio Curiæ tuæ ſeù Cameræ prædictæ, illique Adhærentium, quam etiam ad ſolam inſtantiam Denunciantium, ſeù Inſtigatorum inquirendi, & inveſtigandi omnibus viis, & modis, tam ſuper illis, quam aliis quibuſcunque ſpoliis, quæ hactenus ex bonis relictis, & fructibus hujuſmodi per ſimilium perſonarum obitum, aut aliàs ut præfertur, ſeù quomodolibet remanſerunt, & indebitè quocunque prætextu uſurpantur, & uſurpari contigerit, noſtro & dictæ Cameræ nomine colligere, percipere, & exigere, etiam cum facultate pro faciliori Inquiſitione ad quaſcunque perſonas cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerint etiam exemptis.

Offic. ad redd. rat. cogendi.

§. 23. Necnon præteritos, & pro tempore exiſtentes Collectores, & Subcollectores, vel Officiales, coram te, vel alio ſeù aliis à te deputando, ſeu deputandis, ad reddendum computum, & rationem de adminiſtratis, exactis, & receptis ab eiſdem.

§. 24.

Teſt. ad ſe exam. eſt — §. 24. Illoſque, quorum Teſtimonium indigere cognoveris, ad ſe examini ſubiiciendum.

Occup. Sp. coercendi. — §. 25. Et ſpoliorum, ac fructuum redituum, & proventuum, ac bonorum hujuſmodi occupatores & detentores ad ſpolia, fructus, redditus, & proventus hujuſmodi reſtituendum, & relaxandum.

Ill. arb. ſuo Vendendi. — §. 26. Ac tibi ad effectum vendendi, ſubhaſtandi, deliberandi, diſtrehendi, & alienandi, arbitrio tuo, in vim hujuſmodi facultatum, prout Tibi viſum fuerit, & etiam abſque aliqua ſubhaſtatione, ſeù incantu, & abſque interventu, & inſtantia alterius Officialis, etiam prædictæ Cameræ pro tempore exiſtentis Commiſſarii, in pecuniam convertendi, illa conſignandum, & ſolvendũ.

Cui prin. commiſſio cauſæ præſentatæ. — §. 27. Illoſque qui, in præmiſſis vel circa ea, quomodolibet deliquerint, etiam ad perſonaliter, coram Te, ſeù à Te deputando vel deputandis hujuſmodi comparendum, ſub confiſcationis bonorum, & privationis Beneficiorum, inhabilitatiſq; ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ac etiam pecuniariis, quæ Tibi videbuntur, ac demum excommunicationis, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis cenſuris, & pœnis tuo arbitrio infligendis, moderandis, & applicandis, monendi, citandi & compellendi, ac etiam carceribus mancipandi, ac quoties Tibi videbitur relaxandi. Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac contumaces, pœnas, ac cenſuras prædictas incurriſſe declarandi, illaſque etiam ſæpius aggravandi, auxiliumque Brachii ſæcularis invocandi.

Dubia Audit. antiquio. proc. — §. 28. Ac ſuper eiſdem Spoliis, fructibus, redditibus, & proventibus, ac bonis, toties quoties tibi videbitur, cum quibuſvis perſonis, quacunque auctoritate fungentibus componendi, & concordandi, ac ſolventes de compoſitis, & ſolutis per eos, ac de receptis quietandi, liberandi, necnon ad cor reverſos, ſi id humiliter petierint, à cenſuris, & pœnis, prævia ſatisfactione, ſimpliciter, & etiam aliàs cum reincidentia, ſeù ad cautelam, ſeù ad effectum agendi, abſolvendi, & liberandi, ac à carceribus relaxandi.

Summariè componendi. — §. 29. Et in præmiſſis omnibus, & ſingulis etiam ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſinè ſtrepitu, & figura iudicii, ſola facti veritate inſpecta, etiam privativè quò ad alios quoſcunque, quavis auctoritate fungentes, & functuros, procedendi, ſententiandi, fineque debito terminandi.

Cauſ. ſpoliatiſqua an. ab omnib. Jud. reaſ. — §. 30 Cauſaſque hujuſmodi, etiam cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus connexis, & emnexis, à quibuſcunque aliis Judicibus ordinariis, & delegatis, quacunque auctoritate fungentibus, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus, ſeù Locumtenentibus, vigore ſuæ ordinariæ juriſdictionis ac facultatis reaſſumendi, ac Illis, aliiſque, quibus opus fuerit, etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & pecuniariis pœnis, tuo arbitrio imponendis, moderandis, & applicandis, Inhibendi, ipſaſque cenſuras, & pœnas, quoties opus fuerit Incidiſſe declarandi aggravandi, & reaggravandi.

Vic. Aud. Coll. &c. deput. & ſuo arbit. removend. — §. 31. Necnon Vicetheſaurarium, aut Locumtenentem generalem, ac unum ſeù plures Auditores loco tui, cum ſimili aut limitata poteſtate, toties quoties tibi expedire videbitur, & ad omne tuum beneplacitum, deputandi, conſtituendi, & faciendi, ac revocandi, necnon quoſcunque Collectores, Subcollectores, Commiſſarios, Subcommiſſarios, ac Depoſitarios, & exactores pecuniarum, & jurium dictæ Cameræ, ſeù alios Officiales hactenus deputatos, ſeù deputandos, revocandi, ſeù confirmandi, & alios quoſcunque illorum loco per tuas litteras tuo ſigillo munitas, in quibuſcunque Civitatibus, oppidis, terris, & locis, deputandi & ſubdelegandi, toties quoties tibi videbitur expedire, cæteraque omnia faciendi gerendi, & exequendi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint quomodolibet, & opportuna plenam tibi, & liberam per præſentes concedimus facultatem.

Cauſ. Sp. & indepé. pri. quo ad alios cogn. — §. 32. Et inſuper ut ſpoliorum, fructuum, redituum, & proventuum, ac bonorum, juriumque hujuſmodi exactio celerius, commodiuſque fiat, ſtatuimus quòd omnes, & quæcunque ſimiles lites, cauſæ, & controverſiæ, ſuper quibuſvis fructibus, redditibus, & proventibus, ſpoliis, bonis, & aliis prædictis, & illorum occaſione, & aliæ, quæ ab ipſis litibus, & cauſis quomodolibet dependent, ſeù cum illis connexitatem habuerint, nunc, & pro tempore quocunque locorum pendentes; & ſi ſuper ſpoliis, ſeù fructibus malè perceptis, & aliis prædictis fuerit facta compoſitio in Camera, & inter Partes adhuc aliqua controverſia pendeat, nullo alio, quàm à Te, ac tuis, ſeù aliis ſuper ſpoliis, & fructibus, rebuſque bonis ac aliis præmiſſis à Te pro tempore deputandis, Collectoribus, Subcollectoribus, & aliis Officialibus, & Miniſtris ſpecialibus, vel generalibus.

Appell. à ſent. Nũc. Co. & ali. de ſup. ſerend. ad Theſ. ſolũ mod conc. — §. 33. Necnon cauſæ appellationum à Sententiis latis per tuos Commiſſarios; vel etiam pro tempore exiſtentibus Sedis Apoſtolicæ Nunciis in Neapolitano, Hiſpaniarum, Portugalliæ, ſeù Algardiorum Regnis, ac Ducatu Sabaudiæ, & Principatu Pedemontium, aliiſque quibuſcunque Regnis, & Provinciis, ac ubique locorum reſidentibus; necnon Viſitatoribus, & aliis quibuſcunque quomodocunque, & qualitercunque, & ſub quovis nomine, titulo, aut munere, & aliis Collectoribus generalibus deputatis, & pro tempore deputandis, ad Te ſolum & tuos Deputatos prædictos in ſecunda inſtantia, ſeu alia pertineant, omneſque appellationes deſuper interpoſitas & interponendas, à Te, tuiſque prædictis, & non ab alio, juxta formam dicti Gregorii prædeceſſoris cognoſci, nec aliàs, niſi per commiſſionem manu noſtra ſignatam, vel per Noſtras litteras, & citato dictæ Cameræ Commiſſario generali, & Notario ſpoliorum, & cauſarum hujuſmodi pro tempore à te deputato, cognoſci, & terminari poſſint. Quodque monitoria, citationes, Inhibitiones, proceſſus ſententiæ, & mandata, quæ aliàs quam ex citatione, commiſſione, vel litteris noſtris emanaverint, quo ad earundem cauſarum introductionem, & litis pendentiam, ſeù, tuam, tuorumque Miniſtrorum ad id à Te deputandorum juriſdictionis, & proceſſuum impedimentum, retardationem, vel perturbationem, nullius ſint roboris, vel momenti.

App. à Th. deu. è tàt. conc. non retar. exec. — §. 34. Sed nec niſi præſtita cautione idonea in forma depoſiti, à ſententiis per Te, ſeu Locumtenentem, vel Auditorem, ſeù Miniſtros prædictos, ſuper præmiſſis pro tempore latis, ullo modo appellari, niſi poſt factam executionem ad effectum devolutivum tantùm, nec earum executio differri, aut ſuſpendi poſſit.

Loc. Mõt. reſig. jux. ſol admit. ab eod. & ead. tend. — §. 35. Necnon quaſcunque reſignationes, & ceſſiones quorumvis locorum, ſeu creditorum Montium Julii, ac primi, & ſecundi ſuccurſus Avinionen. aliorumvè, ſi quæ ſint, reſignationes, ſeù ceſſiones, quas Theſaurarius pro tempore exiſtens admittere conſueverit, admittendi, & ipſa loca, ſeu credita, tam per reſignationem, ſeu ceſſionem hujuſmodi, quàm per aliam quamcunque dimiſſionem, vel amiſſionem pro tempore vacantia, conferendi, & aſſignandi, juxta formam aliarum facultatum tuis Anteceſſoribus conceſſarum, & quaſcunque patentes litteras tuo ſigillo munitas expediendi, ac Secretarium, & Cappellanum, ac Computiſtam, ſeù Rationatorem, alioſque Officiales, juxta ſolitum, quoties Tibi videbitur, deputandi, & revocandi.

Cur. intr. & cõſt. Civit. Terrac. ead. datur. — §. 36 Necnon curam, & adminiſtrationem introituum Civitatis noſtræ Terracinen. ac conſtruendi Civitatem novam, tàm incepta in loco ſalubriori, juxta formam aliarum facultatum ſuis Prædeceſſoribus conceſſarum, gerendi licentiam, facultatem, poteſtatem, & auctoritatem, tenore earundem præſentium, concedimus, & Impartimur.

§. 37.

Digitized by Google

Sortes, & lottus permittiendi & eidem theſaurat. facult. datur.

§. 37. Præterea cum nonnulli, tam Prælati, quàm Urbis prædictæ Cives, & Incolæ, & Curiales, quam illæ diverſæ Perſonæ totius ditionis noſtræ Eccleſiaſticæ, ære alieno, quandoque gravati, & aliis neceſſitatibus oppreſſi, pro eorum debitorum ſatisfactione, aut neceſſitatum hujuſmodi ſublevamine, ac aliàs ipſorum arbitrio propria localia, aurumque, & argentum, & talia bona, tam mobilia, quàm immobilia, Domos, Vineas, & alia quæcunque, vendere cupientes, ut plurimum illa, niſi ſatis minori pretio eorum veri valoris, cum maximo eorum detrimento vendere, neque Emptores invenire poſſint, Tibi quibuſvis Perſonis cujuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentibus, ut eorum jocalia, aurum, argentum, & alia bona, tam mobilia, quàm immobilia, ut ſupra, ſub ſortibus, quas lottus vocant, etiam cum buſſala, & pallis, aut aliàs Tui arbitrio, exponere, ac ſortes, ſeu lottos hujuſmodi facere, publicare, & exercere, prævia æſtimatione Peritorum à Te deputandorum, privativè ad quoſcunque alios, poſſis, & valeas, ſoluta tamen Cameræ prædictæ rata, & portione Tibi beneviſa, ac decima Tibi, & iis, qui ſortes, ſeu lottos hujuſmodi fecerint, quaſcunque licentias concedendi, ipſiſque ut dictam ratam eidem Cameræ, ac decimam prædictam ſolvendam, unà cum Expenſis realibus, & neceſſariis deſuper faciendi, in, & ſuper eiſdem lottis recuperare poſſint, quibus Tibi beneviſum fuerit indulgendi, ac Peritos æſtimatores eligendi, & deputandi, & deſuper edicta, ſeu publicationes, necnon quaſcunque patentes litteras Tibi beneviſas, tam in dicta Urbe, quàm extra illam quibuſcunque civitatibus, oppidis, & locis Status Eccleſiaſtici mediatè, vel immediatè Sedi prædictæ ſubjectis, publicandi, ac locis publicis affigendi, & tuo ſub ſigillo expediendi, necnon omnes, & ſingulos, qui hactenus ſimiles licentias obtinuerunt, ad ſolvendum ratam & portionem hujuſmodi Tibi beneviſam, etiamſi in eorum licentiis aliter expreſſum ſit cogendi, ac licentias hujuſmodi, quo ad illos, qui illas ſolvere recuſaverint, aut diſtulerint, revocandi.

Cauſæ ſpoliorum lottorum & aliorũ à Theſaurario cognoſcuntur privativè quoad alios.

§. 38. Necnon omnes, & ſingulas cauſas, lites, & controverſias deſuper, tam occaſione ſpoliorum, & bonorum vacantium, ac Montium, illorumque locorum, ac fructuum, quàm etiam Lottorum hujuſmodi, aliorumque omnium, & ſingulorum præmiſſorum, tam Civiles, quàm Criminales, & mixtas, quomodolibet ortas, & quas pro tempore oriri contigerit inter quaſcunque Perſonas, quacunque auctoritate, dignitate, & præeminentia ſuffultas, una cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, & ex officio tuæ Curiæ, ſimpliciter, ſummariè, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, audiendi, cognoſcendi, decidendi, fineque debito, omni, & quacunque appellatione, ad effectum ſuſpenſivum tantùm, remota, terminandi, finiendi, ac quæcunque mandata executiva decernendi, relaxandi, & quacunque appellatione, aut recurſu, vel inhibitione illius prætexto, ſeu aliàs forſan emanatæ non obſtantibus, exequi faciendi privative ad omnes, & ſingulos alios, ita quòd nullus etiam vigore Commiſſionis, niſi manu Noſtra, aut pro tempore exiſtentis Romani Pontificis ſignata fuerit, in cauſis hujuſmodi ſeſe intromittere poſſit, & debeat.

Reſſumantur̃ ab omnibus aliis Judicibus.

§. 39. Ac etiam quaſcunque cauſas coram quibuſcunque aliis Judicibus ordinariis, vel Delegatis, etiam Noſtri Palatii Auditoribus, ſeu Locumtenentibus, ut ſupra, nunc, & pro tempore introductas, tua ordinaria auctoritate, & in vim hujuſmodi facultatem reaſſumendi, illiſque quibus opus fuerit, inhibendi

Notarium unum in lottis & aorũ cauſis deputet.

§. 40. Ac tam in dictis lottis, quàm etiam cauſis, & litibus ab eis quomodocunque, & qualitercunque dependentibus, etiam illorum extractionem, & præmiorum conſignationem, unum ex Cameræ prædictæ Notariis Tibi beneviſum ad tuum beneplacitum, toties quoties Tibi videbitur, & placuerit, eligendi, & deputandi, ac omnes, & ſingulos hactenus deputatos, & ſeu in futurum deputandos ad tuum libitum revocandi, ac alium, ſeu alios ſimiliter deputandi.

Inſtrumenta &c. habentes quæ theſaurarii juriſdictionem concernunt, & conſignare cogantur.

§. 41. Omneſque, & ſingulas ſcripturas, inſtrumenta, & acta, tam lottos hujuſmodi, quàm omnia, & ſingula alia juriſdictionem generalis Theſaurarii, vel Collectoris ſpoliorum concernentia, Tibi conſignari, faciendi, & quos opus fuerit cogendi, & compellendi, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, plenam, liberam, & abſolutam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem ſimiliter concedimus, & impartimur.

Decimæ omnium dictorum proventuum ei aſſignatur.

§. 42. Necnon ut accuratiùs, & diligentiùs præmiſſis invigilare, ac Perſonas, quę premiſſorum curam ſuſcipere valeant retinere valeas, Tibi decimam omnium, & ſingularum pecuniarum, ſeu aliarum rerum ex dictis ſortibus, ſeu lottis, ſub quibuſvis modo, & forma hactenus facti, & publicatis, quàm de cætero faciendis, & publicandis, ad Cameram, & Sedem prædictam provenientium aſſignamus, Tibique decimam hujuſmodi propria auctoritate retinendi, etiam abſque aliquo alio mandato, & ordinatione à quibus opus fuerit recipiendi, exigendi, levandi, ac in tuos uſus, & utilitatem convertendi facultatẽ pariter elargimur. Pręterea Tibi, ut de omnibus compoſitionibus, & incamerationibus quomodolibet per Te ſeu Collectores, alioſque tuos Officiales, & Miniſtros ex quacũque cauſa quomodolibet factis, & pro tempore faciendis, etiam pro fructibus, redditibus, & provẽtibus malè perceptis, ac aliis premiſſis in quibuſcunque locis, & Tribunalibus, factis, ſeu faciendis, ac etiam à Camerario, ejuſque Auditoribus Civiliter, vel Criminaliter quacunque ex cauſa expediendis, integram decimam illarum partem, ultra ratam eidem Camerario tangentem, habere, & exigere poſſis, & debeas, & ex iis incamerationibus, & cõpoſitionibus, deducere, & retinere pariter volumus, & mãdamus

Banimẽta promulgandi ſuper præmiſſis Theſaurario facultas datur.

§. 43. Inſuper quòd Tu quæcunque Edicta, Bannimenta, Litteras, ſeu Ordinationes, ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, & illorum obſervationes facere, edere, publicare, & denunciare, ac ad illorum obſervationem quoſcunque in eis compræhenſos.

Debitoreſque Cameræ abſolvẽdum cogendi.

§. 44. Necnon quovis Cameræ præfatæ, ex quavis cauſa, vel occaſione Debitores, ad ſolvendum, vel ſatisfaciendum omnibus viis, ac juris, & facti remediis, cogere, & compellere.

Sigillo proprio utendi, & ejus emolumenta percipiendi.

§. 45. Proprioque Sigillo uti, in omnibus actibus, & ſcripturis, quæ hactenus ſub Sigillo Theſaurarii expediri conſueverunt, emolumentaque exinde provenientia, tam occaſione litterarum patentium Commiſſariorum, Depoſitariorum & aliorum officialium, quàm ex conceſſione, & aſſignatione quorumvis locorum Montium, & aliarum quarumcunque expeditionum, quibus Sigillum tuum quomodolibet apponendum fuerit percipe, ad inſtar Theſaurariorum aliorum anteceſſorum tuorum, & juxta ſolitum, nec aliàs etiam liberè, & licitè valeas, licentiam eadem Tibi auctoritate impartimur.

Penſiones uſque ad ſcuta quatuor mille transferendi &c.

§. 46. Necnon ut quicunque loci Ordinarius ſeu utriuſque ſeu alterius Signaturæ Referendarius, aut Metropolitan. vel alterius Cathedralis, aut collegiatæ Eccleſiæ Canonicus, ſeu perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, ad id per Te eligendus, ſeu eligenda, quaſcunque penſiones annuas ſuper quarumvis menſarum Epiſcopalium, ſeu Archiepiſcopalium, ſeu aliarum Eccleſiarum, necnon Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, dignitatum, aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura, ſæcularium, & quorumvis Ordinum regularium, fructibus, redditibus, & proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis univerſis, necnon diſtributionibus quotidianis, ſeù illorum

loco, fructus, redditus proventus, jura, obventiones, & emolumenta, ac diſtributiones hujuſmodi, Tibi auctoritate prædicta reſervatas, & reſervata, ac reſervandas, & reſervanda, etiam ſi penſionis, ſeu fructuum hujuſmodi ſolutiones, exactiones, Succeſſoribus beneficiorum, & Eccleſiarum aliorum prædictorum incipere habuerint, uſque ad ſummam mille ducatorum auri in auro de Camera novorum, in dicta Curia, vel extra eam, ubique locorum, etiam in Eccleſiis, quas Te obtinere, aut perſonam tuam illis præeſſe contigerit, non reſidente, etiam in mortis articulo, de tuo etiam poſt dimiſſionem officii Theſaurariatus hujuſmodi expreſſo conſenſu ceſſare, extinguere, & annullare, & poſtquam caſſæ, extinctæ, & annullatæ fuerint, aliàs ſimiles penſiones annuas ſuper eiſdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus emolumentis, & diſtributionibus hujuſmodi, ſeu fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, emolumenta, & diſtributiones prædictas, uſque ad eandem ſummam, uni, ſeu pluribus perſonis ad id per Te nominandis, & quæcunque quotcunque, & qualiacunque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, eiſdem modo forma conditionibus, ac cum immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, donationibus, indultis, decretis, & aliis, pro quibus Tibi reſervatæ, ſeu reſervata fuerint, etiam abſque conſenſu ſolvere habentis, ſeu fructus, aut obtinentium Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, dignitates, & alia Beneficia hujuſmodi, dicta auctoritate reſervare, concedere, conſtituere, & aſſignare, ac etiam transferre liberè, & licitè valeas, ac etiam reſervationis, ſeu translationis penſionum, ſeu fructuum hujuſmodi, vigore præſentium faciendæ, valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi per Nos, & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem, de conſenſu ſolvere habentis penſiones, ſeu obtinentium Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, dignitates, & alia Beneficia hujuſmodi, facta fuiſſent.

Teſtandique de bonis etiam Juriſdictionalibus, & acquiſitis da rebus Eccleſiaſticis &c.

§. 47. Tibique etiam, ut de ſingulis Domibus, prædiis, poſſeſſionibus, oppidis, caſtris, terris, & aliis locis etiam juriſdictionalibus, & aliiſque bonis mobilibus, & immobilibus, ac ſe moventibus, cujuſcunque qualitatis, valoris, ſpeciei, pretii, etiam notabilis, & notabiliſſimi, ac conditionis exiſtentibus, necnon pecuniis, juribus, & actionibus ad Te, tàm ratione quarumvis etiam Patriarchalium, & Cathedralium, ac Metropolitanarum Eccleſiarum, ac Monaſteriorum etiam Conſiſtorialium, Prioratuum, Præpoſiturarum, Dignitatum, & aliorum quorumcunque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura, ſæcularium, & quorumvis Ordinum regularium, etiam Militiarum, quæ ex quibuſvis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis, in titulum, commendam, adminiſtrationem, aut aliàs quomodolibet obtines, & in poſterum obtinebis, ac ratione fructuum, redituum, & proventuum Eccleſiaſticorum quarumcunque menſarum Patriarchalium, Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, & Monaſteriorum, Prioratuum, Dignitatum, & aliorum Beneficiorum, ut præfertur, qualificatorum, ac penſionum annuarum, ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, & proventibus, nomine & forma præmiſſis reſervatarum, & aſſignatarum, ac reſervandarum, & aſſignandarum, quos, & quas, percipis, & percipies in futurum, necnon emolumenta Theſaurariatus, & aliorum quorumcunque ejuſdem Curæ officiorum, & Montium, necnon Legationum, ac aliàs quocunque modo, via, forma, & occaſione ad Te ſpectantibus, & pertinentibus, ac etiam de dictis fructibus, redditibus, & proventibus, ac penſionibus, necnon quomodolibet, & undecunque licitè acquiſitis, & acquirendis, ac aliàs quomodolibet, etiam ex officiis, quæ exercuiſti, aut Te exercere contigerit, & alia qua vis occaſione, vel cauſa, ſeu contemplatione ad Te pervenientis, & perventuris, etiamſi in pecuniis numerata, jocalibus, gemmis, aliiſque precioſioribus rebus, ac aliàs quomodolibet, nunc, & pro tempore conſiſtunt, ac etiamſi eſſent de tua Cappella, illiuſque ornamentis, vaſis, & denique tota illius ſacra ſuppellectili, tam in dicta Curia, quam extra ubique locorum exiſtentibus, quorum omnium qualitates, & veros annuos valores, etiam ſi talia eſſent, quæ generali appellatione bonorum, vel ſuppellectilium non venirent, ſed ſpecialibus indigerent vocabulis; præſentibus, ac ſi ſpecificè, & ſigillatim exprimerentur, & denotarentur, pro ſufficienter expreſſis, & narratis habere volumus, ac etiam de ipſis proventibus; & penſionibus debitis, & debendis, ac etiam nondum perceptis, & exactis, etiamſi eorum ſolutionis terminus nondum advenerit, pro illa rata, quæ Tibi debita erit uſque ad quamcunq., & quantumvis maximam, ac notabilem, & notiſſimam, ac inexcogitatam ſummam, tam pro decentibus, & honeſtis impenſis funeris Tui, quàm etiam remuneratione illorum, qui Tibi viventi inſervierunt, etiam ultra ſervitii meritum, & in tuorum Conſanguineorum, & Affinium, ac etiam quarumvis aliarum perſonarum, etiam extranearum, necnon Conventuum, Univerſitatum, Collegiorum, & aliorum, etiam non priorum locorum, dummodo non illegitimorum, aut aliàs quomodolibet incapacium, & quo ad Cappellam tuam prædictam, dummodo in Eccleſiarum favorem, & uſum, & aliàs pro tuo arbitrio, & voluntate abſolutis teſtari, ac teſtamento, codicillis fideicommiſſis, ſubſtitutionibus, legatis, donationibus, tam inter vivos, quàm cauſa mortis, & aliis quibuſcunque modis, & viis etiam omiſſis quibuſvis ſolemnitatibus, etiam ſubſtantialibus, & formis, tam de jure, quàm per noſtras, & quorumcunque aliorum Romanorum Pontificum conſtitutiones, & ordinationes, necnon ſtatuta, ac conſuetudines Urbis, Civitatis, loci, & provinciæ, ubi id fieri, vel te, in eadem voluntate permanente, mori contigerit, tam verbo, quàm ſcriptura, etiam minus ſolemni, & ſine aliqua inſinuatione ſeu ſubſcriptione Teſtium, aut etiam coram duobus, vel tribus Teſtibus tantùm, aut etiam cedula ſola manu tua ſubſcripta, ac aliàs in omnibus, & per omnia, prout tibi quomodolibet videbitur, & in ipſa Curia, & extra eam, & ubique locorum, & in mortis articulo, & nulla facta mentione præſentis, vel aliarum tibi pro tempore conceſſarum ſimiliũ facultatum, quibus per præſentes nullatenus præjudicatum eſſe decernimus, aut quod in vim illarum teſtari, & diſponere velis, & intendas, ſemel, atque iterũ, & pluries diſponere, ſtatuere, & ordinare, liberè, & licitè valeas, prædicta auctoritate tenore earundẽ præſentiũ, concedimus, & indulgemus.

Litteras Apoſtolicas quaſcunque tam gratiam quã juſtitiam concernẽtes, etiam in Cancellariæ, Cameræ ſeu Curiæ officiis pro ſe & Vicetheſaurario ſeu Locumtenente & duobus familiaribus gratis etiam poſt officii Theſaurariatus dimiſſionem, expedienda.

§ 48. Necnon, quòd omnes, & ſingulas litteras Apoſtolicas, ſub plumbo, ac etiam in forma Brevis, tam præſentes, quàm aliàs ſuper quibuſvis gratiis, indultis, conceſſionibus, facultatibus, tam gratiam, quàm juſtitiam concernentibus, per Te, ac Vicetheſaurarium, ſeu Locumtenentem, & duos familiares tuos per Te nominandos à Nobis, & Succeſſoribus noſtris, aut Sede prædicta pro tempore impetratis, ſeu etiam motu ſimili conceſſis, in omnibus Cancellariæ, Cameræ, & Curiæ prædictarum, Officiis, necnon plumbo, & regiſtro, ac Secretaria Apoſtolica, ac aliàs ubilibet gratis, & abſque ulla taxarum, annatarum, communium minutorum ſervitiorum, jocalium, aut aliorum quorumcunque jurium, aut regaliorum ſolutione expediri, & Reſcribendarius taxam litterarum prædictarum, cum ſubſcriptione Gratis pro perſona Theſaurarii, & aliorum prædictorum, ſubſcribere, ac tam ipſe, quàm alii Scriptores, Abbreviatores, Solicitatores litterarum prædictarum, Archiviſtæ, Cubicularii, & Scutiferi Apoſtolici, Portinarii, & Præſidentes Ripæ, & Milites Sanctorum Petri, & Pauli, Cancellarii, Secretarii, Prothonotarii Apoſtolici, & Summiſta,

Digitized by Google

ſta, necnon Magiſtris, & plombi Collectores, ac Plumbatores, Regiſtratores, & Vicecancellarius, & quicunque alii prædictæ Curię officiales, & expeditionum litterarum hujuſmodi pro tempore Præſidentes, eorumque Miniſtri, etiam in annatis communibus, jocalibus, minutis, ſervitiis, regalibus, & aliis juribus hujuſmodi participantes, eaſdem litteras, perſonam dicti Theſaurarii, ejuſque Vicetheſaurarii, & Locumtenentis, ac duorum Familiarium ſuorum prædictorum concernentes; etiam poſt dimiſſionem officii Theſaurarij, ita quod Te ſemel fuiſſe Theſaurarium ad effectum omniū, & ſingulorum prędictorum, Tibi, ac dictis tuis ſufficiat, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & ſuſpenſionis, ac privationis ſuorum officiorum, fructuumque, & emolumentorum eorundem amiſſionis pœnis, per eos ad quos pertinuerit, & qui eas gratis ſubſcribere, vel concedere, & expedire noluerint eo ipſo incurrendis, abſque alio Noſtro, & Succeſſorum noſtrorum, & Sedis præfatæ ulteriori mandato, omninò gratis, & abſque alia taxarum, annatarum communium, jocalium, minutorum, ſervitiorum, & aliorum præfatorum ſolutione, & exactione, in omnibus, & per omnia uſque ad plumbum, & regiſtrum, ipſarumque finalem expeditionem, & relaxationē incluſivè, omni contradictione ceſſante expediri ſubſcribi, ac relaxari facere, & permittere debeant, & teneātur, etiamſi in eorū officiis, & conceſſionibus caveatur expreſsè, ut ad id non teneantur, & quòd eorum officia fuerint eis cōceſſa titulo oneroſo, volumus, & mandamus, &c.

Clauſula hujus Bullæ præſervativæ.

§. 49. Præſenteſque Tibi in omnibus, & per omnia ſuffragari debere, illaſque & in eis contenta quæcunque, nullo unquam tempore, ſubreptionis, obreptionis, vel nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, ſeu in jus, vel controverſiam revocari, aut adverſus eas, quodcunque juris, aut facti, vel gratiæ remedium impetrari minuſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus compræhendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum, in quo antequam illæ emanarent, erant ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegras, ac de novo conceſſas, etiam ſub quacunque data per Te eligenda, validaſque, & efficaces ſemper fore, & eſſe, vimque validi, & efficacis contractus inter Nos, & Sedem, ac Cameram præfatas ex una, & Te ex altera partibus ritè, & rectè facti, initi, & ſtipulati, ac etiam hinc inde acceptati, habere, & obtinere, ac inviolabiliter obſervari, ſemperque validas, & efficaces exiſtere.

Clauſula ſublata, ac Decretum irritans.

§. 50. Sicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, etiam S. R. E. Cardinales, & Camerarium, dictæque Cameræ Præſidentes, & Clericos ac Palatii Apoſtolici Auditores præfatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, in quavis cauſa, & inſtantia, ac ubique locorum judicari, ac diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari auctoritate, & tenore præmiſſis decernimus.

Executorum deputatio.

§. 51. Quo circa venerabilibus Fratribus noſtris Amerin. & Tudertin. Epiſcopis, ac dilecto Filio Curiæ cauſarum ejuſdem Cameræ generali Auditori, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo aut unus eorum, per ſe vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte tua fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, Tibique in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtente, faciant te approbatione, confirmatione, conceſſione, aſſignatione, receptione, admiſſione, ſubrogatione, conſtitutione, mandato, ſingulis indultis, voluntate, decretis, ſtatuto, impartitione, remiſſione, condonatione, obligatione, hypothecatione, aliiſque pręmiſſis pacificè frui, & gaudere. Non permittentes Te per Camerarium, Præſidentes, ac Clericos præfatos, ſeu quoſcunque alios, quavis auctoritate fungentes quomodolibet contra tenorem præſentium moleſtari, perturbari, inquietari, aut impediri Contradictores quoslibet, & rebelles per Sententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ab hoc, ſi opus fuerit, auxilio Brachii ſæcularis: Non obſtant. conſtitut. & ordinationibus Apoſt. necnon Eccleſiarum Monaſteriorum locorum, & Ordinum quorumcunque juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apoſtolicis, illis, illorumque Superioribus, & Perſonis, dictęque Cameræ Clericis, & Collegio, ac quibuſvis aliis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritationibuſque, & aliis decretis, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hac ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, ac forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat harum ſerie, ſpecialiter, & expreſsè derogamus contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Tranſumptorum fides.

§. 52. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, ac Notarii publici manu ſubſcriptis, Tuoque Sigillo obſignatis, eadem prorſus fides, ubique locorum in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c.

Dat. P. An. 5 die 23. Jan.

Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1590 decimo Calendas Februarij Pontificatus Anno noſtri 5.

Statuta, & ordinationes obſervandæ ab Auditoribus Rotæ Romanæ, ac Advocatis, Procuratoribus, & Notariis ejus Curiæ.

MARTINUS PAPA V. &c.

Edita A. D. 1421 Exordiū.

ROMANI Pontificis providentia circumſpecta nonnunquam geſta per eum, rationabilibus, & honeſtis ſuadentibus cauſis, moderatur, & commutat in melius, prout Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Hic Pontifex alias edidit cōſtitutiones quas nunc revocat. Hæc Bulla cadebat ſub anno 6.

§. 1. Nuper ſiquidem videlicet pridie Nonas Februarii. Pontificatus noſtri Anno ſexto, quaſdam conſtitutiones, & ordinationes, quæ reformationes Officialium Romanæ Curiæ concernere videbantur, in Audientia litterarum Contradictarum lectæ fuerunt, & etiam publicatæ. Et quia nonnulla nimium rigoroſa continebantur in illis, quæ in ipſorum Officialium nimis grave diſpendium, & præjudicium redundabant, eas per noſtræ proviſionis officium, habitaque ſuper his deliberatione matura, in melius duximus commutandas. Illas igitur conſtitutiones, & ordinationes,

nes, ut præmittitur publicatas, auctoritate præſentium perinde habere volentes, ac ſi in eadem audientia lectæ, & publicatæ minimè extitiſſent, & à Nobis nullatenus emanaſſent.

Novas modo prodit, & ſervari præcipit etiam Bullas hic enunciatas.

§. 2. Infraſcriptas conſtitutiones, & ordinationes noſtras in eadem Audientia legi, & publicari volumus, & jubemus, eaſque præcipimus ab omnibus inviolabiliter obſervari. Et licèt fel. rec. Joannes XXII. & Gregorii XI. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri nonnullas conſtitutiones, & ordinationes, circa regimen & ordinationem Officialium, & officiorum ejuſdem Curiæ laudabiliter ediderint; quia tamen illæ Mundi creſcente malitia, aut debitè non obſervantur, aut additionibus utilibus indigere noſcuntur, Nos ſuper his intendentes, prout ex debito paſtoralis officii obligamur, ſalubriter providere, Conſtitutiones, & ordinationes, dictorum prædeceſſorum tenore præſentium auctoritate Apoſtolica innovantes, eas cum additionibus infraſcriptis, quas vim perpetuæ conſtitutionis habere decernimus, præcipimus firmiter obſervari Mandantes ex nunc Venerabili Fratri noſtro Joanni Epiſcopo Oſtienſi S.R.E. Vicecancellario, & in Cancellaria Apoſtolica Præſidenti, eorumque Succeſſoribus, quatenus illas faciant diligentius obſervari. Quæ, ut attentius obſerventur, ſtatuimus, quod ſinguli Sedis Apoſt. Notarii, & tam prædictæ Cancellariæ, quàm Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores, Correctores, Scriptores, Abbreviatores litterarum Apoſtolicarum, Advocati, Procuratores, & Notarii cauſarum dicti Palatii, necnon Seneſcallus, qui cuſtos eſt dictæ Cancellariæ, conſtitutione, & additiones prædictas infra menſem à die publicationis præſentium computandum, habere, & de hoc infra alium menſem immediatè ſequentem, dictum Vicecancellarium certificare, & alia circa præmiſſa facere, & obſervare teneantur, prout in conſtitutionibus dictorum prædeceſſorum, ac præſentibus plenius continetur.

Auditores ſervent dictorum prædeceſſorum Bullas, & laudabiliter vivant.

§. 3. De Auditoribus autem cauſarum Palatii Apoſtolici, & aliis in Romana Curia Judicibus, eorúque Notariis, conſtitutione a dictorum prædeceſſorum ſuper hoc laudabiliter editas, volumus firmiter obſervari, quas Auditores, & Notarii prædicti apud ſe cæteris hujuſmodi teneantur, ut præfertur habere, & circa illarum obſervationem diligenter intendere Verbum ſi quis ex eiſdem Auditoribus de præmiſſarum conſtitutionum tranſgreſſione, ſeu de præcipitatione juſtitiæ, negligentibus, corruptione & munerum acceptione notatus fuerit, ſeu vagus, aut aliàs malè, vel inhoneſtè verſetur in dicta Curia, per præfatum Vicecancellarium, vel ejus Vicegerentem charitativè moneatur, ut ab his ſe abſtineat, & emendet, bonamque famam acquirere ſtudeat, & in vita laudabiliter preſerveret. Qui ſi ſic monitus ſe emendare neglexerit, & per tres menſes continuos poſt monitionem hujuſmodi, eadē nota, vel infamia repertus, in propoſito ſuæ opinionis permaneat, per Vicecancellarium, aut Vicegerentē prædictū, cauſæ ſibi nullatenus cōmittantur, & ſi per alios tres mēſes ſimili nota, vel infamia notatus fuerit, & ſe non emēdaverit, tunc idē Vicecācellarius, aut Vicegerens præmiſſa Nobis referre teneatur, ut ſuper hoc poſſit ſalubriter provideri.

Auditor, cui prius commiſſio cauſæ præſentata fuit, ſit Judex. Et in dubio Auditor antiquior procedat.

§. 4. Cæterùm ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod ſi contingat inter eaſdem perſonas ſuper eadem re diverſis Auditoribus, aut Judicibus aliquam cauſam committi, is, cui primò fuerit præſentata commiſſio ſuper cauſa hujuſmodi, remaneat ejuſdem cauſæ Judex. Quòd ſi de juriſdictione alterius extiterit pro Parte adverſa data exceptio, tunc, cujus fuerit juriſdictio primitus cognoſcat ille, coram quò excipitur, & exceptio alteri Judici intimetur. Quòd ſi conſtare non poteſt, cui primò fuerit commiſſio præſentata, antiquior Auditor Judex ſit cauſæ, & junior cauſam ipſam eidem Auditori antiquiori dimittat, nec ulterius quivis eorum Judicum in cauſa procedat, donec fuerit judicatum. Et ſi ulterius procedatur ante cognitionem hujuſmodi non valeat proceſſus. Auditor verò, aut Judex alius, vel Notarius, qui circa hoc ad retinendum cauſam aliquid doloſè egerit, excommunicationis Sententiam incurrat eo ipſo, à qua non poſſit, niſi per Vicecancellarium prædictum abſolvi, aut de ejus mandatu, & refuſis prius Parti læſæ expenſis, & damnis.

Notarii Auditorū hic deſcriptas hab. qualitates.

§. 6. Statuimus etiam quod nullus in Notarium alicujus Auditoris dicti Palatii, niſi vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum attigerit, & alias Notariatus officium exercuerit Sitque boni nominis & laudabilis famæ, ac ſufficiens, & idoneus ad Notariatus officium cauſarum dicti Palatii exercendum, & ſi poſt diligentem examinationem, & informationem ſuper his habitum per ipſum Vicecancellarium, aut deputandum ab eo de præmiſſis conſtiterit, admittatur.

Officia non locent, neque vendant, nec ſine licentia abſint à Curia.

§. 6. Quòdque Notarii dictorum Auditorum ſua Notariatus officia non locent, nec vendant, alioquin, & officium, & pretium perdant, ipſumque pretium Apoſtolicæ Cameræ applicetur, & officiū alteri conferatur. Et ſi quis ex eiſdem Notariis, ceſſante cauſa neceſſaria, vel abſque ſui Auditoris licentia per tres menſes continuos ab eadem Curia abſens fuerit, dicto officio eo ipſo privatus exiſtat.

Habitum decentem gerant. Tabernas, & Concubinas dimittant.

§. 7. Volumus inſuper, quòd præfacti Notarii in habitu decenti incidant, honeſto, & convenienti Clerico ſæculari, Tabernas non frequentent, nec concubinarii exiſtant, cum per hoc eorum vileſcat officium, & hujuſmodi incontinentia vitæ infamiam conſequatur, & ſi contrarium fecerint ſuis priventur officiis.

Fideliter officium exerceant.

§. 8. Quòdque Notarius, qui notatus, aut diffamatus extiterit, quod malitioſè, negligenter, vel per dolum aliquid egerit, vel ſcripſerit, quòd in proceſſu, vel judicio deductum, vel actum non fuerit inter Partes, ſeu quòd ipſe perſonarum, in quarum cauſis ſcribit, acceptor ſit, eis ſecreta cauſæ detegendo, aut aliàs in alterius Partis prejudicium aliquid committendo, eo ipſo ſui Notariatus officio ſit privatus. Et de hujuſmodi infamia, & aliis præmiſſis per dictum Vicecancellarium, vel ab eo deputandum, ſummariè, ſimpliciter, & de plano fiat diligens inquiſitio. Et ſi per Inquiſitionem hujuſmodi ipſe Notarius culpabilis repertus fuerit, aut ſi purgatio extiterit indicenda, & in dicta ſe debitè non purgaverit, privetur quibuſcunque aliis officiis, quæ in eadem Curia obtinebit. Et idem volumus de quibuſcunque Notariis quoruncumque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Judicum, & Commiſſariorum in eadem Curia pro tempore deputatorum inviolabiliter obſervari.

Taxam firmatam à Io: XXII. obſervent circa eorū ſalaria.

§. 9. Et nihilominus quòd dicti Notarii in exactionibus ſalariorum ſuorum pro ſuis proceſſibus, & ſcripturis taxas ſuper hoc ordinatas per dictum Joannem XXII. cum illarum moderationibus, obſervare teneantur. Quòd ſi ultra dictam taxam aliquid petere, aut exigere quoquomodo præſumpſerint, ſuper exceſſu hujuſmodi ad Vicecancellarium, vel Locumtenentem prædictum habeatur recurſus, qui vocatis ſuper hoc peritis, hujuſmodi exceſſus juxta taxas prædictas reducat ad debitum moderamen. Et ſi Notarius ipſe de facto plus receperit, duplum Parti læſæ refundere teneatur. Quòdque pro citationibus, compulſoriis, & inhibitionibus decretis in partibus, Procuratoriis inſtrumentis, ac Remiſſionibus ad partes, examinationibus Teſtium, & quibuſcumque aliis ſcripturis, bis ſcriptis in eodem proceſſu, niſi ſemel dumtaxat taxatio fiat.

Notarii, Procuratores, & Advocatis gratis ſcribāt & alia faciant pro Pauperibus.

§. 10. Præterea ſtatuimus, & etiam ordinamus, quòd tam Notarii cauſarum dicti Palatii, quàm etiam Procuratores, & Advocati pauperibus Clericis in dicta Curia ſuper quibuſvis Beneficiis Eccleſiaſticis litigantibus, qui juraverint ſe pro ſuis cauſis defendendis pecunias non habere, gratis in hujuſmodi ſcribant, ſcripturaſque tradant, eiſque

Pro-

Procurationis & Advocationis officium, patrocinium, & favorem etiam gratis impendant, ad quæ facienda eos per Auditorem, coram quo cauſa pendebit, compelli poſſe volumus remediis opportunis.

Advocati, & procuratores cauſas examinent juxta conſtitutiones Jo: XXII. & Greg. XI.

§. 11. Advocatos etiam, & Procuratores conſtitutiones Joannis XXII. & Gregorii XI. prædeceſſorum prædictorum ſuper hoc editas, quas ſecum teneantur habere, diligenter præcipimus obſervare, & præſertim in examinatione cauſæ, ſi juſta ſibi, vel injuſta eſſe videatur, ita ut nullam agendam injuſtam cauſam, vel defendendam ſcienter ſuſcipiant, & de hoc juramentum præſtent, & obſervent, prout in dictis conſtitutionibus extitit ſalubiter ordinatum.

Modeſtiam ubique ſervent.

§. 12. Caveant autem à tumultuoſis clamoribus in Conſiſtoriis, & Audientiis, nec unquam plures ſimul loquantur, & donec Advocatus proponens, vel reſpondens ſermonem compleverit, alius ſive ejuſdem, ſive adverſæ partis Advocatus, quicquam dicere non præſumat. Liceat etiam Procuratori cauſæ proponenti Advocato retro aſſiſtere, ut ſi quid forſan ille omiſerit, Procurator ad memoriam revocet, & reducat.

Patrocinium in eadem cauſa, uni tantummodo Parti præſtent.

§. 13. Statuimus autem, prout etiam jura diſponunt, ut nullus Advocatus vel Procurator, qui ſemel uni parti in aliqua cauſa conſilium, vel patrocinium, dederit, Parti adverſæ in eadem cauſa patrocinium, vel conſilium præſtet, ſeu cauſam ipſius agat, vel defendat, niſi facta Advocatorum, aut Procuratorum diſtributione, auctoritate Judicis compellatur.

Quo caſu de his, quæ ab illa prima Parte in cauſa didicerit, nunquam alteram doceat, aut ex illis niſi ab eadem Parte didicerit patrocinium præſtet. Et ſi contra præmiſſa fecerit, excommunicationis ſententiam, & alias pœnas Juris incurrat, ac ſuo privetur Officio, ad intereſſe Partis nihilominus condemnandus.

Procuratores ante admiſſionem examinentur.

§. 14. Et quia propter Procuratorum imperitiam, aut inertiam, Partes ſæpe in cauſis diſpendium, & præjudicium patiuntur Statuimus, quòd nullus de cætero ad Procuratoris officium, in dicta Curia publicè pro ſalario exercendum, in judiciis admittatur, niſi priùs per ipſum Vicecancellarium, vel deputandos ab eo in litteratura, induſtria, & ſtylo Curiæ examinatus, atque habita debita informatione de moribus, fidelitate, & honeſta converſatione repertus fuerit idoneus, & per eundem Vicecancellarium ad hujuſmodi publicum officium per ejus Patentes litteras admiſſus, omneſque Procuratores admiſſi in aliorum Matriculam inſcribantur, ſicut in præfati Benedicti prædeceſſoris conſtitutionibus de Advocatis habetur.

Modeſti ſint.

§. 15. Et quia ſæpè in Advocatorum abſentia cauſæ in judiciis per Procuratores aguntur, & defenduntur, Procuratores ipſi ab injuriis, & contumelioſis verbis, & malo modo dicendi, & loquendi ceſſent, & cum agunt, eadem ſtudeant obſervare, quæ de Advocatis ſuperiùs duximus ſtatuenda. Quòd ſi contrarium fecerint, formidabilibus pœnis per Judicem cauſę taliter puniantur, ut per hoc cæteri à ſimilibus arceantur.

Clerici majori dignitate prædîti Procuratores non ſint.

§. 16. Et inſuper dignitatem in Cathedrali majorem poſt Pontificalem, vel in Collegiata Eccleſia principalem obtinente, ad officium publici Procuratoris in dicta Curia præcipimus de cętero non aſſumi.

Concubinas dimittant.

§. 17. Jubemus etiam eiſdem Procuratoribus & Notariis Cauſarum dicti Palatii, & aliis Clericis in dicta Curia acta ſua officia exercentibus nè Concubinas publicè teneant. Mandantes, quod eas de præſenti publicè tenentes infra menſem à die publicationis prædictæ dimittere teneantur. Alioquin ſententiam excommunicationis incurrant; & ſuis officiis ſint privati.

Honeſtum habitum ferant, & Tabernas non frequentent.

§. 18. Honeſtum præterea gerant habitum, congruentem Clerico ſæculari, nec tabernas frequentent, & ſi contrarium fecerint, ab eorum officiis per ipſum Vicecancellarium ad tempus, de quo ſibi videbitur, ſuſpendatur.

Ordo ſervandus in cauſis ſummariè in prima inſtantia.

§. 19 Et quoniam lites ſuper quibuſvis cauſis Beneficialibus, prophanis, & aliis, quæ pro tempore per quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas, vel ſæculares in Romana Curia ex Apoſtolica commiſſione moventur, atque tractantur; intendimus fiant breviores, & ut Litigantes ad ipſam Curiam pro defenſione ſuorum jurium venientes, & hujuſmodi cauſas proſequentes, releventur à laboribus, & expenſis, ſtatuimus, & etiam ordinamus, quòd in cauſis, in quibus de Jure vel alias per reſcriptum, ſive per commiſſionem proceditur, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, talis ordo ſervetur, videlicet. Quod in prima Inſtantia cauſæ principalis, terminus ad libellandum ſervetur ad primam. Ad jurandum de Calumnia ad primam. Ad ponendum, & articulandum ad duodecimam. Ad dicendum contra Articulos ad ſecundam. Ad producendum omnia, ad ſecundam. Ad dicendum contra producta, ad ſecundam. Ad declarandum, ad primam. Ad dicendum contra ad primam.

In ſecunda inſtantia.

§. 20. In ſecunda verò Inſtantia terminus ad libellandum ad primam. Ad jurandum ad primam. Ad Articulandum ad octavam. Ad dicendum contra ad primam. Ad producendum omnia ad primam. Ad dicendum contra ad primam. Ad declarandum ad primam dies.

Et in tertia.

§. 21. In tertia autem inſtantia ſerventur ſimiles termini, qui in ſecunda ſervantur Inſtantia ad primam, præter terminum ad Articulandum, qui ſervatur ad ſextam diem.

Quatuor termini ſubſtantiales tantum omiſſi nullitatem pariunt.

§. 22. Verum cum termini ad articulandum, dicendum contra articulos, ad producendum omnia, & dicendum contra producta, de ſubſtantia Judicii cenſeantur exiſtere. Statuimus, atque decernimus, quòd ipſorum alicujus omiſſio reddat eo ipſo proceſſus nullos, aliorum verò terminorum alicujus omiſſio, dum tamen malitioſè non fiat, ſed caſualiter, quo contingente proceſſum non vitiet.

Ordo ſervandus in cauſis non ſummariis in prima inſtantia.

§. 23 In cauſis autem, in quibus proceditur in figura judicii ſerventur termini ſecundum ſtylum Curiæ conſuetum, preterquàm in terminis ad reſpondendum libello, & ad jurandum de Calumnia, qui ſerventur ad primam. Et in termino ad articulandum, qui in prima inſtantia, tam ex parte Actoris, quàm Rei, ſervetur ad decimum quintum diem.

In ſecunda inſtantia.

§. 24. In ſecunda verò Inſtantia ſimiliter ad reſpondendum libello ad primam. Ad jurandum de Calumnia ad primam. Ad Articulandum ad octavam diem. Reliqui verò termini ſerventur, prout ſecundum ſtylum antiquum eſt ſolitum obſervari.

Et in tertia.

§. 25. In tertia verò Inſtantia ſerventur omnes termini ad primam, ſecundùm quòd conſuevit antiquitùs obſervari, præter terminum ad articulandum obſervetur ad ſextam diem. Volumus inſuper, quòd præmiſſa vendicent ſibi locum, non ſolum ad futura negotia, ſed ad pendentia etiam per appellationem, ita tamen quòd proceſſus primò factus propter hoc non vitietur, ſed in priſtino ſuo robore, & firmitate perſiſtat.

Procuratores quid advertere debeant in obſervatione dictorum terminorum.

§. 26. Præterea illum uſum, quo Procuratores in obſervantia terminorum dicunt ſe dare libellum, & articulos, verbo, & dicere contra verbo, & ita ſervant omnes terminos, & cùm jam deberet pronunciari Sententia, tunc incipiunt proceſſum, & dant articulos, & cætera faciunt realiter, quæ dixerunt verbo, ſic duximus moderandum, quòd Procuratores ipſi poſt terminum ad dicendum contra producta, & ante terminum ad declarandum articulos facto, & omnia, quæ de jure volunt, & poſſunt, producere teneantur.

Notarii quid obſervare debeant in conficiendo Regiſtro.

§. 27. Et quoniam aliquando contingit, quòd poſt obſervationem omnium terminorum, Notarii Regiſtrum ordinare, & Auditori cauſæ præſentare, & poſtquam Regiſtrum hujuſmodi Au-

ditori præſentatum fuerit, Auditores plus debito cauſam differunt expedire. Statuimus, & etiam ordinamus, quòd ſervatis omnibus terminis, in quacunque cauſa Notarius, qui ſcripſit in cauſa, Regiſtrum infra quindecim dies conficere teneatur, & ordinare, ac deinde de ſalario ſibi debito ſatisfacto, illum ſtatim ſuo Auditori tradere, & aſſignare debeat. Et deinde idem Auditor poſtquam Regiſtrum ipſum ſibi fuerit præſentatum terminum habeat duorum menſium, infra quos cauſam ipſam expedire teneatur, niſi forſan à Nobis, vel dicto Vicecancellario, propter arduitatem cauſæ ſicut ſæpè contingit, majorem dilationem habuerit, de qua per Noſtram commiſſionem in Regiſtro cauſæ conſtet. Alioquin Notarius ſententiam excommunicationis incurrat. Et ſi de negligentia, expeditione, dolo, vel fraude coram ſuo Auditore fuerit accuſatus, ſalarium ſuum perdat, ad expeditionem ad eundem Auditorem, nihilominus compellendus. Et nihilominus, qui infra dictos menſes non habita à Nobis, vel ipſo Vicecancellario, majore dilatione temporis, cauſam expedire contempſerit, ex tunc juriſdictionem amittat, & cauſa alteri Auditori committatur, & ab ingreſſu Rotę ſuſpendatur per menſem. Et idem de Judicibus aliis extra Rotam præcipimus obſervari, quibus ſi negligentes fuerint cauſas expedire infrà dictos menſes, aliquæ cauſæ per trimeſtre tempus nullatenus committatur, & ſi fuerit contrafactum commiſſiones nullius exiſtant roboris, & momenti.

Auditores quid animadvertere teneantur pro expeditione cauſarum.

§. 28. Præterea, quia ſæpè contingit, quod litteræ Apoſtolicæ ad impediendum Partes, & eas involvendum laboribus, & expenſis, abſque cauſa rationabili in Bullarum, & dictarum litterarum Apoſtolicarum Regiſtris arreſtantur, & ſuum nequeunt ſortiri effectum: Statuimus, & etiam ordinamus, quòd poſtquam littera arreſtata ad Auditorem cauſæ fuerit reportata, idem Auditor adverſæ Parti terminum octo dierum præfigere, per eum poſtea ſi expediat prorogandum, infra quem de ſuo jure, & intereſſe coram dicto Auditore legitimè docere, & fidem facere teneatur.

Cardinalib. non committantur cauſæ non excedentes valorem annuum 60. flor.

§. 29. Statuimus inſuper, & etiam ordinamus ad parcendum laboribus, & expenſis quorumlibet Litigantium, quòd cauſæ, ſuper quibuſvis Beneficiis Eccleſiaſticis, ſæcularibus, & Regularibus, quorum fructus, redditus, & proventus ſexaginta florenorum auri ſecundùm communem æſtimationem valorem annuum non excedunt, S.R.E. Cardinalibus nullatenus committantur, & commiſſiones ſint nullæ ſi fuerit contrafactum.

Advertenda quæ fieri debeant pro habenda executione ſententiarum.

§. 30 Et quoniam fruſtra ferrentur ſententiæ, niſi eſſent qui exequerentur eaſdem, & in habendis litteris excutorialibus ſub Bulla, quandoque duorum, vel trium menſium dilationes fiunt, pro quibus expediendis occurrunt graves expenſæ quæ aliquando ad quindecim, aliquando ad decem, & octo florenos aſcendunt, & Notarii dictæ Sedis, qui illarum minutas deberent conficere, non conficiunt ſed per ſuos Abbreviatores, quorum aliqui ſunt minus periti, fieri faciunt, & cum illas quando, que non bene conficiant, ad Peritiores oportet habere recurſum, & ſic Partes ipſas executorias proſequentes, plus oportet exponere, quàm ab antiquo conſuetum ſit ſolvere, & qui non laborant, plus ſalarii accipiunt, unde cum Partes magna temporis dilatione plus, quam deceat, graventur laboribus, & ſumptibus in earum procuratione, qui in expenſarum taxatione non veniunt. Nos ad evitandam hujuſmodi inconvenientiam, & ut Partes in procurandis prædictis executoribus, opportunum recipiant relevamen, ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod ſit in electione Partis, ſi velit habere ſub Bulla ſimplicem litteram executoriam, ſive confirmationem ſententiæ, quæ in effectu contineat, quòd in cauſa, quæ inter tales Partes ſuper tali re vertebatur, lata fuit per talem Judicem, ſeu tales Judices talis ſententia, cujus effectus ponatur in littera, & mandetur Executoribus, quòd ſententiam ipſam debitæ executioni demandent, & talis littera non taxetur ultra duodecim groſſos Turonenſes. Si verò Pars malit habere executoriam cum confirmatione ſententiæ iuxta morem, quia tunc in confectione minutæ major labor occurrit, & neceſſarium eſt totum proceſſum cauſæ recenſere ſervetur quòd hucuſque extitit obſervatum, ita tamen quòd confectio minutarum, quæ concernunt juſtitiam, ad Notarios ipſos pertineat. Et præter hoc ſalarium habeant, minutæ per eos fiant, vel expenſis eorum, & hoc idem in omnibus aliis litteris juſtitiæ, & proviſionum ad Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria quælibet factarum, & fiendarum in Conſiſtorio noſtro, quæ per manus ipſorum Notariorum tranſeunt, præcipimus obſervari. Verùm intelleximus quòd procuratores, qui cauſas, ſuper quibus expediuntur litteræ executoriales, in judicio in eadem Curia egerunt, vel defenderunt, quando litteræ hujuſmodi in d. Audientia contradictarum leguntur ubi ipſi procuratores interſunt, mediam partem taxę dictarum litterarum excutoriarum de novo à Partibus nituntur exigere, & ſępè exigunt, illud reputantes abuſum, fieri prohibemus, volentes eoſdem Procuratores communi ſalario pro aliis in dicta audientia legendis litteris, quando ibidem interſunt eſſe contentos, ubi forſan ipſi per totum hujuſmodi litteram executoriam procuraverint, quo caſu competens ſalarium à Partibus petere, & recipere poſſit ſecundum quòd ita taxationibus præfati Joannis XXII. prædeceſſoris habetur.

Rota quando fiat in die Jovis aut Sabbathi.

§. 31. Cæterum cum ſæpe contingat quod in omnibus diebus unius hebdomadæ, quibus teneri ſolet audientia, & aliquando in duabus conjunctis hebdomadis feriæ celebrantur, unde lites prorogari contingit. Statuimus, & etiam ordinamus, ut quotieſcunque in una hebdomada tres illi dies quibus teneri ſolet audientia, quomodolibet ſint feriati, præterquam in octavis Nativitatis, & Reſurrectionis D. N. JESU CHRISTI, videlicet per ſeptem dies ante, & ſeptem poſt, die Jovis in hebdomada tali, ſi illa dies feriata non fuerit, alioquin die Sabbathi audientia teneatur.

Sanctio pœnalis.

§. 32. Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginam Noſtræ conſtitutionis, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat Romæ apud S. Petrum, Ann. Domini 1422.

Juriſdictio, & facultates Auditorum Rotæ Romanę.

Edita An. D. 1487.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei,

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordiũ.

Finem litibus, quæ in Palatio Apoſtolico, nunc, & pro tempore vertuntur, quantò celeriùs fieri poteſt, imponi, & Collitigantes ab intollerabilibus expenſis, quas illas proſequendo perferunt, relevare quantum Nobis poſſibile eſt cupientes, hac in perpetuum valitura conſtitutione ſtatuimus & ordinamus.

Declaratio circa prævectionem.

§. 1. Quod ſi diverſis cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus diverſas commiſſiones præſentatas hactenus vel pro tempore reperiri contingat in eadem cauſa, ejuſdem tenoris, vel effectus, licèt ad diverſarum Perſonarum inſtantiam; Auditor, cui prius commiſſio præſentata fuit, juriſdictonem in procedendo, & judicando retineat, abſque alia deſuper commiſſione, aliorum Coauditorum ad id accedente conſenſu.

Citationum validationem.

§. 2. Et quòd Auditores cauſarum prædictarum, conſtito eis quòd citatio per eos decreta in cauſis (minus tamen legitimè executa) ad Partis ci-

tatæ

Digitized by Google

tatæ notitiam pervenerint, ante terminorum obſervationem, ad expeditionem cauſarum earundem, abſque alia commiſſione, perindeac ſi citatio legitimè executioni demandata foret, procedere.

Viduarum & Pupillorum cauſas.

§. 3. Et in viduarum, & Pupillorum, necnon ubi de ſumma, vel re valorem quingentorum florenorum auri non excedente, ageretur; eo modo quo in Beneficialibus cauſis de Coadiutorum, ſuorum conſenſu, etiam procedere.

Remiſſorias.

§. 4. Remiſſorias etiam ad partes, in cauſis coram eis, nunc, & pro tempore pendentibus, in quavis inſtantia, novamve dilationem, ſi petatur, de aliorum Coadiutorum conſilio concedere.

Reiteratione terminorum.

§. 5. Ad reiterationem quoque terminorum nulliter vel malè obſervatorum, Partes, ſeu Collitigantes, earumve Procuratores admittere.

Regiſtrorum fidem.

§. 6. Et fidem regiſtris, coram aliis judicibus, etiam in partibus factis, quo ad jura in eis regiſtrata duntaxat, de ſimili conſilio adhibere.

Gravaminis articulos.

§. 7. Super articulo gravaminis, ac negotio principali ſimul, & (ſi petatur, ac Coauditoribus expedire videbitur) refectis expenſis, in eodem principali negotio, omiſſo appellationis articulo, procedere.

Fatalium prorogationem.

§. 8. Et dum eis videbitur expedire, fatalia in cauſis prorogare, vel de novo concedere.

Appellationum inſtantias.

§. 9. Et ſuper appellatione interpoſita à ſententia diffinitiva, decurſo ultimo momento temporis, ad id de jure præfixi (eadem tamen die ultimi momenti) perindè ac ſi debito tempore interpoſita fuiſſet, juſtitiam miniſtrare.

Sententiarum nullitates.

§. 10. Et ſi prima vel ſecunda ſententia reperiatur nulla ex inordinatio proceſſu, vel etiam ex omiſſione juramenti ſuper perhorreſcentia, juxta conſtitutionem fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris Noſtri, quæ incipit, Statutum, dummodo illud per Partem in quacunque parte judicii poſtea præſtetur, ad confirmationem, vel infirmationem, refectis expenſis, procedere.

Sequeſtrorum conceſſionem jux. cap. Statutum de reſcript. in 6.

§. 11. Necnon juxta conſtitutionem Viennenſis Concilii, quæ incipit, Ad compeſcenda, ſequeſtra decernere, liberè, & licitè valeant.

Clauſ. derog.

§. 12. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Sequitur declaratio circa executione dictæ Bullæ.

Deſcribat in lib. Rot.

§. 13. CONſtitutionem Noſtram pro Litigantium in Palatio Apoſtolico relevamine, editam quarto idus Januarii, Pontificatus noſtri Anno quarto, & in Cancellaria Apoſtolica de mandato noſtro publicatam, quæ incipit, Finem litibus &c. obſervari cupientes, dilectis Filiis cauſarum dicti Palatii Auditoribus mandamus, illam inter alias ejuſdem Palatii conſtitutiones in libro, in quo illæ deſcriptæ ſunt deſcribi.

Quotanais legatur.

§. 14. Et ſingulis annis, dum aliæ conſtitutiones prædictæ leguntur, prima die quà decurſis feriis meſſium, & vindemiarum ad jura reddendum ſedere incipient, & pari modo, ſicut aliæ leguntur legi faciant, & procurent.

Auditori dicēti aliquid feciſſe de voto Rot. credatur.

§. 15. Volentes aſſertioni Auditoris cauſarum hujuſmodi aſſerentis, ſe aliquod de ibi contentis, de conſilio, ſeu conſenſu Coauditorum ſuorum facere, quo ad conſilium, & conſenſum hujuſmodi ſtari, & alterius probationis adminiculum non requiri.

Dat. P.A. 414. Jan.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octuageſimo octavo, Idibus Januarii, Pontificatus Anno quarto.

PP. ſubſcript. Publicatio.

Placet, publicetur, & deſcribatur I.

Anno à Nativitate Domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo octavo, indictione ſexta, Pontificatus Domini Innocentii Papæ Octavi, Anno quarto, litteræ ſupraſcriptæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Valvis Audientiæ, & acie Campi Floræ, die 14. Januarii per Bernardum del Porto S.D.N. Papæ Curſorem Lecta Romæ in Cancellaria Apoſtolica die Sabbati 19. Januarii, Anno 1487.

Reformatio Rotæ Romanæ.

PIUS EPISCOPUS Edita An. D. 1561.

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN Throno juſtitiæ, ſuper omnes Gentes, & Regna meritis licèt imparibus ſuperna diſpoſitione conſtituti, ad ea quæ juris, & juſtitiæ cultum, ac obſervantiam concernunt, dirigimus potiſſimùm aciem Noſtræ mentis, ut univerſis Nationibus ad Sedem Apoſtolicam omnium Fidelium matrem, & magiſtram, pro litium, & controverſiarum inter eos vigentium deciſione recurrentibus longis judiciorum curriculis ſublatis, ac minoribus, quàm fieri poterit diſpendiis, opportunè conſulatur.

Rotæ commendatio, & cauſæ hujus reformationis.

§. 1. Sanè poſtquàm Nos circa Curiæ noſtræ reformationem ſolerti ſtudio intendentes reliquorum ejuſdem Curiæ Tribunalium, & officiorum emendationem, & correctionem cum Dei auxilio, & Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio, feliciter peregimus, demum ad Palatii noſtri Auditorium, in quo univerſorum Chriſti Fidelium graviores cauſæ per duodecim ſummæ virtutis & doctrinæ viros, ex omnibus Mundi partibus magna cum diligentia conquiſitos, maturè cognoſcuntur, & magna cum integritate, & juſtitia terminantur, animum adiecimus. Et licèt in eodem Tribunali pauca admodùm correctione digna offenderimus, nihilominus ut nihil intactum relinqueremus, nonnulla potius pro litibus abbreviandis, ac Partium diſpendiis evitandis, vel ſaltem minuendis, vocatis Ipſis Auditoribus, ac pluries, tam in voce, quàm in ſcriptis auditis, providenda cenſuimus.

Facultates Auditoris circa cauſas eis commiſſas.

§. 2. Et idcirco de eorundem Fratrum noſtrorum conſilio, ſtatuimus, & ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, ad tollendum multiplicationem commiſſionum, & parcendam laboribus, & expenſis Litigantium unica commiſſio in qualibet inſtantia ſufficiat, & illius vigore Auditor cauſam ſibi commiſſam cognoſcere, & cum omnibus, & ſingulis dependentibus & emergentibus, ac aliàs quomodolibet incidentibus decidere valeat. Poſſit etiam Auditor ſine nova commiſſione præfigere terminum ad docendum de attentatis, ac nullitatibus, & cauſis propter quas quis in integrum reſtitui debeat, ac illo elapſo, & non docto, ad cauſæ expeditionem procedere, nec non remiſſorias decernere, dilationes concedere, liquidationes fructuum in partibus delegare, ac omnia, & ſingula alia uſque ad finalem ſententiarum ſuarum executionem incluſivè facere, quæ de jure Ordinarii facere poſſunt.

Prorogationes fatalium concedantur arbitrio Rotæ.

§. 3. Prorogationes autem fatalium ſæpius, & paſſim non concedat, ſed tantum ex aliqua honeſta cauſa, ac prævia illius cognitione arbitrio Rotæ

Sententiæ non proferantur niſi cauſa in Rota propoſita, habitis votis.

§. 4. Auditor tamen in aliqua honeſta cauſa, ſivè magni, ſivè parvi momenti exiſtat, etiamſi ejus deciſio clari juris eſſe videatur, diffinitivam ſententiam, vel interlocutoriam vim diffinitivæ habentem ferre non valeat, niſi cauſa in Rota propoſita, & habitis votis Coadiutorium niſi Partes in actis expreſsè conſenſerint, quòd cauſa ſine voto eorundem Coadiutorum expediri poſſit. Idemque in aliis quibuſvis præjudicialibus decretis ſervari volumus, ſi actor, vel Reus, quòd negotium in plena Rota cognoſcatur, inſteterit.

Sententiæ publicentur, ut hic

§. 5. Item ſententiæ latæ per Auditores, prout in cedula, ut moris eſt, vel per viam termini pro

ſervato, ſubſcribantur, & publicentur in act. a intra quindecim dies, & in ultima anni audientia latæ, infra menſem, alioquin pronunciationes hujuſmodi pro circumductis habeantur.

Notarii accipientes decreta ad deferendum, referant ut his

§. 6. Termini etiam pro ſervatis habiti, & cedulæ ipſarum ſententiarum, quæ interdum per alium Notarium, quàm actuarium ipſius cauſæ ad referendum accipi conſueverunt, referantur ipſi Notario cauſæ eadem vel ſequenti die, qua recipiuntur. In ultimis verò audientiis, ſaltem infra triduum, & ſi Auditor, qui pronunciavit, prout in cedula, vel terminum habuit pro ſervato, retinuerit citationem penes ſe, illam Notario cauſæ ſimiliter intra prædicto a dies conſignare debeat, aliàs termini hujuſmodi circumducti, & irriti cenſeantur.

Sententiæ nec proferantur ante perfectum regeſtrum.

§. 7 Auditor verò non pronunciet in cauſa, niſi perfecto regiſtro, & illo ad Rotam delato, unà cum dictis Teſtium, illiſque, ac juribus in eadem Rota, prout res exegerit, lectis. In ultima verò anni audientia, ac quandocumque agetur deferenda declaratoria contra contumacem, etiam regiſtro non perfecto, ex originalibus pronunciare valeat. Ita tamen, quod Pars ad cujus inſtantiam pronunciatum fuerit, regiſtrum ipſum pro actorum conſervatione quanto citius perfici curare teneatur.

Deciſionũ copia petentibus detur.

§. 8. Et inſuper Auditor Partibus petentibus copiam deciſionis in cauſa factæ, cum juribus, ac rationibus tradere debeat, prout antiquitus laudabiliter fieri conſuevit.

Cauſæ Auditorum Conſanguineorum, & familiarium non cognoſcantur in Rota.

§. 9. Cauſæ autem propriæ Auditorum, & eorum Familiarium, ac Conſanguineorum, vel Affinium uſque ad ſecundum gradum juxta jus canonicum computandum, non cognoſcantur in Rota.

Affines domeſtici vel Notarii Auditorum non ſe intromittant in cauſis Rotæ.

§. 10. Nec Auditores in eorum domibus Subſtitutos, vel Doctores, aut alios Juriſperitos, etiam conſanguineos, qui Subſtituti, vel advocati, aut Procuratoris officio fungatur, aut in caſibus totalibus, vel eorum proceſſibus ſeſe quoquomodo intromittant, nec Advocatos, & Procuratores domeſticos, aut aliquos ex ſuis Notariis domeſticos habeant. Item Advocati, aut Procuratores conſanguinei, vel affines uſque ad ſecundum gradum, alicujus Auditoris, ac etiam illius Notarii, in cauſis coram eo pendentibus nullatenus patrocinari valeant.

Auditores non inducant Partes, ut aſſumant certum Advocatum, vel Procuratorem.

§. 11. Nec auditores compellant, aut aliquo modo inducant Partes, per ſe, vel per alios, ut aſſumant certum Advocatum vel Procuratorem ſed electio hujuſmodi omninò ipſarum Partium arbitrio relinquatur.

Nec diſponens contra jus &c.

§. 12. Item Decanus & alii Auditores, præſertim antiquiores, attendant, nè aliquid non ſolùm contra Jus, ſed nec etiam contra ſtylum, & deciſiones antiquas factas in Rota, quæ impreſſæ habentur, quoquomodo decidatur, etiam prætextu æquitatis in jure non ſcriptæ, niſi maxima cum ratione, & diſcuſſione, omnibus votis, ſeu ſaltem illorum duabus tertiis partibus, aliter faciendum eſſe judicantibus

Nullitates tres tantũ attendantur.

§. 13. Deinceps etiam in cauſis pendentibus non attendantur aliquæ nullitates, præterquam ex defectu juriſdictionis, citationis vel mandati, niſi cauſa nullitatis ſpecialiter ante datam præſentium commiſſa reperiretur.

A liquidatione fructuum, & expenſarũ ſemel appelletur.

§. 14 Et à liquidatione fructuum, & expenſarum taxatione, ſemel tantum appellare liceat, Ita quòd duæ conformes rem judicatam faciant.

Auditores quando ad Cancellariam cauſas remittere poſſint

§. 15. Auditores verò cauſas ſibi commiſſas, pro ſola Partium importunitate ad Cancellariam remittere non poſſint, ſed tantùm habita licentia à Summo Pontifice, vel ex juſtis cauſis deductis in Rota, & ab ea probatis.

Criminalia remittant ad Judices Ord.

§. 16. Et ſi Auditor cognoverit in actis adeſſe ſuſpicionem criminis, remittat acta hujuſmodi, vel illorum exemplum, prout res exegerit, ad Judicem ordinarium. Et ſi cauſa criminalis præjudicialis fuerit cauſæ civili, in ejus cognitione ſuperſedeat. Et quandocunque Judex ordinarius, in cauſis criminalibus coram eo pendentibus, indiguerit depoſitionibus Teſtium, vel aliquibus ſcripturis ad cauſas criminales facientibus, teneatur Auditor illas, vel earum exemplum, ut præfertur, exhiberi facere.

Sportulas ſic recipiant videlicet.

§. 17. Ut autem debitus modus ſportulis imponatur, non poſſint Auditores Partibus, per ſe vel alium quovis modo ſportularum nomine aliquid petere, vel exigere, ſed nec ſponte dantibus ultra taxam infraſcriptam accipere, videlicet.

In cauſis prophanis.

§ 18. In cauſis pecuniariis, ſeu prophanis, aut quæ aliàs pretio nummario quoquomodo æſtimari poſſint, ſi æſtimatio rei, de qua agetur, non excedat ſummam mille ducatorum, uſque ad aureos decem, à mille verò uſque ad decem millia, vigintiquinque: à decem millibus uſque ad viginti millia, quinquaginta: ab inde ſupra uſque ad quamcunque ſummam, centum.

In cauſis Beneficialibus.

§. 19. In Beneficialibus verò, ſi redditus annuus, de quo agetur, non excedat ſummam centum ducatorum ſimiliter decem: à centum verò uſque ad mille, viginti quinque, à mille uſque ad tria millia, quinquaginta; ab inde verò ſupra, centum aureos pro ſportulis cujuſcunque ſententiæ, diffinitivæ duntaxat, ut præfertur, accipere valeant. Si verò cauſa æſtimationem non facilè recipiat, ſportulæ moderatæ pro rerum, & perſonarum qualitate, juxta taxas prædictas recipi poſſint: nec aliquid ultra non ſolum ipſis Auditoribus, ſed nec eorum Familiaribus, vel Conſanguineis, aut aliis quibuſvis Perſonis directè, vel indirectè, quovis quæſito colore, vel ingenio, exceptis eſculentis, & poculentis, quæ triduo conſumi poſſint, ipſarum ſententiarum, aut Auditorum intuitu præſtari poſſit.

Sportulæ deponantur penes Notarium poſt latam ſententiã.

§. 20. Quas quidem ſportulas, juxta taxam prædictam, apud Notarium cauſæ poſt ſubſcriptam ſententiam, & Notario traditam, & non antea, deponi, & Auditori conſignari volumus quodque Notarius depoſitionem, & conſignationem hujuſmodi in actis notare, & ſpecificare teneatur.

Notarii idonei eligantur officiaque non arrendent, & pro ſubſtitutorum facto teneantur.

§. 21. Officia verò Notariorum Rotæ, non conferantur niſi Perſonis peritis, & idoneis, quæ per ſeipſos illa exercere ſciant & exerceant, niſi aliqua legitima cauſa impediantur. Nec eo caſu officia aliquibus arrendare, aut Subſtitutos deputare valeant, niſi à proprio Auditore approbati fuerint, qui inſuper de officio fideliter exercendo arbitrio Auditoris cavere debeant, & pro ipſorum ſubſtitutorum facto Notarii ipſi, quo ad intereſſe Partium, tanquam principaliter obligati omninò teneantur.

Hæc Bulla delegatur anno quolibet in princ. Rotæ.

§. 22. Diſtrictius præcipientes modernis, & pro tempore exiſtentibus Auditoribus, & eorum Decano, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis Noſtræ, & excommunicationis latæ ſententiæ, aliiſque noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrio, infligendis pœnis, ut præſentem conſtitutionem Noſtram ſingulis annis in prima audientia, una cum aliis conſtitutionibus antiquis, legi, & publicari faciant, & illam, ac omnia, & ſingula in ea contenta diligenter obſervent, & ab eorum Notariis, & aliis, quatenus ad eos pertinet obſervari curent cum effectu.

Decretum irritans.

§. 23. Decernentes nihilominus irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his ab ipſis, vel quibuſvis aliis, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari

Clauſulæ derogatoriæ.

§ 24. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſorum Auditorum Collegii, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & facultatibus, eiidem Auditoribus, & collegio, etiam Motu proprio, & conſiſtorialiter, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, in genere, vel in ſpecie, per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores Noſtros, aut etiam Nos conceſſis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus, etiam ſi pro illorum

ſufficien-

Digitized by Google

ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac individua & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio habenda, ſeù quævis alia exquiſita forma ſervanda foret, tenores hujuſmodi pro ſufficienter expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi præfatis Auditoribus vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

For. & effe. pu. qu. hab. hic in fin. §. 25. Ut autem præſentes litteræ ad omnium notitiam deducantur, nulluſque illarum ignorantiam prætendere valeat, volumus, & mandamus illas in ejuſdem audientiæ Palatii noſtri, ac Cameræ Apoſtolicæ valvis, & acie Campi Floræ, per aliquos ex Curſoribus noſtris affigi, & per aliquod temporis ſpatium, relicta ibidem earum copia affixa, detineri, & exinde omnes, & ſingulos quorum intereſt, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, afficere, ac ſi eis perſonaliter intimatæ forent, Nulli ergo omninò &c.

Dat. P. an. 3. 27 Dec. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, ſexto Cal. Januarii, Pontificatus noſtri Anno 3.

Reformatio Referendariorum Signaturæ Juſtitiæ & Judicum Romanæ Curiæ.

Ed. A. D. 1562. *P I U S   E P I S C O P U S*

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam Rei memoriam.

ca. hu. ref. CUm nuper Nos generaliter officiorum, & Tribunalium Romanæ Curiæ pro abuſibus extirpandis, ac univerſali in ea Litigantium commoditate, & reformationi intenderimus & providerimus. Cupientes eorundem Litigantium indemnitati in totum conſulere, ac ut celeriùs lites terminentur providere, valdè opportunum, immo neceſſarium eſſe cenſuimus etiam Signaturam Juſtitiæ à qua plerunque hi qui lites in longum protrahere, alioſque diutiùs, & gravioribus impenſis defatigare quærunt, cavillationibus, & verſutiis diverſa reſcripta, aut ſuperflua, aut dilationem inducentia extorqueant, reformare. Idcirco pro illius reformatione, viſis, & etiam maturè diſcuſſis, nonnullis per dilectos Filios Referendarios Noſtros adnotatis, & coram Nobis etiam in præſentia nonnullorum ex venerabilibus Fratribus S. R. E. Cardinalibus præpoſitis, de eorundem, & cæterorum Fratrum noſtrorum conſilio, hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus.

De com. re. in Sig. Jud. §. 1. Quòd nullus ex dictis Referendariis propoſitas, & rejectas in Signatura Juſtitiæ commiſſiones, in Signatura Gratiæ coram Nobis proponere audeat, niſi talis ſit materia, quæ ſcientiam noſtram requirat, aut per Signaturam Juſtitiæ ad eandem Signaturam gratiæ remiſſa fuerit.

avo. & alii præjudic. §. 2. Nec in antiquis, ac arduis materiis in quibus plures hinc inde expeditæ fuerunt Commiſſiones, & in avocatoriis à prioribus Judicibus, & quovis modo præjudicialibus, manum apponere, niſi prius citata coram eo Parte intereſſe habente.

Præ. reſor. §. 3. Et cum agitur de revocatione aut moderatione alicujus præinſertæ, ſimiliter manum non apponat, niſi in præinſerta appoſitum ſit nomen Referendarii, qui illi manum appoſuit, ut rationem reddere, & eam juſtificare poſſit. Nec etiam reformatio, ſive moderatio ejuſdem præinſertæ ab habente Signaturam Juſtitiæ, niſi nomen Referendarii, ut præmittitur, in ipſa præinſerta appoſitum fuerit, aliquo modo ſignetur.

App. cóm. §. 4. Minus in commiſſionibus appellationum ab interlocutoriis, niſi expreſsò relevanti gravamine. Necdum appelletur à diffinitiva cum clauſula, aut vim diffinitivæ habente, niſi res adeo exprimatur, ut videat Referendsrius, an tale ſit gravamen, quòd per deffinitivam reparari non poſſit. Et ſi in commiſſione appoſita fuerit clauſula, cum toto negotio principali, tunc addatur, juſtificato tamen dicto gravamine.

Nullit. & attent. &c. §. 5. Abſtineant ulterius Referendarii ab appoſitione manuum in commiſſionibus nullitatum, & attentatorum, niſi exprimantur nullitates ex defectu juriſdictionis, citationis, vel mandati, & ipſa attentata: Et pariter in illis in quibus narratur pronunciatum fuiſſe prout in cedula.

Pror. fata. §. 6. Nec etiam manum apponant in commiſſionibus prorogationis fatalium, niſi in quibus prima vice ipſa prorogatio petitur; illas verò commiſſiones, in quibus pro ulteriori prorogatione ſupplicatur, in Signatura noſtra Gratiæ proponant. Ad quòd Vi. hic in.

Cr. & Ma. §. 7. Cauſæ criminales, & matrimoniales non inferioribus Epiſcopis, & in terris Eccleſiæ, cauſæ criminales Clericorum in ſacris conſtitutorum Ordinario, reliquorum verò Clericorum, & Laicorum, Locorum Gubernatoribus committantur.

Ref. in cau. reſt. in int. attentat. §. 8. Et lites quantò citiùs fieri poſſit, ac minori Partium diſpendio expediantur, decernimus, quòd quilibet Judex cui cauſæ reſtitutionis in integrum, nullitatis, & attentatorum de cætero committentur, poſſit abſque ſpeciali commiſſione præfigere terminum ad docendum de cauſis reſtitutionis, ac de ipſis nullitatibus ſeu attentatis; & eo lapſo, & non docto, ad negotii principalis expeditionem procedere.

Ter. rei ſu. §. 9 Similiter quilibet Judex in quibuslibet cauſis coram eo introductis, & introducendis, & etiam Auditor Rotæ in cauſis extra Rotam commiſſis, poſſint omnes terminos ſubſtantiales in vim commiſſionis à fel. rec. Innocentio Papa VIII. prædeceſſore noſtro, quam ad omnes Judices, & etiam Auditores in cauſis præmiſſis, tenore præſentium, extendimus, abſque alia ſpeciali commiſſione reiterare.

Exp. tax. §. 10. Quodque ab exceſſiva taxatione expenſarum, ſemel tantùm appellatio committatur, & duæ ſententiæ habeant vim trium.

ca. qu. diſ. §. 11. Cauſæ diſcuſſionum inter Creditores, & Hæredes defuncti, ſeu alterius Debitoris, de cujus bonis inter ipſos Creditores agitur, intra tres menſes, quoad præſente, quoad abſentes verò, citra montes, intra ſex menſis, ultra autem intra novem expediantur, & nullo modo niſi ex magna cauſa & per Signaturam Noſtram Gratiæ inſtantia prædicta prorogetur. De his vi. in cle. vi. conſt. 10.

Adit. hær. & eo inu. §. 12. Et à die obitus Debitoris intra duos menſes hæredes præſentes, abſentes autem citra montes intra quatuor, ultra verò montes intra ſex inventarium conficere, & an velint hæreditatem adire, deliberare teneantur.

diſ. ca. pē. cred. liqu. §. 13. Et interim Judices coram quibus cauſas diſcuſſionis hujuſmodi pendere contigerit, bona ipſius Debitoris defuncti, vel decoctoris debitoris Creditoribus habentibus credita eorum liquida interim recepta idonea cautione de reſtituendo habentibus priora, & potiora, & contribuendo habentibus æqualia jura, conſignari mandent, & faciant.

Dec. irrit. §. 14. Si quis autem conſtitutioni Noſtræ hujuſmodi in aliquo controvenerit, indignationis Noſtræ, ac aliàs arbitrii Noſtri pœnas eo ipſo incurrat. Et Nihilominus commiſſiones contra tenorem præſentium ſignatæ nullius ſint roboris vel momenti, ac per præoccupationem extortæ cenſeantur, illique Judices, quibus eas præſentari contingat, minimè parere teneantur: Sicque per quoſcunque Judices & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis

alitet

Digitized by Google

aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Cla. de der. §. 15. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque.

Sanct. pen. §. 16. Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginam Noſtræ ſanctionis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

D. P. An. 3. 1. Julii Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, Cal. Julii, Pontificatus Noſtri Anno 3.

Juriſdictio, & facultates Senatoris Almæ Urbis, ſeù inclyti Populi Romani.

PIUS PAPA VI.

Motu proprio, &c.

Romanorum & incolarum Urbis indultum fori Capitolini etiam in obligationibus Cameralibus, ubi A.C. non prævenit. Dilectos filios Senatorem, Conſervatorem, Populumque Romanos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, omnimodam & integram (prout illis per fel. rec. Sixtum IV Julium II Leonem X. Paulum III. & alios Romanos Pontifices prædeceſſores Noſtros alias conceſſa fuit) juriſdictionem, cauſarumque inter ipſos, ac etiam inter Romanos, & Incolas pro tempore motarum cognitionem, & deciſionem totalem Curiæ Capitolii Romani, ita quòd in prędictis & aliis cauſis, obligationibus, etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ, in quibus videlicet per alios Judices præventum non ſit, aliiſque quibuſvis differentiis, & actionibus inter ipſos Romanos, ac eorum aliquem, vel aliquos deinceps orituris & movendis, nullus præter Senatorem, & ipſius Capitolii Judices pro tempore exiſtentes, ſe privilegiorum Apoſtolicorum, aut conſuetudinum, ſeu quovis alio prætextu intromittere poſſit, etiam dictorum Prædeceſſorum conceſſiones hujuſmodi, litteraſque, & alias deſuper confectas ſcripturas approbantes, confirmantes, & innovantes, litterarumque & ſcripturarum earundem tenores præſentibus pro expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia &c. perpetuò concedimus, & indulgemus.

Der. facu. alior. Jud. in his cauſ. §. 1. Ac Senatorem, Conſervatores, & Populum Rom. Curiamq;, & Judices Capitolinos præfatos, quo ad juriſdictionem hujuſmodi, adverſus quaſcumque aliis Almæ Urbis Tribunalibus, & Magiſtratibus, etiam Regenti Cameræ, Gubernatori, & Noſtro Vicario quomodolibet, etiam Conſiſtorialiter conceſſas, facultates, & alias contrarias diſpoſitiones in priſtinum, & eum in quo ante illarum conceſſiones quomodolibet erant ſtatum reſtituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, ac facultates, & alias diſpoſitiones contrarias hujuſmodi ad hunc effectum per præſentes revocamus, caſſamus, & annullamus.

Ch. vel hic vel cur. G. crim. refer. §. 2. Et inſuper, ne delicta remaneant impunita, quòd Chirurgi, Barbitonſores, & alii vulnerum, aliorumque criminum notitiam habentes, illa ad Curiam Capitolii hujuſmodi, juxta ipſius Senatoris deſuper proponenda edicta, & ſub pœnis inibi apponendis, aut ad Curiam Gubernatoris juxta ſolitum deferre teneantur.

Null. tres attendantur. Immo ſervatur Statuta. §. 3. Quodque pro celeriori cauſarum expeditione, in eadem Curia Capitolina nullitatum nulla ratio habeatur, niſi earum, quæ ex juriſdictionis, citationis, vel mandati defectu proveniſent.

Feriæ quæ ſervandæ. §. 4. Et nè feriarum accumulatio cauſarum expeditionem in longum protrahat, ſublatis de medio cæteris feriis voluntariè, per uſum, vel aliàs, non tamen in honorem Dei, introductis obſervatio tantùm coerceatur ad ferias in antiquis Statutis expreſsè deſcriptas. *Ta eas viſ da lib. 1. c. 58. Statut.*

§. 5. Ac etiam Statuta de aſſettamentis loquentia declarantes, quòd aſſettamentum peti non poſſit, niſi caſibus, & articulis, quorum gravamen per diffinitivam reparari non valeat, qui ex Statuto ſub Rub. de Appellat. non recipiendis, lib. 6. poſiti colliguntur, nec in cauſis ſummam decem ducatorum non excedentibus, in aliis verò cauſis à decem ſupra in litis conteſtatione duntaxat peti poſſit, & hoc arbitrio Judicis. In diffinitivis autem vel interlocutoriis vim diffinitivæ habentibus ſententiis Judex cauſas hujuſmodi in aſſettamentis proponere, aliis in contrarium loquentibus Statutis non attentis omnino teneatur. *Aſſettamenti votum quando peti poſſit. Vide capi 76. lib. 1.*

§. 6. Et propterea quod ſi unum ex Judicibus Curiæ hujuſmodi abeſſe, vel ægrotare, aut ſuſpectum jurari contigerit, aſſettamentum per tres reliquos præſentes Judices fieri poſſit, quorum unus in loco ægrotantis, vel abſentis Judicis ad tribunal pro interlocutoriis faciendis ſedeat, & ſuper incidentibus emergentibus, & dependent, uſque ad ſententiam diffinitivam excluſivè provideant, etiam perpetuò ſtatuimus, & ordinamus. *Aſſettamentum quomodo fiat, aliquo ex Judicibus abſente infirmo, vel recuſato. Vide Stat. lib. 1. c. iii 12.*

§. 7. Necnon Senatorem, Conſervatores, Populum, & Curiam præfatos ad antiquàm eorum juriſdictionem, ut præmittitur reſtitutos, & plenariè reintegratos eſſe, Ac præſen. & in eis contenta quæcunque valida, & efficacia fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & inviolabiliter obſervari debere, nec de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ defectu, quovis quæſito colore, prætextu, vel ingenio, nullatenùs notari, vel impugnari, nec per Nos, vel Sedem Apoſtolicam ullo unquam tempore revocari, aut aliàs illis derogari poſſe. Et ſi ac quoties illa revocari aut aliàs illis derogari contigerit, toties in priſtinum ſtatum reſtitui, & novo etiam ſub poſteriori data per ipſos Senatores, & Conſervatores eligenda, conceſſa, & ſtabilita eſſe. *Executorum deputatio.*

§. 8. Et ſic per quoſcunque Judices, & Commiſſarios etiam S. R. E. Cardinales, &c. ſublata eis quavis aliter interpretandi &c. facultate judicari, & deffiniri debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritam, & inane decernimus. *Decretum irritans.*

§. 9. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Statutis &c. etiam Palatii Apoſtolici Curiarumque Urbis ſtylis, necnon privilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis quibuſvis Romanæ Curiæ Tribunalis, Curiis, Magiſtratibus Judicib. & aliis perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & Formis, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis etiam Motu ſimili, etiam conſiſtorialiter conceſſis &c. quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hac latiſſimè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque, cum clauſulis opportunis. *Clauſula derogatoria.*

Placet Motu proprio I.

§. 10. Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum &c. Et cum approbatione, confirmatione, invocatione, conceſſione, indulto, reſtitutione, repoſitione, reintegratione, revocatione, caſſatione, annullatione, ſtatuto, ordinatione, decreto, & derogatione præmiſſis, ut ſupra perpetuò. Et quòd ſola præſen. ſufficiat. Signatura, & ubique etiam in Jud. fidem faciat, regula contraria non obſtante, ſeu ſi videbitur litteræ deſuper per Breve Noſtrum, etiam cum litterarum Prędeceſſorum prædictorum, & inde ſequutorum tenorum aliorumque neceſſariorum majori, & veriori expreſſione expediri poſſint. *Pp ſub el. repetitio.*

§. 11. Et quòd ad obligatione in forma Cameræ ſervatur forma ipſius obligationis ut ſi ſit *Lim prim. for. in trib. caſibus.*

in

Alius vide lib. 1. Stat. c. 41.

in poteſtate Actoris, vel Creditoris convenire Debitorum ſuum Romanum, vel incolam laicum, non ſolum coram Regente, vel Auditore Cameræ ipſarum obligationum Judice ordinario, ſed etiam in Curia Capitolii. Quo ad reliquas verò cauſas civiles, non tamen Fiſcales, poſſit Reus Romanus vel incola declinare quodcunque aliud forum, & petere ſe remitti ad Curiam Capitoli, niſi alterius Judicis juriſdictionem prorogaverit, aut in eum tacitè vel expreſſè conſenſerit, & aliter factæ reaſſumptiones vel inhibitiones per dictam Curiam Capitolii nullius ſint roboris vel momenti.

Sequitur declaratio dictæ Conſtitutionis, reſpectu Juriſdictionis Gubernatoris Urbis.

PIUS PAPA IV.

Motu proprio &c.

Cauſa conſtitutionis.

NE per præinſertum Motum proprium aliquod præjudicium bono, & pacifico regimini almæ Urbis noſtræ, quòd in præſentiarum venerabili fratri Hieronymo Epiſc. Sagonenſi per Nos commiſſum extitit, inſeratur.

Præſervatio juriſdictionis Gubernatoris.

§. 1. Decernimus & declaramus intentionis Noſtræ minimè fuiſſe, nec eſſe, quòd per Signaturam præinſerti Motus proprii prædicti in aliquo juriſdictioni & facultatibus ejuſdem moderni, ac pro tempore exiſtentis Gubernatoris, præſentium circa Banimentorum editiones, ac cognitiones cauſarum criminalium, Mercedum, & Pauperum, vel aliàs miſerabilium Perſonarum, ac aliàs quaſcunque cauſas ſibi, aut aliis Gubernatoribus, & ejus officio per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros tam contra Cives Romanos, quàm alios quoſcunque quomodolibet conceſſis in omnibus, & omnia, perinde, ac ſi dictus præinſertus Motus proprius minimè ſignatus, nec à Nobis emanatus fuiſſet, minimè præjudicetur, nec præjudicatum eſſe intelligatur. Et ſic per quoſcunque &c. Sublata, &c. Irritum quoque &c. ſolamque præſentis Motus proprii noſtri Signaturam in judicio, & extra ſufficere, ac fidem facere regula contrario non obſtante, ſimiliter decernimus, & declaramus.

Quibuſcunque non obſtantibus.

§. 2. Præinſerto Motu proprio, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque privilegiorum, & facultatum eidem, ac pro tempore exiſtenti Gubernatori, & ejus officio conceſſis, & tenoribus, &c. pro plenè, ſufficienter expreſſis habentes, & quæ, & quas per præſentes innovamus.

Juriſdictio, & facultates Vicarii Summi Pontificis in Urbe, & ejus diſtricta.

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Edita An. D. 1542.

Venerabili Fratri Philippo Epiſcopo Bargi S. Sepulchri, in noſtra Urbe, & ejus Suburbiis, & diſtrictu noſtro in ſpiritualibus Vicario, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

LIcèt Eccleſiarum omnium univerſalis cura, & populi Chriſtiani regimen, ad vigilantiam Nos inducat, Romana tamen Urbs inclyta, quam caput Orbis Divina clementia ſtabilivit, mentem noſtram ſollicitat, ut de ipſius Eccleſiarum ſtatu proſpero, & ſalubri attentiùs & diligentiùs ita procuremus, ut ſpiritualiter, & temporaliter felicioribus ſucceſſibus congruum ſuſcipiant incrementum.

Deputatio Vicarii cum facultatibus,

§. 1. De tua ergo laudabili vita, morum, gravitate, probata fide, & circumſpectione aliiſque virtutum donis, quibus perſonam tuam etiam familiari experientia præditam eſſe jam dudum, etiam in magnis Almæ Urbis noſtræ gubernio, ac fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe negociis; & arduis cauſis tibi commiſſis percipimus, firmam in Domino ſpem gerentes, & ſperantes, quòd ea, quæ tibi committenda duxerimus, prudenter, & fideliter exequeris, Motu proprio non ad tuam, vel alterius pro te Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia, Te, qui etiam Cappellanus, Prælatus domeſticus, in utraque Signatura Referendarius noſter, ac ad eandem Baſilicam per Nos deputatus exiſtentis necnon unum ex officiis ſcriptoriæ litterarum Apoſtolicarum ex indulto Apoſtolico obtines, in præfata Urbe, ejuſque Suburbiis, & diſtrictu Vicarium noſtrum in ſpiritualibus quamdiù vixeris, cum honoribus, oneribus, redditibus & emolumentis conſuetis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium conſtituimus, & deputamus.

Monaſteria & Religioſos viſitandi, & coercendi.

§. 2. Tibique omnia, & ſingula, Eccleſias, Monaſteria, etiam Monialium, & alia loca Eccleſiaſtica Sæcularia, & Regularia Ordinum quorumcunque Urbis, & ejus diſtrictus, & Religioſos quoſcumque utriuſque ſexus in illis commorantes, & ad dictam Urbem confluentes pro tempore, ac etiam Eccleſias S. Anaſtaſii, S. Sebaſtiani, S. Pauli, & ad tres Fontes, S. Agnetis, S. Laurentii, & S. Sabbæ, ac alia Monaſteria quæcunque exempta, & non exempta, eorumque perſonas viſitandi, ac in capite, & membris reformandi, necnon earum, & cujuſlibet ipſarum exceſſus & crimina mulctandi, corrigendi, & puniendi, prout ſecundùm Deum videris expedire. Necnon ædificia quæ in Eccleſiis per te viſitandis videbis ruinis ſuppoſita, auctoritate propria demoliendi, & demoliri faciendi, & Rectores ad Eccleſiarum reparationem per fructuum ſubtractionem, vel aliàs prout tibi videbitur cogendi, mulctaſque ipſas prout etiam Tibi videbitur moderandi, & Cameræ Apoſtolicæ applicandi.

Cauſas 60. flor. & mercedum ſummariè, & alias juxta ſtylum curiæ, & commiſſarias juxta commiſſiones cognoſcendi.

§. 3. Ac cauſas civiles, & ordinarias, eas videlicet, in quibus non agitur de majori ſumma redditus ſexaginta florenorum auri de Camera, aut illius ſummæ valoris, æſtimationem communem non excedente, etiam de locatione & evacuatione, ac penſione, reſponſione, & devolutione Caſalium, prædiorum, & domorum, ac ratione vinearum, & mercedibus, etiam cujuſcunque ſummæ, & valoris exiſtant, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, cum aliquali petitione verbali, apud acta tamen redacta, ſeu per viam monitorii, nullis terminis ſervatis, etiam, quîde ſtylo, ſeu ordinatione d. Pal. Apoſtolici ſervari ſoliti ſunt; Aliàs verò more ſolito, & juxta ſtylum & conſuetudinem Curiæ officii Vicariatus hujuſmodi, ac aliàs commiſſas juxta illiorum commiſſionum tenores, & formas, ac etiam crim. per Te, vel per Te pro tempore deputatum aud. audiendi, decidendi, & fine debito terminandi.

Appellationes quinque ducatis infra reiiciendi.

§. 4. Hoc etiam adjecto ad lites abbreviandum & Partes à laboribus, & expenſis relevandum, quod à proceſſibus, & ſententiis à quinque ducatis infra, auditis, & intellectis Partibus, & cujuſlibet ipſarum juribus, in principali negocio, non poſſit per aliquem quomodolibet appellari, ſeu de nullitate dici, & appellatione, nullitate prædictis, ac omnibus aliis inde ſecutis non obſtantibus, ſervatis, aliis ſervandis, ad executionem dictarum ſententiarum liberè procedere poſſis.

Cauſas miſerabilium & aliàs nō exceden. duc. 60 ſummarie cognoſcendi.

§. 5. Necnon omnes, & ſingulas cauſas alimentorum, & aliàs miſerabilium perſonarum, ac etiam aliorum quorumcunque quæ non excedunt ſummam 60. ducat. auri de Camera ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, manu regia, ſine confectione regiſtri ſicut tibi viſum fuerit, cognoſcendi, judicandi, & fine debito terminandi.

Moratoria in eis denegandi.

§. 6. Dilationes moratorias quaſcunque etiam quin

Digitized by Google

quinquennales, in cauſis, mercedum, & alimentorum, cenſuum, penſionum, reſponſiouum, & in cauſis miſerabilium Perſonarum, Viduarum, Pupillorum, Eccleſiarum, & piorum locorum, ac obligatiooem juratoriarum reiiciendi, & illis rejectis (niſi cauſa cognita conceſſæ fuerint, aut aliter à Nobis motu proprio, & ex certa ſcientia reſcriptum fuerit) Debitores ad ſolvendum remediis opportunis, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas vel via executiva, prout Tibi videbitur, compellendi.

Carceres viſitandi. §. 7. Carceres quoque viſitandi votum dandi, ac de Carceratorom liberatione vel condemnatione ad pecuniarum ſolutionem, cum cæteris Viſitantibus ſtatuendi, & ordinandi.

Judæorum cauſas, & alias judicandi. §. 8. Judæos omnes etiam uſurarios, bancharios, quoſcumque Clericos, & Beneficiatos Urbis, ac ejus diſtrictus, Religioſos etiam Mendicantes, ac Regulares omnes utriuſque ſexus, Fraternitates etiam Laicorum, Hoſpitalioras, omneſque in Eccleſiis, & Monaſteriis Beneficiatos, ac Deſervientes, eorumque omnium res & bona judicandi, & tam civiliter, quàm criminaliter cogandi, & puniendi.

Uſurarias, & alias cauſas judicandi. §. 9. Uſurarum exceſſus, etiam dictis Judæis toleratos, ad honeſtiſſimum modum reducendi, Matrimoniorum cauſas, omneſque alias, quæ de jure ad Vicarium noſtrum dignoſcuntur pertinere, audiendi, & fine debito terminandi.

Synodum congregandi. §. 10 Synodum in Romano Clero per correctione malorum morum, & pro neceſſitate, juxta temporum opportunitates, in Clero occurrentes, ubi, & quando libuerit celebrandi, & congregandi; Statuta, & ordinationes, ſeù conſtitutiones pro tempore obſervanda edendi.

Ordines conferendi. §. 11. Necnon per Te, vel aliquem catholicum Antiſtitem gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, quem ad hoc, cum opus fuerit, duxeris eligendum, & deputandum, ordines conferendi temporibus à jure ſtatutis, ac alia Eccleſiaſtica ſacramenta.

Eccleſias conſecrandi. §. 12. Eccleſias Urbis, ac illius diſtrictus, prædictorum, illorumque Cæmeteria conſecrandi, ac polluta (Aqua tamen prius per Te, vel eorumdem, vel alium Antiſtitem, ſimiles communionem, & gratiam habentes, benedicta) reconciliandi.

Feſtivis diebus vetita exercitia puniendi. §. 13. Ac eos qui feſtivis diebus vetita à jure exercitia fecerint, compeſcendi, & puniendi.

Blaſphematores, & alios coercendi. §. 14. Blaſphematores, Uſuratios, Judæos, Perjuros, & quoſcunque alios committentes crimen, quòd ad Eccleſiaſticum forum, & ad Curiam, & juriſdictionem Vicarii noſtri, etiam juxta facultates Tibi, & Prædeceſſoribus tuis conceſſas, ſimpliciter, vel mixtim de jure, vel conſuetudine, ſeù ſtatuto pertineat, non obſtantibus quibuſcunque ſignificationibus ab aliis Judicibus factis, ſeù faciendis, cognoſcendi, & puniendi.

Pœnas piis operibus applicandi. §. 15. Ac tam pro vaſis, veſtibus, tunicellis, planetis, & ſimilibus, quæ de neceſſitate ad divinum honorem requirentur, tam pro ordinibus ſacris celebrandis, quàm pro ſuſtentatione Epiſcopi ordinantis, Miniſtrorumque ejus, ac Notariorum, qui, ut accipimus pro ſigillo nihil accipiunt, ſaltem pro meris laboribus perſolvendis, & aliis, quæ de neceſſitate ad curam, & regimen tui officii fieri debere videbuntur, de pœnis in dicta Curia diſponendi.

Cætera ad officium ſpectantia exequendi. §. 16. Omniaque alia, & ſingula faciendi, gerendi, diſponendi, ordinandi, mandandi, & exequendi, quæ ad hujuſmodi Vicariatus officium de jure, vel conſuetudine, aut aliàs quomodolibet pertinere dignoſcuntur, & quæ omnes alii Vicarii Urbis de jure, conſuetudine, vel privilegio facere, dicere & ordinare potuerunt.

Inobedientes coercendi. §. 17. Necnon Contradictores, & facultati, poteſtatique tuæ hujuſmodi contravenientes, & illam perturbantes, ac rebelles quoſcunque quavis auctoritate fungentes, per Eccleſiaſticas, & alias pecuniarias pœnas tuo arbitrio infligendas, & moderandas, etiam per repræſalia, ubi, & quando opus fuerit correctionemque perſonalem, juris remedio opportuno appellatione poſtpoſita compeſcendo, plenam, liberam, & omnimodam auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, facultatem concedimus.

Cauſæ civiles, & criminales huc judicatas cognoſcendi. §. 18. Et inſuper, quia ut accepimus, hujuſmodi Vicariatus officii vigore Vicario pro tempore exiſtenti, tam in Civilibus, quàm in Criminalibus, Clericorum Urbis, & ejus diſtrictus matrimoniorum ſpiritualium, illorumque connexorum, Judæorum quoque, ac Hoſpitalium, & Hoſpitalariorum, necnon Confraternitatum laicorum quorumcunque ac Collegiorum Eccleſiaſticorum, & aliorum quorumvis, etiam forenſium, ac quorumcunque in quibuscunque Eccleſiis, Monaſteriis, & Cappellis Urbis prædictæ deſervientium, & reſidentium, locorum piorum, & religioſorum quorumcunq; utriuſque ſexus, Fratrum, Monachorum etiam Mendicantium quoruncumque, tam in dicta Urbe commorantium, quàm ad illam pro tempore confluentium cauſis, juriſdictio attributa fuerit; Nihilominus ſuper præmiſſis, ſeù aliquibus eorum per Gubernatorem, necnon Senatorem Urbis, ac Auditorem Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generalem, Conſervatores Cameræ Urbis, & diverſos alios Judices, & Officiales pro tempore exiſtentes, dicto Vicariatus officium pro tempore obtinentes, quàm ſæpè nonnullarum, ut ipſi aſſerunt, per Sedem Apoſtolicam eis conceſſarum litterarum prætextu, perturbari, & impediri contingit, & aliquas ex hujuſmodi cauſis ad ſe appropriare nituntur, in gravem d. Vicariatus officii jacturam, ac damnum, Nos iis occurrere, & obviare, ac dicti Vicariatus officii indemnitati providere volentes, Motu ſimili in præmiſſis, etiam activè, & paſſivè, Tibi, & pro tempore exiſtenti Vicario juriſdictionem hujuſmodi hactenus ſemper competiiſſe, & competere.

Alienationum, & permutationum ad bonis Eccleſiaſticis. §. 19. Ac Te in ſingulis venditionis, permutationis, & alienationis rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum cauſis, etiam per ſupplicationem Apoſtolicam commiſſis, & committendis, tam in Urbe, quàm illius diſtrictu prædictis, Judicem, & Executorem quamdiù vixeris, fore, & eſſe, Ac venditiones, permutationes, & alienationes hujuſmodi, ſine cognitione, & approbatione tua pro tempore factas, minimè valere decernimus, & declaramus.

Vicarius in his cauſis Judex eſt ordinarius. §. 20. Ac pro potiori cautela Te, Succeſſoreſque tuos in dicti Vicariatus officio Vicarios, in præmiſſis cauſis, & circa præmiſſa competentem Judicem quamdiù vixeris, ut præfertur, conſtituimus, & deputamus. Et in eventum in quem par Nos, vel Sedem prædictam hujuſmodi tua juriſdictione in præmiſſis per præoccupationem, vel alias, Tibi diminuta, & abdicata, ac illa præfatis Gubernatori, aut Senatori, vel Auditori, Conſervatoribus, & quibuſcunque aliis Judicibus, & Officialibus, quamcunque auctoritate fungen. attributa fuiſſet, ex nunc illam Motu ſimili reſtituimus, & plenariè reintegramus; Ac omnes, & ſingulos proceſſus, & ſententias, quos & quas in Gubernatorem, vel Senatorem, ſeù Auditorem, & Conſervatores, ſeù quoſcunque Judices, & Officiales Præfatos in præjudicium attributæ, & conceſſæ tibi juriſdictionis prædictæ haberi, vel promulgari contigerit, nullos, & nullas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, & eſſe; Actes, & perſonas ſub tua, & tui Vicariatus officii juriſdictione conſtitutas, alicui alteri Judici quacunque auctoritate, etiam Cardinalatus honore fungenti ex quacunque occaſione, cauſa, vel contractu ſub quavis forma celebrato, minimè ſubeſſe, nec ſubiici poſſe. Et ita per quoſcunque Judices etiam cauſarum dicti Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales interpretari, ſententiari, & declarari debere, ſublata eis, & cuilibet

ipſo-

Digitized by Google

Ipſorum quavis aliter interpretandi, ſententiandi, & judicandi facultate, & auctoritate: ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane eodem motu, & ſcientia decernimus, & ſtatuimus per præſentes.

Quibus nõ obſtantib. §. 21. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſvis privilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis ſuper præmiſſis in præjudicium dictæ, ut præmittitur per Nos tibi attributæ juriſdictionis, aut coercitionis eiſdem Gubernatori, Senatori, Auditori, Conſervatoribus, & aliis Judicibus, & Officialibus præfatis, ac quibuſcunque aliis perſonis, ſub juriſdictione Vicariatus hujuſmodi exiſtentibus in genere, vel in ſpecie, ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, per Nos, aut Prædeceſſores noſtros, & Sedem præfatam conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumq; totis tenoribus, pro illorum ſufficienti derogatione ſpecifica, & expreſſa, ac individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, ſed de verbo ad verbum habenda mentio foret, eorum tenores pro ſufficienter expreſſis habentes, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſè, motu ſimili, derogamus, & aliis præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque; Aut ſi aliquibus Perſonis aut Eccleſiis, Monaſteriis, vel Ordinibus, aut quibuſvis aliis à prædicta ſit Sede indultum, quod capi, detineri, & interdici, ſuſpendi, & excommunicari, aut viſitari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, & noſtra propria manu non fuerint ſubſcripta, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoris de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, quæ quoad præmiſſa, cuiquam nolumus aliquatenus ſuffragari, irritum quoque, & inane quicquid contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum attentari contigerit, decernentes.

Filiiq; omnes in prædictis obediant. §. 22. Et ut officium prædictum meliùs, & liberiùs proſequi valeas, mandamus omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, quatenus Tibi in exequendis iis, quæ ad officium tuum prædictum pertinere dignoſcuntur, omnibus poſſibilibus auxiliis, conſiliis, ac favoribus opportunis aſſiſtant, Tibique pariter obediant prout Nobis.

Juſſio officii ſolicitè adminiſtr. §. 23. Quocirca Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, quatenus officium Vicariatus hujuſmodi devotè ſuſcipiens, illud ſic prudenter, ſollicitè, & fideliter exequaris, quod exinde optati fructus proveniant, quos ſperamus, Tuque præter æternæ retributionis præmium, noſtram, & dictæ Sedis benedictionem, & gratiam uberius conſequi merearis.

Dat. R. A. die 3. Novemb. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1542. die tertia Novembris, Pontificatus Anno nono.

Juriſdictio, & facultates declaratæ Judicum Baſilicarum, & locorum Piorum.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

QUamvis Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri eorum motu proprio, certaque ſcientia, ac matura deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſerint S. R. E. Cardinalibus Archipresbyteris Eccleſiarum, ſeù Baſilicarum S. Joannis in Laterano, S. Petri, & S. Mariæ Majoris de Urbe, facultatem per ſeipſos, tuoſque Vicarios, & Judices cognoſcendi, & terminandi, & omnes & ſingulas cauſas, ac lites, tam activè, quàm paſſivè motas, & movendas inter ipſas Baſilicas, eorumq; Capitula, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, Capellanos, alioſque eis inſervientes ex una, ne à ſervitio Baſilicarum hujuſmodi retraherentur, quoſque alios, ex altera partibus privativè quoad Vicarium, alioſque Judices Urbis, etiamſi ageretur de obligationibus Cameralibus, & aliàs, prout in eorum litteris, & motibus propriis uberiùs continetur: Nihilominus, quia, ut accepetamus, prætextu prædictarum facultatum, ac privilegiorum in eis contentorum, ipſiſque Baſilicis, ac illis Inſervientibus conceſſorum quidam abuſus, etiam tempore Prædeceſſorum noſtrorum irrepſerant, in aliorum Tribunalium, & Collitigantium præjudicium; Idcirco Congregatio Prælatorum aliàs Nobis ſuper inhibitionibus; & non gravetur, curſum Juſtitiæ impedientibus; deputatorum, ad tollendos, & evitandos eoſdem, alioſque abuſus, decrevit, quòd iiſdem Cardinales prædictarum Baſilicarum Archipresbyteri, eorumque Vicarii non concederent inhibitiones generales, ſed particulares tantummodo, citata Parte, & juxta terminos earundem facultatum, & privilegiorum dumtaxat, & aliàs conceſſæ non ſervarentur, libereque eis non obſtantibus, fieri poſſet executio, quodque Emphiteutæ, Inquilini, Coloni, Affictuarii, & Conductores non gauderent privilegiis prædictis, niſi quando ageretur de intereſſe Eccleſiæ, & Eccleſia eſſet in cauſa. Cumque poſtmodum, experientia rerum magiſtra compertum fuerit, Nobiſque etiam pluries, occaſione Signaturæ Gratiæ innotuerit, ex obſervantia facultatum, & privilegiorum prædictorum alia Urbis Tribunalia impediri, ac Collitigantibus detrimentum fieri, quando non agitur de bonis, juribus, ſeu redditibus ipſarum Baſilicarum, vel quando Canonici, Beneficiati, Clerici, Capellani, aut alii eiſdem Baſilicis Inſervientes, ſunt actores. Propterea volentes juſtitiam æqua lance omnibus miniſtrari, motu proprio, certaque ſcientia, ac matura deliberatione noſtri, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra Conſtitutione perpetua, nedum Decreta prædictæ Congregationis confirmamus, & approbamus, ſupplentes omnes, & ſingulos defectus etiam ſubſtantiales, ſi qui in eis quomodolibet intervenerint, ſeù interveniſſe dici poſſit. Sed etiam ſtatuimus, & ordinamus, quod quando agitur de bonis, juribus, ſeù de exigendis redditibus ipſarum Baſilicarum, ſivè Præbendarum, Capellaniarium, Beneficiorum, Adminiſtrationum, Officiorum, ſeù onerum in prædictis Baſilicis exiſtentium, tunc activè & paſſivè agendum ſit coram eiſdem Cardinalibus Archipresbyteris, ſive eorum Vicariis, vel Judicibus per eoſdem, Cardinales deputatis, & pro tempore deputandis: quando autem agitur de aliis bonis, rebus, vel juribus quibuſcunque, tunc ſi Canonici, Beneficiati, Clerici, Capellani, aliique ipſis Baſilicis inſervientes, erunt rei, pariter conveniri, debeant coram eiſdem Cardinalibus Archipresbyteris, ſeù eorum Vicariis, vel Judicibus prædictis, etiamſi convenirentur vigore obligationis Cameralis: ſi verò fuerint actores, tunc prædictis privilegiis non gaudeant, nec poſſint Reos ad forum Cardinalium Archipresbyterorum quoquomodo trahere. Ac inſuper, quia ex facultatibus etiam motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtate paribus, quacunque de cauſa quantumlibet favorabili, & pia, ac aliàs quomodolibet conceſſis ejuſdem S. R. E. Cardinalibus Monaſteriorum Monialium, Eccleſiarum etiam Collegiatarum, Collegiorum, Hoſpitalium Confraternitatum, Archiconfraternitatum, ſeu quorumcumque aliorum locorum Piorum de urbe, illorumque bonorum,

norum,

norum, rerum, & perſonarum quacumque apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protrctoribus, ſivè ipſarum Eccleſiarum Titularibus ſimilia impedimenta, damna, & præjudicia naſci, & emergero nedum accepimus, ſed etiam comperimus, propreteà præfatas ordinationes, & ſtaruta quoad facultares dictorum Cardinalium Archipresbyterorum, ut præmittitur, factas, & ſacta, in futurum etiam quoad Prædictos Cardinales, Protectores, & Monaſteria Monialium, Eccleſias, etiam Collegiatss, Collegia, Hoſpitalia, Confraternitates, Archiconfraternitates, aliaque loca pia de Urbe prædicta, eorumque bona, res, & perſonas quaslibet ipſis Cardinalibus tam rationa protectionis, quàm rarioue tituli ac alias quovis nomine nunc, & pro tempore per Nos, & Romanos Poutifices, eriam Succeſſores noſtros commiſſas, & commiſſa, perpetuò in omnibus, & per omnia invioiabilirer obſervari volumus, & mandamus. Præſentes quoque litreras, ac omnia, & ſinguia in eis contrnta, etiamſi Cardinales Archipresbyteri, & Protectores, aliæque perſonæ prædictæ, & ceteri quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, aut habere quomodoliber prærendentes, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, cirati, & auditi, minuſque cauſæ propter quas præſantes emanarunt, adductæ, aut ſufficienter, vel eriam nullatenus juſtificatæ fuerint, nullo unquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invalidiratis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, in excogitato, & ſubſtanriali, ſivè etiam ex eo, quod in præmiſſis, ſeu eoram aliqua ſolemnirates, & quævis alia ſervanda, & adimpienda, ſervara, & adimpleta non fuerint aut ex quovis alio capite à Jure, vel facto, aut ſtatuto, vel conſuetudine aliqua reſultante, ſeu etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſioni aut quocunque alio colore, etiam io corpore Juriscìauſo, ſeu occaſione, vel clauſa etiam quantumvis juxra ratiooabili, & privilegiata, & tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſariò exprimenda foret, aut quòd de voluntate noſtra hujuſmodi, & aliis ſuperiùs expreſſis, ſeù relatis, nihil ullibi appareret, ſeu aliter probari poſſet notari, impugnari, invalidari, retractari, in juris vel controverſiam revocari, aur ad terminos juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum aperitionis oris, reductionis ad viam, & rerminos juris, aur aliud quodcumque juris, facti, grariæ, vel juſtitiæ remedium impetrari, ſeu quomodolibet concedi aut impetrato, vel conceſſo quempiam uti, ſeu ſe jurare in judicio, vel extra poſſe, neque ipſas præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus pro tempore quomodolibet faciendis, compræhendi, ſed ſemper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac per omnes, & ſingulos, ad quos ſpectat, & quomodolibet ſpectabit inviolabiliter obſervari, ſicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac prædictos, alioſque S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quavis auctoritara, & poreſtate fungentes, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublara eis, & eorum quilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facuirare, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irrirum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, qoavis auctoritare ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſir, noſtra de jure quæſito non tollen. & quibuſvis aliis Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, ac piæ mem. Pii Papæ IV. etiam Prædeceſſoris noſtri, de Grariis, quaſecunque intereſse Cameræ Apoſtolicæ concernentibus, infra certum tunc expreſſum tempus in ea præſentandis, inſinuandis, & regiſtrandis, ac quibuſvis aliis conſtitutiooibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam, quarenus opus ſit, ipſarum Eccleſiarum, ſeu Baſilicarum, Monaſteriorum, Collegiorum, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, Hoſpitalium, & aliorum locorum piorum prædictorum, etiam jurameoto, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apoſtolicis ipſis Eccleſiis, ſeu Baſilicis, illarumque Cardinalibus Archipresbyteris, ſive eorum Vicariis, ac Monaſteriis, Collegiis, Confraternitatibus, Archiconfraternitatibus Hoſpiralibus, & aliis locis Piis præfatis, necnon eiſdem Cardiualibus Monaſteriorum, Eccleſiarum, aliorumque piorum locorum prædictorum Protectoribus, & aliis perſonis prædictis, ſub quibuſvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum omnium & ſingularum tenores, etiam majores, & veriores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 23. Decembris 1641. Pontificatus Noſtri Anno Decimonono.

Reformatio Tribunalis Auditoris Cauſarum Curiæ Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ.

PIUS EPISCOPUS — Edita an. D. 1562.

Servus Servorum Dei,

Ad perpetuam rei memoriam.

INter multiplices Paſtoralis officii noſtri curas, illas Nos potiſſimū urget, ut, proviſionis noſtræ miniſterio Romanæ Curiæ Tribunalia, juxtè, & ſalubriter dirigantur, ac ſubditis Noſtris, & aliis Chriſti Fidelibus cauſas, & negotia ſua in eis tractantibus, jus, & juſtitia æqua lance, & minoribus quàm fieri poterit diſpendiis, miniſtrentur. — Proemium

§. 1. Sanè cum Nos unà cum venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, generali Tribunalium, & officiorum ejuſdem Curiæ reformationi ſolerti ſtudio, ac vigilantia intenderemus, inter cætera reſpeximus ad antiquiſſimum, & nobiliſſimum Tribunal Noſtri, & Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditoris, qui non ſolum Romanæ Curiæ Judex ordinarius exiſtit, ſed in tota temporali Juriſdictione Noſtra, ac univerſis Chriſtiani Orbis Provinciis, & Regnis ex indulto diverſorum Rom. Pontificum prædeceſſorum Noſtrorum, in civilibus, & criminalibus, juriſdictionem exercet, animadvertimuſque in eodem Tribunali pro temporum incuria, & negotiorum multiplicitate nonnullos abuſus irrepſiſſe, ac non modica emendatione, & correctione opus eſſe. — Cauſa hujus refor.

§. 2. Et propterea ut tam Auditor, quàm ejus Locumtenentes, & Notarii intra juriſdictionis ſuæ fines ſe contineant, neque cauſas contra juris ordinem cum Rectorum, & Gubernatorum ejuſdem ditionis noſtræ, & aliorum Ordinariorum injuria ac Subditorum noſtrorum, & reliquorum Chriſti fidelium nimio diſpendio ad ſe trahant, aliaſque ut decet eorum officio ritè, & rectè fungantur providere volentes vocato, & audito venerabili fratre Noſtro Flavio Epiſc. Murao. moderno Noſtro, & dictæ Curiæ Auditore, & habita ſuper his cum eiſdem Cardinalibus deliberatione matura — Reformatio ſuper

de

Digitized by Google

de eorum conſilio, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus Auditor, ac Locumtenentes, ſeù Judices, & Notarii dictæ Curiæ pro tempore exiſtentes, ad infraſcriptorum capitulorum, & in eis contentorum quorumcumque plenariam obſervationem teneantur.

Monitoriis ſpecialib.

§. 3. Et in primis Auditor præfatus non decernat Monitoria ſpecialia in cauſis prophanis, etiam in terris Eccleſiæ ultra quadraginta milliaria ab Urbe, quando valor cauſæ non excedit ſummam centum florenorum.

Appellationib. admittendis vide Pii V. conſt. 113.

§. 4. Deinde non recipiat, nec admittat appellationes de partibus niſi cum clauſula expreſſa Quatenus à Sententia diffinitiva, vel vim diffinitivæ habente, appellatum ſit.

Monitoriis generalib.

§. 5. Succeſſivè in monitoriis generalibus reſervet facultatem, etiam Ordinario locis, abſolvendi incurrentes cenſuras in eis contentas.

Cedulonibus.

§. 6. Præterea non permittat affigi Cednlones cum picturis Demonum, & aliis ſimilibus.

Sequeſtris vid. etiam Bullã Pauli V.

§. 7. Item non decernat Sequeſtra, niſi juxta formam conſtitutionis felicis recordationis Clementis Papæ V. prædeceſſoris Noſtri, quæ incipit; Ad compeſcendas, prout ſervatur in Rota, & in illis ſemper apponatur clauſula, Proviſo quòd de fructibus ſequeſtratis cultus Divinus manuteneatur, ac Animarum cura exerceatur, & alia onera Beneficio incumbentia ſupportentur.

Monitoriis contra Epiſcopos, & eorum Superiore. Vide ibid.

§. 8. Porro non decernat contra Epiſcopos, & eorum ſuperiores monitoria ad perſonaliter comparendum, niſi prævia commiſſione ſignata manu Noſtra, aut pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, & pro decreto monitorii ad perſonaliter comparendum nihil percipiat.

Expenſis contumacialib. Inſtigatoris.

§. 9. Subſequenter expenſæ contumaciales reſtituatur Inſtigatori, ſi illas fecerit, & alioquin Notario cauſæ, ac aliis, qui in ea expeditione ſcripſerunt, ac eas gratia ad inſtantiam Fiſci conceſſerunt.

Remiſſoriis in cauſis criminalibus.

§. 10. Item non concedat Auditor in cauſis criminalibus remiſſoriam ad partes ad probandum delictum, vel fundandi Fiſci intentionem, ſed advocentur Teſtes ad Curiam, vel cauſa remittatur ad partes ubi delictum eſt commiſſum.

Litteris pro capiendis judiciis. Vide d. Bullam Pauli V.

§. 11. Nec concedat literas ad partes ad capienda indicia contra aliquem, niſi prius in Curia aliqualiter conſtiterit de delicto.

Examine Reorũ, & Teſtium.

§. 12. Præterea non permittat quòd Procurator Fiſci examinet Reos, ſed tantum examini intereſſe poſſit, ac Reus per Judicem examinetur, & idem ſervetur in Teſtibus, qui pro Reo examinabuntur, vel det interrogatoria in ſcriptis.

Reorum in carcere retentione.

§. 13. Deinde curet ne Rei ultra triduum retineantur in carceribus ſecretis antequam examinentur; niſi tamen natura cauſæ aliud ſuadeat.

Dilationibus Fiſci.

§. 14. Studeatque generaliter dilationes in Fiſci favorem abreviare, ne Rei diutius laboribus, & expenſis fatigentur.

Intereſſe Fiſci in cauſis Privatorum.

§. 15. Nec differat expeditionem cauſarum inter Privatos pendentium, licèt Procurator Fiſci proteſtetur, cauſam non expediri, niſi ipſo citato pro ejus intereſſe, niſi de eo incontinenti ſaltem ſummariè doceat.

Cauſis uſuræ contra Mercatoris.

§. 16. Nec inhibeat, aut retardet Mercatoribus creditorum ſuorum exactionum ad Fiſci inſtantiam, ſub prætextu uſurariæ pravitatis in eis commiſſæ, ſed procedatur ſeparatim in cauſa uſurarum ſine retardatione cauſæ civilis, juxta juris diſpoſitionem.

Appellationibus Fiſci.

§. 17. Minus etiam admittat appellationem Fiſci ab abſolutoria lata pro Reo, juxta laudabilem conſuetudinem hactenus in Curia ſervatam.

Invētariis de bonis Inquiſitorum.

§. 18. Item inquiſito Reo non fiat inventarium illius bonorum, niſi agatur de delicto, pro quo veniat imponenda pœna capitalis, vel confiſcationis bonorum, aut alia notabilis pœna, niſi detur idonea fidejuſſio de ſtando juri, & judicato ſolvendo. Quando autem inventarium conficiendum fuerit, non deſcribatur inventarium hujuſmodi in Regiſtro, ſed tantum moderata merces pro qualitate Rei à Notario accipiatur.

Sportulis Judicium. Vide dict. Bull. Pauli V.

§. 19. Et in cauſis ordinariis Auditor prædictus, ſeù ejus in civilibus Locumtenens non recipiar ſportulas, neque Notarius aliquid pro nota Sententiæ, ſed in cauſis Commiſſariis, & declaratoriis contumacialibus tantùm.

Notariorũ procura, & pacti.

§. 20. Inſuper caveat dictus Auditor, ne ſui Notarii, vel eorum Subſtituti ſint Procuratores cauſarum ejuſdem Tribunalis, aut paciſcantur de quota litis vel lucri, cum Procuratoribus, vel Sollicitatoribus, ſub pœna privationis, & infamiæ.

Decretiſq.

§. 21. Nec audeant Notarii ipſi facere ex ſe decreta etiam quantumvis ordinaria, & ſolita, ſed ſemper ad Judicem recurrant ſub pœna falſi, & privationis exercitii.

Contrahẽtium cognitione.

§. 22. Curentque etiam Notarii, ut cognoſcant Contrahentes ſaltem per depoſitionem unius ex Teſtibus in inſtrumento apponendis, ne fiat ſuppoſitio perſonarum.

Officiorũ arrendis.

§. 23. Item eorum officia arrenda non poſſint niſi perſonis per ipſum Auditorem approbatis.

Inhibitionibus vigore Eugenianæ, de qua vide in Eugen. IV.

§. 24. Præterea Auditor præfatus non concedat monitoria, vel inhibitiones, in vim conſtitutionis Eugenianæ, in favorem Curialium, niſi pro illis, qui ſaltem per annum in Curia continuè reſidentiam fecerint.

Terminis referendis.

§. 25. Et ſi contingat unum Notarium accipere terminum pro alio Notario ad referendum, teneatur ipſe accipiens per totam illam diem, qua acceperit, relationem facere.

Mandatis de manutenendo. Ad quod vide dict. Bul. Pii V. 113.

§. 26. Et inſuper Auditor præfatus non concedat mandata de manutenendo aliquem in poſſeſſione, in qua exiſtit, niſi conſtito ſaltem extrajudicialiter, eum accepiſſe & retinuiſſe verè, & actualiter, non autem verbaliter, & momento tantum, poſſeſſionem vacantem, & non cum ſpolio alterius.

Mandatis ſuſpicionis fugæ. Vide dict. Bull. Pii V. & Pauli V.

§. 27. Porrò non concedat mandatum de capiendo ratione ſuſpicionis fugæ, niſi conſtito ſibi ſaltem ſummariè, & extrajudicaliter de credito liquido, & de ſuſpicione fugæ ſaltem per juramentum ipſius Creditoris, & niſi facta ſolutione vel depoſito actuali per Actorem de expenſis capturæ, in eventum in quem illa indebitè facta detegatur.

Copiis dãdis ante torturam.

§. 28. Inſuper præfatus Auditor, ſeù ejus Locumtenens in criminalibus faciat ſemper dare copiam indiciorum Reo, vel Petentibus pro eo ante torturam, & pendente termino ad faciendas defenſiones, detur commoditas Carceratis libere loquendi cum eorum Advocatis, & Procuratoribus etiam ſemotis Arbitris, niſi tamen qualitas cauſæ aliud neceſſariò ſuadeat, quæ quidem indiciorum copiæ dentur Pauperibus gratis, & abſque aliqua pecuniarum exactione.

Regiſtris in cauſis ordinariis, civilibus.

§. 29. Præterea Notarii non conficiant regiſtra in cauſis ordinariis, nec commiſſariis non excedentibus valorem ducentorum florenorum, ac in ordinariis, ipſis regiſtris, & extractibus, quibuſcunque aliis eorum expeditionibus, teneantur ſervare taxas juxta reformationem in noviſſimo Concilio Lateranenſi editam.

Juriſdictione A.C.

§. 30. Tandem, ut tollantur controverſiæ inter Tribunalia dictæ Curiæ, & unicuique ſua juriſdictio ſervetur, declaramus executionem obligationis in forma Cameræ ad præfatum Aud. Cameræ privative ad alia tribunalia pertinere, præterquam in inſtrumentis dependentibus à cauſis, & actis in aliis Tribunalibus hujuſmodi geſtis, & ſine præjudicio Motus proprii per Nos in favorem Populi Romani editis.

Inhibitio & pœnæ in contravenientes.

§. 31. Diſtrictiùs inhibentes Auditori ſub indignationis noſtræ, & Locumtenentibus, ſivè Judicibus, ac Notariis prædictis, ſub excommuoicationis latæ ſententiæ, ac privationis officiorum ſuorum hujuſmodis aliis etiam gravioribus Noſtro & pro tempore exiſtentis Rom. Pontificis arbitrio

inſti-

Digitized by Google

inſligendis, & applicandis, nè de expeditionibus ac decretis & aliis ſibi per preſentes interdictis, ac contra prædictorum Capitulorum formam, & tenorem etiam quorumvis privilegiorum, indultorum, ac litterarum eis quomodolibet conceſſarum, vel alio quovis prætextu, ſe intromittere, aut illa immutare, vel alterare quoquomodo audeant, ſeù præſumant.

Clauſula ſub taxa &c.

§. 32. Decernentes quæcumque decreta, & acta ab eiſdem Auditore, Judicibus, & Notariis pro tempore contra præſentium formam, & tenorem quòd abſit emanata, & facta, nulla, & invalida, ac extorta, & ſubreptitia: nulliuſque roboris, vel momenti fore, & cenſeri, neminique propterea ſuffragari poſſe, vel debere, & ita per quoſcunque Judices, & Commiſſarios quovis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, ac cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores in quavis cauſa, inſtantia, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, & judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſula derogatoria.

§. 33. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & privilegiis quoque & indultis eidem Tribunali, ac illius Auditoratus officio, ac Auditori etiam in ejuſdem officii erectione, & inſtitutione, ac Judicibus, & Notariis ipſis, illorumque Collegio, etiam motu proprio conſiſtorialiter, ac de Fratrum eorundem conſilio, & aſſenſu, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, & alias quomodolibet, etiam per Nos conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpeciali, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque, &c. Aut aliquibus communiter, vel diviſim à Præfata ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis & litteris Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus quorumcunq; tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus præſentium impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum habenda eſſet in eidem litteris mentio ſpecialis.

Juſſio publicandi Bullam.

§. 34. Ut autem præſentes litteræ ad omnium notitiam deducantur, ac omnes quorum intereſt, vel intereſſe poterit, afficiant volumus, & mandamus illarum copiam in Palatii noſtri Apoſtolici, ac Domus, ſeù Curiæ præfati Auditoris valvis necnon acie Campi Floræ, affigi, & ibidem relicta earum copia aliquandiu detineri, ut iis quos litteræ ipſæ concernunt, ſeù concernent in futurum, quòd ad ipſorum notitiam non pervenerint, vel illas ignoverint, quo minus eos arctent perinde, ac ſi eis perſonaliter intimatæ forent nullam poſſint excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile, apud eos remanere incognitum quòd tàm patenter extiterit, publicatum.

Sanctio pœnalis.

§. 35. Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginam noſtrorum Statuti, ordinationis, declarationis, inhibitionis, decretis, derogationis voluntatis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

D. P. An. 3. die 2. Junii

Datum Romę apud Sanctum Marcum, A. Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, 4. Non. Junii Pont. noſtri An. 3.

Reformatio Tribunalis Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ unà cum Taxa expeditionum.

PIUS PAPA V.

Edita an. D. 1570.

Motu proprio, &c.

Proœmium

INter illa, quæ in ſingulis in Urbe Curiis, & Officiis emendanda, ſeù rectius diſponenda decrevimus, hęc de Curię cauſarum Cameræ Apoſtolicę generalis Auditoris officio, ac Tribunali ſeorſum ab univerſali reformatione, Apoſtolica auctoritate perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, quæ, & ab Auditore, & ab ejus Locumtenentibus, Curiæque ipſius Judicibus, & Notariis exactiſſimè ſervari præcipimus.

Debito ex confeſſione procuratoris non cōdemnetur.

§. 1. In primis, nè quiſquam ex confeſſione debiti à Procuratore ſuo ad id in ipſamet obligatione in poſterum conſtituto, in judicio vel alibi facta, condemnetur, niſi idem etiam Procurator ad defendendum in judicio fuerit conſtitutus, & ipſe cum conſtitueretur, defendendi onus hujuſmodi ſponte præſens acceptaverit.

Neque excommunicetur.

§. 2. Nevè quiſquam ratione ſui conſenſus in contractu, ſeu quaſi contractu, aut aliàs in judicio vel extra judicium per ſe vel alium quocunque modo, etiam in ſuſceptione, quàm vocant, cenſurarum, de cætero præſtiti, purè, aut ſub conditione, aut in diem cenſuris Eccleſiaſticis innodetur aut innodatus declaretur.

Procuratoris conſtitutio nec cēſurarum ſuſceptio in oblig. non apponatur.

§. 3. Quinimmò nec Procuratoris, ad confitendum debitum, conſtitutio, in ipſa debiti obligatione, niſi, & ad defendendum una conſtituatur, & ipſe defendendi onus acceptet, ut præfertur, nec cenſurarum conſenſus, aut ſuſceptio hujuſmodi uſquam recipiatur, vel admittatur, ſive etiam deſcribatur, neque de his quiſquam rogetur etiam in Cameralis obligationis formula ſive principaliter, ſive incidenter, neque judicium ullum, aut ulla executio inde fiat, aut decernatur.

Niſi de rebus Cameræ agatur.

§. 4. Excipimus autem ab his, quæ de confeſſione debiti, & Procuratoris, ad id conſtitutione, ſupra ſtatuimus, obligationes, quæ de rebus, ac juribus ad Cameram Apoſtolicā pertinentibus factæ jam ſunt, aut in poſterum fieri oportuerit, in quibus quo ad hujuſmodi confeſſionem, & conſtitutionem, liceat illud idem fieri quod hactenus eſt obſervatū.

Forma ſtrictioris obligationis, hic traditur.

§. 5. Quod ſi quando aliqui ſeipſos in Urbe efficaciùs obligare voluerint, ut in exactionibus laborandum non ſit, quas pro commodiori Hominum commercio faciles eſſe expedit; poterit Judex Parti præſentis, & ſe obliganti præcipere, ut die certa tunc ſtatuenda ſolvat; monens quod ſi ea die ſponte non ſolverit, nulla exinde facta perſonali citatione, ſed prævia tantum unica dilatione, quæ per affixionem locis conſuetis intimabitur, ad executionem contra ipſum procedet, & in ſubſidium, ubi executio realis, perſonaliſvè facile fieri non poterit, in ipſum tanquam contumacem contemptoremque ſui præcepti, excommunicationem decernet. Hæc tamen, quoad excommunicationem monitio, ubicunque facilis futura eſſet executio, non adhibeatur.

Obligatio in Curia quomodo citandi.

§. 6. Cùm autem præſcripta dies ceſſerit, ea diſtinctio ſervetur, ut ſi obligatio, vel in Urbe erit contracta, vel in Urbe ſit ſolvenda, ſola intimationis affixio prædicta ſufficiat.

Obligati extra Curiam ut citandi.

§. 7. Si verò extra Urbem, & obligatio contracta, & ſolutio deſtinata fuerit, non aliter ad executionem procedatur, niſi facta legitimè Debitori intimationis dilationis hujuſmodi. Rursùs ubi in obligatione extra Urbē facta, pariter ſolutione extra Urbem deſtinata fuerit, præter dictam dilationem, detur etiam alia, pro loci diſtantia, intra quàm docere poſſit, & debeat Debitor ſe voluiſſe,

§. 8.

Digitized by Google

Confitentes debitũ quam dilationem habere poſſint.

§. 8. Quòd ſi Parti petenti, ac debitum agnoſcenti, danda videbitur aliquando longior aliqua dilatio ad ſolvendum (intra quàm nullum omnino mandatum, aliudque executionis genus relaxari poterit) ea erit dierum triginta, aut ſaltem viginti, arb trio Judicis, qui pro Debitoris qualitate, & debiti ſumma, utrum voluerit de prædictis terminis eliget.

Dilatione finita mandatum antea relaxatum ſufficiat.

§. 9. Qua in re illud obſervetur, ut ſi fortè poſt decretum, & relaxatum, atq; etiam Actoria Notario traditum mandatum executivum, viſum fuerit Judici dilationem hanc concedere, non alio poſtea judicio, aut etiam mandato, opus ſit Actori, ſi Reus intra dilationem ipſam non ſolverit, ſed eodem illo, quod antea traditum, aut relaxatum, ſive decretum fuerat, executionem ſuam proſequatur.

Excommunicatio quando ſit danda contra Obligatos.

§. 10. Sed & in omnibus, quæ aliter quam cum ſupradictis præcepto, & monitione ubicunque locorum factæ fuerint, obligationibus, & aliàs ſemper illud omninò ſervetur, ut ad excommunicationem cujuſquam non deveniatur, niſi cujus fuerit erga Judicem contumacia, ipſo etiam, nec tantum Procuratore ſuo, quamvis ſpecialiter conſtituto, priùs legitimè citato.

Cauſa obligationis Cameralis ſint A.C. ſpẽctum niſi contra Romanos laicos in Capitolio.

§. 11. Verùm ſicuti antea, earum quæ informa Cameræ erant obligationum, ita & harum quę futuræ ſunt, pro illis judicium, ſive cognitio, & executio in Urbe ad Auditorem Cameræ ſolum ſpectet in univerſum, juxta ſuas facultates, Romanos tamen debitores laicos liceat Creditoribus etiam in Curia Capitolii convenire, juxta privilegia populo Romano conceſſa.

§. 12. Quo verò ad Clericos, ratione originis, vel Beneficii, Romanos, locus ſit præventioni inter ipſum Auditorem, & noſtrum in Urbe Vicarium.

Appellationes à Sententiis extra Curia latis, quando & quomodo recipi debeant.

§. 13. Cæterum idem Auditor appellationes non aliter audiat, ſivè admittat, quàm ſi exhibita fuerit Notario in actis ab Appellante fides publica, ſeu publicum inſtrumentum ſententiæ, à qua extitit appellatum, eaque ſit diffinitiva vel vim habeat diffinitivæ, neq; aliter eorum ratione inhibeat, quàm inſerto in litteris inhibitionis toto fidei, ſeù inſtrumenti hujuſmodi tenore. Quare Judices, à quibus appellari continget, eorumq; Notarii, fidem, ſeu inſtrumentum hujuſmodi Partibus petentibus, & debitam Notariis mercedem ſolventibus, tradent in tempore, alioquin Judices officio judicandi, Notarii exercitio Notariatus tamdiu ſuſpenſi ſint, donec Appellanti omnia damna, & intereſſe propterea paſſa, ab ipſo Auditores extra judicialiter æſtimanda, reſarciverint. Et nihilominus facta ab Appellante fide de ſua petitione, & Judicis, ſive Notarii derogatione, Idem Auditor inhibere, & in cauſa procedere poſſit.

Litteras Apoſtolicas quando, & quomodo exequi poſſit A. C.

§. 14. Litteras Apoſtolicas, quibus certus qui per ſe ipſum procedat, executor præſcriptus eſt, nullo modo exequatur, ſed & omnes præterea, in quarum executione Pars vocanda fuerit, non aliter exequatur, quàm ſervatis, pro rerum contingentia, conſtitutionibus fel. record. Bonifacii Papæ Octavi prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, niſi ipſis conſtitutionibus derogatum fuerit expreſsè in litteris, quæ fuerint exequendæ, ſed, & tunc, nè quamquam extra diœceſim ultra tot dietas evocet, quot in ipſis litteris expreſſum erit, nevè alii vices ſuas committat, vel ſubdeleget, quàm conſtitutis in dignitate Eccleſiaſtica, aut Cathedralium Eccleſiarum Canonicis, exceptis litteris Penſionum, quarum ſolutio in Romana Curia deſtinatur, & ab his omnibus, quibus ipſe nominatim executor præſcriptus fuerit, his enim caſibus poſſit ad ſe undecumque, & quocunque Parte evocare.

Monitoria generalia non dentur.

§. 15. Monitoria generalia, vulgò ſignificavit appellata, quæ ſcilicet, ut aliquid reveletur, ſeu reſtituatur, vel probetur, cum cenſuris Eccleſiaſticis publicari ſolent, nullo modo decernat, ſive expediat.

Litterar. Apoſtolicarum Pars Ultima.

Epiſcopi, & alii non impediantur in executione Concilii Tridentini.

§. 16. Similiter nihil ſive ſpeciali noſtra commiſſione decernat, aut faciat, aut mandet, quod Epiſcopos, aut alio locorum Ordinarios impedire poſſit, nè ad executionem decretorum ſacri Concilii Tridentini, correctionemque morum liberè procedant.

Expeditiones non dentur in his quæ nõ pertinent ad juriſdictionem.

§. 17. Ab omnibus autem, & ſingulis iis quæ ad ejus juriſdictionem ſecundum præmiſſa pertinere nolumus, uſq; adeo abſtineat; ut neque monitoria, neque citationes, neque inhibitiones, neque Sequeſtra, neque Mandata de manutenendo, neque aliud quicquam, quocunque ſub prætextu, ſuper iis, aut ipſe decernat, aut ab aliis decreta revocet, & pariter ejus Notarii nihil omnino expediant, aut etiam ſcribant, ſub pœna amiſſionis officii.

Nihil in contumaciam expediatur in cauſis civilibus.

§. 18. In cauſis verò ſui fori civilibus, etiam in quibus ſummariè, & ad inſtar Beneficialium procedendi ei conceſſa eſt facultas, nunquam omninò ad pœnas contumaciales deveniat, ſed potius, receptis probationibus ad negotium principale ſpectantibus, datoque competendi termino Parti abſenti, demum ſuper his ſervatis ſervandis diffinitivè pronunciet, etiam ſine litis conteſtatione.

Mandato de manutenẽdo nõ dẽtur parte non citata Sequeſtra etiam.

§. 19. Mandata de manutenendo, nunquam niſi parte legitimè citata, & compendioſa, ac ſummaria cauſæ cognitione adhibita, decernat.

§. 20. Idem, & in Sequeſtris ſervetur, niſi aliqua ratione timendum ſit, Judicis arbitrio, de ſuſpicione fugæ, vel bonorum dilapidatione.

Abſentes extra Italiã non citentur ad comparendum inſcio Papa.

§. 21. Nè autem contingat, ut abſentes, & in remotiſſimis ab Urbe partibus degentes, ſi ob prętenſum aliquod crimen moneantur ad perſonaliter comparendum: deinde inculpabiles reperit, maximam itineri incommoda, & diſpendia, nulla ſua culpa paſſi ſunt, neminem poſthac extra Italiam exiſtentem ad comparendum perſonaliter moneat, niſi facto verbo nobiſcum, de quo verbo habito fiat mentio in litteris monitoriis.

Expeditiones extra Curiã ſubſcribãtur ab A. C.

§. 22. Poſtremo Notarii nihil unquam cujuſvis generis ſcripturę ad judicium pertinentis quòd extra Curiam mittendum ſit, expediant, & Parti tradant, niſi cum ſubſcriptione Auditoris, vel ejus Locumtenentis.

Reformatiõ circa expenſ.

§. 23. Circa impenſas autem, quæ à Partibus, pro ſcripturis, & expeditionibus faciendę ſunt ultra ea, quæ in univerſum in omnibus Curiis obſervari volumus, infraſcripta ſpecialiter in eadem Curia Auditoris, etiam in cauſis pendentibus obſerventur.

Cauſæ ordinariæ, non efficiuntur commiſſariæ per ſuperveniẽtiam commiſſionum.

§. 24. In cauſis, quæ ordinariè ſecundùm Auditoris facultates in ejus Tribunali introductę fuerint, vel introduci potuerint, ſivè poſt cęptam cauſam ſuperveniat cõmiſſo, ſivè ante impetrata ſit, ſivè in prima, ſivè in ulteriori inſtantia, nulla in re augeat impenſam, ſed quoad hoc habeatur ſemper cauſa pro ordinaria, itaut etiam ratione ſententiæ, neque Notarii, neque judices, quicquam propterea accipiant, ultra id, quòd accipere potuiſſent, ſi commiſſio non adeſſet.

Sivè igitur adſit commiſſio, ſivè non, in cauſis ordinariè ad hunc forum pertinentibus exigatur ut infra, & non amplius.

Sit itaque pretium perfectæ expeditionis, Taxa, & aliis omnibus compræbenſis.

Taxe expeſtitionũ in cauſis civilibus Tribunalis A. C.

§. 25. PRO Monitorio ſpeciali ad partes jul. novem.

Pro Monitorio ſpeciali per edictum julior. duodecim.

Pro Monitorio in vim Bullæ Eugenianæ julior. duodecim.

Pro Eugeniana per edictum jul. quindecim.

Pro Monitorio in vim Bullæ Cœnæ Domini jul. duodecim.

Pro Citatione cum inhibitione, vigore appellationis extra Curiam, cum inſertione Inſtrumenti ſententiæ à qua appellatur jul. decem.

Pro Inſtrumento remiſſoriæ jul. novem.

inſligendis, & applicandis, nè de expeditionibus ac decretis & aliis ſibi per preſentes interdictis, ac contra prædictorum Capitulorum formam, & tenorem etiam quorumvis privllegiorum, indultorum, ac litterarum eis quomodolibet conceſſarum, vel alioquovis prætextu, ſe intromittere, aut illa immutare, vel alterare quoquomodo audeant, ſeù præſumant.

Clauſula ſub taxa &c.

§. 32. Decernentes quæcumque decreta, & acta ab eiſdem Auditore, Judicibus, & Notariis pro tempore contra præſentium formam, & tenorem quòd abſit emanata, & facta, nulla, & invalida, ac extorta, & ſubreptitia: nulliuſque roboris, vel momenti fore, & cenſeri, neminique propterea ſuffragari poſſe, vel debere, & Ita per quoſcunque Judices, & Commiſſarios quovis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, ac cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores in quavis cauſa, inſtantia, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, & judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſula derogatoria.

§. 33. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & privilegiis quoque & indultis eidem Tribunali, ac Illius Auditoratus officio, ac Auditori etiam in ejuſdem officll erectione, & inſtitutione, ac Judicibus, & Notariis ipſis, illorumque Collegio, etiam motu proprio conſiſtorialiter, ac de Fratrum eorundem conſilio, & aſſenſu, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, & alias quomodolibet, etiam per Nos conceſſis, approbatis, & Innovatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpeciali, ſpecifica, Individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque, &c. Aut aliquibus communiter, vel diviſim à Præfata ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis & litteris Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus quorumcunq; tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus præſentium impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum habenda eſſet in eidem litteris mentio ſpecialis.

Juſſio publicandi Bullam.

§. 34. Ut autem præſentes litteræ ad omnium notitiam deducantur, ac omnes quorum intereſt, vel intereſſe poterit, afficiant volumus, & mandamus illarum copiam in Palatii noſtri Apoſtolici, ac Domus, ſeù Curiæ præfati Auditoris valvis necnon acie Campi Floræ, affigi, & ibidem relicta earum copia aliquandiu detineri, ut iis quos litteræ ipſæ concernunt, ſeù concernent in futurum, quòd ad ipſorum notitiam non pervenerint, vel illas ignoverint, quo minus eos arctent perinde, ac ſi eis perſonaliter intimatæ forent nullam poſſint excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile, apud eos remanere incognitum quòd tàm patenter extiterit, publicatum.

Sanctio pœnalis.

§. 35. Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginam noſtrorum Statuti, ordinationis, declarationis, inhibitionis, decretis, derogationis voluntatis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

D. P. An. 3. die 2. Junii

Datum Romę apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexegeſimo ſecundo, 4. Non. Junii Pont. noſtri An. 3.

Reformatio Tribunalis Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ unà cum Taxa expeditionum.

PIUS PAPA V.

Edita An. D. 1570.

Motu proprio, &c.

Proœmium

INter illa, quæ in ſingulis in Urbe Curiis, & Officiis emendanda, ſeù rectius diſponenda decrevimus, hęc de Curię cauſarum Cameræ Apoſtolicę generalis Auditoris officio, ac Tribunali ſeorſum ab univerſali reformatione, Apoſtolica auctoritate perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, quæ, & ab Auditore, & ab ejus Locumtenentibus, Curiæque ipſius Judicibus, & Notariis exactiſſimè ſervari præcipimus.

Debito ex confeſſione procuratoris non cōdemnetur.

§. 1. In primis, nè quiſquam ex confeſſione debiti à Procuratore ſuo ad id in ipſamet obligatione in poſterum conſtituto, in judicio vel alibi facta, condemnetur, niſi idem etiam Procurator ad defendendum in judicio fuerit conſtitutus, & ipſe cum conſtitueretur, defendendi onus hujuſmodi ſponte præſens acceptaverit.

Neque excommunicetur.

§. 2. Nevè quiſquam ratione ſui conſenſus in contractu, ſeu quaſi contractu, aut aliàs in judicio vel extra judicium per ſe vel alium quocunque modo, etiam in ſuſceptione, quàm vocant, cenſurarum, de cætero præſtiti, purè, aut ſub conditione, aut in diem cenſuris Eccleſiaſticis innodetur aut innodatus declaretur.

Procuratoris conſtitutio aut cēſurarum ſuſceptio in oblig. non apponatur.

§. 3. Quinimmò nec Procuratoris, ad confitendum debitum, conſtitutio, in ipſa debiti obligatione, niſi, & ad defendendum una conſtituatur, & ipſe defendendi onus acceptet, ut præfertur, nec cenſurarum conſenſus, aut ſuſceptio hujuſmodi uſquam recipiatur, vel admittatur, ſive etiam deſcribatur, neque de his quiſquam rogetur etiam in Cameralis obligationis formula ſive principaliter, ſive incidenter, neque judicium ullum, aut ulla executio inde fiat, aut decernatur.

Niſi de rebus Cameræ agatur.

§. 4. Excipimus autem ab his, quæ de confeſſione debiti, & Procuratoris, ad id conſtitutione, ſupra ſtatuimus, obligationes, quæ de rebus, ac juribus ad Cameram Apoſtolicā pertinentibus factæ jam ſunt, aut in poſterum fieri oportuerit, in quibus quo ad hujuſmodi confeſſionem, & conſtitutionem, liceat illud idem fieri quod hactenus eſt obſervatū.

Forma ſtrictioris obligationis, hic traditur.

§. 5. Quod ſi quando aliqui ſeipſos in Urbe efficaciùs obligare voluerint, ut in exactionibus laborandum non ſit, quas pro commodiori Hominum commercio faciles eſſe expedit; poterit Judex Parti præſentis, & ſe obliganti præcipere, ut die certa tunc ſtatuenda ſolvat; monens quod ſi ea die ſponte non ſolverit, nulla exinde facta perſonali citatione, ſed prævia tantum unica dilatione, quæ per affixionem locis conſuetis intimabitur, ad executionem contra ipſum procedet, & in ſubſidium, ubi executio realis, perſonaliſvè facile fieri non poterit, in ipſum tanquam contumacem contemptoremque ſui præcepti, excommunicationem decernet. Hæc tamen, quoad excommunicationem monitio, ubicunque facilis futura eſſet executio, non adhibeatur.

Obligatio in Curia quomodo citandi.

§. 6. Cùm autem præſcripta dies ceſſerit, ea diſtinctio ſervetur, ut ſi obligatio, vel in Urbe erit contracta, vel in Urbe ſit ſolvenda, ſola intimationis affixio prædicta ſufficiat.

Obligati extra Curiam ut citandi.

§. 7. Si verò extra Urbem, & obligatio contracta, & ſolutio deſtinata fuerit, non aliter ad executionem procedatur, niſi facta legitimè Debitori intimationis dilationis hujuſmodi. Rurſùs ubi in obligatione extra Urbē facta, pariter ſolutione extra Urbem deſtinata fuerit, præter dictam dilationem, detur etiam alia, pro loci diſtantia, intra quàm docere poſſit, & debeat Debitor ſe voluiſſe,

§. 8.

Digitized by Google

Confitentes debitũ quam dilationem habere poſſint.

§. 8. Quòd ſi Parti petenti, ac debitum agnoſcenti, danda videbitur aliquando longior aliqua dilatio ad ſolvendum (intra quàm nullum omnino mandatum, aliudque executionis genus relaxari poterit) ea erit dierum triginta, aut ſaltem viginti, arbitrio Judicis, qui pro Debitoris qualitate, & debiti ſumma, utrum voluerit de prædictis terminis eliget.

Dilatione finita mandatum antea relaxatum ſufficiat.

§. 9. Qua in re illud obſervetur, ut ſi fortè poſt decretum, & relaxatum, atq; etiam Actoria Notario traditum mandatum executivum, viſum fuerit Judici dilationem hanc concedere, non alio poſtea judicio, aut etiam mandato, opus ſit Actori, ſi Reus intra dilationem ipſam non ſolverit, ſed eodem illo, quod antea traditum, aut relaxatum, ſive decretum fuerat, executionem ſuam proſequatur.

Excommunicatio quando ſit danda contra Obligatos.

§. 10. Sed & in omnibus, quæ aliter quam cum ſupradictis præcepto, & monitione ubicunque locorum factæ fuerint, obligationibus, & aliàs ſemper illud omninò ſervetur, ut ad excommunicationem cujuſquam non deveniatur, niſi cujus fuerit erga Judicem contumacia, ipſo etiam, nec tantùm Procuratore ſuo, quamvis ſpecialiter conſtituto, priùs legitimè citato.

Cauſa obligationis Cameralis ſint A. C. ſolùm niſi contra Romanos laicos in Capitolio.

§. 11. Verùm ſicuti antea, earum quæ in forma Cameræ erant obligationum, ita & harum quę futuræ ſunt, pro illis judicium, ſive cognitio, & executio in Urbe ad Auditorem Cameræ ſolum ſpectet in univerſum, juxta ſuas facultates, Romanos tamen debitores laicos liceat Creditoribus etiam in Curia Capitolii convenire, juxta privilegia populo Romano conceſſa.

§. 12. Quo verò ad Clericos, ratione originis, vel Beneficii, Romanos, locus ſit præventioni inter ipſum Auditorem, & noſtrum in Urbe Vicarium.

Appellationes à Sententiis extra Curiam latis, quando & quomodo recipi debeant.

§. 13. Cæterum idem Auditor appellationes non aliter audiat, ſivè admittat, quàm ſi exhibita fuerit Notario in actis ab Appellante fides publica, ſeu publicum inſtrumentum ſententiæ, à qua extitit appellatum, eaque ſit diffinitiva vel vim habeat diffinitivæ, neq; aliter eorum ratione inhibeat, quàm inſerto in litteris inhibitionis toto fidei, ſeù inſtrumenti hujuſmodi tenore. Quare Judices, à quibus appellari contigerit, eorumq; Notarii, fidem, ſeu inſtrumentum hujuſmodi Partibus petentibus, & debitam Notariis mercedem ſolventibus, tradant in tempore, alioquin Judices officio judicandi, Notarii exercitio Notariatus tamdiu ſuſpenſi ſint, donec Appellanti omnia damna, & intereſſe propterea paſſa, ab ipſo Auditore extra judicialiter æſtimanda, reſarciverint. Et nihilominus facta ab Appellante fide de ſua petitione, & Judicis, ſive Notarii derogatione, idem Auditor inhibere, & in cauſa procedere poſſit.

Litteras Apoſtolicas quando, & quomodo exequi poſſit A. C.

Si verò in forma Vidimus jul. novem, habita tamen ratione exceſſus ſcripturarum arbitrio Judicis, quoad laborem Notarii.

Pro Sequeſtro extra Curiam jul. novem.

Pro Litteris ſuper viventiæ, quæ non taxentur jul. quatuor una cum ſigillo.

Pro Fide legalitatis apponendæ in Inſtrumento Notariorum, in totum una cum ſigillo jul. duo.

Pro Mandato de exequendo jul. novem.

Pro Nota Sententiæ nihil exigatur.

Pro Sportulis etiam nihil.

Taxa expeditionũ in cauſis commiſſariis Curiæ A. C.

§. 26. At in cauſis, quæ per commiſſionem introducuntur, & ab initio ſunt commiſſariæ, neque aliàs ad hujus fori cognitionem ſpectant ſolvatur, ut ſequitur.

Pro citatione vigore commiſſionis abſque inhibitione extra curiam, jul. novem.

Pro citatione cum inhibitione ſimplici jul. undecim.

Pro citatione cum inhibitione ſub cenſuris jul. quatuordecim.

Pro citatione cum inhibitione ſub cenſuris perdictum etiam pro neceſſario examine jul. decem, & octo.

Pro inhibitione ſimplici extra curiam jul. novem.

Pro inhibitione extra curiam ſub cenſuris jul. duodecim.

Pro inhibitione in curia jul. tres cum dimidio.

Pro monitorio ſpeciali jul. quindecim.

Pro notis ſententiarum diffinitivarum, quę in ſcriptis proferuntur, in 1. inſtantia jul quadraginta, in ſecunda jul. triginta, in tertia jul. viginti.

Pro nota abſolutoriæ ab obſervatione judicii jul. quindecim.

Pro nota interlocutoriæ jul. quindecim.

Pro nota declaratoriæ jul. octo.

Pro mandato de exequendo jul. quindecim.

Pro ſequeſtro jul quindecim.

Pro ſportulis Judicum pro ſententiis diffinitivis ex ſcripto proferendis, non ultra id quòd in aliis curiæ Tribunalibus ordinatũ à fel. rec. Pio Papa IV. præſcriptum eſt.

Taxa expeditionũ actorum, ac ſcripturarum in cauſis Ordinariis, & Commiſſariis Curiæ A. C.

§. 27. De cæteris verò actis, ſcripturis, & expeditionibus infraſciptis, ſive cauſæ ſint ordinariæ, ſive commiſſariæ, ſolvatur tantummodo infraſcriptum pretium, videlicet.

Pro compulſorialibus generalibus, ſive ſpecialibus jul duodecim.

Pro palmo rotuli, remiſſoriæ jul. tres. Sit autem palmus linearum triginta, & linea ſyllabarum decem, & octo.

Pro inſtrumento remiſſoriæ jul. duodecim.

Pro inſtrumento litis pendentiæ in Curia jul quatuor cum dimidio.

Pro interdicto ſpeciali jul. quindecim.

Pro inſtrumento relaxationis interdicti jul. quindecim.

Pro executorialibus jul. triginta ſex.

Pro mandato de immittendo in poſſeſſionem vigore litterarum Apoſtolicarum, ſeu in forma brevis jul. decem.

Pro abſolutione, niſi abſolutionis commiſſione pro uno, jul. novem.

Pro duobus litis conſortibus jul. quatuordecim.

Pro tribus litis conſortibus jul. decem, & octo.

Pro quatuor litis conſortibus jul viginti tres.

Ultra quatuor, quotcunque addantur perſonę litis conſortes, nihil augeatur pretium expeditionis.

Pro Capitulo, Collegio, Confraternitate, aut Univerſitate jul. quinquaginta.

Pro inſtrumento abſolutionis jul. duodecim.

Pro decretis à Judice prolatis non ex ſcripto, etiam vim diffinitivæ habentibus, eorumvè nota, & ſportulis, nihil.

Pro ſimplici fide etiam plurium actorum jul. duo.

Pro examine Teſtium, cum Articulis, & Interrogatoriis in cauſa, quę ſit æſtimationis à quinquaginta ſcutis ſupra uſque ad quamcunque ſummam, ſi Articuli non excedant numerum vigintiquinque, Interrogatoria numerum trigintaquinque, in domo, vel officio Notarii, jul. quatuor, extra verò officium non ultra duplum.

In cauſa æſtimationis à quinquaginta ſcutis infra ſolvatur tantùm pro dimidia; Quòd ſi Articuli excedant numerum vigintiquinque & Interrogatoria trigintaquinque ſolvatur merces Notarii arbitrio Judicis.

Pro inſtrumento ſententiæ, ſi extrahatur jul. quindecim.

Pro inſtrumento declaratoriæ, non tamen vigore obligationis in forma Cameræ jul. duodecim.

Pro Brachio ſæculari ob non paritionem monitorii, aut litterarum Apoſtolicarum, vel executorialium, jul. triginta.

Pro mandato ſuſpicionis fugæ, uſque ad quamcunque ſummam, etiam in vim obligationis Cameralis decreto jul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de conſignando vigore ſequeſtri, etiam ubi pro illius verificatione, Debitor prius fuiſſet conventus via executiva vigore obligationis Cameralis jul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de conſignandi pignoribus ſubhaſtandis, aut deliberandis jul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de relaxando pro debito civili julior. quatuor cum dimidio.

Pro mandato in cauſis civilibus loco litterarum, pro parva ſumma jul. quatuor cum dimidio.

Computato in his omnibus mandatis julio ſigilli.

Diviſio pretii dictarum expeditionum.

§. 28. De pretio autem ſic præſcripto, in omnibus ſupradictis expeditionibus, ſive ordinariis, ſive commiſſariis, dentur Auditori, & Maſſæ Notariorum, Item (quod ad ordinarias) Camerario, eædem portiones, quæ, & prout antea pro eiſdem expeditionibus dabantur, nulla ex parte diminutæ. Reliquum quòd iis portionibus detractis ſuperfuerit, ſit Notarii expeditionis, prætérquàm in expeditione abſolutionis, ſive commiſſionis abſolvendi, in qua ſingulis detrahatur pro rata, ita ut non tantùm portio Notarii, ſed cujuſque aliarum minuatur ad eam rationem, ut tantùm unicuiq; portioni pro ejus modo decreſcat, quantum omnibus in univerſum detraximus.

Taxa mandatorum executivorum.

§. 29 Pro mandato executivo, ſive Brachio, ubi invocatione opus fuerit ſæculari, per omnia expeditio, omnibuſque compræhenſis, pretium ſit, ut infra, videlicet.

Ab uno ſcuto uſque ad quindecim, jul quatuor cum dimidio.

A ſcutis quindecim uſque ad vigintiquinque, jul. viginti duo.

A ſcuti vigintiquinque uſque ad quingentos, jul. triginta tres.

A ſcutis quingentis uſque ad mille, jul. ſexaginta ſex.

A ſcutis mille uſque ad quamcunque ſummam, jul. centum, & decem.

Diviſio pretii Mandatorum executivorum.

§. 30. Hoc autem pretium ita dividatur, ut ex juliis viginti duobus, Auditor habeat julios ſex, Camerarius pro ſigillo habeat julios quatuor cũ dimidio, Maſſa Notariorum habeat jul. quatuor cum dimidio, Reliquum habeat Notarius expeditionis.

Ex juliis triginta tribus, Auditor habeat julius octo, & bajochos duos cum dimidio, Sigillum julios quinque cum dimidio, Maſſa habeat jul. octo, & bajochos duos cum dimidio, Reſiduum Notarius.

Ex juliis ſexaginta ſex, Auditor habeat julios ſexdecim cum dimidio, Sigillum julios undecim, Maſſa julios ſexdecim cum dimidio, Notarius quòd ſupereſt,

Ex

Ex juliis centum, & decem, Auditor habeat julios viginti quatuor, & bajochos ſeptem cum dimidio, Sigillum julios ſexdecim cum dimidio, Maſſa julios viginti duos, Notarius reliquum.

Ad conſtituendas autem ſupradictas ſummas, computentur julii undecim pro ſingulo ſcuto, quilibet verò julius ſit decem bajochorum.

Taxa expeditionũ cenſurarũ Eccleſiaſticarum. §. 31. Cenſurarum Eccleſiaſticarum nomine, nihil accipiatur, vel in expeditione Mandati executivi, ſeu Brachii ſæcularis, vel ſeorſum ab eo, neque uſquam aliàs, niſi ubi ad illas ritè proceſſum fuerit re ipſa.

Cùm verò ad illas procedi contigerit, tunc pro declaratoria, aggravatoria, & reaggravatoria ſimul junctis, & totali earum omnium expeditione, tantundem exigatur, quantum pro Brachio ſæculari, habita ratione prædictæ diſtinctionis ſummarum, ita ut omnis impenſio utriuſque expeditionis mandati ſcilicet, vel Brachii ſæcularis, & cenſurarum ſimul collecta, duplum non excedat ejus pretii, quod Mandato, ſeu Brachio ſæculari ſupra taxatum eſt, pro quolibet ſupradictarum ſummarum Excepta ultima majori ſumma, videlicet, à mille ſupra. In ea enim ſumma etiamſi contingat ultra, vel poſt Mandatum executivum, ſeu Brachium ſæculare, cenſuras quoque relaxari, nihil tamen earum nomine exigatur; ſed tantùm præter id pretium, quòd pro ſolo Mandato, ſeu Brachio ſæculari ſupra taxatum eſt, accipi poſſit juſta merces pro ſcriptura.

Nunquam tamen cogantur Partes in vitæ, una cum Mandato executivo, ſeu Brachio ſeculari, cenſurarum quoque expeditionem accipere, aut earũ expeditionis pretium ſolvere, etiam ſi ad cenſuras ipſas in ſubſidium contra Contumacem Judex comminando ritè proceſſerit, & extra loco temporali dominio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubjecta, vel etiam extra Italiam expeditio mittenda foret.

Quòd ſi fortè quiſquam, legitimè ſervatis proceſſibus, utramque expeditionem, Mandati ſcilicet, ſeu Brachii ſæcularis, & cenſurarum eodem tempore habere voluerit, tunc apponatur verbis expreſſis in ipſa expeditione, quo ad cenſuras, nè is pretium, quod illarum ratione expendit, ullo modo repetere poſſit ab iis, contra quos decretæ, & prolatæ fuerunt, niſi adverſus eoſdem vigore Mandati executivi, ſeu Brachii ſæcularia non ſatisfacientes, aut alias non patentes, cenſuris ipſis neceſſe fuerit uti.

Diviſio pretii expeditionum. §. 32. Ipſis verò expeditionis cenſurarum prætium prædictum eadem ratione, & eiſdem portionibus dividatur, quibus pretium Mandati executivi, ſeu Brachii ſæcularis, ut ſupra dictum eſt.

Duplicatio detur ſoluta mercede ſcripturæ. §. 33. Pro duplicatis etiam poſt quodcunque tempus expeditis, nihil exigatur præter ſcripturæ mercedem.

Sigilli jul. 1. §. 34. Pro Sigillo parvo appenſo in qualibet expeditione ſolvatur julius unus tantùm, ubi non adeſt minor taxa.

Mandata non expedita non ſolvantur. §. 35. Pro Mandatis executivis, vel aliis quibuſcunque expeditionibus, Notarii nihil recipiant niſi illis effectualiter Partibus conſignatis.

Nemo cogatur accipere expeditionem. §. 36. Nec Partes ipſæ cogantur accipere aliquam expeditionem, niſi eam, quàm voluerint.

Pauperes, & miſerabiles habeant hic Gratis hic indicata fiant. §. 37. Pauperibus item expeditiones in forma pauperum Miſerabilibus verò gratia omninò tradant etiam ſcripturæ mercedem, diſtinctio verò iſtarum perſonarum Judicis arbitrio remittitur.

§. 38. Pro terminis coram Judice ſervandi, Judicibus informandis, ſcripturis ad eos deferendis, ſeu etiã in officio perquirendis, regeſtis, ſeu extractibus tranſportandis, & aliis hujuſmodi, Notarii, vel eorum ſubſtituti, & in eorum officiis Scribæ, & Copiſtæ, etiam nomine regalium, ſeu bibaliorũ, nihil protſus, etiam à ſponte dantibus accipiant.

Taxa in cauſis criminalibus ſit tertia. §. 39. In cauſis criminalibus expeditionum, quæ erunt ejuſdem generis, ſeu nominis, cujus ſunt ſupraſcriptæ, pretium augeri non poſſit ultra tertiam partem ejus, quod ſupra in civilibus præſcriptum eſt. In regeſtis extr actibus, copiis judiciorum, & alterius, quà in ſupradicti generis, ſeu nominis, expeditionibus criminalibus, ſervetur taxa ab eodem Pio prædeceſſore aliis Tribunalibus ordinariis Urbis præſcripta.

Præſcripta in prædictis ab aliis ſervetur taxa Pii IV.

Expenſa ſummæ notetur in calce expeditionum. §. 40. In omnibus expeditionibus, imò earum parte, Notarius apponat integram ſummam notetur in ejus, quòd verè expoſitum fuit ſub his verbis, videlicet. Expoſuit in totum tantùm, idemque etiam in libro expeditionum ipſius Notarii deſcribatur.

Tabella retineatur. §. 41. Et ut præmiſſa omnibus pateant, ſciatque quilibet quid, & quantum in præmiſſis exponere debeat, quilibet Notarius Auditoris teneatur poſthac tabulam ſupradictorum pretiorum expeditionum litteris majuſculis, ordinatè & diſtinctè ſcriptam, in ejus officio palam loco eminenti, & cognitio proponere, & ſemper retinere.

Aliæ reformationes non côtrariæ confirmantur. §. 42. Conſtitutiones item, quæ tam à Nobis, quàm ab aliis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, ad reformationem hujus Curiæ pertinentes emanarunt, & in futurum emanabunt, modò his contrariæ non ſint, omninò in eadem Curia obſerventur.

Pœnæ contravenientium. §. 43. Diſtrictiùs inhibentes Auditori ſub indignationis noſtræ, & Locumtenentibus, ſive judicibus, ac Notariis prædictis, ſub privationis officiorum ſuorum hujuſmodi, & aliis etiam gravioribus, noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrio, infligendis, & applicandis pœnis, nè de expeditionibus, & aliis ſibi per præſentem interdictis, ac contra præſentis formam, & teorem, etiam quorumvis privilegiorum, & indultorum, ac litterarum eis quomodolibet conceſſarum, aut conſuetudinis, & ſtyli immemorabiliter obſervati, vel alio quovis prætextu ſe intromittere quoquomodo audeant, ſeu præſumant.

Annullatio in contrarium geſtorum. §. 44. Decernentes quæcunque decreta, & acta, ab eiſdem Auditore, Judicibus, & Notariis pro tempore contra præſentis formam, & tenorem emanata, & facta, nulla, & invalida, ac extorta, & ſubreptitia, nulliuſq; roboris, vel momenti fore, & cenſeri, nemini q; propterea ſuffragari poſſe, vel debere.

Decretum irritans. §. 45. Et ita per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & deffiniri debere, irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his, à quoquam quavis auctoritate ſcientes, vel ignoranter contigeri.

Clauſ. derog. §. 46. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtylo conſuetudine, ac quocunque temporis curſu, etiam immemorabili roboratis, privilegiis quoque, indultis, eidem Tribunali, ac illius Auditoriatus officio, & Auditori etiam in ejuſdem officii erectione, & inſtitutione, ac Judicibus, & Notariis ipſis, illorumque Collegio, etiam ſimili Motu, etiam conſiſtorialiter &c. ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, & aliàs quomodolibet, etiam per Nos conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſenti, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque, & quibuſlibet aliis privilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſenti non expreſ-

ratur pronunciatum fuiſſe, prout in cedula.

17 Nec etiam manum apponant in Commiſſionibus prorogationis Fatalium in cauſis criminalibus, nec illa concedantur ultra primam vicem, niſi prævia ſubſcriptione Judicis aſſerentis Commiſſionem ſibi ſignandam videri, & citato Fiſco.

18 In Civilibus autem prorogationes hujuſmodi ultra primam vicem, non niſi ex cauſa, concedantur.

19 Et ſimiliter inſtantia, quæ cauſis diſcuſſionum præſcripta eſt, nullo modo, niſi ex magna cauſa, & per Signaturam noſtram Gratiæ prorogetur.

20 Quilibet autem Referendarius teneatur recipere contra commiſſiones, & eas omninò in eadem Signatura proponere, eoque caſu ſufficiat, Partem adverſam per quinque dies ante Signaturam fuiſſe, ſuprafcripto, citatam.

21 Cauſæ Matrimoniales, & Criminales, Clericorum, & aliorum Perſonarum Eccleſiaſticarum, committantur iis tantùm, quibus diſpoſitum eſt per Concilium Tridentinum committendas eſſe.

22 Cauſæ verò criminales Laicorum in Terris Eccleſiæ locorum Gubernatoribus committantur.

23 Regens Cancellariæ, & alii Officiales ad expeditionem Commiſſionum Signaturæ Juſtitiæ deputati, abſque mora, receptis Commiſſionibus, illas expediant, nec ſub quovis prætextu illas penes ſe retineant. Et qui illas per turnum diſtribuere debent, illas ſine aliqua ordinis ipſius turni perverſione, diſtribuant, illaſque ad Bancum Curſorum, etiam irrequiſiti ſine mora tranſmittant, ſub pæna privationis officii, & aliis arbitrio noſtro, & Succeſſorum noſtrorum Romanorum, Pontificum.

De Camerario, & Camera Apoſtolica.

1 §. 2. CAmerarius, Præſidentes, & Clerici, Fiſci noſtri negotii incumbant, utque illud liberiùs, & facilius facere, & exequi poſſint, cauſis inter Fiſcum noſtrum, ac Privatos, juxta propriam eorum Tribunalis naturam, contenti ſint, & propterea à cognitione cauſarum inter privatos etiam per viam appellationis, etiam ex Terris Eccleſiæ ad Sedem Apoſtolicam interpoſitę, omninò abſtineant niſi cauſæ à negotiis Fiſcalibus dependeant aut ab illis originem trahant.

Ad Brevi. 1611 v. cõſt. 35 fol 74. & ſeq. & conſt. 71. f. 122. l. a.

2 Similiter abſtineant à Commiſſionibus, & avocationibus cauſarum, necnon litteris monitorialibus, & inhibitoriis, & ſequeſtrationibus, & aliis hujuſmodi, ubi non agitur de intereſſe Fiſci, etiam in Terris Eccleſiæ, cùm hæc ad Signaturam noſtram ſpectare noſcantur, & aliàs ordo Judiciorum multipliciter confundatur.

3 Permittimus tamen Camerario, pro minori Pauperum diſpendio, ut cauſas appellationum à ſententiis diffinitivis, vel earum vim habentibus interlocutoriis, intra quadraginta milliaria ab Urbe, in rebus minimis, & prophanis, ſummam viginti quinque ducatorum non excedentibus (de quo diſpoſitivè mentio fieri debeat) per ſimplices litteras, aliàs juxta formam juris, & juxta ſolitum, committere poſſit.

4 Inſuper, nè delicta impunita remaneant, ab abſolutionibus, & remiſſionibus delictorum quorumlibet etiam levium, aut illarum Commiſſionibus, necnon ſalviſconductibus pro Delinquentibus etiam de delictis extra Terras Eccleſiæ commiſſis abſtineant.

Similiterque à Monitorialibus dilationibus, nec etiam ad modicum tempus.

6 Necnon litteras Camerales pro adipiſcenda poſſeſſione Beneficiorum Eccleſiaſticorum, etiam, Nobis, ac Sedi Apoſtolicæ reſervatorum, ac prorogationem temporis ad expediendas litteras Apoſtolicas quarumcunque gratiarum aut ad ſolutionem annatarum, vel Collegio Cardinalium, aut Officialibus debitarum, minimè concedere valeant.

Clerici Cameræ, cum nullam juriſdictionem ut ſinguli, ſed tantùm collegialiter, & in plena Camera habere noſcantur, nihil expediant privatim, & ſingulariter, nec aliquas litteras, aut patentes de quacunque re ſubſcribant, niſi ex commiſſione eis facta in eadem plena Camera, in qua omnia clarè, & diſtinctè proponi, ac in libro propoſitionem adnotari debeant, vel niſi agatur de negotiis Gubernatorum, Præſidentiarum, & Præfecturarum, quæ privatim juxta ſolitum expedire poſſint. 7

Notariique in expeditionibus, & ſcripturis deſuper conficiendis, de propoſitione, & commiſſione hujuſmodi, mentionem expreſſam facere teneantur. 8

Sed, & tam Camerarius, quam Clerici ipſi, ultra prohibita in præſenti reformatione, à quibuſcunque licentiis, gratiis, & indultis de rebus ſpiritualibus, in forma gratioſa vel commiſſaria, etiam cum clauſulis, juſtificativis, & aliis, tam in Terris Eccleſiæ, quàm extra illas, omninò abſtineant. 9

Et ſimiliter à quibuſcunque aliis expeditionibus, quæ ſibi ratione ſuæ ordinariæ juriſdictionis propter publicam utilitatem expreſsè, per litteras ſuarum facultatum conceſſæ non reperiuntur. Nec prætexto conſuetudinis, aut quaſi poſſeſſionis, etiam antiquiſſimæ, & immemorabilis in ſimilibus concedendis eis ſuffragetur, etiamſi conſuetudo, vel quaſi poſſeſſio hujuſmodi per litteras aliquorum Pontificum generaliter approbatæ fuerint. 10

Conſtitutio fel. record. Pii Papæ Quarti, ſuper reformatione Tribunalis Cameræ Apoſtolicæ incip. Cum inter cæteras, ſub datum Calend. Novembris, Anno 1564. juxta ſolitum legatur ſingulis annis in prima Camera menſis Octobris. 11

Cauſę Conjunctorum, & Propinquorum alicujus Clerici ad quartum gradum excluſivè, ipſi Clerico nullatenus committantur, nec quiſquã eorum ſibi commiſſas audiat, ſed eas expreſſa cauſa recuſet. 12

Nec etiam in diſcuſſionibus, & deciſionibus, tam illarum quàm aliarum quarumcunque cauſarum; in quibus aliquod intereſſe prætendere poſſet, ſive Clericus, ſive Aſſiſtens ille ſit, ullo modo intereſſe, nec ullum votum habere ſed ſtatim à dicta Camera, etiam dum cauſa proponitur, etiam injuſſus (cùm in hoc ignorantiam prætendere non poſſit) egredi debeat, & ſi ſecus fecerit, Clericus per menſem ſuſpenſionem ab exercitio, & perceptionem emolumentorum ſui officii aliis Clericis applicandorum ipſo facto incurrat. Aſſiſtens verò jocalium, & ſalarii exactione, aliis Aſſiſtentibus applicanda, ipſiuſque Cameræ ingreſſus trium menſium ſpatio mulctetur. 13

Quicunque autem ſive ex Clericis, ſive ex aliis Cameralibus prædictis ab aliquo ſuſpectus in cauſa recuſatus fuerit, Recuſans non niſi expreſſa ſuſpicionis cauſa audiri, illaque expreſſa, abſente Recuſato ut ſuſpecto, in Camera diſcuti eaque à pluribus approbata, ſuſpectus ipſe in hujuſmodi cauſa nullo modo ſe intromittere, aut intereſſe debeat, ſi verò ſuſpicio probari nequiverit, nulla ejus allegatæ ratio habeatur. 14

Caveant autem appellationes à decreto vim diffinitivæ habente ullo pacto recipere, neque alias appellationum cauſas committere, niſi gravamine, & gravaminis cauſa ita expreſſa, ut Camera poſſit intelligere, & deliberare, an appellatio ſit admittenda, necnè, & in omni caſu non niſi citata Parte hæc fiant. 15

Ad hæc Pauperum Advocatus, necnon Fiſci, tam Advocatus, quàm Procurator, Commiſſarius, quivis alius de eadem Camera, ſub eiſdem, & aliis, noſtro, & Succeſſorum noſtrorum arbitrio, pænis, non ſcribant in cauſis Privatorum in Cameræ Tribunali pendentibus, exceptis Pauperum cauſis, & reſpectivè lis, in quibus Camera alicui adhærendo partem facit in judicio, vel in quibus aliàs de Fiſci, & Cameræ intereſſe agitur. 16

De Gubernatore Urbis, & ejus Tribunali.

1 §. 3. LOcuntenens Civilis Gubernatoris Almæ Urbis pro tempore exiſtentis unus dumtaxat ſit, legum ſcientia, vitæque probitate, & Romanæ Curiæ experientia inſignis, & ex hoc loco, qui ab Urbe diſter ſaltem per quadraginta milliaria oriundus, qui omnes cauſas civiles, tam commiſſarias juxta formam Commiſſionum, quàm ordinarias, vel aliàs in ipſo Tribunali introducendas, juxta ſuas facultates cognoſcat, terminet, & decidat. Audientiam terminorum, pro quibus Litigantes pro certa hora citati non ſint, in ſala palatii Gubernatoris circa horam vigeſimam, pro Tribunali ſedendo, teneat, Ius reddat ſingulis diebus, exceptis feſtivis de præcepto aut conſuetudine Almæ Urbis, necnon diebus Coronationis Pontificis viventis, ingreſſus Gubernatori, Iovis, Lunæ, & Martis immediate ante Cineres, ac ipſius die Cinerum, totius Hebdomadæ majoris, Commemorationiſque omnium Fidelium Defunctorum, & Vigiliæ Nativitatis Domini.

Vid. conſt. 72. Sixti V fol. 606. lib. 2.

2 Significatione per viam recurſus concedendas ſemper concedat cum clauſula, Non tamen in contumaciam.

3 In cauſis ordinariis, vel via ordinaria introducendis, etiamſi ad probationem producantur cedulæ, jura, & inſtrumenta obligationum Cameralium, non relaxet mandata executiva, ſi reſpectu ſummæ, vel valoris rei, vel aliàs ex natura cauſæ, de qua agitur, dictæ cauſæ ſint appellabiles, niſi elapſis decem diebus datis, ad appellandum, & ſervatis ſolitis terminis ad docendum de legitima appellatione, ejus legitima proſecutione, & conſtito ſibi de re judicata.

4 Suſpectus poſt litem conteſtatam, vel pro conteſtata habitam allegari non poſſit, niſi à Principalibuſmet, vel eorum Procuratoribus, ad id ſpeciale mandatum habentibus, & ex certa cauſa per eos in actis ſpecificata, & jurata, à Gubernatore pro legitima approbata.

5 Ab ejus ſententiis diffinitivis appelletur ad Nos, noſtramque Sanctam Sedem Apoſtolicam in cauſis appellabilibus, in quibus verò de jure recurſus datur, recurratur ad Gubernatorem, qui cauſas hujuſmodi recurſus, per ſeipſum, vel alium ab eo deputandum, juxta ſuas facultates, expediat. Qui deputandus, tam in ipſis cauſis recurſus, quàm in illis, in quibus locus Locumtenentis uti ſuſpecti recuſati à Gubernatore deputabitur, & in cauſis quoque commiſſariis, in quibus ex reſcripto Signaturæ à Gubernatore ſimiliter deputabitur, ea dumtaxat emolumenta recipiat, quæ ut mox dicetur, Locumtenens recipere poſſet, & nihil penitus ultra ſub pœnis eis indictis.

6 Recurſus, ut ſupra, ad Gubernatorem à Locumtenentis, vel deputandi decretis, & ſententiis petendi, infra decem dies dumtaxat peti debeant, & tunc executionem non retardent, uſquequo Gubernator hujuſmodi recurſus non admiſerit.

7 Locumtenens habere debeat ſcuta auri in auro quinque à quolibet ex duobus Notariis cauſarum Civilium hujus Curiæ, ipſi tantum Locumtenenti quolibet menſe in ejus principio ſolvenda, & percipere poſſit julium unum pro ſingulis infraſcriptis expeditionibus. Videlicet pro quolibet mandato executivo, non tamen in contumaciam. Pro quolibet Arreſto in carceribus. Mandato de excarcerando, ſignificatione Dotali, aut vigore termini, aut in vim litis pendentiæ, aut litis finitæ aut ſtante depoſito, vel negatione, aut data cautione de ſtando juri, & judicatum ſolvendo conceſſa. Et etiam pro quolibet citatione vel inhibitione vigore commiſſionis, aut extra Curiam decreta, dummodo in quolibet ipſorum caſuum agatur de re, vel ſumma ſcutorum auri ſeptem, qui conſtituant Julios ſeptuaginta ſeptem.

8 Gubernator Urbis cumulativè procedere valeat, in omnibus, & quibuſcunque cauſis criminalibus, in quibus Camerarius Ripæ vigore ſuarum facultatum procedere poteſt, ita ut inter eos juxta ſolitum ſit locus præventioni.

9 Habeatque juriſdictionem in Hebræos, prout infra diſpoſitum eſt.

De Auditore Cameræ, & ejus Tribunali.

1 §. 4. IN primis, quoad formam, & executionem obligationis Cameralis, mandamus ſervari ſtylum hodiernum, ut ſcilicet quis obliget Se, Hæredes, & bona in ampliori forma Cameræ, cum ſolitis clauſulis, & renunciationibus, circa tamen conſtitutionem Procuratorum, & qui voluerit arctiùs obligari, conſentiat relaxationi Mandati executivi, aut illud in ſe ſuſcipiat, unica, ſi ſic placuerit, citatione aut intimatione præcedente. Nec ullo unquam tempore renovetur vetus illa cenſurarum ſuſceptio jam antiquata, & à Curia eliminata.

Ad hoc vide Pii IV. Conſt. 56. fol. 7. & Pii V. Conſt. 113. fol. 319. lib. 2.

2 Minuſque ad dictarum cenſurarum relaxationem deveniatur, niſi in juris ſubſidium, & factis prius diligentiis in locis deſtinatæ ſolutionis, prout hactenus fieri conſuevit.

3 Et ſi Parti petenti, ac debitum agnoſcenti danda videbitur aliquando longior aliqua dilatio ad ſolvendum, intra quam nullum omninò mandatum, aliudve executionis genus relaxari poſſit, ea erit dierum triginta ad ſummum, aut etiam viginti, vel minor arbitrio Judicis, qui pro Debitoris qualitate, ac debiti ſumma, quem maluerit de prædictis terminis eliget. Hoc tamen omninò obſervando, ut non niſi ſimpliciter, & abſque ulla conditione, proteſtatione, vel reſervatione, quæ confeſſioni ſit contraria, debitum Confitenti concedatur, & qui aliter, aut præmiſſa aliqua proteſtatione, vel reſervatione petere, aut ſuſcipere voluerit, repellatur. Et nihilominus proteſtatio, vel reſervatio fortè clandeſtinè, aut aliter facta, quo ad præjudicium dictæ confeſſionis, & ſuſceptionis termini pro infecta omninò habeatur, & nullius ſit roboris, & momenti. Et ſi poſt decretum, aut etiam Actori à Notario traditum Mandatum executivum, Iudici præfatam dilationem concedere viſum fuerit, nec Reus intra eam ſolverit, Actor abſque alio novo judicio citatione, vel mandato, ſed eodem illo, quod antea decretum, vel relaxatum, aut traditum fuerat, executionem ſuam proſequatur.

4 Quodque ſuperſeſſoriæ, ſeù (ut vocant) non graventur, aut inhibitiones, vel dilationes non concedantur, præterquam in vim ſuſceptionis cenſurarum, vel termini judicialis à Debitore ſuſcepti, & niſi adiecta hac conditione, dummodo alium terminum ab ipſo, vel alibi non ſuſceperit. Et tam pro dictis ſuperſeſſoriis, quam pro illarum revocationibus, juxta ſtylum dicti Tribunalis conſuetum, nihil prorſus recipiatur, ſed gratis, etiam pro Sigillo, ac ſine ulla Secretarii, Judicis, aut cujuſcunque alterius perſonæ mercede concedantur.

5 In cauſis criminalibus, in locis Nobis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubiectis, in poſterum non decernantur, neque relaxentur monitoria contra aliquem in prima inſtantia, niſi per Auditorem Cameræ pro tempore, facto priùs verbo nobiſcum, ſeu cum Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in caſibus in Bulla in Cœna Domini legi ſolita contentis, in quibus nihilominus, quando monitoria extra Italiam decernenda erunt in locis Nobis, & eidem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ non ſubjectis, vel aliàs contra Officiales, Curiales exemptos, & Contravenientes inhibitionibus & litteris Apoſtolicis, vel etiam pro rebus dependentibus, à cauſis criminalibus coram Auditore Cameræ pro tempore legitimè introductis, ac pendentibus, hujuſmodi monitoria non relaxentur, niſi facto priùs verbo Nobiſcum, ſeu cum Romano Pontifice pro tempore exiſtente.

Nec

Digitized by Google

6 Nec decernat Monitoria ſpecialia in cauſis prophanis, etiam in Terris Eccleſiæ, ultra quadraginta milliaria ab Urbe, quando valor cauſæ non excedit ſummam centum florenorum.

7 Appellationes non aliter recipiat, audiat, vel admittatur, quàm ſi exhibita fuerit Notario in actis ab Appellante fides publica, ſeu publicum inſtrumentum (ita quòd ſimp ex copia nec recipiatur, nec admittatur) ſententiæ, à qua extitit appellatum eaque ſit diffinitiva, vel vim habeat diffinitivæ, neque aliter earum ratione inhibeat, quam inſerto in litteris inhibitionis toto fidei, ſeu inſtrumenti hujuſmodi tenore, & expreſſa clauſula, Quatenus à diffinitiva, vel vim diffinitivæ habente appellatum ſit. Facta tamen fide de petitione Appellantis, & Judicis ſive Notarii denegatione, Auditor inhibere, & in cauſa procedere poſſit.

8 In expeditionibus vigore hujuſmodi appellationum apponatur clauſula, Et quatenus revera ſententia non ſit diffinitiva, vel vim diffinitivæ non habeat, præſentes litteræ nullius ſint roboris vel momenti.

9 In monitoriis generalibus reſervet facultatem etiam Ordinario loci, abſolvendi incurrentes cenſuras in eis contentas.

10 Item non decernat ſequeſtra in cauſis Beneficialibus, in quibus procedere poteſt, niſi juxta formam conſtitutionis felic. record. Clementis Papę Quinti prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: Ad compeſcendas, prout ſervatur in Rota, & in illis ſemper apponatur clauſula, Proviſo, quòd de fructibus ſequeſtratis cultus divinus manuteneatur, Animarum cura exerceatur, & alia onera Beneficio incumbentia ſupportentur.

11 Mandata de manutenendo nunquam, niſi ſervatis ſervandis, & Parte legitimè citata, decernat, & concedat.

12 Idemque in ſequeſtris, & in mandatis ſuſpicionis fugæ ſervet, niſi aliqua ratione timendum ſit Judicis arbitrio, de ſuſpicione fugæ, vel bonorum dilapidatione, quo caſu juramentum præſtari debeat de ſuſpicione fugæ, vel de metu dilapidationis bonorum.

13 Non decernat contra Epiſcopos, & iis Superiores monitoria ad perſonaliter comparendum niſi prævia commiſſione ſignata manu noſtra, aut pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, & pro decreto monitorii ad perſonaliter comparendum, nihil recipiat.

14 Non concedat, neque dari permittat Auditor Remiſſoriam ad partes examinandum, vel repetendum citata Parte Teſtes ad inſtantiam Fiſci, vel probandum ejus intentionem, ſed advocentur Teſtes ad Curiam, vel cauſa remittatur ad partes, ubi delictum eſt commiſſum.

15 Nec minus concedat litteras ad partes pro capiendis indiciis contra aliquem, niſi prius in Curia ipſimet Auditori Cameræ ejus arbitrio aliqualiter conſtiterit de delicto.

16 Et in cauſis ordinariis Auditor prædictus, ſeu ejus in Civilibus Locumtenens non recipiat ſportula, neque Notarius aliquid pro nota ſententię, ſed in cauſis commiſſariis, & declaratoriis contumacialibus tantum.

17 Præterea Auditor non concedat Monitoria, ſeu inhibitiones in vim conſtitutionis Eugenianæ ad favorem Curialium, niſi pro illis, qui ſaltem per annum in Curia continuè reſidentiam fecerint.

18 Ut tollantur controverſivæ inter Tribunalia Curiæ, & unicuique ſua juriſdictio ſervetur, declaramus executionem obligationis in forma Cameræ, ad prædictum Auditorem Cameræ, privativè ad alia Tribunalia pertinere, præterquàm in inſtrumentis dependentibus à cauſis, & actis in aliis Tribunalibus hujuſmodi geſtis, ac ſine præjudicio motus proprii in favorem Populi Romani editi, & quoad Clericos, ratione originis, vel Beneficii Romanos, & loca pia; locus ſit prę-ventioni inter ipſum Auditorem, & noſtrum in Urbe Vicarium.

Et quoad præventionem inter ipſum, & forum Capitolinum in cauſis vertentibus inter Cives, & Incolas, ſtatuimus, & declaramus, nomen Incolarum juxta Juris communis diſpoſitionem eſſe intelligendum, & ubicunque ſuper hoc dubitari contigerit, orta inter Tribunalia differentia, ad Præfectum Signaturæ Juſtitię recurri mandamus, qui hunc articulum, manu regia, ſine ſcriptura, omni, & quacunq; appellatione & recurſu remotis, in quolibet caſu controverſię terminet, & decidat. 19

Citationes autem extra Urbem executæ, quarum vigore hodie coram Auditore Cameræ ad executionem obligationis Cameralis procedi ſolet, reproducantur infra menſem ab executione earum in partibus facta, alioquin pro circumductis habeantur. 20

Litteras Apoſtolicas, quibus certus, qui per ſeipſum procedat, executor præſcriptus eſt, nullo modo Auditor præterea, in quarum executione Pars vocanda fuerit, non aliter exequatur, quam ſervatis pro rerum contingentia Conſtitutionibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, niſi ipſis conſtitutionibus derogatum fuerit expreſsè in litteris, quæ fuerit exequendæ, ſed, & tunc, nèquemquam extra Diæceſim ultra tot dietas evocet, quot in ipſis litteris expreſſum erit, exceptis litteris Penſionum, quarum ſolutio in Romana Curia deſtinatur, & his omnibus, quibus ipſe nominatim executor præſcriptus fuerit, his enim caſibus poſſit ad ſe undecunque, & quocunque Partes evocare, nevè aliis vices ſuas committat, vel ſubdeleget quam Conſtitutis in dignitate Eccleſiaſtica aut aliis, quibus Sedes Apoſtolica cauſas committere ſolet. 21

Monitoria generalia vulgò, Significavit appellata, quæ ſcilicet, ut aliquid reveletur, ſeu reſtituatur, aut probetur, cum cenſuris Eccleſiaſticis publicari ſolent; nullo modo decernat, ſivè expediat. 22

Similiter nihil ſine ſpeciali noſtra Commiſſione decernat, aut faciat, aut mandet, quod Epiſcopos, aut alios locorum Ordinarios impedire poſſit, nè ad executionem decretorum S. Concilii Tridentini, correctionemque morum liberè procedant. 23

Ab omnibus autem, & ſingulis iis, quæ ad ejus juriſdictionem ſecundum præmiſſa pertinere nolumus, uſque adeò abſtineat, ut neque monitoria, neque citationes, neque inhibitiones, neque ſequeſtra, neque mandata de manutenendo, neque aliud quicquam quocunque ſub prætextu ſuper iis, aut ipſe decernat, aut ab aliis decreta revocet, & pariter ejus notarii nihil omninò expediant aut etiam ſcribant ſub pœna ſcutorum quingentorum pro qualibet vice Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & ſi adſit accuſator, vel Inſtigator, ei quarta pars pœnæ ſolvendæ detur. 24

In cauſis verò ſui fori civilibus, etiam in quibus ſummariè, & ad inſtar Beneficialium procedendi ei conceſſa eſt facultas, nunquam omninò ad pęnas contumaciales deveniat, ſed potius, receptis probationibus ad negotium principale ſpectantibus, datoque competenti termino Parti abſenti, demum ſuper his ſervatis ſervandis diffinitivè pronunciet, etiam ſine litis conteſtatione. 25

Ne autem contingat, ut abſentes, & in remotiſſimis ab Urbe partibus degentes, maxima itineris incommoda, & diſpendia pati abſque culpa compellantur, dum ob prætenſum delictum ad comparendum perſonaliter moniti comparent, & inculpabiles reperiuntur, neminem poſt hac extra Italiam exiſtentem ad comparendum perſonaliter moneat, niſi facto verbo Nobiſcum, & Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, de quo verbo habito fiat mentio in litteris monitoriis, 26

Digitized by Google

27 In cauſis quæ ordinariè ſecundum Auditoris facultates in ejus Tribunali introductæ fuerint, vel introduci potuerint, ſive poſt cœptam cauſam ſuperveniat Commiſſio, ſive ante impetrata ſit, ſive in prima, ſive in ulteriori inſtantia, nulla in re ageat impenſam, ſed quo ad hoc habeatur ſemper cauſa pro ordinaria, ita ut etiam ratione ſententiæ, neque Notarii, neque Judices quicquam propterea accipiant ultra id, quod accipere potuiſſent, ſi Commiſſio non adeſſet.

28 Permittimus tamen ejus in civilibus Locumtenenti in cauſis per commiſſionem ab initio introductis, etiam ſui natura ordinariis, ob magnam laborum aſſiduitatem, & emolumentorum tenuitatem, ſportulas moderatas juxta præſentem conſtitutionem recipere. Declarantes nihilominus in Reliquis omnibus cauſas intelligi ordinarias, nec Notarios, quicquam amplius exigere poſſe aut debere, quam in aliis ordinariis permiſſum eſt.

29 Quodque Auditoris Cameræ pro tempore exiſtentis Locumtenens mandata executiva, niſi prius ipſemet Locumtenens in libro expeditionum diem ſubſcriptionis manu propria notaverit, ſcribere non poſſit.

Quodque Auditoris Cameræ pro tempore exiſtentis Judex Locumtenens in criminalibus, pro
30 ſportulis ſalario ſibi jam aſſignato contentus, nihil percipere poſſit.

31 In cauſis civilibus verò Locumtenenti ſingulis menſibus quinquaginta ſcuta monetæ à Notariis dicti Auditoris Tribunalis pro rata ſolvi, nec aliqua alia portio pro eo retineri debeat.

De Auditorio Rotæ.

1 §. 5. CONſtitutiones ſel. rec. Innocentii VIII. Pii IV. & aliorum prædeceſſorum noſtrorum innovantes, & Auditorium noſtri Palat. in quo univerſorum Chriſti Fidelium graviores cauſæ maturè cognoſcuntur, & juſtè terminantur, novis prærogativis augentes, volumus, & ordinamus ut unica tantum Commiſſio in qualibet inſtantia ſufficiat, & illius vigore Auditor cauſam ſibi commiſſam cognoſcere, & omnibus, & ſingulis dependentibus & emergentibus, ac alias quomodolibet incidentibus decidere valeat.

Ad hæc vide Pii IV. to 44.23.& 17.fol.38. lib. 2.

2 Poſſit etiam Auditor ſine nova commiſſione præfigere terminum ad docendum de attentatis, & nullitatibus, & cauſis, propter quas quis in integrum reſtitui debeat, ac illo ellapſo, & non docto, ad cauſæ expeditionem procedere, nec non Remiſſorias decernere, dilationes concedere, liquidationes fructuum in partibus delegare, ac omnia, & ſingula alia uſque ad finalem ſententiarum ſuarum executionem incluſivè facere, quæ de jure Ordinarii facere poſſunt.

3 Necnon poſſit Audito præfigere terminum ad docendum de Appellatione, & ejus legitima proſecutione ad effectum procedendi ad executionem ſententiæ latæ in cauſa appellabili, in qua condemnatus non appellavit.

4 Inſuper, & tempus quadriennii in cauſis reſtitionis in integrum poſſit Auditor prorogare arbitrio ſuo.

5 Et tam dictam, quam omnes alias facultates ſibi vigore, vel Innocentianæ, vel Conſtitutionis Pii Quarti, aut aliorum Summorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum competentes extendimus, & habere locum decernimus, etiam in cauſis cuilibet Rotæ Auditori extra Rotam commiſſis.

6 Prorogationes autem fatalium, ſæpius, & paſſim non concedat, ſed tantum ex antiqua honeſta cauſa, ac prævia illius cognitione arbitrio Rotæ.

7 Auditor tamen in aliqua cauſa, ſive magni, ſive parvi momenti exiſtat, etiamſi ejus deciſio clari juris eſſe videatur, vim diffinitivæ habentem ferre non valeat, niſi cauſa in Rota propoſita, & habitis votis Coauditorum, niſi Partes in actis expreſſè conſenſerint, quòd cauſa ſine voto eorumdem expediri poſſit.

Idemque in aliis quibuſvis præjudicialibus decretis ſervari volumus, ſi Actor, vel Reus, ut negotium in plena Rota cognoſcatur inſteterit. 8

Item ſententiæ latæ per Auditores, prout in Cedula, ut moris eſt, vel per viam termini pro ſervato, ſubſcribantur, & publicentur in actis intra quindecim dies, & in ultimi anni audientia, infra menſem, alioquin pronunciationes, & termini hujuſmodi pro circumductis habeantur. 9

Termini etiam pro ſervatis habiti, & Cedulæ ipſarum ſententiarum, quæ interdum per alium Notarium, quàm Actuarium ipſius cauſæ referendum accipi conſueverunt, referantur ipſi Notario cauſæ eadem, vel ſequenti die, qua recipiuntur: in ultimis verò audientiis ſaltem infrà triduum. Et ſi Auditor, qui pronunciavit, prout in cedula, vel terminum habuit pro ſervato, retinuerit citationem penes ſe, illam Notario cauſæ ſimiliter intra prædictos dies conſignare debeat aliàs termini hujuſmodi circumducti, & irriti cenſeantur. 10

Auditor verò non pronunciet in cauſa niſi perfecto regiſtro, & illo ad Rotam delato una cum dictis Teſtium, illiſque ac juribus in eadem Rota, prout res exegerit, lectis. 11

In ultima verò anni audientia, & quandocunque agetur deferenda declaratoria contra Contumacem, etiam regiſtro non perfecto, ex actis originalibus pronunciare valeat, ita tamen quod Pars ad cujus inſtantiam pronunciatum fuerit, regiſtrum ipſum pro actorum conſervatione quantocitius perfici curare teneatur. 12

Et inſuper, Auditor Partibus petentibus copiam deciſionis in cauſa factæ, cum juribus, ac rationibus tradere debeat, prout antiquitus laudabiliter fieri conſuevit. 13

Cauſæ autem propriæ Auditorum, & eorum Familiarium, ac Conſanguineorum, vel Affinium uſque ad ſecundum gradum, juxta jus Canonicum computandum, non cognoſcantur in Rota. 14

Nec Auditores in eorum domibus, Subſtitutos vel Doctores, aut alios Juriſperitos, etiam conſanguineos, habeant, qui Subſtituti vel Advocati, vel Procuratoris officio fungantur aut in caſibus Rotalibus, vel eorum proceſſibus, ſeſe quoquomodo intromittant. 15

Item Advocati aut Procuratores conſanguinei, vel affines, uſque ad ſecundum gradum, ut ſupra computandum, alicujus Auditoris, ac etiam illius Notarii, in cauſis coram eo pendentibus, nullatenus patrocinari valeant. 16

Nec iidem Auditores compellant, aut aliquo modo inducant Partes, per ſe, vel per alios, ut aſſumant certum Advocatum, vel Procuratorem, ſed electio hujuſmodi omninò ipſarum Partium arbitrio relinquatur. 17

Item Decanus, & alii Auditores præſertim antiquiores, attendant, ne aliquid non ſolùm contra jus, ſed nec etiam contra ſtylum, & deciſiones antiquas factas in Rota, quæ impreſſæ habentur, quoquomodo decidatur, etiam prætextu æquitatis in jure non ſcriptæ, niſi maxima cum ratione, & diſcuſſione, omnibus votis, ſeu ſaltem illorum duabus tertiis partibus, aliter faciendum eſſe judicaverint. 18

Non attendantur præterea aliquæ nullitates in cauſis, præterquam ex defectu juriſdictionis, citationis, vel mandati. 19

A liquidatione fructuum, & expenſarum taxatione ſemel tantùm appellare liceat, ita quòd duæ conformes rem judicatam faciant. 20

Auditores cauſas ſibi commiſſas ad ſolam partium inſtantiam ad Cancellariam remittere non poſſint, ſed tantùm habita licentia à Nobis, vel Succeſſoribus noſtri Romanis Pontificibus, vel ex juſtis cauſis deductis in Rota, & ab ea probatis. 21

Et ſi Auditor cognoverit in actis adeſſe ſuſpicionem 22

Digitized by Google

cionem criminis, remittat acta hujuſmodi, vel illorum exemplum, prout res exegerit, ad Judicem ordinarium, & ſi cauſa criminalis præjudicialis fuerit cauſæ civili, in ejus cognitione ſuperſedeat.

23 Quandocunque Judex ipſe ordinarius in cauſis criminalibus coram eo pendentibus indiguerit depoſitionibus Teſtium, vel aliquibus ſcripturis ad cauſas criminales facientibus, teneatur Auditor illas, vel earũ exemplũ, ut præfertur, exhiberi facere.

23 Nemini liceat turbare ordinem ſervandum in diſtributionibus cauſarum, ſed illarum Commiſſiones diſtribuantur bona fide juxta ordinem Turni qui nullo prorſus modo, neque à Notariis, nec à quoquam alio pervertatur, prout ſupra de Signatura Juſtitiæ diſpoſitum eſt.

24 Ut autem debitus modus ſportulis imponatur, non poſſint Auditores à Partibus, per ſe vel alium quovis modo ſportularum nomine aliquid petere, vel exigere, ſed nec à ſponte dantibus ultra taxam infraſcriptam recipere, videlicet.

25 In cauſis pecuniariis, ſeu prophanis, aut quæ aliàs pretio quoquomodo æſtimari poſſint, ſi æſtimatio rei, de qua agetur non excedat ſummam mille ducatorum, aureos decem; à mille verò uſque ad decem millia vigintiquinque, à decem millibus uſque ad viginti millia quinquaginta: ab inde ſupra, uſque ad quamcumque ſummam centum. In Beneficialibus verò, ſi redditus annuus, de quo agetur, non excedat ſummam centum ducatorum, ſimiliter decem; à centum verò uſque ad mille, viginti quinque; à mille uſque ad tria millia, quinquaginta. ab inde verò ſupra, centum aureos pro ſportulis cujuſcunque ſententiæ, diffinitivæ dumtaxat, ut præfertur, accipere valeant. Si Verò cauſa æſtimationem non facilè accipiat, ſportulæ moderatæ, pro rerum, & Perſonarum qualitate, juxta taxas prædictas, recipi poſſint. Nec aliquid ultra non ſolùm ipſis Auditoribus, ſed nec eorum Familiaribus, vel Conſanguineis, aut aliis quibuſvis Perſonis, directè, vel indirectè, quovis quæſito colore, vel ingenio, exceptis eſculentis, & poculentis, quæ triduò conſumi poſſint, ipſarum ſententiarum, aut Auditorum intuitu præſtari poſſit. Quas quidem ſportulas juxta taxam prædictam apud Notarium cauſæ poſt ſubſcriptam ſententiam, & Notario traditam & non antea, deponi, & Auditori conſignari volumus. Quodque Notarius diſpoſitionem, & conſignationem hujuſmodi in actis notare, & ſpecificare teneatur.

De Capitolio, & ejus Officialibus.

1 Ad hæc vide etiã Pii V. cõ. 58. § 27 & 33. 74 fol. 83. lib. 2.

§. 7. SEnator, & Judices ipſius poſſint primas inſtantias unica vice, eorum arbitrio, abſque ulla commiſſione prorogare.

Capitaneus appellationum pro revocatione, ſeu moderatione quarumcumque inhibitionum, ſportulas nullo pacto accipiat, Notarius verò dumtaxat mercedem actus, ſivè ſcripturæ.

2

3 Si petito Conſultore, Pars quæ petierit neglexerit per decem dies inſtare pro illius electione, Capitaneus poſſit per ſe ipſum cauſam expedire.

4 Et ſi Conſultor electus, infra duos menſes à die electionis non acceptaverit, vel recuſaverit ad alterius electionem procedatur.

5 Terminus quinque dierum datus à Statuto Urbis ad redeundum pro Apoſtolis, ita, & taliter intelligatur, ut ſufficiat interim quandocunque pro Apoſtolis redire.

6 Conſervatores Urbis abſtineant ab omni genere muneris, etiam eſculenti, & poculenti, à Piſtoribus, Laniis, Sallamentariis, Olitoribus, Fructarolis, & aliis artificibus, nec ab eis aliquid ſub quovis prætextu accipiant. A quibus etiam abſtinere faciant omninò eorum Scribam, Notarium, Secretarium, Fideles, & alios eorum Officiales, atque in primis Extraordinarios, corporali eos pœnas coercendo, & deinde ab officio removendo.

Nec poſſint de pœnis ſtatutariis, vel per eorum edicta inflictis aliquo modo gratiam facere in totum, & præſertim de corporalibus, nec illas commutare, ſine conſenſu ipſorum omnium ſimul convocatorum, & eo caſu non ultra medietatem pęnæ remittere, nec in domo propria ſua ſuper hujuſmodi gratiis aliquid ſignare poſſint, ſed ad earumdem pœnarum executionem, poſtquam de illarum incurſu conſtiterit, celeriter procedant. 7

Ad quarum etiam pęnarum præſertim corporalium executionem, in eventum in quem non mittantur executioni per ipſos Conſervatores à die delati criminis intra quinque dies, quilibet alius Judex ordinarius, & aliàs cõpetens procedere poſſit. 8

Extraordinarius ad officium Extraordinariatus exercendum nullatenus admittant niſi recepta ab eis cautione ſub pœna ipſis Conſervatoribus bene viſa, de officium ipſum fideliter exercendo, & præmiſſa obſervando, ac de ſeipſos repræſentando pro omni eo, quod in dicto eorum officio committere, vel ommittere poſſent; ac dictis Extraordinariis fidem adhibeant juxta formam decreti aliàs à Conſervatoribus editi non aliter. 9

Cogant inſuper Extraordinarium majorem ad exercendum officium, etiam per ſeipſum, & per Subſtitutum idoneum ab ipſis Conſervatoribus approbandum. 10

Atque iſdem Extraordinarius major, & ejus ſubſtitutos, ac minores Extraordinarii cogere poſſint quoſcumque, etiam per detentionem perſonarum, ut permittant ponderari carnes, & alia omnia, quæ ſub eorum cura ſint, & pretium denuncient, & recuſantes puniantur prima vice in duplum valoris rei penes eos inventæ, quòd ſi alia vice illud idem admiſerint, in duplum, & alia etiam pœna corporali, arbitrio Conſervatorum, & nihilominus Extraordinarii, tam majores, quàm minores, omnia Conſervatoribus denuncient, & res taliter inventas nullatenus ſibi retineant, ſed ad ipſos Conſervatores deferre teneantur. 11

Et Baroncellus, ac alii Executores quarumcunque Curiarum eiſdem Extraordinariis majoribus, in prædictis, & aliis eorum officium concernentibus, obedire teneantur 12

Magiſtri Viarum ad vias lateribus ſeu ſilicibus ſternendas, prout eis opus eſſe videbitur, Dominos contignarum domorum cujuſcunque ſint dignitatis, aut ipſis abſentibus vel ſolvendo non exiſtentibus, illorum Inquilinos, juris remediis opportunis, ac ſub eorum arbitrii pœnis, cogant. 13

Poſſint autem Inquilini retinere de penſione ſolvenda ratam, ut ſupra, per eos ſolvendam, non obſtante obligatione Camerali, aut quacunque exceptione, quæ opponi poſſet, & non obſtantibus quibuſvis ſequeſtris, etiam anterioribus. 14

Curentque eaſdem Urbis vias continuò, & Plateas ad minus quater in anno, & hoc in Martii, Junii, Septembris, & Decembris menſibus, ab immunditiis purgari. 15

Nullos actus, nullaque negotia, quæ alicujus momenti fuerint, ſine rogitu ſui Notarii expediant. 16

Reddant rationem Cameræ ſingulo quoque ſemeſtri, prout in litteris ad Cameræ Tribunal ſpectantibus conſtitutum eſt. 17

Edant initio eorum officii edicta ſub nomine Camerarii, & de pœnis in illis, atque etiam in Statutis contentis nullam ſine ejuſdem Camerarii, aut ſaltem Clerici Præſidentis mandato, gratiam facere poſſint. 18

In Cæteris, tam quoad appellationes ab eorum ſententiis, quàm quoad reliqua omnia ſervent omninò ſtatuta de eorum officio loquentia. 19

Submagiſtri verò ſuas relationes, quas tanquam periti facere ſolent, non niſi medio juramento faciant; & ſi quid dolo vel fraude egerint perjurii, 20

& alias

Digitized by Google

& alias pœnas arbitrio, Camerarii, & Clerici Cameræ pro tempore Præſidentis incurrant, & ad intereſſe Partibus condemnentur.

21 Conſules Artium quarumcunque obſervent earum Statuta legitimè approbata, & uſu recepta. Nec reaſſumant cauſas, præſertim mercedum, ac miſerabilium Perſonarum, coram majoribus Magiſtratibus introductas.

22 Minus impediant, aut moleſtent aliquo modo Peritos, ſivè Æſtimatores à Judicibus electos, ſub pœna privationis, & aliis arbitrio Superioris.

23 Notarii verò ipſorum Conſulum taxam eis per Statuta præſcriptam, & ubi aliqui ipſorum nullam minorem taxam haberent, aliorum, qui illam habent, ſequantor, & ſecundùm illam exigant.

24 Aſſeſſores prædictorum Conſulum, & aliorum Officialium Curiæ Capitolinæ ſalarium non habentes, caveant, nè in cauſis minimis, ideſt à quinque ſcutis infra, quicquam pro eorum voto, ſeu conſilio, & in aliis non ultra ſportulas dictis ſtatutis taxatas percipiant.

25 Procurator Fiſci Capitolini illud ipſum, in omnibus, & per omnia obſervet, quod Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Procurator, quoad ea ſc. capitula ſuperius adnotata, quæ ipſum etiam concernere, & ſibi convenire poſſint.

De Juriſdictione in Hebræos.

1 §. 7. Gubernator Urbis poſſit contra Hebræos in criminalibus cauſis procedere, etiam quòd agatur inter ipſus Hebræos tantùm.

2 In cauſis Cameralibus, ſeu ad Cameram quomodocunque ſpectantibus, aut ad Camerarium, etiam ratione pignorum, aut Perſonarum Hebræorum Bancheriorum, aut ad Præſides, Camerarius, & Præſides poſſint contra eos procedere.

3 In cauſis furtivorum pignorum quo ad Hebręos Bancherios, ſit locus præventioni inter Camerarium & Gubernatorem.

4 Quoad Auditorem Cameræ Hebræi ſint illius juriſdictioni ſuppoſiti privativè quoad alios ubi agitur de obligatione camerali, præterquàm in dependentibus à cauſis, & aliorum Tribunalium juxta ſuas facultates. In criminalibus autem poſſit idem Auditor cameræ contra eos procedere, prout in præteritum procedere conſueverat.

5 Inter Vicarium, & Senatorem, in delictis in quibus Chriſtiani ſunt aliquo modo participes, & ſic quando adeſt mixtura delinquentium Chriſtianorum, & Hebræorum, ex officio, non autem ad querelam locum habeat præventio, in aliis verò caſibus ſervetur conſtitutio fel. rec. Julii Papæ III. prædeceſſoris noſtri, diſponens quòd quando agitur inter ipſos Hebræos habeat Vicarius in eos juriſdictionem activè, & paſſivè, quando verò inter alios paſſivè tantum.

De Curia Sabellorum, & Turris Nonæ.

1 §. 8. Judex Curiæ de Sabellis gratuitò à Mareſcallo deputetur, adeo ut neque Judici dare, neque Mareſcallo propter hoc accipere quicquam liceat, etiam mutui vel alio nomine, aut quavis de cauſa vel prætextu, ante, ſive poſt adeptum officium, etiam in vim vel prætextu, cujuſcunque indulti Apoſtolici, vel conſuetudinis, quod, & quam per præſentes expreſsè revocamus, & improbamus, & ut ſupra, omninò ſervari mandamus.

Ad hæc vide etiam Pii V. côſt. 58 §. 23. f. 81. lib. 2.

2 Deputatio verò Judicis fiat cum participatione & approbatione Gubernatoris Urbis pro tempore, & fiat ad annum dumtaxat, quo finito, finitum ſit etiam ejus Judicis officium, niſi propter aliquam rationabilem cauſam prorogandum viſum fuerit, quæ tamen prorogatio alium annum nullo pacto excedat, & ſemel tantum fieri poſſit.

3 Antequam incipiat exercere officium caveat idoneis, & finito officio etiamſi nec querelatus nec requiſitus fuerit, offerat ſe Syndicatui coram Gubernatore Urbis præfato, ille vero quadraginta diebus Syndicatum abſolvat, Judicemque, prout jure faciendum erit, vel abſolvat vel condemnet, & puniat. Quod ſi intra dictorum dierum numerum non fecerit, Camerarius S. R. E. qui tunc erit, duos viros deputet, qui intra alios viginti dies hujuſmodi Syndicatum peragant lapſis autem dictis terminis pro abſoluto habeatur.

4 Commentarienſis, & Capitanei necnon Executorum ejuſdem Curiæ munia, per idoneos, & fideles Miniſtros gerantur, & neque vendantur, neque locentur ullo modo, nec quicquam pro illis conſequendis, aut exercendis, quovis nomine, & prætextu, ſolvatur, vel reſpondeatur, etiam vigore contractuum, aut locationum de præterito factarum, quæ per præſentes nullæ, & irritæ intelligantur, & qui aliquid ſolverint vel reſponderint officio privati ſint, & publicè fuſtigentur.

5 Turris Nonę Judex non ſe intromittat in cauſis ſummam decem ſcutorum excedentibus, nec in criminalibus, niſi levibus, & minimis.

6 Et dictus Judex Turris Nonæ coram Gubernatore præfecto in fine cujuslibet anni ſyndicatui ſe offere, & ſtare teneatur, prout de Judice Curiæ Sabellorum ſupradictum eſt.

De Curia Ripæ, & Ripettæ.

1 §. 9. Ripettæ Præſes aut Judex, non faciat aliquam compoſitionem, minuſque ſolvere faciat aliquam pœnam, quantumlibet minimam, ſub quovis prætexto, niſi ſervatis ſervandis, ac prævio proceſſu, ac decreto, ut ex actis intelligi poſſit, an juſtè pœna ſoluta, vel compoſitio facta fuerit.

Ad hæc vide etiam Pii V. côſt. 58. §. 23 f. 81. lib. 2.

2 Neque Camerarius, neque Ripettæ Præſes tranſmittant extra Urbem Commiſſarios ad menſurandum paſſus lignorum.

3 Ripæ, & Ripettæ Judices, in fine officii coram Clerico Cameræ ejuſdem Ripæ Præſide Syndicatui teneantur.

4 Nec Camerarius Ripæ ultra ſex menſes in ejus officio permanere, nec confirmari debeat.

5 Pro mala menſuratione lignorum nullus pœna pecuniaria, ſed corporali veluti trium ictuum funis, aut fuſtigationis, aut berlinæ, arbitrio Judicis puniatur.

6 Camerarius Ripæ aliquas compoſitiones facere non poſſit, niſi pręcedente legitimo proceſſu, & decreto, omnes compoſitiones in libro annotentur.

De Judicibus criminalibus Urbis, & pertinentibus ad eos.

1 §. 10. Judices criminales Urbis, ſeu Locumtenentes, & eorum Subſtituti quibus certum Nobis ſalarium eſt conſtitutum, illo contenti, nihil prorſus, aut pecuniæ, aut alterius cujuſcunque rei etiam minimæ quantitatis à quoquam, etiam ſponte dante, accipiant, neque pro ſportulis, ſeu propinis ſententiarum, vel pro decretis, abſolutionibus, aut relaxationibus quibuſcunque in quibuſcunque cauſis, etiam delegatis, & commiſſariis, neque quovis alio modo, titulo, vel nomine, etiam muneris, vel regaliorum, quamvis eſculentum vel poculentum, etiam in caſibus alioquin de jure, quacunque conſtitutione permiſſis, ſub privationis officii, & inhabilitatis in poſterum ad quodlibet judicandi munus, & aliis noſtro, & Succeſſorum noſtrorum arbitrio infligendis pœnis.

Ad hæc vide etiam Pauli III. conſt. 44. §. 3 & ſeq. f. 683. l. 1. Pii V. côſt. 43. fol. 58 & Sixti V. conſt. 93 f. 655. li. 2, & Clem. VIII. côſt. 5. fol. 3. lib. 2.

2 Camerarius, Theſaurarius, & Præſides Cameræ, excepto Præſide Riparum, item Hoſpitalium, Confraternitatum, ac aliorum locorum piorum, ſeu Collegiorum Rectores, &

alii

alii quicunque habentes in Urbe juriſdictionem criminalem, & facultatem Judices deputandi, non deputent in criminalibus cauſis, alios Judices, quàm aliquem ex ordinariis ſibi bene viſum, qui nullas debeat recipere ſportulas, ut ſupra ſancitum eſt, & in deſcribendis actis, atque proceſſu, utatur proprio ſui Tribunalis Notario, niſi Notarius Deputandus habeat officium titulo oneroſo, & jus ſcribendi etiam in criminalibus, quo caſu ipſe deſerviat in dictis cauſis, etiam apud Judices deputatos.

3 Nullus autem Judicum in cauſis criminalibus procedat, vel ſententiam ferat, niſi Procuratore Fiſcalis, vel Commiſſario Cameræ reſpectivè in omnibus actis, in quibus de jure citari debent, legitimè citatis.

4 Minuſque tranſmittantur extra Urbem Monitoria, nec aliquod judicium, ad Fiſci, vel Commiſſarii Cameræ reſpectivè inſtantiam, introducatur ſine Procuratoris Fiſci, vel Commiſſarii Cameræ licentia.

5 Nec quiſquam capiatur ſine indiciis ad inſtantiam cujuſcunque Inſtigatoris, niſi in cauſis gravibus arbitrio Judicis, & tunc non niſi data cautione per Inſtigatorem de reficiendo damna, expenſas, & intereſſe, necnon etiam (ſi ita Judici viſum fuerit) de ſe repræſentando.

6 Nec concedant Judices in cauſis Criminalibus ſignificationes aliquas, niſi in cauſis coram ſe, vel in ſuo Tribunali, & aliter datæ non obſerventur.

7 Pariter non relaxent monitoria Criminalia pro contraventione inhibitionis obtentæ in cauſa civilis, ſed agatur pro ea civiliter coram Judice, qui dedit Inhibitionem, niſi fortè contraveniendo fuerit vis aliqua illata, vel injuria realis aut verbalis in ſpretum inhibitionis, & Judicis contemptum.

8 Contra Reum abſentem, contumacem pro delicto, quilibet Judex competens procedere valeat, nec alter alterius proceſſu impediatur.

9 Non tranſmittantur contra Reos abſentes Citationes, aut Monitoria ad informandam Curiam ſub pecuniaria mulcta, quando Judex habet in proceſſu probationes, vel indicia contra illos ſufficientia ad tranſmittendum Monitorium, ſivè Inquiſitionem, aut Citationem ſuper delicto.

10 Nec comminentur unquam in Monitoriis pœnæ corporales majores pœna delicti, pro quo monitio fit.

11 Item inquiſito Reo non fiat Inventarium illius bonorum, niſi agatur de delicto pro quo veniat imponenda pœna capitalis, vel confiſcationis bonorum, aut alia notabilis pœna.

12 Et quando inventarium conficiendum fuerit non deſcribatur Inventarium hujuſmodi in regiſtro, ſed tantùm moderata merces pro qualitate rei à Notario accipiatur.

13 Et caſu, quo propter Rei contumaciam Inventarium fieri contingat, non niſi unicum fiat.

14 Relaxatus ab uno Judice, non poſſit ab alio eadem cauſa carcerari.

15 Similiter pro pugnis, & verbis altercatoriis, & injurioſis in rixa, & ex accidenti inter viles Perſonas prolatis, aut pro quavis alia ſimplici rixa, minuſque, etiam in fragranti reperti, non carcerentur, niſi prius ducti ad præſentiam Judicis ſub pœna privationis, & aliis arbitrio ſui Judicis. Et ſi relaxandi erunt gratis ubique relaxentur.

16 Quærelæ Dominorum contra Famulos, vel Operarios, qui jam Dominos ex cauſa mercedis convenerunt, non recipiantur niſi facto depoſito, vel data cautione in forma depoſiti, Judicis arbitrio, & non niſi in eo Tribunali, in quo cauſa mercedis pendet juriſdictionem habeat Criminalem.

17 Captus ab incompetenti Judice, vel ab eo, qui non proceſſit, remittatur ad eum qui proceſſit, ſed captus ab eo qui proceſſum formaverat, non remittatur, etiam quòd ab alio fuiſſet in procedendo, vel in contumaciam condemnando, præventum; quinimò proceſſus omnes, & informationes tranſmittantur ad illum qui fuit diligentior in captura.

18 Quòd ſi ex pluribus delicti Conſortibus quilibet aliquem habeat carceratum remittantur omnes ad eum, qui habet principaliorem in manibus.

19 Curent autem Judices quinque nè Rei detineantur in ſecretis ultra triduum, antequam examinentur, niſi cauſæ natura aliud ſuadeat.

20 Et tam Reos, quàm Teſtes interrogent, deſcriptis, & extenſis à Notario integrè verbis omnibus interrogatorii, rejecto prorſus, & ſublato abuſu illo ſcribendi, Ad opportunam Domini interrogationem, vel interrogatus reſpondit, aut ſubdens interrogatus, aut ſimili, quem tanquam pernicioſum, & uti ſuggeſtivarum interrogationum velamentum, & fraudibus plenum, damnamus.

21 Reſponſiones ſimiliter Reorum, & Teſtium, integrè de verbo ad verbum, prout ex eorum ore profluunt, etiam quòd contra Fiſcum ſint, non diminutè, nec per relationem, & in externæ nationis hominibus adhibito Scriba vel Interprete illius linguæ perito, fideliter ſcribi faciant.

22 Nec ullo pacto Judicibus liceat, vel Notariis, Teſtes, quos ipſi veriſimiliter informato crediderunt, citatos, ſeu vocatos, extrajudicialiter cum juramento, vel ſine eo interrogare, & non ſcriptis eorum reſponſionibus dimittere, forſan ex eo quòd contra Fiſcum deponant, & pro Reo ſed omninò prævio juramento de veritate dicenda, eorum examen recipiatur, & in ſcriptis redigatur, dummodo non abſit vehemens ſuſpicio ſubornationi.

23 Reorum recognitiones non fiant niſi Judice præſente, & coram pluribus, nec ullo pacto Reus antea ipſi Teſti oſtendatur.

24 Teſtes pro Informatione Curiæ non niſi in gravioribus, carcerentur, & tunc pro relaxatione nihil penitus ſolvant, nec etiam pro alimentis, quæ vel Inſtigator, ſi adeſt; ſolvere debeat, vel Fiſcus.

25 Captum pro uno crimine ſuper aliis, de quibus indicia non habent, interrogare nullo modo præſumant, ſed in hoc, & aliis omnibus occurrentibus, Juris communis diſpoſitionem Judices ſervare teneantur.

26 Et in quocunque crimine, quantumvis graviſſimo, Reos, antequam torturæ ſubiiciant, etiam non petentes, admittant ad purgandum indicia, data eis indiciorum copia, pro ea tantum parte proceſſus, quam ipſi petierunt, in forma boni extractus, & non regiſtri, cum expreſſione nominum Teſtium, & competenti termino ad faciendas defenſiones, & eo pendente, detur commoditas Carceratis liberè loquendi cum eorum Advocatis, & Procuratoribus, etiam ſemotis Arbitris, niſi tamen qualitas cauſæ aliud neceſſarium ſuadeat, & dicta copia indiciorum detur Pauperibus gratis, vel oſtendantur originalia Advocato, & Procuratori Pauperum ſimiliter gratis, & abſque ulla impenſa.

27 Neque cogantur Rei declarare ſe habere Teſtes curiæ pro ritè, & rectè examinatis, & quatenus voluerint illos ſic habere, præter abſentes, & mortuos, & ſalvis exceptionibus contra perſonas & dicta Teſtium, ſalvoque jure illos repetendi, talis proteſtatio admittatur, minimeque reiiciatur.

28 Ac Teſtes, contra Reum repetendi, prius examinentur ſuper interrogatoriis pro ejus parte datis, deinde ſuper eorum depoſitionibus repetantur.

29 Ac Judices Auditores, ſeu Locumtenentes Gubernatoris Urbis, ſeu alterius cujuſcunque Magiſtratus, habentis facultates procedendi præter aut contra formam Juris vel Statutorum,

ratur pronunciatum fuiſſe, prout in cedula.

17 Nec etiam manum apponant in Commiſſionibus prorogationis Fatalium in cauſis criminalibus, nec illa concedantur ultra primam vicem, niſi prævia ſubſcriptione Judicis aſſerentis Commiſſionem ſibi ſignandam videri, & citato Fiſco.

18 In Civilibus autem prorogationes hujuſmodi ultra primam vicem, non niſi ex cauſa, concedantur.

19 Et ſimiliter inſtantia, quæ cauſis diſcuſſionum præſcripta eſt, nullo modo, niſi ex magna cauſa, & per Signaturam noſtram Gratiæ prorogetur.

20 Quilibet autem Referendarius teneatur recipere contra commiſſiones, & eas omninò in eadem Signatura proponere, eoque caſu ſufficiat, Partem adverſam per quinque dies ante Signaturam fuiſſe, ſuprafcripto, citatam.

21 Cauſæ Matrimoniales, & Criminales, Clericorum, & aliorum Perſonarum Eccleſiaſticarum, committantur iis tantùm, quibus diſpoſitum eſt per Concilium Tridentinum committendas eſſe.

22 Cauſæ verò criminales Laicorum in Terris Eccleſiæ locorum Gubernatoribus committantur

23 Regens Cancellariæ, & alii Officiales ad expeditionem Commiſſionum Signaturæ Juſtitiæ deputati, abſque mora, receptis Commiſſionibus, illas expediant, nec ſub quovis prætextu illas penes ſe retineant. Et qui illas per turnum deſtribuere debent, illas ſine aliqua ordinis ipſius turni perverſione, diſtribuant, illaſque ad Bancum Curſorum, etiam irrequiſiti ſine mora tranſmittant, ſub pæna privationis officii, & aliis arbitrio noſtro, & Succeſſorum noſtrorum Romanorum, Pontificum.

De Camerario, & Camera Apoſtolica.

1 §. 2. CAmerarius, Præſidentes, & Clerici, Fiſci noſtri negotii incumbant, utque illud liberiùs, & faciliùs facere, & exequi poſſint, cauſis inter Fiſcum noſtrum, ac Privatos, juxta propriam eorum Tribunalis naturam, contenti ſint, & propterea a cognitione cauſarum inter privatos etiam per viam appellationis, etiam ex Terris Eccleſiæ ad Sedem Apoſtolicam interpoſitæ, omninò abſtineant niſi cauſæ à negotiis Fiſcalibus dependeant aut ab illis originem trahant.

Ad hæc vi. 1411 V. cõſt. 95 fol 74. 3. & ſeq. & conſt. 71. § 122. l. a.

2 Similiter abſtineant à Commiſſionibus, & avocationibus cauſarum, necnon litteris monitorialibus, & inhibitoriis, & ſequeſtrationibus, & aliis hujuſmodi, ubi non agitur de intereſſe Fiſci, etiam in Terris Eccleſiæ, cùm hæc ad Signaturam noſtram ſpectare noſcantur, & aliàs ordo Judiciorum multipliciter confundatur.

3 Permittimus tamen Camerario, pro minori Pauperum diſpendio, ut cauſas appellationum à ſententiis diffinitivis, vel earum vim habentibus interlocutoriis, intra quadraginta milliaria ab Urbe, in rebus minimis, & prophanis, ſummam vigintiquinque ducatorum non excedentibus (de quo diſpoſitivè mentio fieri debeat) per ſimplices litteras, aliàs juxta formam juris, & juxta ſolitum, committere poſſit.

4 Inſuper, nè delicta impunita remaneant, ab abſolutionibus, & remiſſionibus delictorum quorumlibet etiam levium, aut illarum Commiſſionibus, necnon ſalviſconductibus pro Delinquentibus etiam de delictis extra Terras Eccleſiæ commiſſis abſtineant.

Similiterque à Monitorialibus dilationibus, nec etiam ad modicum tempus.

6 Necnon litteras Camerales pro adipiſcenda poſſeſſione Beneficiorum Eccleſiaſticorum, etiam, Nobis, ac Sedi Apoſtolicæ reſervatorum, ac prorogationem temporis ad expediendas litteras Apoſtolicas quarumcunque gratiarum aut ad ſolutionem annatarum, vel Collegio Cardinalium, aut Officialibus, debitarum, minimè concedere valeant.

Clerici Cameræ, cum nullam juriſdictionem ut ſinguli, ſed tantùm collegialiter, & in plena Camera habere noſcantur, nihil expediant privatim, & ſingulariter, nec aliquas litteras, aut patentes de quacunque re ſubſcribant, niſi ex commiſſione eis facta in eadem plena Camera, in qua omnia clarè, & diſtinctè proponi, ac in libro propoſitionem adnotari debeant, vel niſi agatur de negotiis Gubernatorum, Præſidentiarum, & Præfecturarum, quæ privatim juxta ſolitum expedire poſſint. 7

Notariique in expeditionibus, & ſcripturis deſuper conficiendis, de propoſitione, & commiſſione hujuſmodi, mentionem expreſſam facere teneantur. 8

Sed, & tam Camerarius, quàm Clerici ipſi, ultra prohibita in præſenti reformatione, à quibuſcunque licentiis, gratiis, & indultis de rebus ſpiritualibus, in forma gratioſa vel commiſſaria, etiam cum clauſulis, juſtificativis, & aliis, tam in Terris Eccleſiæ, quàm extra illas, omninò abſtineant. 9

Et ſimiliter à quibuſcunque aliis expeditionibus, quæ ſibi ratione ſuæ ordinariæ Juriſdictionis propter publicam utilitatem expreſsè, per litteras ſuarum facultatum conceſſæ non reperiuntur. Nec prætextu conſuetudinis, aut quaſi poſſeſſionis, etiam antiquiſſimæ, & immemorabilis in ſimilibus concedendis eis ſuffragetur, etiamſi conſuetudo, vel quaſi poſſeſſio hujuſmodi per litteras aliquorum Pontificum generaliter approbatæ fuerint. 10

Conſtitutio fel. record. Pii Papæ Quarti, ſuper reformatione Tribunalis Cameræ Apoſtolicæ incip. Cum inter cæteras, ſub datum Calend. Novembris, Anno 1564. juxta ſolitum legatur ſingulis annis in prima Camera menſis Octobris. 11

Cauſę Conjunctorum, & Propinquorum alicujus Clerici ad quartum gradum excluſivè, ipſi Clerico nullatenus committantur, nec quiſquã eorum ſibi commiſſas audiat, ſed eas expreſſa cauſa recuſet. 12

Nec etiam in diſcuſſionibus, & deciſionibus, tam illarum quàm aliarum quarumcunque cauſarum; in quibus aliquod intereſſe prętendere poſſet, ſive Clericus, ſive Aſſiſtens ille ſit, ullo modo intereſſe, nec ullum votum habere ſed ſtatim à dicta Camera, etiam dum cauſa proponitur, etiam injuſſus (cùm in hoc ignorantiam prætendere non poſſit) egredi debeat, & ſi ſecus fecerit, Clericus per menſem ſuſpenſionem ab exercitio, & perceptionem emolumentorum ſui officii aliis Clericis applicandorum ipſo facto incurrat. Aſſiſtens verò jocalium, & ſalarii exactione, aliis Aſſiſtentibus applicanda, ipſiuſque Cameræ ingreſſus trium menſium ſpatio mulctetur. 13

Quicunque autem ſive ex Clericis, ſive ex aliis Cameralibus prædictis ab aliquo ſuſpectus in cauſa recuſatus fuerit, Recuſans non niſi expreſſa ſuſpicionis cauſa audiri, illaque expreſſa, abſente Recuſato ut ſuſpecto, in Camera diſcuti eaque à pluribus approbata, ſuſpectus ipſe in hujuſmodi cauſa nullo modo ſe intromittere, aut intereſſe debeat, ſi verò ſuſpicio probari nequierit, nulla ejus allegatæ ratio habeatur. 14

Caveant autem appellationes à decreto vim diſfinitivæ habente ullo pacto recipere, neque alias appellationum cauſas committere, niſi gravamine, & gravaminis cauſa ita expreſſa, ut Camera poſſit intelligere, & deliberare, an appellatio ſit admittenda, necnè, & in omni caſu non niſi citata Parte hæc fiant. 15

Ad hæc Pauperum Advocatus, necnon Fiſci, tam Advocatus, quàm Procurator, Commiſſarius, quivis alius de eadem Camera, ſub eiſdem, & aliis, noſtro, & Succeſſorum noſtrorum arbitrio, pænis, non ſcribant in cauſis Privatorum in Cameræ Tribunali pendentibus, exceptis Pauperum cauſis, & reſpectivè iis, in quibus Camera alicui adhærendo partem facit in judicio, vel in quibus aliàs de Fiſci, & Cameræ intereſſe agitur. 16

De Gubernatore Urbis, & ejus Tribunali.

1 §. 3. Locumtenens Civilis Gubernatoris Almæ Urbis pro tempore exiſtentis unus dumtaxat ſit, legum ſcientia, vitæque probitate, & Romanæ Curiæ experientia inſignis, & ex hoc loco, qui ab Urbe diſtet ſaltem per quadraginta milliaria oriundus, qui omnes cauſas civiles, tam commiſſarias juxta formam Commiſſionum, quàm ordinarias, vel aliàs in ipſo Tribunali introducendas, juxta ſuas facultates cognoſcat, terminet, & decidat. Audientiam terminorum, pro quibus Litigantes pro certa hora citati non ſint, in ſala palatii Gubernatoris circa horam vigeſimam, pro Tribunali ſedendo, teneat, Jus reddat ſingulis diebus, exceptis feſtivis de præcepto aut conſuetudine Almæ Urbis, necnon diebus Coronationis Pontificis viventis, ingreſſus Gubernatoris, Jovis, Lunæ, & Martis immediate ante Cineres, ac ipſius die Cinerum, totius Hebdomadæ majoris, Commemorationiſque omnium Fidelium Defunctorum, & Vigiliæ Nativitatis Domini.

Vid. conſt. 72. Sixti V fol. 606. lib. 2.

2 Significatione per viam recurſus concedendas ſemper concedat cum clauſula, Non tamen in contumaciam.

3 In cauſis ordinariis, vel via ordinaria introducendis, etiamſi ad probationem producantur cedulæ, jura, & inſtrumenta obligationum Cameralium, non relaxet mandata executiva, ſi reſpectu ſummæ, vel valoris rei, vel aliàs ex natura cauſæ, de qua agitur, dictæ cauſæ ſint appellabiles, niſi elapſis decem diebus datis, ad appellandum, & ſervatis ſolitis terminis ad docendum de legitima appellatione, ejus legitima proſecutione, & conſtito ſibi de re judicata.

4 Suſpectus poſt litem conteſtatam, vel pro conteſtata habitam allegari non poſſit, niſi à Principalibuſmet, vel eorum Procuratoribus, ad id ſpeciale mandatum habentibus, & ex certa cauſa per eos in actis ſpecificata, & jurata, à Gubernatore pro legitima approbata.

5 Ab ejus ſententiis diffinitivis appelletur ad Nos, noſtramque Sanctam Sedem Apoſtolicam in cauſis appellabilibus, in quibus verò de jure recurſus datur, recurratur ad Gubernatorem, qui cauſas hujuſmodi recurſus, per ſeipſum, vel alium ab eo deputandum, juxta ſuas facultates, expediat. Qui deputandus, tam in ipſis cauſis recurſus, quàm in illis, in quibus locus Locumtenentis uti ſuſpecti recuſati à Gubernatore deputabitur, & in cauſis quoque commiſſariis, in quibus ex reſcripto Signaturæ à Gubernatore ſimiliter deputabitur, ea dumtaxat emolumenta recipiat, quæ ut mox dicetur, Locumtenens recipere poſſet, & nihil penitus ultra ſub pœnis eis indictis.

6 Recurſus, ut ſupra, ad Gubernatorem à Locumtenentis, vel deputandi decretis, & ſententiis petendi, infra decem dies dumtaxat peti debeant, & tunc executionem non retardent, uſquequo Gubernator hujuſmodi recurſus non admiſerit.

7 Locumtenens habere debeat ſcuta auri in auro quinque à quolibet ex duobus Notariis cauſarum Civilium hujus Curiæ, ipſi tantum Locumtenenti quolibet menſe in ejus principio ſolvenda, & percipere poſſit julium unum pro ſingulis infraſcriptis expeditionibus. Videlicet pro quolibet mandato executivo, non tamen in contumaciam. Pro quolibet Arreſto in carceribus. Mandato de excarcerando, ſignificatione Dotali, aut vigore termini, aut in vim litis pendentiæ, aut litis finitæ aut ſtante depoſito, vel negatione, aut data cautione de ſtando juri, & judicatum ſolvendo conceſſa. Et etiam pro quolibet citatione vel inhibitione vigore commiſſionis, aut extra Curiam decreta, dummodo in quolibet ipſorum caſuum agatur de re, vel ſumma ſcutorum auri ſeptem, qui conſtituant Julios ſeptuaginta ſeptem.

8 Gubernator Urbis cumulativè procedere valeat, in omnibus, & quibuſcunque cauſis criminalibus, in quibus Camerarius Ripæ vigore ſuarum facultatum procedere poteſt, ita ut inter eos juxta ſolitum ſit locus præventioni.

9 Habeatque juriſdictionem in Hebræos, prout infra diſpoſitum eſt.

De Auditore Cameræ, & ejus Tribunali.

§. 4. In primis, quoad formam, & executionem obligationis Cameralis, mandamus ſervari ſtylum hodiernum, ut ſcilicet quis obliget Se, Hæredes, & bona in ampliori forma Cameræ, cum ſolitis clauſulis, & renunciationibus, circa tamen conſtitutionem Procuratorum, & qui voluerit arctiùs obligari, conſentiat relaxationi Mandati executivi, aut illud in ſe ſuſcipiat, unica, ſi ſic placuerit, citatione aut intimatione præcedente. Nec ullo unquam tempore renovetur vetus illa cenſurarum ſuſceptio jam antiquata, & à Curia eliminata. 1

Ad hoc vide Pii IV. Conſt. 56. fol. 7. & Pii V. Conſt. 113. fol. 319. lib. 2.

Minuſque ad dictarum cenſurarum relaxationem deveniatur, niſi in juris ſubſidium, & factis prius diligentiis in locis deſtinatæ ſolutionis, prout hactenus fieri conſuevit. 2

Et ſi Parti petenti, ac debitum agnoſcenti danda videbitur aliquando longior aliqua dilatio ad ſolvendum, intra quam nullum omninò mandatum, aliudve executionis genus relaxari poſſit, ea erit dierum triginta ad ſummum, aut etiam viginti, vel minor arbitrio Judicis, qui pro Debitoris qualitate, ac debiti ſumma, quem maluerit de prædictis terminis eliget. Hoc tamen omninò obſervando, ut non niſi ſimpliciter, & abſque ulla conditione, proteſtatione, vel reſervatione, quæ confeſſioni ſit contraria, debitum Confitenti concedatur, & qui aliter, aut præmiſſa aliqua proteſtatione, vel reſervatione petere, aut ſuſcipere voluerit, repellatur. Et nihilominus proteſtatio, vel reſervatio fortè clandeſtinè, aut aliter facta, quo ad præjudicium dictæ confeſſionis, & ſuſceptionis termini pro infecta omninò habeatur, & nullius ſit roboris, & momenti. Et ſi poſt decretum, aut etiam Actori à Notario traditum Mandatum executivum, Judici præfatam dilationem concedere viſum fuerit, nec Reus intra eam ſolverit, Actor abſque alio novo judicio citatione, vel mandato, ſed eodem illo, quod antea decretum, vel relaxatum, aut traditum fuerat, executionem ſuam proſequatur. 3

Quodque ſuperſeſſoriæ, ſeù (ut vocant) non graventur, aut inhibitiones, vel dilationes non concedantur, præterquam in vim ſuſceptionis cenſurarum, vel termini judicialis à Debitore ſuſcepti, & niſi adiecta hac conditione, dummodo alium terminum ab ipſo, vel alibi non ſuſceperit. Et tam pro dictis ſuperſeſſoriis, quam pro illarum revocationibus, juxta ſtylum dicti Tribunalis conſuetum, nihil prorſus recipiatur, ſed gratis, etiam pro Sigillo, ac ſine ulla Secretarii, Judicis, aut cujuſcunque alterius perſonæ mercede concedantur. 4

In cauſis criminalibus, in locis Nobis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubiectis, in poſterum non decernantur, neque relaxentur monitoria contra aliquem in prima inſtantia, niſi per Auditorem Cameræ pro tempore, facto priùs verbo nobiſcum, ſeu cum Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in caſibus in Bulla in Cœna Domini legi ſolita contentis, in quibus nihilominus, quando monitoria extra Italiam decernenda erunt in locis Nobis, & eidem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ non ſubjectis, vel aliàs contra Officiales, Curiales exemptos, & Contravenientes inhibitionibus & litteris Apoſtolicis, vel etiam pro rebus dependentibus, à cauſis criminalibus coram Auditore Cameræ pro tempore legitimè introductis, ac pendentibus, hujuſmodi monitoria non relaxentur, niſi facto priùs verbo Nobiſcum, ſeu cum Romano Pontifice pro tempore exiſtente. 5

Nec

6 Nec decernat Monitoria ſpecialia in cauſis prophanis, etiam in Terris Eccleſiæ, ultra quadraginta milliaria ab Urbe, quando valor cauſæ non excedit ſummam centum florenorum.

7 Appellationes non aliter recipiat, audiat, vel admittatur, quã ſi exhibita fuerit Notario in actis ab Appellante fides publica, ſeu publicum inſtrumentum (ita quòd ſimp ex copia nec recipiatur, nec admittatur) ſententiæ, à qua extitit appellatum eaque ſit diffinitiva, vel vim habeat diffinitivæ, neque aliter earum ratione inhibeat, quam inſerto in litteris inhibitionis toto fidei, ſeu inſtrumenti hujuſmodi tenore, & expreſſa clauſula, Quatenus à diffinitiva, vel vim diffinitivæ habente appellatum ſit. Facta tamen fide de petitione Appellantis, & Judicis ſive Notarii denegatione, Auditor inhibere, & in cauſa procedere poſſit.

8 In expeditionibus vigore hujuſmodi appellationum apponatur clauſula, Et quatenus revera ſententia non ſit diffinitiva, vel vim diffinitivæ non habeat, præſentes litteræ nullius ſint roboris vel momenti.

9 In monitoriis generalibus reſervet facultatem etiam Ordinario loci, abſolvendi incurrentes cenſuras in eis contentas.

10 Item non decernat ſequeſtra in cauſis Beneficialibus, in quibus procedere poteſt, niſi juxta formam conſtitutionis felic. record. Clementis Papæ Quinti prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: Ad compeſcendas, prout ſervatur in Rota, & in illis ſemper apponatur clauſula, Proviſo, quòd de fructibus ſequeſtratis cultus divinus manuteneatur, Animarum cura exerceatur, & alia onera Beneficio incumbentia ſupportentur.

11 Mandata de manutenendo nunquam, niſi ſervatis ſervandis, & Parte legitimè citata, decernat, & concedat.

12 Idemque in ſequeſtris, & in mandatis ſuſpicionis fugæ ſervet, niſi aliqua ratione timendum ſit Judicis arbitrio, de ſuſpicione fugæ, vel bonorum dilapidatione, quo caſu juramentum præſtari debeat de ſuſpicione fugæ, vel de metu dilapidationis bonorum.

13 Non decernat contra Epiſcopos, & iis Superiores monitoria ad perſonaliter comparendum niſi prævia commiſſione ſignata manu noſtra, aut pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, & pro decreto monitorii ad perſonaliter comparendum, nihil recipiat.

14 Non concedat, neque dari permittat Auditor Remiſſoriam ad partes examinandum, vel repetendum citata Parte Teſtes ad inſtantiam Fiſci, vel probandum ejus intentionem; ſed advocentur Teſtes ad Curiam, vel cauſa remittatur ad partes, ubi delictum eſt commiſſum.

15 Nec minus concedat litteras ad partes pro capiendis indiciis contra aliquem, niſi prius in Curia ipſimet Auditori Cameræ ejus arbitrio aliqualiter conſtiterit de delicto.

16 Et in cauſis ordinariis Auditor prædictus, ſeu ejus in Civilibus Locumtenens non recipiat ſportula, neque Notarius aliquid pro nota ſententiæ, ſed in cauſis commiſſariis, & declaratoriis contumacialibus tantum.

17 Præterea Auditor non concedat Monitoria, ſeu inhibitiones in vim conſtitutionis Eugenianæ ad favorem Curialium, niſi pro illis, qui ſaltem per annum in Curia continuè reſidentiam fecerint.

18 Ut tollantur controverſiæ inter Tribunalia Curiæ, & unicuique ſua juriſdictio ſervetur, declaramus executionem obligationis in forma Cameræ, ad prædictum Auditorem Cameræ, privativè ad alia Tribunalia pertinere, præterquàm in inſtrumentis dependentibus à cauſis, & actis in aliis Tribunalibus hujuſmodi geſtis, ac ſine præjudicio motus proprii in favorem Populi Romani editi, & quoad Clericos, ratione originis, vel Beneficii Romanos, & loca pia; locus ſit præventioni inter ipſum Auditorem, & noſtrum in Urbe Vicarium.

Et quoad præventionem inter ipſum, & forum Capitolinum in cauſis vertentibus inter Cives, & Incolas, ſtatuimus, & declaramus, nomen Incolarum juxta Juris communia diſpoſitionem eſſe intelligendum, & ubicunque ſuper hoc dubitari contigerit, orta inter Tribunalia differentia, ad Præfectum Signaturæ Juſtitiæ recurri mandamus, qui hunc articulum, manu regia, ſine ſcriptura, omni, & quacunq; appellatione & recurſu remotis, in quolibet caſu controverſiæ terminet, & decidat. 19

Citationes autem extra Urbem executæ, quarum vigore hodie coram Auditore Cameræ ad executionem obligationis Cameralis procedi ſolet, reproducantur infra menſem ab executione earum in partibus facta, alioquin pro circumductis habeantur. 20

Litteras Apoſtolicas, quibus certus, qui per ſeipſum procedat, executor præſcriptus eſt, nullo modo Auditor præterea, in quarum executione Pars vocanda fuerit, non aliter exequatur, quam ſervatis pro rerum contingentia Conſtitutionibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, niſi ipſis conſtitutionibus derogatum fuerit expreſsè in litteris, quæ fuerit exequendæ, ſed, & tunc, nequaquam extra Diœceſim u. tra tot dietas evocet, quot in ipſis litteris expreſſum erit, exceptis litteris Penſionum, quarum ſolutio in Romana Curia deſtinatur, & his omnibus, quibus ipſe nominatim executor præſcriptus fuerit, his enim caſibus poſſit ad ſe undecunque, & quocunque Partes evocare, aut ë aliis vices ſuas committat, vel ſubdelegetur quam Conſtitutis in dignitate Eccleſiaſtica aut aliis, quibus Sedes Apoſtolica cauſas committere ſolet. 21

Monitoria generalia vulgò, Significavit appellata, quæ ſcilicet, ut aliq. id reveletur, ſeu reſtituatur, aut probetur, cum cenſuris Eccleſiaſticis publicari ſolent; nullo modo decernat, ſivè expediat. 22

Similiter nihil ſine ſpeciali noſtra Commiſſione decernat, aut faciat, aut mandet, quòd Epiſcopos, aut alios locorum Ordinarios impedire poſſit, nè ad executionem decretorum S. Concilii Tridentini, correctionemque morum liberè procedant. 23

Ab omnibus autem, & ſingulis iis, quæ ad ejus juriſdictionem ſecundum præmiſſa pertinere nolumus, uſque adeò abſtineat, ut neque monitoria, neque citationes, neque inhibitiones, neque ſequeſtra, neque mandata de manutenendo, neque aliud quicquam quocunque ſub prætextu ſuper lis, aut ipſe decernat, aut ab aliis decreta revocet, & pariter ejus notarii nihil omninò expediant aut etiam ſcribant ſub pœna ſcutorum quingentorum pro qualibet vice Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & ſi adſit accuſator, vel litigator, ei quarta pars pœnæ ſolvendæ detur. 24

In cauſis verò ſui tori civilibus, etiam in quibus ſummariè, & ad inſtar Beneficialium procedendi ei conceſſa eſt facultas, nunquam omninò ad pœnas contumaciales deveniat, ſed potius, receptis probationibus ad negotium principale ſpectantibus, datoque competenti termino Parti abſenti, demum ſuper his ſervatis ſervandis diffinitivè pronunciet, etiam ſine litis conteſtatione. 25

Ne autem contingat, ut abſentes, & in remotiſſimis ab Urbe partibus degentes, maxima itineris incommoda, & diſpendia pati abſque culpa compellantur, dum ob prætenſum delictum ad comparendum perſonaliter moniti comparent, & inculpabiles reperiuntur, neminem poſt, hac extra Italiam exiſtentem ad comparendum perſonaliter moneat, niſi facto verbo Nobiſcum, & Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, de quo verbo habito fiat mentio in litteris monitoriis. 26

Digitized by Google

27 In cauſis quæ ordinariè ſecundum Auditoris facultates in ejus Tribunali introductæ fuerint, vel iotroduci porperint, ſive poſt cœptam cauſam ſuperveniat Commiſſio, ſive ante impetrara ſit, ſive in prima, ſive in ulteriori inſtantia, nulla in re ageat impenſam, ſed qoo ad hoc habeatnt ſemper cauſa pro ordinaria, itaut etiam ratione ſententiæ, neque Notarii, neque Judices qnicquam propterea accipiant oltra id, quod accipere potuiſſent, ſi Commiſſio non adeſſet.

28 Permittimus tamen eis in civilibus Locumtenenti in cauſis per commiſſionem ab initio introductis, etiam ſui natura ordinariis, ob magnam laborum aſſiduitatem, & emolumentorum tenuitatem, ſportulas moderatas juxta præſentem conſtitutionem recipere. Declarantes nihilominus in Reliquis omnibus cauſas intelligi ordinarias, nec Notarios, quicquam amplius exigere poſſe aut debere, quam in aliis ordinariis permiſſum eſt.

29 Quodque Auditoris Cameræ pro tempore exiſtentis Locumtenens mandara executiva, niſi prius ipſemet Locumtenens io libro expeditionum diem ſubſcriptionis manu propria notaverit, ſcribere non poſſit.

Quodque Auditoris Cameræ pro tempore axiſtentis Judex Locumteoens in criminalibus, pro
30 ſportulis ſalario ſibi jam aſſignato contentus, nihil percipere poſſit.

31 In cauſis civilibus verò Locumtenenti ſingulis menſibus quinquaginta ſcuta monetæ à Notariis dicti Auditoris Tribunalis pro rata ſolvi, nec aliqua alia portio pro eo retioeri debeat.

De Auditorio Rotæ.

1 §. 5. CONſtitutiones fel. rec. Innocentii VIII. Pii IV. & aliorum prædeceſſorum noſtrorum innovantes, & Adiutorium noſtri Palat. in quo univerſorum Chriſti Fidelium graviores cauſæ maturè cognoſcuntur, & juſtè terminantur, novis prærogativis augentes, volumus, & ordinamus ut unica tantum Commiſſio in qualibet inſtantia ſufficiat, & illius vigore Auditor cauſam ſibi commiſſam cognoſcere, & omnibus, & ſingulis dependentibus & emergentibus, ac alias quomodolibet incidentibus decidere valeat.

Ad hæc vide Pii IV. io 44 23-& 17. fol. 58. lib. 2.

2 Poſſit etiam Auditor ſine nova commiſſione præfigere terminum ad docendum de attentatis, & nullitatibus, & cauſis, propter quas quis in integrum reſtitui debeat, ac illo ellapſo, & non docto, ad cauſæ expeditionem procedere, necnon Remiſſorias decernere, dilationes concedere, liquidationes fructuum in partibus delegare, ac omnia, & ſingula alia uſque ad finalem ſententiarum ſuarum executionem incluſivè facere, quæ de jure Ordinarii facere poſſunt.

3 Necnon poſſit Audito præfigere terminum ad docendum de Appellatione, & ejus legitima proſecutione ad effectum procedendi ad executionem ſententiæ latæ in cauſa appellabili, io qua condemnatus non appellavit.

4 Inſuper, & tempus quadriennii in cauſis reſtitionis in integrum poſſit Auditor prorogare arbitrio ſuo.

5 Et tam dictam, quam omnes alias facultates ſibi vigore, vel Innocentianæ, vel Conſtitutionis Pii Quarti, aut aliorum Summorum Pontificum prędeceſſorum noſtrorum competentes extendimus, & habere locum decernimus, etiam in cauſis cuilibet Rotæ Auditori extra Rotam commiſſis.

6 Prorogationes autem fatalium, ſæpius, & paſſim non concedat, ſed taotum ex antiqua honeſta cauſa, ac prævia illius cognitione arbitrio Rotę.

7 Auditor tamen in aliqua cauſa, ſive magni, ſive parvi momenti exiſtat, etiamſi ejus deciſio clari juris eſſe videatur, vim diffinitivam habentem ferre non valeat, niſi cauſa in Rota propoſita, & habitis votis Coauditorum, niſi Partes in actis expreſsè conſenſerint, quòd cauſa ſine voto eorumdem expediri poſſit.

8 Idemque in aliis quibuſvis præjudicialibus decretis ſervari volumus, ſi Actor, vel Reus, ut negotium in plena Rota cognoſcatur inſteterit.

9 Item ſeotentiæ latę per Auditores, prout in Cedula, ut moris eſt, vel per viam termini pro ſervato, ſubſcribantur, & publicentur in actis intra quindecim dies, & in ultimi anni audientia, infra menſem, alioquin pronunciationes, & termini hujuſmodi pro circumductis habeantur.

10 Termini etiam pro ſervatis habiti, & Cedulæ ipſarum ſententiarum, quæ interdum per alium Notarium, quàm Actuarium ipſius cauſæ referendum accipi conſoeverunt, referantur ipſi Notario cauſæ eadem, vel ſequenti die, qua recipiuntur: in ultimis verò audientiis ſaltem infrà triduum. Et ſi Auditor, qui pronunciavit, prout in cedula, vel terminum habuit pro ſervato, retinuerit citationem penes ſe, illam Notario cauſæ ſimiliter intra prædictos dies conſignare debeat aliàs termini hujuſmodi circumducti, & irriti cenſeantur.

11 Auditor verò non pronunciet in cauſa niſi perfecto regiſtro, & illo ad Rotam delato una cum dictis Teſtium, illiſque ac juribus in eadem Rota, prout res exegerit, lectis.

12 In ultima verò anni audientia, & quandocunque agetur deferenda declaratoria contra Contumacem, etiam regiſtro non perfecto, ex actis originalibus pronunciare valeat, ita tamen qood Pars ad cujus inſtantiam pronunciatum fuerit, regiſtrum ipſum pro actorum conſervatione quantocitius perfici curare teneator.

13 Et inſuper, Auditor Partibus petentibus copiam deciſionis in cauſa factæ, cum juribus, ac rationibus tradere debeat, prout antiquitus laudabiliter fieri conſuevit.

14 Cauſæ autem propriæ Auditorum, & eorum Familiarium, ac Conſanguineorum, vel Affinium uſque ad ſecundum gradum, juxta jus Canonicum computandum, non cognoſcantur in Rota.

15 Nec Auditores in eorum domibus, Subſtitutos vel Doctores, aut alios Juriſperitos, etiam conſanguineos, habeant, qui Subſtituti vel Advocati, vel Procuratoris officio fungantur aut in caſibus Rotalibus, vel eorum proceſſibus, ſeſe quoquomodo intromittant.

16 Item Advocati aut Procuratores conſanguinei, vel affines, uſque ad ſecundum gradum, ut ſupra computandum, alicujus Auditoris, ac etiam illius Notarii, io cauſis coram eo pendentibus, nullatenus patrocinari valeant.

17 Nec iidem Auditores compellant, aut aliquo modo inducant Partes, per ſe, vel per alios, ut aſſumant certum Advocatum, vel Procuratorem, ſed electio hujuſmodi omninò ipſarum Partium arbitrio relinquatur.

18 Item Decanus, & alii Auditores præſertim antiquiores, attendant, ne aliquid non ſolùm contra jus, ſed nec etiam contra ſtylum, & deciſiones antiquas factas in Rota, quæ impreſſæ habentur, quoquomodo decidatur, etiam prætextu æquitatis in jure oon ſcriptæ, niſi maxima cum ratione, & diſcuſſione, omnibus votis, ſeu ſaltem illorum duabus tertiis partibus, aliter faciendum eſſe judicaverint.

19 Non attendantur præterea aliquæ nullitates in cauſis, præterquam ex defectu juriſdictionis, citationis, vel mandati.

20 A liquidatione fructuum, & expenſarum taxatione ſemel tantùm appellare liceat, ita quòd duæ conformes rem judicatam faciant.

21 Auditores cauſas ſibi commiſſas ad ſolam partium inſtantiam ad Cancellariam remittere non poſſint, ſed taotùm habita licentia à Nobis, vel Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, vel ex juſtis cauſis deductis in Rota, & ab ea probatis.

22 Et ſi Auditor cognoverit in actis adeſſe ſuſpicionem

cionem criminis, remittat acta hujuſmodi, vel illorum exemplum, prout res exegerit, ad Judicem ordinarium, & ſi cauſa criminalis præjudicialis fuerit cauſæ civili, in ejus cognitione ſuperſedeat.

23 Quandocunque Judex ipſe ordinarius in cauſis criminalibus coram eo pendentibus indiguerit depoſitionibus Teſtium, vel aliquibus ſcripturis ad cauſas criminales facientibus, teneatur Auditor illas, vel earũ exemplũ, ut præfertur, exhiberi facere.

23 Nemini liceat turbare ordinem ſervandum in diſtributionibus cauſarum, ſed illarum Commiſſiones diſtribuantur bona fide juxta ordinem Turni qui nullo prorſus modo, neque à Notariis, nec à quoquam alio pervertatur, prout ſupra de Signatura Juſtitiæ diſpoſitum eſt.

24 Ut autem debitus modus ſportulis imponatur, non poſſint Auditores à Partibus, per ſe vel alium quovis modo ſportularum nomine aliquid petere, vel exigere, ſed nec à ſponte dantibus ultra taxam infraſcriptam recipere, videlicet.

25 In cauſis pecuniariis, ſeu prophanis, aut quæ aliàs pretio quoquomodo æſtimari poſſint, ſi æſtimatio rei, de qua agetur non excedat ſummam mille ducatorum, aureos decem; à mille verò uſque ad decem millia vigintiquinque, à decem millibus uſque ad viginti millia quinquaginta; ab inde ſupra, uſque ad quamcumque ſummam centum. In Beneficialibus verò, ſi redditus annuus, de quo agetur, non excedat ſummam centum ducatorum, ſimiliter decem; à centum verò uſque ad mille, viginti quinque; à mille uſque ad tria millia, quinquaginta ab inde verò ſupra, centum aureos pro ſportulis cujuſcunque ſententiæ, diffinitivæ dumtaxat, ut præfertur, accipere valeant. Si Verò cauſa æſtimationem non facilè accipiat, ſportulæ moderatæ, pro rerum, & Perſonarum qualitate, juxta taxas prædictas, recipi poſſint. Nec aliquid ultra non ſolùm ipſis Auditoribus, ſed nec eorum Familiaribus, vel Conſanguineis, aut aliis quibuſvis Perſonis, directè, vel indirectè, quovis quæſito colore, vel ingenio, exceptis eſculentis, & poculentis, quæ triduò conſumi poſſint, ipſarum ſententiarum, aut Auditorum intuitu præſtari poſſit. Quas quidem ſportulas juxta taxam prædictam apud Notarium cauſæ poſt ſubſcriptam ſententiam, & Notario traditam & non antea, deponi, & Auditori conſignari volumus. Quodque Notarius diſpoſitionem, & conſignationem hujuſmodi in actis notare, & ſpecificare teneatur.

De Capitolio, & ejus Officialibus.

1 §. 7. SEnator, & Judices ipſius poſſint primas inſtantias unica vice, eorum arbitrio, abſque ulla commiſſione prorogare.

Ad hæc vide etiã Pil 1 ... cõ.58. § 17 & 33. 74 fol.83. lib. 2.

Capitaneos appellationum pro revocatione, ſeu moderatione quarumcumque inhibitionum, ſportulas nullo pacto accipiat, Notarius verò dumtaxat mercedem actus, ſivè ſcripturæ.

2

3 Si petito Conſultore, Pars quæ petierit neglexerit per decem dies inſtare pro illius electione, Capitaneus poſſit per ſe ipſum cauſam expedire.

4 Et ſi Conſultor electus, infra duos menſes à die electionis non acceptaverit, vel recuſaverit ad alterius electionem procedatur.

5 Terminus quinque dierum datus à Statuto Urbis ad redeundum pro Apoſtolis, ita, & taliter intelligatur, ut ſufficiat interim quandocunque pro Apoſtolis redire.

6 Conſervatores Urbis abſtineant ab omni genere muneris, etiam eſculenti, & poculenti, à Piſtoribus, Laniis, Salſamentariis, Olitoribus, Fructarolis, & aliis artificibus, nec ab eis aliquid ſub quovis prætextu accipiant. A quibus etiam abſtinere faciant omninò eorum Scribam, Notarium, Secretarium, Fideles, & alios eorum Officiales, atque in primis Extraordinarios, corporali eos pœnas coercendo, & deinde ab officio removendo.

Nec poſſint de pœnis ſtatutariis, vel per eorum edicta inflictis aliquo modo gratiam facere in totum, & præſertim de corporalibus, nec illas commutare, ſine conſenſu ipſorum omnium ſimul convocatorum, & eo caſu non ultra medietatem pœnæ remittere, nec in domo propria ſua ſuper hujuſmodi gratiis aliquid ſignare poſſint, ſed ad earumdem pœnarum executionem, poſtquam de illarum incurſu conſtiterit, celeriter procedant. 7

Ad quarum etiam pœnarum præſertim corporalium executionem, in eventum in quem non mittantur executioni per ipſos Conſervatores à die delati criminis intra quinque dies, quilibet alius Judex ordinarius, & aliàs cõpetens procedere poſſit. 8

Extraordinarius ad officium Extraordinariatus exercendum nullatenus admittant niſi recepta ab eis cautione ſub pœna ipſis Conſervatoribus bene viſa, de officium ipſum fideliter exercendo, & præmiſſa obſervando, ac de ſe ipſos repræſentando pro omni eo, quod in dicto eorum officio committere, vel ommittere poſſent; ac dictis Extraordinariis fidem adhibeant juxta formam decreti aliàs à Conſervatoribus editi non aliter. 9

Cogant inſuper Extraordinarium majorem ad exercendum officium, etiam per ſeipſum, & per Subſtitutum idoneum ab ipſis Conſervatoribus approbandum. 10

Atque iiſdem Extraordinarios major, & ejus ſubſtitutus, ac minores Extraordinarii cogere poſſint quoſcumque, etiam per detentionem perſonarum, ut permittant ponderari carnes, & alia omnia, quæ ſub eorum cura ſint, & pretium denuncient, & recuſantes puniantur prima vice in duplum valoris rei penes eos inventæ, quòd ſi alia vice illud idem admiſerint, in duplum, & alia etiam pœna corporali, arbitrio Conſervatorum, & nihilominus Extraordinarii, tam majores, quàm minores, omnia Conſervatoribus denuncient, & res taliter inventas nullatenus ſibi retineant, ſed ad ipſos Conſervatores deferre teneantur. 11

Et Baroncellus, ac alii Executores quarumcunque Curiarum eiſdem Extraordinariis majoribus, in prædictis, & aliis eorum officium concernentibus, obedire teneantur 12

Magiſtri Viarum ad vias lateribus ſeu ſilicibus ſternendas, prout eis opus eſſe videbitur, Dominos contiguarum domorum cujuſcunque ſint dignitatis, aut ipſis abſentibus vel ſolvendo non exiſtentibus, illorum Inquilinos, juris remediis opportunis, ac ſub eorum arbitrii pœnis, cogant. 13

Poſſint autem Inquilini retinere de penſione ſolvenda ratam, ut ſupra, per eos ſolvendam, non obſtante obligatione Camerali, aut quacunque exceptione, quæ opponi poſſet, & non obſtantibus quibuſvis ſequeſtris, etiam anterioribus. 14

Curentque eaſdem Urbis vias continuò, & Plateas ad minus quater in anno, & hoc in Martii, Junii, Septembris, & Decembris menſibus, ab immunditiis purgari. 15

Nullos actus, nullaque negotia, quæ alicujus momenti fuerint, ſine rogitu ſui Notarii expediant. 16

Reddant rationem Cameræ ſingulo quoque ſemeſtri, prout in litteris ad Cameræ Tribunal ſpectantibus conſtitutum eſt. 17

Edant initio eorum officii edicta ſub nomine Camerarii, & de pœnis in illis, atque etiam in Statutis contentis nullam ſine ejoſdem Camerarii, aut ſaltem Clerici Præſidentis mandato, gratiam facere poſſint. 18

In Cæteris, tam quoad appellationes ab eorum ſententiis, quàm quoad reliqua omnia ſervent omninò ſtatuta de eorum officio loquentia. 19

Submagiſtri verò ſuas relationes, quas tanquam periti facere ſolent, non niſi medio juramento faciant, & ſi quid dolo vel fraude egerint perjurii, 20

& alias

& alias pœnas arbitrio, Camerarii, & Clerici Cameræ pro tempore Præſidentis incurrant, & ad intereſſe Partibus condemnentur.

21 Conſules Artium quarumcunque obſervent earum Statuta legitimè approbata, & uſu recepta. Nec reaſſumant cauſas, præſertim mercedum, ac miſerabilium Perſonarum, coram majoribus Magiſtratibus introductas.

22 Minus impediant, aut moleſtent aliquo modo Peritos, ſivè Æſtimatores à Judicibus electos, ſub pœna privationis, & aliis arbitrio Superioris.

23 Notarii verò ipſorum Conſulum taxam eis per Statuta præſcriptam, & ubi aliqui ipſorum nullam minorem taxam haberent, aliorum, qui illam habent, ſequantur, & ſecundùm illam exigant.

24 Aſſeſſores prædictorum Conſulum, & aliorum Officialium Curiæ Capitolinæ ſalarium non habentes, caveant, nè in cauſis minimis, ideſt à quinque ſcutis infra, quicquam pro eorum voto, ſeu conſilio, & in aliis non ultra ſportulas dictis ſtatutis taxatas percipiant.

25 Procurator Fiſci Capitolini illud ipſum, in omnibus, & per omnia obſervet, quod Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Procurator, quoad ea ſc. capitula ſuperius adnotata, quæ ipſum etiam concernere, & ſibi convenire poſſint.

De Juriſdictione in Hebræos.

1 §. 7. Gubernator Urbis poſſit contra Hebræos in criminalibus cauſis procedere, etiam quòd agatur inter ipſos Hebræos tantùm.

2 In cauſis Cameralibus, ſeu ad Cameram quomodocunque ſpectantibus, aut ad Camerarium, etiam ratione pignorum, aut Perſonarum Hebræorum Bancheriorum, aut ad Præſides, Camerarius, & Præſides poſſint contra eos procedere.

3 In cauſis furtivorum pignorum quo ad Hebræos Bancherios, ſit locus præventioni inter Camerarium & Gubernatorem.

4 Quoad Auditorem Cameræ Hebræi ſint illius juriſdictioni ſuppoſiti privativè quoad alios ubi agitur de obligatione camerali, præterquàm in dependentibus à cauſis, & aliorum Tribunalium juxta ſuas facultates. In criminalibus autem poſſit idem Auditor cameræ contra eos procedere, prout in præteritum procedere conſueverat.

5 Inter Vicarium, & Senatorem, in delictis in quibus Chriſtiani ſunt aliquo modo participes, & ſic quando adeſt mixtura delinquentium Chriſtianorum, & Hebræorum, ex officio, non autem ad querelam locum habeat præventio, in aliis verò caſibus ſervetur conſtitutio ſel. rec. Julii Papæ III. prædeceſſoris noſtri, diſponens quòd quando agitur inter ipſos Hebræos habeat Vicarius in eos juriſdictionem activè, & paſſivè, quando verò inter alios paſſivè tantum.

De Curia Sabellorum, & Turris Nonæ.

1 §. 8. Judex Curiæ de Sabellis gratuitò à Mareſcallo deputetur, adeo ut neque Judici dare, neque Mareſcallo propter hoc accipere quicquam liceat, etiam mutui vel alio nomine, aut quavis de cauſa vel prætextu, ante, ſive poſt adeptum officium, etiam in vim vel prætextu, cujuſcunque indulti Apoſtolici, vel conſuetudinis, quod, & quam per præſentes expreſſè revocamus, & improbamus, & ut ſupra, omninò ſervari mandamus.

Ad hæc vide etiam Pii V. cōſt. 58. §. 23. f. 81. lib. 2.

2 Deputatio verò Judicis fiat cum participatione & approbatione Gubernatoris Urbis pro tempore, & fiat ad annum dumtaxat, quo finito, finitum ſit etiam ejus Judicis officium, niſi propter aliquam rationabilem cauſam prorogandum viſum fuerit, quæ tamen prorogatio alium annum nullo pacto excedat, & ſemel tantum fieri poſſit.

Antequam incipiat exercere officium caveat idoneis, & finito officio etiamſi nec querelatus nec requiſitus fuerit, offerat ſe Syndicatui coram Gubernatore Urbis prælato, ille vero quadraginta diebus Syndicatum abſolvat, Judicemque, prout jure faciendum erit, vel abſolvat vel condemnet, & puniat. Quod ſi intra dictorum dierum numerum non fecerit, Camerarius S. R. E. qui tunc erit, duos viros deputet, qui intra alios viginti dies hujuſmodi Syndicatum peragant lapſis autem dictis terminis pro abſoluto habeatur. 3

Commentarienſis, & Capitanei necnon Executorum ejuſdem Curiæ munia, per idoneos, & fideles Miniſtros gerantur, & neque vendantur, neque locentur ullo modo, nec quicquam pro illis conſequendis, aut exercendis, quovis nomine, & prætextu, ſolvatur, vel reſpondeatur, etiam vigore contractuum, aut locationum de præterito factarum, quæ per præſentes nullæ, & irritæ intelligantur, & qui aliquid ſolverint vel reſponderint officio privati ſint, & publicè fuſtigentur. 4

Turris Nonę Judex non ſe intromittat in cauſis ſummam decem ſcutorum excedentibus, nec in criminalibus, niſi levibus, & minimis. 5

Et dictus Judex Turris Nonæ coram Gubernatore præfecto in fine cujuslibet anni ſyndicatui ſe offere, & ſtare teneatur, prout de Judice Curiæ Sabellorum ſupradictum eſt. 6

De Curia Ripæ, & Ripettæ.

§. 9. Ripettæ Præſes aut Judex, non faciat aliquam compoſitionem, minuſque ſolvere faciat aliquam pœnam, quantumlibet minimam, ſub quovis prætextu, niſi ſervatis ſervandis, ac prævio proceſſu, ac decreto, ut ex actis intelligi poſſit, an juſtè pœna ſoluta, vel compoſitio facta fuerit. 1

Ad hæc vide etiam Pii V. cōſt. 58. §. 23. f. 81. lib. 2.

Neque Camerarius, neque Ripettæ Præſes tranſmittant extra Urbem Commiſſarios ad menſurandum paſſus lignorum. 2

Ripæ, & Ripettæ Judices, in fine officii coram Clerico Cameræ ejuſdem Ripæ Præſide Syndicatui teneantur. 3

Nec Camerarius Ripæ ultra ſex menſes in ejus officio permanere, nec confirmari debeat. 4

Pro mala menſuratione lignorum nullus pœna pecuniaria, ſed corporali veluti trium ictuum tunis, aut fuſtigationis, aut berlinæ, arbitrio Judicis puniatur. 5

Camerarius Ripæ aliquas compoſitiones facere non poſſit, niſi præcedente legitimo proceſſu, & decreto, omnes compoſitiones in libro annotentur. 6

De Judicibus criminalibus Urbis, & pertinentibus ad eos.

§. 10. Judices criminales Urbis, ſeu Locumtenentes, & eorum Subſtituti quibus certum Nobis ſalarium eſt conſtitutum, illo contenti, nihil prorſus, aut pecuniæ, aut alterius cujuſcunque rei etiam minimæ quantitatis à quoquam, etiam ſponte dante, accipiant, neque pro ſportulis, ſeu propinis ſententiarum, vel pro decretis, abſolutionibus, aut relaxationibus quibuſcunque in quibuſcunque cauſis, etiam delegatis, & commiſſariis, neque quovis alio modo, titulo, vel nomine, etiam muneris, vel regaliorum, quamvis eſculentum vel poculentum, etiam in caſibus alioquin de jure, quacunque conſtitutione permiſſis, ſub privationis officii, & inhabilitatis in poſterum ad quodlibet judicandi munus, & aliis noſtro, & Succeſſorum noſtrorum arbitrio infligendis pœnis. 1

Ad hæc vide etiam Pauli III. conſt. 44. §. 3 & ſeq. f. 683. l. 1. Pii V. cōſt. 43. fol. 58 & Sixti V. conſt. 93 f. 855. li. 2. & Clem. VIII. cōſt. 5. fol. 3. lib. 2.

Camerarius, Theſaurarius, & Præſides Cameræ, excepto Præſide Riparum, item Hoſpitalium, Confraternitatum, ac aliorum locorum piorum, ſeu Collegiorum Rectores, & 2

alii

Digitized by Google

alii quicunque habentes in Urbe juriſdictionem criminalem, & facultatem Judices deputandi, non deputent in criminalibus cauſis, alios Judices, quàm aliquem ex ordinariis ſibi bene viſum, qui nullas debeat recipere ſportulas, ut ſupra ſancitum eſt, & in deſcribendis actis, atque proceſſu, utatur proprio ſui Tribunalis Notario, niſi Notarius Deputandus habeat officium titulo oneroſo, & jus ſcribendi etiam in criminalibus, quo caſu ipſe deſerviat in dictis cauſis, etiam apud Judices deputatos.

3 Nullus autem Judicum in cauſis criminalibus procedat, vel ſententiam ferat, niſi Procuratore Fiſcalis, vel Commiſſario Cameræ reſpectivè, in omnibus actis, in quibus de jure citari debent, legitimè citatis.

4 Minuſque tranſmittantur extra Urbem Monitoria, nec aliquod judicium, ad Fiſci, vel Commiſſarii Cameræ reſpectivè inſtantiam, introducatur ſine Procuratoris Fiſci, vel Commiſſarii Cameræ licentia.

5 Nec quiſquam capiatur ſine Indiciis ad inſtantiam cujuſcunque Inſtigatoris, niſi in cauſis gravibus arbitrio Judicis, & tunc non niſi data cautione per Inſtigatorem de reficiendo damna, expenſas, & intereſſe, necnon etiam (ſi ita Judici viſum fuerit) de ſe repræſentando.

6 Nec concedant Judices in cauſis Criminalibus ſignificationes aliquas, niſi in cauſis coram ſe, vel in ſuo Tribunali, & aliter datæ non obſerventur.

7 Pariter non relaxent monitoria Criminalia pro contraventione inhibitionis obtentæ in cauſa civilis, ſed agatur pro ea civiliter coram Judice, qui dedit Inhibitionem, niſi fortè contraveniendo fuerit vis aliqua illata, vel injuria realis aut verbalis in ſpretum inhibitionis, & Judicis contemptum.

8 Contra Reum abſentem, contumacem pro delicto, quilibet Judex competens procedere valeat, nec alter alterius proceſſu impediatur.

9 Non tranſmittantur contra Reos abſentes Citationes, aut Monitoria ad informandam Curiam ſub pecuniaria mulcta, quando Judex habet in proceſſu probationes, vel indicia contra illos ſufficientia ad tranſmittendum Monitorium, ſivè Inquiſitionem, aut Citationem ſuper delicto.

10 Nec comminentur unquam in Monitoriis pœnas corporales majores pœna delicti, pro quo monitio fit.

11 Item inquiſito Reo non fiat inventarium illius bonorum, niſi agatur de delicto pro quo veniat imponenda pœna capitalis, vel confiſcationis bonorum, aut alia notabilis pœna.

12 Et quando inventarium conficiendum fuerit non deſcribatur inventarium hujuſmodi in regiſtro, ſed tantùm moderata merces pro qualitate rei à Notario accipiatur.

13 Et caſu, quo propter Rei contumaciam Inventarium fieri contingat, non niſi unicum fiat.

14 Relaxatus ab uno Judice, non poſſit ab alio eadem cauſa carcerari.

15 Similiter pro pugnis, & verbis altercatoriis, & injurioſis in rixa, & ex accidenti inter viles Perſonas prolatis, aut pro quavis alia ſimplici rixa, minuſque, etiam in fraganti reperti, non carcerentur, niſi prius ducti ad præſentiam Judicis ſub pœna privationis, & aliis arbitrio ſui Judicis. Et ſi relaxandi erunt gratis ubique relaxentur.

16 Quærelæ Dominorum contra Famulos, vel Operarios, qui jam Dominos ex cauſa mercedis convenerunt, non recipiantur niſi facto depoſito, vel data cautione in forma depoſiti, Judicis arbitrio, & non niſi in eo Tribunali, in quo cauſa mercedis pendet juriſdictionem habeat Criminalem.

17 Captus ab Incompetenti Judice, vel ab eo, qui non proceſſit, remittatur ad eum qui proceſſit, ſed captus ab eo qui proceſſum formaverat, non remittatur, etiam quòd ab alio fuiſſet in procedendo, vel in contumaciam condemnando, præventum; quinimò proceſſus omnes, & informationes tranſmittantur ad illum qui fuit diligentior in captura.

Quòd ſi ex pluribus delicti Conſortibus quili- 18
bet aliquem habeat carceratum, remittantur omnes ad eum, qui habet principaliorem in manibus.

Curent autem Judices quinque nè Rei deti- 19
neantur in ſecretis ultra triduum, antequam examinentur, niſi cauſæ natura aliud ſuadeat.

Et tam Reos, quàm Teſtes interrogent, deſcri- 20
ptis, & extenſis à Notario integrè verbis omnibus interrogatorii, rejecto prorſus, & ſublato abuſu illo ſcribendi, Ad opportunam Domini interrogationem, vel interrogatus reſpondit, aut ſubdens interrogatum, aut ſimili, quem tanquam pernicioſum, & uti ſuggeſtivarum interrogationum velamentum, & fraudibus plenum, damnamus.

Reſponſiones ſimiliter Reorum, & Teſtium, 21
integrè de verbo ad verbum, prout ex eorum ore profluunt, etiam quòd contra Fiſcum ſint, non diminutè, nec per relationem, & in externæ nationis hominibus adhibito Scriba vel Interprete illius linguæ perito, fideliter ſcribi faciant.

Nec ullo pacto Judicibus liceat, vel Notariis, 22
Teſtes, quos ipſi veriſimiliter informato crediderunt, citatos, ſeu vocatos, extrajudicialiter cum juramento, vel ſine eo interrogare, & non ſcriptis eorum reſponſionibus dimittere, forſan ex eo quòd contra Fiſcum deponant, & pro Reo ſed omninò prævio juramento de veritate dicenda, eorum examen recipiatur, & in ſcriptis redigatur, dummodo non abſit vehemens ſuſpicio ſubornationi.

Reorum recognitiones non fiant niſi Judice pre- 23
ſente, & coram pluribus, nec ullo pacto Reus antea ipſi Teſti oſtendatur.

Teſtes pro Informatione Curiæ non niſi in gra- 24
vioribus, carcerentur, & tunc pro relaxatione nihil penitus ſolvant, nec etiam pro alimentis, quæ vel Inſtigator, ſi adeſt; ſolvere debeat, vel Fiſcus.

Captum pro uno crimine ſuper aliis, de qui- 25
bus indicia non habent, interrogare nullo modo præſumant, ſed in hoc, & aliis omnibus occurrentibus, Juris communis diſpoſitionem Judices ſervare teneantur.

Et in quocunque crimine, quantumvis graviſ- 26
ſimo, Reos, antequam torturæ ſubiiciant etiam non petentes, admittant ad purgandum indicia, data eis indiciorum copia, pro ea tantum parte proceſſus, quam ipſi petierunt, in forma boni extractus, & non regiſtri, cum expreſſione nominum Teſtium, & competenti termino ad faciendas defenſiones, & eo pendente, detur commoditas Carceratis libere loquendi cum eorum Advocatis, & Procuratoribus, etiam remotis Arbitris, niſi tamen qualitas cauſæ aliud neceſſarium ſuadeat, & dicta copia indiciorum detur Pauperibus gratis, vel oſtendantur originalia Advocato, & Procuratori Pauperum ſimiliter gratis, & abſque ulla impenſa.

Neque cogantur Rei declarare ſe habere Te- 27
ſtes curiæ pro ritè, & rectè examinatis, & quatenus voluerint illos ſic habere, præter abſentes, & mortuos, & ſalvis exceptionibus contra perſonas & dicta Teſtium, ſalvoque jure illos repetendi, talis proteſtatio admittatur, minimeque reiiciatur.

Ac Teſtes, contra Reum repetendi, prius 28
examinentur ſuper interrogatoriis pro ejus parte datis, deinde ſuper eorum depoſitionibus repetantur.

Ac Judices Auditores, ſeu Locumtenentes 29
Gubernatoris Urbis, ſeu alterius cujuſcunque Magiſtratus, habentis facultates procedendi præter aut contra formam Juris vel Statutorum,

Familiares, neque mutuum, neque ſubventiones, nec alias ſimiles obligationes recipiant.

2 Similiter a Baroncellis, & quibuſvis aliis Executoribus, etiam ſuarum Curiarum particularibus etiam ſponte dantibus ſub quovis prætextu, nihil prorſus recipere poſſint.

3 Innovamus Conſtitutionem fel. recor. Gregorii Papæ XIII Prædeceſſoris noſtri, de datis, & promiſſis propter gratiam, vel juſtitiam conſequendam, quæ incipit, Ab ipſo Pontificatus noſtri, & eſt ſub data anno milleſimi quingenteſimi ſeptuageſimi quarti, nonis Novembris, Pontificatus ſui anno tertio, cujus tenor hic pro expreſſo de verbo ad verbum habeatur.

De Sportulis, ſeu Propinis.

1 §. 13. NUllus Judicium ordinariorum Urbis, & Romanæ Curiæ, cujuſcunque dignitatis, etiam ſpeciali nota dignus, in cauſa civilibus ordinariis ratione Sportularum, ſive Propinarum aliquid prorſus accipiat etiam a ſponte dare volentibus.

Ad hæc vide tit. IV. cōſt. 13. §. 5. & 7. fol. 80. & alia.

2 II. Commiſſariis autem pariter civilibus, ubi de ſumma ſcutorum viginti quinque agitur, & infra, nihil prorſus; a viginti quinque ſupra uſque ad centum incluſive, ſcuta tria, a centum uſque ducentum ſcuta ſex, a ducentum uſque ad quamcunque ſummam, ſcuta decem, & non ultra.

3 Pro quacunque ſententia declaratoria ob non paritionem monitorii in contumaciam, non ultra julios ſeptem cum dimidio.

4 Pro declaratoria in vim litterarum, aut aliàs habente vim diffinitivæ, ſi ſumma ſit certa, accipiant juxta taxam prædictam, ſi vero incerta, ſed agatur ad ipſarum litterarum executionem, accipiant juxta cauſæ, & Perſonæ qualitatem, dummodo non ultra quinque aureos.

5 Pro quacunque interlocutoria, ſive decreto ante ſententiam diffinitivam, nihil omnino.

6 Similiter, & pro decreto mandati de manutenendo, item decreto moderationis inhibitionis, & mulctæ, nec non pro decreto taxationis expenſarum, nihil omnino recipiatur.

7 Pro decreto ſuper contractibus Minorum, Mulierum, aut rerum Eccleſiæ, & Piorum locorum in domo ipſorum Judicum interponendo, non ultra julios quinque, extra domum vero, non ultra julios decem.

8 Quæ Decreta omnino ſi a Gubernatore, Auditore Cameræ, Vicario, & Senatore, eorumque Judicibus, ac Judice Burgi in Burgo, & Advocato Pauperum dumtaxat, & a nullo alio interponantur, & a Pauperibus nihil recipiant.

9 Facultates autem interponendi decreta quibuſvis aliis Perſonis, & Judicibus in Urbe haſtenus conceſſas, pro caſſis, & annullatis haberi volumus, prout illas omnino caſſamus, & annullamus.

10 Capitaneus autem appellationis Curiæ Capitolii recipiat ſportulas juxta taxam ei conſtitutam ab Urbis Statutis, non tamen in caſibus ſibi hac conſtitutione interdictis.

11 At prædictas ſportulas, ſive propinas, ut ſupra, taxatas Judicibus, non niſi de manibus Notarii cauſæ, & ſententia prius ab ipſis ſubſcripta, accipere ullo modo liceat.

12 Debeantque propterea Notarii librum habere, in quo dictas ſportulas, ſeu propinas notent, cum pro Judicibus deponantur, ubi, cum poſtea lata ſententia Judici perſolvantur, ipſe Judex manu propria notato depoſito ſubſcribat ſe illam recepiſſe. Quæ ſic ut ſupra Judici data deinceps inter expenſas litis taxandas, ac reficiendas omnino ponatur, & Victori reficiatur, uſu quocunque contrario non obſtante.

De Commiſſariis.

1 §. 14. QUicunque Commiſſarii, & Subcommiſſarii, tam ad inſtantiam Fiſci noſtri, quam etiam particularium Perſonarum a Nobis, aut a Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, vel Almæ Urbis noſtræ Gubernatore, Cameræ Apoſtolicæ Auditore, Vicario, Senatore, & aliis quibuſcunque Judicibus ordinariis, ſeu delegatis, ad diverſa loca miſſi, ad ſumendas informationes, formandos proceſſus, & alia neceſſaria gerenda, nec non omnes, & ſinguli Notarii ſecum ad effectus prædictos aſſumpti, teneantur omnia, & ſingula acta per eos ſcripta, & recepta, proceſſus, Teſtium dicta originalia, & autentica, cum primùm ad Urbem redierint vel Commiſſio finita fuerit, omni mora poſtpoſita, penes acta Notarii, ubi ipſa cauſa ſpecialis pendet, vel pendere ſperatur, aut ſi id dubium ſit, apud eum judicem, quem Procurator Fiſcalis noſter elegerit, exhibeant, deponant, & dimittant, ſub amiſſionis integri eorum propterea debendi ſalarii, ac etiam ducentorum ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pœna.

2 Né autem propterea Notarii, & Scribæ prædicti laborum ſuorum jacturam faciant, mandamus, ut ſi Pars certa, & manifeſta fuerit, ad cujus inſtantiam talis proceſſus ſit formatus, contra eam pro condigna Notarii ſatisfactione Judices ipſi ſummariè, & executivè procedant, prout in cauſis mercedum, & depoſitorum Gubernator procedere conſuevit. Sin autem nulla ſit Pars, ſed ſolus Fiſcus noſter ex officio inquirat, & procedat tunc de pœnis, quæ ex cauſa hujuſmodi provenient, emolumenta eidem Notario celeriter, & ſine fraude, Judices cauſæ ſatisfieri mandent, & faciant cum effectu.

3 Nec non Commiſſarii prædicti ad bona quæcumque, tam mobilia, quàm immobilia, & ſe moventia ubicunque exiſtentia quarumcunque Perſonarum pro tempore delinquentium, & quorumcunque exceſſuum, ſeu delictorum prætextu, quæ Judices ipſi, coram quibus cauſas hujuſmodi pendere contigerit, Cameræ, ſeu Fiſco noſtro applicanda eſſe putaverint, capienda, & apprehendenda deputati, ſeu deputandi, ſe de bonis ipſis non ampliùs intromittere, nec ex eis quicquam etiam ratione viatici, ſeu alia quavis ratione vel cauſa, ſibi retinere aliatenus poſſint, aut debeant, ſed cauſis, & proceſſibus hujuſmodi coram Judicibus illis coram quibus illæ pro . . . pertractabant, terminandis, & finiendis remanentibus ipſi Commiſſarii in informationibus, & proceſſibus ſimilibus fieri ſolitis rite formandis dumtaxat verſari, ac fideliter, & ordinate, omnique ceſſante fraude, & confuſione, bona ipſa ut decet in inventarium redigere, & adnotare, ac illa ſic redacta, & adnotata, Theſaurario, ſeu Depoſitario Cameræ prædictæ in Provincia, ſive ejus Viceteſaurario, aut Vicedepoſitario in illa Civitate, vel loco deputato, realiter, & cum effectu dare, tradere, & conſignare teneantur. Volumus autem, quod de bonis ſic annotatis, & conſignatis eiſdem Commiſſariis de eorum viaticis, juxta formam, & ordinem, a Judicibus, a quibus Commiſſarii tranſmiſſi fuerint, præſcriptum, ſatisfieri a Depoſitario poſſit, & debeat.

4 Commiſſarii vero ad ſpolia, decimas, ſubſidia, vel alia regalia, aut credita, Cameralia, vel Fiſcalia exigenda, ſive recuperanda, non niſi idonei, & probatæ vitæ nullum habentes in ea intereſſe, conſtituantur, qui etiam jurejurando, ac idoneis cautionibus de eorum officio, fideliter, & diligenter exercendo aſtringantur. Servent utique quoad eos in omnibus Decreta Congregationis Bono Regimini Communitatum Status Eccleſiaſtici præpoſitæ, & edicta Cameralia, quæ per præſentes approbamus, & innovamus.

De

De Advocatis Pauperum, & Fiſci.

1 Vide etiã d. cõſt. 58 Pii IV. fol. 80. lib. 2. §. 15. ADvocatus Pauperum ſolicitè ſtudeat, nè Carcerati, in aliquo tam à Judicibus, quàm etiam ab Executoribus, & Carcerum Cuſtodibus graventur, & propterea non abſit unquam in viſitationibus Carcerum, tam publicis, quàm privatis. Et Procuratores Pauperum, ac illorum Subſtitutos, & etiam Carcerum Viſitatorem ſingulis hebdomadis unà vice ad ſe evocet, & de omnibus Carceratis, præſertim iis, qui in ſecretis detinentur, diligenter ſe informet. Et ſi ipſos Procuratores, vel Subſtitutos, & Viſitatorem negligentes invenerit, Viſitatoribus Carcerum denunciet, atque ut de aliis provideatur inſtet, cum ratione ſui officii gratis Pauperes defendere, & illis patrocinari debeat, & nihil prorſus ab illis accipiat: Et ut faciliùs, Pauperibus operam ſuam impendere valeat, Viſitator Carcerum quolibet die ad eum accedere, & alia, quæ illi hac Conſtitutione injuncta ſunt, facere teneatur.

2 Non poſſit Advocatus præfatus contra Reos ad offenſam, etiam ſi cauſa extra carceres agatur, patrocinando, aut aliàs quomodolibet ſub quovis prætextu intervenire, nec, exceptis Pauperibus, pro ullo alio qui contraxerit, aut litiget cum Camera patrocinetur.

3 Fiſci Advocatus in omnibus cauſis criminalibus, & aliis Fiſcum tangentibus, ubi articuli Juris emerſerint, interveniat, & Prourator Fiſci ipſum ſuper hoc omninò requirere teneatur & eis abſque ullo præmio patrocinetur. Poſſit tamen ab inſtigatoribus propriam injuriam, vel intereſſe proſequentibus, ſi quid ſponte dare voluerint, illud percipere. Idemque in omnibus viſitationibus Carcerum adeſſe teneatur nec Reorum, etiam extra Carceres exiſtentium defenſionem aſſumat, ſed pro veritate, & juſtitia cauſam Fiſci tueatur.

De Pauperum Procuratoris.

1 Vide etiã conſt. 58. Pii IV. f. 80. lib. 2. §. 16. PRocuratores Pauperum, ac ipſorum Subſtituti ſingulo quoque die carceres viſitare, & nomina omnium, qui ad illos ducuntur, ac Judicum, de quorum mandato, ac etiam cauſas eorum detentionis, & diem cum in liberiori carcere, ſeù ad largam ponuntur, & an ante, vel poſt prandium, ſive cœnam, annotare teneantur, & ſimiliter pecunias, & alias quaſcunque res quas invenerint repertas fuiſſe penes ipſos carceratos; & deinde omnia ad notitiam dicti Advocati Pauperum deducant, ad quem, quo ab ipſo minimè requiſiti fuerint, ſemel in hebdomada, & interim toties Carceratis opus erit, accedat.

2 Nihil omninò accipiant non ſolùm à Pauperibus, ſed nec etiam ab aliis Carceratis, etiam quod divites ſint.

3 Non poſſint aliquo modo d. Procuratores, & Subſtituti contra Reos ad offenſam, etiamſi extra Carceres ipſorum Reorum cauſa agatur, patrocinando, vel aliàs quomodolibet ſub quovis prætextu, intervenire.

De Fiſci Procuratore, & Subſtitutis.

1 Vide etiã d. cõſt. 58. Pii IV. f. 80. lib. 2. §. 17. IN omnibus cauſis criminalibus quorumcunque Judicum, & Tribunalium, etiam Ripæ, Ripettæ, & aliarum omnium, unus tantùm ſit Fiſci Procurator generalis à Nobis, & Succeſſoribus noſtris ſc. deputatus, quo citato, vocato, & audito, & non aliter, poſſit ad earum expeditionem, compoſitionem, ſeù quodcunque aliud decretum procedi, exceptis dumtaxat cauſis fori Capitolini, & iis, in quibus pro Fiſco intervenire ſolet Cameræ Commiſſarius.

2 Qui Fiſci Procurator in primis proſpiciat, ut quem admodum in admiſſione ad ejus officium in Camera juramentum præſtari de illud rectè, ac fideliter adminiſtrando: ita deinde taliter in illius proſecutione ſe gerat, ut promiſſis reſpondeat, nec ullam cauſam promoveat, quam calumnioſam eſſe cognoverit, & cum primùm de calumnia lite cœpta, vel de Rei innocentia conſtiterit, ab illa deſiſtat, etiam non expectata ſententia.

Cumque ratione ſui officii cogatur ad introducendas cauſas, in quibus de intereſſe Fiſci agitur, nihil omninò ab Inſtigatoribus accipiat pro decreto, vel ſubſcriptione cujuſcunque Monitorii, etiam ad perſonaliter comparendum, vel alia quacunque cauſarum introductione. 3

In proſecutione verò cauſarum tam ipſe, quàm Subſtituti ipſius, non niſi moderatè pro labore per eum, ſive ejus Subſtitutos, ad utilitatem, & commodum eorundem Inſtigatorum ſubeundo. Nihil verò accipiat à Reis ſub quovis prætextu, & præſertim ab iis, qui obtinuerint ſententiam abſolutoriam, à qua ipſe Procurator appellare noluerit, nec etiam pro appoſitione manus in mandatis de relaxando. 4

Similiter, & Subſtituti ipſius, pro inventariis, caſſationibus proceſſuum, citationibus, informationibus, aut alio quocunque prætextu, titulo, vel cauſa, nihil prorſus à Reis, ſive in carceribus, ſive extra eos conſtitutis, aut pecuniæ, aut muneris, etiam eſculentum, aut poculentum, & à Jure, vel Conſtitutionibus, permiſſum accipiant, ſub pœna infamiæ, privationis officii, inhabilitatis in poſterum, & aliis etiam Noſtro, & Succeſſorum noſtrorum arbitrio. 5

Quoad expenſas contumaciales, vel quæ aliàs à Reo reficiuntur, ſi Inſtigator aderit, ſivè apertus, ſive ſecretus, qui ipſas fecerit, ipſi Inſtigatori Procurator Fiſcalis, cui ratione condemnationis ſolvendæ veniunt, reſtituat. Ubi verò nullius adfuerit Inſtigator, ſatisfactis prius de illis Notariis pro mercede laborum ſuorum, reſiduum dictarum expenſarum, cum non ſit juſtum, Reum ex contumacia ſua commodum conſequi, eidem Procuratori Fiſci ſolvatur. 6

Reos ipſe Fiſci Procurator, aut ejus Subſtituti non interrogent, neque Teſtes examinent, niſi in præſentia Judicis. Atque extra Carceres liceat eiſdem cum interventu Notarii examinare, & pro aſſiſtentia, ſive examine Reorum, vel Teſtium, ſive ad oſtenſam, ſive ad defenſam, vel aliàs pro Reo productorum, nihil prorſus accipiat ipſe, nec ejus Subſtituti, & ubi in termino citationis examini Teſtium non interfuerit, vel Interrogatoria non dederit, Teſtes inducti ſine ulteriori dilatione examinentur. 7

Citatus originalem citationem non poſſit ultra diem penes ſe retinere, ſed illam die ſequenti reſtituere teneatur, in qua citatione, Pars ad cujus inſtantiam ſit, nomen Notarii, in cujus officio cauſa tractatur, vel tractari debent, & Procuratoris, ſi principalis abſit ab Urbe, debeat apponere, alioqui citatio ipſa nulla cenſeatur nec ipſum Fiſci Procuratorm afficiat. 8

Non det mandata de capiendo quempiam, voce, vel in ſcriptis, niſi ubi adfuerit periculum fugæ, & Judicis copiam incontinenti, habere non poſſit. 9

Et cùm ad Signaturam ſpectet cauſas appellationum nomine dicti Procuratoris Fiſcalis à ſententiis contra eum latis interpoſitarum reiicere, vel committere, idem Procurator appellare non prohibeatur, verùm quoad illarum rejectionem, vel commiſſionem, pro cauſarum, vel perſonarum qualitate. Signatura ipſa occurrentibus caſibus hujuſmodi providere poterit, in cujus Commiſſionis ſignatura citetur prius, antequam ſignetur, Pars, quæ ſententiam abſolutoriam obtinuit, & aliter Signatura nullius ſit roboris, vel momenti. 10

Et cùm officium Procuratoris Fiſci, quoad cauſas criminales principaliter conſiſtat in proſecutione publicæ vindictæ, non ſe intromittat pro 11

obti-

Digitized by Google

obtinendis inhibitionibus de ſuperſedendo in cauſis civilibus, & præſertim uſurarum, niſi ubi de jure ad ejus inſtantiam inhiberi poteſt.

12 Nec ei concedantur litteræ ad partes pro capiendis inditiis, niſi dato prius aliquo fumo, arbitrio Judicis, à quo impetrantur, & tunc non committantur alteri, quàm loci Ordinari; vel ejus Vicario, niſi ſubſiſtent probabili cauſa ſuſpicionis.

13 Nec etiam dilationes non neceſſariæ, nec debito longiores. Quinimo potius ſtudeant Judices quamprimum cauſas expedire.

14 Procurator præfatus non tractet de compoſitione cum ipſis Reis, ſed expeditioni cauſarum incumbat, & ubi Reus compoſitionem fieri petierit, non fiat niſi cum interventu Judicis, & ipſius Fiſci Procuratoris.

15 Qui etiam non proſequatur cauſam appellationis à ſententia contra eum lata, ubi adſint Inſtigatur ſecretus, vel apertus, niſi data prius per eundem Inſtigatorem cautione de reficiendo expenſas, tam prioris, quàm ulterioris inſtantiæ, in eventum ſuccumbentiæ.

16 Non audiatur Fiſcus proteſtando, cauſam quæ agitur inter Privatos, non expediri, niſi ipſo citato ſub prætextu intereſſe ipſis, niſi de illo incontinenti, quantum Judici ſufficere videbitur, docuerit.

17 Et cùm ſit Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ Procurator generalis, & propterea ad eum ſpectet Procuratores Fiſcales, uti ejus Subſtitutos in terris Sanctæ Romanę Eccleſię deputare, illos Legati etiam de latere cum litteris patentibus dicti Procuratoris Fiſcalis ad eorum officia admittere teneantur, & faciant admitti. Qui Subſtituti ſub pœna privationis eorum officii, ac aliis arbitrio noſtro imponendis, ipſum Procuratorem generalem de omnibus Fiſcum concernentibus, & præſertim de ſententiis tam abſolutoriis, quàm condemnatoriis, certiorem facere debeant.

18 Caveat autem idem Procurator generalis, nè à dictis ejus Subſtitutis, ſive pro ſubſtitutione facienda, ſive quavis alia ratione, vel cauſa quicquam recipiat, ſed omnia emolumenta eiſdem ſubſtitutis liberè, & integrè dimittat.

19 Vigeſimam autem dicto Fiſci Procuratori, & centeſimam Subſtituto ipſis de compoſitionibus conſiſcationibus, & pœnis eorum opera, & interventu jam incameratis, idest facta jam incameratione, & non prius, deberi, ac perſolvi volumus, & declaramus.

20 Et amplius iidem Subſtituti Fiſcales cùm ad reformandos proceſſu extra Urbem mittuntur, ultra victus, & equorum impenſam, poſſint etiam debita, & taxata viatica recipere.

21 Et Fiſci Procurator ſeptem Subſtitutos habere debeat, quibus ſingulis Camera ſcuta quinque menſtrua perſolvat, videlicet quatuor Subſtitutos pro Tribunali Gubernatoris, duos pro Tribunali Auditoris Cameræ, & unum pro Tribunali Vicarii.

De Advocatis, Procuratoribus, & Solicitatoribus.

1 §. 18. ADvocati, ſeu Procuratores conſanguinei, vel affines, uſque ad ſecundum gradum alicujus Judicis, vel Officialis in cauſis coram eo pendentibus, nullo pacto valeant patrocinari.

VI. ex i. Pii IV. cō. 44. §. 59. l. 10.

2 Non omnes paſſim ſed hi ſolùm ad procurandum in Rotæ Auditorio admittantur, qui doctrinę uſus, & morum examen ſubierint, & per ipſum Rotæ Decanum, vel alium loco Decani arbitrio Rotæ deputandum, adhibitis duobus, vel tribus Procuratoribus ab ipſorum Collegio deputatis, ſuper his univerſis approbati fuerint, unde ſi qui tales in præmiſſis idonei reperti non erunt, à Procuratoris officio removeri volumus, ac pro dicto examine aliquid exigi, vel ſolvi debere expreſſè prohibemus.

3 In Tribunalibus Gubernatoris, Auditoris Cameræ, Vicarii, & Senatoris, Procuratores non admittantur, qui non ſit prius approbati à Superioribus illius Tribunalis, & in libro particulari deſcripti.

Qui etiam, ut indemnitati Litigantium conſulatur omnibus, & quibuſcunque Judicibus diſtrictè præcipimus, nè Procuratores inhabiles ad cauſas coram ipſis agendas admittant. 4

De popinis, ſeu bibalibus dandi Procuratores, aut etiam Advocati, ſe non immiſceant, ſed curam hanc Partibus, vel earum Solicitatoribus relinquant. 5

Stipendia modeſtè, nec ultra meritum, aut ultra taxas capiant. 6

Et ſicut de quota litis, ita de fructibus, & expenſis, aut parte earum, in quibus Adverſarii condemnantur, aut aliis emolumentis, & præmio, cum Partibus in eventum victoriæ quiſquam Advocatus, vel Procurator nullatenus conveniat. 7

Unum Procuratorem idoneum cum competenti ſalario, qui patrocinium Pauperibus gratis præſtet, ſingulis annis deputent Procuratores in eorum Collegio, & factam deputationem denuncient Advocato Pauperum, qui ejus opera uti, & Pauperes ad eum, cum occurrerit, mittere poſſit. 8

Cum Notariis, vel aliis, de gratiis regiſtrorum & extractuum, præterquàm in Partium principalium utilitatem, & commodum, ità quòd evidenter appareat per inſtrumentum publicum non paciſcantur, & in his reperti culpabiles, perpetuò ſint procurationis officio privati. 9

Notariatus aliquod officium Procuratores emere non poſſint, neque cum Notario ſocietatem aliquam mire, neque in totum, neque in partem, ſub pœna amiſſionis officii. Quod Advocatis etiam prohibitum eſſe volumus ſub eadem pœna. 10

Sententias contra eorum Principales à Curia abſentes, à quibus provocare licet, in rem judicatam tranſire non permittant, ſed appellare, & cauſam committi facere teneantur, ac Principalibus ſuis ſignificare, & prorogationem fatalium ſemel petere, ſub pœna privationis officii, & aliis pœnis arbitrio Judicis. 11

Poſtquàm alicujus cauſæ patrocinium ſuſceperint, & onus Procuratoris receperint, indefenſas cauſas non dimittant ſed pro viribus defendant, niſi excuſationem legitimam habeant à Judice approbandam, necnon ſecreta cauſarum Adverſariis non revelent aliquo prætextu, vel cauſa, ſub iiſdem pœnis. 12

Procuratores, & Solicitatores quarumcunque cauſarum non poſſint à ſuis Clientibus ſalarium petere, niſi conventum. 13

Pridie ejus dici quo Rota agitur, non liceat Advocatis, Procuratoribus, & Solicitatoribus, etiam tanquàm amicis, vel aliter attinentibus, ſtudia Auditorum perturbare. 14

Procuratores, qui ſunt de Collegio Procuratorum, præcedant omnes alios Procuratores, licèt antiquiores. 15

Neque Advocatus, neque Procurator, aut Solicitator, qui pro una parte patrocinium ſuſcepit, in eadem cauſa pro altera patrocinari poſſit, ſub pœna privationis officii, & infamiæ. 16

De Notariis Tribunalium Urbis.

§. 19. NUllus Notariorum cujuſcunque Curiæ ſive criminalium, ſive civilium cauſarum, audeat quicquam exigere, niſi juxta taxam eis traditam, quam vulgari ſermone ſcriptam in eorum officiis appenſam, ita ut ab omnibus legi poſſit, habere teneantur. 1

exec. mādā cla. de reg. D. P. An. 3. 31. Juliī 3. 27. Dec. in his cauſ. Dec. irric. For. & eſſe pu. qu. hab.

Exerceant autem ſinguli (etiam quibus officia per Sedem, ſeu Cameram Apoſtolicam conceſſa fuiſſent) eorum officia per ſe ipſos, nec illa arrendare, locare, aut in adminiſtrationem quovis 2

modo

modo concedere poſſint, ſine expreſſa Noſtra, aut Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum licentia in ſcriptis obtenta, & tunc non niſi perſonis à Superioribus ſui Tribunalis approbatis, ac recepta ſatisdatione de fideliter exerçendo, & obſervandis taxis, & reformationibus.

3 Et loca Pia habentia aliquod ſimile officium illud exerceri faciant ab aliquo Viro probo ab eis ſtipendiato, & à Superiore ſui Tribunalis approbato, qui taxas, & reformationes obſervare, ut ſupra, & ſatisdare teneatur.

4 In juramento calumniæ à Partibus præſtando Notarii Jurantem admoneant vim, & importantiam ipſius, & faciant hæc nominatim, & ſpecificè aſſeri, & jurari. Primò, quòd non animo calumniandi agit, vel defendit, ſed, quia talis pro parte ſua ſibi juſta videtur. Secundò, quòd probationem non exiget, niſi quàm pro veritate ſibi neceſſariam putabit. Tertiò, quòd nihil dedit, aut promiſit, dabit, vel promittet Judicibus, aut Notario, vel Teſtibus, aut Mediatoribus, aut alicui alteri perſonæ, ut ſententia detur. Quartò, quòd calumniandi animo aliquam dilationem non petet. Quintò, quòd pactum da quota litis non fecit. Quæ Capitula per Actuarium Juranti bus declarari mandamus, ſub pœna decem aureorum vice qualibet incurrenda. Et nihilominus ulterius ad ſcribendum in illa cauſa non admittatur. In actis tamen non apponatur, niſi juraſſe monitum juxta formam hujus conſtitutionis.

5 Nihil ſcribant in cauſis, ubi agitur de ſumma, vel re valoris infra quinque ſcuta, niſi aliter Judex mandaverit.

6 Et in cauſis ſcutum unum non excedentibus, Notarii cujuſcunque Curię nihil proſſus recipiant à Partibus; ab uno verò ſcuto uſque ad duo incluſivè, pariter nihil, niſi ſi quid à Judice fuerit eis conceſſum, ſub pœna furti.

7 Neque poſſint rogari de Inſtrumentis, quæ extra judicium fiunt ad referendum alteri, quamvis Connotario, etiam Cameræ, vel Auditoris Cameræ, ſed quiſque per ſe, aut proprios Subſtitutos, qui in ipſius officio commorantur, de dictis Inſtrumentis rogetur, & non pro altero ad referendũ.

8 Si contingat unum Notarium accipere terminum pro alio Notario ad referendum, teneatur accipiens per totam illam diem, qua acceperit, relationem facere, & decretum ſcribatur, ſive ſubſcribatur manu Notarii referentis.

9 Nec quiſquam ſimiliter poſſit in futurum plura Notariatus officia in diverſis Tribunalibus obtinere, ſed cenſeantur eſſe dicta officia inter ſe incompatibilia abſque Noſtra, vel Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum licantia.

10 Et tam ipſi, quàm eorum Subſtituti non poſſint eſſe Procuratores in Curia, in qua Notarii ſunt, aut Subſtituti officium exercent.

11 Citationes, Monitoria, ſeu quaſvis aliàs proviſiones extra Urbẽ mittendas, non expediant ad alicujus inſtantiã, niſi notato in actis nomine Procuratoris, Principalis, aut alterius illas obtinentis, ut ſi ad illarum moderationem ſit procedendum, poſſit Pars incontinenti ſcire, quis ſit citandus, ejuſque citatio ſufficiat ad obtinendam moderationem.

12 Nec ſufficiat in actis exprimere nomen Procuratoris, niſi is notus ſit in Curia, ad hoc ut citari poſſit, vel ſaltem talis Procurator eligat domicilium, ubi citari velit.

13 In mandatis executivis vigore inſtrumentorum ſivè apocarum relaxatis, tam in Curia, quàm extra eam mittendis, apponatur dies, menſis, & annus inſtrumenti, ſivè apocæ, cujus vigore mandatum relaxatum fuit.

14 Similiter in relaxatione mandatorum, & quarumcunque expeditionum, tam in Curia, quàm axtra eam mittendarum, citatis Partibus, vel earum Procuratoribus, aut in contradictorio judicio obtentarum, apponi debeat altera ex iſtis clauſulis, vid. In contumaciam N. Procuratoris, vel ſi Procurator verè contradixerit, & in actis proteſtationem fecerit, loco prædictæ clauſulæ ſcribatur, Non obſtante proteſtatione N exadverſo Procuratoris.

Porrò moderatis Inhibitionibus à ſuo Iudice emanatis, nullo prætextu Notarii, lapſo termino intimationis, poſſint obtentæ moderationis fidem retardara, niſi de impedimento verè conſtet in actis. 15

Notarii quorumcunque Tribunalium Urbis, excepta Rota, teneantur, in quibuſcunque cauſis, etiam commiſſariis, intra Statam Eccleſiaſticum dare litteras miſſivas loco Remiſſorialium, & pro ſingulis litteris hujuſmodi, atque illarum inſtrumento, etiam cum articulis & interrogatoriis introcluſis, ſolvatur merces juliorum novem, nec Pars hujuſmodi litteras petens contra ejus voluntatem cogatur Remiſſoriam accipere. 16

Summaria Teſtium quando à Notariis dari contingit, ſcribantur in bona carta non bibula, & charactere intelligibili, ſoluta ſolita mercede. 17

Notarii nullam prorſus mercedem, aut emolumentum, atiam minimum, recipiant, quòd prius in libro receptorum (quem retinere debeant) fideliter non annotaverint, cum expreſſione diei, cauſæ, & perſonæ ſolventis, ut ex libro Superior poſſit ex officio cognoſcera, ſi quid ultra taxas indebitè receperint. 18

Cæterum da datione Arrharum pro regiſtris, extractibus, aut copia Judiciorum, non ſtetur libro Notarii, nec ejus annotationi, niſi cum ſubſcriptione Partis aut Procuratoris arrham dantis. 19

In Manualibus, vel Brollardis, vel libris Inſtrumentorum, Actorum, & filzarum, quas vocant ligatarum, non dimittant Notarii folia ulla in parte alba, ubi ſcribi ſolet, ſed ubi ſic alba remanſerint, ea inter lineare teneantur. 20

Non retinaant ſcripturas, & jura quæcunque producta in pulpitis, ſed infra biduum à die productionis, eam productionem in Manuali, ſeu Broliardo actorum annotare, & in filzis ponere teneantur, etiam quod productio fuerit in calce citationis annotata. Examina Reorum, & Teſtium quorumcunque tam in civilibus, quàm in criminalibus, ab initio, & in ipſo actu examinis deſcribantur in libro benè compacto, & compaginato. 21

Non audeant Notarii inconſulto Judice facere ex ſe decretum aliquod, quantumlibet ſolitum, & ordinarium, nec aliquem terminum quamvis leviſſimum in forma, ut ajunt, ſervare, ſed ſemper Judicem adeant, & Citationes omnes coram eodem legant, ab eoque decreta ſumant, & deinde in actis apponant, & idem ſervent, etiam ſi terminus ſit ad videndum inhibere, juxta formam commiſſionis, ſub pœna falſi, & privationis exercitii. 22

Citationes, & aliæ Curſorum, & Mandatariorum relationes, nullatenus in actis apponantur, niſi Curſores, & Mandatarii eas in cartulis earum ſubſcripſerint, & ſupra ſubſcriptionem nomen Notarii cauſæ appoſitam fuerit. 23

Citationes, & alios actus pro aliquo, vel contra aliquem non recipiant, niſi tam Actoris, quàm Rei nomen cum cognomine, & exercitii, vel habitationis, vel patriæ deſignatione ſpecifice in eis exprimatur. 24

Citationes ad videndum mandari conſignari pignora, non recipiant, niſi appoſitum ſit etiam ad videndum mandari ſubhaſtari. 25

Iidem non audeant differre, vel retardare publicationem, oſtenſionem, & lectionem Sententiarum, tam civilium, quàm criminalium, ſub prætextu non ſolutæ notæ ipſarum, aut regiſtri, aut alterius cujuſque mercedis ſibi debitæ. Quinimmò teneantur per totum ſequentem diem illas, una cum citationibus ad ſententiam, in peculiari libro, quem ad hoc habeant, regiſtrare. 26

Quòd etiam ſervetur in cedulis privatis Depoſi- 27

torum, quæ ſcilicet ſtatim facta illarum productio-ne regiſtrentur.

28 Sententiarum, Decretorum, aut aliarum quarumcunque ſcripturarum, tam civilium, quàm criminalium copia unicuique petenti, ſoluta copiæ petitæ competenti mercede, dare teneantur.

29 Caveant inſuper Notarii ſcribere quemquam in actis uti inſtantem, proteſtantem, producentem, ſeu quomodolibet comparentem, niſi is tunc præſens fuerit, nec ſuffragetur mandatum generale Notario datum à quavis perſona, ut poſſit ejus nomen in cauſis, vel actis apponere.

30 In eventum in quem in cauſis fiant nullitates, quæ poſſint aſcribi culpæ, aut negligentiæ Notarii, & Pars propter paupertatem expenſas reficere non valeat, ad illas Subſtitutus Notarii, qui in cauſa ſcripſit, teneatur.

31 Proteſtationes ſcribantur in Broliardo eodem die, nec recipiantur in foliis volantibus, & quatenus ob eorum longitudinem in hujuſmodi foliis recipiantur, ſtatim hujuſmodi receptio in Broliardo annotetur.

32 Similiter non audeant expedire mandata, quæ non fuerint à Judice manu propria ſubſcripta, & aliter expedita ſint omninò, & in quacunque Curia, etiam Capitolii, nulla. Verùm dicta ſubſcriptio gratis fiat, nec ob eam augeatur ullatenus ſolita impenſa mandatorum.

33 Quando aliquis Notarius allegatur ſuſpectus, & alius deputatur, una tantum merces conſignanda alteri ex dictis Notariis, cui de jure perſolvatur.

34 Cuſtodiant Notarii diligenter ſcripturas omnes, extractus, & regiſtra, & quibuſvis Perſonis accommodata intra annum à die accommodationis recuperare, alioquin eis, vel aliquo eorum deperditis, illas ſuis ſumptibus reficere teneantur.

35 In Notariorum officiis non recipiantur Subſtituti, Scribæ, Juvenes, vel alii quicunque ad Teſtes examinandos, neque ad conficienda acta civilia, aut criminalia, niſi qui prius fuerint, tam quoad ſufficientiam pro munere ab eis exercendo, quàm quoad vitæ probitatem, à Superiore Tribunalis approbati.

36 Ad rogandum verò quælibet inſtrumenta, Teſtamenta, & alias quaſcunque diſpoſitiones, tam inter vivos, quàm in ultima voluntate, non admittantur, niſi prævio rigoroſo examine ſint prius creati Notarii ab habente facultatem, neque tamen propterea talis approbatio principalem Notarium, ſive Officialem excuſet, quo minus ſi quid præfatorum culpa, vel facto minus rectè geſtum fuerit, ipſi omninò Notarii teneantur, prout teneri volumus ad damna, expenſas, & intereſſe Partibus damnum paſſis.

37 Notarii non audeant rogare, vel ſtipulari obligationes aliquas, ſive contractus etiam parvi momenti, niſi vel Contrahentes ipſos Notarii benè noverint, vel ab uno ſaltem ex Teſtibus eum juramento adhibitis, cognitos eſſe ſciant, Teſteſque prædicti, aut unus eorum, Contrahentes, ut ſupra, recognoſcentes, noti ſint iiſdem Notariis, & nihilominus in quibuſcunque contractibus ultra nomen, & cognomen cujuslibet Contrahentium, apponatur etiam patria, & nomen Patris, aut alia ſimilis demonſtratio, atque de hujuſmodi cognitione mentio fiat in Inſtrumento alio, ultra pœnas infra ſubiectas, teneantur etiam Partibus ad omnia damna, expenſas, & intereſſe, neque per hoc derogatum cenſeatur Statutis, majorem in propoſito ſolemnitatem, vel diligentiam requirentibus.

38 Prohibemus inſuper nè in Inſtrumentis, Teſtamentis, & aliis actibus, in quibus Teſtes requiruntur, Notariorum Socii, Subſtituti, & alii in officio illius Notarii, qui rogatur, degentes admittantur, ſed alios adhiberi omninò mandamus.

39 Diſdictam ſocietatis officii teneantur Notarii non ſolùm in Manuali regiſtrare, ſed etiam in margine inſtrumenti ſocietatis annotare his verbis videlicet. Die tali diſdicta, & die tali reproducta, neque talis reproductio diſdictæ in actis alterius Notarii de ſocietate non rogati fieri poſſit, neque facta ſuffragetur, niſi quando contractus ſocietatis extra Urbem eſt rogatus, vel etiam in Urbe, quando eſt rogatus Notarius, qui non ſit actuarius alicujus Tribunalis, quibus caſibus diſdicta regiſtretur in Manuali, ut ſupra, ſub pœna in quolibet præfatorum caſuum Notario principali ſcutorum centum, ipſo jure Fiſco applicandorum, & Subſtituto ſcribenti, vel de tali actu rogato, ſub pœna infamiæ, & ſuſpenſionis ab exercitio.

Idemque ſervetur in nominatione, necnon & in translatione periculi vitæ, quæ non ſuffragentur, neque cuiquam proſint, niſi Parti intra tempus ad nominandum, vel transferendum intimatæ, & per Notarios, ut ſupra, fuerint annotatæ. 40

Et ſi Notarii, eorumque Subſtituti, Actuarii, vel Juvenes quicunque ſe quoquomodo directè, vel indirectè ſub quovis etiam amicitiæ nomine, vel prætextu ingeſſerint, interpoſuerint, vel tractaverint, ſeu mediatores fuerint in aliquo cenſuum, ſocietate officiorum, aut aliorum quorumcunque negociorum contractu, non poſſint ſub pena perpetuarum triremium, ac privationis officii, ejuſque proprietatis, & tituli ipſo jure Cameræ Apoſtolicæ applicandi, ullas pecunias, bona, ſeu res, etiam minimæ quantitatis à quoquam, etiam ſponte dante, occaſione præmiſſa recipere, ſed ſint, & eſſe debeant contenti debita eis mercede rogitus Inſtrumenti, ſi quod ab eis fuerit rogatum. 41

Quælibet Inſtrumenta ſubſcribantur ab eo Subſtituto, qui illa confecit, apponendo nomen, & cognomen ſuum in margine finis Inſtrumenti. 42

Inſtrumenta quoque in ſuis Manualibus dietim extendantur, & deſcribantur. 43

Inſtrumenta quæcunque ab eis rogata, Notarii debeant infra tres menſes à die celebrati Contractus, vel Inſtrumenti in librum, quem filzam vocant, redegiſſe, vel in protocollum, quod alii manuale extenſorum appellant, deſcripſiſſe cum ſuo indice. Non derogando per hoc Statutis diligentiorem formam requirentibus. 44

Teſtamenta autem, & Codicillos Viventium nemini oſtendant, ſed fideliter recondita ſervent, & quatenus ſint aperta, illa, & illos intra tres menſes in librum, ad hoc de more compactum, redigant. 45

Alia cujuſcunque generis, qualitatis, quantitatis, contractus, acta, inſtrumenta, vel ab ipſis rogata, vel apud eos producta, teneantur Partibus intereſſe habentibus, ad earum beneplacitum, gratis oſtendere, ipſiſque copiam facere, & tradere, ſoluta ſolita mercede competenti ſine tamen die, anno, menſe, Teſtibus, ita ut nullam in judicio fidem facere poſſint. 46

Neminem tamen poſſint aſtringere ad accipiendum inſtrumenta publica, vel eorum exempla, niſi ita ipſis Contrahentibus aut aliis intereſſe habentibus placuerit. 47

Pro rogitu cujuslibet Inſtrumenti, cum quibuſvis conditionibus, & clauſulis, ubi non adſunt particulares taxæ, & ubi non procedit conventio Partium, ſolvantur pro quolibet centenario ſcutorum uſque ad ſcuta mille julii duo: à mille uſque ad quinque millia, julius unus pro quolibet ſimili centenario: à quinque mille uſque ad quamcunque ſummam, bononeni quinque pro quolibet ſimili centenario, dummodo in totum non excedat ſummam ſcutorum viginti quinque. 48

Pro caſſatione cujuslibet inſtrumenti, ſeu retrovenditionis cenſus, vel ſimilium, cum quibuſvis ceſſionibus, reſervationibus, conditionibus, ſeu translationibus, & aliis clauſulis, ubi non adſunt particulares taxæ, ſolvatur ad eandem rationem, prout dictum eſt pro rogitu cujuslibet inſtrumenti. 49

In tradendis autem publicis Inſtrumentis quo ad 50

merce-

Digitized by Google

mercedem quicunque Notarii, ſive deſcripti in Archivio Romanæ Curiæ, ſivè in Archivio Capitolii, & alii Notarii retinentes publica officia, non habentes ſpecialem taxam publicorum inſtrumentorum, vel in quibus eorum taxa non diſponeret, teneantur ſervare taxam Statutorum Urbis.

51 Pro rogitu Teſtamentorum, Codicillorum, Donationum inter vivos, & cauſa mortis, ubi non adſint taxæ minores, vel ubi Notarii non ſubjiciuntur Statutis Urbis, & ubi non fuerit aliter conventum per Partes, ſi fuerint factæ à Perſonis, quarum patrimonium non excedat ſcuta quinque, illis ſolvantur julii quinque: à quinque millibus uſque ad viginti millia, ſcutum unum; à viginti millibus uſque ad quamcunque ſummam non exigant ultra ſcuta duo.

52 Orta inter Notarios, & Litigantes, vel alios differentia ſuper ipſorum Notariorum mercede, non à Notariorum Collegiis, ſeu Deputatis ab eis, ſed ab eorum Judicibus, qui non ad Menſarios, ſeu Notarios remittant, ſed ipſimet proprio ipſorum arbitrio diffiniant, inviolabiliter obſervata taxa.

53 Et quandocunque Notarii vigore hujus conſtitutionis ex facto ſuo, vel ſuorum, tenentur aliquid refundere, reſtituere, aut Partibus reſarcire, procedatur contra eos executivè, & manu regia.

54 Ad hęc Archivii privilegia illæſa eſſe cupientes ſtatuimus, & mandamus, quòd Prothonotarii, Comites Palatini, & alii quicunque habentes, vel habere prætendentes facultatem creandi Notarios aut Spurios legitimandi, non poſſint illos creare, vel legitimare, nec jurisdictionem, aut poteſtatem aliquam in Urbe, & extra eam per unam Dietam legalem exercere in præjudicium Collegii Archivii, & privilegiorum ejus, juxta conſtitutionem fel. rec. Leonis X. prędeceſſoris noſtri editam pridie nonas Octobris 1513. quæ incipit. Ex miniſterii paſtoralis, quàm innovamus, & approbamus.

55 Quodque ſi aliquis Creditor mandatum de capiendo ratione ſuſpicionis fugæ in quocunque Tribunali, etiam Auditoris Cameræ contra Debitorem ſuum, vel ipſius Debitoris pecunias, & bona, Sequeſtrum aliquod obtinuerit, Creditor ipſe ad mandati executivi expeditionem, vel aliquo modo illius ſolutionem faciendam, aut ejus taxam deponendam, cogi non poſſit.

56 Juramenta ſuſpicionis fugæ, ab aliis quàm à Principalibus ſiue, vel Perſonis ad id ſpeciale mandatum habentibus non recipiant.

57 Sequeſtra non ſcribant, etiam in cauſis mercedum, niſi in executionem mandatorum ſervatis ſervandis relaxatorum, vel niſi docto de credito, etiam extrajudicialiter arbitrio Judicis, juratoque prius de dilapidatione, aut fugæ ſuſpicione.

58 Advocatos, Procuratores, & Solicitatores pro fidejuſſoribus occaſione litium dandis nullo pacto recipiant.

59 Significationes per viam recurſus concedendas non ſcribant, niſi cum clauſula, Non tamen in contumaciam.

60 Aliàs verò ſignificationes non ſcribant, niſi vigore termini, aut niſi productis juribus, vel probationibus ſuper ſolutione, aut niſi ſtante pendentia litis, ſive lite finita, vel niſi data cautione de ſtando juri, & judicatum ſolvendo, quando eſſent relaxata mandata ſuſpicionis fugę pro aſſeveratione judicii, aut niſi ſtante negatione contra mandata in contumaciam relaxata.

61 Reſponſiones ad articulos, & juramenta ſuper partitis deciſivis, coram Judice tantùm recipere poſſint, & debeant, niſi ipſe Judex aliter decreverit ex cauſa infirmitatis, aut legitimi impedimenti Collitigantium.

62 Conſtitutionem à Nobis die prima Martii 1608. contra Notarios Criminales Urbis editam innovantes, denuo, & diſtrictè inhibendo præcipimus omnibus quibuſvis Notariis cujuſcunque Tribunalis, & Curiæ quoquomodo cauſas criminales exercentibus, ne ſub pœna privationis officiorum, & proprietatis ipſorum ipſo facto incurrenda, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ applicanda, aliiſque gravioribus etiam corporalibus arbitrio Judicis imponendis pœnis, audeant, vel præſumant mercedes notulæ, ſententiæ, vel decreti, aut caſſationis proceſſus in relaxatione Carceratorum, ſeu abolitione quærelarum non Carceratorum, etiam à ſponte dantibus, nec etiam ad minimum accipere, niſi quando Reus ipſe, fabricato proceſſu, & præcedente plena cauſæ cognitione, & diſcuſſione, Fiſco, & Parte ſi aderit, citatis, in ipſa ſententia vel decreto vim diffinitivæ habente, & à Judice ſubſcripto fuerit à crimine, pro quo detinebatur, vel quærelabatur, diffinitivè tanquam innocens, vel tamquam hactenus non repertus culpabilis, expreſsè abſolutus.

Pro compoſitionibus verò eaſdem notulas decretorum, & caſſationes accipere, niſi in cauſis, & criminibus gravibus, & gravem pęnam merentibus, & in quibus non ſolum intervenerit plena cauſæ cognitio, ſed etiam diſcuſſio, & decreta fuerint non Judicis tantùm, ſed, & Procuratoris noſtri Fiſcalis manu ſubſcripta minimè poſſint. 63

Remiſſiones tamen gratioſas Bannitorum in contumaciam condemnatorum, necnon exilii, & triremium pœnarum, de ordine noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, excipimus, in quibus iidem Notarii notulas decretorum, & caſſationis proceſſuum accipere licitè poſſint. In aliis autem quibuſcunque caſibus, contenti eſſe debeant ſola mercede mandati de relaxando, ſi Rei fuerint carcerati, & ſi non fuerint carcerati pariter contenti ſint ea mercede, quæ, ſi carcerati fuiſſent, eis deberetur pro dicto mandato de relaxando, reprobata, prout reprobamus, omni prava conſuetudine, & obſervantia Notariorum, ad effectum extorquendi notulam decreti in omnibus fere decretis de relaxando, apponentium illa verba, Mandavit caſſari, Amplius non moleſtari, Silentium imponi, vel ſimilia. 64

Et inſuper ſuper eiſdem pœnis, omnibus Notariis prohibemus, ne per ſe vel alios Reos quoquomodo proceſſatos ad proceſſus caſſationem, aut cujuſcunque ſententiæ vel decreti abſolutorii impetrationem, vel poſtulationem per citationem ad ſe repræſentandum, aut ad ſententiam vel aliàs qualibet via directè, vel indirectè, aut quoquomodo, cogere, inducere aut invitare audeant, vel præſumant, ſed omnia, & quæcunque hac noſtra conſtitutione contenta ad unguem omninò obſervent. 65

Et pro mandatis de excarcerando, quibus à Judice adiectum eſt, Gratis, nihil prorſus, & in forma Pauperum, pro medietate tantùm accipiant, ideoque nec mandati mercedem ante recipiant, quàm à Judice fuerit ſubſcriptum, & fortè receptam omninò reſtituant. 66

Nec pro copia indiciorum, quàm effectualiter Reo non dederint, quicquam percipere (niſi loco arrhæ) debeant, & ubi Reus amplius ipſam copiam habere noluerit, etiam quòd arrham dederit, ab ipſo non exigant, niſi pro rata copiæ confectæ. 67

Similiter alimenta Carcertorum pęnes eos depoſita Notarii ſine ulla retentione pro depoſito, vel alia qualibet diminutione, Carceratis integrè conſignent. 68

Quicunque ex Notariis in eorum officiis ſcribentibus in aliquo præmiſſorum contravenerint, pro qualiber vice pœnam ſcutorum vigintiquinque, aliaſque pœnas pecuniarias, & corporis afflictivas pro modo exceſſus à ſuo Judice arbitrandas, incurrat, damnaque, & intereſſe Partibus, reficere cogatur. 69

Ultra præmiſſa diligenter per omnes Notarios cujuſvis Tribunalis obſervanda, ſancimus, ut Notarii infraſcriptorum Tribunalium, etiam ſequentes ordinationes, quemlibet eorum tangentes, ſervare debeant. 70

71 Notarii Cameræ illis, qui annatas, & alia jura Cameræ pro expeditionibus debita perſolverint, quietantiarum, & liberationum inſtrumenta ſuper ſolutionibus per eos factis intra triduum, juxta veterem conſuetudinem, mercede ſolita recepta, in forma authentica tradere compellantur, aut per eos non ſtet quominus tradentur. Et abſtineant ab indebitis exactionibus, maximè pro obligationibus ſolvendi annatas.

72 Bullas, quarum ratione, commune, annata, vel alia jura ſolvi debent Cameræ Apoſtolicæ vel quæ quomodolibet concernunt intereſſe dictæ Cameræ, aut Sedis Apoſt. ſive earum continentiam, per ſeipſos tantùm, & non per Subſtitutos ſcribant, & annotent in libris, & Bullæ regiſtratæ auſcultentur per Menſarium ipſorum Notariorum, qui in ſignum auſcultationis manum apponere in regiſtro, & de mala auſcultatione teneri debeant, & regiſtra in Archivio Palatii Apoſtolici cuſtodiantur.

73 Obligatione ſolvendi commune, & alia jura Cameræ pro Monaſteriis, vel Eccleſiis oneratis penſione, aut ſolvendi quindennium ratione Unionum, infra quindecim dies ab ipſiſmet Notariis in libro ſcribantur.

74 De reſtitutis autem ſervetur conſuetudo capiendi julios duos cum dimidio Cancellariæ pro qualibet reſtitutione Bullarum, & non ultra.

75 Emolumenta eis debita, tam ratione regiſtrationis Bullarum, quàm alia quæcunque inter ſe certo pretio, vel aliàs quomodolibet non arrendent, nec arrendare poſſint.

76 In expeditionibus, & ſcripturis conficiendis, de propoſitione, & commiſſione facta in plena Camera, mentionem expreſſam facere teneantur.

77 Ponant in maſſa communi mercedes inſtrumentorum omnium, tam Cameralium, quàm intereſſe Cameræ activè, & paſſivè, ſeu alias quomodolibet concernentium, etiam extra Cam. coram Theſaurario, vel alio per Noſtrum, aut Succeſſorum noſtrorum Chirographum, vel litteras, aut aliter deputato rogatorum, de quibus rogatus Notarius teneatur illa denunciare, Collegio, & ut præfertur in maſſa ponere, dempta rata ſibi pro mercede laborum debita, juxta conſtitutiones ipſorum.

78 Et conficiatur liber apud eorum Menſarium dimittendus, in quo quiſque Notarius in fine hebdomadæ ſummatim deſcribat ſingulas, quas fecerit, expeditiones.

79 Pro expeditionibus, & ſigillo in gratioſis, quando ſunt plures perſonæ conſortes, etiam ſi ſint Congregationes, collegia, Capitula vel Univerſitates, non ſolvatur niſi pro taxa duorum. In judicialibus verò expeditionibus non niſi pro una tantùm exigatur.

80 Et pro litteris patentibus quorumcunque Commiſſariorum, tam à Camerario, quàm à Theſaurario vel Commiſſario Cameræ, etiam in partibus conſtitutorum, non ſolvatur ultra julios viginti duos in totum, computato ſigillo, & mercede Secretarii, ac Notarii.

81 Mercede ſemel ſoluta juliorum quinque Notario dictæ Cameræ pro deputatione Judicum ad ſolidands computa, pro quacunque poſtea ſubrogatione ſolvatur tantùm medietas, ſummæ prædictæ.

82 Notarii Gubernatoris teneant intus, vel juxta d. Palatium eorum officia ſeparata, & in locis ita diſtantibus, ut Collitigatorum tumultus nullum afferre poſſit impedimentum.

83 Manualia Citationum, & manualia proteſtationum ſeparatim, & diſtinctè teneant.

84 Expeditionum duos libros habeant, in quorum uno diſtinctè, & ordinatim annotare debeant omnes ſignificationes per viam recurſus concedendas, cum expreſſione nominis Colligantium, & Curiarum, à quibus Locumtenens recurſus juxta ſuas facultates concedet, & etiam ſummæ, vel valoris rei, de qua agitur; necnon omnia ſequeſtra, & monitoria ex quavis cauſa decernenda.

In altero autem ſimiliter annotare debeant omnia mandata executiva, non tamen in contumaciam, & omnia arreſta, mandata de excarcerando, ſignificationes duales, aut vigore termini, aut in vim litis pendentiæ, aut litis finitæ, aut ſtante depoſito, vel negatione, aut data cautione de ſtando juri, & judicato ſolvendo, conceſſas, & omnes citationes, vel inhibitiones vigore commiſſionis, aut extra Curiam decretas, dummodo in quolibet ipſorum caſuum agatur de re vel ſumma ſcutorum auri ſeptem conſtituentium julios octuaginta quatuor, ut ſupra. 85

86 Liſtas expenſarum non conficiant, neque propterea mercedem aliquam etiam a ſponte dantibus recipiant, niſi prævio Locumtenentis decreto, & ejuſdem ſubſcriptione, in calce citationum ad videndum taxari expenſas apponenda.

87 Examen Teſtium ſcribere poſſint duo tantum Notarii pro quolibet officio, quos Gubernator pro tempore approbaverit, & non alii.

88 Notarii Auditoris Cameræ, ultra ea quæ ſancita ſunt de Tribunali Auditoris Cameræ, & de aliis Notariis, abſtineant à monitoriis jactationis, aut aliis quibuſcunque, quibus prima inſtantia à ſuis Ordinariis auferatur, exceptis, caſibus privilegiatis.

89 Et in Monitoriis ſpecialibus in prima inſtantia, ubi permittitur, & inhibitionibus vigore appellationum, quæ ab Auditore Cam. conceduntur in partibus cum clauſula, Dummodo cauſa ſummam ſcutorum quinquaginta excedat, & moleſtiæ non ſint judiciales, debeant prædictam clauſulam, *Dummodo cauſa*, ſcribere litteris majuſculis, & loco illius clauſulæ, *Dummodo moleſtiæ non ſint judiciales*, ſcribere pariter litteris majuſculis hæc verba, videlicet, Dummodo judicium non ſit cæptum in partibus, ita ut ſit judicium coram aliquo Judice competenti ſit cæptum, monitorium non afficiat. Et quatenus inter Partes de dicto valore controvertatur, Auditor Cam. vel ejus in civilibus Locumtenens, conſtito ſibi etiam extrajudicialiter, cauſam non excedere dictam ſummam, teneatur per litteras miſſivas, & abſque ulla impenſas dictas eorum inhibitiones, & monitoria evocare, & cauſas ad ſuos Judices remittere.

90 Et quoniam experientia compertum eſt, quòd Notarii multoties inducunt hujusmodi Monitos, & Citatos, ut in juriſdictionem tacite conſentiant, volumus ut quando ſummam prædictam cauſa non excedit, hujuſmodi conſenſus in juriſdictionem minimè ſufficiat, niſi adſit expreſſus.

91 Non poſſint præfata mandata vigore termini in eorum officiis ſuſcepti, quando jam mandatum à Judice cauſæ in alio Tribunali eſt relaxatum. Eo verò nondum relaxato, in arbitrio ſit, & poteſtate Creditoris illud utrobi voluerit accipere, cogi tamen ad id non poſſit.

92 Atque in præfata termini ſuſceptione non admittant aliquam conditionem, reſervationem aut proteſtationem, terminum petenti, neque illam ſcribant, ſed tantùm ſimplicem debiti confeſſionem, & ſolvendi in fine termini obligationem, & non aliter.

93 Et ad effugienda incommodo, quæ ob citationes deperditas forte etiam ſubtractas, frequenter occurrunt, mandamus ejuſdem Auditoris Cam. Notariis, ut ſinguli juxta veterem conſuetudinem Manuale actorum omninò conficiant, illudquè infra unius menſis ſpatium à die publicationis præſentium debeant inchoaſſe, & quanto citius perfeciſſe, in futurum verò illud quolibet trimeſtri faciant, ac Auditori Cameræ met. quolibet trimeſtri exhibere teneantur.

94 Teneantur Notarii prædicti ſcribere in liſta omnes indiſtinctè informare volentes ſua die, nec pro ordine, antelatione, vel informando Judice aliquid recipiant, etiam à ſponte dantibus: Et liſta fiat una die pro altera. Et in eventum in quem omnes in liſta poſiti informare non potuerint.

Digitized by Google

fuerint, aliis præſerentur in ſequenti informatione.

95 Pro contradictis non recipiant, niſi quod verè ſolvitur officio Contradictarum.

96 Subſtituti Notariorum ejuſdem Auditoris Tribunalis ad conficiendum acta civilia ſeu criminalia ad Teſtes examinandos, necnon ad roganda quælibet inſtrumenta, Teſtamenta, & alias diſpoſitiones, ultra requiſitas approbationis Auditoris Cameræ, ſive ejus in civilibus, vel criminalibus Locumtenentium, non admittantur, niſi prævia etiam approbatione Collegii eorundem Notariorum, in qua Notarii ipſi de approbatione, fide, & idoneitate admittendorum, atteſtentur.

97 Quodque tam Notarii ſub amiſſionis officii, quam eorum Subſtituti prædicti ſub Triremium perpetuarum pœna, aliquas ſocietatum officioſum pecunias, cenſuum, & aliorum cujuſvis generis contractuum, niſi Procuratorio nomine, vel de ordine, conſenſu, aut voluntate Partium exigere, recipere, & penes ſe quovis modo retinere, tractare, & habere non audeant. Et ſi ſecus fecerint, Notarii ad damna, & intereſſe, quæ culpa Subſtitutorum, eorundem partibus evenerit, teneantur, & obligati ſint, ac contra eos in his executivè procedi poſſit, & debeat.

98 Poſtremò dicti Notarii nihil unquam cujuſvis generis ſcripturæ ad judicium pertinentis, quod extra Curiam mittendum ſit, expediant, & Parti tradant, niſi cum ſubſcriptione Auditoris, vel ejus Locumtenentis.

99 Notarii Vicarii Urbis non faciant monitoria generalia, vel ſpecialia extra Curiam, & Urbis diſtrictum, cum non ſit eorum officii, nec dent cenſuras neque terminum ſuper obligationibus in forma Cameræ. Neque concedant monitorium in forma Significavit, pro rebus deperditis, niſi juxta formam Concilii Tridentini.

100 Non capiant pro examine, vel litteris Ordinariorum, niſi quantum ſibi à Concilii Tridentini decretis, & reformatione ſumere eſt permiſſum.

101 Pauperibus gratis dent, ut tenentur.

102 Notarii Rotæ in confectione regiſtrorum, rubricarum, & copiarum, remiſſoriis, compulſoriis, executorialibus, notis ſententiarum diffinitivarum, Teſtium examine, & hujuſmodi, hanc noſtram, & alias Rotæ conſtitutiones accuratè obſervent, ſub pœnis in eis contentis, quas innovamus, nec ultra quam per eas licet, accipiant.

103 Litteras remiſſoriales ſcribant in charta juxta veterem morem à Chartulario lineata, cujus unaquæque linea contineat ſaltem ſyllabas decem, & octo, atque rotuli palmus ſi linearum triginta

104 Dent iidem Notarii Rotæ peritas à Partibus expeditiones, abſque requiſitione depoſiti pro regiſtro illius actus, vel expeditionis conficiendo, vel facto depoſito, regiſtrum de illis omninò fiat, & non relinquant folia in albis.

105 Facto regiſtro conficiant Inventarium actorum inſtrumentorum, & ſcripturarum in eo deſcriptarum, Actoris primum, deinde Rei acta, & jura notando, cum adiectione foliorum, in quibus illa deſcripta reperiuntur, & dictum inventarium aſſuant initio regiſtri.

106 Pro notis verò Interlocutoriarum nihil accipiant quod idem de moderatis ſolutionibus in copiis, & publicatione Teſtium ſervetur.

107 Ac pro relationibus Socios faciendis derogatis per eos nihil capiant.

108 Faciant præterea ſinguli in eorum officio Broliardum, qui dicitur Actorum, in quo omnes omninò proviſiones, decreta, comparitiones, & proteſtationes, etiam à tergo citationum ſcriptæ notentur. Item, & manuale citationum, cum ſuis proteſtationibus, & decretis, atque aliarum rerum regiſtrari ſolitarum, ita ut nihil prorſus ſuperſit in cartulis, quod non ſit in libris deſcriptum.

109 Officia Notariorum Rotæ non conferantur niſi perſonis peritis, & idoneis, quæ per ſeipſos illa exercere ſciant, & exerceant niſi aliqua legitima cauſa impediantur. Nec eo caſu officia aliquibus arrendare, aut Subſtitutos deputare valeant, niſi à proprio Auditore approbati fuerint, qui inſuper de officio fideliter exercendo, arbitrio Auditoris, cavere debeant.

110 Et pro ipſorum Subſtitutorum facto, Notarii ipſi quoad intereſſe Partium tanquam principaliter obligati omninò teneantur.

111 Pauperes omnes, qui juxta formam conſtitutionum admitti debent ad juramentum paupertatis, tam in Beneficialibus, quàm in prophanis, etiam per Procuratorem admittant, & ſi illæ, pro quo juratur, præſens non erit, ultra Notarii, vel Procuratoris aſſertionem, per duos Teſtes de paupertate doceri debeat, ita tamen ut quicunque fuerit admittendus, non ſine juramento, & obligatione pinguioris fortunæ, ut moris eſt, admittatur, & hoc niſi evidens ſit, atque notorium, quòd paupertatem jurare volens, ſit opulentus, quo caſu illum admittere non teneantur.

112 Quæ omnia, & ſingula inviolabiliter obſervari mandamus ſub pœna, ultra alias infra expreſſas, viginti quinque aureorum, ac ſuſpenſionis ad ſex menſes pro prima vice, & ſi ſecundo erraverint, eo ipſo in pœnam privationis officii, & alias hac noſtra inſtitutione contentas, incurrant.

113 Quocirca querelæ omnes Pauperum, & oppreſſorum ad dictæ Rotæ Decanum deferantur, qui his omnibus opportunis remediis provideat, tum ne Partes opprimantur, tum ut opprimere auſi puniantur, & prædicta exactiſſimè ſerventur.

114 Notarii Conſulum Agriculturæ, & cæterarum Artium taxam eis per Statuta præſcriptam, & ubi aliqui ipſorum nullam minorem taxam haberent, aliorum, qui illam habent, ſequantur, & ſecundùm illam exigant, & qui non habent officium titulo oneroſo, exigant tantùm pro medietate taxæ aliorum Notariorum Capitolinorum, & non ultra in omnibus, & per omnia.

115 Prothonotarius Senatoris non ſe immiſceat in cauſis criminalibus, neque fidejuſſiones recipiendo, neque mandata ſubſcribendo.

116 Notarii Capitolini deſervientes Collateralibus Senatoris pro Actuariis, per ſeipſos coram Collateralibus acta conſcribant, nullumque aliud officium Notariatus in alia quavis Curia obtineant.

117 Et tam dictus Prothonotarius, necnon Maleficiorum, & Collateralium Notarii, quàm Scriba Senatus, Secretarius Conſervatorum, Notarius Magiſtrorum Vicarium, & alii omnes Notarii Curiarum Capitolii, aliquid etiam minimum non recipiant ultra, taxam ipſis ſtatutam ſub quocunque prætextu.

118 Eorundem Notariorum Capitolii defunctorum & eorum qui in poſterum decedent Hæredes, ac quicunque alii ſcripturas eorum detinentes, exceptis iis, qui emerunt officia juxta conſtitutionem fel. record. Sixti Papæ Quinti prædeceſſoris noſtri, infra quindecim dies ab obitu ipſorum Notariorum, ac publicationis præſentium reſpectivè computandos, ſcripturas prædictas cum nomine Notarii cujus fuerint, ſub pœna amiſſionis dictarum ſcripturarum, & emolumentorum inde provenientium, conſignent Archivio Populi Romani, cujus Cuſtos librum teneat, in quo per inventarium dictæ ſcripturæ annotetur.

119 Notariorum officia in Curia de Sabellis duo tantùm habeantur, neque hic numerus ullo prætextu augeri unquam poſſit, & ii etiam approbandi ſint ab Urbis Gubernatore pro tempore exiſtente.

120 Notarius Curiæ Turris Nonæ obſervet tabulam Notariorum Curiæ Sabellorum.

[illegible] Notarii locorum piorum, debeant ſervare ſtilum, conſuetudinem, & taxas Tribunalis Vicarii, nec prorſus aliquid recipere ultra quòd Notarii Vicarii in ſuis cauſis ordinariis recipere poſſunt.

Qui autem ax eis gratis ſunt deputati, nec habent officium titulo oneroſo; non poſſint exigere niſi pro medietate dictæ taxæ Notariorum Vicarii, & non ultra in omnibus, & per omnia.

122 Notarius Ripettæ pro publicandis Inſtrumentis, & in publicam formam dandis, exigat juxta formam Statutorum Urbis.

123 Et in conficiendis extractibus ſervet formam Capitolinam, & normam aliis præſcriptam.

124 Atque in prima inſtantia nullus in Curia Ripettæ fiat extractus, minuſque in ſecunda coram Præſide, niſi de utriuſque Partis conſenſu, vel Notarius fuerit juratus ſuſpectus, ita ut acta tranſportari debeant, & ſi ſecus factum fuerit, qui artham dedit, totum de ſuo ſolvere teneatur, nec ulla detur Cedula depoſiti contra alium.

125 Nullum mandatum Notarius dare poſſit pro indiciis abſque Judicis licentia.

126 Singulis autem diebus etiam feſtivis, ab orto ſolis uſque ad occaſum, officium apertum tenere debeat, neque ab illo diſcedat ſine cauſa neceſſitatis.

127 Depoſita non recipiat, niſi uſque ad ſummam permiſſam, & penes eum facta, poſt decretum de conſignando, debeat omninò infra diem conſignare ſub pœna arbitrio Præſidis.

De regiſtris, Extractibus, & Exemplis, ſeu Copiis.

1 §. 20. QUo ad Regiſtra, & Extractus perpetuo ſtatuimus, & ordinamus quòd in omnibus, & quibuſcunque cauſis cujaſcunque generis ordinariis in quibuſcunque Urbis Tribunalibus & coram quibuſvis Judicibus, nullis prorſus exceptis, notis, & movendis (quæ ſcilicet à principio via ordinaria introductæ fuerint, etiamſi in illarum progreſſu una forſan aut plures commiſſiones ſupervenerint, ac materia introducta via ordinaria non eſſet de iuriſdictione Judicis ordinarii) nulla penitus fiant regiſtra ſed tantùm extractus ſimplices, & abſque aliqua terminorum extenſione, qui in uno confecti in quibuſvis aliis Tribunalibus, ſi ad illa tranſportantur, plenam fidem faciant in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi eſſent regiſtra extenſa.

2 Minuſque extractus in cauſis ordinariis fiant, etiam una, vel utraque Partium petente, niſi de Judicum licentia in ſcriptis obtenta, vel niſi acta eſſent ad aliam Judicem tranſportanda.

3 In verò autem commiſſariis cauſis ſummam ducatorum ducentorum auri de Camera excedentibus, quarum videlicet principia ordinariè non ſunt introducta, regiſtra, quidem fiant, ſed modo infraſcripto, quem, & in extractibus prædictis ſervari volumus, & mandamus.

4 Regiſtra bona, & legibilia Notarii accuratè, & juxta normam hac noſtra conſtitutione traditam, & innovatam faciant.

5 Tam in Regiſtris, quàm in Extractibus hujuſmodi conficiendis, facultate Judicum ordinariorum, vel deputationes eorum Locatenentium, cum illæ ſint notoriæ, & illarum exempla publica, & impreſſa habeantur, nullatenus præinſerantur, & pro illis Notarii nihil à partibus exigant.

6 Deinde tam in Ordinariorum extractibus, quàm in eorum, & aliorum quorumcunque Delegatorum etiam cauſarum Palatii noſtri Apoſtolici Auditorum, & S.R.E. Cardinalium regiſtris, dimittantur appoſitiones Feſtorum ordinariorum, & certorum. Si autē occurrant Feſta incerta, & repentina, in quę caderet obſervatio alicujus termini, fiat mentio de illius ſummariè, & hoc modo, videlicet, Die tali fuit Conſiſtoriū publicū. & ſic de cęteris ſimilibus.

7 Succeſſivè citationes ſive cum inhibitione, ſive abſque ea factæ, in earum reproductione nullo pacto repetantur, ſed illarum executio tantum apponatur his, aut ſimilibus verbis. Tali de re producta fuit citatio, de qua ſupra, quæ fuit executa.

8 Nec monitoria Procuratoribus de ſolutione regiſtri facta ponantur in regiſtro, niſi forte ad effectum docendi de cenſuris.

9 Prætereà ſi contingat commiſſiones ſemel regiſtratas aliis Commiſſionibus dependentibus præinſeri, illæ amplius non regiſtrentur, ſed annotetur folium, in quo ſuperius fuerunt regiſtratæ, & idem de Motibus propriis, Brevibus, & aliis Litteris Apoſtolicis, ac aliis quibuſcunque jam ſemel regiſtratis.

10 Idem & de terminorum etiam ſubſtantialium extenſione obſervari mandamus, ut ſemel tantùm pro qualibet Parte extenſa, non amplius extendantur, ſed tantùm eorum reiteratio ſine extenſione notetur, etiam in citatione ad ſententiam.

11 Inſtrumenta, quæ in actis cauſæ rogantur, non ultra illorum notulam extendantur, quo ad ea verò, quæ producuntur, præinſeratur aliquid de illorum ſubſtantia, idque ſuccinctè, deinde illorum tenor apponatur hoc modo, Talis conſtituit Procuratorem ſuum talem, prout in inſtrumento, cujus tenor ſequitur, & ſic de aliis.

12 Conſequenter tam in regiſtris, quàm extractibus cauſarum, in quibus per duos, vel tres annos nihil actum fuerit, non ponantur, in illarum reaſſumptione mutatio anni, vel menſis, indictio vacantiarum, creatio Pontificis, & ſimilia ad cauſam non ſpectantia.

13 Porrò ſi contingat in aliqua cauſa plurium recipi juramenta Teſtium unico contextu, in regiſtris hujuſmodi unicum juramentum, ubi omnes jurati nominentur, dumtaxat extendatur.

14 Inſuper non repetantur dignitates, vel tituli Judicum, vel locus eorum Tribunalium, & partium litigantium, ſed tantùm talis Judex, vel Auditor prædictus, vel talis Actor, vel Reus, aut Procuratorē aut ſimilia.

15 Singula folia in regiſtris confectis coram quibuſcunque Tribunalibus, ac aliis Judicibus prædictis, contineant in qualibet illorum pagina ad minus lineas vigintiquatuor, & unaquæque linea ad minus duodecim ſyllabas; quæ ſcribantur litteris bonis, & intelligibilibus, & in charta bona, non infecta, nec bibula, alioqui liceat unicuique tam Judicum, quàm Partium, vel Procuratorum litigantium folia aliter ſcripta lacerare, & omninò debeant poſtmodum expenſis Notarii convenienter reſcribi, ſive lacerata ſint, ſive non, aut ſi Judici, & partibus, ſeu Procuratoribus magis placuerit, folia ſic malè ſcripta taxentur pro medietate, vel alia rata ad Judicis arbitrium.

16 Rubricellæ regiſtrorum ſimiliter litteris bonis, & intelligibilibus ſcribantur, ſintque fideles, & ſuffitientes, integrè, & exactè introſcripto actui reſpondentes, totiuſque actus, & decreti tenorem, prout in broliardo jacet, & inſtrumentum, diem, annum, menſem, & Partium nomina, reique geſtæ ſummam, vel indicem continentes.

17 Proceſſus de partibus, itemque Remiſſoriales, Cōpulſoriæ, & alia, nulla ſcripturæ habita ratione, ſive ſit longa, ſive ſit brevis, ſive excedat, ſive non excedat numerū foliorum vigintiquatuor, non regiſtrētur, neque in Regiſtris, aut Extractibus deſcribātur, ſed tantùm, ut dicitur, rubricentur, ſi rubricati non fuerint, & pro dicta rubricatione ſolvatur merces foliorū ipſius proceſſus originalis tantùm.

18 Niſi quando ſcriptura dicti originalis in qualibet facie excederet lineas triginta, continentes in earum qualibet ultra ſyllabas decem & octo, quo caſu exceſſivitas reguletur, & ſulvatur ad rationem linearum, & ſyllabarum, ut ſupra.

19 Copiæ, quæ inſtar Regiſtri, vel Extractus dantur, non minori ſyllabarum aut linearum numero deſcriptæ dantur.

20 Inſtrumenta in actis rogata etiam ſemel publicata, aut quæ in actis aliàs producta ſunt, ſi repetantur, & poſtea regiſtrari contingat, non ſolvatur merces niſi foliorum ſcripturæ ad rationem Regiſtri, vel Extractus, & ſi non fuerint aliàs publicata,

blicata, ſolvatur tantùm tertia pars mercedis debitæ pro publicatione, cujus etiam ratio habeatur in caſu quo poſtea ſumantur in publica forma, ut ſcilicet tanto minus de mercede publicationis ſolvatur.

21 Pauperibus dentur gratis Eatractus, Regiſtra, Inſtrumenta etiam publica, Copiæ, & aliæ quæcunque expeditiones, & ſcripturæ, tam civiles, quàm criminales, & oſtendantur etiam originalia Pauperum Advocato, & Procuratori ſimiliter gratis, & abſque ulla impenſa, & ſi quando contigerit probandam eſſe paupertatem, Teſtes ſimiliter gratis, & ſummariè examinentur, & de paupertate ſtetur arbitrio Judicis.

22 Et quoniam aliquando Notarii extorquent a Pauperibus modicam arrham, ut poſtea cogere illos poſſint ad recipiendum Extractos, arrha non obliget, niſi in caſibus, in quibus Eatractus jure conficiendus eſt.

23 Neque exigant Notatii, quicunque illi ſint, etiam Atchivii Romanæ Curiæ, mercedem extractus, ſive Regiſtri, niſi illis completis.

24 Notatii Rotæ, ultra præmiſſa per eos omninò ſervanda, rubricationes per ſe fideliter, & ſufficienter faciant, & correſpondentes actui introſcriptu, ut ſupra dictum eſt.

25 Non rubricentur proceſſus de partibus rubricati, ut jam ſupra dictum eſt, niſi quantum illis de eſſe viſum fuerit, nec Regiſtra de Curia, ut moris eſt, ligentur, & ſi interpretationem fieri neceſſe fuerit ob idioma à latino diverſum, in quo proceſſus fortè conſcriptus erit non fiat in forma Regiſtri, ſed proceſſus de partibus, ita ut una carta Regiſtri illius importet dimidiam ad minus proceſſus de partibus, niſi de Partium conſenſu id fieri convenerit.

26 De parte lucri Regiſtrorum vel Teſtium vel copiarum, antequàm cauſæ ſuis ſint Auditoribus commiſſæ, cum Solicitatoribus, Advocatis, vel Procuratoribus non paciſcantur, nec de gratia, quàm de Regiſtro facere intendunt, veluti de dando quindecim, vel viginti folia pro ducato, ita ut perſonæ, cum quibus agunt, de lucro participent, ſub pœna privationis, ſed totum quicquid poſt commiſſam cauſam convenerit Partis beneficio penitus cedat.

27 Mandantes omnibus, & ſingulis Judicibus, & Auditoribus prædictis ſub indignationis noſtræ pœna, ut pro præmiſſorum inviolabili obſervatione in cauſis coram eis præſens pendentibus, & quæ in poſterum pro tempore pendebunt, nulla aliter quam ut præfertur, confecta Regiſtra, & Extractus admittant, & recipiant, imo illa tanquam in fraudem, ac damnum Partium litigantium confecta reiiciant, ſuoſque Notarios, ut Extractus, & Regiſtra hujuſmodi juxta præmiſſa conficiant, cogant, & compellant, atque ut illa obſerventur, diligenter curam adhibeant. Diſtrictiùs nihilominus inhibêtes Notariis ipſis ſub mille ducatorum auri de Camera, partim Partibus litigantibus, partim Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, ac privationis, & amiſſionis Notariatus per quemcunque Contravenientem eo ipſo incurrendis pœnis, nè de cætero in cauſis, in quibus Notarii deputati fuerint, & ſcripſerint, Regiſtra, & Extractus aliter quàm ut præfertur, omnibus ſemotis fraudibus, conficere audeant ſeu præſumant. Volumus tamen, & mandamus, quod Gubernator Urbis, & Auditor Cameræ cumulativè poſſint, & debeant, etiam ex officio, & Partibus non inſtantibus, inquirere etiam extrajudicialiter, & manu regia, an Notarii cujuſvis Tribunalis præmiſſa ſervent, & Contravenientes ſupradictis pœnis punire prout etiam ipſimet Scribæ Eatractuum, & Regiſtrorum, qui in illis ſcribendis præmiſſa omnia non ſervaverit, poſſint ab iiſdem eorum arbitrio pœnis puniri, non obſtante quavis appellatione, reclamatione, aut recurſu.

De Curſoribus, & Mandatariis.

§. 21. Curſores, & Mandatarii quicunque, eorum officium fideliter, & ea qua decet, integritate, diligentia, peritia, & diſcretione exerceant. 1 Ad hæc vide etiam Pii IV. cõ. 44. §. 28. 31. & ſeq.

2 Ad dicta officia non admittantur Perſonæ ſuſpectæ de falſitate, & qui neſciant legere, vel ſcribere latinè, neque Infirmi non valentes ambulare propriis pedibus, vel Senes excedentes annum ſexageſimum.

3 Curſores ſolitam, & debitam aſſiſtentiam irreprehenſibiliter obſervent, Conſiſtoria publica, & privata, necnon alias ſolemnitates, & divina officia intimari ſolita, fideliter debito tempore intiment Cardinalibus, & aliis, quibus tenentur abſque præmii, & mercedis alicujus expectatione, niſi ſolita antiquitus, & conſueta.

4 Citationes, & intimationes perſonales, vel ad domum, vel in valvis, & locis publicis, tam Curſores, quàm Mandatarii pro eorum officio, & Curiis quibus ſerviunt, fideliter, & maturè faciant, & factas referant, & contra proprias Perſonas non ſuppoſitas, vel falſas, aut non cognitas per eos, ſub pœna amiſſionis officii. Et quando Perſonæ citandæ eis notæ non ſunt, non aſſertioni Partis, ſed duorum Teſtium teſtimonio, de Citandorum qualitate veram notitiam habentium, ſtare debeant, alias executionem citationis facere, vel factæ referre non debeant ſub ſimili pœna, pro falarii habeantur contrarium facientes, ſintque ſtatuta mercede contenti, novas angarias non faciant, neque inducant.

5 Relationes de citationibus perſonaliter executis, niſi ſit Perſona citanti cognita, & perſonaliter apprehenſa, tam Curſores, quàm Mandatarii facere non audeant, neque debeant.

6 Nec poſſint Curſores, vel Mandatarii citationes ab aliis Curſoribus, vel Mandatariis executas ſubſcribere, etiam quòd inter ſe citationes, vel Urbis Regiones diſtribuant, ſed idemet Curſor, vel Mandatarius, qui citationem eſt executus, in pede ejuſdem debeat fidem, & relationem facere factæ per eum executionis, ſub pœna falſi.

7 Officia pro alio, vel aliis in arrendam capere, vel exercere non debeant, nec poſſint.

8 Caveant etiam ab appaltu citationum, ſuper quibus quodvis pactum cum quibuſvis Perſonis iniri omninò interdicimus.

9 Inſuper curent tam Curſores, quàm Mandatarii omnes citationes perſonaliter exequi. Et ſi Perſonas commodè habere non poterint, teneantur dimittere citationum copiam in manibus alicujus de familia, qui ſi non adſit, aut fores aperire noluit, citationes affiant ad januam domus ſibi cognitæ, adhibito ſaltem uno Teſte, & relationes in ſcriptis dumtaxat referre debeant, exprimendo an perſonaliter vel domi dimiſſa copia, vel affixa, in caſibus præmiſſis, qui in citatione exprimi debeant, & an ad ſtatim, vel ad hodie per totam, ſeu ad primam diem, vel aliam fecerint, ſub pœnis prædictis.

10 Præterea citationes, & earum copiæ Citatis dimittendæ, vel affigendæ, tam à Curſoribus, quàm à Mandatariis, fiant omnino bono, & intelligibili charactera, & dictæ copiæ ſubſcribantur à Curſoribus, & Mandatariis, qui eas exequuntur, ut in omnem caſum poſſit ad eum, qui ea fecerit, recurri.

11 Citationes, intimationes, & alia, non exequantur prædicti ſive perſonaliter, ſive domi dimiſſa copia, poſt tertiam horam noctis, poſt affixionem autem in caſibus præmiſſis non niſi de die, & tunc in relationibus exprimant feciſſe de die, dimiſſa copia affixa in tali loco.

12 In citationibus, & aliis nomen tam Actoris, quàm Rei, cum cognomine, exercitio, vel habitationis, vel patriæ deſignatione exprimant.

13 Iidem Curſores, & Mandatarii in ſubhaſtatio-

nibus pignorum affigere debeant ad valvas officii, in quo fit ſubhaſtatio, oblationes, quæ dietim fiunt pro pignoribus cautis ſubhaſtandis.

15 In citationibus ad videndum mandari conſignari pignora, apponant etiam, Et videndum mandari ſubhaſtari.

16 Pignora omnia ab Executoribus quibuſcunque eis conſignanda, ordinatim ſingulariter adnotare debeant in eorum libris, exprimendo rerum qualitates, & quantitates, nomen Executoris, & Collitigantium.

17 Oblationes recipiendas, adnotare debeant in eorum libris, cum appoſitione anni, menſis, & diei, ac expreſſione nominis, cognominis, exercitii, vel habitationis, vel patriæ Offerentium.

18 Non recipiant oblationes cujuſcunque Officialis illius Tribunalis, in quo facta eſt executio, nec ipſis Officialibus infervientium, neque Notariorum, & aliorum Juvenum Tribunalis, neque ipſorum Curſorum, & Mandatariorum Affinium, vel Conſanguineorum uſque ad tertium gradum.

19 Minus officium ipſorum quicquam impartiri doloſè recuſent, vel differant, nec etiam ſub prætextu modicæ mercedis, vel quòd majorem habere velint.

20 Curſores (ad quos ſpectat) commiſſiones ad bancum Curſorum perventas, ſtatim ſcribant, & in libro ſolito adnotent, ita ut ab omnibus videri poſſint, nec quovis modo aliquam Commiſſionem non adnotatam, vel occultatam penes ſe retineant.

21 Quicunque ex Curſoribus, & Mandatariis, qui in aliquo præmiſſorum contravenerint, pœnam ſcutorum decem pro qualibet vice, aliaſque pœnas pecuniarias, & corporis afflictivas, privationiſque officii pro modo exceſſus à ſuo Judice arbitrandas incurrat, damnaque & intereſſe Partibus reficere compellatur.

22 Curſores pro qualibet citatione, inhibitione, vel quavis alia intimatione cujuslibet actus judiciarii, non exigant ultra bononenos duos, niſi forſan executio executionis, vel alterius actus judiciarii hujuſmodi faciendi eſſet in loco ſatis diſtanti à Tribunalibus Urbis, quo caſu exigere poſſint bononenos quatuor, & non ultra. Et loca intelligantur eſſe diſtantia, exempli gratia, ſi executio ſit facienda in regione Transtyberim, Montium, Trivii & non longe ab Eccleſia Beatæ Mariæ de populo. Et ſi extra mœnia Urbis (in illius tamen Suburbiis) non ultra cs ſolenum unum.

23 Pro citatione verò, inhibitione, vel intimatione ſimili, facienda contra Epiſcopos, & Prælatos, ac alias Perſonas qualificatas, & Procuratores Fiſci, non ultra bononenos quinque.

24 Pro citationibus, vel executionibus, aut intimationibus quarumcunque litterarum extra Curiam & in partibus faciendis, ſtatuta, & debita eis antiquitus mercede ſint contenti, & ultra exigere audeant.

25 Pro ſubhaſtatione quorumcunque pignorum tam mobilium, quàm immobilium, iidem Curſores exigant, prout hactenus exigere conſueverunt.

26 Pro deliberatione verò, cuſtodia, vel recuperatione pignorum, aut alio prætextu, etiam quando bona non ſunt poſita ſubbaſta, nihil, etiam à ſponte dantibus, recipiant.

27 Nec quiſquam ipſorum pro ea intimatione, qua Parti intimatur, mandatum procuræ eſſe in actis productum, vel Procuratores, in cauſa eſſe revocatos, ultra julium unum percipere audeant, etiamſi dictum procuræ mandatum de partibus veniret.

28 Et pro prima Commiſſione, per quam cauſa coram aliquo Judice introducitur, exigant bononenos quinquaginta, pro aliis verò, ſi quæ in cauſa ſupervenerint, bononenos decem, & octo, etiam quòd dictæ Commiſſiones poſt primam ſupervenientes adderent aliquid, vel alterarent juriſdictionem, aut haberent aliquam novam clauſulam, vel admitterent aliquam Tertium pro ſuo intereſſe ad cauſam, quocunque contrario uſu, vel potiùs abuſu non obſtante.

Diem præſentationis in Commiſſionibus appellationum, vel principalibus in cauſis, manu propria; antequàm præſentent, vel in Arca eas ponant, ſeu, ut vulgò dicitur, incapſent, verè, & fideliter ponere teneantur nec ſine tali manus, & nominis appoſitione, ultra manum Magiſtri Curſorum dictę Commiſſiones ponantur in Arca. 29

Cæterùm Mandatarii quarumcunque Curiarum, non exigant ultra bononenum unum pro citatione, niſi facienda ſit in longinquis locis ab eorum Curiis, quo caſu exigant duos, & non ultra; itemque exigant duos bononenos pro intimatione cujuslibet ſequeſtri, monitorii, inhibitionis, decreti, & cujuſcunque actus judiciarii, exceptis citationibus faciendis, contra Fiſcum, pro quibus exigere poſſint bononenos tres.

Pro ſubhaſtatione, & deliberatione pignorum, ſive rerum, & bonorum mobilium, & immobilium, uſque ad ſummam trium ſcutorum, bononenum unum pro quolibet ſcuto, ab inde ſupra bononenos duos pro quolibet ſcuto, ita tamen, quòd ultra unum ſcutum non exigant pro quacunque ſumma, etiam quòd res ſubhaſtatæ, & deliberatæ ad magnam ſummam aſcendant. 30

De Baroncellis, & Executoribus.

§. 22. Baroncelli, & Executores omnes quarumcunque Curiarum, obſervent in omnibus, & per omnia tabulam, ordinationes, & taxam de mandato noſtro editas, & pro exequutione quacunque nihil ultra prædictam taxam, & mercedem eis aſſignatam, etiam à ſponte dantibus recipiant, ſub pœnis in ea contentis. 1

Ad hæc vide etiam Pii IV. cõ. 58. § 30. & § 81. fol. 814 & 84. lib. 2

Quinimò nec debitam mercedem, nec aliud quicquam, etiam à ſponte dantibus, recipiant, niſi facta verè, & realiter exequutione reali, vel perſonali, aut captis pignoribus, quorum retractus ſi non ſufficeret, itaut ſit opus nova exequutione novam propterea mercedem recipere non poſſint; ſed teneantur, denuò gratis, & toties idem mandatum exequi, donec integrè Creditor ſatisfiat. 2

Quo verò ad pignorum in exequutione captorum cuſtodiam, ſubhaſtationem, & reſtitutionem, quos res integrè, & ſine ulla fraude fiat, quiſque Magiſtratus in ſuo Tribunali ſuum quemque Depoſitarium eligat, & deputet, penes quem pignora conſerventur. 3

Capta autem pignora debeant Baroncelli, & Exequutores per totam ſequentem diem conſignare Depoſitario, quem quiſque Magiſtratus ad hoc, hujus noſtræ Conſtitutionis auctoritate, deputaverit. 4

Quæ pignora fideliter deſcribantur in libris ad hunc effectum ſpecialiter per quemlibet Baroncellum, Executorem, & Depoſitarium, ut ſupra, deputandum retinendis, cum annotatione quantitatis, & qualitatis bonorum, diei, & Exequutoris. 5

Et quando contingit poni ſub haſta bona in partibus exiſtentia vigore mandati in Urbe relaxati, volumus, & mandamus, præter edicta, & diligentias in loco ſubhaſtationis, & judicii fieri debere etiam in loco, ubi vel in cujus territorio bona ipſa ſubhaſtanda reperiuntur, pro reperiendis Oblatoribus, nec aliter poſſe ad deliberationem deveniri, niſi habita prius ab Officiali illius loci relatione de edictis ibi publicatis. 6

Ad hæc in pignorum ſubhaſtationibus, ſi lapſo ad offerendum tempore quiſpiam plus obtulerit, non fiat deliberatio, niſi intimato eo, qui prius licitando vicerat, ut poſſit iterum ſi velit per totam ſequentem diem plus offerre, alioqui oblatio, & deliberatio illi, cui facta eſt, non ſuffragetur. 7

Cùm autem in Exequutionibus realibus contigerit recipi cautionem in forma depoſiti, aut pignora 8

gnora alicul in depoſitum tradi, non credatur de hoc Exequutoribus, niſi vel cum ſubſcriptione ipſiuſmet depoſitarii à tergo mandati, vel cum interventu duorum Teſtium, quorum nomina ſimiliter à tergo mandati deſcribantur, ac deinde in prædictum librum referantur.

9 Mandata civilia, Birruarii, vel Exequutores, non exequantur in diebus feſtivis, neque de nocte niſi ſint mandata ſuſpicionis fugæ, neque de die in domo januis clauſis, niſi Parte citata, & cum ſpeciali decreto Judicis.

10 Mandata ſibi à Partibus conſignata, teneantur infra triduum exequi, vel illa partibus petentibus reſtituere, & caſu, quo mandata aliqua ipſis conſignata perdiderint ad ſumptus duplicatorum extrahendorum teneri decernimus.

11 Et oſteoſa Exequutoribus charta dotali, non gravetur, vel inhibitione aliqua, nihil exigant mercedis, neque faciant exequutionem aliquam, & ſi quàm fecerint, gratis reſtituant.

12 Quando autem Exequutor aſſerit aliquam exequutionem non feciſſe, eò quia ſibi exhibitum fuerit non gravetur, vel charta dotalis, vel inhibitio, debeat ſumere ejus copiam, ſi brevis eſt, vel ſaltem annotare diem, Notarium, & Judicem qui hujuſmodi inhibitionem, aut non gravetur, aut chartam dotalem conceſſit, aliàs Exequutor Judicis arbitrio puniatur.

13 Reſtituat quilibet Exequutorum prædictorum exequutiones, ſive bona in executione capta gratis quotieſcunque Iudex id mandaverit.

14 Porrò, traditis ſibi mandatis de conſignandis pignoribus in exequutione captis, non poſſint Exequutores, eorum conſignationem vigore cujuſvis impedimenti ſupervenientis effugere, vel differre, ſed teneantur omninò dicta pignora conſignare.

15 Cæterùm nullus Exequutor, aut Birruarius, poſſit mandata civilia alterius Tribunalis, quàm ejus, in quo ſunt ipſi exequutores, exceptis Exequutoribus, aut Birruariis Gubernatoris Urbis, Vicarii, Auditoris Cameræ, Senatoris, & Burgi, pro quibus omnibus teneantur eorum Baroncelli, contra quos quocunque caſu procedatur exequutivè, & manu regia.

16 Baroncelli autem & ceteri Exequutores Urbis, poſſint ad exequutionem procedere contra committentes fraudes, & facere, ut ſunt inventiones eo modo, quo Extraordinarii, & alii Curiæ Capitolinæ, & Conſervatorum Exequutores faciunt, dummodo in fraude depræhenſos ad ipſos Conſervatores deferant, & deducant, habeantque partem pœnarum hujuſmodi inventionum, ſicuti & dicti Extraordinarii.

17 Nec quiſpiam eorum, qui executionem non fecerit, ſub prætextu quòd facta fuerit exequutio ab eo Exequutore, à quo fieri non poterat, vel in loco, in quo certus exequutor deputatus erat, aliquid prorſus à Partibus, contra quas exequutio facta fuerit, ſub pœna furti audeant exigere.

18 Capti cum mandato de adducendo ad præſentiam, non carcerentur, nec ad carceres, niſi de expreſſo ordine Judicis illius, qui mandatum relaxavit, ducantur, etiam quòd ipſius Judicis præſentia commodè haberi non poſſit.

19 Baroncelli non exigant à Carceratis quicquam ratione expenſarum in Exploratoribus factarum.

20 Baroncelli, & alii Exequutores quarumcumque Curiarum, Extraordinarii majoribus, in ſpectantibus ad eorum officium, obedire teneantur.

21 Quicunque, in præmiſſis, ac aliis ſibi vetitis, aut ordinatis contravenerit, pro modo exceſſus etiam corporalibus pœnis, ac etiam privationis officii, Superioris ſui arbitrio plectatur, damnaque, & intereſſe Partibus reficere cogatur, pro quibus damnis, & intereſſe quilibet Baroncellus cujuſcunque Curiæ, pro ſuis Exequutoribus, & Birruariis obligatus ſit.

De Carceribus, & Carceratis, & eorum Viſitatoribus, & Cuſtodibus.

§. 23. CArceres Curiæ Sabellorum, Turris Nonæ, & Capitolii, nullo pacto locentur, ſed ad eorum cuſtodiam, & officium Commentarienſis ipſorum carcerum Domini, ſub certa mercede, deputent aliquem Virum probum à Gubernatore Urbis, & quoad Capitolium à Senatore approbatum, & quatenus de licentia Noſtra, vel Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum locentur, Conductores approbentur à Gubernatore, & Senatore reſpectivè, qui etiam poſſint ipſos Conductores, ex cauſis illis bene viſis & ad eorum libitum, removere. 1

Ad hæc vide etiam Pauli III. conſt. 44. § 3. 28 81. & ſeq. & 36 fol. 682. lib. 2. Pii IV. conſt. 58. §. 15. fol. 81. & Greg XII. conſt. 26. §. 5. fol. 392. lib. 2.

Gubernator Urbis ſemel in menſe, unà cum Pauperum, & Fiſci Advocatis, & Procuratoribus ac Deputatis à Societatibus Charitatis, & Pietatis, ultra Viſitationem ordinariam ſemel in hebdomada fieri ſolitam (quam omninò fieri volumus, & mandamus) viſitet Carceres tam ſecretos, quàm publicos per ſeipſum, nè Carcerati indebitè à Cuſtodibus carcerum malè tractentur. Atque, ut tabula noviſſimè edita, & in ipſis carceribus affixa tenenda, obſervetur, provideat. 2

Protector autem Charitatis, & illius Deputati, cum interventu Gubernatoris, & Fiſci Procuratoris eligat duos Medicos fideles, & expertos, unum ſcilicet Phyſicum, alterum verò Chirurgum, qui viſitent Carceratos infirmos, & curent, ac de eorum infirmitate, cum opus fuerit, fidem gratis faciant eiſdem Gubernatori, & aliis Judicibus, provideatque eiſdem de competenti ſalario, ex pœnis maleficiorum ſolvendo. 3

Eligat etiam in primis aliquem Presbyterum ſæcularem, vel regularem, qui confeſſiones ipſorum Infirmorum, vel aliorum Carceratorum (non tamen ultimo damnatorum, poſtquam in manibus Executorum conſignati fuerint, quorum cura ad Confratres Societatis Miſericordiæ ſpectat) audiat, eoſque Carceratos viſitet, ac ſpiritualiter conſoletur. 4

Triremes bis in anno viſitentur à Commiſſario ad id deputato. 5

Viſitator verò carcerum, qui nunc à Societate Pietatis Carceratorum eligitur, & deputatur quolibet die poſt carcerum viſitationem ad Advocatum Pauperum accedere, & ſibi nomina eorum qui in dies carcerantur in ſcriptis, & pariter etiam Judicibus deferre teneatur. 6

Capſæ omnes eleemoſynarum, quæ fiunt Carceratis clauſæ teneant, & claves ſint penes Pauperum Advocatum, qui ſuo arbitrio eas aperiat, & eleemoſynas in eis repertas diſtribuat inter Carceratos, qui facultatem ſe alendi, & alimenta aliunde non habent. 7

Carcerati in Ripa præſententur in Viſitatione Capitolii; Carcerati verò in Burgo, præſententur in Viſitatione Turris Nonæ, & Viſitationes intimentur Camerario, Ripæ, Judici Burgi per Procuratoras Pauperum. 8

Cæterum omnes de carcere ad carcerem, occaſione Viſitationis tranſportandos, Birruarii cujuſvis Tribunalis requiſiti, tranſportare debeant gratis, & nihil prorſus recipiant etiam nomine muneris, ſub pœna privationis officii, trium ictuum funis publicè infligenda. 9

Citationes contra Carceratos in carceribus exequendæ, non niſi perſonaliter fiant. 10

Arreſta contra Debitores aliter, quam præcedente mandato ſervatis ſervandi relaxata, nulla ſint, & eis non obſtantibus arreſtati relaxentur. 11

Alimenta Debitoribus carceratis ex decreto præſtanda, deponantur anticipatè ſaltem pro decem diebus, & integra Carceratis ſolvantur, & conſignentur abſque ulla diminutione, vel retentione. 12

Carcerati pro teſtibus, quibus ab Inſtigatore, 13
vel

vel Fiſco præſtari debent alimenta neceſſaria,quā-
diu ibi detinebuntur, expediti ſtatim relaxentur
gratis ubique, nec pro dictis alimentis, ſivè ex-
penſis ullatenus retineantur, ſed carcerum Cuſto-
des illa exigant ab Inſtigatoribus, vel Fiſco.

14 Inſtrumenta ſatisdationum pro Carceratis in
partibus datarum, vel receptarum, non niſi Par-
te, cujus intereſt, citata, in actis producantur, &
aliter producta non ſuffragentur, & Notarii, qui
ea ſine Partis citatione receperit, periculo recepta
intelligantur.

Julius dari ſolitus Cancellario Baroncelli pro
15 quolibet Carcerato relaxando,ſolvatur Cancella-
rio duntaxat Baroncelli Gubernatoris,& non aliis
cujuſvis alterius Tribunalis, & quando manda-
tum erit ſignatum gratis, nihil, quando verò in
forma Pauperum, non niſi medietatem julii Can-
cellarius præfatus poſſit, & audeat exigere, ſub
pœna arbitrio Viſitatorum.

Relaxati à carceribus, in quibus pro cauſa cri-
16 minali detinebantur per ſpatium horæ, non poſ-
ſint pro civili cauſa capi, & carcerari.

Relaxati verò à carceribus ob non præſtatio-
17 nem alimentorum, poſſint quidem, volente quan-
documque Creditore alimenta præſtare, denuò
carcerari, ſed non cum eodem mandato, niſi præ-
via nova citatione, & facto alimentorum depoſi-
to, ſaltam pro quindecim diebus, aut amplius, ar-
bitrio Judicis.

Pauperes carcerati, quando ſunt in caſu libera-
18 tionis, liberentur, & relaxentur gratis ubiq; quo-
ad Judices, Notarios, Executores, carcerum Cu-
ſtodes, & alios omnes, nec quicquam pro nova
ſententiæ, vel decreti, Judicium propinis aut qui-
buſvis Fiſcalibus ſolvere teneantur.

19 Et ſi cum exilio relaxentur, conſerventur in ſo-
lita exemptione non ſolvendi Cuſtodibus carce-
rum expenſas victus habitas in carceribus, juxta
formam mandatorum, & ſtatim, ac liberè dimit-
tantur.

20 Cuſtodes quorumcunque carcerum, ſeù Com-
mentarienſes, obſervent & ipſi tabulam poſt præ-
ſentem conſtitutionem ſuo loco imprimendam,
quam etiam publicè affixam teneant,& alias ordi-
nationes, & decreta ipſos concernentia, ſub pœ-
nis contentis in eis.

21 Obſervent inſuper, & executioni ſemper de-
mandent quicquid communi Viſitatorum voto
fuerit deliberatum, & inobſervantes eorundem
Viſitatorum arbitrio puniantur.

22 Et poſt decretum à Viſitatoribus factum de re-
laxando Debitorem, Cuſtodes ad inſtantiam cu-
juſvis Creditoris arreſta eadem die non recipiant,
ſed nec etiam poſtea ad inſtantiam illius Credito-
ris, qui eum detinebat, niſi arreſtum fuerit à duo-
bus Viſitatoribus ſubſcriptum.

23 Teneantur etiam dicti Cuſtodes, poſt publicam
viſitationem carcerum,à Viſitatoribus,ſeu ab Ad-
vocato Pauperum requiſiti, dare notam Carcera-
torum criminalium in ſecretis exiſtentium, cum
expreſſione temporis, & Judicis illorum.

24 Et infirmos,etiam pro civili cauſa detentos, te-
neantur ponere in Valetudinario quod Infirma-
riam appellant.

25 Detentos in publicis carceribus ſuperioribus, &
in mediis, quolibet die conducant, ad audiendam
Miſſam.

26 Nullum recipiant in carceres, quem priùs non
deſcribant in libro Carceratorum, de cujus man-
dato, ad cujus inſtantiam, & pro qua cauſa ca-
ptus, & an pro ſuſpicione fugæ. Alioquin Car-
ceratus non deſcriptus ad nullas victus, aut carce-
ris expenſas teneatur.

27 Ac bona, vel pecuniæ, quæ penes ipſum
ad carceres ductum reperiuntur, facto in-
ventario in ejuſdem Carcerati præſentia, cum
duobus Teſtibus conſignentur cuſtodi carce-
rum, qui teneatur omnia integrè reſtituere ad
mandatum Judicis, qui illum capi fecit.

Nec poſſint Cuſtodes, vel Capitanei quicquam 28
alimentorum Carceratis auferre, vel ſibi retine-
re, prætextu alimentorum præſtitorum, ſub pœ-
na privationis officii,& aliis arbitrio Viſitatorum.

Detentis in ſecretis carceribus, nullo pacto di- 29
rectè,vel indirectè prohibeant,vel impediant,quo
minus alimenta aliundè deferantur, facta tamen
priùs per ſe ipſos Cuſtodes diligenti inquiſitione,
nè apodixia, vel quid aliud in ferculis tranſmitta-
16 Per la ſala dove ſi fa la Viſita, Cortili, Tinelli, Corridori, & altri luoghi fuori delli ſodetti, non ſi paghi coſa alcuna. E l'abuſo, a nome di paſſeggio s'intenda levato via affatto.

17 Li poveri rilaſſati con eſſilio non paghino coſa alcuna, manco d ſpeſe, ſecondo il ſolito.

18 E quando nel relaſſo de' teſtimonii ſemplici ò altri ci ſarà gratis ubique, s'intenda etiam quanto alla prigonia di qualſivoglia ſtanza, e dalli Teſtimoni ſimplici non habbino manco le ſpeſe, ma le recuperino dall'Inſtigatore, ò dal Fiſco.

19 Per la prigione d'ogni carceraro non ſi facci pagare più di due carlini, ne ſi poſſa far pagare coſa alcuna per mancia del Guardiano, ò altro, perche quella è la ſua mercede per la guardia.

20 E per ogni arreſto, che veniſſe contra il prigione, non ſe gli poſſa far pagare ſe non altretanto, cioè due carlini da quelli, che portarà l'arreſto, e non dal prigione, ſotto pena della berlina, ad incorrerſi irremiſſibilmente ogni volta, che contraverranno, così all'uno, come all'altro capo.

21 Per traſportare i Carcerati, ò per cauſa della Viſita, ò per altro, per cavar li ferri, ò per occaſione di fare iſtromento, ò altro non habbino coſa alcuna.

22 Si facci l'infermaria in ciaſcheduna prigione e n'habbia cura il Prelato delle Carceri deputato dalla Carità pro tempore; & in caſo di biſogno, ci ſi mettono ancora li carcerati civili, e li Poveri ſtiano gratis.

28 Nell'hoſteria, che ſi permette, ſi facci pagare la foglietta del Vino mezo bajocco manco, come nell'hoſterie eſenti, e ſi tenghino le miſure giuſte di vetro.

24 Nel ricevere le monete, ſi oſſervino li Bandi.

25 Non permettino, che li Carcerati trattino con le Donne carcerate, ne manco alle grati loro.

26 Menino ogni mattina li Prigioni, cha ſtanno nelle publiche di ſopra, di mezo, alla Meſſa.

27 Del giulio di S Leonardo, e del giulio per il Cancelliero, del Barigello, del Governatore ſi oſſervi il ſolito; e quando il mandato ſarà in forma pauperum, ſi paghi per metà e quando gratis niente.

28 E quando li prigioni haveranno havuto il mandato di rilaſſo, non li poſſino il Capitano ò Guardiano ritenere, ne levarli alcun veſtito per il debito, che haveranno fatto, etiam per cauſa di vitto, ò d'altro, ma ſi debbano ſubito rilaſſare, imputando à ſe ſteſſi ſe gli haveranno tenuti di ſopra ſenza farſi pagare, ò aſſicurarſi con ſigurtà, ò pegno.

Alli Condannati à morte, galera, ò altra pena, non poſſino ſotto pena di tre tratti di corda, fruſta, e berlina, levare panni, ò robba alcuna, che detti Condannati haveſſero, ò attorno, ò in prigione, ma tutto debbano conſegnare, ò notificare al Giudice della cauſa, acciò ne poſſa fare quel tanto ſarà di giuſtitia. 29

Ne li detti Capitani, ò Guardiani poſſino pigliare più delle Taſſe ſopradette, ancorche ſe gli deſse ſpontaneamente, e debbano ſervare tutti li ſopradetti capitoli, ſotto pena di corda, fruſta, & altre maggiori ad arbitrio de' Superiori. 30

Dichiarando, che nelle Carceri, dove è minor taſſa, non s'intenda per queſti capitoli innovare coſa alcuna, ma ſi ſervi ſempre la minore.

Ordini, e Taſſe per li Barigelli, & Eſſecutori.

§. 13. LI Barigelli, & Eſſecutori qual ſi ſiano, e di qualſivoglia Corte, non poſſino ad alcuno, che conduranno prigione levar denari, ne robbe di ſorte alcuna, ne meno l'armi, quando non le portaranno contrabando ma debbano le robbe laſciarle ad eſſi prigioni, e quelle conſegnarle con l'armi al Capitano, ò Guardiano delle Carceri, à fine di riporle, come ſi è detto, ſotto pena di tre tratti di corda, della fruſta, e berlina. a

Item delli Decapitati, ò altrimente morti, ò puniti per giuſtitia, ò da qualſivoglia altro condannato à morte, galera, ò altra pena, ancorche vi foſſe de' beni loro, non poſſino pigliare ne panni, ne coſa alcuna per loro eſſecutione, ò altro conto, ma detti beni ſi conſegnino à chi di ragione, ſotto le ſudette pene. 2

Per cattura di quelli, che conduranno prigione per cauſa capitale, e meritevole di morte, ò ſiano aſſoluti per ſentenza, ò commutatali la pena, ò in qualſivoglia altro caſo, non poſſino per loro eſſecutione pigliare più d'uno ſcudo. 3

E meritando la cauſa non pena di morte, ma galera, eſilio, mutilatione di membro, ò fruſta, ò cha ſiano aſſoluti per ſentenza, ò commutatali la pena, ò rimeſſa, ò in qualſivoglia altro caſo, per eſſecutione, e cattura non poſſino pigliare più di giulii cinque, e dalli puniti niente come ſi è detto. 4

Nelle cauſe civili per eſſecutione reale, ò perſonale, per la ſomma di cinque ſcudi piglino due carlini; e da cinque ſcudi ſino à dieci, tre giulii; e da dieci ſcudi ſino à venti, giulii cinque; e da venti ſcudi ſino à quaranta, giulii dieci; e da quaranta ſino à ſcudi ſettanta, giulii quindeci; e da ſettanta ſino à cento, giulii venti; da cento ſino à cinquecento, ſcudi tre; da cinquecento ſino à mille, ſcudi quattro, e facendoſi eſſecutione per maggior ſomma, ſi paghi ad arbitrio del Giudice, de mandato del quale ſarà fata l'eſſecutione, purche non paſſi la ſomma di ſcudi ſei al più; eccettuando il Giudici di Corte Savella, Torre di Nona, Rippa, e Ripetta, li quali non poſſino eccedere la detta Taſſa ſenza licenza del Governatore, overo Auditore della Camera, ò dal Chierico Præſidente delle Ripe, reſpettivamente; eccettuando ancora i mandati della Corte del Governatore, nelli quali ſi oſſervi la ſua taſſa, quale è minore per la povertà de' Litiganti, che concorrono ad eſſa Corte. 5

Per mandati di metter' in poſſeſſo de beni ſtabili ſenza eſpreſſione di ſomma, uno ſcudo, e non più, e dove ſia la ſomma eſpreſſa, ſi oſſervi come ſopra. 6

Per mandato di ſoſpetto di fuga, ſino alla ſomma di ſcudi quaranta, ſi pigli ſecondo la taſſa predetta; e da quaranta in sù, per qualſivoglia ſomma, non più d'uno ſcudo. 7

Per

8 Per eſſecutione fatta in animali, ſi oſſervi il medeſimo, ne ſi facci pagare coſa alcuna per la capezza, come già per abuſo ſi è fatto alcuna volta.

9 Per eſſecutione fatta fuori di Roma frà tre miglia, ò ſia civile, ò criminale, ſi oſſervi come dentro di Roma, e ſe oltre tre miglia, & in qualſivoglia Città, ò Caſtello ancora oltre quaranta miglia gli Eſſecutori di Roma habbino l'eſſecutione, che ſi paga in Roma duplicata; ma ſe ſaranno Eſſecutori d'altre Città, ſi paghi duplicata la taſſa, che ſi oſſerva in quel luogo dove ſi fà l'eſſecutione.

10 Occorrendo caſo non compreſo in queſta Taſſa, ſi ſtia alla dichiaratione del Giudice, che hà taſſato il mandato, eccetto li ſopradetti Giudici di Corte Savella, Torre di Nona, Ripa, e Ripetta, li quali non poſſino fare tal dechlaratione ſenza licenza del Governatore, ò Auditore delle Camera, ò Præſidente delle Ripe reſpettivamente, come di ſopra.

11 Neſſun Barigello, ne Eſſecutore predetto ardiſca pigliar denari dalli Debitori per la loro eſſecutione, ſe effettualmente non la fanno, ne differire l'eſſecutione, dalla quale ſono ricercati, ma debbano eſſeguirla quanto prima, ne dal Creditore pigliar denari, ſe non in caſo, che il Debitore non ſia obligato à pagarlo. E moſtrata che gli ſia carta dotale, inhibitione, ò non gravetur, non piglino coſa alcuna, nè faccino eſſecutione, e facendola, la reſtituiſchino gratis.

12 Facendo cattura in caſa d'alcuno, non poſſino pigliar l'arme d'alcuna ſorte, ſe non prohibite, come archibugetti, etiam ſotto preteſto, che il Prigione l'habbia portate in tempo prohibito.

13 Non ardiſcano ſenz'ordine particolare del Giudice della cauſa andare con Notarii à far'inventario di robbe, & in caſo, che li ſia ordinato, non poſſino pigliare più d'uno ſcudo in caſo d'homicidio ſeguito, in ogni altro caſo non più di giulii cinque.

14 Dalli poveri non poſſino per qualſivoglia mandato eſſigere coſa alcuna, ma ſiano tenuti laſciarli gratis, ſenza un quattrino di ſpeſa, ò pigliare ſolamente la metà di quello che gli verria, ſecondo, che li mandati ſaranno ſottoſcritti, ò gratis, ò in forma pauperum.

15 Alli quali mandati così ſottoſcritti neſſun Barigello, Capitano, ò altro Miniſtro ardiſca replicare, ma ſubito eſſeguirli; e quando li mandati ſaranno ſegnati gratis, non ſi ricerchi ſottoſcrittione di Barigello, ò Eſſecutore, & il gratis, ò in forma pauperum, s'intenda tanto per il Notaro quanto per gli Eſſecutori.

16 Non poſſino pigliare mercede, ne altro, ſe non fatta realmente l'eſſecutione, ò reale, ò perſonale, e per la rata d'eſſecutione fatta; & eſſendo una volta ſodisfatti, ſiano obligati ritornare quante volte biſognerà à fare nuova eſſecutione, fin tanto che il Creditore ſia intieramente ſodisfatto ſenz'altra nuova mercede.

17 Quelli, che contraverranno alle coſe predette, alle quali non è preſcritta pena, incorrano per la prima volta la pena di tre tratti di corda, per la ſeconda della fruſta per la Città, e per la terza della galera, da eſſeguirſi irremiſſibilmente dalli ſudetti Giudici ſenz'alcuna ſperanza di gratia.

18 Et acciò, ch'ogn'uno poſſa haver notitia delli detti Ordini, e Taſſe, tanto li Barigelli, & Eſſecutori, quanto li Capitani delle Carceri, ſiano obligati tenere continuamente detti Decreti ſtampati in una tavola affiſſa nel muro, in parte, che ogn'uno poſſa vederli, e leggerli d'ogn'hora. Avvertendo particolarmente, che dalle perſone ignoranti non ſi pigli oltre il dovere, ſotto le pene ſudette di ſcudi cinquanta, d'applicarſi à S. *Leonardo*, & altre pene più gravi.

Juriſdictio, & facultates Auditoris generalis Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ.

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Magiſtro Jo: Dominico Spinulæ Presbytero Januenſi, utriuſque Juris Doctori, Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, Notario, & Familiari noſtro, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Eximiæ fidelitatis, & prudentiæ, necnon operoſa, ac grata devotionis, & familiaritatis obſequia, quæ Nobis, & Apoſtolicæ Sedi jam dudum impendiſti, & de præſenti aſſiduis ſtudiis impendere non deſiſtis, Generis quoque nobilitas, litterarum ſcientia, eximia doctrina, & in rebus gerendis experientia, ac dexteritatis, probitatis præterea, & integritatis, atque aliarum quam plurimarum virtutum exempla, & ingenres animi dotes, quibus clarere dignoſceris, Teque longo rerum uſu inſignitum, necnon quos ex Tibi hactenus nedum per Nos, ſed etiam alios Romanos Pontifices Prędeceſſores noſtros, commiſſis negotiis prævenisset, & in dies prævenire laudabiles fructus cognovimus jam exinde conceptam in nobis ſpem, & expectationem majorem accendunt, ac pollicentur, haud dubiè quòd ea, quæ tibi etiam de cætero duxerimus committenda, etiam quam maxima, arduaque negocia, ſumma, & ea majori prudentia, ac diligentia exequeris, quò perſonam tuam impoſterum condignis honoribus, gratiis, & favoribus magis propitiis à Nobis cognoveris decoratam Cum itaque officium generalis Auditoratus, ſeu Audientiæ cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicę, quòd nuper dilectus filius noſter Petrus Paulus Sanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalis Creſcentius nuncupatus, tempore aſſumptionis de ejus perſona ad Cardinalatus honorem per Nos nuper de Fratrum noſtrum conſilio Apoſtolica auctoritate factæ, obtinebat, ex eo, quòd illud per aſſumptionem præfatam harum ſerie vacare decernimus, per decretum hujuſmodi vacaverit, & vacet ad pręſens. Nos volentes te Clericum Camerę Apoſtolicę, ac in utraq; Signatura noſtra Referendarium etiam continuum Commenſalem noſtrum, cujus perſonam generis nobilitatem claram, ac in gerendis rebus quibuſcunque etiam in maximis, negociiſque etiam gravioribus, pertractandis aptam, necnon quàmplurimarum egregiarum virtutum meritis commendatam, inter cæteros Romanæ Curiæ Prælatos ad tanti officii regimen, & miniſterium duximus aſſumendam, & in illius aſſecutionem cæteris anteponendam favore proſequi gratię ſpecialis, Teque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis à Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, necnon ſingulorum privilegiorum, indultorum, & facultatum prædicto, & quibuſcunque aliis Officiis, Collegiis, Tribunalibus, & locis Piis Urbis eorumque Judicibus, Rectoribus, & Protectoribus, ac aliis perſonis quomodolibet, & quandocunque, etiam ſub quibuſcunque verborum expreſſionibus, & formis conceſſorum, ac ſcripturarum, aliarumque litterarum deſuper confectarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ea preſſis, & inſertis habentes, de tuis probata fide, Integritate, & diligentia plurimum in Domino confiſi: Motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te Nobis ſuper hoc oblatę petitionis, inſtantiam, ſed mera deliberatione, & ex Conceditur Officium A.C. Motu prop.

certa ſcientia noſtris, Officium prædictum, ſive ut premittitur, ſive alias quovis, quem haberi volumus pro expreſſo, modo vacans cum officio Correctoriç, ſeu correctoris Archivii dictç Curiç, & aliis illi annexis, ac omnibus, & ſingulis illius honoribus, præhemiuentiis, prærogativis, jocalibus, exemptionibus, immunitatibus, juriſdictionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, necnon (ſalva diſmembratione, & ſeparatione ſexmilium ſcutorum annuorum monetç Romanç, decem jul. ejuſdem monetæ pro quolibet ſcuto hujuſmodi computatis, ex fructibus dicti Officii Auditoratus per fel. rec. Sixtum Papam V. Prædeceſſorem noſtrum factis, ſeu ſex millibus ſcutis prædictæ Cameræ aliàs applicatis ſolutis remanentibus) cum juribus, regalibus, proventibus, obventionibus, & emolumentis conſuetis, ac debitis, necnon facultatibus, & indultis, ac decretis, etiam in ordine, & modo procedendi in cauſa præfato Petro Paulo Cardinali, & aliis, qui pro tempore fuerunt Cauſarum Curiç hujuſmodi Generalibus Auditoribus, ac per piæ mem. Julium II. Leonem X. Clementem VII. Paulum III. & Julium etiam III. ac prædictum Sixtum & Gregorium XIV. alioſque quoſcunque Romanos Pontifices etiam Prædeceſſores noſtros, ac Nos & Sedem predictam, ſub quibuſcunque tenoribus, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, tam in forma brevis, quàm ſub plumbo expeditis litteris, ac aliàs ex uſu ſtylo, conſuetudineque quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, Apoſtolica auctoritatç tenore præſentium concedimus, & aſſignamus. Tequè ad tui vitam, noſtrum, & pro tempore exiſtentis Rom. Pontificis, ac dilecti filii noſtri Petri tituli SS. Joannis, & Pauli Presbyteri Cardinalis Aldobrandini nunc upati moderni, & pro tempore exiſtentis ipſius S. R. E. Camerarii, & cauſarum Curiæ Cam. hujuſmodi generalem Auditorem, cum honoribus, oneribus, prçheminentiis, prçrogativis, exemptionibus, immunitatibus, juriſdictionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, conceſſionibus, indultis, juribus regalibus, emolumentis, facultatibus, & decretis prædictis, eiſdem auctoritate, tenore, conſtituimus, & deputamus, ac in locum d. P. Pauli Cardinalis, quoad hujuſmodi Auditoratus Officium, ejuſque liberum exercitium quoad vixerit, ſubſtituimus, & ſubrogamus, Teque ad Auditoratus, & Correctoriæ officia hujuſmodi, & eorum liberum exercitium, ac omnia, & ſingula prædicta, ex nunc admittimus, & recipimus, & per Petrum Cardinalem modernum, ac pro tempore exiſtentem Camerarium prædictum, necnon dilectos filios dictæ Cam. Præſidentes, Clericos, cæteroſque ad quos ſpectat, & ſpectabit, tam in Camera, quàm extra eam, recipi, & admitti, atque tibi de juribus, regalibus, jocalibus, taxis, proventibus, obventionibus, emolumentis, & aliis ſupradictis integrè reſponderi, & ſatisfieri mandamus, ac volumus, & etiam præcipimus.

A. C. immiſcẽdo ſe in criminalib non incurrit irregularitatem.

2. Tibique indulgemus, quòd ſi te in quibuſcunque cauſis criminalibus, etiam ubi pœna ſanguinis, & ultimi ſupplicii imponenda erit, ſeu imponetur, aut de hujuſmodi cauſis tractãdum fuerit, impoſterum aliquando contigerit immiſcere, nullam ob id irregularitatis, vel inhabilitatis, cujuſcũque ſeu aliam cenſuram Eccleſiaſticam, aut infamiç maculam ſive notam, nec alia incurras impedimenta, dummodo ſententiam ſanguinis per te ipſum non feras neque votum ſubſcribas.

3. Ac etiam tibi per Te, ſeu alium, vel alios idoneum, vel idoneos Locumtenentem, ſeu Locumtenentes, & Officiales, vel Vicesgerentes tuos, quos, & quando pro tempore duxeris aſſumendos, aut deputandos, de omnibus, & ſingulis cauſis, modis, & formis infraſcriptis cognoſcendi, & decidendi facultatem concedimus per præſentes.

4. Quod tu videl. tam in cauſis obligationum in forma Cameræ, quàm in forma juris Quarentigiæ vel Ripæ, & Ripettæ celebratarum, ac etiam in aliis obligationibus, in quibus etiam abſque obligatione in forma Cam. Debitores conſenſerint in mandatum exequutivum unica citatione, etiam ſine citatione, & quarum obligationum, vel conſenſuum vigore in aliis Tribunalibus executivè, vel per relaxationem mandatorum proceditur quovis modo, ſolus, præterquam inter Cives Romanos, inter quos privilegium, ſeu conſtitutionem ultimo loco per recolendæ mem. Pium Papam IV. ſimiliter Prædeceſſorem noſtrum in favorem Pop. Rom. Motu pro factam, ſervari volumus.

Solus procedit in cauſis oblig Camerallum ubivis locorũ contractarum præterquam in dependentibus à litibus alibi introductis, & inter Cives Rom.

5. Alii verò quicunque etiam Rom. Curiæ Judices in ſimilibus cauſis, nullatenus nulloque modo procedere poſſit; Ac de omnibus, & ſingulis obligationibus in forma Cam. ubivis locorum, & inter quaſcunque perſonas factis, vel faciendis, iis dumtaxat exceptis, quæ in dependentibus à litibus, & cauſis in eadem Camera, aut coram aliis Judicibus pro tempore introductis, factæ & receptæ fuerint, tunc non per viam cenſurarum, ſed per viam mandati executivi cognoſcas.

6. Itaut quaſcunque cauſas, quæ de cætero perpetuis futuris temporibus in eadem Curia ſuper ipſis obligationibus, aliiſque omnibus ſupradictis in alio, quàm Auditoratus hujuſmodi Tribunali: præterquam in vim ſpecialis commiſſionis noſtræ, de dictis obligationibus ſpecialem mentionem facientis, motæ fuerint in illarum ſtatu, gradu, & terminis, in quibus reperientur, tua ordinaria auctoritate, exceptis dumtaxat cauſis Curiæ Capitolinæ contra dictos Cives Romanos pro tempore juxta formam dicti privilegii motis, reaſſumere, & etiam Judicibus, & quibus fuerint commiſſæ, ac coram quibus illæ pendebunt, nè in eis, aut de illis quoquomodo, aut quovis quæſito colore directè, vel indirectè, illiſque, ac omnibus, & ſingulis quibuſcunque aliis Judicibus, eorumque Locatenentibus, ac Auditoribus, tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus nè in exceptionibus, ac proceſſibus prædictarum obligationum ac contractuum de cætero contra tenorem præſentium ad inſtantiam cujuſvis perſonæ, Collegii, Univerſitatis, Capitulorum, & quorumvis etiam privilegiatorum, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, indignationiſque noſtræ pœnis, ac Partibus ipſis, & Notariis, Procuratoribus, Sollicitatoribus, Executoribus ac Officialibus ſub ejuſdem cenſuris, & pœnis, ac privationis Officiorum ſuorum, & inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinenda, necnon quingentorum ducatorum Fiſco, eidem Cameræ applicandorum refectioniſque expenſarum Partibus arbitrio tuo, & nullitatis proceſſuum inde ſequentium, & ſcutorum quovis modo directè, vel indirectè, ſe intromittere præſumant, inhibere, & quicquid ſecus ſuper his contigerit attentari irritum, & inane exiſtat, & eſſe cenſeatur, prout ita decernimus.

Cauſas oblig. Cameral. ab aliis Judicibus etiã Commiſſariis reaſſumit, & inhibet ſub pœnis.

7. Quòdque tu ſolus vigore dictarum obligationum cenſuras Eccleſiaſticas promulgare.

Solus vigore oblig. Camer promulgat. cenſuras.

8. Necnon omnes, & ſingulas ſpirituales, Eccleſiaſticas, ac prophanas, & quorumvis etiam ejuſdem Rom. Eccleſiæ Cardinalium, eorumque ac noſtrorum Familiarium, continuorum Commenſalium, nec non quorumcunque Prælatorum in ipſa Curia degentium, ac etiam Imperatoris, Regum, Principum, ac Communitatum, & Univerſitatum, eorundemque Principum Oratorum, necnon dictæ Curiæ Officialium, eandem Curiam ſequentium, ac Familiarum eorundem, & ipſis Curiç cauſarum hujuſmodi Auditoria Notariorum, & eorum Familiarum, Campſorum quoque, & quorumvis Mercatorum, ac Penſionum annuarum ſuper fructibus, redditibus, & proventibus Eccleſiaſticis, ac eorum fructuum, etiam loco Penſionum hujuſmodi reſervatorum, ... & aſſi-

Cognoſcis cauſas omnes ſpirituales, Eccleſiaſticas & prophanas, tam civiles: quam criminales, & mixtas

& aſſignatorum, etiam ſi eorum, & earum ſolutio non ſit in prædicta Curia, ſed in partibus facienda.

Cognoſcit cauſas appellationũ a quorumvis ſententiis.

9. Et quaſcunque alias etiam commiſſarias cauſas, tam civiles, quàm (abſque alicujus irregularitatis, ſeu inhabilitatis, aut infamiæ, vel cujuſvis alterius ſententiæ, cenſuræ, & pœnæ Eccleſiaſticæ incurſu) criminales, & mixtas, conjunctim, vel diviſim in eadem Curia quomodoconque, & qualitercunque motas, & movendas, ac inter quaſcunque Patres, etiam per viam inquiſitionis, aut ex officio quomodolibet pendentes; Et quæ per appellationem à gravaminibus illatis, & inferri comminatis, ſeu ſententiis diffinitivis, vel interlocutoriis, à quibuſvis Judicibus Ordinariis, & Arbitris, atque Arbitratoribus in Curia, & Urbe prædictis (Vicario noſtro, ac Gubernatore, & Senatore ipſius Urbis, Judicibuſque Capitolinis dumtaxat exceptis) ac extra eaſdem Curiam, & Urbem, à quibuſcunque Judicibus ordinariis, vel delegatis, ſeu Arbitris, vel Arbitratoribus, ac etiam dictæ Sedis Legatis, & eorum Vicelegatis in Terris eidem Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè, ſubjectis, aut aliis eorum Gubernatoribus, vel Officialibus, & quibuſvis in feudum, ſeù Vicariatum, ſeu aliàs quomodolibet conceſſis, & pro tempora latis, & promulgatis, interpoſitam, ſeu alias ad eandem Sedem per viam reclamationis judicialis, vel extrajudicialis, aut nullitatis, vel recurſus, à quibuſcunque ſententiis quorumcunque Ordinariorum, etiam extra Statum Eccleſiaſticum hactenus devolutæ ſunt, & impoſterum devolventur.

10. Eas videlicet, in quibus non agetur ultra ſummam ducentorum ducatorum auri de Camera, aut de re verum valorem prędictæ ſummę non excedente, ſeu quæ inter, & contra Mercatores dictę Curiæ pro quibuſcunque negociis ad quamcunque ſummam aſcendant, & pro Notariis tuis, ac inter, & contra ipſos, ac eorum familias, pro tempore vertentur, ſommariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola veritate inſpecta, & manu Regia abſque obſervatione terminorum, qui de ſtylo, ſeu ordinatione Palatii Apoſtolici, aut aliàs obſervari conſueverunt, ſeu conſueverint, etiam privatione quoad alia Tribunalia: aliàs verò ſummam prædictam, aut illius valorem excedentes, ac inter, & contra alios quàm Mercatores vertentes, ſervatis terminis, & aliàs ſummariè, prout in Beneficialibus.

11. Eiſdemque terminis quomodocunque malè, & nulliter præpoſterè, & confusè obtentis, pro minore Partium diſpendio, etiam unico contexto, citatione, & audientia, reiteratis, etiam per affixionem citationum pro tempore faciendarum, ad valvas ipſorum Citandorum habitationis, quoad obligatos in forma Cam. ſeu Guarantigiæ, Ripæ, Ripetræ, ac aliis ſupradictis formis executivis, & quoad alios aliter obligatos, ubi non agetur de majore, quàm de viginti ducatorum ſumma audire cognoſcere, decidere, & fine debito terminare.

Cognoſcit cauſas quorumvis delictorum, & exceſſuum tam in Urbe, quam extra, per quoſcunque etiam Curiales, & Exemptos.

12. Necnon de omnibus, & ſingulis quibuſcunque, & quantumcunque enormibus criminibus, delictis, & exceſſibus, tam in Urbe, & Curia prædictis, quàm extra eas, per quoſcunque tam ejuſdem Curiæ, atque Sedis Officiales, quàm dictam Sedem ſequentes, & alios etiam à juriſdictione Ordinariorum exemptos, ac dictæ Sedi immediatè ſubjectos, cujuſcunque Eccleſiaſticæ, vel mundanæ dignitatis, etiam Epiſcopalis, Archiepiſcopalis, primatialis, vel majoris, & per quoſcunque alios, cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, perpetratis, vel perpetrandis, tam ad Procuratoris Fiſcalis denunciationem, & promotionem, quàm etiam Partium accuſationem, vel etiam inſtigationem, ſeu ex mero officio, quo ad omnes privativè, per Notarios tuos, eorumque Subſtitutos, ac inter, & contra eos, ac alios in eorum officiis, & in tuis ea ſolum inquirere, & ſuper illis, tam per viam Inquiſitionis, quàm accuſationis, ſeu denunciationis, & inſtitutionis hujuſmodi, procedere, & culpabiles repertos juxta ſuorum exceſſuum, exigentiam, & qualitatem quovis modo, abſque alicujus irregularitatis, aut alterius cenſuræ Eccleſiaſticæ hujuſmodi incurſa, punire.

Exequitur litteras Apoſtolicas.

13. Ita tamen, quòd Monitoria contra Epiſcopos, vel alios eorum Superiores prædictos ad comparendum perſonaliter niſi prævia commiſſione mano noſtra ſignata, non decernas.

14. Et inſuper quòd quaſcunque litteras Apoſtolicas generales, & particulares, tam ſub plumbo etiam per officium Audientiæ noſtrarum litterarum contradictarum, ac per Officium minoris gratiæ, quàm in forma Brevis expeditas, & quarum ſolam ſignaturam ſufficere conceſſum fuerit, ſupplicationes, per Nos, & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem aut in ejuſdem Pontificis, ſeu noſtra præſentia ſignatas, necnon litteras pro tempore exiſtentium Camerarii, & Pœnitentiarii majoris, noſtrorum (dummodò in illis; & litteris Apoſtolicis prædictis alii Executores deputati non fuerint) ſolus, in quibus verò deputati erunt, cumulativè cum illis, exequi, & ſuper illis proceſſus debitos in forma ſolita, etiam cum promulgatione cenſurarum in ſimilibus promulgari ſolitarum, decernere.

Exequitur ſententias per quoſvis Judices tam in curia, quã extra latas,

15. Ac per Te, tuoſque Locumtenentes, ſeu Vicegerentes, & Officiales, aut Deputatos, & quoſvis alios, tam Eccleſiaſticos, quàm ſecolares Judices, & tam Delegatos, quàm Subdelegatos, ac etiam Cauſarum dicti Palatii Auditores, vel Nos, aut Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, tam in ſpecie, quàm in genere, ac alias quomodolibet in eadem Curia, & extra eam pro tempore latarum ſententiarum, necnon quorumcunque proceſſuum generalium, vel ſpecialium, tam in die Cœnæ Dom. quàm aliàs, cum cenſurarum, & pœnarum Eccleſiaſticarum fulminatione, fieri ſolitorum, executionem, quas etiam ſi Delegatis, aut Subdelegatis prædictis, vel quibuſvis aliis etiam ſpecialiter per Nos, & Sedem prædictam commiſsæ fuerint, tibi cumulativè, & non privativè commiſsas eſse volumus, atque decernimus, ſervatis terminis in Tribunali Auditoris Cameræ hujuſmodi ſervari ſolitis, etiam ſingulis diebus, & horis, prout in ordinariis conſuetum eſt facere, illaſque, & illos debitæ executioni, etiam ſi opus fuerit cum auxilii Brachii ſæcularis invocatione, demandare.

16. Ac quaſcunque Communitates, Univerſitates, Collegia, Capitola, necnon etiam extra dictam Curiam degentes perſonas, pro debitis per eas in eadem Curia contractis, aut ſalario, ſeu contractu in ipſa Curia inito, degentes verò in eadem Curia ſeu curiales Eccleſiaſticos Sæculares, vel Regularas etiam ab ipſa Curia abſentes, cujuſcunque gradus, ſtatus, ordinis, & etiam Pontificalis dignitatis, vel præheminentiæ exiſtentes, pro quibuſvis rebus, & pecuniarum ſummis ad quorumvis, etiam abſentium, quorum intererit, pro tempore inſtantiam, quoties expedierit, etiam per Edictum publicum, conſtito ſummariè, & extrajudicialiter de non tuto ad eos acceſſu, ad ſatisfaciendum de eorum debitis, & præſtandum ea, ad quæ pro tempore tenebuntur, munere, & citare.

Litteras compulſoriales, & remiſſoriales, decernit.

17. Ac litteras quaſcunque remiſſoriales, & compulſoriales tam generales, quàm ſpeciales, ubi, & quoties opus fuerit arbitrio tuo decernere.

Inhibet in vim Eugenianæ, & Leoninæ.

18. Necnon etiam in vim Eugenianę in favorem Curialium emanatæ, ac Leoninæ Conſtitutionum & cujuſcunque illarum extenſionis inhibere.

19. Ac Monitoria, Citationes, & inhibitiones

Monitoria & citationes extra Curiam, etiam per Edict. decernit pœnaſque & mulctas infligit, & pro ejus arbitrio relaxat,

ad Partes, etiam per ſimiles Edictum decernere: eos quoque arreſtare, & carcerare, ac ſi tibi videbitur, quaſcunque pœnas, & mulctas eorum arbitrio tuo dimittere, & relaxare, atque per delictorum, & exceſſuum, necnon criminum qualitate quibuſvis pro tempore delinquentibus per te, tuoſque Locomtenentes, Vicegerentes & Officiales infligere, & imponere.

Excommunicat, ſuſpendit, interdicit, & aggravat.

20. Necnon quoslibet inobedientes excommunicare, & à divinis ſuſpendere generaliter, vel ſpecialiter interdicere, ac ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas per Te, & Locumtenentes, ac alios tuos prædictos pro tempore latas, etiam iteratis vicibus, aggravare.

21. Et quòd à te, vel locomtenentibus, & aliis prædictis pro tempore excommunicati, ſeu aliàs cenſurati, ab aliis, quàm à Te, vel Locumtenentibus, & aliis tuis hujuſmodi, etiam de Partium conſenſu, præterquàm in mortis articulo conſtituti abſolvi non poſſint, ad evitandas colluſiones, ſtatuere.

22. Et eum tibi viſum fuerit expedire, Communitates, & Univerſitates, Collegia, Capitula, & Perſonas quaſcunque à quibuſvis ſententiis cenſuriis, & pœnis, ac mulctis Eccleſiaſticis ſpiritualibus, vel temporalibus, tam per Te, & Locumtenentes, ac alios tuos præfatos, quàm per alios inflictis, in diebus Paſchalibus, & Natalitiis cum reincidentia abſolvere: Necnon ſententias, cenſuras, & pœnas, ac mulctas hujuſmodi, & quæcunque interdicta ſuſpendere, tollere, & eis relaxare.

Exequitur oblig. Camer. bona côſt mortem Debitoris.

23. Obligationes quoque in forma Cameræ etiam per mortem Debitoris, quoad illius bona tantùm, etiam per viam confeſſionis debiti per aliquem ex Procuratoribus in qualibet obligatione conſtitutis, more ſolito faciendas, & Hæredibus legitimè citatis, ſeù alias arbitrio tuo exequi, & executioni demandari facere.

Habet omnia Privilegia ſuis auctoribus quomodolibet conceſſa.

24. Et generaliter omnia, & ſingula, quæ ad officium Auditoris cauſarum Curiæ hujuſmodi de jure, vel privilegio, aut uſu, ſeu litteris, & conſuetudine prædictis olim ſpectabant, & quæ illi qui pro tempore fuerunt cauſarum Cur. hujuſmodi Auditores juxta conceſſas eis facultates, facere, & decernere, mandare, ſtatuere, ordinare, & exequi quomodolibet potuerunt, ſeu conſueverunt facere, dicere, mandare, ſtatuere, & ordinare, decernere, & exequi, liberè, & licitè valeas. Proceſſus, & ſententias, quos tu, & Locumtenentes, ac alii à te deputati prædicti pro tempore habueritis, & tuleritis, ac reliqua omnia quæ in præmiſſis, & circa ea, ut quodlibet eorum feceritis, duxeritis, mandaveritis, ſtatueritis, & ordinaveritis, rata, & grata habituri, ac facturi ea omnia, auctore Domino, ab omnibus, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

25. Inſuper eiſdem auctoritate, & poteſtatis plenitudine, tam litteras Julii II. Leonis X. aliorumque prędeceſſorũ hujuſmodo, quàm omni, & ſingula privilegia, indulta, facultates, juriſdictiones, & gratias officio Auditoratus, & Auditoribus prædictis, quomodolibet conceſſa, ac cum omnibus, & ſingulis in eiſdem contentis clauſulis, ſingulas denique litteras, quorum omnium, & ſingulorum, ac litterarum Prædeceſſorum hujuſmodi tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, pariter præſentibus haberi volumus pro expreſſis, auctoritate, & tenore prædictis, approbamus, confirmamus, & innovamus, ac illa perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter obſervari debere decernimus, eaque omnia, & ſingula ad officium Auditoriatus, & pro tempore exiſtentem Auditorem hujuſmodi, perinde, ac ſi in eis ſpecialiter, & expreſsè ac pro individuo, & pro eis, ſeu in illorum favorem ſtatuta, & ordinata fuiſſent, harum ſerie extendimus, & ampliamus.

26. Quòdque Conſtitutiones, quæ Odoardus, & pervenit incipiunt, & quævis alternativæ, ſeu moratoriæ, & dilationes etiam ſalinariæ per quoſcunque etiam ejuſdem Romanę Eccleſię Cardinales, Clericos Cameræ, & ipſius Camerę Camerarium, pro tempore decretæ quoad obligatos, ut ſupra, tam reſpectu bonorum, quàm perſonarum, nullatenus proſint, quinimò obligationes prędictæ debitę executioni demandentur, & etiam poſt mortem debitoris quoad bona.

Beneficiis cap. Odoard & pervenit, & ſimil. quo. ad obligatos in forma Cam. non ſuffragantur.

27. Etiam quacunque appellatione, & ſuper inde obtenta commiſſione, de hujuſmodi obligatione expreſſam mentionem non faciente, aut diſcuſſione hæreditatis, ubilibet pendente, ſi per Creditores data fuerit idonea cautio in forma depoſiti, de reſtituendo, id quòd receperint, prioribus, & potioribus Creditoribus in eventum ſuccumbentiæ non obſtantibus.

Præcedit omnibus, tàm in Cappella, quàm in aliis actibus publicis, & privatis, præter Gubernatorem, & Oratores principum ſi prælati fuerint.

28. Ac etiam, quod tu Auditor in Capella noſtra, & aliis actibus, tam publicis, quàm privatis primum locum poſt dictum Gubernatorem, & Oratores Principum, ſi Prælati fuerint, habeas volumus, ſtatuimus, & ordinamus, Tibique pariter indulgemus, Ac ſimiliter tibi, Contradictores, & Rebelles, tibique in præmiſſis non parentes opportunis juris remediis compeſcendi, & ad id ſi opus fuerit, auxilium Brachii ſæcularis invocandi, cæteraquæ in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna, tam in dicta Urbe, quàm ubique locorum faciendi, & exequendi, juxta facultates aliàs tunc officium Auditoratus hujuſmodi obtinentibus attributas.

Habet facultates Viſitæ extra Urbem in benef. ſuorum Carceratorum.

29. Necnon pariter Tibi tuiſque in officio Auditoratus hujuſmodi ſucceſſoribus, quoſcunque Pauperes extra Romanam Curiam pro debitis civilibus, & vigore tuorum, & pro temporis exiſtentis Auditoris Cam. mandatorum Carceratos, tuo, & tuorum in officio Auditoratus ſucceſſorum hujuſmodi arbitrio, juxta facultates deſuper Viſitatoribus Carcerum Urbis prædictæ per Conſtitutiones piæ mem. Pauli II. & Pii. V. Romanorum Pontificum pariter Prædeceſſorum noſtrorum, ad favorem Pauperum Carceratorum editas, relaxandi, & relaxari faciendi.

Miſerabiles perſonas pro ſumma ſcut. 50. præfert. aliis Creditoribus etiam anterioribus.

30. Necnon quoſcunque Pauperes, & verè miſerabiles in cauſis tui Tribunalis tam motis, quàm movendis pro tempore comparentes, conſtito priùs ſummariè, & extra judicialiter, quantum tibi ſufficere videbitur, de eorum paupertate, & miſeria ad ſatisfactionem crediti cujus creditores fuerint, uſque ad ſummam Quinquaginta ſcutorum incluſivè, pro quolibet Creditore paupere, & miſerabili hujuſmodi, etiam ſi cæteris Creditoribus priores, & potiores non extiterint admittendi, ac eis de ipſo eorum credito ſatisfaciendi, & ſatisfieri faciendi, & mandandi realiter, & cum effectu.

Citat quoſcunque per Edictum, conſtito de non tuto acceſſu.

31. Præterea quoſcunque ubi, & quando, ac quoties opus fuerit, etiam per Edictum publicum, conſtito ſummariè, & extrajudicialiter de non tuto acceſſu, ac etiam ſub Eccleſiaſticis cenſuris, & pecuniariis, aliiſque pœnis imponendis, moderandis, & applicandis, citandi, monendi, & inhibendi, ac in eventum non paritionis, ſententias, cenſuras, & pœnas hujuſmodi, declarandi, aggravandi, reaggravandi, excommunicandi, interdicendi, auxiliumque Brachii ſæcularis ſi opus fuerit invocandi, perpetuum quoque ſilentium, omni, & quacunque appellatione, & recurſus remotis, deſuper imponendi, ac alia omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna, faciendi, gerendi, & exercendi, juxta conceſſionum aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum deſuper, ipſum Auditoratus officium obtinentibus ut præmittitur factarum, tenorem, plenam, & liberam eiſdem auctoritate, & tenore concedimus, & impartimur facultatem, & poteſtatem, ac ita tibi mandamus, ſtatuimus, & ordinamus.

32. Po-

Digitized by Google

Cognoſcit cauſas ſu per pecuniis ad cãbium uſurariè per Mercatores Vrbis accipiendis inhibendo Gabernatori Vrbis.

31. Poſtremò, ut omnes, & qualcunque cauſas, tàm per Tè, quam per Locumtenentes.& alios deputatos tuos prædictos ſuper omnibus, & ſingulis articulis, uegociis, & cauſis in conſtitutione, ſeu Moto proprio per prædictum Pium prædeceſſorem, pro peconiis ad eambium, & recambium uſurariè, & malo modo per Mercatores dictæ Urbis accipiendis, facta contentis, & dependentibus ab eis, prout pro ſingulorum caſuum circumſtantiis aliàs de jure tibi faciendum videbitur, non obſtante facultate ſub forma Motus uroprii per prædictum Pium prædeceſſorem in favorem d. Gubernatoris conceſſa, Partibus Juſtitiam miniſtrando, audiendas in quibus non tanquam ſpecialis Commiſſarius, ſed prout Auditor Cameræ hujuſmodi in ſimilibus cauſis, juxta tenorem facultatum ſuarum, & ordinarium ejus Curiæ ſtylum, conſuevit, procedas cum poteſtate citandi, & inhibendi, ac quaſcunque inhibitiones per dictæ Urbis Gubernatorem decretas revocandi, & Criminalitates contra Mercatores tollendi, aliaſque & alia quæ in præmiſſia, & circa ea fuerint neceſſaria, & quomodolibet opportuna faciendi & aliàs in omnibus, & per omnia juxta conceſſionum per eoſdem Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros ſuo tempore Curiæ cauſarum ejuſdem Cameræ generalibus Auditoribus factarum, tenorem, per eaſdem præſentes tibi committimus, & mandamus.

Papa inhibet quibuscunque Judicibus, & perſonis etiam ſi Card. fuerint ſub pœnis ne ſe in oblig. Camer intromittant.

33. Mandantes propterea, & diſtrictius inhibentes quibuſcunque Judicibus, & perſonis quocunque nomine nuncupatis, ac quovis privilegio munitis etiam ſi ejuſdem S. R. E. Cardinales fuerint, ſub indignationis noſtræ pœna, & interdicti, necnon etiam excommunicationis ſententiis, quas ſi ſecus fecerint, eo ipſo incurrant, (& à quibuſvis præterquam in mortis articulo conſtituti, aliàs quàm à Romano Pontifice abſolvi non poſſint) ne in obligationibus ſupradictis illarumque executionibus, aut aliis præmiſſis contra ipſarum præſentium tenorem quomodolibet ſe intromittere, aut Te, vel Locumtenentes, ſeu alios deputatos tuos prædicto ſuper præmiſſis moleſtare præſumant.

Quod præſentes litteræ non poſſent notari de ſurreptione &c. neque ſub aliquibus revocationibus, compræhendi.

34. Ac decernentes eaſdem præſentes litteras Tibi in omnibus, & per omnia ſuffragari debere, illaſque, & in eis contenta hujuſmodi nullo unquàm tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu, notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, ſeù in jus, vel controverſiam revocari, aut adverſus eas quodcunque juris, aut facti vel gratiæ remedium impetrari, minuſque ſub quibuſvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus eas compræhendi poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum in quo antequam illæ emanarent, erant ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac de novo conceſſas, etiam ſub quacunque Data per te eligenda validaſque, & efficaces ſemper fore, & eſſe vimque validi, & efficacis Contractus inter Nos, & Sedem, ac Cameram prædictas ex una, & Te ex altera partibus, ritè, & rectè, facti, initi, & ſtipulati, ac etiam hinc inde acceptati habere, & obtinere, ac inviolabiliter obſervari debere.

Decretum irritans cum clauſula ſublata.

35. Sicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios, etiam S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Camerarium dictæ Cameræ, ac Præſidentes, & Clericos nécnon Pal. Apoſt. Auditores hujuſmodi ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis cauſa, & inſtantia, ac ubique locorum judicari, & deffiniri debere, ac irritum, & inanoe, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Litterar. Apoſtolicarum Pars Ultima.

Derogationes ampliſſimæ & in ſpecie regulæ de jure quæſito nõ tollendo, & Bullæ Pii IV. de regiſtrandis.

36. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtris, quatenus opus ſit, de non tollendo jure quæſito, necnon revocatoria facultatum ad inſtar non concedendarum, aliiſque Cancellar. Apoſtolicæ regulis, etiam per Nos, ac Prædeceſſores, & Succeſſores noſtros Rom. Pontifices quoſcunque quomodocunque, & quandocunque editis, & edendis, & etiam prædicti Pii IV. Prædeceſſoris, quod Privilegia, conceſſiones, & indulta Cam. prædictæ præjudicium quomodolibet concernentia in Camera ipſa intra certum tempus regiſtrari, intimari, inſinuari, & notificari debeant, diſponen. Ita quòd Tu ipſas præſentes litteras in eadem Cam. nullo unquàm tempore præſentare, intimare, notificare, regiſtrari facere ac inſinuare minimè tenearis, niſi ſi, & quando tibi videbitur, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis etiam de rebus, & bonis Eccleſiæ, & Cameræ prædictarum non alienandis; ac in illorum alienatione, ſeu conceſſione certas ſolemnitates, & formas ſervari debere diſponentibus, ac Curiæ, & Pal. Prædictorum ſtylo, necnon Urbis & Cameræ hujuſmodi, ac quarumcunque aliarum Civitatum, Terrarum & Locorum, etiam juramento, confirmat one Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Conſuetudinibus, Reformationibus, etiam novis, & noviſſimis, & decretis, ac ordinationibus, Privilegiis quoque, & indultis ac litteris Apoſtolicis quibuſvis Communitatibus, Univerſitatibus, Baronibus, Domicellis, Feudatariis, & aliis quibuſcunque dictæ Sedi mediatè, vel immediatè ſubjectis & quibuſvis aliis, quacunque dignitate, etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, & Cardinalatus honore fungentibus perſonis ubivis locorum exiſtentibus, ac etiam noſtris, & dictæ Sedis, Nunciis, Legatis, etiam de latere, per Nos, & recol. memor. Clementem VIII. ac alios Rom. Pontifices Prædeceſſores noſtros ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam pro quibuſcunque cauſis etiam motu ſimili conceſſis, confirmatis, & approbatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis, & in poſterum concedendis, confirmandis, approbandis, & innovandis. Quibus omnibus, & ſingulis, ac omnibus aliis hic non expreſſis, quæ forſan præſentibus obeſſe poſſent, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac individua mentio habenda, aut aliqua alia certa, & exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, motu, ſcientia, ac de poteſtatis plenitudine paribus, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, & declaramus, nec non omnibus illis, quæ in præmiſſis, & quibuſcunque deſuper confectis litteris conceſſa fuerunt, non obſtare cœteriſque contrariis quibuſcunque.

37. Per præſentes autem non intendimus Reformationibus de Auditoratus hujuſmodi, & aliis dictæ Curiæ Officiis per Pium IV. & Pium V. prædeceſſores præfatos factis necnon Conc. Trident. Decretis in aliquo derogare, vel aliàs præjudicare ſed illas, & ita ſalva eſſe & in ſuo robore permanere, eaque omnia, ac etiam alias, quas hodie per alias litteras noſtras ſtatuimus, & ordinamus Reformationes, per Te, & Succeſſores tuos prædictos, atque alios ad quos id ſpectat, ſeù in futurum quomodolibet ſpectabit, omninò, & inviolabiliter ſervari volumus & mandamus.

38. Et inſuper etiam volumus, quòd tu, antequam officium Auditoratus cauſarum Curiæ Cameræ hujuſmodi exercere incipias, de illo fideliter exercendo in manibus prædicti Petri Cardinalis, & Camerarii ſeu ab eo ad id deputati, aut ejus Locumtenentis ſolitum præſtes juramentum.

Digitized by Google

39. Quòdque præſentim litterarum tranſumptis, & exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ Eccleſiaſticæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, & adhiberi, fidemque facere illæ debeant, quæ ipſis originalibus adhiberetur, & quàm ipſæ facerent, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

40. Tu igitur præfatum Auditoratus cauſarum Curiæ Cam. Apoſtol. officium prompta devotione ſuſcipiens, ſic illud diligenti ſtudio, cura, & integritate, exequaris ut tua opera ad Dei laudem, & Gloriam, ac earundem Eccleſiæ, & Curiæ bonum publicum, privatorumque commoditatem, & exemplum laudabile cedant. Teque apud Nos, & Sedem prædictam, ut ſperamus, merito peramplius recommendent.

41. Nulli ergò omninò Hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, ſubrogationis, admiſſionis, ſingulorum Indultorum, Statutorum, Ordinationum, facultatum approbationis, confirmationis, innovationis, extenſionis, ampliationis decretorum, præcepti, mandatorum, voluntatis, derogationis, & declarationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo ſexcenteſimo undecimo quinto, decimo Kalendas Septembris, Pont. Noſtri Anno 7.

Reformatio Tribunalis Auditoris Curiæ cauſarum Rev. Cam. Apoſtolicæ.

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

DUM inter cæteras animi noſtri curas, quibus Nobis in hac præcelſa Beati Petri Sede conſtitutis, invigilandum eſt, illam quippe præcipuam in mente gerimus, ut univerſum gregem Dominicum fidei noſtræ divinitus commiſſum ab illicitis reducamus, & in primis quaſvis Perſonas, etiam ſuper ſupremos Almæ Urbis Magiſtratus, pro adminiſtranda juſtitia conſtitutas, ac officia in eiſdem Magiſtratibus exercentes, in ſuæ dignitatis, & muneris rectitudine contineamus, nonnullos, quos irrepſiſſe cognoſcimus, exceſſus, & corruptelas in Tribunali, & officio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicę Generalis Auditoris quàm primũ emendandos, & repurgandos decrevimus. Nos itaque ex iis tamen, quę pro dicti Tribunalis, & officii, ac pro tempore exiſtentis Cauſarum Curiæ Cameræ hujuſmodi Auditoris Generalis, ejuſque Locumtenentium, & Deputatorum ſtatu, ac directione, & alias hactenus per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros ſalubriter inſtituta, & etiam per Nos hodie Dilecto Filio Magiſtro Io. Dominico Spinulæ Cauſarum Curiæ Cameræ hujuſmodi moderno Generali auditori, Notario, & Familiari noſtro deſuper conceſſa fuiſſe reperiuntur, quicquam detrahere ſed his immotis in ſua firmitate permanentibus, ea ſolùm, quæ experientia, vel deeſſe, vel obeſſe juxta rerum exigentiam, & temporum qualitatem ſupplere & emendare volentes, necnon omnium, & ſingulorum Privilegiorum, Indultorum, ac facultatum Tribunali, & officio prædicto, ejuſdemque Tribunalis, & officii Judicibus, ac aliis perſonis quomodolibet, & quandocunque etiam ſub quibuſcunque verborum expreſſionibus, & formis quomodocunque conceſſorum, ac ſcripturarum, & litterarum deſuper confectarum tenores, ac de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, Apoſtolica authoritate tenore præſentium.

Statuimus, & ordinamus, atque decernimus, quòd in cauſis criminalibus in locis nobis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubjectis impoſterum non decernantur, neque relaxentur Monitoria contra aliquem in prima inſtantia, niſi per ipſum Joannem Dominicum, & ſuos in dicto officio Succeſſores facto verbo prius nobiſcum, ſeu cum Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in caſibus in Bulla Cœna Domini legi ſolita contentis, in quibus nihilominus, quando Monitoria extra Italiam decernenda erunt, in locis Nobis, & eidem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, non ſubjectis, vel alias contra Officiales Curiales exemptos, & contravenientes Inhibitionibus, & litteris Apoſtolicis, vel etiam pro rebus dependentibus à cauſis criminalibus coram ipſo Joanne Dominico, & ſuis Succeſſoribus prædictis legitimè introductis, ac pendentibus, & hujuſmodi Monitoria non relaxentur, niſi facto verbo prius Nobiſcum, ſeu cum Roman. Pontiſ. pro tempore exiſtente.

Et quoad litteras pro capiendis indiciis Conſtitutio fel. recordat. Pii Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri ſuper reformatione d. Tribunalis edita ſervetur.

Quòdque ſuperſeſſoriæ, ſeu, ut vocant, Non graventur, vel dilationes, quas interdum concedi contigerit, & illarum revocationes, præterquàm in vim termini Judicialis à Debitore ſuſcepti, quo caſu circa ſolutionem hactenus juxta ſtylum dicti Tribunalis conſuetum obſervetur, concedenda gratis, etiam pro ſigillo, ac ſine ulla Secretarii, Judicis, aut cujuſcunque alterius perſonæ mercede concedantur.

Quòdque ſi aliquis Creditor de capiendo ratione ſuſpicionis fugæ contra Debitorem ſuum, vel ipſius Debitoris pecunias, & bona, executivum aliquod mandatum obtinuerit, Creditor ipſe ad ejuſmodi mandati expeditionem, vel aliquo modo illius ſolutionem faciendam, aut ejus taxam deponendam cogi, dictique Jo: Dominici, & illius in officio Auditoriatus Succeſſorum hujuſmodi, nunc, & pro tempore exiſtentes Judices mandata executiva, niſi prius ipſimet Judices in libro expeditionum diem ſubſcriptionis manu propria notaverit, ſubſcribere non poſſit.

Jo: Dominici Succeſſorum prædictorum nunc, & pro tempore exiſtens Judex Locumtenens in criminalibus pro ſportulis, ſalario ſibi jam aſſignato contentus, nihil percipere poſſit.

In cauſis civilibus verò Locumtenenti ſingulis menſibus quinquaginta ſcuta monetæ à notariis d. Auditoris Tribunalis pro rata ſolvi, nec aliqua alia portio pro eo retineri debeat.

Quòdque Subſtituti Notariorum ejuſdem Auditoris Tribunalis ad conficienda acta civilia, ſeu criminalia, & ad Teſtes examinandos, niſi prævia approbatione Collegii eorundem Notariorum in qua Notarii ipſi de approbatione, fide, & idoneitate admittendorum atteſtentur, & non niſi de conſenſu, ſeu licentia dicti Auditoris, ſeu Locumtenentis in civilibus, vel criminalibus reſpectivè nunquam admittantur.

Idem quoque ſervetur ab iis, qui in d. Tribunali ſtipulationes Inſtrumentorum, & rogitus pro eiſdem Not. recipiunt.

Dictique Subſtituti in ſingulis diebus cujuſcunque hebdomadæ, eos ad Judicem informandum audituros tangentibus, quoſcunque Litigantes principales, ſeu eorum Procuratores informare volentes in nota per eos deſignandas ſigillatim deſcribere teneantur, nec pro hujuſmodi deſcriptione aut admiſſione ad informandum Judices, aut ſuper ordine, ſeu proprietate circa ipſum actum informandi aliquid etiam à ſpontè dantibus, minuſque Notarii prædicti pro cõtradictis ultra id, quòd verè ſolvi-

Digitized by Google

ſolvitur officio Contradictarum quicquam etiam ſi illis propterea à Partibus ſub prætextu coloris expeditionis ultrò offeratur, percipere poſſint, neque debeant.

Quodque tam Notarii, quàm eorum Subſtituti prędicti ſub pęna triremium perpetuarum aliquas ſocietatum officiorum pecunias, cenſuum, & aliorum cujuſvis generis contractuum, niſi procuratorio, nomine de quo per publicum documentum conſtare debeat, vel de ordine, conſenſu, aut voluntate Partium, exigere, recipere, & penes ſe retinere; tractare, & habere non audeant. Et ſi ſecus fecerint Notarii ad damna, & intereſſe, quę culpa Subſtitutorum eorundem Partibus evenerit, teneantur, & obligati ſint, ac contra eos in his executivè procedi poſſit, & debeat.

Præterea iidem Notarii ad omnem requiſitionem Partium intereſſe habentium Inſtrumenta, & Teſtamanta in publica forma exhibere etiam teneantur, & pro eorum mercede infraſcriptas taxas, & non ultra exigere poſſint.

Ab uno ſcuto videlicet, uſque ad ſcutà vigintiquinque, bononenos quadvagintaquinque.

A ſcutis vigintiquinque uſque ad ſcuta quinquaginta, bononenos ſeptuagintaquinque.

A ſcutis quinquaginta, uſque ad centum ſcuta, unum ſcutum.

A ſcutis centum, uſque ad quingenta ſcuta, etiam ſcutum unum pro quolibet centenario.

A ſcutis quingentis, uſque ad quamcunque ſummam, bononenos viginti pro quolibet centenario, dummodò in totum, uſque ad centum ſcuta pro quolibet ſumma recipere; nequeant.

Quodque d. Notarii ſub pęna privationis eorom cujuslibet officii, ſcripturas productas penes ſe in pulpito, aut alibi retinere non poſſint: ſed ſtatim illas deſcribere, & illarum productionem in manuali notare; ac illas in filcia reponere debeant.

Et in Inſtrumentis, Teſtamentis, & aliis actibus, ubi Teſtes requiruntur, Notariorum Subſtituti, & alii in officio Notarii rogantis inſervientes, ſeu degentes in Teſtes, aut pro Teſtibus adhiberi non poſſint, ſed alii ad id omninò adhibeantur

Inſtrumenta quoque in ſuis manualibus dietim extendantur, & decribantur.

Et filicæ Inſtrumentorom ad minus infra tres menſes in voluminibus, ſeù ad libri formam, ut moris eſt, redigantur, ac manualia ipſa diligenter, & accuratè cuſtodiantur.

Poſtremò d. Notarii diſdictam Societatis officii, non ſolùm in libero manuali, ſed etiam in margine Inſtrumenti Societatis, per verba hujuſmodi, videl. die tali diſdicta, & die tali reproducta teneantur annotare.

Reproductio autem diſdictę in actis alterius Notarii de Societate non rogatis nullo modo fieri poſſit; niſi ubi contractus Societatis eſſet extra Urbem rogatus, quę debeat ſtatim in manuali regiſtrari, ut moris eſt. Id verò Not. negligentes, Jo: Dominici, & Succeſſorum ſuorum prædictorum arbitrio, ſeverè puniantur.

Et idem ſervetur in nominatione, & translatione periculi vitæ, quæ non officiat, aut cuiquam proſit, niſi Parti infra tempus ad nominandum, vel transferendum intimetur, & per Notarium, ut præmittitur, annotetur.

Volumus autem, & mandamus, quod ſtatuta, ordinationes, & decreta noſtra prædicta per Jo: Dominicum, & Succeſſores ſuos prædictos, atque omnes alios, ad quos ſpectat, & ſpectabit, obſerventor. Et etiam volumus, quòd præſentium exemplis, ſeu tranſumptis etiam impreſſis, manu onius Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus perſonæ Eccleſiaſticæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi exhibitę forent, vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, decreti, voluntatis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incorſurum. Dat. Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſexcenteſimo undecimo, quintodecimo Kalend. Septembris, Pontificatus noſtri Anno ſeptimò.

Declaratio Conſtitutionis ſuper Reformatione Tribunalium Urbis nuper editæ. Edita An. D. 1612.

PAULUS PAPA V.

Motu proprio &c.

CUm, ſicut accepimus, nuper poſt noſtram ſuper tribunalium Urbis reformationem à pleriſque, pręſertim verò à Notariis eorum Tribunalium, nonnullæ difficultates, ſuper intelligentia, & executione dictę conſtitutionis, & taxarum inde conſectarum, ſubmotæ fuerint, Nos difficultates omnes opportuna declaratione tollere volentes, Motu ſimili.

Cauſa hujus declarationis

§. 1. In primis quoad diſpoſitionem, quæ habetur in verſ. Notarii quorumcunque Tribunalium, declaramus. Notarios in cauſis Commiſſariis, ſummam, aut valorem ducentorum ducatorum auri de Camera non excedentibus, teneri dare litteras miſſivas loco remiſſorialium, ſed ſi dictam ſummam, ſeù valorem exceſſerint, & ſint veræ Commiſſariæ, Notarios ad dandas dictas litteras miſſivas loco remiſſoralium non obligamus. Et ampliùs declaramus, copiam articulorum, & interrogatorium, ſi quæ in Curia data fuerint, & in dictis miſſivis introcludendorum, ultra taxatam mercedem juliorum novem, eſſe ſolvendam ad inſtar aliarum copiarum.

Cap iſtud eſt ſupra fol 655. §. 19. n. 16.

§. 2. Inſuper quoad verſ. Iidem. Addendo volumus, eam Partem, quæ inſtat pro ſententia, teneri in actu depoſitionis ſportulam, ſive propinarum pro Judice, etiam mercedem notæ ſententiæ pro Notario deponere.

Cap. iſtud eſt ibid. n. 56.

§. 3 Et quoad verſ. Notarii non audeant declaramus ſufficere, quòd Notarius, aut unus ex Teſtibus cognoſcat alterum ex Contrahentibus. Et quando Contrahens eſſet alienigena, ſive peregrinus, aut tam vilis conditionis, ut ejus cognitio, vel notitia eſſet in Urbe difficilis, contractum nihilominus fieri permittimus cum licentia Gubernatoris, ſive Auditoris Cameræ, aut Vicarii, vel Senatoris, ſeu Judicum ipſorom, aut Burgi modò dicta Judicis licentia in inſtrumēto adnotetur, ac pro ea nihil omninò, neq; Judici neque Notario ſolvatur.

Cap. iſtud eſt fol. 686. n. 37.

§. 4. Quod ad verſ. Citationes, monitoria, &c. poſt verba, Aut alterius illas obtinentes Addatur, Et electo domicilio.

Cap iſtud eſt d. fol. 655 n. 11.

§. 5. In verſ. Ad rogandum verò &c. in fin. Addatur, Volumus autem, & declaramus quod omnia Teſtamenta, & Contractus, intelligantur rogari nomine Officii, ſive Notarii primarii, non autem nomine proprio, etiam quòd aliter exprimeretur, aliàs Notarii ſubſtituti, aut alioquin in aliorum officiis manentes, ſeveriſſimè puniantur, arbitrio Jodicum cujuſque Tribunalis.

Hoc cap. eſt d. fol. 889 n. 36.

§. 6. Quoad verſ. Reſponſiones declaramus excipiendas eſſe Malieres. & egregias Perſonas, ad quas Notarius poſſit Judicis arbitrio tranſmitti, qui Judex quandocunque ipſe dictis reſponſionibus, aut juramentis etiam in domo Reſpondentis, aut Jurantis, vel alibi intervenerit, nihil recipere poſſit, aut debeat.

Hoc cap. eſt ſupra f. 690. n. 61.

§. 7. Quoad verſ. Notarii locorum Piorom, declaramus. loca Pia, quæ Notarium opera uti hactenus conſueverunt, non poſſe de cętero alium, Notarium tàm in civilibus, quàm in criminalibus

Hoc cap. eſt ſupra fol. 694. n. 124.

eligere

Digitized by Google

eligere quàm unum ex dicti Vicariis Notariis, inter quos & ſolita diſtributio ſervetur, & ſolita merces ſolvatur.

Hoc cap. eſt ſupra fol. 502. §. 20. n. 3.

§. 8 Quo verò ad Regiſtra, verſ. Neque exigant, declaramus illa verba, niſi illis completis, intelligi de actis ſactis uſque ad diem petitæ confectionis extractus, ſivè regiſtri.

Hoc cap. eſt ſ. 503. n. 25.

§. 9. Quoad verſ. Non rubicentur daclaramus, tunc non eſſe rubricandos proceſſus de partibus, quando benè ſuerint in partibus rubricari, alioqui prohibemus in Curia ab alio, quàm à Notario cauſæ ſubricari.

Hoc cap. eſt ſupra fol. 502. n. 3.

§. 10. Quoad verſ. In verè autem Commiſſarlis, & verſ. Proceſſus de partibus, declaramus non fuiſſe noſtræ intentionis comprehendere Notarium Archivii, qui propterea poſſit in cauſis Commiſſarlis cujuſcunque valoris regiſtra conficere, in illiſque proceſſus de partibus remiſſoriales & compulſoriales ſivè excederent, ſivè non folia vigintiquatuor, regiſtrare, ſervata in cæteris forma in dicta noſtra reſurmatione contenta ſuper regiſtrorum conſectione.

Hoc cap. aſt ſep. f. 504. §. 21. n. 82.

§. 11. Quòd verò à Curſore verſ Curſores pro qualibet citatione, declaramus Trivii regionem pro locis ultra ſontem, & arcum Trivii, non citrà, nec ullo pacto inter partes longiquas enumerari loca illa, quę vel antea ipſi Curſores non enumerabant, vel pro quibus ſolira mercede bonon. duorum contenti erant, nè quòd à Nobis ad publicam utilitatem, & tolendos abuſus coſtitutum, eſt prava interpretatione contrarium pariat effectú.

Hoc eſt additum,

§. 12. Inſuper declaramus, pro citatione contra Epiſcopus, vel aliàs qualificatas perſonas quinque bon. accipi poſſe, quando citatio ſit perſonaliter contra ipſammer perſonam qualificaram executa, non autem contra Procuratorem, vel aliter.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 487. § 4. n. 14.

§. 13. Et dum in eadem noſtra reformatione prohibetur Auditori Cameræ concedere remiſſoriam ad partes ad examinandum, vel repetendum, citata Parte, Teſtes ad inſtantiam Fiſci, vel ad probandam ejus intentionem, prout latiùs in ea, declaramus id non procedere, ſi aliqua legitima ſubſiſtente cauſa aliud in aliquo particulari caſu ipſimet Auditori viſum fuerir.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 486. n. 4.

§. 14. Inſuper in verſ. Quodque ſuperſeſſoriæ, &c. poſt verba, Vel alibi non ſuſceperit, Addatur. Vel niſi ex legirima cauſa, & in cauſis ſui Tribunalis tantùm, & non aliàs.

Hoc cap. eſt ſup. fol. 519 §. 1. n. 566. & ſeq.

§. 15. Quoad Taxas impreſſas poſt dictam noſtram reformarionem, infraſcripta corrigi mandamus In primis quoad Notarios Cameræ deleatur verſiculus. Idem fiar de pellibus, & verſ. Idem de ſapone, utpotè Impreſſoris errore ſupervacaneè adiecta, ex quo jā ſupra ſufficienter erar proviſū.

Hoc cap eſt ſup. fol. 522. n. 186.

§ 16. Quoad verſ. ultimum Taxæ Notariorum Cameræ, Incip. Pro non comprehenſis, declaramus intelligi de expeditionibus gratioſis. In Judicialibus autem, ſi quid in ea, vel aliis Taxis fuerit prætermiſſum, ſervetur de ſimilibus ad ſimilia.

Hoc cap. eſt ſup fol. 518. §. 2. n. 97.

§. 17. Quoad Taxas Notariorum Gubernatoris Vicarii, & aliorum, verſ. pro reſtitutione depoſiti, bon. unum pro quolibet ſcuto, intelligi volumus in cauſis mercedem; in aliis vero bon. duos pro quolibet ſcuto permitrimus, ſicuti verè in Taxa fel. rec. Pii IV. Prædeceſſoris noſtri habetur, licet aliter aliquādo fuerit per errorem impreſſum.

Hoc cap eſt ſup fol. 513 n. 70.

§. 18. Er in eadem Taxa verſ. pro copia ſimplici cujuslibet inſtrumenti in actis rogati, declaramus intelligi de Inſtrumento actus judicalis, non de ſimplicis extrajudicalium inſtrumentorum copia, pro qua bene, & ad inſtar boni origioalis deſcripta, bon. ſeptem cum dimidio pro quolibet folio ſolvi, & exigi permittimus.

Hoc cap aſt ſup. fol. 513. 3. in princ.

§. 19. Quod taxam Notariorum Rotę in primo verſ. jul. ſexaginta ſex, legendum declaramus, non autem ſexaginta, prout Impreſſoris errore fuit notatum.

Hoc cap. eſt ſap. fol. 516. §. 5. n. 16.

§. 20. Quod Taxam Archivii, verſ. Pro inſtromento abſolutionis, mandamus corrigi juxta Taxam fel. rec. Gregorii XIII. Prædeceſſoris noſtri.

Hoc cap. eſt ſap fol. 517 n. 62.

§. 21. Rurſus in verſ. Pro Pauperibus declaramus, & volumus ſervari eandem Taxam fel. rec. Gregorii XIII. ur admiſſi ad juramentum pauper tatis, juxta formam dictæ Taxæ ſolvant.

Hoc cap. aſt ſup. fol. 518. §. 6 n. 44.

§ 22. Quoad Taxam Notariorum criminalium Gubernaroris, Auditoris Cameræ, & aliorum, verſ. Pro quolibet follo copiæ judiciorum declaramus intelligendum, ur quælibet pagina ideſt facies cujuslibet, continere debeat lineas viginti quatuor, prout in noſtra reſormatione, ſub tit. de Regiſtri ſ. ſingula ſolia, & alibi volumus intelligi. *Eſt ſupra fol.* 502. n. 5.

Hoc cap. eſt ſap. fol. 519. §. 7 n. 4

§. 23. Quoad Taxam Fori Capitolini, verſ. A centum uſque ad ducentos. Addatur verbum Alios. Errore ſcriptoris miſſum.

Clauſula ſublata, & decretum irruans.

Sicque per quoſcunque Judices ordinarios, & extraordinarios, & etiam Executores dictę noſtrę Conſtitutionis, judicari, & deffiniri debere ſublata; &c. irritum, &c.

Derogatio contrariorum.

Non obſtantibus præmiſſis, ac prioribus litteris ſuper Reformatione, & Taxis emanatis cæteriſque contrariis quibuſcunque, & cum decreto, quòd præſentis ſola ſignatura ſufficiar etiam abſque alia data, & regiſtratura.

Placet Motu proprio C.

Sequitur declaratio ejuſdem Reformationis, quoad Aromatarios Urbis. Pp. ſubſcr.

PIUS PAPA V.

Motu proprio, &c.

Cauſæ hujus declarationis.

CUm poſt aliquas declarationes à Nobis conſtitutionis, quam ſuper reformatione Tribunalium Urbis condidimus ſactas, Aromatarii quædam ejuſdem Conſtitutiones capita ipſos tangentia declarari ſuppliciter poſtulaverint; Nos dubia rollere, & litibus occurrere cupientes.

Declaratio circa præſcriptionē.

§. 24. Dum in præſata noſtra Conſtitutione dicitur, pro pretio Aromatarię ſervandam eſſe pręſcriptionem quinquennalem, non obſtante quavis interruptione, etiam per dationem rerum Aromatarię declaramus dictam diſpoſitionem non intelligi, neque locum ſibi vendicare ubi, vel interruptio ſuerit judicalis, vel, aliter quàm per proprios ipſorum libros Aromatarii ſuum creditum probaverint, quibus cauſibus diſpoſitionem Statutorum Urbis ſervari volumus & mandamus.

Declaratio circa juriſdictionem criminalē.

§. 25. Inſuper dum in eadem Conſtitutione interdicimus Aromarariis, nè ullam prorſus audeant in quemquam exercere, ſub quovis prętextu criminalem juriſdictionem declaramus intentionis noſtræ non ſuiſſe, adimere eis ſacultatem aliàs ipſis à fel. rec. Clemente VIII Prędeceſſore noſtro conceſſam, res medicinales, ad eorum Artes ſpectantes viſitandi, recognoſcendi, & quod in eis corrupti, vitari, vel adulterati repertum ſuerit, proiiciendi, combutendique, ac juxta delicti, & negligentiæ qualitatem culpabiles repertos, debitis pęnis, non tamen corporis aſſlictivis, quæ pænæ Eccleſię & Hoſpitali S. Laurentii in Miranda nuncupatæ eo ipſo applicentur, & applicatæ cenſeantur, afficiendi, Quoad tamen quoad libros oegamus, etiam quod in illis fraus aliqua detegeretur, ſed hoc à ſuo Judice competenti cognoſci, ac deſfiniri debere intendimus, & mandamus.

Declaratio circa electionē Aromatarii mittendi extra Urbē ad viſitandas Aromatarias.

§. 26. Er dum in dicta Conſtitutione noſtra ſancitum, eſt quod Conſules nullam habeant juriſdictionem eligendi Aromatarium quem Proconſulē vocant, ad viſitandas Aromatarias extra Urbem, minuſq; ſubſcribendi Patentes uti Conſules diſtrictus Urbis, & Superintendentes Artis in ſtatu Eccleſiaſtico, ſed talis eligendi poteſtas penes Pro

thome-

thomedicum, & remaneant. Declaramus noſtræ intentionis non fuiſſe quoad hoc derogare concordiæ aliàs initæ inter Collegium, dum Phyſicorum, & Collegium Aromatariorum, dum in ea dicitur, quod quotieſcunque ad viſitandas Aromatarias extra Urbem, Medicus ex Urbe mittendus erit, ne eis forſan Artis Aromatariæ imperitum ſibi comitem adjungant Prothomedicus, qui viſitatoris deſignandi jus obtinet, urbanis Aromatariis id denunciet, atque ab eis exquirat, habeant ne aliquem peritum, & idoneum hominem, qui medico illi in hujuſmodi viſitationis munere, comes, & miniſter eſſe velit, &c. juxta prædictam concordiam confirmatam per felicem recordat. Gregorium XIII. Prædeceſſorem noſtrum, ſub die prima Julii 1575. verſ. Quotieſcunque ad viſitandas Tabernas, &c. Dummodo Aromatarii neque juriſdictionem propterea in hoc ſibi aliquam uſurpent, juxta formam dictæ concordiæ, neque electum Proconſulem vocet, neque patentes ſubſcribant uti Conſules diſtrictus Urbis, neque quicquam contra tenorem noſtræ prædictæ Conſtitutionis faciant, ſub pœnis in ea contentis. Sola ſignat. ſufficit.

§. 27 Et præſentis ſola Signatura ſufficiat, etiam abſque alia data, & regiſtratura. Subſcript. Papæ.

Placet Motu proprio C.

Finis Litterarum Apoſtolicarum.

Digitized by Google

FESTA OBSERVANDA DE PRÆCEPTO
& devotione, & conſuetudine Almæ Urbis, Sacri Palatii Apoſtolici, & ejus Curiarum, & Curiæ Capitolinæ.

JANUARIUS habet dies XXXI.

P. 1 Circumciſionis Domini, in qua die Intrant etiam Officiales Incl̄yti Populi Romani,
P. 6 Epiphaniæ Domini.
D. 17 S. Antonii Abb.
C. 18 Cathedræ Rom. S. Petri Apoſt.
A.D. 20 SS. Fabiani, & Sebaſtiani.
A.C. 21 Agnetis Virg. & Mart.
A. 22 SS. Vincentii, & Anaſtaſii Mart.
A.C. 25 Converſionis S. Pauli Apoſt.
C. 29 Indulgentiarum ad Aquam Salviam.

FEBRUARIUS habet dies XXVIII. & ſi erit Biſſextus XXIX.

P. 2 Purificationis B. Mariæ Virg.
A.C. 3 S. Blaſii Epiſc. & Conſ.
A.C. 5 Agathæ Virg. & Mart.
A.C. 22 Cathedræ Antioch. S. Petri Apoſt.
P. 24 Matthiæ Apoſt. Et in 2000 Biſſeſt. 25.

MARTIUM habet dies XXXI.

A.C. 7 S. Thomæ de Aquino.
D. 9 S. Franciſcæ Romanæ.
A.C. 12 S Gregorii Papæ, & Conf.
P. 19 S. Joſeph Sponſi B. Mariæ Virg.
C. 20 Dedicationis Capellæ S. Helenæ, nuncupatæ Hieruſalem in Eccl. S. Crucis in qua die Mulieres poſſunt intrare dictam Capellam.
A. 21 S. Benedicti Abb.
P. 25 Annunciationis B. Mariæ Virg.
P. Omnes dies Veneris iſtius menſis ſunt fer.

APRILIS habet dies XXX.

C. 1 Introitus Officialium Inclyti Populi Rom.
A. 12 S. Julii Papæ.
C. 21 Natalis Urbis.
A.C. 23 S Georgii Mart.
P. 25 S. Marci Evang.
C. 26 Manifeſtationis B. Mariæ Virginis in Regione Montium Urbis.

MAJUS habet dies XXXI.

P. 1 SS. Philippi, & Jacobi Apoſt,
P. 3 Inventionis S. Crucis.
A C. 6 S. Joannis Apoſt ante portam Latinam.
A.C. 8 Apparitionis S. Michaelis Archang.
A.C. 19 S. Junonis Advocati Pauperum.
C. 20 S. Bernardini Conſ.

JUNIUS habet dies XXX.

A C. 11 S. Barnabæ Apoſt.
C. 13 S. Antonii de Padua Conſ.
P. 24 Nativitatis S. Jo. Baptiſtæ,
P. 29 SS. Petri, & Pauli Apoſt.
C. 30 Commemorationis S. Pauli Apoſt.

JULIUS habet dies XXXI.

C. 1 Introitus Officialium Inclyti Populi Rom.
A.C. 2 Viſitationis B Mariæ Virg.
A. 12 Translationis S. Thomæ Cantuarien. Rota, & Cancellaria tamen non ſervant.
C. 9 Ab iſta die incluſivè uſque ad diem 14. Auguſti ob æſtivos calores, & meſſes ſunt feriæ in cauſis ordinariis in prima inſtantia.
C. 17 S. Alex. Conf.
D. 22 S. Mariæ Magdalenæ.
P. 25 S Jacobi Apoſt.
P. 26 S. Annæ Matris B. Mariæ Virg.

AUGUSTUS habet dies XXXI.

D. 1 S. Petri ad Vincula.
A.C. 4 S. Dominici Conſ.
D. 5 Dedic. Eccl. S. Mariæ Majoris, aliàs ad Nives.
P. 10 S. Laurentii Mart.
C. 14 Ad iſta die uſque ad diem 22. incluſivè ſunt feriæ in honorem B. Mariæ Virg.
P. 15 Aſſumptionis B. Mariæ Virg.
D. 16 S. Rochi Conſ.
A.C. 19 S. Ludovici Epiſc & Conſ.
P. 25 S. Bartholomæi Apoſt.
A.C. 28 S. Auguſtini Epiſc. & Conſ.
D. 29 Decollationis S. Jo. Baptiſtæ,

SEPTEMBER habet dies XXX.

C. 1 Ægidii Abb.
P. 8 Nativitatis B. Mariæ Virg.
A.C. 14 Exaltationis Sanctæ Crucis.
P. 21 S. Matthæi Apoſt. & Evang.
C. 27 SS. Coſmæ, & Damiani.
P. 29 Dedic. Eccleſ. S Michaelis Archang.
A.C. 30 S. Hieronymi Presb. & Conſ.

OCTOBER habet dies XXXI.

C. 1 Introitus Officialium Inclyti Populi Rom.
D. 4 S. Franciſci Conſ.
A C. 18 S. Lucæ Evang.
P. 28 SS. Simonis, & Judæ Apoſt.
A. 31 Vigiliæ omnium Sanctorum. Cancellaris tamen non ſervat.

NOVEMBER habet dies XXX.

P. 1 Omnium Sanctorum.
A.C. 2 Commemorat. omnium fidelium Defunct.
C. 6 S. Leonardi Conſ.
A.C. 9 Dedicat. Baſilicæ Salvatoris juxta, Baſilicam S. Joannis Lateranen,
D. 11 S Martini Epiſc. & Conſ.
A.C. 18 Dedicat. Baſilicæ SS. Petri, & Pauli Apoſt.
A C. 21 Præſentationis B. Mariæ Virg.
A.C. 22 S. Cæciliæ Virg. & Mart.
A C. 23 S. Clementis Papæ, & Mart.
C 24 S Cryſogoni Mart.
D. 25 S Catherinæ Virg & Mart.
P. 30 S. Andreæ Apoſt.

DECEMBER habet dies XXXI.

A.C. 6 S. Nicolai Epiſ. & Conſ.
A C. 7 S. Ambroſii Epiſc. & Conſ.
D. 8 Conceptionis B. Mariæ Virg.
D. 13 S. Luciæ Virg. & Mart.
P. 21 S. Thomæ Apoſt.
A C. 24 Ab hac die incluſivè, uſque ad feſtum Epiphaniæ ſunt feriæ.
Cancellaria tamen habet ferias per totam diem 29. tantùm.

P. 25.

P. 25 Nativitatis Domini.
P. 26 S. Stephani Protomart.
P. 27 S. Joannis Apoſt. & Evang.
P. 28 SS. Innocentium Mart.
P. 31. S. Silveſtri Papæ, & Conſ.

Feſta Mobilia.

A. C. Cinerum, cum die Jovis, Lunæ, & Martis immediatè præcedentibus.
Cancellaria tamen fit die Lunæ, ante cineres.
C. Stationis ad S. Marcum.
P. Paſchæ Reſurrectionis Domini.
A. C. Sex dierum præcedentium, & ſex dierum ſeque Cancellaria tamen fit die Lunæ in hebdomada ſancta, & poſtea initiatur die Jovis hebdomadæ ſequentis.
C. Lunæ, & Martis poſt Octavam Paſchæ.
C. Rogationum.
A. Vigiliæ Aſcenſ. Domini, ſi erit mutatio Capparum.
P. Aſcenſionis Domini.
A. Vigiliæ Pentecoſtes, ſi erit mutatio Capparum.
P. Pentecoſtes.
P. Corporis Chriſti.
C. Veneris immediatè ſequenti propter Proceſſiones S. Mariæ ſupra Minervam.
C. Octavæ Corporis Chriſti.
P. Omnium dierum Dominic.
A. Omnium dierum Jovis in Curia A. C.
A. C. Creationis Pontificis Viventis.
A. C. Coronationis ejuſdem.
A. Anniverſ. Exequ. Pontificis immediatè defuncti, Cancellaria autem non ſervat.
A. Anniverſarii Exequiarum Cardinalium Cancellaria verò non ſervat.
C. Vindemiarum tempore in cauſis ordinariis in prima inſtantia feriæ Petentibus conceduntur arbitrio Judicis, ſi Principalis, vel Procurator in vindemiis ſit impeditus.

Incerta.

A. Quando Pontifex ab Urbe proficiſcitur ultra XL. milliaria, & ſecum ducit Officiales Cancellaria tamen fit ſemper, ubi ipſe Pontifex moratur.
A. quando venit publicè aliquis Orator ad præſtandum obedientiam.
Cancellaria verò non habet hoc feſtum neque infraſcripta.
A. Quando publicantur novi Cardinales.
A. Quando novus Cardinalis Urbem prima vice publicè intrat.
A. Quando aliquis Legatus de latere revertitur publicè intrat.
A. Quando aliquis Legatus de latere revertitur publicè ad Urbem.
A. Quando fit Conſiſtorium publicum.
C. Ingreſſus Senatoris, cum duobus ſequentibus.
C. Quando fit Conſilium publicum.

Omnia Feſta ſupradicta, quæ habet P. in margine, ſunt obſervanda de præcepto Sanctæ Rom. Eccleſiæ, & quæ habent D. ſunt ex devotione, & conſuetudine Almæ Urbis Romæ, & quæ habent A ſunt Apoſtolici Palatii ejuſque Curiarum, & quæ habent C. ſunt Curiæ Capitolinæ, quæ verò inſimul habet A. & C. ſunt Apoſtolici Palatii eiuſque curiarum, & Curiæ Capitolinæ.

Cancellaria tamen non ſervat quædam Feſta, prout ſuis locis annotatum fuit.

Curia autem Gubernatoris, in qua proceditur ſemper manu regia in cauſis non commiſſariis ultra Feſta de præcepto, & devotione Urbis ſervat infraſcripta dumtaxat.
Creationis Pontificis viventis.
Coronationis ejuſdem.
Ingreſſus Gubernatoris.
Jovis, Lunæ & Martis immediatè ante Cineres.
Diei Cinerum.
Hebdomadæ ſanctæ.
Commemorationis Defunctorum.
Vigiliæ Nativitatis Domini.

Functiones publicæ in ſingulos dies ordinarios hebdomadæ, ordine alphabetico diſtributæ.

Aſſettamentum in Capitolio fit die Martis, & die Sabbati.
Camera fit die Lunæ, & die Veneris, quando dies Cameræ eſt feriata, fit die Mercurii non feriata. Dies Veneris Martii in Camera ſunt feriati.
Cancellaria fit die Lunæ, Jovis, & Sabbati non feriata, & quando dies Cancellariæ eſt feriata, fit die præcedentis non feriata.
Congregatio Boni Regiminis, & Levaminum fit die Sabbati.
Congregatio concilii fit die Sabbati.
Congregatio Epiſcoporum, & Regularium fit die Veneris.
Congregatio Fabricæ S Petri fit die Jovis.
Congregatio Immunitatis Eccleſiaſticæ fit die Martis.
Congregatio Judicis fit die Sabbati.
Congregatio Sacrorum Rituum fit die Sabbati.
Congregatione S. Officii apud S. Mariam ſuper Minervam fit die Mercurii.
Congregatio S. Officii apud Sanctiſs. fit die Jovis.
Conſiſtorium publicum fit die Martis, vel die Jovis.
Conſiſtorium ſecretum fit die Lunæ non feriata, aliàs fit die Mercurii.
Conſulta in Palatio Apoſtolico fit die Martis, & Veneris.
Rota fit die Lunæ, & die Veneris, & ſi dies Rotæ eſt feriata, fit die Mercurii, & ſi dicti tres dies ſunt omnes feriati, fit die Sabbati, & appellatur Martiniana à fel. rec. Martino V. illius inſtitutore.
Iſti tres dies tantum, ſcilicet Lunæ, Mercurii, & Veneris ſunt juridici in cauſis Commiſſariis & appellantur dies Rotales.
Die tamen Veneris immediatè ſequente poſt feſtum Sanctiſſimi Corporis Chriſti, ob impedimenta publicarum functionum dierum antecedentium non fit Rota, ſed bene mane diei Mercurii ante dictum feſtum fit Rota, quæ appellatur Corduben. à bon. m. Corduba illius Authore.
Signatura Gratiæ fit coram Sanctiſſimo die Martis.
Signatura Juſtitiæ fit coram Eminentiſſim. die Jovis.
Viſitatio Carcerum fit die Jovis.

Digitized by Google

ASSERTIONES JURIS

ALIAS PISIS IMPRESSAS.

Quas in Almo Piſano Gymnaſio, antequàm Inſignia Doctoratus acciperem, Anno Domini 1618. publicè defendi, hìc, ad perennem rei memoriam, iterum imprimendas curavi.

A. R. S. O.

SERENISSIMO COSMO II. MAGNO HETRURIÆ DUCÆ
Feliciter imperante,

VIRO PERILLUSTRI

D. ANDREÆ CIOLIO CORTONENSI
Seren. Magni Hetruriæ Ducis à Secretis, & S. Stephani Equiti.

Petrus Ridolphinus Cortonenſis S. P. D.

CUr voluerim, Vir Perilluſtris, Juveniles hoſce meos labores clariſſimi nominis tui ſplendore illuſtrare, duæ potiſſimùm cauſæ effecerunt: Beneficiorum memoria, ſingularisque, ac penè admirabilis virtus tua: tum enim me gratum aliqua ſignificatione oſtendere, & virum aliquem ſingulari virtute præditum, nominiſque claritate conſpicuum ad imitandum, eligere conſtituiſſem, quænam opportunior occaſio mihi ſeſe offerre poterat? Confecto ſolitum Studiorum curriculum, tempuſque jam advenit, quo, Juvenilibus ſtudiis prætermiſſis, ad graviora, propriaque virorum munera, me conferam. Tempus jam ſtipulat, ut diligentiæ meæ rationem reddam. Itaque ad publicam, ſolemnemque diſputationem ſtrenuiſſimos Commilitones provocavi: quæ res cum periculo plena ſit, Inſignem aliquem Virum, aliorum more velut tutelare aliquod Numen, ad opem mihi præſtandam advocare, precibuſque propitium reddere, opportunum viſum eſt. Nulla itaque interjecta mora, te unum elegi, ut uno, eodemque tempore novum impetrarem, non vulgare beneficium, & veterum memoriam publicè renovarem, ſimulque omnibus teſtarer, te unum, velut Illuſtre omnium penè virtutum exemplar, ad imitandum me elegiſſe. Accipe igitur, Perilluſtris, voluntatis meæ levem quidem, at non levi ex cauſa profectam ſignificationem, putariſque eum, quem beneficiis tantis ornaſti, velis remiſque quod ajunt, contendere ut quàm ſimillimus tui evadat; res quidem ardua, imò veriùs difficillima; quis enim bonarum litterarum cognitionem, ac rerum peritiam, quæ prudentiam, ac dexteritatem tuam non dicam imitatione: ſed verbis aſſequi valet? Ita arduis tamen, ut dixit ille, voluiſſe ſat eſt, diuturnus labor, conſtans, perpetuaque voluntas quid non efficere valent? Vale Patrię noſtræ decus. Interim Ego, Bonique omnes Deum precabimur, ut te diutiſſimè ſoſpitem ſervet. Piſis Kal. Aprilis 1618.

ASSERTIONES JURIS,

QUAS STUDIOSÆ LEGUM JUVENTUTI

Diſputandas proponit

PETRUS RIDOLPHINUS

CORTONENSIS ACCADEMICUS UMBROSUS

1. *Contra communem ſententiam.*

ROmanum Imperatorem Mundi dominum eſſe, adeò conſtanter Noſtri tradiderunt, ut non dubitaverit *Bart.* & cum eo plerique affirmare, contrariam opinionem Hæreſim ſapere, ſed quo Jure ipſi viderint.

2. Cur Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non valeat, Equidem non intelligo.

3. Matrem ex pupillari ſubſtitutione, comprehenſa in expreſſa vulgari, non excludi communiter quidem Noſtri tenent, ſed non rectè.

4. Si quis tamen communem ſequi malit, eam dico non habere locum in Muliere, quæ vel tres liberos, vel Jus trium liberorum non habeat.

5. Petitionem hæreditatis merè realem actionem eſſe, Veteres Juris Interpretes, & plerique Novorum, docent, adverſus quos Ego ſentio.

6. Si Pater turpis perſona ſit, hoc eſt ejuſmodi moribus imbutus, ut poſſit ei Jure adminiſtratio bonorum Filii auferri, *Bart.* ſcripſit, non poſſe

tunc

Digitized by Google

tune ab illo papillariter ſubſtitui: quæ opinio licèt rejecta ſit retinenda eſt.

7. Reiicit etiam perperam *Bart.* & cum eo ceteri, opinione *Oldradi* docentis, legato fundo ad uſumfructum proprietatem relictam cenſeri.

8. Putavit olim *Jacob. de Areno*, Conſtitutum poſſeſſorium non pertinere ad eas res, quas corpore alieno poſſidemus: quam opinionem uti Juri conſonam propugnabo, etiamſi *Bart.* & *cæteri* ferè omnes, adverſus eam conjuraverint.

9. Docent communiter Noſtri, dotem non reſtitutam ſoluto matrimonio propriè dotem eſſe, ſed quid vetat contrarium aſſerere?

10. Nulla, ut mihi videtur, ratio eſt, cur Interpretes etiam eruditiores exiſtimarint, Teſtamentum Juri Gentium adſcribendum eſſe.

11. Probabiliùs tamen omnes ferè Interpretes docerunt, contractum dotis Juris Gentium eſſe, ſed non verè.

12. Poſthumus in formula Galli inſtitutus conſeri debet non ſubſtitutus.

13. Mirus Noſtrorum conſenſus eſt, ſubſtitutionem Pupillarem ideò inventam fuiſſe, quia magis honorabile eſt Pupillo habere ſucceſſorem ex Teſtamento quàm ab Inteſtato, quibus aſſentiri non poſſum.

Pro recepta ſententia.

14. Ergo nè perpetuò receptas ſententias impugnabimus? abſit, cum communi ſtatuimus Stipulationem non eſſe impropriè contractum.

15. Probo etiam reſponſum Innocentii III. *cap. cum tibi de Teſtam.* Juris Cæſarei regulis non adverſari.

16. Rectiſſimè etiam receptum eſt, Bonorum poſſeſſionem, ut ex II. prætoriam eſſe.

17. Actionis nomen neceſſariò in libello exponi oportere, ajunt, alii negant, Ego cum negantibus ſentio.

18. Conſtitutiones, ne Fidejuſſores Dotium dentur, non habere locum in Marito ſponte Fidejuſſorem offerent, multi ſcripſerunt, majori tamen Interpretum parte repugnante, quibus me ſocium addo.

Problemata.

Tante in controverſiarum ſegete nonnè ſunt multa quæ commodè in utramque partem diſputari poſſunt? utique ex illis hæc delibavi.

19. Utrum Pater poſſit exhæredare Filiam, quę amore capta alicujus Viri, ante vigeſimum quintum annum, ei ſemel, vel iterum copiam ſui fecit.

20. An Mulier, quæ paſſa fuit luxuriosè deoſculari eo caſu quo conſtat, non fuiſſe eam ad adulterium perventuram, dote privari poſſit, quæſtionis eſt utraque opinio probabilis eſt.

21. Conſtitutiones, quæ vetant Fidejuſſores dotium dari, non habere locum cum ante matrimonium contractum conventum fuit, adverſus Noſtrorum ſententiam concordem cum *Hermanop* ſcribit *Cujac.* Ego etſi Noſtris libentiùs aſſentiam, utramque tamen ſententiam propugnabo.

22. Bonorum poſſeſſionem eſſe Jus, quo, alii ajunt, alii Jus propter quod: utriuſque tamen ſententiæ argumentis reſponderi commodè poteſt.

23. Qui vetat in ea quæſtione, in qua quæritur, an Fideicommiſſaria ſit propriè ſubſtitutio, utramquè defendi ſententiam?

24. Non eadem facilitate utraque opinio defendi poteſt in ea controverſia, Utrum Hæredis inſtitutio ſit forma teſtamenti; curabo tamen pro virili, utramque defendere.

Antinomiæ.

25. Nihil ęque Juris Studioſis difficile, quam adverſantia inter ſe Jura concordare, ex illuſtrioribus hæc examinanda propono, & primò. *Tex. l. Dentur ff. de vulg. & pupill.* non diſcordare aſſero à *l precibus, C. de Impub. & aliis ſubſtit.*

26. Quàm varia Noſtri tradiderunt, dum conciliare voluerunt *text. in l. qui ſcit, §. fin. ff. de Uſur.* cum *l. bonæ fidei, ff. de acq. rer. domin.* Ego, cæterorum interpretationibus rejectis, nova allata explicatione hæc Jura non diſcordare oſtendam.

27. Noſtrorum Ingenia exagitavit Antinomia, quæ adeſſe videtur in *l 2. §. prius, §. ſi quis,* cum *§. ſi quis, ff. de vul. & pupill.* Ego tamen, novo allato ſenſu, rem claram ni fallor faciam.

28. Scribunt doctiſſimi Viri, non poſſe concordari, *Juſt. Imper. in §. minor, Inſt. de c. diminut.* cum I.C. *in l. quinta, ff. de var & extraor. cognit.* niſi litera vulgata immutetur, Nos, nova allata interpretatione, ſecus eſſe oſtendemus.

29. Rectiſſimè *Inſt.* dixit, Omnium meminiſſe, & in nullo penitus errare, Divinitatis potius eſſe, quàm humanitatis, ſtrenui enim illi pandectarum Compillatores contrarias Juriſconſultorum ſententias appoſuerunt in *l. ſi rem mobilem, ff. de acq. poſſeſſ. & in l. 3. §. ſi rem, ff. eod. tit.*

30. Pugnat etiam *tex. in d. l. 3. §. in amittenda,* cum, *l. quemadmodum, eod. tit. & l. fere, ff. de reg. Jur.*

31. Diſcordabant veteres Juriſconſulti, numquid duo ejuſdem rei poſſeſſores eſſe poſſent, quorum diſcordias conſpicere liceret *d. l 3. §. ex contrario, & in l. & habet, §. cum qui, ff. de precar.*

Paradoxa.

32. Coronodis loco Paradoxa quędam adjungemus, an audacter nimis experiare? In primis intrepidè aſſerimus, ex chirographo, in quo quis ſcripſit ſe pecunias recepiſſe, quas non accipit, nec ante nec poſt biennium, aliquam oriri obligationem.

33. Neque Lege aliqua id conſtitui poſſe.

34. Si cum D. Auguſtino obſervetur, Fidejuſſorem in cauſa criminali ad pænam mortis ſe poſſe obligare, adverſus communem, & Interpretum Juris, & Populi ſenſum, quis me reprehenſione dignum cenſebit?

35. Verè novum eſt, quod nunc aſſero, Conſtitutionem Marci Imper. de qua *in l. jam hoc Jure ff. de vulg. & pupill.* neque utilem eſſe pupillo, nec voluntati Patris conſonam, cum contrarium hucuſque ſenſerint, non dicam Interpretes, ſed & Juris noſtri Authores, diſputandi tamen gratia hæc dicta cenſeantur.

36. Quid ſi dixerim, *Juſtin. Imp.* dùm legem Fuſiam Caniniam correxit, ejus mentem non fuiſſe aſſequutum, novum ne erit? Equidem, haud tamen improbabile.

37. Uſumfructum eſſe Jus utendi, & fruendi rebus alienis, ſalva rerum ſubſtantia ſcribunt *Paul. & Juſtin.* vulgò his verbis creditur contineri definitionem Uſusfructus, Ego verò nec deſcriptionem (ea Noſtrorum more accipiendo) his verbis contineri contendo.

38. Ænigmatis ſpeciem (quod nunc ſubiicio) continere quibuſdam forſan videbitur, *Juſtin. Imper. in authent. ſit præpon. nom. Imper.* noluiſſe ſtatuere, ut in Inſtrumento nomen D apponatur, ex eadem tamen conſtitutione neceſſarium eſſe, in Inſtrumento Divinum nomen apponere.

39. Profitetur *Juſtin. in authent quib. mod. Nat. efficiantur legitimi* novum modum legitimandi

No-

Naturales adinveniſſe, reſtituendo eos priſtinę Ingenuitati, ſed (bona venia dixerim) qui ſic Naturalem reſtituit, non facit eum legitimum.

40. Nihil magis vulgatum, quàm omnem Regulam exceptionem pati, ſed nihil magis naturam regulæ corrumpit.

LAUS DEO ET VIRGINI.

Arguentes erunt.

D. Paulus Carloniūs Marzatenſis Accademicus Umbroſus.
D. Jo: Baptiſta Spina Sarzanen Accademicus Umbroſus.
D. Didacus Valmagna Callaritanus Accodemicus Umbroſus.
D. Romualdus Cecchius Piſcienſis Accademicas Umbroſus.

Cuilibet etiam dabitur arguendi facultas.

Diſputabuntur publicè Piſis in Scola Magna Sapientiæ, ſtrictiſſime ſervato diſputandi ordine Die VIII. Menſis Aprilis Hora XIII.

Digitized by Google

INDEX UBERRIMUS

MATERIARUM, ET CONCLUSIONUM,

Quæ in præſenti Romanę Curię Praxi Judiciaria continentur.

A

Abſentia.

ABſentia Procuratoris poteſt quandocunque juſtificari, ſicut partis contumacia p.p.c.3. num.32.

Abſolutio.

Abſolutio ab excommunicatione in honorem feſtivitatum, cum reincidentia poſt feſta, datur etiam de ſtylo Rotæ, p. 1. c. 14. num. 298.

Ab excommunicatione lata in Curia non datur, niſi cauſa cognita, p.1.c.14 n.293.

Ab excommunicatione vigore Bullæ Cruciatæ non juvat, niſi poſt ſatisſactionem, & in foro conſcientiæ tantum, p.1.c 14.n.301.

Ab excommunicatione, vigore Bullæ Cruciatæ, quid operetur, p.1.c.14.n.302.

A Cenſuris ex cauſa vel nova productione, poteſt obtineri etiam ad beneplacitum, p.1.c.14.n.62.

A Cenſuris latis in curia non datur ad cautelam de ſtylo Rotæ, & quando ſecus, ib. n.294.

A juramento ad effectum agendi, non prodeſt ei, qui incidit in perjurium, niſi prius obtineat à Papa abſolvi à perjurio, p.1.c.8.n.88.

A juramento, ad effectum excipiendi, in curia non datur, p.1.c.8 n 92. & ſeq.

A juramento eſt neceſſaria, etiam ſi juramentum ſit nullum defectu ſolemnitatum Statuti, p.p c.8.n.78.

A juramento non conceditur, niſi cauſa cognita, p p.c.8. num 84.

A juramento non retardat executionem obligationis Cameralis, p.p c 8.n 87.

A perjurio eſt abſtinenda ſpecificè, nec ſufficiunt clauſulæ generales, & quare, p. p.c.8.n.n.76.

A perjurio incurſo non poteſt, niſi ex gratia Papæ, concedi, p.p.c.8.n.74.

Cenſetur facta, ſi fuit omiſſa condemnatio in acceſſoriis, prout ſunt fructus, & expenſæ, p. 3.c.2.n.63.

Abſolutiones.

Abſolutiones tot ſunt obtinendæ, quot ſunt juramenta, p. p.c.8.n.80.

Abſolutus.

Abſolutus cum reincidentia, elapſo tempore, per quod fuit abſolutus, remanet, ſicut ante ipſo jure excommunicatus, p.p c.14 n.299.

Non ſervans promiſſa non abſolvitur amplius, niſi dato Fidejuſſore, ib. n.307.

Abſolvi Petens.

Abſolvi petens ab excommunicatione lata pro contumacia judiciali, ad partis inſtantiam, tenetur præſtare Fidejuſſorem, p.p c.14 n.305.

Ab Excommunicatione lata pro contumacia judiciali, ſi agitur de expenſis factis occaſione dictæ contumaciæ ad quid teneatur, p p.c.14.n.306.

A Cenſuris tenetur jurare, de ſtando mandatis Eccleſiæ p. p.c.14.n.304.

Non fatetur ſe excommunicatum, & quando ſecus par. p. c 14.n.303.

Quando agitur de reſtituenda poſſeſſione alias ſequeſtrata, ad quid teneatur p.p c.14.n.309.

Abſolutoria.

Abſolutoria obtineri poteſt ab eo, qui cauſam virtute Unicæ, in Curia introducit, & proſecutus fuit p. 3.c.4.n.18.

Reliqua vide in verbo Sententia abſolutoria.

Acta.

Acta facta in figura Judicii, etiam de ſui natura extra judicialia ab Actuario ſcripta, probant ſine teſtibus p. p c 2. n.74 c.9.n.85. & ſeq.

Facta poſt admiſſionem tertii ad cauſam illi nocent, & quando ſecus, p. 2.c.4.n.168.

Ordinatoria pereunt lata ſententia ab obſervatione Judicii, ſecus deciſoria p.3.c 2.n 145.

Primæ Inſtantiæ, ſi non tranſportantur coram Judice appellationis, ſeu recurſus, non poteſt biennio durante procedi ad ulteriora in cauſas p.3.c.5.n.51.

Primæ Inſtantiæ ſunt tranſportanda, & in actis, citata parte producenda ab eo, qui vult cauſam proſequi p. 3.c. 5.n. 23.

Prioris Inſtantiæ omnia ſunt coram A. C. in cauſa recurſus tranſportanda ante lapſum biennii p 3.c 5 n.47.

Probatoria imperfecta pereunt perempta Inſtantia par. 3. c.2. num.146.

Reſpicientia factum cauſæ quæ ſint p.2.c p.n.24.

Reſpicientia ſolemnitates Judicii ibid. n. 22.

Si ſtante lapſu biennii, ſeu biennio elapſo, non ſunt tranſportata, citatur appellans ad docendum de appellatione, & videndum moderari, p. 3.c.5 n.52.

Sunt tranſportanda coram Judice ad quem ab eo, qui vult proſequi cauſam appellationis ib.n.92.

Actio.

Actio ad exhibendum fuit principaliter inventa ob rei vindicationem p.2.c. 3.n.27

Ad exhibendum quibus competat ib.n.25. & ſeq.

De dolo quando competat p.2.c.14.n. 86.

Fideicommiſſarii clara ſufficit ad impediendam Hęredi manutentionem, p.2 c.12.n.230.

In factum cui, & ad quid detur p.2.c.14.n 66.

Omnis præſcribitur ſpatio triginta annorum p.p.c.13.num. 163.

Perpetuatur per juramentum de jure communi, uſque ad quadraginta annos p.p.c.8.n.202.

Perit lata abſolutoria ab obſervatione Judicii virtute exceptionis peremptoriæ, vel ſi reus ſolvit ante ſententiam p. 3.c.2.n.148. & ſeq.

Quando quis agit contra Hæredem, cum petitio afficiat bona Hæreditaria, videtur in rem ſcripta, ib. n. 54.

Actio quid ſit p.2.c.4 n.61.

Quod metus cauſa, cui, quando, & contra quem competat p.2.c.14.n.85

Spolii competit contra eum, in quem influit ſpolium virtute decreti nulli, & quando, ib.n.182.

Spolii, competit contra Hæredes, & ſingulares Succeſſores, uti poſſeſſores p. 2.c.14.n.180.

Spolii competit contra quoſvis Succeſſores, ad quos pervenit res, ſuper qua fuit commiſſum Spolium, etiam ſi bona fide poſſideant p.2 c.14.n.181.

Spolii competit etiam pro rebus mobilibus p. 2. c. 14. num. 183.

Spolii competit pro recuperatione poſſeſſionis quæſitæ per clauſulam conſtituti, p.2.c.14.n.184.

Spolii datur contra immiſſum, non verificata reſervatione & expulſus reſtituitur, p.2.c.8 n.146.

Spolii datur etiam ad detentationem, & ad ſtatum, p.2.c.14. n.100.

Spolii datur hæredi, & ſucceſſori, qui poteſt eam proſequi & intentare ex perſona Defuncti, ib.n.177.

Spolii eſt in rem ſcripta p.2.c.14 n.176.

Spolii non competit ex perſona propria agenti, qui nunquàm fuit in poſſeſſione, p. 2 c.14.n.179.

Spolii non datur ſine primo extremo, p. 2.c.14.n.97.

Spolii præſcribitur ſpatio triginta, vel quadraginta annorum etiam ex Canone redintegranda, p. 2.c.186.

Actiones.

Actiones bonæ fidei quæ ſint, & quæ ſtricti juris, & cur ita dictæ, p 3.c.2.n.160.& ſeq.

Quæ efficiantur arbitrariæ, etiam ad effectum deferendi juramentum in litem, ib.n.162. & ſeq

Quot, & quæ competant Legatario, & Fideicommiſſario, p.2.c.11.n.90.

Actor.

Actor citatus à reo in Salviano ad dicendum contra, quomodo proteſtari debet, quomodo judex debet admittere Jura, vel articulos, p.2.c.6.n.16.

Debet legitimare perſonas mutatas, p.p c.5 n.21.

Debet in judicio manutentionis ſuſpendere petitorium, nè ratione mixturę, cauſa efficiatur appellabilis, p.2 c.12.n.33.

Debet probare reum eſſe hæredem, ſi ille hoc neget, etiam ſi Reus eſſet filius, p.p.c.3.n.55. & ſeq.

Debet verificare monitorium, etiam non negatum, p.2.c. 11.n.8. & c.12.n.24.

Deſtitutus probationibus poteſt offerre reo partium litis deciſivum, p.2.c.3.n.8.

Excuſatur ab editione, ſi acta ſunt penes reum, vel eorum tenor eſt ſatis notus in libello, ib.n.65.

Excuſatur ab editione, ſi jura poſſunt de facili aliunde haberi, vel editio coactè facta nil relevare, p.2.c.13.n.66.

Facta mixtura, poteſt ſuſpendere petitorium, & quare, p.3.c.14 n.13.

Hæres pro verificatione monitorii in Judicio Quorum legatorum quæ probare debeat, p.2 c. 1.n.9.& n.11.

Iſte eſt regulariter, qui prius agit in Judicio, & quando ſecus, p 3 c.3 n.52.

In Beneficialibus in curia mortuo Reo poteſt procedere per contradictas, nec tenetur Procuratorem ulterius citare p 3.c.p n.73.

In interdicto quorum bonorum poteſt ſuſpendere petitorium, & quare, p.2.c.10.n.13.

In Judicio Evacuationis quid probare debeat, & quomodo, p 2.c. 3 n 8 & ſeq.

In Judicio exhibitionis, negato monitorio, quid probare teneatur, p 2 c 3.n 7.

In Judicio exhibitionis probare debet, rem fuiſſe penes reum de tempore motæ litis, ibid.n.29.

In remedio l. ſi contendat potius cogitur agere cauſativè, quam ſtatim, p.3 c.3 o.119.

In ſpolio debet concludere ſe ad poſſeſſionem, à qua dejectus eſt, reintegrari, p.2 c.14 n.192.

In ſpolio debet probare, parte citata, duo extrema, & quę, p.2.c.14.n.7.

In termino ad dicendum contra in Judicio manutentionis quomodo proteſtari, & quomodo Judex ad admiſſionem procedere debeat, p 2 c.12.n.10 & n.32.

In tribunali A.C. non poteſt obtinere mandatum, niſi reſpondeat poſitionibus à reo excipiendo productis, p. p. c. 10 n.70.

Jurans non habere facultatem edendi jura, excuſatur ab editione, p.2 c.3 n.64.

Juſtificatis literis Penſionis, & ſervatis terminis ad docendum ſe paruiſſe poteſt citare ad ſententiam, p 2.c.9.n 24.

Literis juſtificatis debet ſervare quatuor terminos ad docendum, ſe illis paruiſſe, p.2.c.8 n 20.

Non habens legitimam perſonam ſtandi in judicio, parte opponente, non poteſt audiri, p.1.c.5. n 23.

Poteſt nova jura deducere contra, ea, & quæ à reo de novo excipiuntur non obſtante clauſula ſi quid exequendum, p.1.c.13.n.498.

Poteſt, probatis probandis, citare ad videndum manuteneri, vel ſi magis placet ſervare terminos ſubſtantiales, p 2.c 12 n 34.

Producens inſtrumentum in publicam formam, facta declaratione de ſtando ſimplici copiæ, expenſas factas in illo ſic extrahendo non recuperat, p. 1.c.2.n.8.

Qui commiſit cauſam in Rota, ſi agitur vigore obligationis Cameralis poteſt variare, & negare coram A. C. ſi reus fuit contumax, p. 1.c.7 n.109

Quid addere debeat in proteſtatione, quando Reus citat. ad dicendum contra Articulos, p.2.c 8.n.14.

Qui egit executivè contra obligatum in forma Cameræ, poteſt variare etiam à partibus de partibus ad A. C. p.p.c. 1.n.115.

Qui egit in partibus, ſi vult variare vigore obligationis Cameralis, & agere coram A C debet reficere expenſas, & deponere julium unum p.1.c.1.n.128. Limita ut n 129.

Qui non poteſt audiri niſi refectis expenſis, quomodo proteſtetur, & faciat depoſitum, ut auditur, p 1.c.8.n 44.

Qui poſt decennium elapſum agit pro recuperatione naturalis ab alio occupatæ, cenſetur habuiſſe ſe pro ſpoliato ratione civilis, & quando, p. 2.c.14.n.200. & num 202.

Quomodo proteſtetur, & quomodo judex admittat jura, vel articulos, à Reo ad ſuas exceptiones probandas productos in materia penſionis, par. 2.c.9 num. 19.

Et quomodo in judicio ſpolii, p 2.c.14.n.15.

Recuſans jurare de calumnia cadit à jure ſuo, p.p.c.8.n 102.

Reo deferente non cogitur jurare, quando jus illus minuitur, p.1.c.10.n.142.

Sępè eſt uterque, & uterque reus In judicio manutentionis, & quando, p.2.c.15.n.97. & ſeq.

Sequitur forum rei, p.1 c.7.n.40.

Si ejus defectu poſt intimationem executam, cauſa in ſignatura non proponitur, tenetur ad expenſas, p.1.c.13.n.24.

Actor ſi reus ad ejus exceptiones probandas producit ſcripturas, vel Articulos, quomodo proteſtare debet, p.2. c.8.n.12. & ſeq.

Tenetur cedere reo ad exceptionem fundandam, p. 2. c.3. num. 63

Tenetur omninò monitorium, etiam non negatum, verificare p.2.c.8.n 9.

Termino elapſo, abſque aliam citatione proſequitur executionem vigore mandati, p p.c.14.n.104.

Ut obtineat in Salviano, debet plenè probare, quod res poſſeſſa à reo, ſit eadem, quam debitor poſſideat, p. 2. c.6.n 87.

Actoris.

Actoris petitio eſt attendenda ad cognoſcendum, an cauſa ſit Beneficialis, p.3.c.1.n.49.

Actor ad Lites.

Actor ad Lites. Datur ex officio, Pupillo, aut alio pro eo legitimè non comparente, p.1.c 5.n.8.

Datum minori citato ad comparendum legitimè contumaci, etiamſi habeat tutorem, & non poſſit exhibere ſolemnia, ib. n. 70.

Deputari debet pupillo parte inſtante ſi tutorem non habet, vel alias eo indigeat, p.1.c 5.n.66.

Deputatur infantibus Tutore carentibus, ſervatis quatuor terminus contra eorum proximiores, ad eos defendendum & nemine comparente pro eis, p.1 c.5.n.9.

Deputatur minori legitimè non comparenti, de ſtylo Curiæ, & Tribunalis A.C. ſervatis quatuor terminis, p. 1. c.5.n.72.

Deputatus citatur ad declarandum, an pupilli, vel minores ſint Hæredes, & eis non declarantibus, ſervatis quatuor terminis, deputatur Curator hæreditati jacenti, p. 1.c 5.n 10.

Poteſt deputari ventri muliere citata ad defendendum, & ſervatis quatuor terminis, p 1.c.5 n 86.

Quando deputatur debet eſſe præſens, p 1 c.5 n.74.

Ut deputetur infanti, citandi ſunt Amici, & proximiores ad eum defendendum, & ſervandi quatuor termini, p.1. c.5 n.82.

Ut deputetur tres termini ad comparendum ſufficiunt, ſed de Stylo Curiæ additur quartus, p.1.c.5.n. 83.

Actus.

Actus concluſionis in cauſa eſt omnino contrarius productionis teſtium, & jurium, p.1.c.8.n.159

Eſt nullus citatione non reproducta, p.1.c.5 o 70.

Extrajudicialis de ſui natura factus in judicio, judice præſente, vel mandante, non requirit Teſtes ad ſui validitatem, p.p.c.9.n.106.

In dubio ſemper præſumitur validus, ib.n.113. & n. 115.

Non valet etiam ad pias cauſas, dum voluntas Teſtatoris diſponere volentis non eſt omninò adimpleta, p. 2. c.11. nu 112.

Præcedens, & illius initium attendi debet ad judicandam qualitatem ſequentis. p p c.9.n.107.

Præſumitur factus, prout validè fieri debuit, & quod præceſſerint neceſſaria, & opportuna, p. p.c.14.n 352.

Primus, quid ſit poſt conteſtationem in cauſis, in quibus lis conteſtatur, habet vim conteſtationis in caſibus, in quibus conteſtatio non requiritur, p. 2.c.1.n.53.

Uoiua

Digitized by Google

Unius in jure ſæpè celeritate actuum conjungendarum inter ſe actionum occultatur, p.3.c.5.n.339.

Extra judiciales, qui per retrotractionem efficiuntur judiciales, poſſunt fieri tempore feriato, p.p. cap. 51. numer. 60.

Judiciales tempore feriato fieri non poſſunt, ibid. n. 48. & num. 60.

Acceſſiones.

Acceſſiones, & fructus hæreditatis veniunt in judicio, quorum bonorum, p.2.c.10 n.50.

Adam,

Adam à Deo formatus de limo terræ in agro Damaſceno, p.p. in Præfat.n.2.

Collocatus in Paradiſo Terreſtri, & ad quid, ib. n.3.

Comedit de ligno vetito, ib n 6.

Expulſus de Paradiſo, ib.n.11.

Additiones.

Additiones quid ſint, p.p.c.15.n.,8.

Ad exhibendum.

Ad eahibendum in tribunali A. C. agitur contra detinentes Scripturas, vel mobilia, prævio monitorio, p. 2 c.3.n. 1. & ſeqq.

Adjectiones.

Adjectiones quid ſint, p.p.c.15.n.57.

Adimens.

Adimens ſibi alienando facultatem relaxandi alteri certa bona, quæ præciſè relaxari tenebatur, excluditur à beneficio reſtitutionis ad faciendum inventarium, & quando ſecus, p.p.c.9.n.212 & ſeq.

Adjudicatio.

Adjudicatio poteſt ſuſtineri de æquitate ſine ſubhaſtatione, quando creditum excedit valorem rei captæ in tenutam, p.p.c.15 n.72.

Quid ſit p p.c.15.n.84.

Subſtinetur, ſine ſubhaſtatione, ſi probatur, quod tempore ad judicationis res adjudicata pluris vendi per viam ſubhaſtationis non potuiſſet, ib n.75.

Valet ſine ſubhaſtatione, quando bona adjudicantur in ſubſidium, ſeu dantur in ſolutum, prævia æſtimatione judicis, p.p c.15 n.73.

Adjunctus.

Adjunctus præſentata ſibi commiſſione poteſt inhibere, conjudicibus, nec ad ulteriora ſine eo procedant, par.3. c.5.n.201.

Adminiſtrator.

Adminiſtrator quando eacuſetur à confectione libri, & inventarii, p 3.c.2.n.174.

Quilibet tenetur conficere, & exhibere librum adminiſtrationis, & reddere rationem, p.3.c.2.n.168.

Tenetur reſtituere reliquarum, alias non dicitur reddita ratio, p.3.c.2.n.171.& 174.

Adminiſtratio.

Adminiſtratio rerum hæreditariarum competit Hæredi à die aditæ, abſque Decreto judicis, & dantur illi 40. dies ad incoandum, & alii 60. ad perficiendum inventarium p p.c.9.n.99.

Admiſſio.

Admiſſio ad cauſam non requiritur docto de intereſſe citata parte ad dicendum contra jura, & obtento Decreto admiſſionis, cum clauſula, ſi & in quantum, p. 2. c. 4. num. 115.

Articulorum cum clauſula ſalvo jure impertinentium, quid operetur, p.p.c.10 n.83.

Facta in inſtrumento guarentigiato habet vim confeſſionis judicialis p. 1. c. 1. n. 65.
Facta in libello præjudicat confitenti, p. 3. c. 3. n. 65.

Fa-

Facta in precibus nocet confitenti, ib. num. 54.
Ficta perit, perempta inſtantia, p.p.c.10.n.95.
Judicialis, & Inſtrumentum confeſſionatum, & Guarentigiatum, an, & quando differant, p.p.c.1.n 84.
Jurantis admittitur ad Juramentum deciſorium retractandum, p.p.c.10.n.124.
Procuratoris mandatum ſpeciale non habentis, ſuper Spolio emanata, non nocet Domino, p.a.c.12.n.212.
Procuratoris ſuper Spolio poteſt de ſtylo Rotæ à Domino revocari, etiam non docto de errore, p.2.c.12.n.211.
Sub nube colligenda debet ad Confitentis commodum intelligi, p.p.c.9.n.209.

Confirmatio.

Confirmatio Apoſtolica ſpatio triginta annorum præſumitur, p.3.c.5 n.355.

Conjecturæ.

Conjecturæ in materia intereſſe ſufficiunt, p.p.c.8.n.271.
Sunt medicatæ, & illis non eſt opus, ubi conſtat declara obligatione inſolidum in forma Cameræ, p.3.cap.5.n.393.

Conſanguinei.

Conſanguinei, & Affines non coguntur teſtificari contra Conſanguineos & Affines, & quando ſecus, p.p.c.11.n.138.

Conſenſus.

Conſenſus Caſualis, ſi Papa ex eo motus fuit ad penſionis reſervationem, debet probari, etſi poſtea fuerit derogatum regulæ de conſenſu, & quare, p.2.c.9.n.129.
Creditoris loco præſentis pecuniæ in deliberatione, an, & quando ſufficiat, p.p.c.15.n.115.
Debet intervenire loco præſentis pecuniæ in actu deliberationis, aliàs non relevat, ib.n.114.
Titularis in Penſionis reſervatione requiſitus non poteſt ſuppleri à Papa, & quando ſecus, p.3.c 9.n.127.

Conſequens.

Conſequens Qui vult, etiam vult omne neceſſarium antecedens, p.a.c.5.n.313.

Conſiſtentia.

Conſiſtentia in animo probantur Juramento, & conjecturis, ſicut ea, quæ ſunt difficilis probationis, p.p.c. 8. num. 275.

Conſtantinus Imperator.

Conſtantinus Imperator Eccleſiam in ſuo Lateranenſi Palatio Salvatori dedicavit, & alias Baſilicas Romæ condidit, p. 3. c.4.n.29.
Eccleſiæ Romanæ, ac Summo Pontifici Urbem Romam, & alias quamplurimas conceſſit, & donavit, ib. n. 30.
Imperium Romanum in Græcos tranſtulit, p. 3. c. 4. n 31.
In favorem Pupillorum, Viduarum, & ſimilium edidit privilegium, quod poſtea Juſtinianus in corpore Juris clauſit, p.1.c.4.n.33.

Conſtituens.

Conſtituens Debitor, & eo magis Tertius, eſt citandus ad videndum aſſociari, p 2.c 5 n 28.
Quid poſſit opponere in terminis ad dicendum contra, & videndum aſſociari, p.2.c.5.n.12.
Se nomine alterius poſſidere, transfert in eum veram, ac realem poſſeſſionem ib.n.4.
Se poſſeſſurum poſt mortem, nihil agit, p.2.c.5.n.49.
Se poſſidere rem incertam ratione quotæ, & loci, nihil agit, ibid. n. 56.

Conſtituere.

Conſtituere quis poteſt, ſe poſſeſſurum poſt mortem, ſi in conſtituto apponatur clauſula ex nunc, prout ex tunc, p. a. c. 5. n. 50.
Quis poteſt ſe poſſidere rem certam ratione loci, vel quotæ, p. 2. c. 5. n. 38.
Quis poteſt, ſe poſſidere rem incertam, dummodo poſtea certa reddatur, ib. n. 57.

Conſtitutarius.

Conſtitutarius non indiget alio mandato de immittendo, p. 2. c. 4. n. 4.
Quid opponere, & quomodo proteſtari debeat, ſi conſtituens jura producit ad probandas exceptiones, & quomodo Judex pronunciare ſuper admiſſione illorum, ib. n. 13.
Qui eſt negligens in apprehendendo poſſeſſionem actualem, & patitur illam ab alio occupari, non poteſt obtinere mandatum de aſſociando, & quando ſecus, p. 2. c. 5. n. 36. & 61.

Conſtitutiones.

Conſtitutiones Ægidianæ non ligant in caſibus, in quibus Statuta locorum particularia diſponunt, p. a. c.6 n.136.
Carpenſes non ligant extra Provinciam Marchiæ, ib.n.125.

Conſtitutum Poſſeſſorium.

Conſtitutum Poſſeſſorium Appoſitum ſuper omnibus bonis præſentibus, & futuris, operatur translationem poſſeſſionis conſtitutarium, p.2 c.1.n.59.
Aſſumit naturam contractus, & cui adiicitur ab eo regulatur, & intelligitur ſecundùm ſubjectam materiam p. a, c. 5. n. 45.
Debet continere certitudinem ab initio in particulari, & in univerſale, p.2.c.5.n.60.
Differt à Precario, & in quibus, & quid ſit conſtitutum, & quid Precarium, p.2.c. 5.n.20. & ſeq.
Eſt ſufficiens ad intentandum remedium recuperandæ ib. n. 30.
Eſt ſufficiens ad obtinendum mandatum de manutenendo, p. 2. c 5. n. 32.
Eſt ſufficiens ad probandum primum extremum in Salviano, ib. n 31.
Eſt ſufficiens ad probandum primum extremum in Spolio p.2.c.5.n 41.
In contractum ſimplicis Donationis poſitum, facit illam præſumi inter vivos, p 2. c. 5. n. 43.
In contractu ſimulato nihil operatur, p.a.c.5.n 53.
In quibus clauſulla conſiſtat, p.2.c 5.n.5.
Licet dicatur fictus modus traditionis, transfert tamen veram poſſeſſionem, ac manutenibilem, p.1.c.5.n.25.
Nihil operatur, ſi conſtat, quod conſtituens de tempore conſtituti ſibi non poſſideat, vel non poterat poſſidere, p. 2. c. 5. n. 48.
Non operatur, dum conſtituens remanet in poſſeſſione, niſi remanet jure familiaritatis, p 2.c.5.n 54.
Non operatur, dum Lex, vel Statutum, vel conſuetudo requirit veram, & actualem traditionem, p. a.cap. 5. n. 55.
Non operatur quicquam in triginta, ſex aliis caſibus, & in quibus, ib. n. 61.
Non probat poſſeſſionem ad favorem conſtituentis, p. a. c. 5. n. 41.
Non probat poſſeſſionem conſtituentis contra Tertium non habentem aliquam cauſam ab eo, p. 2.c.5.n 42.
Operatur translationem dominii, etiam in infantem ex ſtipulatione Notarii, p.2 c.5.n.27.
Operatur, ut conſtitutario competant omnia remedia poſſeſſoria, p.2.c.5.n.29.
Operatur, ut mandatum de aſſociando poſſit obtineri contra ſingularem Succeſſorem, & etiam mortuo conſtituente, p.2.c 5 n.33.
Operatur, ut mortuo conſtitutario continuetur poſſeſſio in ejus Hærede, ib. n. 39.
Operatur, ut poſſit agi ad traditionem actualis poſſeſſionis, obtineri mandatum de aſſociando, p. a. c. 5. n 34.
Poſitum in contractu nullo nihil operatur, p.2 c.5.n.46.c.52.
Poſitum in obligatione conditionali efficitur conditionale, ſed purificata conditione retro trahitur, & quando ſecus, ib. n. 47
Poteſt transferre poſſeſſionem in conſtitutarium, licèt titulus habilis, vel juſta cauſa non præcedat, p.2. c.5.n.24.
Probat inter contrahentes, & habentes cauſam poſterioremab eis, p.a.c.5.n.40.
Probat poſſeſſionem ad quoſcumque effectus p.2. c. 5. n.29.
Probat poſſeſſionem conſtituentis contra conſtitutarium, ſicut ad ejus favorem, p.2 c.5.n. 38.
Probat poſſeſſionem conſtituentis contra illum, & ejus hæredes, & habentes cauſam ab eo, etiam ſi ſint ſucceſſores ſingulares, ib n.37.
Transfert in conſtitutarium poſſeſſionem, etiam in incorporalibus, p.2.c.5.n.23.
Transfert omnem poſſeſſionem tam civilem, quàm naturalem, p.2.c.5.n.26.
Tribuit facultatem capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, ibid. n. 26.

Conſuetudo.

Conſuetudo an, & in quo differat à Stylo, & quid ſit, p. 1. c. 2. num. 96.
Loci, ſi adeſt certè, debet in primis attendi, ſi in conductione

Digitized by Google

ne oon eſt ſacta mentio penſionis, aut mercedis, p. a. c. 13. num. 51.
Sicut Praxis eſt rerum magiſtra, p.2.c. 13.n.86.
Vendendi ſub haſta, & voce Præconis præſcriptorum bona, cur inolevit, p.1.c.15.n 48.

Contemptus.

Contemptus Judicis magis, quàm læſio Juris, & Partis inſpicitur in Judicio ſummario revocationis Attentatorum, p.a.c.15.n.86.

Conteſtans.

Conteſtans Litem cum aliquo uti Procuratore, non poteſt deindè opponere, quòd non ſit talis, vel non poſſit agere p.1.c.5.n.38.

Continuata.

Continuata Eſt adjacentia ejuſdem naturæ par. 1. cap. 9. num. 193.

Continuatio.

Continuatio Præſumitur cum eiſdem qualitatibus, & retentis iiſdem terminis, p.1.c.9. n.105.

Contractus.

Contractus Ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis, p 3 c.5.n.392.
Omnes ſunt de Jure communi, ideò quod provenit ex contractu, provenit à Jure, p 3.c.5.n.315.

Contradictor.

Contradictor De facto per citationem neceſſariam non eſt legitimus, & quis dicatur contradictor de facto, p.2.c.7.n. 67. & ſeq.
Legitimus eſt, qui fuit immiſſus, quando unus ex proviſis Apoſtolicis venit per reſignationem unus, & alter per obitum alterius, p.3.c.1.n.43.
Legitimus non eſt, qui non venit ex eadem vacatione, nec ex eodem fonte à Sede Apoſtolica, p.3 c.1.n.42.
Reliqua vide in Verbo Legitimus Contradictor.

Contrahens.

Contrahens cum Vidua, ante conſummatum matrimonium per copulam carnalem, eſt capax penſionis, p.2.c.9. nu. 72.

Contraventio.

Contraventio eſt, parte citata, probanda contra eum, qui in litteris Apoſtolicis commiſit, p.2.c.8.n.165.

Contumacia.

Contumacia examinare volentis ſi fuit bis accuſata, non poteſt concedi ad examen, ſine nova intimatione, p.1. c. 11. n. 15.
In reſpondendo poſitionibus ſemper purgari re integra, ante concluſum in cauſa, & Sententiam latam, p 1.c.10.nu. 107.
Non comparentis hora intimata una cum teſtibus examinandis, quando, & quomodo accuſetur, p. 1. c. 2. n. 24. & c. 11 n. 14.

Contumax.

Contumax fictus poteſt appellare infra decem dies à dies habitæ notitiæ, & quia ſit fictus contumax, p.1.c.13.n.127.
In non veniendo in Rota, Curia, & Statu Eccleſiaſtico poteſt appellare infra decem dies à die latæ Sententiæ, ibid. num. 125.
In reſpondendo poſitionibus habetur pro negante, vel confitente, prout ei deterius eſt, p.1.c.10.n.88.
In reſpondendo poſitionibus in Rota non repellitur à limine, p.1.c. 10.n.78.
In reſpondendo poſitionibus non habetur pro confeſſo, libello inepto exiſtente, p.1.c.10.n.97.
In reſpondendo poſitionibus quando habeatur pro confeſſo etiam in tribunali A.C.p.1.c.10.n.105.
Notorius poteſt excommunicari, abſque alia monitione, p.1.c.14.n.248.
Verus regulariter non appellat, & quia ſit contumax verus, p.1.c.13.n.123. & ſeqq.

Conveniendus.

Conveniendus actione perſonali de mendacio convictus non perdit poſſeſſionem, p. 2.c.2.n.21.
Actione reali negans, ſe poſſidere, de mandato convictus, quando non perdat poſſeſſionem, ibid n.22.
Actione reali negans, ſe poſſidere, ſi convincitur de mendacio, amittit poſſeſſionem, & actor poteſt petere immitti in poſſeſſionem, tanquam vacantem, p. 2.c.2. n. 20.
Actione reali, ſi actor dubitet, poteſt interrogare, an, & pro qua parte, & quo titulo poſſideat, p 2.c.2 n.19.
In petitione hæreditatis poteſt interrogari, an, & pro qua parte, & quo titulo poſſideat, ibid. num. 15.
In treſdecim aliis caſibus ſignanter poteſt interrogari ante litem conteſtatam, p.2 c.2.n 23.
Uti Hæres poteſt interrogari, an, & pro qua parte ſit Hæres, & quare, & quando, ibid.n.17. & ſeq.

Conventus.

Conventus ex cauſa donationis non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, p.1.c.14.n.333.
In Salviano liberatur per oblationem crediti, p.a. c.6. n.103.

Conversi.

Converſi nuper ad fidem, ſicut etiam Cruce ſignati ſunt perſonæ miſerabiles, p.3.c 4 n.63. & ſeq.

Copia Copiæ.

Copia Copiæ cum adminiculis, & conjecturis probat, p. 1.c.12. n. 227.
Probat parte non opponente, ib. n. 226.

Copia.

Copia commiſſionis præſentata Præfecto Signaturæ, vel Regenti Cancellariæ, ſi producatur coram Judice à quo, excuſat à deſertione, & quando, p.1.c.13.n. 86.
Vide in Verbo Præſentata.
Inſtrumenti probat ſtante illius obſervantia, p.3.c.5.n.396.
Inſtrumenti tradita à Notario rogato, & ab illo extracta probat abſque compulſoria, p.1.c.12.n.186.
Proceſſus compulſorialis debet collationari cum ſuo originali, & obſignata, & clauſa ad Curiam tranſmitti, ibi. num. 223.

Corona.

Corona inſtar pilei in captivi capite poſita, olim denotabat illum venundari, p.1.c.15.n.32.

Cortona.

Cortona Metropolis Turreniæ, Corſitorum Sedes, patria Dardani conditoris Trojæ, Corſiti nomine decorata, p. 1. c. 15. n. 43.

Credens.

Credens abſolutionem obtentam eſſe ſufficientem, vel non convenire pactis, excuſatur à perjurio, p.1.c.8.n.89.

Credere.

Credere hodie unum, & cras aliud, quis poteſt in facto alieno, abſque incurſu perjurii, ſecus in facto proprio, p. p. c. 10. n. 40.

Creditor.

Creditor an ex ſuſceptione termini poſſit damnum pati nec ne, Judex pro ſuo arbitrio judicabit, p.1 c.14.n.85.
Exigens ab Hærede beneficiato ad computum ſui crediti cenſetur inventarium approbaſſe, ſi fuerat in illius confectione citatus, p.1.c.9. n. 182.
Immiſſus in Salviano, poſtquam eſt ſatisfactus de credito ex fructibus tenetur reſtituere Debitori bona, in quibus fuit immiſſus, p.2.c.6. n.97.
In Defectum aliorum oblatorum admittitur ad licitandum p.1 c.15.n.137.
Creditor jus ſibi dicens in bonis Debitoris, propria auctoritate amittit creditum, p.2.c.11.n.72.
Non poteſt eſſe Curator, ſicut nec etiam id poteſt debitor, p.1.c.5.n.101.
Pauper obtinet reductionem termini 30. ad 20. vel 15. dies, & quando, p.1.c.14.n.12.
Poſt omnes etiam ipſe admittitur ad licitandum, & poteſt ei plus offerenti pignus deliberari, p.1 c.15.n.136.
Qui obtinuit mandatum, ſi non vult procedere per viam Sequeſtri, poteſt procedere per viam executionis, p 1. c.14. n.52.
Satisfactus in Salviano, nolens reſtituere bona debitori, dicitur ſpoliare, & tenetur actione ſpolii, p. 2. cap. 6. num. 98.
Si debitor non declarat, poteſt in actu receptionis declarare, in quam cauſam recipiat, ſecus ex intervallo, p. 1. c.8.n. 247
Si pretium ſolutum curſori non ſufficiat, recipit illud ad bonum computum, & quietat ſine præjudicio, p.1.c.5.n.17.

Creditores.

Creditores ac Legatarii in confectione inventarii ſunt citandi pro die, & hora certis, p.1. c.9. n. 47.
Certi ſunt citandi domi dimiſſa copia, incerti per affixionem & hoc ſufficit, p.1.c.9.n.50.
Citati in confectione inventarii non poſſunt allegare abſentiam, p.1.c.9.n.180.

Patris agentes contra Filium, non probata immixtione ſuc. cumberent, p.1.c.5.n.43.

Creditum.

Creditum cum hypotheca in Salviano probatur per Scripturas publicas & privatas, legitime recognitas, p.5.c.6.n.76.
Eſt fundamentum, Hypotheca verò Mater Salviani, p. 2. c. 6. n.75.

Cumulatio.

Cumulatio citationis ad dicendum contra, & videndum admitti ad cauſam, rectè procedit, etiam parte generalia opponente, p.5 c.4.n.17.

Curator.

Curator ad certam litem, vel actum debet ſatiſdare, etiam de Stylo Tribunalis A.C.p.1.c.5.n.57.
Ad lites dari non poteſt ei, qui non poteſt citari, p. 5. c. 5. num.81.
Ad lites datur etiam furioſo, & Mentecapto, p.1.c.5. n 87.
Ad lites debet jurare, eum cui datur, indefenſum non relinquere, p.1.c.5 n.76.
Ad lites debet promittere nil'la facere, & alia, propt tenetur, ibid. n. 75.
Ad lites debet ſatiſdare, p.1.c 5.n.77.
Ad lites de Stylo Rotæ non ſatiſdat, Ibid n. 58.
Ad lites furioſo, & ſimilibus poteſt dari, citatis Proximis & ſervatis aliis de jure, ac ſtylo ſervandis, p.1.c.5.n.90.
Ad lites non datur, niſi petenti, p.1.c.5.n 79.
Ad lites poteſt id, quòd Tutor, non tamen hæreditatem adire, p.1.c.5.n.84.& n.115.
Ad lites Pupillo datus non poteſt facere ea, quæ pupillus non poteſt, niſi auctore Tutore, ib.n.67.
Ad lites quando deputatur, debet eſſe præſens, p. 1. c. 5. num. 74.
Dandus eſt etiam prodigo ad inſtantiam agere volentium, p. 1. c. 5.n 95.
Datur furioſo, & Mentecapto etiam ad inſtantiam Proximorum, cauſa cognitâ, p.1.c.5.n.89.
Datur Ventri, & bonis ventris nomine etiam ad Inſtantiam mulieris prægnantis, p.1.c 5.n.85.
Deputatur in Tribunali A.C. ſervatis quatuor terminis ad declarandum, an velit eſſe Hæres, p.2.c.3. n. 50.
Hæreditati, & bonis Defuncti deputatur, & quando, & quomodo, p.1.c.5.n.14.& 18.120.
Hæreditati jacenti datur, citato non declarante, an ſit, vel velit eſſe hæres, p.1.c 5.n.3.
Hæreditati jacenti datur, citatis prætendentibus in hæreditate decedenti in Curia, & non comparentibus ad acceptandum, vel repudiandum, p.1.c.5.n.13.
Hæreditati jacenti ſat eſt quoddeur ad inſtantiam majoris partis eorum, qui agunt in proceſſu, p.p.cap.5. n. 47.
Hæreditati jacenti ſolet deputari, ſervatis quatuor terminis contra Actorem ad lites deputarum ad declarandum an Minores, vel pupilli ſint Hæredes, & eis non declarantibus, p.1.c.5.n 10.
Inventarium conficere debet, ſi habet adminiſtrationem, ſecus, ſi datur ad certam litem, vel actum, par. 1.c. 5. num. 56.
Prodigo datur cauſa cognita, & quomodo, p.p. c. 5. n.97.
Quid debeat promittere in actu deputationis, & quid ejus fidejuſſor, p.1.c.5.n.59.
Si detur hæreditati jacenti, qui ſunt citandi in ejus deputatione, & quomodo, p.1.c.5 n.49.

Curatores.

Curatores qui eſſe non poſſunt remiſſivè, p.p.c.5.n.118.

Curia Romana.

Curia Romana cognoſcit de juriſdictione, quando eſt de ea contentio inter Eccleſiaſticum, & Sæcularem, p. 3. c.1.n. 158.
Romana eſt caput Eccleſiæ ob ejus præeminentiam, p. 3. c. 1. n. 157. & ſeq.
Romana eſt eidem, quod Sedes Apoſtolica, p.3.c.1. n.159.
Romana ibi eſt, ubi eſt Papa, p.3.c.1.n.163.
Romana venit appellatione Curiæ ſimpliciter prolatæ per anthonomaſiam, p.3.c.1.n.151.

Curiæ.

Curiæ ſub nomine qui ſint cenſendi, p.3.c.1.n.154.

Curia.

Curia obſervat ut citetur unico contextu ad concludendum in cauſa, & ad ſententiam, p.1.c.8.n.153.
Quid ſit, & unde dicatur, p. 3.c.p. n. 152. & n. 154.
Quomodo in facultatibus A.C.accipitur, p.3. c.1. n. 150.
Quot, & quibus modis ſumatur, p.3.c.1.n.149.

Curiales.

Curiales, ac gaudentes privilegio l. unicæ in partibus conventi, etiam in prima inſtantia, poſſunt cauſas, prævia avocatione, coram A.C. introducere, p.3.c.4.n.3.
Ac ſequentes Romanam Curiam, non acquirunt in Urbe domicilium, & quare, p.1.c.7 n.67.
Beneficia obtinentes ex diſpoſitione Concilii ratione beneficiorum remanent ſubjecti ordinariis locorum, p.1.c.1.n. 45.& p.3.c.4.n.183.
Curiales Clerici, beneficia non obtinentes ſunt exempti à juriſdictione ordinarii, & gaudent privilegio Eugenianæ, p.3.c.4 n.184.
Pro majori parte non ſunt graduati, ibid.n.169.
Unde dicti fuerint, p.3.c.1.n.153.
Urbis in Eugeniana comprehenduntur ſub appellatione Officialium, p.3 c.4 n 159

Curialis.

Curialis actor ſequitur forum rei, p.3 c.4.n.174.
Conteſtando litem in partibus, etiam per Procuratorem habentem mandatum cum libera, amittit privilegium, ib. n. 177.
Ex quibus dicatur acquirere domicilium in Urbe, p.1.c.7.n.68.
Gaudens privilegio Eugenianæ confert illud litis conſortibus, p.3.c.4.n.171.
In partibus conventus debet opponere privilegium Eugenianæ ante litem conteſtatam, p.3.c.4.n.176.
Intentans remedium l. diffamari, ſi non docet de ſua poſſeſſione non gaudet privilegio Eugenianæ, p.3.c.4.n.178.
Licet ex conjectutis dicatur acquiſiviſſe in Urbe incolatū, non tamen eſt ſubjectus foro capitolino, p p.c.7.n.69.
Non poteſt virtute Eugenianæ conveniri, niſi in curia, p. 3 c. 4. n. 2.

Curſor.

Curſor ad quem ſpectat, recipit, & adnotat tres oblationes à tergo mandati, & conficit cedulam ſubhaſtationis p.p.c.15.n. 5.
Affigere poteſt citationis copiam ad valvas domus, ſi in domo citandi nemo adſit; vel qui adeſt nolit aperire, p. p. c. 1. n. 135.
Cautius facit ſi refert affixiſſe, publicaſſe, & alia feciſſe, prout habuit in mandatis, p p.c.3.n.87.
Exequitur monitorium perſonaliter, & illud ſubſcriptum reproducit in actis, p.2 c.14 n.4.
Referens ſe feciſſe citationem, cenſetur de Stylo curiæ feciſſe perſonaliter, licet non exprimat, p.p.c.13. n.536.

Curſori.

Curſori quid ſolvendum pro cedula ſubhaſtationis, p. p. c. 15.n 11.

Curſoris.

Curſoris Papæ ſubſcriptioni factæ in pede citationis creditur circa executionem illius, p.1.c.2.n.76.

Curſores Papæ.

Curſores citationes intus domus Indiſtinctè per rimulas Oſtii domus immittunt, p.p.c.1.n.137.
Copiam citationis nunquam legibilem Domi relinquunt, eum tamen legibilis ſit de Jure, & ex conſtitutionibus eſſe debeat, ib. n. 142.
Non poſſunt citare perſonaliter, vel domi dimiſſa copia poſt tertiam horam noctis, per affixionem verò, niſi in die, p.1.c.1.n.143.
Vix copiam citationis per rimulas Oſtii domus de ſerò immittunt, & abeunt, & illam in Oſtio Vicini non ſemel relinquunt, p.p c.1.n.141.

D

Data.

DAta ſola non probat antiquitatem, & quando ſecus, p. 1.c.12.n.205. & 208.

Debitor.

Debitor aliquando ad evitandas expenſas executionis dapunit pignora in Officio actuarii, p.5.c.15.n.29.
Ante quam capiatur, citari debet ad cavendum de ſolvendo in fine termini, & quando, p.1.c.14.n.83.

Carce-

Carceratus, ſi eſt miſerabilis, poteſt, docto de paupertate, citare Adverſarium ad præſtandum ſibi alimenta, p. 1. c. 14. n. 67.
Citatus in Tribunali A.C. non tenetur hodie cavere de ſolvendo in fine termini, & quando ſecus, p p. c. 14. n. 181.
Eximitur è Carceribus, Creditore non præſtante alimenta taxatas à carcerum Præſide, p. 1. c. 14. n. 69.
Habens terminum ad ſolvendum, tenetur cavere ad ſolvendo in fine termini etiamſi ſit ſolvendo, ſecus ſi ſit valdè dives, p. 1. c. 14 n. 81. & 84.
In cauſis Penſionum poteſt excommunicari pro quolibet termino non ſoluto, etiam infra ſumma ſcutorum vigintiq. p. 1. c. 14. n. 58.
In termino ad deliberandum poteſt excipere, & deducere quidquid vult, & adire Signaturam, p. 1. c. 15. n. 22.
Non poteſt eſſe Curator, p. 1. c. 5. n. 101.
Omni remedio deſtitutus, ſi habet pecunias in promptu, poteſt illas tradendo Executori, evitare Executionem, p. 1. c. 14. n. 361.
Qui aliquo modo non conſentit in mandatum, non poteſt via executiva conveniri, p. 1. c. 1. n. 60.
Carceratus, qui non eſt ſolvendo, ſolet à viſita, vel carcerum Præſide obtinere dilationem, parte citata, p. 1. c 14. n. 64.
Qui non eſt in mora conſtitutus, non tenetur ad expenſas factas in redigendo inſtrumentum in publicam formam & quando ſecus, p. 1. c. 4. n. 45.
Repertus ab executoribus ducitur ad carceres, & non relaxatur donec &c p. 1. c. 14 n 63.
Suſcipiens terminum coram diverſis judicibus: citandus eſt ad videndum moderari, p. 1. c. 14. n. 8.

Decanus.

Decanus cameræ mandat ſuperſederi in cauſis cameralib. & quando, & quomodo, p. 3 c. 5. n. 148.
Reliqua vide in verbo Camera, & in verbo Clerici cameræ.
Rota mandat ſuperſederi in cauſis rotalibus, & quando, & quomodo, p. 3. c. 5. n. 145. & ſeq.
Vide in verbo Auditor, & in verbo Auditores Rotæ.
Sacri Collegii Cardinalium quam juriſditionem habeant in curia in ſecunda, & ulteriori inſtantia, p. 3. c. 5. n. 182.

Deciſio.

Deciſio in cauſa Romana Salviani primi Julii 1619. coram bonæ memoriæ Manzanedo, loquitur de Aegidiana, non de Eugeniana p. 3. c. 4. n. 185.
Juris canonici quando ſit attendenda etiam de jure civili, & ècontra p. 1. c 3. n. 64 & ſeq.
Putei 389. l. 2. eſt mendoſa, & ob id animadverſio Scacciæ confunditur, p. 1. c. 13. n. 677.
Rotæ Romanæ habet vim communis opinionis p p c. 2. n. 54.
Rotæ 72. p. 2. diverſ in quibus terminis procedat p. pr. c. 9. n. 116. & ſeq & n. 180. & ſeq.

Deciſiones.

Deciſiones in Rota fiunt diſputato dubio, parte citata, & intimata p. 3. c 5. n. 122.
Rotæ plures ſuper conceſſione Remiſſoriæ, emanarunt, p. 1. c 12. nu. 77.
Rotæ 72. p 2 diverſ & in Romana fructuum dotis coram bo. me. Seleucien. procedunt in iiſdem terminis p. p. c. 9. n. 122.

Declaratio.

Declaratio Judicis non requiritur in perſonis miſerabilibus declaratis, ſecus in non declaratis p. 3. c. 4 n. 72.

Declarationes.

Declarationem congregationis Concilii habent vim legis & faciunt Jus, ſicut ipſi Sacri Canones p. p c 7. n. 83.
Congregationis concilii ligant in utroque foro etiamſi non ſint publicatæ p. p. c. 7. n. 83.
Reliquarum congregationem æquiparantur declarationibus congregationis concilii; ib. n. 85.

Declaratoria.

Declaratoria Fertur contra negligentem parere litteris Apoſtolicis, ſervatis quatuor terminis p. 2. c. 8. n. 163.

Declaratoriæ.

Declaratoriæ Non conceduntur contra Epiſcopos, Prælatos, & Magnates, etiam in ſubſidium Juris, & quando ſecus p. p. c. 14. n. 276.
Relaxantur, & expediuntur, & ceduloni, elapſis tribus diebus in Decreto contentis, affiguntur p. 1. c. 14. n. 269.

Declaratus.

Declaratus Qui poſt decem dies à die affixionis ceduloni non paruit, citatur ad videndum aggravari, p. 2. c. 8. n. 34.

Declinatoria.

Declinatoriam Opponens debet proteſtari, & quomodo, p. p. c. 7. n. 52.
Reliqua vide in verbo Exceptio declinatoria.

Decreta

Decreta definitiva tranſeunt in judicatum quoad partem, non quoad Judicem p. p c. 13 n. 370.
Etiam definitiva in curia feruntur omnia ferè ſub conditione, niſi & valent de Stylo præſcripto, p. 1. c. 2. n. 78.

Decretum.

Decretum ad effectum executionis debet juſtificari ex eiſdem actis, ſed effectum confirmationis poteſt juſtificari etiam ex noviter deductis, p. p. c 6. n 39. & c 13. n 501.
Admiſſionis ad cauſam cum clauſula docto de intereſſe niſi poſtea de illo doceatur, non ſufficit p. 2. cap. 4. n. 114.
Admiſſionis Jurium, & ejus formula, p. 1. c. 2. n. 12.
Admiſſionis Jurium, & extenſionis formæ Cameræ, & ejus formula, p. 1. c. 2. n. 59.
Ad tollendas exceptiones poteſt juſtificari per novam productionem per viam replicationis, p. 1. c 6. n 40.
Camerale non ſuffragatur Subinquilinis, p. 2. c. 13. n. 60.
Decerni extra Tribunal A.C. non requiritur de neceſſitate, p. 1. c. 6. n 33. & p 3. c. 5. n. 158.
Decerni niſi infra tres Tribunali A. C. eſt omninò neceſſarium ex inveterato Stylo, & quid dicta verba ſignificent, p. 1. c 6. n. 27.
Decerni non eſt de eſſentia, ſi debitor conſenſit in mandatum unica &c. p. 1. c. 6. n. 31.
Decerni non eſt neceſſarium, quando Debitor ſe obligavit in forma Guarentigiæ, p. 1. c. 6. n. 32.
Decerni non requiritur in cauſis ſcutorum 20. & ab inde infra p. 1. c. 6. n. 34.
Extendi formam Cameræ, non ſufficit, niſi re vera fiat extenſio, ſecus de Stylo, p. 1. c. 2. n. 171.
In Camera, Inſtante Anno Sancto fieri ſolet, nè uſque ad certum tempus penſiones augeri, nec Inquilini expelli Valeant p. 2. c. 13. nu. 57.
Irritans operatur, quòd conſtitutio, ſuper qua eſt appoſitum, non poſſit impugnari ſub prætextu, quod non ſit uſu recepta p. 3. c. 4. n. 189.
Judicis in admiſſione ad cauſam eſt omnino neceſſarium, p. 2. c. 4. n. 113.
Judicis requiritur, tam in Subhaſtationa, quam in deliberatione, p. 1. c. 13. n. 107.
Judicis ſuper avocatione poſſeſſionis, & appoſitione ſequeſtri, & ejus formula p. 2. c. 12. nu. 73.
Judicis ſupplet defectum ſolemnitatum in Inventario, p. 1. c. 9. n. 140.
Niſi ad p. d. intelligitur de die utili, ſed niſi infra duos, vel ultra, intelligitur de currentibus, p. 1. c. 6. n. 47.
Niſi infra tres videtur loco trinæ monitionis, vel unius pro tribus, & ad quid p. 1. c. 14. n 267.
Notoriè nullum, & injuſtum eſt, quod non juſtificatur ex actis, p. 1. c. 6. n. 38.
Notoriè nullum, & injuſtum nunquam tranſit in judicatum nec eſt exequendum, p. 1. c. 6. n. 37.
Poteſt à Judice ante, & poſt inchoatum inventarium, & tam in principio, quàm poſt principium vel in fine illius, validè interponi, p. 1. c. 9. n. 23 & 178.
Poteſt de Stylo extendi in pede citationis Actoris ad Rei favorem p. 2. c. 4. n. 24. & p. 3. c 2. n. 19.
Relaxationis mandati non eſt actus de ſui natura contrarius productioni, & admiſſioni Jurium, p. 1. c. 8. n. 160.
Secundum transfert dominium, & poſſeſſionem, & ex eo immiſſus facit fructus ſuos, p. 1. c. 6 n. 71.
Sequeſtri, ſub prætextus metus Armorum, eſt injuſtum ſi in actis non conſtat de metu, aut rixa, p. 1 c. 12. n. 312.
Super electione Peritorum quomodo interponi poſſit, p. 1. c. 8. n 142.
Tranſit in judicatum, quoad partem non quoad Judicem, & quando ſecus, p. 1. c. 13. n 60.

Decreti.

Decreti Judicis interpoſitio per neceſſe arguit ejus præſentiam, p. 1. c. 9. n. 175.

Decreto.

Decreto Super electione Peritorum interpoſito, an, & quando poſſit ad ulteriora procedi, p. 1. c. 8. n. 143.

Deſe-

Digitized by Google

Defectus.

Defectus Cauſæ ſicut reductio ad non cauſam, impedit executionem obligationis cameralis, p. 1 c. 8 n. 189.

Cauſæ ut proſit debere eſſe evidens, & verſari circa cauſam finalem, p. 1. c. 8. n. 190.

Citationis ad videndum jurare Teſtes, dum eſt turbidus ſanatur per commiſſionem cum clauſula Arbitrio, p. 1. c. 11. n. 42.

Citationis ad videndum jurare teſtes, quando obiici non poſſit contra examen, p. 1. c. 11. n. 44.

Citationis ad videndum jurare teſtes, quando minimè obſtet p. 1. c. 11. n. 43.

Citationis, ad videndum jurare teſtes, ſuppleri poteſt ex præſentia Partis in monitione judicis, p. 1. c. 11. n. 45.

Citationis eſt inſanabilis, p. 2, c. 15. n. 107.

Citationis ſanatur per comparitionem citati, vel ejus Procuratoris, & quare, p. 1. c. 13. n. 354.

Citationis vide in verbo, Citationis defectus.

Enunciationis duorum teſtium in Inventario apud acta ex decreto, authoritate, & præſentia Judicis ſuppletur quoad Citatos, p. 1. c. 9. n. 93.

Defectus Executionis monitorii ſuppletur ex ſcientia, p. 2, c. 4. n. 40.

Intimationis vide in verb. Intimationis defectus.

Juriſdictionis ſanatur per prorogationem illius de conſenſu, & quando, p. 1 c. 13 n. 355.

Mandati aliquando ſanatur per ratificationẽ, p. p. c. 13. n. 364

Mandati ſanatur conjecturis, & quando maximè, p. 1. c. 13, num. 358.

Poteſtatis in Papa non admittitur, p. 1. in Præf. n. 38.

Subſcriptionis Hæredis, & trium teſtium, loco Abſentium, in Inventario apud acta ſuppletur ex Autoritate, & præſentia Judicis, p. 1. c. 9. n. 91.

Trium teſtium, loco Abſentium, in Inventario ſuppletur ex præſentia Judicis p. 1. c. 9. n. 80.

Defendere.

Defendere Quid ſit, & in quo ſit durior conditio Procuratoris, ſeu Defenſoris, quàm Domini, p. p. c. 14. n. 330.

Defenſor.

Defenſor Vide in verb. Procurator.

Delegatio.

Delegatio Carens acceptatione, & requiſitis neceſſariis non relevat p. 3. c. 53. n. 405.

Deliberatio.

Deliberatio Ad favorem novi Oblatóris; poſt terminum plus offerentis, quando fieri poſſit, p. 1. c. 15. n. 126.

Debet fieri ad favorem ultimi, & majoris Oblatoris, aliàs non valet, p. 1. c. 15. n. 125.

Eſt pars Subhaſtationis, & harum una ſine altera non ſubſiſtit, p. 1 c. 15. n. 108.

Facta penultimo, & ſic ſecundo Oblatori, ſi tertius, & ultimus renunciavit oblationi factæ, eſt nulla p. 1. c. 15. n. 133.

Novo Oblatori poſt terminum, abſque nova citatione, & novo decreto, non valet, p. 1. c. 15 n. 123.

Valet abſque alia æſtimatione, ſi non conſtat de magno exceſſu inter juſtum pretium, & illud, pro quo fuit facta ſubhaſtatio, p. 1. c. 15. n. 143.

Depoſitum.

Depoſitum Julii unius an, & quando cum oblatione reſidui facta liquidatione, ſufficiat, ut poſſit ad ulteriora procedi, p. 1. c. 13. n. 615. & p. 2. c. 14. n. 165.

Julii unius, cum oblatione, & fidejuſſione ſolvendi reſiduum, facta liquidatione, ſufficit in expenſis, & Judiciis non privilegiatis, p. p. c. 4. n. 570.

Julii unius cum oblatione reſidui, facta liquidatione, non relevat in materia Attentatorum, p. 2. c. 15. n. 68.

Julii unius, cum oblatione ſolvendi reſiduum, ſufficit, in expenſis extrajudicialibus, p. p c. 13. n. 615. & p. 2. c. 14 n. 167.

Julii unius, cum oblatione ſolvendi reſiduum, ſufficit quoad damna, de quibus non conſtat, & expenſas extrajudiciale, quas Attentans ignorat, p. 2. c. 15. n. 69

Non judiciale, vel non liberum, vel ubi non intervenit delegatio, non relevat ad cenſus extinctionem, p. 3. c. 5. num. 367.

Obtinetur in Signatura ab eo, qui reſcriptum favorabile reportat, & quando, p. p. c. 13 n. 58.

Purum, & ſimplex habet vim ſolutionis, p. 3. c. 5. n. 340.

Deputatio.

Deputatio Curatoris hæreditati jacenti non valet adita hæreditate, niſi Hæres citetur ad declarandum p p c. 5 n. 55.

Curatoris in Tribunali A.C. fit ſervatis quatuor terminis ad declarandum, p p. c. 5. n 52.

Derogari.

Derogari Feriis generalibus quando ſoleat in cauſis commiſſis Prælatis extra Rotam, p. p. c. 13. n. 411.

Derogatio.

Derogatio Quamvis generalis, & ampliſſima non comprehendit facultates ex contractu, & titulo oneroſo, p. 3. c. 5. n 300.

Deſcriptio.

Deſcriptio Alicujus pro Creditore in libro Mercatoris, qui ſit ſolvendo, habet vim ſolutionis, p. 3. c 5. n. 342.

Bonorum, & jurium, ac actionum in Inventario requiritur, p. p c. 9. num. 56.

Facta ab Uſufructuario prodeſt Proprietario, p p c. 9. n. 134.

Deſcriptiones.

Deſcriptionis Bonorum omiſſio ſine dolo non præjudicat, p. p. c. 9. n. 58.

Deſertio.

Deſertio Locum non habet, cauſa appellationis infra terminum Juris commiſſa, etiam ſi pro Apoſtolis non ſit reditum dummodo illi fuerint petiti, p. p. c. 13. n. 671.

Detentatio.

Detentatio & inſiſtentia tantùm, ſeu Poſſeſſio de facto, ad effectum manutentionis attenditur, p. 2. c. 12. n. 134.

Devolutio.

Devolutio Cauſæ ad Curiam, vel ad Sedem idem ſignificat, p. 3. c. 5. n. 161.

Deus.

Deus ab initio Mundi Jeſum Chriſtum ejus filium verum Deum, & hominem, ex Virgine naſciturum declaravit, p. p. in Præfat. n. 7.

Citavit Adam p. p. in Præfat. n. 7.

Ædificavit coſtam in mulierem, p. p. in Præfat. n. 5.

Miſit Jeſum Chriſtum ejus filium, p. p. in Præfat. n. 12.

Præcepit Adæ, nè comederet de ligno ſcientiæ boni, & mali p. p. in Præfat. n. 9

Præcepit, non inferri malum, ſed benè fieri pupillis, Viduis, & miſerabilibus perſonis, & ſignanter in judiciis p. 3. c. 4. n. 33. & ſeq.

Sententiam contra Adam, Evam, & Serpentem tulit, & ſingulis pœnas inflixit, p. p. in Præfat. n. 8 & n. 10.

Sententiam inappellabilem ſtatim contra Adam, & Angelos reprobos executioni mandavit, p. 1 c. p. n. 7.

Dictio.

Dictio Aliàs comprehendit ultra, & diverſa ab expreſſis etiam omiſſa p. p. c. 2. n. 165.

Autem corrigit, & adverſatur præcedentibus, non ſequentibus, p. 3. c. 5. n. 337.

Donec, eſt de ſui natura limitativa, & determinativa temporis, p. 2. c. 6. n. 100.

Et cætera, comprehendit omnia, quæ ſunt de natura, & ſubſtantia actus, p p. c. 11. n. 91.

Quilibet eſt diſtributiva contra unumquemque in ſolidum, & quando p 3. c. 5 n. 378.

Dies.

Dies decem dantur ad inchoandam, non ad finiendam proſecutionem cauſæ appellationis, p. p. c. 13. n. 545 & n. 661.

Dies Feriati in honorem Dei, vel Sanctorum, & Creationis, & coronationis ſummi Pontificis habentur pro exceptuatis in clauſula cum facultate citandi ſingulis diebus, & horis p p c. 13. n. 408.

Interpellat pro Homine p. 3. c. 5. n. 450.

Diffamans.

Diffamans an, & quando poſſit conveniri remedio l. diffamari ſecundum Baldum p. 3. c. 3. n. 121.

Dum in termino præfixo agit, non eſt amplius tractandum de remedio l. diffamari, ſed agitur de bono Jure p. 3. c. 3. num: 95.

Errore, vel dolo, ſtatum, aut conditionem alicujus, cogitur agere, alias ei imponitur ſilentium, p. 3. c. 3. n. 105.

Eſt conveniendus coram Judice competente diffamati: alias poteſt ipſe diffamatum coram alio Judice competente ipſius diffamati convenire, p. 3. c 3. n 79.

Poteſt conveniri à diffamato in Judicio jactationis prævio monitorio p. 3. c. 3. n. 2.

Qui habet judicem ſuſpectum, poteſt illum in Tribunali

Digitized by Google

nali A. C. ſuſpectum allegare, p.3. c.3. nu.61.
Seu jactans impellit diffamatum ad remedium l. diffamari pro ſua defenſione intentandum, p.3. c.3. n. 50.
Tunc demum cogitur agere, ſi conſtat Judici ſaltem ſommariè de diffamatione, p.3. c.3. n.97.

Diffamatio.

Diffamatio an fuerit judicialis, vel extrajudicialis nihil intereſt, p.3. c.3. nu.101.
Debet in actis probari, p.3. c.3. n.98.
Extrajudicialis eſt probanda, ſi in monitorio, ſeù commiſſione jactationum adeſt clauſula, non tamen judicialiter illatarum, p.3. c.3. n. 102.
Non eſt probanda, ſi cum remedio l. diffamari cumulatur remedium l. ſi contendat, p.3. c.3. n.108
Non eſt probanda, ſi ſubeſt ſuſpicio calumniæ, vel juſta cauſa, p.3. c.3 n. 106
Seu jactatio propriè quid ſit, & quid minus propriè, p.3 c.3. n.48. & ſeq.
Seu jactatio quot, & quibus modis uſurpetur, & unde dicatur, p.3. c.3. n.43. & ſeq.

Diffamator.

Diffamator injuſtus delinquit, & qua pœna puniatur, p.3. c.3. nu.41.

Diffamatus.

Diffamatus habens plures Judices ordinarios, ſi coram uno judicium jactationum introduxerit, an poſſit à diffamante coram alio ex eis conveniri, p.3. c.5. n. 56.
Non eſt propriè Reus. p.3. c.3. n.69
Qui prævenit diffamantem coram Judice competente, etiam ſuper negocio principali, non poteſt coram alio ab eo conveniri; p.3. c.3. n.81

Differentia.

Differentia inter cives, & incolas non eſt, quoad privilegium fori, p.p. c.7. n.71

Differentiæ.

Differentiæ quot, & quæ ſint inter Sententiam definitivam & interlocutoriam, p.3. c.2. n.103

Difficultas.

Difficultas Probationis tunc adeſſe cenſetur, quando res non poteſt ad oculum demonſtrari, p.3. c. 2. n.197

Diffundi.

Diffundi ſit in Curia capitolina loco termini proſervato, p. p. c.8 n. 257
Fit ad primam diem juridicam, in qua ſi judex decretum non facit, expirat diffuſio p.p. c.8. n.258
Quid ſit, & quid monitio, p.p. c.8. n.257
Requirit præſentiam partis, de qua Notarius teſtatur in extenſione ipſius diffuſionis, p.p. c.8. n.259

Dignum.

Dignum magis trahit minus dignum, p.3. c.4. n.172

Dignus.

Dignus beneficio non eſt, qui mentitur in eo, quod eſt cauſa beneficii, p.p. c.14. n.339

Dilatia.

Dilatio ad reſpondendum datur dubitanti de veritate poſitionis, & quando ſecus, p.p. c.10. n.53
Ad reſpondendum datur dubitanti, quando poſitio continet factum alienum, vel antiquum, vel intricatum, Jurato de calumnia, aliàs ſecus, p.p. c.10. n.54
Bina præfigi debet diffamanti, una poſt aliam, ad probandum ut poſſit ei imponi ſilentium, p.3. c.3. n.91
Brevis ad jurandũ ſuper partibus obtineri poteſt, p.1 c.10 n.14
Conceſſa poteſt revocari ante ſententiam latam, vel mandatum expeditum, p.p. c.6. n.58
Congrua ad jurandum petenti dari debet, & quare, p.1. c. 10. n. 163
Datur ſecundum diſtantiam loci, præjudicialibus allegatis, & interim nihil poteſt innovari, p.1. c.8. n.145
Vide Allegatio præjudicialium.
In materia præſentatæ, uſu, & neceſſitate exigente, prorogatur ad tempus triginta dierum, & ſic triplicatur, p. 1. c.13. n.674
Legitimè impedito, qui actum expedire non potuit, eſt duplicanda, p.1. c.13. n.673
Quatuor menſium Debitoribus à Lege data poteſt à Judice prorogari, & arctari ex cauſa, p.1. c.14. n.79
Quæ detur citato ad docendum de præjudicialibus in partibus, p.p. c.8 n.144
Secunda non eſt neceſſaria, quando prima monitio, ſeù præfixio eſt facta cum comminatione, p.3. c.3. n. 95.
Secunda non eſt neceſſaria, ſi monitus, ſeu citatus dixit nolle agere, p.3. c.3. n. 92
Secunda, ſeu monitio non requiritur, ſi Judex terminum ad agendum ultra annum præfixit, p.3. c.3. n.94
Seù terminus ad ſolvendum quid ſit, p.p. c.14. n. 78
Triginta dierum olim Cenſuræ appellata hodie, & poſt Pii V. Reformationem, Terminus nuncupatur, p.p. c.14. n.98

Dilatione.

Dilatione Pendente officium Judicis conquieſcit, p. p. c. 6. n.37. & c.53. n.201

Dilationes.

Dilationes, & Exacerbationes pendent ab arbitrio Viſitæ, & Prandis, à quorum decretis non datur appellatio, p. p. c.14. nu.66

Dilationis.

Dilationis Revocatio debet eſſe expreſſa, aliàs non relevat, & quando ſecus, p.p. c.15. n.156

Diligentia.

Diligentia Appellandi viva voce poteſt prodeſſe, & aliquando obeſſe, ideò Patronus appellantis ſit cautus, p. p. c.13. n.140
Qualibet in termino ad cauſam committendam ſufficit appellanti in Curia, p.p. c.13 n.659. & ſeq.

Diligentiæ.

Diligentiæ Ad evitandam deſertionem ſunt ſufficientes, ſi Præfectus Signaturæ, vel regens Cancellariæ fuit aditus, & exhibita fides alterius eorum, vel Prælati ſignaturæ, vel Reviſoris, quod commiſſio fuit, in tempore præſentata, p.p. c.13. n.663
Vide in Verbo præſentata.
Diligentiæ Fiunt per duos Curſores, quod eſt cautius, licèt Rota tenuerit, poſſe fieri per unum, p.p. c.4. n.31
Ut poſſit procedi ad excommunicationem in Juris ſubſidiũ, debent fieri in locis deſtinatæ ſolutionis, p.p. c.14. n.272

Diſcutienda.

Diſcutienda in petitorio non habentur in conſideratione in materia manutentionis p.2. c.12. n. 547

Diſdicta.

Diſdicta Societatis officii, & ejus formula, & reproductio p.p. c.6. nu.15.
Societatis officii, & tranſlatio, nec non nominatio periculi vitæ, debent fieri in actis Notarii rogati de Societate, & quando ſecus p.p. c.6. n.17

Diſpoſitio.

Diſpoſitio cap. oblatæ, de appell. non habet locum in Curia, & quare, p.p. c.7. n.137. & c.13. n.684

Diſtrictuales.

Diſtrictuales ſub Statuto Urbis fuerunt judicati, qui habitarunt in Diſtrictu decem, & octo annis p.p. c.13. n.652

Doctores.

Doctores qui moventur iiſdem juribus, auctoritatibus, & rationibus, non ſunt varii, licèt in cortice diverſimodè loquantur p.p. c.11. n 47

Doctrina.

Doctrina Bart. in l. in teſtamen ff. de fideic. libert. magis communiter reprobatur, p.2. c 11 n.103

Dolus.

Dolus Eliditur ex ætate decrepita, & bona qualitate perſonæ, & debet clarè probari, p.p c.9. n.183
Præſumitur ex conjecturis ex aperitione, & diſſigillatione Sacculi à Depoſitario facta, p.3. c.5. n.192

Domicilium.

Domicilium Poteſt eligi ad libitum p.p. c.4. n.7
Romæ faciliùs contrahitur, quàm alibi, p.p. c.7. n.66

Domicilii.

Domicilii Electio quando non ſit neceſſaria, p.p. c.4. n.6

Dominus.

Dominus etiam civiliter tantùm poſſidens, poteſt, finita locatione, rem locatam propria auctoritate, etiam lite pendente, occupare, p.1. c.13. n.30
Expellendo Colonum non cadit à jure ſuo, p. 2. cap. 13. num. 31.
Inquilino ſublocare volenti, non poteſt, ſine juſta cauſa, denegare conſenſum p.2. c.3. n.100
Litis ad effectum ſubſtituendi quomodo quis efficiatur p. p. c.3. nu.55

Vo-

Digitized by Google

Volens ob neceſſitatem, quæ tempore locationis ante imminebat, fabricare in re locata, poteſt expellere inquilinum, locatione durante, p.2.c.13.n.38
Volens uti re locata ob propriam, vel ejus Patris, & Filii neceſſitatem, poteſt expellere inquilinum locatione durante, p.2.c.13.n.33

Domini.

Domini Terrarum recognoſcentes ſuperiorem, non poſſunt committere cauſas ſummariè cognoſcendas, & quando ſecus, p.2.c.p. n.65. & ſeq. & n.80

Donatio.

Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, ut valeat, qua ratione defendi poſſit, diſputando contra communem, p.p.c.14.n.334

Dos.

Dos, & alimenta æquiparantur, p.3.c.5.n.463
Quando Filia dotata excluditur à Statuto propter maſculos ſuccedit loco legitimæ, p.3.c.5.n.458

Duces.

Duces & Barones Romani non poſſunt ferre ſententias in Curia, p.3.c.5.n.183

Dubitare.

Dubitare de Papæ poteſtate nefas eſt, p.p. in Præf. n.39

Dubium.

Dubium in Rota proponitur, parte intimata, & utraque, vel ultra tantùm parte informante, p.3.c.5.n.117

E

Eccleſia.

Eccleſia contra Eccleſiam æque privilegiatam non utitur privilegio, p.3.c.4.n.133
Contra quam adeſt violentia, rapina, vel fraus habet electionem fori, p.3.c.4.n.120
De Jure gaudet privilegio l. unicæ p.3.c.4.n.119
In Regno Caſtellæ etiam dives gaudet privilegio, l.unicæ, p.3.c.4.n.122
Pauper ſine dubio gaudet privilegio, l.unicæ, p.3.c.4.n.121
Quomodo beatum Petrum in die Cathedræ appellando canit, p.1.in Præfat. n.22

Edere.

Edere quis non tenetur, quando Scripturæ edendæ nihil relevarent, p.2.c.3.n.50
Quis non tenetur, quando Scripturæ poſſunt haberi aliunde, p.2.c.3.n.52

Edicta.

Edicta debent affigi in loco ſubhaſtationis, & etiam in partibus, in loco, in quo ſunt bona ſubhaſtanda, & debet de hoc conſtare in actis per exhibitionem fidei Officialis loci, p.p.c.15.n.8. & n.131
In curia in quibus locis affigi ſoleant per curſores, p.p. c. 3. num. 37
In quibus locis affigantur, quando ſunt ſubhaſtanda ſtabilia p.p.c.15.n.6.

Edictum.

Edictum Divi Marci contra quem competat, p.2.c.14.n.87
Pro ſubhaſtandis ſtabilibus. & ejus formula, p.3.c.15.n.7
Publicum, & ejus formula, p.p.c.3.n.13
Tempore æſtivo fieri ſolitum, & ejus formula, & proceſſus p.p.c.3.n.4

Edicti.

Edicti tempore æſtivo feriato fieri ſoliti formulam, quis tradat, p.p.c.3.n.36

Effectus.

Effectus reintegrationis eſt, ut ſpoliatus reſtituatur eo meliori modo, quo fieri poteſt, p.1.c.14.n.157

Egidiana.

Egidiana Vide in verbo Ægidiana.

Emptor.

Emptor fructuum tenetur ſtare locationi factæ per Dominum ante venditionem, p.2.c.13.n.91
Non videtur poſſe allegare ignorantiam, ſi in loco ſit conſuetudo notoria locandi prædia ad coloniam, p.2.c.13. num. 81.
Si ſcit rem emptam fuiſſe alteri locatam, & conſtat de ſcientia, pars colonica ad eum non ſpectat, p.2.c.13 n.78
Tenetur ſtare locationi, data illius ſcientia, p.2.c.13.n.79
Tenetur ſtare locationi, ſi conductori fuerunt bona Locatoris, & ſic res conducta, pro obſervantia contractus obligata, p.2.c.13.n.84
Emptor vocando ſe depoſitarium, exuit perſonam emptoris, & induit perſonam depoſitarii, p.3.c.5.n.338
Uti ſucceſſor ſingularis, non tenetur ſtare locationi, p.2. c.13.nu.77

Epiſcopi.

Epiſcopi, ac Prælati, & in dignitate conſtituti non ſolent excommunicari, ſeu interdici, vel ſuſpendi à Divinis, p.p.c.14.n.275
Juriſdictionem non aliunde, quàm à Summo Pontifice habuerunt, etiam ab initio naſcentis Eccleſiæ, p.1.c.14. num. 193

Epiſcopus.

Epiſcopus non jurat tactis, &c. ſed inſpectis Evangeliis, & mittitur ei ſacramentum, p.p.c.2.n.205
Poteſt cauſam de ſui natura ſummariam, prout ſpiritualem committere cum clauſula, ſummariè &c. & in pluribus caſibus ſtatuere contra Jus, p.2.c.1.n.77
Poteſt eſſe Judex in cauſa ſuę Eccleſię, ſeu ſpectante ad eum jure Eccleſiæ vel dignitatis, ſecus ſi cauſa ſpectet ad eum jure proprio, p.1.c.7.n.38. & ſeq.

Eques.

Eques poteſt jurare tacta Cruce ſui habitus, p.2.c.11 n.96
Sancti Stephani, etiam illegitimus, poteſt retinere penſiones uſque ad ſummam quadringentorum ducatorum, p.p.c.9.n.83
Sancti Stephani, etiam uxoratus, & Bigamus eſt capax quadringentorum ducatorum Penſionis, p.2.c.9.n.83.&156

Æquitas.

Equitas Vide in verbo Æquitas.

Error.

Error Calculi poteſt quandocumque allegari, p.1.c.6.n.53
Calculi probatus impedit executionem, & quando ſecus, p.p.c.6.n.56
Calculi reſcindi tranſactionem, & quando ſecus, p.p.c. 6. num. 55
Calculi vide in verbo Calculus.
Communis facit Jus, p.1.c.9.n.192
Facti alieni, de quo quis non habuit notitiam, præbet juſtam cauſam reſtitutionis in integrum, p.1.c.9.n.191
Juris valdè dubii ad inſtar ignorantiæ facti, præbet juſtam cauſam reſtitutionis in integrum, p.1.c.9.n.193

Æſtimatio.

Æſtimatio in ſubhaſtatione quando non ſequiratur, p. 1. c.15.n.146
Non requiritur, ſi juſtum pretium eſt manifeſtum, itaut in Subhaſtatione non poſſit intervenire colluſio, p.1.c.15.n.144
Rerum deſcriptarum non eſt de neceſſitate ponenda in Inventario, p.1.c.9.n.57.& p.3.c.2.n.180.

Eva.

Eva à Deo ex coſta ædificata in adjutorium Adæ, p.1. in Præfat. n.5
A Serpente ſeducta, comedit de ligno vetito, & dedit viro ſuo, p.1. in Præfat. n.6.

Eugeniana.

Eugeniana conſtitutio in favorem Curialium emanavit, p.3.c.4 n.166
Curiales Reos non etiam Actores capit, p.3.c.4.n.173
Fuit edita à Papa, ideò comprehendit Clericos, in quos ipſe habet poteſtatis plenitudinem, p.3.c.4.n.187
Habet Decretum irritans, & clauſulam, ſublata, quæ claudit os, & tollit facultatem alteri judicandi, p.3.c.4.n.188
Hodie quoad curiales reſpectu tantùm Beneficiorum locum non habet, licet olim ſecus, p.3.c.4.n.182
Non ſuffragatur contra Privilegiatos virtute l. unicæ, p.3. c.4.n.179
Non ſuffragatur ei qui ſpatio unius anni non habitavit in Curia, p.3.c.4.n.180

Eugenius.

Eugenius Papa Quartus edidit conſtitutionem in favorem Curialium Urbis, qua conceſſit eis privilegium, nè poſſint litibus vexari extra curiam, p.3.c.4.n.157

Examen.

Examen, ac juramenta teſtium, recepta à Notario de mandato judicis, computantur inter acta judicialia, p.1.c.11.nu.26

De jure Civili non poteſt committi Notario, p. 1. c. 11. n. 23.
Eſt nullum, ſi certum tempus eſt præfixum in citatione ad videndum jurare Teſtes, & ipſi, eo elapſo, examinentur, p. 1. c. 12. n. 68.
Eſt nullum ſi Teſtes non examinentur à judice remiſſoriali ſuper omnibus interrogatoriis, & pars fuit de hoc proteſtata, p. 1. c. 12. n. 161.
Eſt nullum, ſi Teſtes non ſolùm depoſuerunt, ſed etiam jurarunt extra terminum, p. p. c. 12. n. 67.
Eſt validum, ſi pars fuit citata ad dandũ interrogatoria, aliàs videndum examinari ſine, & illa non dedit, p. 1. c. 11. n. 111.
Faciliùs ſanatur ex commiſſione cum clauſula arbitrio dum per dationem interrogatoriorum pars cenſetur conſenſiſſe examini, p. 1. c. 11. n. 108.
Non intimato die, & hora certa illius, juxta Stylum, eſt nullum, p. p. c. 11. n. 143.
Sine interrogatoriis eſt de Jure validum, p. 1. c. 11. n. 98.
Sine interrogatoriis eſt nullum, parte proteſtante non examinari ſine illis, in actis datis, p. p. c. 11. n. 103.
Valet ſine interprete, parte citata illum non conducente horis intimatis, licet teſtes, parte inſtante, poſſint deinde repeti, p. 1. c. 11. n. 86.

Exceptio.

Exceptio ad effectum appellationis ſuſpenſivæ, quando dicatur oriri ex ventre litterarum, p. 2. c. 9. n. 185.
Apparens ex ventre Inſtrumenti impedit executionem obligationis Cameralis, p. p. c. 8. n. 175
Beneficii Inventarii quomodo, & ad quid opponenda, p. 1. c. 8. nu. 22
Cedendarum nunquam cenſetur excluſa, p. 1. c. 8. n. 181.
Cedendarum retardat executionem obligationis cameralis, p. p. c. 8. n. 180.
Clara admittitur in Judicio exhibitionis, ſeu turbida rejicitur ad Petitorium, p. 2. c. 3. n. 70.
Clara, & probata in omni Judicio impedit executionem, p. p. c. 13. n. 486.
Concernens defectum tituli, an, & quando admittatur, p. 2. c. 8. n. 111.
Compenſationis crediti, pariter liquidi, impedit executionem obligationis cameralis, p. 1. c. 8. n. 233.
Compenſationis debiti contracti poſt obligationem Cameralem retardat illius executionem, p. p. c. 8. n. 235.
Exceptio compenſationis non retardat executionem obligationis Cameralis, & quando ſignanter hoc procedat, p. p. c. 8. n. 232.
Compromiſſi, oriens ex ventre Inſtrumenti, impedit executionem obligationis Cameralis, etiam ſi requirat indaginem, p. 1. c. 8. n. 176.
Compromiſſi neceſſarii, etiam ex pacto impedit executionem obligationis Cameralis, p. p. c. 8. n. 191.
Compromiſſi voluntarii non retardat executionem obligationis Cameralis, & quando ſecus, p. p. c. 8. n. 192.
Contractus facti ſine cauſa non retardat executionem obligationis Cameralis, p. p. c. 8. n. 171.
Declarat quid ſit ſub Regula, & ſub ea includit caſus ſimiles exceptuatis, p. p. c. 8. n. 164.
Declinatoria debet opponi ante conſenſum in juriſdictionem, p. p. c. 7. n. 1. & n. 41.
Declinatoria, & deinde aliæ ſunt opponendæ, p. 1. c. 7. n. 46.
Declinatoria primò oppoſita cenſetur, omnibus exceptionibus ſimul oppoſitis, p. p. c. 7. n. 47.
Declinatoria tripliciter conſiderari poteſt, p. 1. c. 7. n. 33.
